LICENTIATVS

D. HERMENEGILDVS

DE ROXAS,

DE

INCOMPATIBILITATE

Regnorum, & Maioratuum.

Digitized by Google

Mortuus Incompatibilitatem docendo docet.

Effigiem Authoris quiſquis cognoſcere tentas,
Authoris librum perlege, & inuenies.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

LICENTIATI D. HERMENEGILDI DE ROXAS, IORDAN DE TORTOSA, ET BVTRON, I.C. BASTITANI,

OLIM ILLIBERIÆ CIVITATIS DECVRIONI, & in eius Regia Cancellaria cauſarum Patroni,

TRACTATVS POSTHVMVS DE INCOMPATIBILITATE REGNORVM, AC MAIORATVVM:

Ad Enucleationem textus *in cap. Cæpit Hermenegildus Rex* 24. *quæſt.* 1.
In lucem editus, recognitus & illuſtratus

Per D. FRANCISCVM XIMENEZ, DEL AGVILA BEAVMONT,
Authoris Generum, Regalium Conſiliorum Cauſidicum: olim Ciuitatis de Albama, & poſtmodum de Alcala Regalis vrbis Prætorem: nunc verò in Granatenſi Iudicem Nummariæ Regalis Ædis, & in eius foro Regio Aduocatum.

Cum triplici Indice, Capitum, Locorum Iuris, Verborúmque & Rerum locupletiſſimo.

NVNC PRIMVM PRODIT IN LVCEM.



LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII ANISSON.

M. DC. LXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

D. D. FRANCISCO
PANIAGVA,
ET ZVNIGA,

CATHOLICORVM ORBIS VTRIVSQVE

Regum Philippi IV. Magni, altiorem iam, & ſine imperio ſedem occupantis, & Secundi Caroli ad Regna nouiter albeſcentis ſolis, ſub Tutrice tuentis, & ſine maiore minoris,

DIGNISSIMO CONSILIARIO:

Purpuream Maioris Archiepiſcopalis Salmanticenſis Collegij Togam quondam promerenti, & colluſtranti,

In celebri præfatæ Vrbis ſcientiarum Muſæo, alumnorum plauſu, literariorum pugilum admiratione,

INSTITVTIONVM CATHEDRÆ,

SAPIENTISSIMO MODERATORI:

Sacræ Hiſpaniarum Maieſtatis in Granatenſi Regali Cancellaria, in Criminalibus, & Ciuilibus

DIGNISSIMO FISCI PRÆFECTO;

Poſtmodum in eadem Regia Granatenſi Curia

INTEGERRIMO SENATORI;

In Regio deinde Conſilio rerum ad militiam ſpectantium

FISCI PATRONO;

Ad maiora deinceps, ſine exemplo, conuolanti, propriis ſolum expoſcentibus Meritis,

REGII CASTELLÆ SVPREMI CONSILII

FISCI TVTELARI DOCTISSIMO;

Nunc in prædicto Supremo Caſtellæ Iuſtitiæ Senatu, & de illis qui ex dicto Supremo Conuentu veſpere interſunt, in Conſilio Regalis Ærarij

IVDICI SENATORI CLARISSIMO;

Suus D. FRANCISCVS XIMENEZ DE EL AGVILA BEAVMONT, *Regalis Fori Granatenſis Aduocatus, fortunatè dicat, reuerenter offert, humiliter conſecrat.*

NONDVM (CLARISSIME SENATOR) ſecurum ad Pietatis Tuæ portum electionis noſtræ cynoſura venerationis officium exambiens ardenter conduxerat, & nondum Liber hic orbus per tot tranſcriptionum periculoſa interualla ad hanc (ô vtinam fauſtam!) impreſſionis oram appu-

 lerat,

lerat, cùm iam Te Generoſum Patronum præſagiebam: irradiabat in votis præſens fœlicitas; tantùm potuit Tuæ Protectionis influxus. Obtulit illam ſine inconſtantia fortuna, & nos animum, & fortunam, vt ex Te; victimam litamus meliorem, vt debita telatione in atis Amplitudinis Tuæ votum perſoluatur. Deceſſit Socer meus Dom. Hermenegildus de Roxas ſepultus iam in Tanti Mecænatis delubro, tranquillum ipſi nobilius hoſpitium, quò adiuit mortuus, ſed ſpitat Author, mortalis intrauit, ſed perennis exurgit in Te æternum fruiturus monumentum. Librum hunc ſcripſit, compoſuit: ſed in aduerſariis tot lituris oblitum, tot dubiis inuolutum, vt ſine Tutelatis Tui ſplendore ex tunc inſpiranre inrentum perderet lituris Authoris nebuloſa claritas. Sed continuus labor hæc omnia aliis, & aliis tranſcriptionibus in lucem editurus fortunatè traiecit: (1) *Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis adquiritur: Diuus Hieronymus aiebat.* Laboris hæc ſine remiſſione anxietas, & Patrocinij Tui ſacrarium tanti defuncti Viri recordationi obſequium debitum fuit: (2) mortuus enim Author maiorem expetit protectionem: Ouidius cecinit: (3)

> *Orba Parente ſuo quicumque volumina cernis,*
> *His ſaltem veſtrâ detur in Vrbe locus,*
> *Quóque magis faueas, non hæc ſunt edita ab illo,*
> *Sed quaſi de Domini funere rapta ſui.*

Marmora docent ſilentia, monumenta epitaphiis teſtantur, & illius eloquens ſine voce ſepulchrum lapideis verſibus decantat, dum tantæ obſtructæ dignitatis pondere ſine dolore, & cum exemplo Iaſpidis lachrymas ad immobilitatem decurrentes deſudat. Reſurgit meritis funetata mortuorum memoria? ardent cineres viuentium venerationis ſplendore. Hoc in me munus erga doctiſſimum Socerum adimpletum D. Auguſt. & alii plaudunt, (4) & vehementer exclamant. Plauſus hic, & exelamatio hæc (Inclyte Mecænas) quare noſtrum decoraret aſſumprum, niſi Opus hoc propter pietatis Tuæ miracula in templo Tuæ Protectionis æternum appenderemus anathêma. Electio genij, & ingenij mei, & libro fidem ſoluit, meúmque, & Authoris perfecit officium. Libro fidem ſoluit; quia dum in eo de Maioratibus diſcutitur, in quibus dignitas refulget, & contemplatur, (5) cui compoſitam paratemus aram, niſi Tibi ſcientiarum apici, honorum culmini, dignitatum ſupercilio? Meum perfecit officium; quia dum me tot velut ex perenni fonte profluentibus beneficiis deuinxiſti, vt aliquâ huius crediti non ſoluti perſoluam, ex voluntate iterum electione deuincior. Authoris; Nam ſi quod ſepulchrum contegit, vitali animaretur aura, ex Iuriſconſulto (6) conicctandum arbitrör illum Te Patronum electurum, quin Torcatuli fictionibus ornet, Iuriſconſultos ſopore mortalitatis extinctos ad vitam reuocantis, vt dubia iuris, quibus dimicabat exolueret, (7) Te ſolum (Ampliſſime Senator) eligeret, in quo hoc *de Incompatibilitate* volumen iam nobis compatibilitatis lucibus refulget? & qui ſcientiarum Oraculum eius timeris abſcondita penetralia, & eum plauſibus inuidia deſtitutum ſubleues, ac defendas, qui ex ſolio vbi Te Regna inuident, ac mirantur, & Te omnium adorabunt affectus, poſſis Hermenegildum ſolio conditum officiosè tutari: ſplendore enim nobilitatis ſtirpis Tuæ, & purpurei ſanguinis tot inclytos Aſcendentes nobiliter animantis, quis ſuppreſſo plauſu Socero meo renuet obſeruantiam. Hæc iam augutor indefectibilia tanto Tutelari, cui, etiam iure ſanguinis perti-

ner

(1) D. Hier. *in epiſt.* relatus ab Eborenſ. *in locis comm. ſentent. fol.* 252.

(2) Mieres *de maioratibus p.* 2. *q.* 3. *n.* 20. ibi: *Quia dignitatis, & authoritatis defunctorũ etiam poſt mortem habenda eſt ratio,* ex text. *in l. ſi quis ſepulchrũ, §. ſumptus,* ibi: *Vel dignitate defuncti,* & ex text. *in l. & ſi quis, §. æquum autem,* ibi: *Ex dignitate eius, qui funeratus eſt, ff. de relig. & ſumpt. funerum.*

(3) Ouid. *lib.* 1. *Triſtium eleg.* 6.

(4) D. Aug. *de Ciuit. Dei, lib.* 8. Tert. *de Corona milit.* & præcipuè *in apolog. c.* 13. Plin. *lib.* 2. *natur. hiſt.* Seneca, *ad Lucilium, epiſt.* 13. & non lógè abeſt Modeſtin. *in leg. fundum* 30. *ff. famil. herciſcunda,* latè Gualrer. *de iur. Manium, lib.* 2. *c.* 1. 2. *&* 3. Chriman. *de funerib. Romanor. lib.* 4. *c.* 8.

(5) Burgos de Paz, *q.* 4. *n.* 1. *&* 4. Dom Caſtil. *lib.* 5. *c.* 147. *n.* 3. Dom. Cou. *lib.* 1. *reſol. c.* 15. *n.* 14. Ant. Gom. *in leg.* 40. *Taur. n.* 1. & alij, quos refert Dom Mol. *lib.* 1. *c.* 13. *num.* 1. 2. *&* 3.

(6) Iuriſc. *in l. Imperatores, de legatis* 1. *& in leg. tale pactum, ff. de pactis.*

(7) Steph. Torcatulus *in ſua Necyomantia iuris.*

net Patrocinium. Incompatibile hoc Opus ſine dubio foret cum illis, quos fœda ignorantia polluetet, vt ſacra teſtatur pagina: (8) Ergo ſi Te nobiliſſimum meum tutamen ab ineunte ætate, cùm tunc miraculis doctrinæ Tuæ ſine odio inuiſæ iura ætati detrahebas, cuius famam toto orbe non capiente, Salmanticenſis Schola Collegij Tui Maioris Archiepiſcopi honorem, & totius Salmanticæ colebat, cùm & inter ſtrenuos literarios pugiles, omnium admiratione, ſcientiarum monſtrum timebaris: & qui primo in literariam arenam deſcendentem, & victoriam cum Inſtitutionum cathedra reportantem Vniuerſitas illa *gramineis* ſine exemplo coronis redimiuit, meritò, & Te quærit electio, & Tu ſcientia, triumphis, ſplendoribus, noſtram colluſtras electionem, Quem velut propugnaculum Operi non forte parauit fortuna; ſi quidem illud in Tua ſtatuimus tot titulis nobilitata fide, cui Rex ille noſter Magnus Philippus IV. maiorem poſſidens, & ſine Sceptro Coronam tutamen iuſtitiæ, iuriſdictionis imperium, & opulentiam credidit patrimoniorum, primùm in Granatenſi Regali Cancellaria ſui Fiſci Regij Præfecti creatione, vbi in pelago eloquentiæ Tuæ tot, quæ acertimè accuſaſti, adeò naufragarunt delicta, vt ea ex naufragio iudicialis tabula tot vallata nodis minimè ſubleuaſſet: Vbi Te etiam minores orbi parentem adorabant, per Te Regium augeſcebat Ærarium, Te Regis patrimonium excreſcebat, & ad Te demum orbitas, Ærarium, Patrimonium, Iuriſdictio, Vaſalli, vt omnium nobilius aſylum, plauſibiliter conuolabant. *Quia*, vt aiebat Caſſiodorus 3. *var.* 16. *Non imparem meruiſti gratiam varijs actionibus æqualiter approbatus.* Et vt Te in altioribus experiretur Corona, ad eiuſdem Regiæ Curiæ Senatorem Regalis prouidentia, vt & poſtmodum in Regio Conſilio Rerum ad militiam ſpectantium ad Fiſci Patronum promouit. In te enim omnia perfulgebant, Vopiſcus *in Probo cap.* 12. *Si rectè cogitemus, non nobis Aurelianus, non Trajanus, non Claudius requirendi ſunt, omnia in vno Principe conſtituta ſunt, Rei militaris ſcientia, Animus clemens, vita venerabilis, exemplar agendæ Reipublicæ, atque omnium prærogatiua virtutum.* Deinde propriis expoſcentibus meritis ad maiora conuolantem Regis noſtri Philippi IV. munificentia (quod ſine exemplo contigit) Supremi Caſtellæ conſilij Tutelarem Fiſci doctiſſimum creauit; & nunc totius Regni cultu, & cæterorum veneratione in Supremo Regali Caſtellæ iuſtitiæ Senatu, & de illis, qui ex dicto ſupremo Conuentu in Conſilio Regalis Ærarij veſpere interſunt Senatoria maieſtate refulges, & lunatis calceis colluſtraris, (9) vt ſpendoribus Solis ingenij Tui, & luces in pedibus correſpondeant. Iam (Illuſtriſſime Domine) in tanta conſtitutus altitudine, Operi huic faciliùs legitimum fauorem, & Patrocinium impartieris, cùm iam clareat legitima Authoris conjectutata propenſio. Et cum de iure pluſquam certum ſit Canonico, & Ciuili, & Doctorum authoritate, (10) patronatus ius pertinere propter maiorem dotationem, Tibi nobiliſſimo dotanti illud patrocinio, iura ſine dubio pertinent patronatus.

Hac explorata tot titulis conſpicua defenſione, quis Te, (Præclariſſime Senator) non colet, & quis Tibi, & etiam Operi iam, debitam non polluebit obſeruantiam? Cùm in Tuæ nobilitatis purpureis venis ſanguis antiquæ nobiliſſimæ Tuæ familiæ Regis nitoribus ſuperfluat: Voces, hiſtoriæ, & Tua præcipuè ſtemmata, virtutibus Tuis coæqualia teſtantur; vt aiebat Caſſiodorus. (11) *Cunctas ſi quidem vnde famam captat humanitas, in Te*

(8) Eccli. *cap.* 6. ibi: *Quam aſpera eſt nimium ſapientia indoctis hominibus:* & *c.* 15. ibi: *Stulti non apprehendent illam.*

Hoc Coronarũ genus Gramineũ in re militari Antiquis aſtimabilius fuit. Roſinus *lib.* 2. *Antiquitatũ Roman. c.* 10. *f.* 75. *litt. A.*

(9) Ita ornabantur Romani Senatores, vt tradit Pancirolus, *lib.* 1. *var. cap.* 8. *folio* 195. *litt. P.*

(10) *Cap. quicumque*, *q.* 30. *capite filiis* 16. *q.* 7. Rochus de Curte *de Iurepatronatus, verſ. dotauit*, *num.* 1. Lambert. *eodem tract. p.* 1. *q.* 1. *princ. art.* 1. *num. fin.* Caued. *de patronat. Regia Corona*, *cap.* 2. *num.* 2.

(11) Caſſiodor. *lib.* 1. *variarum, epiſt.* 42.

geminata

geminata ſederunt; Patria, Genus, Inſtituta præclara, quorum ſi vnum nobilitatem complet, in Te collecta plus facient, qui non minus Genitalis Soli fortuna reſplendes, quam gloria ſtemmatis, & virtutis ornariis. Hæc Caſſiodorus: ſed & meliùs præclariſſima Maiorum Tuorum, & Tui ipſius teſtantur cognomina DE PANIAGVA, ZVNIGA, ENRRIQVEZ, ET LAOYSA, quorum nitidiſſimam auram claro idiomate, vt melius hæc celebretur Nobilitas, & intentis oculis contemplabor.

Siquidem iuxta communem Hiſtoricorum, & Antiquitatis legionis Regni prudentum ſententiam, PANIAGVA cognomen Tuum paternum originem trahit ex eo, quod Proceres antiqui generis Tui eſſent chariſſimi Regibus Legionenſibus, & vt tunc vulgus loquebatur Hiſpanum PANIAGVADOS: hoc enim nomine ferè appellabantur ij, quibus Reges ſtipati incedere ſolebant, & quorum opera tum in pace, tum in bello vtebantur; & ij ferè Regibus erant ſanguine coniuncti, & Regni primores, vulgò *Ricos homes*; nondum enim in vſu erant Ducum, Marchionum, & Comitum ambitioſa nomina. (12) Et quoniam ipſi Reges eos in matrimonium collocabant, & ob pecuniarum difficultatem, magna terrarum ſpatia frumento & aquis abundantium illis tradebant; quò familiam Aheni, & Vexilli, vulgò *de Pendon, y Caldera*, vt mos erat Hiſpanorum, alere poſſent, & propriis ſumptibus militum habere delectum, qui (cùm res poſceret) pro Rege pugnarent, & hi ex re, & munere, etiam apud Hiſpanos *Ricos homes Paniaguados* vocabantur, qui erant quondam in Legionenſi Regno, iidem qui hodie vulgò *Grandes de Eſpana* nominantur. Et ſigna quibus Reges Legionenſes faciebant *Paniaguados, & Ricos homes*, hæc erant, quod eorum permiſſu in Inſignibus quandam Quercum, vel Caſtaneam, & ſub ea vnum Suem, vel duos præferrent: quæ ſunt glorioſa ſtemmata familiæ Tuæ, (& luces in fumis antiquarum Maiorum Tuorum imaginum ſupermicantes,) & in Auſturum montibus inter ruinas antiquorum Tuæ nobiliſſimæ Gentis larium, (13) quæ in Conualle de Amaro, & Villa de Gota adhuc inter edacis temporis iniurias viſuntur: Monumentum (vt aiebat Horatius.) (14)

Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis,
Annorum ſeries, & fuga temporum,

Sicuti etiam in mæniis celeberrimæ Placentiæ Vrbis conſpiciuntur, vbi ea *D. Nunius Fernandez Paniagua Tuus. 9. Auus* collocauit, qui ciuitatis illius oppugnationi ſub Rege Alfonſo VIII. operam dedit eximius debellator, à quo anno 1189. præmium ipſi delarum fuit, & conceſſum, vt eminentiori murorum Placentiæ parte, vbi hodie multorum inuidiâ conſpiciuntur, præfata ſtemmata collocaret; vel quia inter Principes expugnatores vrbis illius *Nunius* numeraretur, vel quia illam murorum partem (vt quidam Hiſtorici teſtantur) (15) ſuis impenſis erexiſſet. Multis etiam honoribus illum, & ſuos, Rex idem fuit proſecutus, affecit, illuſtrauit, cùm illos plurimis vtiliſſimis prædiis in eadem ipſa regione donaret, quibus nunc etiam fruuntur poſteri,

Huic *Dominus Lazarus Fernandez Paniagua* eius filius natu maximus, vt in fortunis, ita etiam in virtute ſucceſſit, cuius non parua, nec obſcura in obſequium Regis Ferdinandi Sancti cognomine, & Alfonſi Sapientis, edidit monumenta, & filium ſuarum fortunarum hæredem nullum relinquens

(12) Caſtillo, *Hiſtoria de los Reyes Godos: en las adiciones, c. 1. del Emperador, y Rey de Epaña D. Carlos 5. y origen de los Grandes de Caſtilla, fol. 350. col. 1. & 2.* Salazar de Mendoza *de las dignidades ſeglares, lib. 1. c. 9.* D. Th. *de regim. Princip. lib. 3. c. 22. verſ. apud Hiſpanos: Moreno de veras noblezas de Eſpaña diſcurſ. 13. n. 10.* Puenge *de la conueniençia de las Monarchias lib. 4. c. 5. circa finem*, el S. Amaya *ſobre el Codigo, l. 2. Cod. de annonis, & tribut. n. 85.*

(13) Idem Caſtillo, *dict. loco, cap. 5. fol. 452. col. 1.*

(14) Horatius *libro 3. carmin. od. 30.*

(15) Tradit Frater Ildefonſus Fernandez *l. 2. de los Annales de el Obiſpado de Plaſenzia, cap. 33. fol. 224.*

Digitized by Google

linquens, ex corporis vinculis ſolutus euolauit ad ſuperos.

Hæreditatem eius adiit eiuſdem ex fratre nepos *Dominus Nunius Fernandez Paniagua, Tuus ſeptimus Auus*, qui ſub Regibus Sanctio, & Ferdinando IV. magna virtute feliciter ſe geſſit, *& Dominam Beatricem Matheos de Orellana* familiæ Marchionum de Orellana Authorum filiam vxorem duxit.

Huius filius *Dominus Ioannes Fernandez Paniagua Tui ipſius ſextus Auus* illius locum occupauit, qui magno valoris elogio in Calpis, & Tarteſſi, vulgo *Gibaltar, y las Algeciras*, obſidione, Ildefonſo vndecimo Hiſpaniarum Regi omnium militum exemplo operam nauauit: (16) *Dominam D. Mariam Gonzalez de Villalobos* D. D. Gilij de Villalobos Caſtellæ procerem (id eſt) *Rico home de Caſtilla*, neptem vxorem habuit, cuius familiæ Marchio de Aſtorga caput, & ornamentum eſt. (17)

Succeſſit illi eius natus *Dominus Alfonſus Fernandez Paniagua Tuus quintus Auus*, qui cum D. D. Duranda...... domus de Almaraz cuius nunc caput exiſtit Illuſtriſſimus Comes de Otopeſſa, matrimonium contraxit.

Dominus Didacus Fernandez Paniagua eius filius, & Tuus quartus nobiliſſimus Auus, ſibi adiunxit *vxorem D. D. Mariam de Carbaxal*, Eminentiſſimi Cardinalis D. Ioannis de Carbaxal Epiſcopi Placentini ſororem, (18) & Tui prædicti quinti Aui filius, & ſucceſſor fuit.

Et Didaci filius, & hæres fuit *Dominus Gabriel Fernandez Paniagua Tuus tertius Auus*, qui vxorem duxit, *D. D. Mariam de Loayſa* ſororem illius magni Equitis Albari de Loayſa Commendatoris, de Paraquellos, qui in prælio Lothoſagitum (*vulgo de los Gelbes*) pugnans mirabiliter occubuit; de quo circumfertur honorificentiſſimum Hiſpanorum ſortitum fuiſſe ſepulchrum, quia ſupra corpus validiſſimi Don Garçia de Toledo militiæ Imperatoris, filij maioris Ducis de Alba cadauer eius inuentum fuit. (19) Cuius antiquiſſimum, & nobiliſſimum *Loayſæ* cognomen ab Angliæ Regis filio, nomine *Dionis*, antiquam traxit originem: Cuius Infantis filius D. Iufre de Loayſa fuit, qui primus in Caſtella ingreſſus eſt tempore Dom Regis Alfonſi ſapientis cognomine: (20) A quo Tuum Genus quamplurimi deducunt Scriptores.

Filium ſuptamemoratı Dominus Gabriel Fernandez de Paniagua, & DD. Maria de Loayſa *D. Petrum Fernandez Paniagua, ſecundum Auum Tuum* feliciſſimum procrearunt, qui in domibus *de Paniagua, & Loayſa* ſucceſſit, & in exercitu inuictiſſimi Imperatoris Caroli V. in Communitatum tumultu, & aduerſus Peruanos perduelles fideliter ſine æquali pugnauit. (21) *Dominam, D. Mariam de Trejo, & Sande* vxorem habuit, filiam Ludouidici Bermudez de Trejo Domini Villarum de Grimaldos, & Dominæ Franciſcæ de Sande ex familia Marchionum de Valdefuentes.

In cuius locum obitus prædicti Domini Gabrielis ſubrogauit *Dominum, D. Gabrielem Fernandez Paniagua eius filium, & Tuum nobiliſſimum Auum*, tempore Philippi II. Catholici Regis, Calatrabenſis Equitem, cuius erat Villa de Sancta Cruz: *D. D. Mariam* Aluarez Oſorio ex genere Marchionum de Aſtorga in matrimonio habuit. (22)

Illi ſucceſſit eorum filius *D. D. Antonius de Paniagua Pater Tuus*, tot meritis, tot titulis collaudandus, purpurea Calatrauenſis Ordinis Cruce inſignitus, Gubernator, & Peruani Regni Imperator, Dominus Villæ de Sancta

(16) Dict. Frater Ildefonſus Fernandez, *lib. 1. cap. 21. fol. 74.*

(17) Adam Con Zen. *in ſua Politica lib. 9. c. 10. in relatione Titulorum Hiſpaniæ.*

(18) Dict. Frater Ildefonſus Fernandez, *l. 2. cap. 1. fol. 102.*

(19) Mariana *en ſu hiſtoria 2. en la de los Gelbes, c. 25. f. 8984.* Frater Ildefonſ. Fern. *lib. 2. c. 16. fol. 133.*

(20) Chronica eiuſdem Regis Dom. Ildefonſi, *fol 44. & fol. vltim.* Caſcales *diſcurſos Hiſtoricos de Murcia, en el apellido de Iufre de Loayſa, f. 342.* Frat. Ildefonſ. Fernandez, *l. 2. cap. 10. fol. 133. & 136.* Mariana *vbi ſuprà.*

(21) Garcilaſo Inga *en la hiſtoria del Piru, p. 1. lib. 3. cap. 3. fol. 161.* Frater Ildefonſ. Fernandez, *lib. 2. c. 33. fol. 220. & dict. lib. 2. c. 23. fol. 184.*

(22) Adã Cõn, Zen *in ſua Politica lib. 9. c. 10. in relatione Titulorum Hiſpaniæ.*

Cruz, qui vxorem duxit *D. D. Emanuelem de Zuñiga nobiliſſimam matrem Tuam*, filiam D. Franciſci Lopez de Zuñiga ſecundi Marchionis de Vaides, ſexti Comitis de Pedroſa, Regiarum dapum honoris cauſa ſtipatoris, (*vulgo Gentil-hombre de la boca de ſu Mageſtad*,) Eques Ordinis Diui Iacobi, cuius nobiliſſimæ Gentis Genus, & cognomen ſatis inter Hiſpanos conſtat ab antiquis Nauarræ Regibus originem duxiſſe, qui noſtræ Hiſpaniæ multos dederunt Reges, (23) vt ita eorum indicant inſignia, pulla zona in argento depicta, cuius ambitum catenæ ora circundat, quæ ſunt Regum Baſconum Arma præclariſſima. (24)

Cognomen verò *Henrriquez*, quod etiam ad Te nobiliter ſpectat ex *D. D. Manuela de Zuñiga Matre Tua Regis Ildefonſi Nona Neptis*, *quia Quinta Petri de Zuñiga* Primi Comitis de Pedroſa, Domini *de los Eſtados de Vasdes*, *&* *Monterrey*, & Maioris Regiarum perſonarum Cuſtodis, *& eius vxoris D. D. Ioannæ Henrriquez de Arellano filiæ Ioannis Ramirez de Arellano*, Domini de Aguilar, & ditionis *de los Cameros*, & vxoris ſuæ *D. D. Elliſabethæ Enrriquez*, *vnius ex filiabus I X. D. D. Ildefonſi Henrriquez*, *Caſtellæ Admiralli*, (vulgo *Almirante de Caſtilla*) *& D. Iuanæ de Mendoza*. (25.) *Qui dictus D. D. Ildefonſus Henrriquez patrem habuit D. D. Fadricum Ordinis Militaris Diui Iacobi Magiſtrum.* (26.) *Et fratrem Domini Regis Petri*, (*vulgo vocati El juſticiero*,) *filium Hiſpaniarum Regis Alfonſi Vndecimi.* (27.)

Geſta, & elogia *Tuorum* tot ſæculis clariſſima, cum in Te tanto Viro cum generoſa Tui ipſius indole coadunata contemplor iam, & tot cauſis expetita panegyris magis admirationis, quam relationis eſt. Vnum referam &

Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Et mirabilius eſt, quod in Tua nobiliſſima familia, neque filios parentum, neque parentes filiorum vllam habuiſſe rationem pluſquam certum eſt, dum ſuis Regibus debitum præſtiterunt obſequium. Huius veritatis exemplum plauſibiliter executus *D. Petrus Fernandez Paniagua ſecundus Tuus Auus*, qui inter alia, quæ dum in exercitu Imperatoris Caroli V. mereret apud Indos, edidit æternitate digna, Franciſco Ferdinandez Giron Perduelli ſeſe incunctanter obiecit: cùm autem in prima pugna ſignifer Regium desereret vexillum, ex templo Proauus Tuus laturus auxilium, in medios hoſtes præcipitanter irrupit, & dum Regis obſequium tuetur, inter infeſtiſſimos hoſtes equo prolapſus incidit, & à tyrannis vinculis irretitur, cùm verò Tyranni Giron perſuaſiones, ad conſortium eius illum trahere intendentis, & eloquentiam fidelitas Petri ſuperaret, vincula validiſſimum Petrum opprimentia diſſoluit, & eum ad priſtinam reduxit libertatem ea lege, vt neutralis, neque ipſi, nec Imperatori ſeruiret, ad huiuſque conditionis obſeruantiam Petri filium obſidem recepit. (28) Vt verò libertatem aſſecutus eſt ſtrenuus ille miles, Tyranno literas exarauit, nullum pactum, nullam conditionem aſſeuerans, & vt libertatem conſequeretur, ſimulatè promiſiſſe, atque vt iterum arma in eum ſub ſignis Imperatoris verteret poſſet, (vt animosè fecit, & pila plumbea ictus occubuit) & quod ſi vellet, filium ſuum cariſſimum obſidem pugione confoderet: Nullam igitur filij habuit rationem, vt Regi obſecundaret: & ob illius obſeruantiam in tuis nobiliſſimis Aſcendentium pectoribus deuictus filiorum amor gelaſcit.

Aliud non minus illuſtre maiorum Tuorum virtutis argumentum referre non grauabor. Audi ſtrenuum facinus valoris, & nobilitatis emblema, omnium

(23) Caſtillo *Hiſtoria de los Reyes Godos, l.3. diſcurſ.2. f.135. col.1. & in princ.* Fray Prudencio de Sandobal *Chronica del Emperador D. Alonſo en la Caſa de Zuñiga, fol.31. col.1.*

(24) Los miſmos Hiſtoriadores, *vbi ſuprà.*

(25) A Miſmo Caſtillo, *lib.4. diſcurſ.9. f.287. col.1.*

(26) A Miſmo Caſtillo, *en ſu Margarita Eſpañola, d. lib.4. diſcurſ.9. f.286. col.2.*

(27) Adã Con-Zen *in ſua Politica, lib.9. c.10. in relatione Titulor. Hiſpaniæ*, & idem Caſtillo, *lib.4. diſc.8. fol.265. col.2.*

(28) Garcilaſo Inga *in la Hiſtoria de el Piru*, refert, *in loco ſuprà citato.*

omnium vocibus animatum, *D. D. Antonij Paniagua* filij fratris Tui maioris *D. D. Petri Paniagua* Equitis Calatrauenſis ordinis, ciborum Regalium honoris causâ Stipatoris. (*vulgo Gentil-hombre de la boca de ſu Mageſtad,*) Domini Villæ de Sancta Cruz, Marchionis de Lancarote, & in exercitu Pacis Iuliæ (*vulgo del Badajoz*) caſtrorum validiſſimi Præfecti, cui, cùm in huius ciuitatis auxilium veniſſet die 23. Iunij anno 1658. per Ducem de San German vniuerſi exercitus Imperatorem fuiſſet iniunctum, vt hoſtem ex arcibus Caſtelli de San-Chriſtobal, in quo munitus conſpiciebatur, deturbare conaretur, quod inuictiſſimus ille Marchio inſigni nobiliſſimi cordis ſtrenuitate, militum imitatione, & admiratione Imperatoris executioni impetu generoſo mandauit, & cum inter ardentem Belli fragorem huc illuc enſe diſtricto veheretur, ictu tormenti manualis crudeli fideliter occubuit. Dominus autem D. Antonius Paniagua eius filius, & Tuus inclytus ſobrinus tunc in exercitus fronte pugnabat, & licèt patrem moribundum & animam ſpirantem, conſpexerit, chariſſimo filij muneri, & officio, quàm Regis obſequio, & ſeruitio deeſſe voluit: ita eadem animi magnitudine, celato patienter dolore, ſed tolerantiâ creſcente, progreſſus in pugnam, aſſecutus intentum, victoriam ab hoſtibus reportauit. (29) Propter quod mirabiliter impium, & fidele factum, à Philippo IV. Hiſpaniarum Rege loco præmij in patris dignitatem ſuffectus eſt. In Tua igitur vndique præclara familia, dum Regum ſuorum colitur obſeruantiâ, dum officij, & muneris conclamat imperium, naturæ vincula diſſoluuntur, & paternus nebulatur amor. Quis ergo lector Tuam intuens Nobilitatem, & Tuum validiſſimum Genus contemplans, furoris Tui impetum reuerenter non timebit, cum geſta, virtutes, facinora, & Maiorum Tuorum monumenta in ſui plauſum vniuerſum terrarum orbem mirabiliter conuertunt. In hoc igitur *Opere*, iure ſanguinis Patronus ſuccedis. (30.) vel eo ſolùm titulo, quòd ad illud contexendum Socero meo Don Hermenegildo de Roxas, Magni Gregorij verba *in cap. cœpit Hermenegildus Rex.* 24. *quæſt.* 1. argumentum præbuerint, quod indicat incompatibilitem Regnorum Cœleſtis, & Terreni, & quàm longè vnum ab alio diſſideat; quæ in vno D. Hermenegildo aſſociari nullo fœdere potuerunt, quandoquidem, ea lege, & conditione ab iniquo parente Leouigildo in Hiſpaniæ Regni ſucceſſionem vocabatur, vt à Catholica Religione deſiſteret, & Arrianorum hæreticæ profiteretur delitia, ſed vt Chriſti adiret hæreditatem, immortali diademate decoratus, impiorum militari falce ab apparitore Sigiberto internecioni dari maluerit, ob religionem noſtram tutandam, & auguſtiſſimum Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium. Quo inter cœlites, Martyre Hermenegildo regnante, Hiſpanorum Imperium eius frater Flauius Recaredus tenuit, & occupauit. Ex quo Caſtellæ Reges ſine controuerſia originem duxiſſe conſtat, quod ſibi non exiguum ornamentum dicendum putant: Vt iam Hiſtoricus quidam (31) verbis tranſcriptione dignis retulit, & animaduertit. Cum igitur, vt dictum eſt, Te à Regibus Caſtellæ Tuumque Genus deduci conſtet, illóſque ad D. Hermenegildi fratrem genus ſuum referre, ex his arbitror neminem dubitaturum per hos traductum, & in tuas venas deriuarum præclarum illum ſanguinem, in fidei ac religionis præconium effuſum.

Iam ergo (Sapientiſſime Senator, Princeps nobiliſſime, ſoceri mei, & eius deſcendentium Mecenas atauis edite Regibus; Præſidium, & dulce de-

(29) Don Bernardo de Vergara y Leiba Capitan de Infanteria de el tercio de el Armada, (que oy es Capitan de Caballos) en el egercito de Badaxoz, *en ſu Relacion tan diſcreta como verdadera impreſa en Grenada, en 2. de Nobiembre de 1658.*

(30) *Cap.* 1. *de iure patronatus, cap. filius* 16. *q.* 1. *leg.* 8. *tit.* 11. *p.* 1. Rochus de Curte *de iure patronatus. verſ. ipſe vel is, à quo cauſam habuit.*

(31) Ambroſ. de Morales *lib.* 12. *cap.* 8. ibi: *Deſte Glorioſo Rey Flauio Recaredo deſcienden glorioſamente nueſtros Reyes de Caſtilla, haſta el Catholico Rey nueſtro Señor D. Phelippo II. deſte nombre. Y aunque el linage Real de Caſtilla tenga mucha gloria en proceder de la inclita ſangre Gothica, mucho mayor la puede y deue tener por ſer ſu legitima y verdadera deſcendençia de vn Principe tan Señalado, y tan excelente entre todos los demas Reyes Godos, Hermano de vn Martir, ſobrino de quatro Sanctos tan principales, Reſtaurador de la fee Catholica en Heſpaña, y Domador de los Romanos, Baleroſo por ſu perſona, Amado por ſu bondad, y temido por ſu grandeza.*

cus meum, in cuius genetoſi Spititus alueo ſtudia, ſcientia, Nobilitas, Facinora, Monumenta ſetie clariſſima ſtagnantur, vbi extta omnem aliam inuidiam, omnem gloriæ, & Fortunæ volubilem honorum, & munerum profuſionis imprudentiam ſuperaſti: Vt quidam ingenioſus Belga, referente Cauſſino prædixit. (32) *Ab illo Generis Authore in Te omnis imperij fortuna deſcendit; tantáque eſt nobilitas originis Tuæ, vt nihil Tibi addiderit honoris imperium, nec poſſit fortuna numini ſuo imputare, quia imperium naſcendo meruiſti.* Et non minus eleganter Caſſiodorus. (33) *En pullulat ex vno germine quadrifariam decus, honor ciuium, gloria generis, augmentum ſenatus, qui quamuis fulgeat communione meritorum, inuenies quem poſſis laudare de proprijs.* Noſtræ parcas procraſtinationi, quia Serenitatis Tuæ nitidiora lumina nec terminantur elogiis, nec panegyri noſtræ habenas protendimus eloquentes. Iam ergo, inquam, Patrone Auguſte, multis titulis Opus hoc Tuo meretur decorari Patrocinio, & ſub alarum Tuarum pennis tot Vigiliis ad prodigium temperatis, & ſplendore inſpirationis ingenij Tui ardentibus apricari. Dabit in Libro contingentia defectum, hominis authoris indicem: Tibi ſacramus; ſuppleat Authoritas, & adimpleat protectio. Accipe demum benigno vultu candidum hunc laborem magnum, quia in aris Tuis ardens, flammas inuidiæ corrumpentis extinguet. Vale, & Fruere, vt ſpero, &c.

(32) Cauſſinus de Epidictica oratione, lib. 10. fol. 592.

(33) Caſſiodorus var. epiſt. 16.

Cenſura

Cenſura D. Ioannis Antonij de Cruellas Ponce de Leon Doctoris Theologi, Metropolitanæ Granatenſis Eccleſiæ Canonici, in ſacra Scriptura, eiúſque Academici Profeſſoris, Iudicíſque ſynodalis.

Peritissimi Iuriſprudentiæ Viri, Conſultiſſimi Iuriſperiti, in hac Regali Cancellaria quondam pro tuendis cauſis Patroni, Illiberitani olim Senatoris D. Hermenegildi de Roxas, & Iordan, Opus poſthumum *de Incompatibilitate Regnorum, & Maioratuum*, à D. D. D. Hieronymo de Prado, & Veraſtigui, huius Metropolitanæ Granatenſis Eccleſiæ Canonico, Generalíſque Vicario, ad nos delatum eſt, qua parte, Veritatibus Theologicis, & Sacræ Scripturæ, cuius diſciplinam pro nunc moderamur, teſtimoniis innititur. Opus hoc, ingenuè fateor, ſanè pulchrum, ſpecioſum, illuſtre. *Namque omnibus rebus, (verba ſunt Beati Ennodij) quæ æſtimantur digna præconiis, exhibenda eſt pro dicendi facultate laudatio, ab eloquentiæ dote radiantibus reddenda ſunt literis, quæ debentur.* Hoc nobis de importuna Authoris morte ſolatium, vt ex viuido, vel vt melius dicam, ex vitali eius tumulo, velut ex animato Phœnicis cinere, fauillæ in violas, in virentia, ac viuentia lilia mors ipſa refloreſceret. Enimverò, qui hos nunquam morituros huius libri flores legerit, & collegerit, nonne verius hic cum Perſio repetet admirabundus. *Sat. 1.*

In dictione Aratoris.

——— ——Num non è Manibus illis?
Num non è tumulo, fortunatáque Fauilla
Naſcuntur Violæ? ——— ———

Nec mirandum modo, licet alioqui admiratione dignum, quod à D. Franciſco Ximenez de el Aguila, Authoris Genero, non degeneri ſanguinis nobilitate coniuncto, liber hic Soceri emortui in lucem prodeat; Aquilarum enim genium, & ingenium eſt, plumas extendere ad cadauera, vt, qua arte poſſunt, emortua corpora reuiuiſcere, & creſcere faciant ſub aliena manu, quæ eiſdem neruis, ac ſanguine, quibus eſca, conſtet, dicente Domino: *Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & Aquilæ.* Sed vt ad florilegium, vnde exiui, redeam; Vtinam huc reliqua ſtudioſarum Apum examina conuolent, vt fauos conſtruere collecto hinc melle poſſint. Hic Roſæ Theologiam, Lilia Scripturam Sacram, Caryophilla Iuriſprudentiam, Hyacinthi Hiſtoriam redolent, ac ſpirant: Nec Authoris morte marceſcunt; imò & rubeſcant neceſſe eſt: nam etſi poſt mortem, *Roxas* eſt. Quin etiam è tumulo decurrentes aquarum riuulos, quibus vireſcant, opus eſt ſpectare: Nam licèt in tumulo iacet Hermenegildus, adhuc *Iordan*. Non enim ſemper Iordanis conuerſus eſt retrorſum; quin potius eius doctrinæ, qua verſicoloris aquæ pluuiam ſapiunt, de qua Cyrillus Hieroſolymitanus: *Vna pluuia in vniuerſum deſcendit mundum, quæ alba quidem fit in ſpinis, rubea autem in roſis, purpurea in hyacinthis, ac in diuerſis ſpeciebus diuerſa, & in omnibus fit omnia.* O qualis de te Hermenegilde noſter panegyris! qui aquæ miraculum in te miraculoſus transfundebas, nobile monimentum ræduuiis ſeculis æternandum! Quocirca iudicium hoc meum eſto, hæc ſcripta typis mandanda cenſeo. Granatæ anno Domini 1667.

Lucæ c. 17.

In Catechi. 16.

D. P. Ioannes Antonius de Cruellas.

Cenſura L. D. Ioannis de Herrera Pareja, Regalis Cancellariæ Granatenſis cauſarum Patroni, & Fiſci Sanctæ Inquiſitionis illius Regni Iudicis, &c.

Ex commiſſione D. D. D. Hieronymi de Prado, & Veraſtigui in hac alma Eccleſia Illiberitana Canonici Vicariíſque Generalis huius Diœceſis munus gerentis libenti animo vidi, & quam maximè potui attentè perlegi Opus Iuridicum *de Incompatibilitate Regnorum, & Maioratuum*, quod reliquit compoſitum *L. D. Hermenegildus de Roxas, & Iordan* Iuriſconſultus Baſtitanus in hac Regali Cancellaria cauſarum Patronus celeberrimus; quod in lucem edere parat D. Franciſcus Ximenez de el Aguila Authoris Gener eiuſdem Cancellariæ Aduocatus; in eóque nihil inueni, quod non ſit adamuſſim elaboratum, nihil, quod noſtræ Sanctæ Fidei dogmatibus repugnet, nihil, quod bonis Reipublicæ moribus

 officiat

officiat; quin inſpecta doctrinarum, atque reſolutionum, quas continet, vtili varietate, dignum quidem, non ſolum approbatione. Verum etiam laude eximiâ, atque admiratione videatur; vtpote totius iuris non ſolum Ciuilis, & Canonici; quin etiam noſtri Regni pleniſſimam cognitionem, literarum, atque eruditionis omnigenam indaginem, & in diſputando acumen, & in decidendo veritatem mirabiliter amplectens. Et quidem, dum id manu euoluerem, & mente meditarer, fui, non ſolum foro, verum etiam Regno, & Orbi gratulatus, quod tam eximius Vir, ſcintillas ſuæ doctrinæ expandens huius mirifici, atque grati laboris ſuſciperet magnitudinem, & immortale, vt puto, Opus, (quod hucvſque à nemine Scriptorum fuit ex profeſſo tentatum) aggrederetur, taliterque perficeret, vt inanem in poſterum de hac materia quemlibet laborem cenſeam; ſiquidem in eo omnia de omnium rerum incompatibilitate à mundi principio, ita diligenter contexuit, examinauit, atque reſoluit, vt nec ſpicilegium quidem in ipſis aliis reliquiſſe videatur. Sed quid non ille perilluſtris, vigilantiſſimus, totus in literarum ſtudia omni cogitatione magnopere incumbens, ſuiſque laboribus indefeſſus Vir, cuius ſplendoris ingenij, eloquentiæ, literaturæ, atque prudentiæ conſpicua ornamenta, cum eius amicitia fungerer, aſſiduéque cum tractarem, fui veneratus, totáque hæc Bætica Prouincia admirata. Sed quid docti, atque amiciſſimi Hermenegildi laudes canere intendam? voces enim præ copia balbutient, nec meis indiget Opus præconiis, cum ſatis ſe extollat, ac præ omnibus Authoris muto ſermone celſitudinem harmonioſè decantet, ſuóſque præconis voce luculentos labores merito non ſilet, cum in lucem prodeat, ſi typis mandetur, vt cenſeo; Granatæ. Aprilis 29. die 1667.

Licentiatus, D. IOANNES DE HERRERA, Pareja.

NOs Doctor D. Geronymo de Prado Veraſtigui Canonigo en la Santa Ygleſia deſta Ciudad de Granada Prouiſor y Vicario General en ella y ſu Arçobiſpado por el Illuſtriſſimo Señor D. Ioſephe de Argaiz Arçobiſpo del dicho Arçobiſpado del Conſejo de ſu Mageſtad, &c. damos *Licencia* por lo que a nos toca, para que ſe pueda imprimir, y imprima el Libro que dexo eſcrito *el licenciado D. Hermenegildo de Roxas* Abogado que fue de la Real Chancilleria deſta Ciudad, que ſe intitula *de Incompatibilitate Regnorum, & Maioratuum*, que ſaca en ſu nombre *el Licenciado D. Franciſco Ximenez del Aguila* ſu Yerno Abogado de la dicha Real Chancilleria, atento que por nueſtro mandado ſea viſto y examinado, y no conſta auer en el coſa contra nueſtra Santa Fee y buenas Coſtumbres: Dada en Granada a tres dias del mes de Maio de mil y ſeiſcientos y ſeſenta y ſiete años.

D. D. GERONIMO DE PRADO Veraſtigui

Por mandado del S. Prouiſor

LVIS DE BVENTALANTEN.

LA

LA REYNA GOVERNADORA.

POR quanto por parte de vos; el Licenciado Don Franciſco Ximenez del Aguila; Abogado de la audiençia y Chancilleria que reſide en la Ciudad de Granada, ſe nos hiço relacion que el Licenciado Don Ermenegildo de Roxas vueſtro Suegro Abogado que hauia ſido de dicha audiençia auia dexado eſcrito el Libro, de que açiades preſentacion, Intulado de Incompatibilitate Regnorum, & Maioratuum, *y nos ſuplicaſteis os mandaſemos conçeder licencia y Priuilegio para poderle imprimir y vender aſſi en eſtos Reynos como fuéra de ellos, o como la nueſtra mereed fueſſe y viſto en el conſejo, y como por nueſtro mandado, ſe hiçieron las diligencias que por la pregmatica vltimamente echa ſobre la impreſion de los Libros ſe diſpone, fue acordado deuiamos mandar dar eſta nueſtra Cedula para bos en la dicha Raçon y nos lo tubimos por bien. Por laqual os damos licencia y facultad para que por diez años primeros ſiguientes y no mas podaus imprimir y vender vos ô la perſona que vueſtro poder tubiere, y no otra alguna el dicho Libro por el original que en el conſejo ſe bio que ba Rubricado y firmado al fin de Miguel Fernandez de Noriega nueſtro Secretario, y Señor de camara mas antiguo de los que en el reſiden con que antes que ſe benda ſe traiga ante ellôs juntamente con el original para que ſe bea ſi la dicha impreſion eſta conforme a el, o traigaïs fee en publica forma como por correctpr por nos nombrado ſe bio, y corregio la dicha impreſion por el dicho original y ſe taſe el preçio por que ſe ha de bender y mandamos al impreſor, que imprimiere el dicho Libro no imprima el Principio y primer pliego ni entregue mas que vno ſolo, con ſu original al Autor o perſona a cuya coſta ſe imprimiere, y para efeto de la dicha correcion aſta que antes y primero, el dicho Libro eſte corregido y taſado por los del conſejo y eſtandolo y no en otra manera, puedan imprimir el dicho Principio y primer pliego y ſegundo donde ſe ponga eſta nueſtra Cedula y la aprouacion que cerca de ello ſe hiço por nueſtro mandado, y la taſſa y erratas pena de caer e yncurrir en las penas contenidas en las leyes y prematicas de eſtos Reynos que ſobre ella diſponen, y mandamos que ninguna perſona ſin vueſtra licencia pueda imprimir el dicho Libro, y ſi lo hiçiere, aya perdido, y pierda todo y qualeſquier Libros, moldes, y aparejos que de ellos tubiere y mas yncurra en pena de cinquenta mill marauedis, la tercia parte para la nueſtra camara, y la otra tercia parte, para el juez que la ſentenciare, y la otra tercia parte para el denunciador y mandos a los del conſejo, Preſidente y Oidores de las Audiencias, Alcaldes, alguaciles de la nueſtra caſa, corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſiſtente, Gouernadores, Alcaldes maiores y ordinarios y otros Ieçes y Iuſticias qualeſquier de todas las Ciudades, Villas y lugares de eſtos nueſtros Reynos, y Señorios y a cada vno en ſu Iuriſdicion que os guarden y cumplan eſta nueſtra çedula y contra lo en ella contenido no bayan ni paſen ni conſientan hir ni paſar, en manera alguna pena de la nueſtra merced y de diez mil marauedis para la nueſtra camara: fecha en Madrid, à trenta dias del mes de Iulio de mil y ſeiſcientos y ſeſenta y ſiete años.*

YO LA REYNA

Por mandado de ſu Maieſtad

DVAN DE SVBICA.

LICENCIA.

Licencia y Priuilegio al licenciado D. Franciſco Ximenez del Aguila Abogado de la Chancilleria de Granada para que por tiempo de diez años pueda Imprimir y Vender vn Libro intitulado *de Incompatibilitate Regnorum, & Maioratuum.*

MIGVEL FERNANDEZ, de Noriega.

SVMMA PRIVILEGII
Regis Chriſtianiſſimi.

CAVTVM eſt authoritate Regis, ne quis in Regno ſuo, aliiſve locis ſuæ ditioni ſubiectis, intra decem proximos annos, Librum qui ſic inſcribitur, *Roxas de Incompatibilitate*, &c. abſque LAVRENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunenſis, Permiſſu, imprimat, aut diuendat, à die publicationis horum exemplarium: qui ſecus fecerit, multa indicta, prout amplius in Diplomate Regio continetur, multabitur. Datum Pariſiis 19. Septembris 1667.

Signatum,

TESSIER.

Deſiit prælum primo Februarij 1669.

D.O.M.

D. O. M.

D. D. HERMENEGILDO
DE ROXAS IORDAN
DE TORTOSA, ET BVTRON,

Integerrimo Granatenſi Decurioni, & in Regia eiuſdem Illiberitanæ Vrbis Cancellaria cauſarum Patrono,

Hoc ad æternitatem ære perennius conſtruxit monumentum, Dominus Don Triſtan de Luna Arellano, & Rojas, Caſtellæ Mareſchallus, Eques Ordinis de Calatraua, Authoris Patruelis.

Siſte Hoſpes, lachrymiſque oculos corrumpe fluentes:
Inſuetas lacrymas maxima damna petunt.
Quis iacet hic? Maior Themidis, Legúmque Sacerdos:
Quis Tumuli molem hanc conſtruit? Ipſa Themis.
Quæ lachryma? Lugent Leges, Prudentia, Iúſque,
Virgóque cuſtodem non habitura parem.
Quis lumen tantum, & tantum decus abſtulit Orbi?
Æacus inuidiâ concitus eripuit.
Lugete Erigone, Leges, Prudentia, Iúſque;
Omnis in hoc tumulo gloria veſtra iacet.

Domini Caroli Colon, Cordoua, Rojas, & Bocanegra, Marchionis de Villamayor, Comitis de los Apaceos, Primi nouæ Galleciæ Præfecti, Equitis Ordinis S. Iacobi, S. Inquiſitionis Tribunalis Familiaris, & Authoris Patruelis,

AD AVTHOREM

EPIGRAMMA.

Vidit, vt ex alta cælorum Iupiter arce,
Scribentem legum Te, Hermenegilde, Decus;
Aſſideant Charites, dixit, Muſæque lepórque,
Ingenium, & pulchri quidquid in Orbe viget,
Quid mirum ergo Tuo verneat hæc omnia Libro,
Illius & pennis docta per ora voles?

D. Nunij Colon, Cordoua, Rojas, & Bocanegra, Marchionis Agropolitani, Domini de Sancta Fée, Caſtri Viruega Præfecti, Ordinis de Alcantara, Sacræ Fidei Tribunalis Familiaris, Authoris Patruelis,

AD AVTHOREM

EPIGRAMMA.

De Maioratu *ſoluentem ænigmata Iuris,*
(Grande decus Gentis, Hermenegilde, Tua)

Authoris Elogia.

Cum te vidiſſem, componentémque diſertè
Omnia, ceu lingua, ſis, calamóque potens:
Cedant Legulei, cedant Oldradus, Iaſon,
Decius, & quiſquis dicere iura docet:
Deficiant quamuis omnes, hic ſufficis vnus:
Vnus pro cunctis Hermenegildus erit.

D. Didacus Antonius Colon Rojas, & Bocanegra, Eques Ordinis de Alcantara, Authoris Patruelis,

AD AVTHOREM.

De libro ſuo Epigramma ſcribit.

De Maioratu *vt noui Te ſcribere, dixi,*
Hic Maioratum *eſt dignus habere Liber.*

D. Ludouici de Viuero, Velaſco, & Rojas. Comitis de el Valle, purpurea D. Iacobi Cruce inſigniti, Authoris Patruelis,

AD AVTHOREM

EPIGRAMMA.

Eloquij, fandique potens, qui arcana recludis
Abdita; qui Iuris diceris eſſe Deus:
Iuſtintaneas, qui donas lumine chartas,
Et celebras ſcriptis nomen in Orbe Tuum:
Sic te Phœbus amet, dias in luminis oras,
Educ facunda è pectoris arce Librum:
Librum, cui dignè ſtudia, atque impenderis annos:
Quo te poſteritas perlegat vſque memor.
Sæcala ſic viuas Conſultus Iuris, & æqui,
Et liceat Parcis in Tua fata nihil.

D. Didaci de Rojas & Caruajal Equitis Ordinis D. Iacobi, Regalium equorum Præfecti, Authoris Conſobrini, ad eius Manes.

EPIGRAMMA.

Saluete æternum Manes, ſalucte beati,
Felix quæ eſt tantis Manibus vrna decens.
Vos tegit vrna breuis, tumuliſque capacior omni,
Qui regit viuens, ſpiritus Orbe fuit.
Ille tamen cum Diis, cœlo, menſaque receptus,
Æternum nectar, Ambroſiamque bibit:

Domini Ferdinandi Auguſtini de Rojas & Caruajal, Equitis Ordinis D. Iacobi, Authoris Conſobrini,

AD AVTHOREM

EPIGRAMMA.

Fortè Opus Hermenegilde tuum mors inuida vidit,
Vincimur, illa inſit, non perit iſtud Opus.

Hic

Authoris Elogia.

Hoc vitam Authori tribuit famámque perennem,
Expers id faciet iuris abire mei.
Dixit : Lethæo ſpargens modò flumine chartas
Iſta tuis , Lethe , ſpargimus , inquit , aquis.
Nil agis , ô inimica , nitet lux clarior umbris,
Et capit à tenebris , ambitioſa iubar.
Hoc opus ingenij radiis , & lumine plenum eſt,
Nox nil in lucem iuris habere poteſt.
Auguror : en viuet : ceſſit mors inuida , doctum
Iam volitauit opus docta per ora virûm.

D.Didaci de Monte, Robledo, & Rojas, Equitis Ordinis D.Iacobi, in Sacro Fidei Tribunali Familiaris, & Authoris Patruelis, ad Hiſpalim ſub D.Hermenegildi Patrocinio.

EPIGRAMMA.

QVæ celſam frontem , & caput inter ſydera condis,
Et ſpatio nubes inferiore vides :
Non tibi quod populos ſubigas ditione potentes :
Non tibi quod ponas fræna ſuperba mari :
Non hoc æternum nomen tibi contulit Hiſpal,
Maior ab indigeti Principe fama venit.
Maiorem Princeps Tuus Hermenegildus honorem
Victurúmque tibi nomen in Orbe dedit.
Certè dum illius fueris ſub nomine , terris
Inuidiam facies , inuidiámque polo.

D.Melchioris de Monteroblede & Rojas, Equitis Ordinis de Calatraua, Regis Conſiliarij, & Indicæ Cancellariæ Senatoris, Authoris Patruelis : ad D.Hermenegildum Hiſpaniarum Sanctiſſimum Principem, Authoris Patronum, bipenne cœlum iuſſu patris Leouigildi ;

EPIGRAMMA.

QVod te non aurum , Rex Hermenegilde, coronat,
Imò acies ferri vertice acuta riget :
Ecquid erit cauſa ? tibi diuite facta metallo
Terra ſub Heſperio cardine tota ſubeſt.
Ergo coronantem dirò caput ære ſecuri
Ex ferro voluit ferreus eſſe Pater.
Non te pœniteat pro Regno Regna paciſci,
Lucrum ex iacturâ ſueuit habere fides.

Domini Aloſij Entriquez de Rojas , Equitis D. Iacobi , Authoris Patruelis, ad Sancti Hermenegildi Parentem Leouigildum,

EPIGRAMMA.

HEu ! quis immeritum Te concitat impiè natum ?
Quæ tibi Tiſiphone ſubiicit atra faces ?
Quis furor eſt , quam tu tribuiſti , abrumpere vitam ?
Tantum debueras erubuiſſe nefas.
Quem feris indigna Leouigilde *ſecuri,*
Hic ſanguis tuus eſt , te vocat ille , Pater.
Perge tamen , Pater infelix , caput ære ferire,
Ærea nam ad cœlum Porta bipennis erit.
Tu demum æternis demens cruciabere pœnis ;
Aſt ille in cœlo regna beata tenet.

Digitized by Google

Authoris Elogia.

Domini Gabrielis Enrriquez de Roxas, Equitis Ordinis de Calatraua, Authoris Patruelis, ad Librum

EPIGRAMMA.

NVllum Opus huic, nullúſque liber ſe conferat iſti,
Hunc Librum certè gloria prima manet.
Vincet, & impoſiti vt poſſit ſibi nominis omen
Præuertet cunctos, credite, laude Libros.

Domini Ioannis Enrriquez de Roxas, Equitis Ordinis D.Iacobi, Authoris Patruelis,

AD AVTHOREM

EPIGRAMMA.

QVis maiora dedit ſtupide miracula munde?
Aut hoc quis potuit condere maius Opus?
Hermenegilde, Tibi primi referuntur honores,
Orbis iudicio laus Tibi prima datur.
Cedunt Palladij iam nunc Tibi lumina iuris,
Iuſtinianeus vix ſibi conſtat honos.
Præſens hoc Opus & veniens mirabitur ætas,
Nullum Opus hoc re, ne nomine maius erit.

D.Franciſci Enrriquez de Rojas, Equitis Ordinis de Calatraua, Authoris Patruelis, ad Poſthumum Opus.

EPIGRAMMA.

NOmine qui Diuum, ſimul & cognomine Regem
Maſte refers, palmis Hermenegilde refers.
Quique Sophos inter radias præfulgidus Hermes,
Regali Indigetem murice & ipſe refer.
Murice, qui excelſe clarum diademate Regem
Te inter intricelas roſtra per alta feras.
Non quæ ſanguineis Proceres horroribus aucti
Egregium referunt ſydera in alma caput.
Quippe vt cœlitibus niteas ſuperadditus aſtrum,
Iura piis ſtudiis tam bene culta dabunt.
Rex, ſcriptor, Cœles agit. Hic dum iura Priorum
Ductor age: & ternum Phœbe canamus Io.

Domini Ludouici de Moſcoſo, Cordoua, & Roxas Equitis Ordinis de Calatraua, Authoris Conſobrini Epitaphium.

HIc ſitus eſt Themidis Decus Hermenegildus, amórque
Legum, & Palladiæ gloria magna Togæ.
Soſpite quo, rediens terras Aſtræa reuiſit,
Pro tanto linquens cœlica templa Viro.
At nunc ſub tumulo compoſta quieſcit eodem,
Non potuit tumulo nobiliore tegi.

Nobilis

Authoris Elogia.

Nobilis Ioannis de Obando, Santarem, Loayſa, & Roxas, Militaris Calatrauenſis Ordinis, ac Equitatus Equitis, Malacitanæ Militiæ Peditum Ducis,

Ad Librum *de Incompatibilitate Maioratuum* ſui Amitini D. Hermenegildi de Roxas Tortoſa, & Butron, Illiberis olim Senatoris, & Regalium Conſiliorum Cauſidici, Poſthuma Encomia funeſta perſonat

E L E G I A.

ME miſerum! oppreſſum defuncta coniugis angor
Luce vel vt ſemper nocte tenebat adhuc.
Nubila mæroris ſtipabant pectoris ima,
Cinctáque triſtitiâ mœnia cordis erant.
Lætitia auxilio nullo mens ægra vigebat,
Rorabat madidas lubrica gutta genas.
Angoris pondus, lachrymarum & muſica triſtis
Fecerunt ſomnos membra tuliſſe graues.
Defeſſus tandem miſero molimine luctus
Ipſe papauerea nube ſepultus eram.
Tunc mihi Melpomenes Parnaſſia tecta colentis
Se ſe forma oculis obtulit alma meis.
Lutea palla pedes eius fluitabat ad imos,
Cupreſſi ornabat mœſta corona comas.
Tale mihi fari viſum eſt, cur dulcia demens
Dic mihi Gorgonea pocula linquis aqua?
Aurea nonne tui iam ſcripta ſilebis Amiti?
Inque ſuas laudes poſthuma plectra ſines?
Maioratus Opus, quod iam grauiora recurrens.
Tollit in exhauſtis Fama ſonora tuis.
Concine, luge vnà fidibus lachrymiſque, decorum
Cauſidici tanti ne moriatur Opus.
Concine (Fama ſui ſic nominis immortalis)
Scripta relicta celer dogmatis alta ſui.
En ego paſſa comas ſuſpiria iuſta remitto,
Próque Viro inſigni flebile carmen ago.
Hermenegildo etenim non eſt mihi charior alter,
Doctior hoc nullus iura docere poteſt?
Ille Licurgus erat maior pietatis abundans,
Intulit auxilium vox bene ſuada reis.
Legipotens Heros cuius mihi robur in actis
Atque foris bellis vſque probata fides.
Diues Auis, Atauiſque nitens ſua ſtirpis origo
Ducebat recto tramite grande genus.
Omnibus aſſiduus ſemper largitor honorum
(Dum ſua vita dedit membra animare) fuit.
Non gaudebat atrox ille inſultare iacenti,
Sed dabat afflictis (iuris onuſtus) opem.
Illa ego ſum tragico quæ præcedente boatu
Vatibus inſpiro carmina mœſta meis.
Dixerat, & medias velox elapſa per vmbras
Me clamare auſum deſerit, atque ſopor.

D. Ioannis Caſtellanos de Marquina, & Rojas, Equitis D. Iacobi, & Senatoria Dignitate apud Granatenſes inſigniti, Authoriſque Conſobrini, ad Lectorem

E P I G R A M M A.

HOc quicumque legis de Maioratibus ingens,
Quod Tibi profertur, Candide Lector, Opus:
Ingenij fœcunda legas cum ſemina tanti,
Maius Opus, dices, ſcribere nemo poteſt.

AD LECTOREM.

EN (Litetate Lector) tumulatum Solem nouum ortum recens inautantem. Lachrymatum meritò adhuc effluentium doloris noſtri inexplebilem rranauit ſinum. In ſuum ſine inconſtantia volubilem ſplendorem fatalis, defatigati, caliginis memoriam, ſed non cum obliuione traiecit: Reſplenduit enim Tibi, vt mitetis literata dies, Ipſi, vt illuminet redintegratus Oriens. Proh anxietatis fœlicem ſine prodigio genium! Et proh angoris noſtri ex lachrymis riuulum eloquenter collapſum! qui in tot ærumnis iſtius Solis nouitet naſcentis augur currus vel cimba fuit. Hic (Lector Sapientiſſime) ad immortalitatem mortuus vetiot Apollo ſocer (heu quondam meus!) mihi ſemper, ſed nunquam ſatis venerandus D. D. Hermenegildus de Roxas, Iordan de Tottoſa & Butron, ex illa illuni intempeſta ſanè, & obducta nimbis Iutis noſtti nocte ad primam hanc Incompatibilitatis lucem, (& Ipſi ſolum antelucanum tempus) per tot deuicta Charybdum pericula, per tot Syttium voraginoſos ſuperatos amphtactus, per tot tetras nodorum Iuris tempeſtates fluctus aliorum ad litrus actirer deuoluentes, Tibi ſoli, vt nouiter, & altius tua lumina, & animus colluſttentur, ſedat procellas, dedolat Charybdim, Sytes conficit, & radiis ad eximiam elaboraris pulchtitudinem, poſt mottalitatis nubila albeſcit ſplendidior, & multotum deſideria fouet, & ornat. Lucem hanc Tibi, clatioremve in Maioratibus, & Regnis, ex eius ſtudij aſſiduis elucubrationibus compactam diem petegrinis candotibus expoſuit. Omnium ſcientiatum rimauit penetralia, vt Iutiſprudentiæ huius ingentis Mareriei ſine exemplo naturam eruditet. Nec harum limina tantùm oſculatus eſt, ſed ad ſecretiora percurrens, inuiſit aras, pandit oracula, ablegauit dubia, & abdita reuerenter explicuit. Nec fuiſſet verum Iuriſprudentiæ Lumen, niſi hæc omnia vnico generoſo curſu feruentet, percalluiſſet (1) Iuriſconſultus, vt diſceres, & Magiſter in cæteris fuit, vt his ad Tuæ vtiliora profeſſioni aſſurgentem artificioſis delectationibus allectatet. O Verum ſine imitatione Magiſtrum, Te ſine circumſcriptione fallentem! Audi Pertonium huic Doctoris genio plauſibiliter aſſentienti. *Sic eloquentiæ Magiſter* (inquit Pettonius) (2) *niſi tanquam piſcator eam impoſuerit hamis eſcam, quam ſcierit appetituros eſſe diſcipulos, ſine ſpe prædæ moratur in ſcopulo.* Quid (Lector) in hoc Incompatibilitatum inacceſſo, atque inabrupto ſcopulo, qui tot naues, & per aduerſas feliciter circumuolantes vndas, circumegit, & hauſit, ſi Te illis Theologicis myſteriis in monſtrum non raperet, ſi Te illis Muſicæ modulaminibus non incantatet, ſi Te Poëticæ ſacris ſtudioſum Tui ſpititum vaticiniis non ſuſpenderet, & ſi reliquis Tibi, & Iuriſprudenriæ proficuè abditis non blandiretur arcanis? Vide tot ſeparatas diſtinctis finibus ſcientias ad hanc Incompatibilitatis congeriem è propriis ſedibus ſubleuatas haud protſus humana telatione compegit, vbi ingenium audax ſine labe fuit. Tibi, Lector ampliſſime, inter cauſas,

1) Cauſſinus *de Eloquentia ciuili, l.12.c.22. fol. 787. col. 1. § Conſtat.* ibi: *Omnéſque ingenuas artes quæ Iuriſcõſulto maximè congruunt.* Briſſonius, *de antiq. Rom. f.3.* Renald. Rudolf. ad Franciſc. Viuiũ, qui refert Aleiatũ *in præfation. ad l. vnic. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt:* Balduinus, Cic. Quintilianus relati à D. Picardo, *in §. Iuriſprudẽtia, Inſt. de iuſt. & iur. n.7.* Paneirolus *var. lib.1. c.80. in princ.*

(2) In Satyricon, fol.2.n.30. Themiſtius *orat.1.* Theocritus *Idyllio* 21. Sic & Ariſtenetus, *lib.1.ep.7.* cuius ſententiã Græcè conſcriptam vertit Mercerius in hũc modum: *Dum ad litus in ſcopulo mollior harbẽmque hamo pulcherrimum piſcem traho curuato pondere calamo.*

cauſas, quas in hac Regali Granarenſi Cancellatia celebriter defenſauit hæc omnia dicauit, ſcripſit, perfecit. Siſte parumper Tumularum reſpice, & in plauſus meritò prorumpe. *Silentium enim eſt admiratio ſubita miſerorum*, vt aiebat Quintilianus. (3) Pro te plaude, quia illa meritæ Soceri mei acclamationis denegatio pietatis tuæ non illius virtutis damnum eſt. Si enim detrahis cultum tantæ elucubrationis dignitati, nil obeſt, quia laudis debitæ ſilentiũ plauſus eſt malæ prouidentis fortunæ. Cinis eſt, ſed cinis ex aris Mineruæ ſacris delapſus, & qui extinctus ardet, dolet lapideus, iniuriatus clamitat. Ciceto. (4) *Homo importuniſſime, cur tantam iniuriam P. Annio mortuo feciſti? Cur hunc dolorem cineri eius atque oſſibus inuſſiſti?* Quia mortuus tot meritis, auge, & miſerere quia mottuus Audi Eum ex illo mortalitatis muſæo, futurum Cinerem Te ſine voce cum Quintiliano loquentem. (5) *Miſeratio autem ex eadem cauſa venit ſiue aliquid paſſi ſumus graue, ſiue paſſuri.* Nec defuncta Tibi, licèt exuta ſpes. Suaſit hoc Athenienſis Gentilitas in bello cæſis & vna tantùm quæ in eis reperiretur virtus laudum inſtitutrix. Sed quanto magis in Te quem impellit religio, officium prouocat, & Authoris noſtri cæſi Sapientiſſimi Militis, non ſine totius Hiſpaniæ orbitatis dolore inter continuas bellicas literarias vigilias tot merita concludentet incitant: *Qui non minus humano Generi prouiſit, quam ſi præliis, atque vulneribus Patriam Parentéſque ſeruaſſet.* Sic prophetice Imperatotes Leo, & Aſthemius Authorem noſtrum collaudabant. (6) Sed præ cæteris audi Cauſſinum, (7) Illum & Operam ſuis elogiis complentem. *Afferuntur præterea Authores tam diuerſi, tam ignoti, tam abditi, qui poſtliminio in lucem ſæculorum redeunt, tam rectæ pronuntiantur ſententiæ, tam exquiſitæ rerum obſeruationes, tam illuſtres notæ, vt putes in vnius mortalis anima omnium Heroum ingenia, artes, inuenta refloruiſſe. Tum verò hæc dum ex memoriæ ſacrario promptiſſima quadam facundia & efferueſcentibus verbis proferuntur, quis eſt, qui hunc Hominem non ſuſpiciat, quis non obſtupeſcat; imò quis Hominem putet, non viuam quandam & ſpirantem Bibliothecam, cui Deus omnes antiquarum diſciplinarum theſauros crediderit?* Sin hoc clarum ita non exequeris officium Tibi reſpondeat Diuinus ille Plato. (8) *An non illiberale quiddam cogitationiſque auaræ, muliebris, ac vilis eſſe videtur, cadauer ſpoliare, hoſtémque putare mortui corpus, cum aduerſarius ipſe abierit, eo, quo pugnabat, relicto? Num cenſes eos, qui hoc agunt differre à canibus aduerſus iactos lapides iraſcentes, eo, qui iacet, dimiſſo? Nihilo equidem differre arbitror. Quare à rapinis huiuſmodi abſtinendum eſt; Victoriæ namque obſunt.* Sed à Te abſit generoſæ indolis Lector, imprudens ſuſpicio hæc, dum Authoris vmbra tanti ſplendoris index, dum cinis hoc eloquenti tumulo obſtructus, Tuis hic ardet fomentis, & illa tuis inclareſcit elogiis. Poſteri obſtupeſcant, tot merita, tot encomiis reciprocè reſpondentia, quibus &, Te auſpice, Author noſter mortuus in vtramuis autem immortaliter dormitabit. Vale.

L. D FRANCISCVS XIMENEZ
de el Aguila Beaumont.

(3.) *Declamat.* 2. Senec. *in Epiſt. Quid prodeſt Totius regionis ſilentium ſi affectus fremunt.* Andreas Eborenſis *in loco commun ſentent.* *f.* 158. Vbi multa ex diuerſis Scriptoribus.

(4) *In Verrem.* Valerius Maximus relatus à Iuſt. Lipſ. *lib.* 1. *Saturnal. Sermon. lib.* 1. *cap.* 8. ibi: *Funebri memoria patris cineres honorando*, vbi multa de honore debito & rituali defunctorum.

(5) *Lib.* 4. *Oratoriæ, cap.* 1. Sophoelis ſententia, *oportet autem mortuo viuentem inſeruire & auxiliari, vtpotè moriturum & ipſum.*

(6) *L.* a. *Cod. de Aduocatis diuerſor. iudicior.*

(7) *De Eloquentia ciuili, lib.* 12. *f.* 788. *col.* 1. §. 3.

(8) Defunctorũ fauore in eadẽ ſunt ſententia Homer. Archiloeus, Euripidus, Æſchilus, Diodor. Idem Euripid. Phæniſis, Sophocles, Minermus, Chilon, quos tradit & ad literam refert Ioan. Stobæus *ſent. ſermon.* 122. *f.* 273.

L. D. Gaſparis Caroli de Eſtremera Arjona Regalis Granatenſis Cancellariæ Aduocati,

Ad L. D. Franciſcum de el Aguila Beaumont Authoris Generum, & Librum in lucem edentem,

EPIGRAMMA.

Aquila Sole arbitro eiurat caligantem partum. Antonius Clarus Syluius *in Leg.* 12. *Tabul.*

DEgenerem ſobolem volucrum Regina, Iouiſque
Armiger indicio luminis ante probat.
Caligant pullorum oculi, ſi Sole propinquo,
Admittens proprios, reiicit illa nothos.
Quam probè, Franciſce, in dias dum luminis auras
Educis librum hunc, quod facit illa, facis!
Publica lux dignum immortali laude volumen
Approbat, & Famam tollit in aſtra tuam.
Magna fides Cineri debetur; Magna ſepulto
Redditur Authori gloria, magna Tibi.
Maximus ille fuit, qui protulit, ille Parentis,
Tu Matris nomen dulcius ipſe geris.
Ille dedit libro vitam, noménque, decúſque;
Tu das luce frui; dic mihi, Maior vter?

INDEX

INDEX
ARGVMENTORVM CAPITVM
quæ in hoc Opere continentur.

INTRODVCTIONIS Argumentum.

PROPONITVR textus, eius caſus, & concluſio; ex quibus planè deducitur, quod materia, *de Regnorum, & Maioratuum Incompatibilitate*, pertinet ad noſtrum textum *in cap. fin. 24. quæſt. 1.* tanquam ſi eſſet propria huius materiæ ſedes, deinde ad eius meliorem explicationem, præſcinditur totum Opus in Nouem Partes. p. 3

PARS PRIMA.

De Incompatibilitate in genere, & vtrum detur in omni ſcientia.

CAP. I. QVid ſit Incompatibilitas, & quomodo conueniat cum omnibus priuatiuè contrariis, & ſibi ipſis repugnantibus, quæ mixtum, vel medium non admittunt, & exinde, an in concurſu duorum, pluriumve maioratuum inſtitutorum cum grauamine ferendi inſignia Armorum, nominum, vel cognominum familiæ, ſimpliciter, vel in ſolidum, detur incompatibilitas inter eos, ita vt ſucceſſor debeat eligere vnum, & omittere alium, vel alios. p. 12

II. An incompatibilitas detur in ſacræ Theologiæ ſcientia, vbi maximè agitur de Incompatibilitate inter ſubſiſtentiam humanam, & ſubſiſtentiam diuinam: ad materiam vnionis hypoſtaticæ: & de Incompatibilitate inter gratiam, & peccatum in eodem ſubiecto, propter inimicitiam peccatoris cum Deo: & exinde vtrum ſucceſſio maioratûs reddatur incompatibilis cum inimico fundatoris ob iniuriam, vel grauem offenſam poſt fundationem ei, vel eius familiæ factam, viuente ipſo vel mortuo fundatore? & an odium, ſiue inimicitia cenſeatur tantùm perſonalis contra offenſorem, vel etiam Realis contra eius filios, & deſcendentes, ad hoc vt maioratus tranſeat ad alium alterius gratæ lineæ. pag. 19

III. An detur incompatibilitas in ſcientia Philoſophiæ? vbi igitur de Regula, quæ reſultat ex duobus contrariis, ſeu incompatibilibus; ad hoc vt inter incompatibilia, poſitio vnius inducat renuntiationem, aut expreſſam reuocationem alterius. Deſcenditur deinde ad reſolutionem illius ſatis dubiæ quæſtionis, vtrum pactum, ſeu clauſula de non reuocando maioratum, reuocabilem, de iure, cùm ſit incompatibile, & contrarium diſpoſitioni *legis 17. & 44. Tauri*, exceptis tribus caſibus *in dictis legibus* relatis, faciat maioratum irreuocabilem? & de intellectu, & concordia textus *in l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſ. mort.* & *l. cum precario 12. ff. de precario.* p. 32

IV. An detur materia incompatibilitatis in ſcientia noſtra legali, ſeu Iuriſprudétia: vbi ex nonnullis eius regulis, maximè ex regula, *Ius noſtrum non patitur 7. ff. de de reg. iur.* enodabitur illa intricata quæſtio quæ exoritur quando aliquis in maioratu ſucceſſor ex concubina filium ſuſcepit naturalem: deinde vxorem duxerit, & ex ea legitimus ei natus eſt filius, mortua autem ſua legitima vxore, poſtea ſecundas cum dicta ſua concubina contraxit nuptias, ex quibus naturalis prior eius filius legitimus redditur per diſpoſitionem textus *in cap. tanta eſt vis matrimony: Qui filij ſint legitimi*, & mortuo patre, contendunt ad ſucceſſionem maioratus filius legitimatus tanquam maior, & filius legitimus, licèt minor, tanquam primus in legitimatione, quis eorum præferri debeat? p. 57

V. An incompatibilitas detur in ſcientia Arithmeticæ: ac deinde agitur de Maioratibus tam ex diſpoſitione hominis, quàm prouiſione legis, incompatibilibus ratione

ö Quotæ,

Index Argumentorum Capitum.

Quotæ, ſeu certæ quantitatis in bonis, vel redditibus; ac de ſententia ſuper computatione ſecundum regulas Arithmeticæ incompatibili, vbi etiam inuenies quomodo eſt computandus valor bonorum, vel redditúum? maximè ſi maioratus conſiſtat in bonis inæqualiter reddentibus, & in bonis pretioſis abſque fructu, vel redditu, & in Officiis, titulis honorificis, iuriſdictionibus, & aliis? quæ onera deduci debeant? cui incumbat onus probandi, & quæ probationes ſint neceſſariæ? Et tādem ad praxim traditur forma libellandi in hoc caſu de Maioratibus incompatibilibus ratione quotæ; & aliæ etiam quæſtiones de Maioratibus incompatibilibus ratione quotæ excitantur. pag. 45

VI. Vtrùm incompatibilitatis materia detur in Geometriæ ſcientia? Vbi copioſè agitantur regulæ omnes linearum inter ſe incompatibilium, ad cognoſcendum, circa maioratuum ſucceſſiones, verum ſucceſſorem: Hic quamplurimæ excitantur quæſtiones vtiliſſimæ, & practicabiles, quæ videndæ ſunt, in corpore huius capitis. p. 57

VII. An detur incompatibilitas in ſcientia Muſicæ? Vbi cum interpretatione plurimorum iurium agitur de conſonantia in vnum, ac etiam de diſſonantia, & repugnantia cum omni perfectione, quando diſceditur ab vnitate: & exinde de vnione, aggregatione, ſeu incorporatione duorum, pluriumvè maioratuum, quando quilibet eorum habet cōditiones diſſonantes, ac incōpatibiles; Et aliqua de vnione Regnorum; & vltimò deuenitur ad quæſtionem, vtrùm ex vocatione per hoc nomen appellatiuum, *Vnus*, alio collectiuo nomine iuncto, veluti, *suceda vno de mis hijos, o, vno de mis parientes, o, vno de mi linaje*; appoſita in perpetuo fideicommiſſo, Patronatu, vel Anniuerſario, ſit ſufficiens cōiectura ad inducendum maioratum. p. 91

VIII. An materia incompatibilitatis detur in naturalis Aſtrologiæ ſcientia, vbi poſtquam concluditur quod Aſtrologus cognoſcere non poteſt hanc ſcientiam niſi per regulas incompatibilitatis, & quòd in Aſtris, & maximè in luminari maiore, & Luna, incompatibile eſt, (niſi ex voluntate diuinæ Potentiæ) retrocedere ad lineam, gradum, vel parallelum anteriorem: Exinde diſſeritur, ſi aliquis in inſtitutione ſui maioratus in fauorem familiæ relicti, nominet ad ſucceſſionem ſecundogenitum ex tribus, pluribuſvè filiis alicuius, omittens primogenitum, tertiogenitum, & cæteros alios fratres; poſteaque eueniat quod ſecundogenitus decedat abſque deſcendentibus, attamen ſuperſtite primogenito, & tertio, vel quarto, vel quintogenito, vel eorū proleian ſucceſſio huius maioratus retrocedere debeat ad lineam ſuperiorem, ſiue anteriorem primogeniti, quæ fuit omiſſa; vel vltra procedere ad lineam ſequentem tertiò, vel quartogeniti, ſuo ordine, eodem quo dictum eſt de Aſtris? Et quid ſi in linea ſequenti tertiò, quartò, vel quintogeniti non extet niſi fœmina ſecundogenita, & primogenitus, inter quos ſit controuerſia. pag. 97

IX. An in ſcientia Medicinæ detur materia Iocompatibilitatis? Vbi concluditur taliter eſſe neceſſariam ad hanc ſcientiam, quod ſine cognitione eius, quod eſt incompatibile, Medicus ſanum reddere medicamentum non poſſit; ex vulgari axiomate, *Contraria contrariјs curantur*: nec etiam tanquam peritus in arte probationes Iudicibus exhibere, maximè ad iudicandum de impotentia coeūndi naturali, perpetua, vel accidentali. Et exinde vertitur quæſtio ad materiam Maioratus. Quid ſi excluſus fuerit in inſtitutione Monachus, vel Clericus in Sacris, & ſucceſſor grauatus ſit ad contrahendum in familia, vel cum certo genere perſonarum; an ex eo cenſeatur etiam excluſus laicus, qui careat potentia coēundi? Et quid ſi excluſus fuerit ſimpliciter, & in inſtitutione non appareat de cauſa finali, vel impulſiua excludendi Clericum? pag. 103

X. An detur hæc materia Incompatibilitatis in ſcientia Dialecticæ? Vbi deinde controuertitur de Incompatibilibus, contrariis, contradictoriis, ſeu perplexis clauſulis, ſeu capitulis, vocationibus, & conditionibus in maioratibus appoſitis, cui ſtandum ſit, vel nulli earum? Ad Textum *in l. qui quadringenta*, 88. *ff. ad legem Falcidiam*, qui eſt ſedes vbi debet agi ex profeſſo de hac ſcientia. pag. 106

XI. Vtrùm Incompatibilitas detur in ſcientia Rhetoricæ, inuenta ad ornatum Dialecticæ, ad aliquid clariori, & ſuauiori modo ſuadendum? Vbi agitur de concurſu vocalium, vel ſyllabarum in Rhetorica effugiendo, & amphibologia vitanda. Et inde quid erit, ſi in maioratus inſtitutione vocatio fuerit facta per Amphibologiam, vel ambiguam orationem; taliter quod ſi ad quemlibet duorum ſimul, & eodem tempore ſucceſſorum referri poſſit, quis eorum ſuccedere debeat? Ex eo, quod reſpectu vtriuſque ſimul ſucceſſio ſit incompatibilis. pag. 110

XII. An detur Incompatibilitas in Poeticæ ſcientia, vbi etiam, quid ſi Maioratus, vinculis,

culi, ſeu patronatus inſtitutor velit, quod is, qui ſuccedere poſſit,vel præferri debeat,profiteatur quamlibet ex ſcientiis, vel quod ex certis redditibus fruatur dum in publicis ſcholis verſabitur ad diſcendam aliquam ex ſcientiis vſque ad gradum in ea obtinendum: an ſufficiat profiteri ſcientiam Poëſeos, ſiue dare operam ad eam addiſcendam? Et cùm agatur deinde de diuiſione Poëtarum, deueniendo ad Comicos, & ad eos, qui in publicis theatris causâ quæſtus Poëticam recitant, quæritur an tales Poëtæ Comici poſſint ſuccedere in ſimplici, vel annexam dignitatem habente maioratu? cuius reſolutio pendet à ſolutione duarum aliarum quæſtionum: quarum altera eſt,an infamis infamiâ iuris, aut facti, repellatur à maioratus ſucceſſione? altera an Hiſtrio,vel Comicus noſtris temporibus ſit, vel non, infamis infamiâ iuris,vel facti? p.113

XIII. Vtrum in Grammatica detur Incompatibilitatis materia? Vbi tandem agitur de nomine poſitiuo, & comparatiuo, & eorum incompatibilitate: ac deinde an ſit incompoſſibilis melioratio,vel inſtitutio vinculi,ſeu Maioratus, aut Patronatus, ex melioratione tertiæ partis bonorum à parentibus facta in filio vnico? Et reſoluitur ſecundum communem opinionem, quæ ponitur pro Regula cum ſuis Ampliationibus, & Limitationibus. p.118

PARS SECVNDA.

De Incompatibilitate, quæ prouenit ex Iure naturali.

CAP. I. Agitur in genere de incompatibilitate quæ ex iure naturali promanat.

Ad idque adducitur textus *in l. hac verba* 124. *ff. de verbor. ſignificat.*

Et poſt eius interpretationem adducitur etiam textus *in l. optimam* 14. *§. fin. ff. de contrahend. & comm. ſtipul.* ex quo deducitur quod naturaliter homo vnus non poteſt ſimul, eodémque tempore, circumſcriptiuè reſidere in duobus diſtinctis locis.

Vnde occaſione data diſcutitur illa perdifficilis quæſtio, an hoc fieri valeat ſupernaturaliter, miraculosè, de potentia Dei abſoluta? Et reſoluitur quod ſolum procedat de modo naturali,ſeu de potentia ordinaria,attento ordine naturæ debito.

Et inde tractatur de Negatiuæ coarctatæ probatione vulgò (*Coartada*) vbi aliqua conducentia ad praxim tradnntur.

Tum demum ad noſtrum inſtitutum deuenientes congredimur ad quæſtionem illam de Incompatibilitate, quæ prouenit ex conditione reſidendi, ſeu habitandi in aliqua Prouincia, Curia, vel ciuitate, vel allo terminato loco, quando concurrunt duo Maioratus, quorum quilibet requirat reſidentiam in ſuo diſtincto ac circumſcriptibili loco, & vnus ſit tantum ſucceſſor, qui cùm ſecundum naturam in vtroque ſimul reſidere non poſſit, vtrum in eo caſu talis conditio faciat maioratus apud eundem ſucceſſorem taliter incompatibiles iure naturæ, quod eligere teneatur vnum eorum, & alius ad alium tranſire debeat? Et reſoluitur cum variis Ampliationibus, & Limitatioribus. p.122

II. De Incompatibilitate, quæ naturaliter reſultat inter præteritum, & futurum tempus: ac proinde, quod vſusfructus vnius anni tranſacti,per vſumfructum alterius futuri anni non ſuppletur, neque agitur niſi ad intereſſe, & æſtimationem; cum in rerum natura eſſe deſierit. ad text. *in l. ſi vſuſfructus mihi in biennium 6. ff. de vſufruct. legat.*

Vnde ſuſcitatur illa quæſtio, quæ ſolet agitari ſuper Maioratu,vel Patronatu irregulari, tali conditione inſtituto,vt in eo ſuccedatur alternatim: vnus ſcilicet fruatur per tempus,vel vitam,ex linea paterna; & alter per aliud tempus, & vitam ex linea materna, vel vnus ex parte viri, & alius ex parte vxoris inſtitutoris: an tranſacto inutiliter ex cauſa litigij, vel alia quacumque, tempore vni aſſignato abſque actuali poſſeſſione, & facultate ſibi competente vtendi & fruendi, ſiue cum effectu habendi redditus, & vſumfructum, Iudex debeat aliud tempus ei aſſignare, vel ſubrogare ad vtendum & fruendum?

Et quid ſi in patronatu alternatiuo redditus bonorum vnius anni ſint deſignati ad Redemptionem Captiuorum,& redditus alterius anni ſint aſſignati pro maritandis puellis, vel pro alimentandis pauperibus, vel pro excarcerandis debitoribus;vel in certam quantitatem,& quantitas, vel redditus aſſignati vnius anni deficiat ob ſterilitatem, vel ex eo quod conſumpti fuerunt in refectionem, vel reparationem bonorum, an debeat ſuppleri ex fructibus,vel redditibus futuri,ſeu ſubſequentis anni?

Ac denique è conuerſo de incompatibilitate naturali inter futurum, & præteritum tempus: ad textum *in l. 42. Tauri*, hodie *l. 3. tit. 7. lib. 5. recopilat.* vbi refertur caſus, quo priùs inſtitutus fuit maioratus de Tertio, & Quinto bonorum, & poſtea de omnibus bonis virtute facultatis Regiæ poſtea conceſſæ abſque mentione inſtitutionis primi maioratus; an cenſeantur duo,vel vnus maioratus,

ratus , & quid de iure ſuccedendi in eis. p.130

De Incompatibilitate de iure naturali,ad quæſtionẽ illam,vtrùm ſecundogenitus præferatur in ſucceſſione maioratus,ſi concurrat cum primogenito Hermaphrodito?ad explicationem illius vulgaris clauſulæ ; *Prefiriendo el baron à la hembra.* Et quid iuris , quando competentia ſit inter Hermaphroditum , & Tranſuerſales maſculos ad ſuccedendum in maioratu agnationis,vel ſimplicis maſculinitatis,in quo fœmina penitus ſit excluſa.p.136

I V. Eſto quod non compatitur de iure naturali, quòd vnus filius genitus fuerit à duobus viris: quæritur quis ſuccedere debeat in maioratu primi , vel ſecundi mariti vltimi poſſeſſoris, quando vxor poſt mortem primi intra paucos dies ſecundò nubat , & intra ſeptimum, nonum,vel decimum ſiue vndecimum menſem natus ſit filius ; an natus ſuccedere debeat , vel conſanguineus primi , vel ſecundi mariti.

Et idem , non ſolum quando poſt mortem primi,ſed etiam eo viuente ſi diſſoluatur matrimonium, quia contractum nulliter, per vim, vel metum,vel in gradu prohibito?vel ſi primus vir contraxerit alia vxore viuente ? aut ſi marito abſente mulier cum alio contraxerit,& ei reuerſo fuerit reddita vxor ? p.142

V. Vtrum incompatibile ſit de iure naturali, duos vel tres vno impetu edi infantes ? ad textum *in l. Arethuſa 15. ff. de ſtatu hominum.* Et quis eorum præferri debeat in ſucceſſione Regni , vel maioratus, quando ambo ſub ſecundina inuoluti,aut ex ventre execto in lucem editi fuère, vel ſi ignorari contingat vter eorum primò natus fuerit. p.148

V I. Vnùm ſucceſſio Regni , vel Maioratus non compatiatur cum illo, qui naturâ, non autem ex accidenti ſit demens, mente captus, ſurdus,& mutus, vel cæcus ? Et quid in ſucceſſione emphyteuſis , & in ſucceſſione commendæ Indiarum ? p.154

PARS TERTIA.

De Incompatibilitate à Iure diuino proueniente.

CAP. I. DE Incõpatibilitate de Iure diuino, comprobata ex illo primitiuo Paradiſi atquẽ omnium antiquiſſimo maioratu , per contrauentionem , ſiue Dei præcepti tranſgreſſionem incompatibili , cuius fuit inſtitutor Dominus Deus noſter in principio poſt creationem omnium , ſecundùm Moyſem *in Geneſi , cap. 2. & 3.* Vnde inferuntur duodecim Adnotationes concernentes noſtram Iuriſprudentiam,in materia priuationis ſeu excluſionis à ſucceſſione maioratus per contrauentionem:& in duodecima atque vltima Adnotatione,agitur ex profeſſo, an per contrauentionem patris excludi ac priuari debeat etiam eius filius , ac deſcendens ? & quando ſententia ob contrauentionem cenſeatur Realis ac linealis, vel quando perſonalis ? p.158

II. De Maioratuum , atque eorum inſtitutionum origine ; & quòd proueniat à Iure diuino. Et exinde agitur de Incompatibilitate quoad ſucceſsionem maioratuum , quæ ad Hæreticos pertinebat ſucceſſores,qui crimen læſæ maieſtatis diuinæ commiſerunt. Et quid de eorum filiis,ac deſcendẽtibus,cum diſtinctione caſuum, vbi incidit illa quæſtio:Quid erit ſi poſtquam Monaſterium ſucceſsit in maioratu, Monachus,per quem ad Monaſterium deuenerit ſucceſsio committat crimen hæreſis, an nihilominus durante vita Monachi eam ſucceſsionem retinere poſsit? vel an ſtatim transferatur ad ſequentem in gradu ? p.169

III. Ex præcepto Diuino non compatitur coniugiũ inter eos, qui ſunt diſparis cultus;prout inter Catholicum,& hæreticum ; fidelem,& infidelem: *Deut. c. 7.* Vnde ex iure huius præcepti, ſucceſſores in maioratibus iuſtè parère tenentur conditionibus , quæ in inſtitutionibus apponi ſolent prohibentibus inire matrimonia cum perſonis maculatis ex genere Iudæorum,Infideliũ,vel Hæreticorum;& quod aliter priuari debẽt maioratuum ſucceſsione, non ſolum contrauenientes,ſed etiam eorum filij,ac deſcendẽtes ex illo matrimonio. Hinc inſurgunt quæſtiones ſcitu dignæ,quæ breuiter reſoluuntur per Ampliationes,& Limitationes. Et tamen diſcutitur,quid de filiis natis ex ſecundis ab inſtitutore deſideratis nuptiis, poſt contrauentionem , an ex eo quod pater non paruit conditioni , ſi maioratus ad alium ex alia linea tranſitum fecerit,filius ex ſecundis nuptiis iuxta conditionem contractis, recuperare valeat maioratus ſucceſsionem à Tertio illo ex alia linea habente , ſeu poſsidente eum ? p.174

I V. Ad text. *Num. c. 26. & 27.* vbi de iure Diuino, extantibus filiis maſculis,non eſt compatibilis apud fœminas terra Chanaan, ex Dei diſpoſitione diuiſas inter maſculos de Tribubus,ſeu Iſraëlitarum familiis,cum prohibitione alienationis extra propriam cuiuſque familiam. Sed ſi pater decederet abſque filiis,tunc fœminæ,eius filiæ ſuccedebant. Vnde notatur , quod in maioratibus regularibus, vinculis, atque patronatibus Hiſpaniæ , ad ſimilitudinem huius iuris , ſuccedunt filij maſculi , & non niſi iis deficienti

ficientibus, fœminæ eiuſdem lineæ, & gradus; quarum ſucceſſio quando ſunt in eadem linea, & gradu cum viris, regulatur, ad inſtar ſucceſſionis eorum, qui ſunt in ſecundo gradu. Notatur etiam ad regulam, quæ obſeruatur in Hiſpanorum primogeniis, quod niſi expreſsè excludatur, ſeu præferatur, nunquam fœmina prioris cenſetur excluſa per maſculum inferioris lineæ. Et hinc deciditur illa quæſtio; An in Maioratibus puræ agnationis, ſi deficiant agnati, & concurrat fœmina ex ſuperiori linea, & maſculus ex fœmina lineæ inferioris, præferri debeat fœmina, vel maſculus, in quo ficta poſſit dari agnatio; ita quod per prius ſuccedere debeant maſculi ex maſculis; deinde maſculi ex fœminis; & poſterius ipſæ fœminæ, vel per poſterius maſculi ex fœminis? Et tandem ſuppoſito quod in maioratibus agnationis, deficientibus agnatis; & in Maioratibus ſimplicis maſculinitatis, deficientibus omnibus maſculis, fœminæ ſuccedere valent, deuenimus ad aliam arduam quæſtionem; an tunc ſucceſſio decurrere debeat ad fœminam, filiam vltimi poſſeſſoris, ſeu ei proximiorem; vel an reuerti debeat ad fœminam, vel eius filium ſeu deſcendentem ex linea anteriori primi ſucceſſoris primogeniti, ſeu priùs vocati? & ex profeſſo agitur de reintegratione lineæ poſtergatæ. p.180

V. De iure Diuino prohibitum eſt, ne fœmina, quæ in defectum maſculi ſucceſſit in ſorte Terræ ſanctæ ſui patris, nubat, niſi cum viro ex Tribu, ſeu familia paterna; ne commiſceantur ſortes inter familias diuiſæ, ad prouiſionem vniuſcuiuſque, & contra ordinem diuinum confundantur: *Numer. cap. fin.* iunctis *c. 26. & 27. ſupra, relatis*. Clauis eſt vniuerſalis (*quam dicimus, llaue maeſtra:*) ad materiam de maioratibus incompatibilibus, maximè per diſpoſitiones, quibus duo plurave primogenia diuiduntur inter filios, ſiue nepotes, vel familias, etiamſi expreſsè non prohibeatur concurſus eorum primogeniorum, cùm exinde deducantur rationes, ſeu cauſæ finales talium diſpoſitionum legis, vel hominis, & per eas refutatur opinio Senatus Luſitani per Gammam *dec. 27.* Mieres *p. 2. q. 6. n. 210. & 213.* D. D. Ioan. à Caſtil. *lib. 3. c. 15. à n. 2. vſque ad n. 20.* Et reſoluitur quod ſi aliquis inſtituat duo, vel tria plurave primogenia, quæ ſeparet atque diuidat inter primogenitum, & ſecundogenitum, pluresve deinceps: aut omiſſo, vel excluſo primogenito, qui alium maioratum habeat, ad alium ſuum vocet ſecundogenitum, ne confundantur, ſemper dum poſsibile erit, inter omnes de familia diſcurrere debent tanquam realiter incompatibilia, diuiſim ac ſeparatim. p.187

PARS QVARTA.

De Iuris Gentium Incompatibilitate, per diſpoſitionem hominis.

CAP. I. DE Incompatibilitate ex Iure Gentium per diſpoſitionem hominis procedēte, qui velit quod ſuū primogenium ſit incompatibile cum alio: veluti quando inſtitutor diſponit prohibendo concurſum duorum, pluriumve maioratuum; ſiue quod ſuum primogenium cum alio non iungatur. Vnde diſcutitur, quid ſi inſtitutor maioratus diſponat, quod quandocumque poſſeſſor ſuccedat in alio primogenio, tunc ſuum deueniat primogenium ad ſequentem in gradu? an inſtitutor ſenſerit de gradu lineæ grauati vel de gradu alterius lineæ ſubſequētis? Quod dubium maximè procedit, quando grauatus vltimus poſſeſſor habeat filium vnigenitum, & fratrem, vel nepotē, ſiue fratrem patruelem, vel habeat primogenitum, ſecundogenitum, & fratrem, aut filium, vel nepotem ex fratre, & ſic concurrant ad ſucceſſionem Patruus & nepos, aut filius primogenitus & ſecundogenitus, & frater, vel filius fratris, ſiue patruelis; vel filius vnicus cum alio ex linea Tranſuerſali, qui non ſit patruus, nec eius filius, aut deſcendens; & idem ſi diſponat quod tunc *ſuccedat proximior ex ſua familia*: vel dicat; *ſuccedat mihi proximior*, vulgò, *mi pariente mas cercano*: vel dicat, *ſuccedat proximior mei, & ſui*: vulgò, *mi pariente, y el ſuyo mas cercano*: vel abſolutè, *ſuccedat proximior.* p.194

II. Incompatibilitas, ſeu prohibitio concurſus duorum, pluriumvè maioratuum, quæ prouenit à iure Gentium ex diſpoſitione hominis, ſitne odioſa, vel fauorabilis? Et in dubio an cenſeatur realis, vel perſonalis, ſiue reſtricta ad certas tantum illas determinatas perſonas, quas inſtitutor expreſsè nominauit? Quæſtio perutilis ad plurimos caſus. p.202

III. Ex diſpoſitione hominis, quid ſi inſtitutor prohibeat, ne talis maioratus concurrat, ſiue iungatur cum alio, & eueniat quod per viam matrimonij copuletur cum alio; vtrùm maritus vtrumque maioratum retinere valeat, & poſſidere vnum iure proprio, alium iure vxoris? Et an data dicta prohibitione, poſſit etiam poſſidere vtrumque maioratum, vnum iure proprio, alterum tanquam paterfamilias nomine filij primogeniti? p.206

IV. An prohibito ex diſpoſitione hominis concurſu vnius cum altero maioratu, ex eo cenſeatur prohibitus concurſus cum dignitate Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus? Et quid de Baronia. p.209

V. De Maioratu, vinculo, vel Patronatu, qui per diſpoſitionem hominis contineat perplexitatem, vel in eius clauſulis habeat conditiones, vel grauamina, aut vocationes contrarias atque incompatibiles. Et de duobus, pluribuſvè maioratibus, vinculis, ſiue Patronatibus æquè principalibus, vel altero principali, altero acceſſorio aggregatis, vel vniri iuſſis, quorum quilibet per diſpoſitionem hominis habeat contrariam, ſiue repugnantem, atque incompatibilem conditionem, vocationem, vel aliud quodlibet grauamen ſeu de aggregationibus, & vnionibus Maioratuum cum conditionibus incompatibilibus. pag. 213

VI. Quid ſi in aliquo ſuperioris lineæ concurrant duæ lineæ ex diſpoſitione hominis incompatibiles, alia ſucceſſibilis, & alia expreſsè per inſtitutorem à ſucceſſione ſui maioratus excluſa, atque reprobata: Et in alio ex ſucceſſoribus inferioris lineæ concurrant lineæ pure ſucceſſibiles, quis eorum præferri debeat? Verbi gratia, pone quod aliquis habens quatuor, pluresvè fratres, inſtituat maioriam, ad cuius ſucceſſionem vocet in primis fratrem ſuum primogenitum, atque expreſsè excludat in perpetuum ſecundogenitum fratrem, & omnem eius fratris poſteritatem & fortè eueniat quod aliquis ex deſcendentibus ſui fratris primogeniti contrahat matrimonium cum alio ex deſcendentibus excluſi fratris ſecundogeniti, ex quo matrimonio procreatus ſit filius, qui ex vna parte habeat lineam ſucceſſibilem, atque vocatam, & ex altera parte aliam odioſam, atque excluſam, & ſuper ſucceſſione maioratus contendat cum alio deſcendente ex tertiogenito fratre inſtitutoris, qui ex omni latere habeat lineam ſucceſſibilem. p. 217

PARS QVINTA.

De Incompatibilitate prouenıente ex iure Ciuili.

CAP. I. QVando vtrumque eſt contrarium, ſeu incompatibile, incluſio vnius eſt excluſio alterius ex diſpoſitione Iuris Ciuilis, *in l. ait Prætor*, 7. *§. ſed quod Papinianus, ff. de minoribus, l. Tribunus*, 20. *§. fin. ff. de teſtamento milit. l. cum in teſtamento*, 37. *ff. de hæredibus inſtituendis.* Axioma quod deducunt communiter Scribentes ex *ex l. cum Prætor* 12. *ff de iudicijs*, expenditur, quod incluſio per vocationem ad ſucceſſionem vnius ex pluribus maioratibus incompatibilibus, erit excluſio aliorum? Et quid de incluſione vnius lineæ, an & quando ſit excluſio alterius? Et tandem breuiter, & in aliquibus remiſsiuè, atque vtiliter tractatur de incluſione per vocationem maſculorum, & an inde ſequatur abſoluta excluſio fœminarum? & quid è contra. p. 221

II. Incompatibile eſt de iure Ciuili, quod ex vna parte actus morientium, ſtatim vt aditur hæreditas, valeant, & ex altera, parte ſint in ſuſpenſo; ex *l. fin. in fin. ff. commun. prædior.* Vbi dicitur quod non poſſunt eſſe in pendenti. Vnde infertur, an compatiatur quod ſucceſſio maioratus poſſit eſſe in ſuſpenſo? & quis præferri debeat vtrùm natus tempore vacantis, vel qui ſit melioris lineæ, vel qualitatis poſtea natus poſt delatam ſucceſſionem, vel lite pendente, ad hoc vt poſsit habere regreſſum ad maioratus ſucceſsionem, & eam auocare à poſſeſſore? p. 225

III. De Iure, & Ciuili Philoſophia, eſt quid Incompatibile, *potentia*, & *actus*: cùm ſimul eſſe non poſsint, ex *§. ſic itaque diſcretis, in principio, verſ. nec res, quæ tam actoris*, &c. *Inſt. de actionib.* cum *concordantibus.* Vnde diſcutitur, quid ſi inſtitutor maioratus caueat, quod in ſuo primogenio non ſuccedat ille, qui habeat aliud primogenium, & ſub hac conditione primogenitus ſit vocatus, & eueniat quod ſucceſſor, ita vocatus habeat actionem ad aliud primogenium, non verò actualem poſſeſsionem eius, an hæc potentia habendi alium maioratum ſufficiat ad excluſionem à primo? Et quid de potentia actui proxima? Veluti quando ab iſto, qui habet actionem, fuerit lis incepta in petitorio, aut poſſeſſorio iudicio. p. 232

IV. De iure Ciuili *in l. ſi Titio*, 10 *ff. de vſufructu legato*, dictio copulatiua, ſeu coniunctiua, inter incompatibilia, reſoluitur in diſiunctiuam, ſiue alternatiuam: quod procedit reſpectu perſonarum, rerum atque conditionum incompatibilium, quæ ſimul concurrere non poſsint. Vnde quid ſi inſtitutor maioratus, ad ſucceſsionem eius vocauit cum dictione, *Et*, copulatiua, duos, vel plures; veluti *ſuccedat Philippus, & Dionyſius, atque Gregorius*: An omnes ſimul eodémque tempore ſuccedere valeant, vel vnus tantum per ſuum ordinem, ac ſi per diſiunctiuam fuerint vocari? Etſi vnus tantum, quis eorum? Et an hæ vocationes ſint reales, vel perſonales, ita vt deficiente primo relictis filiis, ſeu deſcendentibus, ſuccedat alius nominatim tanquam ſubſtitutus ſubſequenter vocatus, vel deſcendentes ex primo vocato. p. 237

V. De Iure Ciuili eſt incompatibile ratione ordinis, vel contrarietatis, iudicium poſſeſſorium per interdictum *Retinendæ*, quod aliter dicitur, *Vti poſſidetis*, & *Vtrobi*; & iudicium petitorium: Ex text. *in l. exitus* 35. *ff. de adqui*

adquirenda poſſeſſ. l.1. § huius ff. vti poſſidetis, l. de vi, 37. ff. de iudiciis: iuncta Gloſſa vnica, *verſ. ſi verò retinendæ*. Vnde diſcutitur ad materiam maioratus de remediis poſſeſſoriis, & an cumulari poſsint, & concurrere ſimul in vno iudicio, proprietas ſiue iudicium petitorium, & interdictum *Retinendæ*, in remedio *legis 45. Tauri*. p.240

VI. De Incompatibilitate, quæ datur de iure Ciuili in ipſo venditore, vel eius hærede, ad hoc vt ex vna parte teneatur de euictione, & ex alia poſsit vindicare id, quod ipſe alienauit; iuxta regulam, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*: deductam ex *l. vendicantem, 17 ff. de euict.* Vnde agitur de euictione rerum maioratus, quæ poſt inſtitutionem vindicantur. Et quid ſi vindicetur vnus ex duobus maioratibus incompatibilibus ratione quotæ, ille nempe, quem retinuit primogenitus: vel alter eiuſdem lineæ: Vel ſi vindicetur ob culpam, ſeu contrauentionem poſſeſſoris? Et quid ſi aliquo fortuito caſu bona deficiant abſque culpa, vel facto poſſeſſoris, an detur regreſſus ad alium maioratum ſeparatum ab alia linea, quia erat incompatibilis ratione quotæ. pag.248

PARS SEXTA.

De Incompatibilitate de iure Cæſareo?

CAP. I. DE iure Cæſareo eſt incompatibile, vt ex eadem Scriptura quis contrariis, ſeu incompatibilibus remediis experiatur: *l. fin. C. de Codic.* vbi Imperator Theodoſius *in 1. p. text.* definit, quod nemo poſſit ex eadem Scriptura primò petere hæreditatem iure directo, & poſtea iure indirecto per fideicommiſſum, vel è contra: vnde poſito quod ſint inter ſe contraria, ſeu incompatibilia, bona libera, ſeu allodialia, & bona maioratus, ſeu perpetui fideicommiſſi: quid ſi primò quis agat ad bona tanquam libera, an poſtea poterit ea petere ex eadem Scriptura tanquam bona maioratus ſeu fideicommiſſi, vel è contra. Et denique hic diſceptatur quando bona præſumantur libera, ſeu allodialia, & quando vinculo fideicommiſſi, ſeu maioratus obſtricta, ſeu affecta, ad hoc vt vnus ex oppoſitoribus, qui contendunt, vt eſſe libera, vel vinculata, reſpectiuè mitti debeat in poſſeſſionem. p.261

II. De Iure Cæſareo ſtatutum eſt, etiam per text. *in l. fin. p. 2. C. de Codicil.* quod ex contrariis ſeu incompatibilibus remediis, vnum eſt à principio eligendum ex eadem Scriptura & eligens ſcienter vnum ex duobus, pluribuſve iuribus ad inuicem contrariis, ſeu incompatibilibus, præiudicat ſibi in alio, quādo iura ſunt contraria in origine, ſeu effectu, & tunc electione vnius conſumitur aliud: vnde diſceptare licet, quod ſi is, qui habet actionē ad duo contraria, ſeu incompatibilia primogenia, vtrumque petat ſimul, an excipi poſsit ad impediendum litis ingreſſum, quod excipiens non tenetur ei reſpondere donec vnum ex incōpatibilibus eligat? Et an ſi eligat ſcienter vnum propoſitum ſuæ intentionis explanando, & petendo, ſiue in poſſeſſorio, ſiue in petitorio, poſsit reuerti ad petitionem alterius poſt litis conteſtationem, vel lite finita? Et an hoc caſu poſsit eum iuuare beneficium de in integrum reſtitutione? p 265

III. De duabus pluribuſve contrariis, ac incōpatibilibus actionibus, ſeu ſibi inuicem repugnantibus in effectu, vſu, ſeu exercitio, ita vt quis vnam teneatur eligere, alter admitti, ſeu audire non debeat: ad textū de iure Cæſareo *in l. 1. C. de furtu, & ſeru. corrupt.* Ab hinc diſſeritur vtrum quis poſsit admitti ad duos maioratus ad inuicem repugnantes, ſeu incompatibiles alterum, quem habeat iure proprio ſucceſſoris, alterum, quem habere intendat iure adminiſtratoris, ſeu Curatoris bonorum abſentis, ſui conſanguinei, ex eo quod ſi abſens conſanguineus deceſſerit, ad cum tanquam ad proximiorem, ſeu vocatum competeret ſucceſsio, & an hoc caſu eligere teneatur; & ſi non eligat, an ad alium ſequentem in gradu pertineat adminiſtratio bonorum maioratus abſentis? p.269

IV. De iure Cæſareo incompatibilia ſunt apud vnum, duo, plurave officia, ſeu Militiæ diuerſi generis, vel Dignitates Militiæ diuerſi Ordinis, quas ſimul eodēmq; tempore quis habere non valet: itaque Officium vnum debet eligere, & ab alio repelli, iuxta deciſionem Imperatoris Iuſtiniani *in l. his quidem 5 C. qui militare poſſunt, vel non lib 12.* Hic latè agitur de Officiis publicis incompatibilibus: Vbi diſcutitur quid iuris, ſi quilibet ex duobus, pluribuſvè maioratibus habeat ſuam militiam, ſeu officium publicum Rectoris, aut Decurionis, vulgò, *de Regidor, o, veintiquatro*, aut Tribuni plebis, vulgò, *Durado*; aut publici Tabellionis alicuius Conſilij, ſeu Conſiſtorij, quorum quodlibet officium ſit incompatibile, cum alio apud eundem ſucceſſorem, maximè ex diſpoſitione *noſtra legis 4. tit. 3. lib. 7. Recop.* An ſi concurrant in vnomet ſucceſſore hi duo maioratus ex duobus Officiis inſtituti, nonne ratione Officiorum erunt taliter incompatibiles, vt vnum eligere debeat ſucceſſor, & alius ad ſequentem in gradu ſit deueniendus, vel non? Et quid ſi hæc duo primogenia inſtituta ex duobus officiis publicis incompatibilibus, com-

ponantur ex duabus Rectoriis incompatibilibus, & partim ex aliis bonis compatibilibus? Et quid ſi hi duo maioratus inſtituti ſint ab Aſcendentibus ex tertio & quinto bonorum, vbi ſeruari debeat ordo per diſpoſitionem *legis* 27. *Tauri*, aſſignatus? Et quid ſi deueniant ad ſucceſſorem Clericum, vel Monachum, qui ſunt de iure incapaces quorumcunque Officium Decurionis, Tribuni plebis Tabellionis, & cuiuſlibet publicæ Rectoriæ, p.274

PARS SEPTIMA.

De Incompatibilitate de iure Canonico.

CAP. I. De Iure Canonico, ſeu Pontificio eſt, text. *in cap. cum te* 4. §. *ſed etiam, de ætate & qualitate*; Vbi non compatitur, quòd vnus habeat duas, pluresvè Eccleſias titulatas, niſi vna pendeat ex alia per vnionem, ſeu aggregationem: vel niſi fuerint ita tenues in ſubſtantia, quòd proprios Sacerdotes non poſſint congruenter alere.

Ex quo textu, & eius Gloſſa, *ſancto c.* 1. 21. *q.* 1. *cap. Sanctorum*, §. *omnino*, 70. *diſtinct. cap. dudum*, 54. *in fin. de elect. cap. de multa*, 18. *de præbend. & dignitat.* oſtenditur Regula de Incompatibilitate inter duas Eccleſias titulatas, ſeu Beneficia curam habentia, vel reſidentiam requirentia: cum quinque limitationibus, quæ firmant regulam in cõtrarium.

Vnde per iura eiuſdem Regulæ, & limitationum eiuſdem, ad inſtar beneficiorum incompatibilium, conſtituitur alia Regula inter Maioratus, vincula, & Patronatus incompatibiles per diſpoſitionem hominis, vel legis; etiam cum quinque limitationibus.

Ideo ſuper prima limitatione, quæritur an maioratus incompatibilis cum alio maioratu ei aggregato, ſeu vnito, qui per ſe non ſtat, ſed tantùm per viam aggregationis, dependentiæ, vel incorporationis, ſeu acceſſionis.

Ad ſecundam limitationem, quæritur, an iſte maioratus incompatibilis cum alio, iungi poſſit cum altero ita tenui & exiguo, vt ex redditibus vtriuſque vix ſucceſſor ſuſtentari valeat.

Ad tertiam limitationem quæritur, an ſicuti propter penuriam Clericorum, vnus duas, pluresvè Eccleſias, ſeu beneficia incompatibilia habere poteſt, ita etiam ob penuriam ſucceſſorum vnus duos incompatibiles maioratus habere poſſit, veluti ſi ex familia non niſi vnus ſuperſit, an in hoc ſolo vltimo ex familia concurrere poſſint duo, pluresvè incompatibiles maioratus, inſtituti pro illis de illa familia? Et inde quæritur, quid ſi duo hi maioratus veniant per diuerſas lineas ad duos vltimos de familia, quorum cuilibet impoſſibile ſit de iure, vel naturâ, habere ſucceſſorem, & vnus eorum præmoriatur naturaliter, vel ciuiliter, quia fortè ingreſſus, & profeſſus eſt Religionem, an ad hæredes præmortui, vel ad vltimum ſuperſtitem de familia alium maioratum incompatibilem poſſidentem, deuenire debeant bona maioratus incompatibilis, quæ prædefunctus poſſidebat? Et etiam agitur ad *l.* 27. *Tauri*, de alia quæſtione, vtrum ad vnum, & alterum deſcendentem deuenire valeant duo incompatibiles maioratus à parẽtibus ea lege incõpatibilitatis inſtituti, vt inter ſucceſſores diuiſim, & minimè coniunctim apud duos ſucceſſores diſcurrant, etiamſi tempore vacantis, alij ſucceſſores ex naturalibus Aſcendentibus vel tranſuerſalibus ſuperſint? Et quid de vno vltimo ex naturalibus ſuperſtitibus Aſcendentibus? Et quid de vno vltimo Aſcendente, extantibus tranſuerſalibus? Et quid de vltimo ex tranſuerſalibus, extantibus extraneis vocatis.

Super quarta limitatione quæritur, an apud vnum poſſint eſſe duo maioratus incompatibiles, quorum vnus datus ſit in commendam? Et hic agitur de Incompatibilitate inter Commendas Indorum, & Commendas militares Ordinis Diui Iacobi, ſancti Ioannis, & Ordinis de Calatraua, & Alcantara, atque aliorum Militum; Et de Incompatibilitate inter Maioratum, & Commendam titulatam.

Tandem ad quintam limitationem quæritur, an valeat diſpenſatio, ſeu Regia facultas, ad hoc vt vnus poſſit contra voluntatem inſtitutoris, & in præiudicium alterius vocati duos maioratus incompatibiles obtinere. p.284

II. Secundum Canones incompatibilia ſunt duo beneficia, etiam inſufficientia ad congruam ſuſtentationem, quando vtrumque perſonalem reſidentiam requirit, *c.* 3. *cap. conquerente*, 6. *de Cleric. non reſident.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 17.

Ab hinc deducitur idem dicendum in duobus primogeniis, vinculis, ſeu patronatibus requirentibus ex ſimili lege, ac conditione, in quolibet eorum localem reſidentiam; & an id etiam procedat non obſtante exiguitate diſtantiæ vnius loci ab altero, & tenuitate fructuum?

Et an ſucceſſor reſidentiam debeat habere in principali Prouinciæ ciuitate, vel in ipſa Vrbe; an ſufficiat ſi habitet in caſtro, vel oppido minùs principali eiuſdem prouinciæ, vel in ſuburbio, ſeu vico? Et quid ſi poſtea caſtrum, oppidum, ſuburbium, vel vicus eximatur à iuriſdictione prouinciæ, vel ciuitatis.

Quod

Index Argumentorum Capitum.

Quod præbet anſam ad quæſtionem noſtris temporibus quotidie practicabilem, ob plurimas vicorum, ac populorum exemptiones; an qui erat domiciliarius in vna ciuitate, cùm ab ea eximatur populus, vel vicus vbi habitabat, remaneat in alio mutato foro, & domicilio. Vtrùm is qui contraxit in loco domicilij, & poſtea domicilium aliò tranſtulit ex causâ exemptionis, ſit conueniendus, & exequendus, ſaltem per literas requiſitorias in loco primi domicilij, & coram eius Iudice ordinario? vel an neceſſariò conueniendus ſit in loco exempto ſecundi domicilij, & coram eius Iudice ordinario? Et contra ſententiam, ac deciſionem traditam à D. D. Ioan. Baptiſt. de la Rea *tom.2. diſp.94.* Pro coronide *huius cap.* terminatur hæc vltima quæſtio ex alia deciſione Granatenſi, fundata in quodam voto D. D. Marcellini Garcia de Guzman Senatoris meritiſſimi in Senatu Granatenſi, ac maioris muneris digniſſimi. p.291

III. De Iure Canonico incompatibilia ſunt apud vnum duo Beneficia, quorum quodlibet ſit ſufficiens: *c.conquerente 6. de Clericis non reſidentibus:c. dudum* 54. maximè *in §.licet,* cum Gloſſ.*verb.Intitulatam,& verb.Retinere,de elect.* Conc.Trid.*ſeſſ.7.c.4.de reform.*& *ſeſſ.24.c.17.* Et exinde reſoluitur quæſtio illa, de maioratu condito ſub conditione quod ſi poſſeſſor obtineat aliud primogenium ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, tunc maioratus tranſeat ad alium ſucceſſorem; & qui redditus ſufficientes erunt pro congrua ſuſtentatione, ad hoc, vt habeat locum tranſitus ad alium, & cui incumbat onus probandi. p.294

IV. Ad *Clementinam, Gratiæ, de Reſcriptis:* dum probat, quod ſi aliquis habeat gratiam impetratam de beneficio primò vacaturo, etiamſi nondum poſſeſſionem aſſequutus ſit, perdit eam, & conſumit gratiam, ac ſi ipſo iure renunciaſſet, ſi pacificè conſequatur aliud beneficium incompatibile cum illo, quod expectabat; quamuis proteſtetur, & poſtea hoc vltimum reſignet, & renunciet. Vnde agitur, an *dicta Clementina*, cum ſuis declarationibus, ampliationibus, & limitationibus, habeat locum inter maioratus incompatibiles per diſpoſitionem hominis; veluti ſi primogenitus, qui in expectatiua habebat ſucceſſionẽ duorum incompatibilium maioratuum, pone vnum ex parte patris, & alterum ex parte matris, & obtinuit pacificam poſſeſſionem vnius ex hiſce duobus incompatibilibus, an videatur, quamuis non ex ſua mente, attamen ex iuris diſpoſitione alteri renuntiare, & ita Expectatiuam conſumere, ac ſi à ſecundo maioratu illicò eſſet exclusus? Et quid ſi habens vnum maioratum, & ſciens alterum eſſe incompatibilem, petat, & obtineat poſſeſſionem eius: an videatur renuntiaſſe primo, vel habere poſſit regreſſum ad eundem. Et quid ſi in vacatione duorum incompatibilium, petat, & aſſequatur poſſeſſionem vnius, an videatur recedere ab alio? Et quid ſi petat, & conſequatur pacificam poſſeſſionem duorum, an habeat electionem, quod tempus ei competat ad eligendum? p.297

V. Ad *Clementinam, Exiui de Paradiſo,§.quia igitur in ſucceſſionibus*: maximè *in verſ. An huiuſmodi redditus obtinere, paupertati, & mendicitati repugnet*, &c. *de verb. ſignific.* vbi ex deciſione Canonica, etiam anteà dicta, *in cap.3.§.porrò, de verbor. ſignific. in 6.* incompatibilis exiſtit omnis ſucceſſio apud Religioſos fratres Minores. Exinde agitur de incompatibilitate ſucceſſionis in vinculo, maioratu, vel patronatu de agnatione, vel dignitatem, aut iuriſdictionem habente, apud Monachos, & Moniales, ac eorum Monaſteria: & quando ceſſet apud eos incompatibilitas, ad hoc vt ſuccedere valeant. Et quid de Officiis publicis, vel dignitatibus ſecularibus iuriſdictionem annexam habentibus, vel quando Monaſterium eſt ſubſtitutum in defectum deſcendentium, & conſanguineorum? Et an Princeps prohibere poſſit Eccleſiaſticis perſonis ſucceſſionem in dictis Officiis publicis. p.304

VI. Ad Gloſſam *verb. Rex, in cap. Cœpit Hermenegildus Rex*, 24.q.1 vbi dicitur, quod in vita patris primogenitus filius Regis, *Rex* vocari debet, licèt in actu non habeat Regnum, ac idem de filio Comitis, Marchionis, vel Ducis primogenito. Deinde agitur, quid erit ſi prohibitus ſit apud patrem concurſus duorum incompatibilium maioratuum, ita vt illicò vnus eorum tranſire debeat ad alium, omittendo, ſi hic alius futurus erit ſecundogenitus, vel ſequens in gradu, & eueniat quod pater poſſidens vnum tempore vacantis alretius incompatibilis maioratus, habeat fratrem, & filium vnicum, vel fratrem, & duos filios, ſcilicet primogenitum, ac ſecundogenitum, quis eorum ſuccedere debeat in maioratu, quem pater non retinet, an filius primogenitus, qui eſt tanquam Dominus in vita parris, & ſpem inuariabilem haber ſuccedendi in alio maioratu à patre retento, vel an ſuccedere debeat frater, vel ſecundogenitus? Et quid inter Patrueles, anceps quæſtio, & quæ incidit ferè neceſſariò ad veram intelligentiam, atque explicationem Gloſſæ noſtri textus. p.318

PARS

Digitized by Google

PARS OCTAVA.

De Incompatibilitate de iure Hiſpano Regio.

CAP. I. DE iure noſtro Regio conſtituta eſt incompatibilitas *in l.7.tit.7. lib.5.Recop.*quæ prohibet concurſum duorum maioratuum, quorum vnus habeat in annuo redditu duplicatum numerum decies centum mille dipondiorum, ſiue ducenta millia ſeſtertiorum, vulgò; *Dos quentos de Marauedis de renta en cada vn año:* quando per viam matrimonij coniunguntur; & ſic contingat poſt mortem coniugum ad vnum deuenire ſucceſſorem qui habeat fratrem, ſororem, aut filios: inter quos diuidi poſſint, data electione filio maiori. In *hoc* autem *cap.* agitur ex profeſſo de ratione dicideodi *huius legis*, quoad vnam ex duodecim partibus in quas diuiditur, quæ incipit ab illis verbis: *Otro ſi ſomos informados, que por coſa de auer ſe iunta do en eſtos nueſtros Reynos de poco tiempo a eſta parte por via de caſamiento algunas caſas, y mayorazgos de grandes Caualleros* vſque ad illa verba: *Por la honra, y conſeruacion de la Nobleça y Caballeria deſtos Reynos, y que en nueſtros tiempos ſea antes accreſcentada que diſminuida*, &c. Vnde deſceodimus ad illam agitatam quæſtionem,an *hæc lex*,ob eius rationes decidendi, procedere debeat non ſolum in caſu coniunctionis ex cauſa matrimonij,ſed etiam ex cauſa ſucceſſionis? vbi tamen non curamus, quæ ſit verior, ſed quæ in boom publicum ac Regale ſeruitium vtilior opinio? Et concluditur pro Affirmatiua; licet fateamur quod indiget alia Regia ſaoctione, qua caueatur quod, *dicta noſtra lex* 7. procedat etiam quando maioratus dicti valoris iunguntur per viam ſucceſſionis. Quod quàm vtile, & neceſſarium ſit Regno, Regi, Regimini, atque bono publico, iure diuino, atque politico, & rationibus, in quibus Politici,Iuriſtæ,ac alij conueniunt,demonſttatur. p.326

II. Ad *l.7. tit.7. lib.5.Recopilat.* ſuper illis verbis:*que en los matrimonios que haſta aora no eſtan contrahidos cada y quando por via de caſamiento ſe vinieren ajuntar:* excitantur in eorum enucleationem quæſtiones ſequentes.

Prima, an *huius legis* diſpoſitio non ſolum habeat locum, quando à principio, & tempore contracti matrimonij, ſiue cum pactis nuptialibus, ſiue ſine illis, quilibet coniugum habeat, & conferat ſuum maioratum in quo ſucceſſerit; ſed etiam quando poſt contractum matrimonium fuit eis, vel vni eorum delata ſucceſſio conſtante matrimonio.

Secunda,an idem dicendum,ſi poſt contractum matrimoniũ, & eo ſoluto per mortem cuiuſvis contrahentium,qui probabilem ſpem ſuccedendi habebat in maioratu, ſeu maioratibus, delata ſit eius, ſiue eorum ſucceſſio filio primogenito, vel nepoti ipſorum coniugum, ex eo quod maritus, vel vxor, deceſſerit viuente patre, vel matre, vel fratre poſſeſſore talis maioratus, & poſtea decedat pater, vel mater, vel frater, ad quorum filium, vel nepotem tranſeat maioratus ſoluto matrimonio poſt mortem eius Patris, vel Matris, Aui, vel Auiæ.

Tertia, quid ſi coniuges nec tempore nuptiarum, nec conſtante matrimonio, vllam probabilem, & inuariabilem habuerunt ſpem ſuccedendi, & poſt eorum obitum contingat quod decedat aliquis vltimus poſſeſſor conſanguineus ex linea aliqua tranſuerſali remota, ita vt non cogitaretur de ſucceſſione ex parte vxoris, vel mariti, & maioratus vnus, vel duo deferantur eorum filio primogenito, nepoti, vel alij deſcendenti, & ſic in eo concurrant duo, pluresve maioratus, quorum vnus habeat *dos quentos de renta*; omnes prouenientes per lineam paternam, & maternam, & ex cauſa matrimonij parentum, ſine quo aliàs apud filium, nepotem, vel pronepotem non iungerentur; an ex diſpoſitione *dictæ legis* 7. diuidi debeant, vel non, tanquam ille caſus an cenſeatur comprehenſus vel non, in *legis* verbis, dum dicitur: *Cada y quando por via de caſamiento ſe venieren ajuntar.*

Quarta, quid erit, ſi primogenitus ſuccedat in vno ex duobus maioratibus per viam matrimonij parentum, & in alio per viam ſucceſſionis tantùm, an tunc fiet diuiſio inter primogenitum, & eius fratrem ſecundogenitum, per diſpoſitionem *dictæ legis* 7. ac ſi coniunctio fuiſſet facta per viam matrimonij,vel non,ac ſi coniunctio fuiſſet facta per viam ſucceſſionis tantum?

Quinta, quid ſi matrimonium poſtea declaretur nullum, quia contractum in gradu prohibito, vel lex alia cauſa, ſeu impedimento, an duo maioratus, ſic coniuncti per viam matrimonij diuidi debeant inter filios natos in figura matrimonij putatiui?

Sexta & vltima: quid ſi coniunctio horum duorum maioratuum fiat, non per viam matrimonij,ſed per viam concubinatus, vel ſponſaliorum de futuro inter eos, qui habeant filios naturales, qui ſuccedere valeant in maioratibus? p.335

III. Ad *l.7. tit.7. lib.5. Recop.* dum dicitur, *dos caſas de maiorazgos*: vbi poſtquam explicantur hæc verba, excitantur ſex quæſtiones.

Prima quid ſi non eſſent duo maioratus, ſed vnus à viro & vxore ſimul inſtitutus in vna charta, & bona ex parte vxoris, vel ex parte viri, excedant *dos quentos de renta*: an diuidi debeat inter filios, ac ſi duo verè eſſent maioratus, quorum vnus haberet *dos quentos de renta*.

Secunda, quid ſi vnus ex duobus maioratibus habeat alium ſibi aggregatum, & tam principalium, quàm aggregati redditus aſcẽdaut ad ſummam *de dos quentos de renta*; attamen redditus cuiuſlibet eorum ad eam ſummam non aſcendant, an computari debeant tanquam duo, quorum reditus excedant *dos quentos de renta*, vel tanquam tres maioratus, quorum nullus eam quantitatem non attingat?

Tertia, quid ſi plures quàm duo, pone tres, vel quatuor eſſent maioratus, qui concurrerent per viam matrimonij, & nullus aſcendat ad redditus *de dos quentos de renta*, attamen duo, tres, vel quatuor eorum in redditu eam ſummam excedant, an diuidi debeant, taliter quòd primogenitus eligat ex eis duos, tres, vel quatuor, qui ſimul habeãt redditus vltra ſummam à *leg.7.* aſsignatam, & alius ex illis maioratibus ad fratrem tranſeat?

Quarta, quid ſi non ſolum duo, ſed etiam tres, vel plures maioratus coniuncti per viam matrimonij, & quilibet eorum excedat ſummam *de dos quentos de renta*, an electo vno eorum per filium maiorem, alij diuidi debeant inter alios fratres, ſecundogenitum, & tertiogenitum, dara etiam alia electione ſecundogenito, & ſic de cæteris, iuxta numerum filiorum, & maioratuum?

Quinta, quid ſi non duo maioratus ſint, qui concurrant, ſed vnus maioratus, & Dignitas aliqua, nempe Comitatus, Ducatus, aut Marchionatus, an etiam diuidi debeant? Et quid ſi concurrat vnus maioratus, & feudum, aut Commenda Indorum?

Sexta & vltima, quid ſi vnus ex duobus fuiſſet maioratus factus abſquè Regia facultate, Anniuerſarium, ſeu patronatus? p.344

IV. Proſequitur expoſitionem *l.7. tit.7. lib.5. Recop.* ibi: *Que ſea la vna de ellas de valor de dos quentos de renta, e dende arriba.* In quibus verbis ſe offerunt quæſtiones ſequentes.

Prima, an procedat, etiamſi maioratus, vel vnus eorum minorem habeant in redditu quantitatem, quàm quæ lege noſtra declaratur.

Secunda, eſto quod neceſſe ſit vt in redditu habeat vnus ex duobus maioratibus ducenta milli[illegible] ſtertiorum, quod verum eſt, reprobata o[illegible]ne D.D. Ioan. à Caſtillo; Deueniendum [illegible]d computationẽ, & liquidationem, & quomodo facienda ſit, maximè ſi inter bona maioratus, ſint iuriſdictio, aut aliqua Officia honorifica, ſicuti officium Decurionatus, officium *de ventiquatro*, *o Iurado*, aut aliud ſimile, quomodo eius emolumenta ſint computanda, an ratione æſtimationis, vel ratione ſolummodo eius quod in redditu, vel pecunia percipitur.

Tertia & vltima, quæ onera, atque expenſæ deducendæ ſint? & vtrum deduci debeant alimenta, quæ poſſeſſor maioratus tenetur dare fratribus ſuis, vel aliis deſcendentibus inſtitutorum, & in omnibus his, cui incumbat onus probandi? p.348

V. Super illis verbis: *El hixo mayor que en las dichas dos caſas aſi juntas por caſamiento podia ſuceder*, deſumptis ex *l. noſtra 7. tit.7. lib.5. Recop.* agitur quis propriè erit filius maior, de quo ſenſerit *l. noſtra*, an filius natu, maior, ſiue primogenitus, vel filius maior, circa præcedentiam ſucceſſionis?

Quid autem ſi vocatus ſit in inſtitutione *maior de domo*, vel *de familia*?

Quid, quando vocatus fuiſſet *maior natu*, vel *maior ætate*, abſque expreſſione nominis proprij in inſtitutione maioratus, in quo fuiſſet annexa aliqua adminiſtratio, diſtributio, regimen, vel gubernium?

Quid ſi vocatus eſſet *maior ſuperſtes*, ſcilicet, *el hixo maior que quedare vibo a el tiempo de la muerte del vltimo poſſehedor*?

Et an idem quando relatio facta fuiſſet de ſuperſtite, vel ſuperſtitibus, nomine proprio nominatis?

Quid ſi *nepos maior* vocatus ſit, & concurrat ex vna parte nepos maior natu, filius primogeniti, ſeu patris maioris ætate; ex altera nepos, ſeu patruelis maior ætate, ſed filius alterius fratris minoris natu, quis eorũ præferendus ſit?

Et quid ſi verificari non poſſit quis eorum ſit filius maior, non in caſu quo duo, vel tres, vno partu & tempore pariter naſcantur, de quo caſu alibi dictum eſt: ſed in eo caſu, quo deſcendentes duo, vel plures contendant ſe deſcendere ex filio maiore natu, ſed nemo eorum probet? p.351

VI. Proſequitur interpretationem *d. l.7. tit.7. lib.5. Recopil.* in illis verbis: *Suceda ſolamente* (ſcilicet *el hixo maior*,) *en vno de los tales maiorazgos, en el mejor, y ma principal, que el quiſiere eſcojer*: ex quibus deueniendo ad materiam ſatis latam de electione, nonnullas magis vtiles, & contingibiles diſcutiendas eligam quæſtiones.

Prima, quo tempore? Et ſecunda intra quod tempus, filius maior poſſit eligere? & an debeat requiri, & interpellari, & ei tempus per Iudicem aſſignari?

Tertia, quid ſi eligere nolit intra tempus ei aſſignatum; an tunc Iudex ex officio, vel ſecundogenitus, debeat eligere?

Quarta

Digitized by Google

Index Argumentorum Capitum.

Quarta, an filius maior poterit eligere maioratum minorem in reditu, ſeu valore, aut quantitate? ad intelligentiam illius verbi: *En el major, y mas principal que el qui ſiere eſcojer,* & an poſſit variare?

Quinta, quid ſi primogenitus ſit minor, & an in integrum reſtitui debeat? Et quid ſi ſit mulier coniugata, an ipſa mulier, vel maritus eius eligere poſſit?

Sexta, quid ſi primogenitus non habeat niſi vnicam ſororem, & vnus ex maioratibus, pone ex parte patris ſit maioratus Agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis; alter verò ſit regularis: an primogenitus poterit maioratum regularem eligere, & dimittere alium maioratum agnationis, ſeu ſimplicis maſculinitatis, in quo ſuccedere non poteſt ſoror eius, eo quòd ſit fœmina?

Et an idem erit, ſi filius maior habeat fratrem vterinum tantùm ſecundogenitum, & in dicto fratre maiore natu concurrant maioratus ex parte patris, & maioratus ex parte matris, an poterit in præiudicium ſui fratris vterini eligere maioratum maternum, dimittendo paternum, in quo vterinus ſuccedere non valear, cùm ſit reſpectu eius, extraneus? motus filius maior ex eo forſan, quòd maioratus maternus ſit in redditu maior, vel in fraudem vterini ſecundogeniti, ad hoc vt nepos filius primogeniti ſuccedat in alio maioratu paterno? Er quãdo electio facta præſumatur in fraudẽ.

Tandem remiſſiuè ſoluitur alia quæſtio; quid ſi primogenitus, ad quem duorum maioratuum ſpectabat ſucceſſio, priùs vnum petat, & obtineat; an ex eo hunc eligere videatur, & alteri renuntiare quandocunque vocaturo. p.358

VII. Proſequitur *dict. l. 7 tit. 7. lib. 5. Recopilat.* ſuper illis verbis: *y el hixo, o hixa ſegundo ſuceda en el otro mayorazgo.*

In primis agendum eſt quis ſit ſecundogenitus, & de aliis quæſtionibus ſecundogenitum maſculum, & ſecundogenitam concernentibus. Deinde an quod diſpoſitum eſt in *hac lege* inter duos maioratus ex diſpoſitione legis incompatibiles, debeat obſeruari inter duos maioratus per diſpoſitionem hominis incompatibiles, quando ab inſtitutore cautum non eſt ad quem deuenire alter ex duobus dictis maioratibus debeat?

Secundò quid ſi in maioratu ex diſpoſitione hominis dictum ſit quod in altero maioratu ſuccedat ſequens in gradu: An ſequens in gradu debeat intelligi de filio primogeniti, vel de ſecundogenito, vel eius filio, ſeu deſcẽdẽte? ad hoc quod ſi tempore vacantis alterius ex duobus incompatibilibus maioratibus, vnum, vel duos habeat filios, inter quos maioratus diuidi poſſint, & ſimul habeat fratrem ſecundogenitum, iudicari poſſit quis in altero maioratu incompatibili ſuccedere debeat, filiuſnè, vel patruus ſecundogenitus?

VIII. Proſequitur in *l. 7. tit. 7. lib. 5. nouæ recollectionis,* illa verba: *Si no hubiere mas de vn hixo, o hixa, que aquel lo pueda tener por ſu vida, y ſi aquel hixo, o hixa obiere dos hijos o hijo, e hya, ſe diuidan y partan los dos mayorazgos: ſegun abemos dicho.*

Vnde an idem dicendum ſit de nepote, & pronepote vnico, quod deciſum eſt de filio vnico, adhoc vt per vitam, nepos, vel pronepos vnicus ex filio vnico retinere poſſit duos maioratus incompatibiles ex diſpoſitione *huius legis,* quæ omiſit caſum de vnico nepote, vel pronepote, in vita ſua, nam tantùm loquitur de filio vnico, nato ex communi parentum matrimonio, per quod iuncti fuerunt duo, pluresvè maioratus, quorum vnus aſcendat ad duo millia dupondiorum in redditu?

Secundò, an idem quod deciſum eſt in *hac lege,* ſi filius vnicus habeat fratrem naturalem, qui ſuccedere poſſit in alio maioratu incompatibili ex diſpoſitione *legis noſtræ,* quæ tantùm loqui videtur de filio vnico legitimo & naturali, qui non habeat alium fratrem legitimum & naturalem?

Tertiò denique an idem, quod diſpoſitum eſt in *hac lege Regia,* habeat etiam locum in maioratibus incompatibilibus per diſpoſitionem hominis, vbi non eſt cautum ſeu prouiſum ab inſtitutore, quod ſi peruenerint ad vnicum filium, vel filiam, is, vel ea maioratus duos, vel plures incompatibiles retinere poſſit ad vitam ſuam; vel an ſtatim diuidi debeant ipſi maioratus. p.364

IX. Ad *eandem leg. 7. tit. 7. lib. 5. Recop.* dum proſequitur ita ſic: *de manera que dos mayorazgos ſiendo (como diximos) el vno de ellos de dos quentos de renta, o dende arriba no concurran en vna perſona, ni los pueda vno tener ni poſſeher ſino como dicho es.*

Super verbo, *mayorazgos,* inquiritur an idem in vinculis, ſeu perpetuis fideicommiſſis, patronatibus, anniuerſariis, commendis, & feudis?

Et ſuper verbis: *ni los pueda vno tener, ni poſſeher.* Quid ſi iſte vnus fuerit maritus, paterfamilias, tutor, vel curator, vel adminiſtrator bonotum, abſentis eius conſanguinei? p.366

PARS NONA.

CAP. vnic. AD Argumenta in contrarium adducta, contra concluſionem noſtri textus in *cap. cæpit Hermenegildus. 24. quæſt. 5.* Reſpondetur in *hoc cap. vnico.* p.368

INTRO

INTRODVCTIO
AD
TRACTATVM
DE
REGNORVM AC MAIORATVVM INCOMPATIBILITATE;
AD ORNATVM ET ENVCLEATIONEM
Cap. Cœpit Hermenegildus Rex, cauſa 24. quæſt. 1.

SVMMARIVM.

1 *Principium huius libri ſumitur à Principe omnium Deo noſtro.*

2 *Sancta Trinitas eſt vnum vniuerſorum principium, præter quod aliud inueniri non poteſt.*

3 *Incipit Opus ab inuocatione myſterij Sanctæ ac indiuiduæ Trinitatis, & quare? & n. 5.*

4 *Arius perfide negauit Diuinam eſſentiam, æqualitatem, & coæternam Patris ſubſtantiam inſeparabilem, & ſic myſterium Sanctiſſ. Trinitatis.*

6 Cap. cœpit Hermenegildus Rex, cauſa 24. q. 1. *refertur ad literam.*

7 *Diuus Gregorius Magnus fuit author text.* cap. cœpit Hermenegildus Rex, 24. q. 1. *vbi etiam quo tempore, & ſub quo Pontificatu, & imperio.*

8 *Authores, & Chroniſtæ referuntur, ex quibus proponitur ſpecies caſus ad textum* in cap. cœpit Hermenegildus Rex, 24. q. 1.

9 *Leonigildus Rex Vicegothorum, atque Hiſpaniarum, Pater Regis Hermenegildi fuit Arianus.*

10 *Reges Gothorum in Hiſpania ob culpam Imperatoris Valentis inciderunt in Arianam Hæreſim, à tempore Athalarici I. qui fuit Rex Gothorum, vſque ad martyrium Diui Regis Hermenegildi, & Regni ingreſſum Regis Flauij Recharedi, qui fuit frater Diui Hermenegildi, & num. 11.*

12 *Flauius Recharedus Rex ob cauſam martyrij ſui fratris fecit conuocari Concilium III. Toletanum.*

13 *Concilium III. Toletanum, in quo damnata fuit Ariana Hæreſis: & omne id quod Rex Flauius Rechardus, atque Regina eius vxor, & gens Gothica tanquam Catholici profeſſi fuerunt admſtar ſymboli Athanaſij contra Arium refertur ad literam.*

14 *Athalaricus Rex, & omnes alij Reges Gothi vſque ad Regem Hermenegildum, & eius fratrem Flauium Recharedum, hæretici fuerunt, & probatur n. 17.*

15 *Catholicus primus Rex Gothorum in noſtra Hiſpania fuit Hermenegildus, & deinde eius frater Flauius Recharedus.*

16 *Catholicorum nomen, & titulum quo inſigniti ſunt Reges noſtri Hiſpaniarum acceperunt à primo Rege Catholico Hermenegildo, & eius fratre Flauio Recharedo, & n. 17.*

18 *Eſſentia vna, eademque ſubſtantia, ac æqualitas talis eſt in filio, qualis in Deo Patre, & qui contrarium aſſeruit, ſicut Arius, Hæreticus fuit.*

19 *Arius Alexandrinus fundabat ſuam hæreticam opinionem in Euangelio Diui Ioan.* cap. 14. verſic. 28. *vbi dicitur,* quia Pater maior me eſt.

20 *Arius Alexandrinus conuincitur de ſuo errore; quia Chriſtus Dominus noſter in Euangelio Diui Ioann.* cap. 14 verſ. 28. *locutus fuit tanquam homo, cuius humanitatis reſpectu Pater maior eſt; & in eodem Euangelio Diui Ioan.* cap. 10. *vbi dixit:* Ego, & Pater vnum ſumus, *locutus fuit reſpectu ſuæ diuinitatis.*

21 *Leonigildus Rex primas contraxit nuptias cum Theodoſia filia Seueriani Magni Ducis Carthaginenſis, qui fuit filius Theodorici Regis Oſtrogothorum Italiæ, de quo matrimonio habuit Hermenegildum, atque Flauium Recharedum.*

22 *Seuerianus Magnus Dux Carthaginenſis Auus Hermenegildi, & Recharedi contraxit nuptias cum Theodora ex Regia ſtirpe, de quo matrimonio habuit filios, Leandrum, Iſidorum, Fulgentium, & ſanctam Florentinam.*

23 *Leonigildus Rex Gothorum ſecundas contraxit nuptias cum Goſiunda vidua Regis Athanagildi.*

24 *Leonigildus Rex operam dedit accuratiſſimo affectu, ad hoc, vt Hiſpaniarum Regnum, non per electionem, ſed per ſucceſſionem in ſuum filium Hermenegildum, & Recharedum deueniret.*

Google

25 Leouigildus Rex in Curiis Conuentitiis obtinuit à Regno, quòd eius filius maior Hermenegildus eſſet Rex Hiſpalenſis, vbi ſolium ſuum Regium habebat Leouigildus, qui retinuit ſibi Regnum Toletanum, & ſic ad Toletum tranſtulit ſuam ſedem Regiam, & in alias Regnorum prouincias introduxit filium ſuum Flauium Recharedum.

26 Hiſpaniarum Reges habent Regnum per ſucceſſionem, non ex tempore Regis Pelagy, prout aliqui aſſerunt; ſed ex tempore Hermenegildi, & Flauy Recharedi, & tempore Regis Scintilla, cui ſucceſſit Cyndas Vinctho, & aly vſque ad Rodericum, & exinde Pelagius.

27 Reges poſſunt in vita ſua Regni adminiſtrationem, in totum, vel ſimul ad filios transferre, maximè Primogenitos.

28 Leouigildus Rex adhec vt eius filius maior Hermenegildus in vniuerſo Hiſpaniarum Regno ſuccederet, curauit, vt cum filia Regis Francorum matrimonium contraheret.

29 Hermenegildus Rex ex negotiatione ſui Patris contraxit nuptias cum Ingunda filia Regis Siſiberti, quæ prædita erat magnopere fide Catholica.

30 Ingunda vxor Hermenegildi erat neptis Reginæ Goſiundæ vxoris Regis Leouigildi.

31 Goſiunda Regina vxor Leouigildi aſſociauit neptem ſuam Ingundam, ne reduceret ad fidem Catholicam Hermenegildum, & nihilominus ad Catholicam fidem reduxit Ingunda, & Diuus Leander.

32 Leouigildus Rex ſciens quòd filius eius Hermenegildus conuerſus eſſet ad fidem Catholicam, literas miſit ſuadendo, obſecrando, exhortando, increpando ad hoc vt à fide Catholica deficeret, & quod ſi ad Arianam reuerteret, non ſolum in parte regni ſibi tradita conſeruaret, ſed in eum omnes alias tanquam in Primogenitum transferret, aliter armis eum debellaret.

33 Hermenegildus Rex debellatus fuit, & captus à Patre ſuo Leouigildo, qui filium vinculis oppreſſum in diuerſis carceribus detinuit.

34 Leouigildus Rex ſæpeſæpius filio ſuo Hermenegildo offert Hiſpaniæ Regnum, & quod ipſum in gratiam reciperet ſi à fide Catholica deficeret, & ad Arianam rediret, & in ſignum conuerſionis ſuæ communionem acciperet à Paſchaſio Ariano Epiſcopo; aliter Regno, & vita eum priuaret.

33 Hermenegildus recognoſcens, quod incompatibile eſſet Regnum terrenum, & Regnum cæleſte, ſi ad Arianam hæreſim reuerteret, elegit perſiſtere in fide Catholica, ad hec vt poſſet conſequi cæleſte Regnum, & n. 36.

37 Hermenegildi martyrium refertur.

38 Incompatibile eſt apud Catholicum, cæleſte Regnum, cum Regno terreno, ſeu quouis alio maioratu, date ſub grauamine deficiendi à fide Catholica, vel admittendi aliquem hæreticum errorem.

39 Gratia Dei non compatitur cum gratia paterna conceſſa ſub conditione quod aliquis peruertatur ad hæreſim, repudiata fide Catholica.

40 Communionem ab Hæretico accipere non debet Catholicus, imò potius debet mori.

41 Baptiſmi Sacramentum ab hæretico miniſtro licet accipere.

42 Malum Sacramentum non eſt ex eo, quod per malum miniſtrum detur.

43 Malum, vel bonum quod ſit in miniſtro, non eſt de ſubſtantia Sacramenti Baptiſmi.

44 Marcellinus Pontifex vi oppreſſus, vt à morte liberaretur ingreſſus fuit templum Infidelium, & Idolis thurificauit. Vnde infertur argumentum contra concluſionem textus in cap. cœpit. 24. quæſt. 1. & n 45.

46 Regnum diuinum, & humanum in quo incompatibilia ſunt apud fideles, & n. 47. & probatur num. 48. & 49.

50 Incompatibilitatem, quæ deducitur ex textu in cap. cœpit. 24. q. 1. conſtituit illa conditio, ſeu grauamen deſiſtendi à fide Catholica, & ad hæreſim Arianam redeundi, quod appoſuit Rex Leouigildus filio ſuo Hermenegildo.

51 Conditio contra ius, maximè diuinum, pro non ſcripta debet haberi.

52 Conditio, maximè quæ incompatibilitatem inducit, apponi debet ab eo, qui eam imponendi habeat poteſtatem, probatur n. 54.

53 Succeſſor per electionem non poteſt recipere grauamen, ſeu conditionem à deceſſore, & probatur num 55.

56 Hæretici Regis filius, qui ſit Catholicus, eſt legitimus ſucceſſor in Regno temporali.

57 Regnum propter hæreſim Regis non confiſcatur, ſed datur filio Catholico.

58 Filius tenetur obedire Patri ſub pœna peccati.

59 Obedire eſt melius quàm ſacrificare.

60 Obedire tenentur omnes Regi ſuo ſub pœna peccati lethalis.

61 Obedientiam negans Principi, peccat mortaliter, & iudex Eccleſiaſticus ad petitionem ſecularis illum excommunicare poteſt.

62 Euchariſtiæ Sacramentum minimè ab Hæretico accipiendum.

63 Hæreticus eſt ſegregatus ab vnitate corporis Chriſti.

64 Sacramentum gratiæ, prout eſt Sacramentum Baptiſmi, dat Deus etiam per prauos, & malos miniſtros.

65 Hæreticorum ſacrificia odioſa ſunt Deo.

66 Catholicus non debet communionem accipere ab hæretico, imò potius mori, eum aliter in damnationem æternam incidat.

67 Hæreticus eſt, qui aliter ſentit, & docet de Sacramentis Eccleſiæ, quam ſacroſancta Eccleſia Romana prædicat, & obſeruat; & ipſo iure, & facto incidit in maiorem excommunicationem.

68 Conditio deſerendi fidem Catholicam, & ad hæreſim Arianam redeundi, facit incompatibilem, & repugnantem ſucceſſionem Regni cæleſtis, & terreni, ex diſpoſitione hominis appoſita, & comprobatur num. 69. & 70.

71 Incompatibile eſt, quod vnus & idem poſſit duobus Dominis inſimul ſeruire, maximè ſi ſint diuerſæ, & contrariæ conditionis.

72 Carolus Scribanus Pater Ieſuita probat incompatibilitatem, quam nos deduci probamus ex textu in cap. cœpit 24. q. 1.

73 Catholicus non poteſt ſeruire Deo, & Diabolo; cum id ſit incompatibile.

74 Vnus vicem duarum perſonarum ſuſtinere non poteſt, nec duabus militiis perſonaliter inſeruire; quod incompatibile eſt.

75 Electionem quis debet facere de vno ex duobus Regnis, ſeu Maioratibus incompatibilibus; & ſic eligere melius, ſicut Hermenegildus elegit.

76 Liber hic diſtribuitur in nouem partes, ad materiam Incompatibilitatis Regnorum, ac Maioratuum;

ioratuum ; *& reſponſionem ad argumenta oppoſita contra concluſionem textus in* cap. cœpit.24. quæſtione 1.

ARGVMENTVM.

Proponitur textus , eius caſus , & concluſio , ex quibus planè deducitur , quod materia de Regnorum , ac Maioratuum incompatibilitate pertinet ad noſtrum textum in cap. fin. 24. quæſtione 1. *tanquam ſi eſſet propria huius materiæ ſedes , deinde ad eius meliorem explanationem præſcinditur totum opus in nouem partes.*

1 PRINCIPIVM aſſumens ab illo Summo , ac Maximo Principe omnium , qui non habet principium , ſit noſtrum principium apud Deum ; quia omnia per ipſum facta ſunt , & ſine ipſo factum eſt nihil ; atque apud ſummam
2 Trinitatem ; cum Sancta Trinitas ſit vnum vniuerſorum principium , præter quod aliud inueniri non poteſt, *capit.1. de ſumma Trinit. & fid. Catholica.*

3 Ideo in nomine DEI PATRIS, DEI FILII, AC DEI SPIRITVS SANCTI, INDIVIDVÆ AC SANCTISSIMÆ TRIADOS, cuius altiſſimum myſterium ac diuinitatem in filio Chriſto IESV Domino noſtro ex toto corde profiteor ; provt confeſſus eſt Diuus
4 Athanaſius contra Arianum deteſtabilem illum , & damnatum Hæreſiarcham , qui in Filio talem diuinam eſſentiam , æqualitatem , & coæternam Patris inſeparabilem ſubſtantiam perfidè negabat. In nomine etiam Almæ Virginis Puriſſimæ Mariæ abſque culpræ primordialis labe Conceptæ.

5 Quod equidem exordium ita cum mentione Ariani depravati erroris annotatum , non eſt alienum à noſtro textu *in cap. final.* 24. *quaeſt.*1. qui ita ſe habet.

6 *Cœpit Hermenegildus Rex iuuenis terrenum Regnum deſpicere , & forti deſiderio cæleſte quærens , in ciliciis vinculatus iacens , Omnipotenti Deo ad ſe confirmandum preces effundere , tantoque ſublimius gloriam tranſeuntis mundi deſpicere , quanto & religatus agnouerat , nihil fuiſſe , quod potuerit auferri. Superueniente autem Paſchalis feſtiuitatis Die , intempeſta noctis ſilentio , ad eum perfidus Pater , Arianum Epiſcopum Paſchaſium miſit , vt de eius manu ſacrilega conſecrationis communionem perciperet ; atque per hoc ad Patris gratiam redire mereretur ; ſed vir Deo deditus, Ariano Epiſcopo venienti exprobrauit , vt debuit , eiuſque à ſe perfidiam , dignis increpationibus , repulit : quia etſi exterius iacebat ligatus, apud ſe tamen in magno mentis culmine , ſtabat ſecurus. Ad ſe itaque reuerſo Epiſcopo Ariano , Pater infremuit, ſtatimque ſuos apparitores miſit , qui conſtantiſſimum Confeſſorem Dei illic, vbi iacebat , occiderent. Quod & factum eſt.*

Author *huius textus* fuit ille Summus Pontifex Diuus Gregorius Primus , inter Catholicæ 7
noſtræ Sanctæ Eccleſiæ Doctores Princeps Moralium , per excellentiam , ſiue anthonomaſiam vocatus , *Magnus* , in *libro* 3. *Dialogorum capite* 32. tempore , quo erat Cardinalis ſub Pontificatu Pelagij II. cuius ſucceſſor fuit ipſe Gregorius , Tiberio Imperatore , cui ſucceſſit Mauritius , regnante in noſtra Hiſpania Catholico illo , & glorioſiſſimo Viſigothorum Rege Flauio Recharedo Diui Hermenegildi legitimo ac naturali fratre , anno à Natiuitate noſtri Redemptoris quingenteſimo octogeſimo-quinto , ſicuti comprobat Dom. D.Ioſeph. de Vela, *tom.1. diſſertatione* 21. *numero* 23 ad interpretationem textus *in cap.1. de probationibus.*

Ad poſitionem caſùs , & faciliorem textus no- 8
ſtri intelligentiam , præmittendum eſt cum ipſomet Diuo Gregorio in *dicto libro tertio Dialogorum capite trigeſimo-tertio* , relato à noſtra Sanctiſſima Matre Eccleſia in *Breuiario Romano* , ſuper feſtiuitate Diui Hermenegildi ; quæ alioquin celebratur *die decimo-quarto* , hodie *decimo-tertio menſis Aprilis* , & eſt duplex ex Conſtitutione Sixti Quinti , ad inſtantiam Regis noſtri Philippi Secundi , & cum alio D.Gregorio Turonenſi *lib.5. de Hiſtoria Francorum , à capite trigeſimo octauo , vſque ad quadrageſimum quartum.* Roderic. Archiepiſcopo *libro ſecundo, capite vigeſimo-primo.* Diuo Antonino Archiepiſcopo Florentino *in Summa.* Venerabili Beda *in ſuo Martyrologio.* Ioanne Vaſſeo *tomo primo in Chronico Hiſpan. anni quingenteſimi octogeſimi-quarti.* Ioanne Magno *libro decimo-ſexto de Regno Gothorum*, Ambroſio de Morales *libro vndecimo, capite ſexageſimo quarto, vſque ad ſexageſimum-ſeptimum* Adone Vienenſe *in Chronico , ætate* 6. *anno quingenteſimo octogeſimo tertio.* Vincentio Eſpejo, *Hiſtor. libro vigeſimo ſecundo , cap.*135. Stephano Garibay, *libro octauo capite vigeſimo-tertio.* Patre Pineda *in Monarchia Eccleſiaſtica libro decimo-octauo cap.*2. Patre Mariana *libro quinto cap.*12. Cæſare Baronio *in ſuis Annalibus Eccleſiaſticis, tomo ſeptimo, anno Ieſu-Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto , & Pelagij Papæ VII. & Tiberij Imperatoris II. folio* 643. Patre Ioanne de Marieta *in ſua Hiſtoria Eccleſiaſtica.* Et Floribus Sanctorum Hiſpaniæ , *libro ſecundo cap.*79. 80. 81. *&* 82. Alphonſo à Villadiego *in legibus del fuero Iuzgo in Chronica Gothorum Regum.* Magiſtro Ildephonſo à Villegas *in Floribus Sanctorum , tom.*1. *in tractatu de las Fieſtas y Sanctos de Eſpaña, folio* 408. D Valdes *de Dignitat. Reg. Hiſpania, cap.*13. P.Roderic. de Iepes *in Genealog. Reg. Hiſpan. cap.*4. Doctor. Dom. Franciſc. de Padilla *in ſua Hiſtoria Eccleſiaſtica de Eſpaña, Centur.*6. *cap.*46. 47. *&* 48. & aliis quamplurimis per eos relatis : & nouiter D. Ioan à Tamaio *in ſuo Martyrol. tom.*2 *die* 13. *April.*

Leouigildus decimus-nonus Rex Viſigothorum, 9
Pater Diui Hermenegildi , fuit Arianus , ſicuti cæteri Reges eiuſdem prædeceſſores , qui damnatam Ariani hæreſim ſecuti fuêre , inſequentes Athalaricum ſiue Alaricum primum Gothorum Regem ,
cuius tempore Gothi per culpam Imperatoris Va- 10
lentis à fide Catholica ſegregati fuerunt , quia cum per quemdam Catholicum eorum Epiſcopum , *Gudila*, ſeu *Galphila* vocatum , relicta Idololatria , & omni gentilitate , in Chriſti fidem inſtructi eſſent : Poſtea Legatos cum muneribus ad Valentem Romanum Imperatorem miſerunt , ad hoc, vt copiam Doctorum mitteret in Hiſpaniam , qui eos Catho-

licam edocerent fidem, & tunc Imperator hilari animo applauſit eiſdem, & gratias egit ex eo quod fidem Chriſtianam amplexi fuiſſent; ſed cum Ariana hæreſi eſſet infectus, miſit ad eos magiſtros, & Sacerdotes Arianos, qui errorem, ac ſectam eorum in ſinceris Gothorum animis infixerunt, itaque eorum dogmatibus eoſdem aggregarunt.

11 Quapropter ex tunc in noſtra Hiſpania, proh dolor! Reges in prauitate Ariana errauerunt, per tempus 213. annorum, qui defluxêre à tempore Regis Alarici vſque ad annum 589. in quo, Rex Flauius Recharedus, qui antea in tenebris etiam illius erroris erat, atque morbo Arianæ cæcitatis laborauerat, illuminatus luce, atque illis lampadibus, quæ in cœlo tempore intempeſtæ noctis in Martyrio Diui Hermenegildi apparuerunt, & ductus Canticis Angelorum, quæ audita fuerunt, ſecutus fuit per viam veritatis fratrem ſuum primum Regem Catholicum

12 Hermenegildum cuius martyrij causâ quod paſſus ob id fuerat, omnes Prælatos congregauit ad tertium Toletanum Concilium, vt in eo damnaretur, provt damnata fuit hæreſis Arij, qui negabat omne illud, quod in dicta Synodo contra Arianos Gens Gothica vno ore profeſſa fuit. Hoc equidem idem eſt quod continetur in Symbolo, *Quicumque vult ſaluum eſſe, &c.* per Diuum Athanaſium compoſito aduerſus Arianum illum peſtiferum errorem, vt videri poteſt in anathemate ipſius Concilij III. Toletani, quod tranſcriptum fuit à Doctiſſimo Cæſare Baronio *in Annalibus Eccleſiaſticis tom. 7. anno* 589. *folio* 703. & à Garcia de Loayſa *in collectione Conciliorum Hiſpaniæ, Concilio Toletano III. à folio* 198. atque à Domino Franciſco de Padilla *in Hiſtoria Eccleſiaſtica Hiſpaniæ, centuria 6. capit 55. ex tom. 2. Conciliorum nouæ editionis.* Provt ſequitur.

In nomine Domini IESV-CHRISTI, *anno 4.*

13 *Regnante glorioſiſſimo, atque Piiſſimo, & Deo fideliſſimo Domino Recharedo Rege, die 8. Iduum Maiarum, Æra 627. Hæc Synodus habita eſt in ciuitate Regia Toletana ab Epiſcopis totius Hiſpaniæ, & Galliciæ, numero ſeptuaginta duobus, &c.*

I. *Omnis ergo, qui fidem, & communionem ab Ario venientem, & huc vſque à nobis retentam, adhuc tenere deſiderat, anathema ſit.*

II. *Quicumque Filium Dei, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, negauerit à Paterna ſubſtantia ſine initio genitum, & æqualem eſſe Patri, & conſubſtantialem, anathema ſit.*

III. *Quicumque Spiritum Sanctum non credit, aut non crediderit à Patre, & Filio procedere, eumque non dixerit coæternum eſſe Patri & Filio conſubſtantialem, anathema ſit.*

IV. *Quicumque in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & perſonas non diſtinguit, & vnius diuinitatis ſubſtantiam non agnoſcit, anathema ſit.*

V. *Quicumque filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Spiritum Sanctum, eſſe Patre minorem aſſeuerauerit, & gradibus ſeparauerit, creaturamque eſſe dixerit, anathema ſit.*

VI. *Quicumque Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum vnius ſubſtantiæ, & omnis potentiæ, & æternitatis eſſe non crediderit, anathema ſit.*

VII. *Quicumque neſcire Filium Dei, quod Deus Pater ſciat, dixerit; anathema ſit.*

VIII. *Quicumque initium Filio Dei, & Spiritui Sancto deputauerit, anathema ſit.*

IX. *Quicumque Filium Dei, ſecundùm diuinitatem ſuam viſibilem, aut paſſibilem auſus fuerit proferre, anathema ſit.*

X. *Quicumque Spiritum Sanctum, ſicut Patrem, & Filium verum Deum & omnipotentem eſſe non crediderit, anathema ſit.*

XI. *Quicumque aliam fidem, & communionem Catholicam præterquam in Eccleſia vniuerſali, quam Nicæni, & Conſtantinopolitani, & primi Epheſini, & Chalcedonenſis Concilij decreta tenent, pariter & honorant, tenuerit, anathema ſit.*

XII. *Quicumque Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum honore, & gloria, & diuinitate ſeparat, & diſiungit, anathema ſit.*

XIII. *Quicumque Filium Dei, & Spiritum Sanctum cum Patre non crediderit eſſe glorificandum, & honorandum, anathema ſit.*

XIV. *Quicumque rebaptizandi ſacrilegium, opus eſſe bonum credit, aut crediderit, agit, aut egerit; anathema ſit.*

XV. *Quicumque libellum deteſtabilem, duodecimo anno Leouigildi Regis à nobis editum, in quo continetur Romanorum ad Arianam Eccleſiam traditio, & Gloria Patri per Filium, in Spiritu Sancto, & malè à nobis inſtituta continentur: pro vero habuerit, anathema ſit.*

XVI. *Quicumque Ariminenſe Concilium ex toto corde non reſpuerit, & damnauerit, anathema ſit.*

Confitemur enim nos ex hæreſi Ariana, toto corde, tota anima, & tota mente noſtra ad Eccleſiam Catholicam fuiſſe conuerſos, nulli dubium ſit, nos, noſtroſque deceſſores erraſſe in hæreſi Ariana, & nos fidem Euangelicam, atque Apoſtolicam nunc intra Eccleſiam Catholicam didiciſſe.

Proinde fidem ſanctam, quam Religioſiſſimus Dominus noſter patefecit in medio Concilij, & manu ſua ſubſcripſit, hanc & nos tenemus, hanc confitemur pariter, & ſuſcipimus, hanc in Populis prædicare, & docere promittimus.

Hæc eſt vera fides, quam omnis Eccleſia per totum mundum tenet, & Catholica eſſe creditur, & probatur; cui hæc fides non placet, aut non placuerit, ſit anathema, Maranatha in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti.

De Trinitate autem, & vnitate Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, nihil his verius, nihil lucidius vnquam poteſt, vel poterit demonſtrari. De myſterio Incarnationis vnigeniti Filij Dei pro ſalute humani generis, quo & vera probatur humana natura ſine peccati contagione ſuſceptio, & permaneutis incorrupta, in eo diuinitatis plenitudo, dum & natura vtraque non deperit, & vna ſit, & vtraque Domini noſtri Ieſu Chriſti perſona, ſatis plenè in his Conciliis probatur patefieri veritate, & à nobis creditur, omni dubitatione remota.

Qui vnquam hanc fidem ſanctam deprauare, corrumpere, mutare tentauerit, aut ab eadem fide, vel communione Catholica, quam nuper ſumus, Deo miſerante, adepti; egredi, ſeparari, vel diſſociari voluerit, ſit Deo, & vniuerſo mundo, criminis infidelitatis in æternum obnoxius. Floreat autem Eccleſia Sancta Catholica per omnem mundum pacatiſſimè, & emineat Doctrina, ſanctitate & poteſtate.

Si qui intra eam fecerint, crediderint, communicauerint, hi audient ad dexteram Patris poſiti: Venite Benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.

Si qui autem ab ea receſſerint, eiuſque detraxerint

rint fidei, & communionem reſpuerint, hi audient ex ore diuino in die Iudicij: Diſcedite à me maledicti, neſcio vos, ite in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.

Sint ergo damnata & in cælo, & in terra, quæcumque per hanc Catholicam fidem damnantur: & ſint accepta in cælo & in terra quæcumque per hanc fidem accipiuntur; Regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui cum Patre, & Spiritu Sancto, gloria in ſecula ſeculorum.

Ego Recharedus Rex fidem hanc Sanctam, & veram confeſſionem, vnam per totum orbem Catholicam confiteor Eccleſiam, corde retinens, ore affirmans, mea dextera, Deo protegente, ſubſcripſi.

Ego Bald. glorioſa Regina, hanc fidem, quam credidi, & ſuſcepi, mea manu de toto corde ſubſcripſi.

Ego Leander in Chriſti nomine Eccleſiæ Hiſpalenſis Metropolitanus Prouinciæ Beticæ.

Maſſona Metropolitanus Epiſcopus Prouinciæ Luſitaniæ, &c.

14 Antequam hinc abeamus adnotandum eſt ex hoc
primo præſuppoſito, quod apertè deducitur, Hæreticos fuiſſe Athalaricum, & cæteros Gothorum Re-
ges vſque ad Hermenegildum; ac Leouigildum
fuiſſe vltimum ex Arianis; & quod primus ex Ca-
15 tholicis fuit Rex Hermenegildus, per quem, ſua
conſtantia, & Martyrio ſuſcitata fuit fides Catholi-
16 ca, & ab eo principaliter, & ſecundariò à Recharedo per martyrium eius fratris conuicto, & toto corde ad Catholicam noſtram fidem conuerſo, omnes Reges in noſtra Hiſpania illud Inſigne *Catholicorum* nomen acceperunt, & per excellentiam vocantur *Catholici*; Ideo cum dicitur, *Rex Catholicus*, intelligitur Rex Hiſpaniæ in orbe vniuerſo. Vaſſeus *in Chron. Hiſpan. tom.1. anno* 589. D. Valdes *de dignitate Regum Hiſpaniar. cap.13. per totum.* Camillus Borrellus *de præſtantia Reg. Catholici, cap.41. à num.48. & cap.42. per totum.* Et cum aliis D. Ioannes Solorzano *de iure Indiarum, lib.2. cap.25. numero* 27. & 28.

17 Comprobatur autem, quod anteceſſores Her-
menegildi Reges, & eius fratris Recharedi fuerunt Hæretici, quia ſi Ariani, ergo Hæretici: *leg.1. 2. & 5. Cod. de ſumma Trinit. & fide Catholica*, vbi omne id refertur, quod in *dict. 3. Concilio Toletano* continetur. Gloſſ. 1. in *leg. Manichæos*, 4. cum textu *in leg. Ariani* 5. & Gloſ. *verb. Ariani, leg. quicumque* 8. *Cod. de Hæretic. & Manich.* vbi mentionem fecit de glorioſo Athanaſio, & de eius Symbolo, in Gloſſ. *verb. Congregati in leg. nos reddentes*, §. *manifeſtum, Cod. de Summ. Trinit.* Gloſſ. *verb. Eutychetis*, his verbis: *Et nota Hæreticum eſſe, qui non credit quatuor Conciliorum ſtatuta, ſcilicet Nicæni, Conſtantinopolitani, Epheſini, & Chalcedonen-
18 ſis, vt ſupra de Summ. Triuit. leg. nemo.* ac denique
in cap. quidam autem Hæretici 24. *quæſt.3.* vbi referuntur, qui ab Eccleſia receſſerunt: & in verb. *Ariani*, ita dicit: *Ariani ab Ario Alexandrino Presbytero exorti ſunt: qui coæternum Patri Filium non agnoſcens, diuerſas in Trinitate ſubſtantias aſſeruit, contra illud, quod ait Dominus* (per S. Ioan. *cap.10.*) *Ego & Pater vnum ſumus.* Idem videre eſt in *capit. Arianos* 73. *cap. manus* 74. 1. *quæſt.1. cap. Arianus* 109. *de conſecratione diſt.4.*

19 Præſidium ſuæ deteſtabilis opinionis, collocabat Arius Alexandrinus in Euangelio ſecundum Diuum Ioannem *cap.14. verſ.28.* vbi Chriſtus Dominus noſter ait: *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me eſt.* Inferebat exinde, ſi Pater eſt maior Chriſto, ergo inæqualis.

Sed error eius patet, quia *hic*, Chriſtus Domi- 20
nus noſter locutus fuit tanquam homo, cuius humanitatis reſpectu Pater maior eſt. Et conuincitur ex *dict. cap.10.* ibi: *Ego & Pater vnum ſumus.* Vbi locutus fuit reſpectu diuinitatis. Et ita conciliatur ex aperto *dict. cap.14.* cum *dict. cap.10.* ex Diuo Ioanne; alioquin oppugnarent inter ſe, quod abiit ſecundum Auguſtinum *lib.1. de Trinitate, capit.11. & lib.3. contra Maximum cap. 24. & 25. & quæſt.4. ad Oroſium, & lib. de Fide tractat.28.* Idque etiam colligit ex illis verbis: *Quia vado ad Patrem, ergo non vadit vtique vt Deus, ſed vt homo, nam Deus vbique eſt. Ibi ergo, & ibat per id quod homo erat, & manebat per id quod Deus erat: ibat per id quod in vno loco erat, & manebat per id, quod vbique erat. Ita ſimiliter loquebatur de ſe ipſo vt homine dicens: Maior me eſt, &c.* Et Athanaſius in Symbolo: *Æqualis Patri ſecundum Diuinitatem, minor Patre ſecundum humanitatem.* Diuus Baſilius *in lib. aduerſus Eunomium, & Epiſtola* 141. *ad Cæſarienſes*, Gregorius Nazianzenus *Oratione* 4. & 5. *de Theologia ex Cæſario Dialog.1.* Gregorius Nicænus *Oratione ad Simplicianum.* Ambroſius *lib.2. de fide, cap.4. & lib.5. cap.8.* Hilarius *lib.5. & 11. de Trinitate: & in libris de Synodis contra Arianos.* Optimè Magiſter ſententiarum *in lib.... diſtinctione* 16. ibi: *Errauerunt homines, ea, quæ de Chriſto ſecundum hominem dicta ſunt ad eius ſubſtantiam, quæ ſempiterna eſt transferentes; ſicut illud, quod ipſe ait: Pater maior me eſt, quod propter formam ſerui Veritas dicit, ſecundum quem modum etiam ſe ipſo minor eſt filius, quomodo enim non etiam ſe ipſo minor factus eſt, qui ſe ipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, non enim ſic accepit formam ſerui vt amitteret formam Dei, &c.* latè Diuus Thomas 4. *contra gentes, capit.16. ratione* 11. & ex Auguſtino *vbi ſuprà*, Chryſoſtomus, Cyrillus, Leontius, Theodorus, & Hierarchia omnium Sanctæ Eccleſiæ Doctorum.

Supponitur itidem ad caſum, quod Leouigil- 21
dus primas contraxit nuptias cum Theodoſia filia
Seueriani Magni Ducis Prouinciæ Carthaginen-
ſis, qui fuit filius Theodorici Regis Oſtrogotho-
rum Italiæ. Is Seuerianus matrimonio ſe copula-
uerat cum Theodora, quæ ex Regia ſtirpe Gothi-
ca etiam procedebat, & ex iis, illi præclariſſimi fi- 22
lij, nempe Diuus Leander, Iſidorus, ambo Archi-
epiſcopi Hiſpalenſes, Sanctus Fulgentius Epiſcopus Carthaginenſis, atque antea Epiſcopus Aſtigi, ſeu Auguſtæ firmæ, vulgò *Ecija*, & Sancta illa Virgo, quæ monialem vitam egit Florentina, ac denique prædicta Theodoſia Hiſpaniæ Regina, ac coniux Leouigildi, Parentes glorioſiſſimi Principis primogeniti Hermenegildi, atque Flauij Recharedi ſecundogeniti.

Poſtea Leouigildus ſecundas iniuit nuptias cum 23
Goſiunda vidua Regis Athanagildi: & naturali de-
ſiderans affectu, quod Regnum in ſuos filios, at-
que eius poſteritatem, abſque electione perueni- 24
ret, & continuaretur, animo peruertendi conſuetudinem, quam Gothi proceres obſeruabant in eligendis Regibus, & cupiens introducere nouam illam conſuetudinem vt ſemper in Regno ſuccederet primogenitus Regis filius, vel filia, & eorum deſcendentes, atque proximiores conſanguinei; quæ ex tempore huius Regis, & fratris ſui Liuuba, cui ſucceſſit Leouigildus, introducta fuit; aſſumpſit Coadjutores, ſeu Con-Reges filios ſuos Her-

Digitized by Google

25 menegildum, & Recharedom, & Regna Hiſpaniæ in
tres diuiſit partes : vnam, & principaliorem, quæ
fuit Hiſpalenſis, in qua ſedem ſuam Regiam habebat
Leouigildus, atque omnem Prouinciam, quam ho-
die vocamus, *el Andaluzia*, ceſſit Hermenegildo
tanquam Primogenito, & ſibi retinuit ciuitatem To-
letanam, ad quam tranſtulit ſuam ſedem, vnde To-
letum incepit inſigniri, & vocari *Vrbs Regia*, ſic enim
à Gothis appellabatur ciuitas, in qua Regum electio
facienda erat : *l. 2 in prologo de el fuero Iuzgo*, vbi eſt
probabilis error in inſcriptione, dum dicitur, *en Ciu-
dad de Roma*, cum tranſcribi debuerat ex originali
en Ciudad Regia, quæ vna litera tantum maiuſcula,
ſcilicet *R.* ſignificabatur, prout notat in *d. leg* 2. Al-
phonſus à Villadiego, *n* 19. & cum Loayſa & Dom.
Molina, Caſtillo de Bobadilla *in ſua Politica lib.* 2.
cap. 18 *num.* 224.

26 Hic in tranſitu duo adnotare licet in primis, quod
conſuetudo illa, de qua in *l. 2. titul.* 15. *partita* 2. in-
troducta ad hoc, vt ſine electione ſuccedat in Regno
filius, vel filia natu maior, non cœpit introduci a
tempore Regis Pelagij, prout intendunt Dom. Mo-
lina *lib.* 1. *cap.* 2. *num* 11. Ioan Garcia *de expenſis*,
cap. 16. *num.* 17. & 18. Spino *de teſtament. gloſſ* 19. *de
maioricatu*, *num.* 73. Caſtillo de Bobadilla *libro* 2.
cap 18. *num.* 224. Sed multis ab antea temporibus,
nempe à tempore Leouigildi, cui ſucceſſit eius filius
Diu. Flauius Rechareclus Fr Diui Hermenegildi, &
tempore Regis Cynthilæ, cui ſucceſſit Cyndas Vin-
thus eius filius, & Cyndas Vintho eius filius maior,
Flauius Receſvinthus, & Flauio, Egiça eius filius,
Vvityza, & Vvityzæ ſucceſſit Rex vltimus Gotho-
rum Rodericus filius qui fuit Theodofredi, & nepos
Cyndas Vinthi, qui omnes de tacito Regni conſen-
ſu contrauenerunt *l. 2. in prolog. del fuero de Iuzgo* :
ideo ex illo tempore Leouigildi, cœpit dicta lex
abrogari, & introduci conſuetudo relata in *d. leg* 2.
tit. 15. *partita* 2.

27 Secundò, adnotanda eſt illa quæſtio, quam exci-
tauit, & ex profeſſo magna cum eruditione reſoluit
D. Preſſ. ac Epiſcopus D. Ioan. Baptiſta Valençuela
Velaſquez *tom* 1. *conſil.* 199. An Rex poſſit in vita
ſua Regni adminiſtrationem in totum, vel ſimul cum
ipſo concedere eius filio, præſertim Primogenito,
& immediato ſucceſſori ? ad quem te remitto : vbi
etiam, *num* 47. & 48. agit de noſtro *textu*.

28 Ad noſtrum iam reuertamur proſequendum ca-
ſum. Leouigildus, ad hoc vt filius maior Herme-
negildus, qui ſucceſſurus erat in vniuerſo Hiſpaniæ
Regno, regalibus neruis eſſet ſecurior, ordinauit, vt
matrimonium contraheret cum Ingunda ; quia licèt
eſſet Catholica, erat neptis Gothorum Regum Atha-
nagildi & eius vxoris Goſiundæ, & filia Francorum
Regum, ſcilicet Sigiſberti Regis de Lorena, & eius
coniugis Brunechildæ filiæ Athanagildi, & Goſ-
ſiundæ.

29 Attamen vt Ingunda attraheretur ad Arianam
hæreſim, & à fide deficeret Catholica, fuit cautum
à Leouigildo, quod Goſiunda ſecunda eius vxor,
30 & auia Ingundæ, cum ea vitam ageret : ſecus verò
accidit, quia non ſolum Ingunda conſtanter ſe de-
fendit, atque in Catholica Religione perſtitit ; imù
potius ſuum maritum Hermenegildum ad veram
31 Dei attraxit fidem, & ei non defuit Diuus Leander
Hermenegildi Auunculus frater matris, qui ſua Ca-
tholica doctrina, & ſanctitate inſtruens Hermene-
gildum ſimul cum Ingunda, fecit, vt is falſum Ariani
errorem abhorreret, & abiuraret, & fidem Catholi-
cam conſtantiſſimè profiteretur.

32 At cum cognitum haberet Leouigildus, quod
filius Hermenegildus diſceſſerat à Secta Ariana, &
fidem amplexus fuiſſet Catholicam, miſit cum ſuis
Legatis literas ad eum ſignificantes, quod ex eo per-
turbatum eſſet ſuum Regnum, & quod illum reti-
nere non poterat, niſi ad Arianam opinionem redi-
ret, quam obſeruati fuerant ſemper Reges omnes
ſui prædeceſſores : & in epiſtolis, tum ſuadendo,
tum obſecrando, tum exhortando, tum increpando,
tum minaciter terrendo, promiſſum ei fecit, quod
ſi deſiſteret à fide Catholica, & ad Arianam reuer-
teret, non ſolum in parte Regni ſibi tradita conſer-
uaret, ſed omnes alias ei cederet, ad hoc, vt tanquam
Primogenitus, etiam eo viuente, in omni Hiſpania-
rum Regno ſuccederet : ex aduerſo autem, ſi non
obſequeretur, armis illum debellaret, & non tan-
tum Regno, ſed etiam vita priuaret.

His præſuppoſitis, caſus ſic ſe habuit : Cùm 33
Hermenegildus recuſaſſet (quoad ſupradictum) obe-
dientiam patri, & eius præcepto non acquieuiſſet,
debellatus fuit, & captus à Patre ſuo Leouigildo,
qui eum corpore vinctum, ſed non animo victum,
iuſſit in turrim munitiſſimam, ſeu arctiſſimum carce-
rem contrudi, vbi modis omnibus curauit animum
inuictum Principis ſui filij peruertere, & ad hoc ite- 34
rum, atque iterum ei obtulit Hiſpaniæ Regnum, &
quod vita, nec ſua gratia priuaretur, imò ad eam re-
diret, ſi ad ſuam religionem (ſic enim vocabat Rex
Leouigildus) Arianam reuerteret relicta Catholica,
& ſi ab Ariano Epiſcopo Paſchaſio, in talis conuer-
ſionis ſignum, acciperet communionem.

At vero Catholicus Hermenegildus cum liber eſ- 35
ſet mente, incenſus veræ fidei lumine & noſtræ Ca-
tholicæ Religionis zelo, cognouit, quod Regnum
hoc terrenum cum tali grauamine, atque conditio-
ne ſic à Patre conceſſum omnino erat incompatibi-
le cum cœleſti Regno, Catholicis tantum, & non
hæreticis, à Deo promiſſo, & quod eadem de cauſa
non compatiebatur gratia eius patris, ac vita tem-
poralis ſub dicta conditione promiſſa cum gratia
Dei Patris omnipotentis, & vita æterna.

Ideo animaduertens Hermenegildus, quod apud 36
ipſum concurrere non poterat vtrumque, & quod
neceſſariò deueniendum erat ad electionem vnius
ex duobus Regnis ; & rebus ſic incompatibilibus
exiſtentibus, deliberauit eligere Diuinum, ſeu Cœ-
leſte Regnum, tanquam maius & principalius, quod
maximè appetebat, & inſimul Dei gratiam, & æter-
nam vitam promereri.

Quamobrem Pater Leouigildus non ſolum eum 37
à ſua gratia, ac Regno abdicauit ; ſed etiam tempo-
rali vita iuſſit eum priuari, mittens ſuos apparito-
res, qui (prout dicit Gregorius *in ipſomet capit.* 31.
lib. 3. *Dialogorum*) ſecuri cerebrum eius infringen-
tes, vitam corporis abſtulerunt, & tali diademate
Martyrij ab ipſo Patre coronatus, tranſlatus fuit
Hermenegildus Rex cum gratia Dei ad electum Cœ-
leſte Regnum, & vitam æternam poſſidendam :
quod euidenter demonſtrarunt Angelorum cantus
ad corpus huius Regis, & Martyris, in nocturno
ſilentio auditi, atque ideo veraciter Regis, quia
& Martyris (vt verbis Gregorij vtar) & incenſæ
lampades, quæ apparuerunt in Cœlo.

Ex textu igitur iam talis concluſio deducenda 38
videtur.

CONCLVSIO.

*Incompatibile eſt apud Catholicum, Cœleſte Re-
gnum cum Regno terreno, ſeu quouis alio maioratu
dato ſub grauamine deſiſtendi à fide Catholica, ac
ſimul*

ſimul admittendi Arianum, vel alium hæreticum errorem: ideo vnum eorum, cœleſte nimirum debet eligere Regnum, dimiſſo alio etiam cum vita periculo.

ALIA CONCLVSIO.

39 *Vel ſic formari poteſt: Gratia Dei non compatitur cum gratia Paterna conceſſa ſub conditione, quod fi-*
40 *lius perueriatur ad hæreſim, repudiata fide Catholica; & ſic quod communionem ab Hæretico accipiat; quam capere non debet ab eius manu, imò potius mortem accipere.*

41 Sed contra hoc vltimum videbatur obſtare, quod cum ab hæretico miniſtro liceat accipere Sacramentum Baptiſmi, *cap. dictum eſt à Deo* 96. *cap ſicus* 47. *in fine cap. Spiritus Sanctus* 58. *cap. quod quidem* 97. *§. opponitur autem verſicul. Sacramentum tamen Baptiſmi non ſolum à Sacerdote depoſito, vel laico Catholico, verumetiam ab hæretico, vel pagano ſi miniſtratum fuerit, nulla reiteratione violabitur* 1. *quæſtione* 1. *cap. Romanus* 23. *cum quatuor ſequentibus, cap. ſi qui* 28. *cum tribus ſequentibus, de conſecratione diſtinctione* 4. Concil. Trident. *ſeſſione* 7. *de Baptiſmo Can.* 4. Concilium Florentinum, in quo ita deciſum fuit: *In caſu neceſſitatis non ſolum Sacerdos, vel Diaconus, ſed etiam Laicus, vel mulier, imò etiam Paganus, & Hæreticus Baptizare poteſt.* Relatum à Patre Henrico de Villalobus *tom.* 1. *tract.* 5. *diff.* 8. *n.* 1. Ergo eodem modo quodlibet aliud ex ſeptem Sacramentis ab hæretico poteſt accipi.

Probatur conſequens; quia ſecundum Diuum
42 Auguſtinum *in cap. ſi inter* 25. *de conſecratione, diſtinctione* 4. Nullo modo malum eſt, qui etiam per malum datur, quando idem Baptiſmus datur. Et ideo per miniſtros diſpares Dei munus æquale eſt, quia non illorum, ſed eius eſt: & *in cap. ſequenti*, ibi: *Poteſtatem à Domino in nullum hominem tranſituram, ſed miniſterium planè tranſiturum, poteſtatem à Domino in neminem miniſtrorum, miniſterium & in bonos, & in malos. Non exhorreat columba miniſterium malorum, ſed reſpiciat Domini poteſtatem. Quid tibi faciat miniſter malus, vbi bonus eſt Dominus? Quid te impedit malitioſus præco, vbi beneuolus eſt iudex? Item, neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, &c.* Idem Diuus Auguſtinus *in cap. dedit Baptiſ-*
43 *mum Iudas,* 46. 1. *quæſt.* 1. Diuus Thomas *in* 4. *ſententiarum,* 5. *quæſt.* 2. *art.* 2. dicens, quod bonitas miniſtri non eſt de ſubſtantia Sacramenti Baptiſmi, cum gratia, & character cauſetur ex opere operato.

44 Item etiam in gratiam argumentationis opponi poſſet de textu *in capit. nunc autem diuina* 7. *diſtinctione* 21. vbi Marcellinus ille Summus Pontifex, vt à morte violenta ſe liberaret, ingreſſus fuit templum Paganorum, & Infidelium, & grana thuris ſuper prunas impoſuit: & tamen Inquiſitione facta nullus Epiſcoporum in Concilio ea de cauſa collecto, congregatorum, auſus eſt in eum proferre ſententiam. Ergo dicendum videtur, quod non teneatur Catholicus eligere potius mori quam ab Hæretico communionem accipere, maximè valdè oppreſ-
45 ſus, prout Hermenegildus, qui erat in vinculis iacens; nam vbi eſt metus, vel coactio, deeſt conſenſus: *leg. qui in carcerem, ff. de eo quod metus cauſa l interpoſitas, C. de tranſaction. cap.* 2. *de his quæ vi metuſve cauſa fiunt: capit. cum locum, de ſponſalib.* cum ſimilibus: & eſt textus in *capit. Presbyteros* 32. *diſtinctione* 50.

46 Attamen redeundo ad primam partem noſtræ concluſionis, vbi dicitur, quod apud Catholicum; prout fuit Hermenegildus, incompatibile eſt Cœleſte, ſeu æternum cum temporali Regno, ſub dicto grauamine deſiſtendi à fide, conceſſo, neceſſe eſt ad hoc vt præfulgeat, ac magis præclara exiſtat, per haſtæ cuſpidem currere, & vt per alia contraria argumenta tranſeat, ita ſic.

Incompatibile eſt Diuinum, cum humano Regno 47
apud infideles tantum, non autem apud fideles iuſtificatos: ſed Hermenegildus verè, & conſtanter fidelis iuſtificatus, non verò infidelis fuit: ergo apud Hermenegildum, Regnum diuinum cum humano compatibile fuit.

Maior probatur ex diuina diſpoſitione, qua iu- 48
ſtificati fideles vocati tantummodo ſunt ad Regni Dei ſucceſſionem, ſed infideles, hæretici, & non iuſtificati excluſi ſunt à Regno Cœlorum, vt per Matthæum, *cap.* 7. ibi: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum Cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in Regnum cœlorum.* Et in *cap.* 8. ibi: *Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſraël, dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in Regno cœlorum, filij autem Regni eycientur in tenebras exteriores.* Et in *cap.* 13. verſ. *Aliam parabolam propoſuit illis dicens: Simile factum eſt Regnum Cœlorum homini, qui ſeminauit, &c.* Et verſ. *Tunc dimiſſis turbis, &c. Bonum verò ſemen, hi ſunt filij Regni.* Et in *cap.* 19. verſ. *Sinite paruulos, &c.* ibi: *Talium eſt enim Regnum cœlorum.* Et in *cap.* 25. verſ. *Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, &c. Tunc dicet Rex iis, qui à dextris eius erunt, venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi.* Et per S. Lucam *cap* 13. verſ. 27. *Et dicet vobis, neſcio vos vnde ſitis, diſcedite à me omnes operarij iniquitatis: Ibi erit fletus, & ſtridor dentium: cum videritis Abraham, & Iſaac, & Iacob, & omnes Prophetas in Regno Dei; & venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent in Regno Dei.* Sanct. Paul. *ad Galat. cap.* 3. ibi: *Cognoſcite ergo, quia qui ex fide ſunt: ij ſunt filij Abrahæ:* Et inferiùs: *Igitur, qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham.* Et 1. ad Corinth. cap. 6. *An neſcitis quia iniqui Regnum Dei non poſſidebunt.* Cuius authoritate Sancta Tridentina Synodus *ſeſſione* 6. *de reformatione cap.* 15. dixit: *Diuinæ legis doctrinam defendendo, quæ à Regno Dei, non ſolum infideles excludit, ſed & fideles quoque omnes, qui lethalia committunt peccata.* Et in *cap ſeq. Quod fidelibus iuſtificatis promiſſa eſt corona iuſtitiæ.* Ex Apoſtolo 1. *ad Timotheum cap* 4.

At dicendum eſt in eorum confirmationem, 49
quod non ſolum Infideles, & Hæretici excluſi ſunt à cœleſti Regno, ſed etiam à Regnorum temporalium ſucceſſione, ex legibus Gothorum ab eiſdem ſancitis, vt conſtat ex *leg.* 2. *in prologo, del fuero Iuzgo*, vbi agens de qualitatibus, quas in eligendo Rege attendi opus eſt, ita dicit: *é los Principes deuen ſer de la fee Chriſtiana, é deuen non defender el engaño de los Iudios, y de el tuerto de los Herejes.* Adeo vt apud ipſos, Rex in hæreſim lapſus deponi poſſet, & alius eligi qui Catholicam fidem profiteretur: iuxta l. 4. verſ. *Otroſi dezimos que el que a tal fueſſe (ſcilicet Iuzgado por Hereje) non puede ſer Emperador, nin Rey, nin Duque, nin Conde, &c.* ibi: *E aun dezimos que ſi fuere prouado contra alguno que es Hereje, que deue perder por*

vnde, &c. titul.26. partita 7. Cui conſonat *cap. Apoſtolica, de re iudic. in 6. cap. ſi Papa* 40. *diſtinction. & cap.*18. vbi Gloſſ. *de hæret. in* 6. Minor non indiget probatione, notum enim eſt per noſtrum textum, quod Hermenegildus fidelis fuit, & Chriſtianæ religionis obſeruantiſſimus, ac iuſtificatus, ideo conſequens patet.

50 Quartò, & fortiùs ſic argumentor: nulla alia incompatibilitas in præſenti dari poteſt, niſi ea, quam conſtituit grauamen illud appoſitum per Regem Leouigildum filio Hermenegildo, ſiue conditio deſiſtendi à fide Catholica, & ad Arianum reuertendi errorem. Sed tale grauamen, ſeu conditio ipſo iure reiicitur, & habetur tanquam non appoſita, ergo non fuit incompatibile vtrumque Regnum apud Hermenegildum.

51 Maior ex noſtro textu apertè conſtat; & Minor probatur, quia fuit grauamen, & conditio contra ius diuinum, & humanum ſupra proximè allegatum *in numero* 48. *&* 49. Ideo pro non appoſita habetur, *leg. conditiones contra edicta Imperatorum* 14. *ff. de condit. inſtitut.* vbi etiam Gloſſa *verb. Imperatorum*, dicit: *vt inſtituo te hæredem, ſi eam ducas in vxorem, quam de ſacro fonte leuaſti: vt, Codice de nupt. leg. ſi quis alienam* §. *final.* idem magis, ſi contra edicta IESV CHRISTI: tunc namque conditio tanquam impoſſibilis de iure adimplere filius non debet, *leg. filius* 15. *ff. de condit inſtitut. l.*3. *titul.*4. *partit.*6. Exinde conſequens planè procedit.

52 Quintò, etiam ſic argumentor; conditio ad hoc vt ad ſucceſſionem incompatibilitatem inducat, imponi debet ab eo, qui eam imponendi habet poteſtatem? Sed Rex, qui per electionem Regnum
53 detinet, provt Leouigildus, conditionem aliquam imponere ſucceſſori non valet; ergo nec vtique tali caſu ad ſucceſſionem Regni incompatibilitas dari poteſt.

54 Maior probatur, quia ad omnis actus humani validitatem, non ſolum voluntas, ſed etiam poteſtas, neceſſe eſt ſimul concurrant in diſponente, *l. nolle adire* 4. *ff. de adquir. hæred. leg. Pater Seuerinam* 101. *in princip. ff. de condition. & demonſtr. leg. cum te, Cod. de donat. ante nupt. leg.*2. *Cod. communia de legat. cap. ſuper Abbatia* 23. *de offic. & poteſtat.* Vnde axioma deducitur, quod voluntas inanis eſt, niſi adſit potentia: quod illuſtrant ex quampluri mis authoritatibus Dom. D. Ioann. à Caſtillo, *quotidianarum libro* 4. *capit.*5. *numero* 9. & Auguſtinus à Barboſa *axiomate* 230 *verb. Voluntas numero* 1. *&* 2.

55 Minorem probat textus *in leg. filiusfamilias* 11. § *vt quis hæredem, ff. de leg.*1. *leg. vnum ex familia* 67. §. *Sed etſi fundum, ff. de leg.*2 *capit.*1. *de feud. Marchia.* Ex quibus deducitur, quod in fideicommiſſis, feudis, vel maioratibus, in quibus ſucceditur per electionem, non poteſt maioratus poſſeſſor, electum, ſiue ſucceſſorem onere aliquo grauare, nec modum, aut conditionem iniungere, cum nihil de ſuo præſtet; & non ab eo, ſed à primo inſtitutore ſucceſſor accipiat; vel ab electoribus, quando Regnum per electionem datur: Dom. Molina *de Primogen. lib.*2. *cap.*4. *à numero* 10. vbi etiam eius Additionatores: Pater Molina, *tom.*1. *diſputat.*579 *num.*5. Robles de Salcedo *de repræſentat. lib.*3. *cap.*19. *num.*63. Dom. D Ioan. à Caſtillo. *tom.*5. *cap.* 161. *num* 6. Vincentius Fuſar. *de fideicommiſſ. ſubſtitut. quæſtione* 511. *per totam.* maximè *à num* 5. Quia quem non honoro, grauare non poſſum, *leg. ab eo* 9. *Cod. de fideicommiſſ. dict. leg. vnum ex familia* §.1. *de leg* 2. *l.* 1. §. *Sciendum, ff. de leg.*3. Auguſtin. Barboſa *axiom.*108. *num.*1.

Iterum ſic ſextum argumentum poteſt formari: 56
quando Rex non eſt Catholicus, ſed Hæreticus (provt Leouigildus) filius autem Catholicus (ſicuti Hermenegildus) etiam renuente Patre filius legitimus ſucceſſor eſt in Regno temporali. Ergo apud Principem Catholicum, etiam hæretico nolente Patre, & abſque eius conſenſu, compatibile eſt temporale cum æterno Regnum.

Antecedens probatur ex *leg.*2. *verſic. è los Principes deuen ſer, &c.* in *Prologo de el fuero Iuzgo.* Quam legem Gothi ipſi obſeruare tenebantur. Et ex textu *in cap.*2. maximè *in verſ. de hæreſi*, cum Gloſ. *verb. Hæreſi, de ſententia, & re iudicat. libro* 6. *l.*4. *verb. Otroſi dezimos titul.*26 *partita* 7. vbi etiam Gloſſ. *verb. Que ante auia.* Iuncto textu *in capit. licet* 6. *verſ. & Regnum ipſum, &c. de voto, & vot. redemptione.* Vbi videndus eſt Barboſa *in ſua collectanea, lib.*3. *tit.*34. *n.*11. *&* 12.

Ex quibus iuribus optimè deducitur, quod reſol- 57
uit Frater Petrus de Lorca Ordinis Ciſtercienſis *ad Commentar. in* 2. 2. *Diui Thomæ, ſectione* 1. *diſputatione* 46. *memb.*1. *quæſtione* 11. *artic* 4. *num.*25. dum dixit: *Denique inquiri ſolet vtrum maioratus Regius, hoc eſt Regnum, vel Ditio Principis ſupremi propter hæreſim confiſcationi ſubiaceat?* Quod attingunt Caſtro *lib.*2. *de iuſt. Hæreticor. punitione cap* 7. & Simancas *titul.*46. *num.*75. Et reſoluunt, bona ſupremi Principis confiſcari non poſſe, quia non eſt cui applicentur, neque à quo occupentur: Regnum tamen ipſum pertinere ad legitimum ſucceſſorem Catholicum.

Tandem contra noſtram conclusionem opponi 58
videtur poſſe, quod quomodocumque ſit, Hermenegildus filius Leouigildi, obedire ei debuit, & obſequi eius imperio, abſque eo quod culpabilis eſſet: *leg. velle non creditur, qui obſequitur imperio Patris, vel Domini* 4. *leg. is demum* §. *eius vero nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit: ff. de regul. iur. l. liber homo la* 2. *ff ad leg Aquil.* Farinac. *in prax criminal part* 3. *quæſtione* 97. *numero* 4. & maximè *numero* 149.

Quod confirmatur, quia melius eſt obedire, 59
quam ſacrificare, 1. *Reg. cap.*15. *& Eccleſiaſt. cap* 4. *cap. ſciendum* 8. *quæſtione* 1. *cap. illud de maior. & obe-*
dientia. Et taliter quod non ſolum tanquam Patri, 60
ſed etiam tanquam Regi debuit obedire; quod dicitur in ſacris literis, 1. *Regum cap* 13. *qui non obedierit Principi, morte moriatur*, & *cap.*2. *de maior & obedientia.* Et in Concilio Agathenſi, quod etiam anathematizetur: *l* 16 *tit.*1. *partit.*1. vbi etiam D. Gregor. *verb en carrera de muerte.*

Vnde dixit Abb. Panormitan. in *dict cap.*2. *de* 61
maior. & obedientia, num. 27. *in fine, & in cap* 1. *de offic. Ordinar.* quod denegans obedientiam Principi ſeculari peccat mortaliter, & quod iudex Eccleſiaſticus ad petitionem ſecularis illum excommunicare poteſt.

Sed his, & aliis minimè reſragantibus, vera eſt 62
noſtri textus conclusio, cuius vltima pars confirmatur ex eo, quod Euchariſtiæ Sacramentum minimè ab Hæretico eſt accipiendum: *cap ſuperueniente* 73. 1. *quæſtione* 1. *cap. Odi* 29. *cap. Subdiaconus* 40. vbi etiam Gloſ. *verb. habebunt, & cap. ſi quem* 41. *cum ſeq.* 24. *quæſt.*1.

Et redditur ratio ex textu *in cap. corporalia* 50. 63
1. *quæſtione* 1. vbi dicit Auguſtinus: *Corporalia Sacramenta, quæ portant, & celebrant, etiam ſegregati ab vnitate corporis Christi, formam poſſunt exhibere pietatis:*

pietatis virtus vero inuiſibilis , & ſpiritualis ita in eis eſſe non poteſt, quemadmodum ſenſus non ſequitur hominis membrum quando amputatur à corpore,cap. extra 72. 1. quæſt.1.

64 Quapropter per Sacramenta ab Hæretico ad-
miniſtrata , præter Baptiſmum , non confertur
gratia , quia ſecundùm Gloſſam *verb. Hæreticos*
in cap. etiam 49. 1.*quæſtione* 1. Sacramentum gra-
tiæ, prout eſt Sacramentum Baptiſmi dat Deus
etiam per prauos , & malos , ipſam vero gratiam
non niſi per ſe ipſum. Et non ſolum dicta Sacra-
menta per Hæreticos non conferunt gratiam; imò
65 ſunt Domino noſtro valde odioſa : vt probat Hie-
ronymus in *cap. ſi populus 62. & cap. ſequens* vbi
ita : *Odit Deus ſacrificia Hæreticorum, & a ſe pro-*
ijcit , & quotieſcumque congregati ſunt in nomine
eius , deteſtatur fœtorem eorum , & claudit na-
res ſuas , capit. illi offerunt 64. cap.ſi quis inquit 71.
1. *quæſt.1.*

66 Meritò ergo Catholicus de manu Hæretici communionem non debet accipere , ſed potius mori ; quoniam aliter gratiam non conſequitur, imò damnationem ſuam : cùm id Catholico prohibitum ſit, & Deo optimo , maximo , ſummè odioſum eſt. Ideò ſi Catholicus ſciens ab Hæretico communionem accipiat , reputatur tanquam Hæreticus : *capit. penultim.24. quæſtione* 1. & pœnam mortis æternæ,ac perpetuæ damnationis incurrit : probat Cyprianus *in capit. ſi quis 71. 1. quæſtione* 1. ex textu in *lib 3. Regum cap.13.* quia ita Cyprianus : *Si quis* (inquit) *de Eccleſia, hæretica præſumptione , exierit , à ſemetipſo damnatus eſt ; cum huiuſmodi (ſecundum Apoſtolum) nec cibum quidem ſumere debemus : declaratur hoc in libro Regum , vbi cùm homo Dei ad Ierobōam miſſus eſſet , qui ei peccata ſua exprobraret , atque vltionem futuram prædiceret : Panem quoque apud illum edere , & aquam bibere prohibitus eſt ; quod cum non cuſtodiſſet , diuina ſententia inde rediens , morſu Leonis in itinere interijt , &c.* Et proſequitur in 9. mox ſequenti : *Et audet quiſquam dicere Sacramentum ſalutare , & gratiam cœleſtem communem cum Hæreticis eſſe poſſe, cum quibus nec terreſtris cibus , nec ſecularis potus debet eſſe communis? &c.*

67 Iterum comprobatur , quia hæreticus eſt ille , qui aliter ſentit , & docet de Sacramentis Eccleſiæ , quàm Sacroſancta Eccleſia Romana prædicat , & obſeruat : *cap. ad abolendam 9. de Hæreticis cap. hæc eſt fides* 16. 24. *quæſtione* 1. ideoque Hæreticus ſegregatus eſt à charitate , & vnione Catholicæ Eccleſiæ , & ipſo iure excommunicatus : *cap. excommunicatus* 13. *§. credentes de Hæreticis , cap. nouerint 49. de ſentent. excommunicat. leg.2. in princip. verb. La primera es : titul.9. part.1.*

Sequitur ergo , quod ab eius manu non debet Catholicus communionem accipere communicando , & aſſentiendo Hæretico , atque excommunicato , imò potius mortem accipere , & omnia mala pati *cap. ita ne* 4. cum gloſ.1. vbi etiam quod propter mortem non debet malo conſentire 32. *quæſt. 5. cap. Sacris 5. de his quæ vi metuſvè cauſ. fiunt capit. Inquiſitione 44. de ſentent. excommunicat.*

68 Quoad primam noſtræ concluſionis partem
comprobatur : quippe concurrere non poteſt
apud eundem vterque maioratus , ſeu aliud atque
aliud Regnum , ſcilicet cœleſte , & terrenum, vel
gratia Dei cum gratia Paterna promiſſa cum dicta
conditione , ac grauamine deſerendi fidem Ca-
tholicam , atque redeundi ad hæreticam , cum re-
uera prædicta conditio faciat eſſe contrarios atque
inter ſe repugnantes maioratus cœleſtis , & maio-
ratus huius ſeculi , & quod implicent contradi-
ctionem Dei gratia , & dicta Paterna gratia. Quia
ſi Regnum , & gratia Paterna per diſpoſitionem
ſummam Leouigildi non promittebatur niſi Aria-
nis deſeruiret , id eſt iis, qui ab vnitate fidelium
vniuerſalis Eccleſiæ ſe ipſos ſegregauerant , erran-
tes per intellectum, & pertinaciter adhærentes er-
rori per voluntatem. Regnum verò cœleſte , & 69
gratia Dei ex contraria conditione implicita per
diſpoſitionem diuinam non Arianis, ſeu Hæreticis,
ſed ſolum Catholicis conceditur , eis ſcilicet qui
cum clypeo fidei Catholicæ Deo ſeruiant , & in
eius gratia ſint conſtituti *capit. alienus eſt 20 cap.*
quia ex ſola 23. vbi ſuo more probat ipſemet Diu.
Gregorius *cap. omnis qui recedit 25. cap. quicum-*
que ab vnitate fidei 28. ibi : *Nec ianuam Regni cœ-*
leſtis poſſunt ingredi , cauſa 24. quæſt 1. cap.1. §. vna
vero eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia , extra quam
nullus omnino ſaluatur, &c. de Summ. Trinit. & fi-
de Catholica ; Symbolum Athanaſij : *Quicumque*
vult ſaluus eſſe ante omnia opus eſt , vt teneat Catho-
licam fidem, &c. Concil. Trident. *ſeſſ.6. de refor-*
*matione cap.*15. vbi extat determinatum , quod in-
fidelis, & qui non eſt in gratia, excluditur à ſucceſ-
ſione Regni cœleſtis.

Facit etiam ad comprobationem noſtræ conclu- 70
ſionis, textus in *leg. Cœlicolarum* 11. dum in finali-
bus verbis ſic habet : *Certum eſt enim , quidquid à*
fide Chriſtianorum diſcrepat, legi Chriſtianæ eſſe con-
trarium , Cod. de Iud. & Cœlicol. in cuius confir-
mationem allegat Gloſſa illud , quod dictum fuit
à Chriſto Domino noſtro per Diuum Matthæum
in *cap.12. verſ.30. Qui non eſt mecum, contra me eſt ;*
& qui non congregat mecum , ſpargit cap. quoniam
vetus 24. in fine 23. quæſt.1. Gloſſ. final ibi : *Et qui*
non eſt mecum, contra me eſt , & quicumque à fide
Catholica diſcrepat, ei contrarius eſt.

Noſtra quidem concluſio non minus clarè de- 71
monſtratur in textu diuino per Matthæum in *cap.6.*
& Lucam *cap.16.* ibi : *Nemo poteſt duobus domi-*
nis ſeruire , aut enim vnum odiet , & alterum dili-
get ; aut vni adhærebit , & alterum contemnet : non
poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ. Aduertens,quod
Mammona Hæbraicè idem eſt , quod in noſtro
Idiomate , *nombre de Diablo, que tienta con cudicia.*
Ita enim vertit Santa. *in vocabulario ſuo Eccle-*
ſiaſtico, verb. Mammon ; vel *Mammona.*

Et incompatibilitatem , quam dicimus deduci 72
ex noſtro textu, ſatis demonſtrat Pat Carolus Scri-
banus *de Politica Chriſtiana , cap.*20. dum in ex-
plicationem textus Diui Lucæ , *dict. cap.*16. ita di-
cit : Quid timeat pauper ? bonum Dominum ha-
bet cœlorum , & ſeculi , & Regum Regem , qui
cum Phariſæos auro , & opibus famulantes vidiſ-
ſet , protulit hanc ſententiam : Non poteſtis Deo
ſeruire , & Mammonæ , quid cogitatis diuites ?
Quid pauperes ? Famulari Deo , & opibus non
poſſumus ; alter nobis deſtituendus. Quid diligi-
tis diuites , & pauperes ? Deum ? Renunciandum
opibus : non ego dico , ſed Dominus : opes ? re-
nuntiandum Deo. Ipſius , non mea ſententia eſt.
vultis opes,& Deum ? negat Deus poſſe. Quis te-
merarius iudicabit poſſe ? an mentiri poteſt Deus ?
non magis opes , & Deum vnum capit pectus ,
quam

Digitized by Google

quam cœlum, & inferos anima vna. Durum hoc, quare nec vtriuſque mercedem ſperare?. Opum, Deique merces, opes, & Deus ſunt. Frueris opibus? non potes Deo. Deo? non potes opibus, Inquiramus cauſam, docebimur à Domino, certiùs non poſſumus: *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.* Duo domini, ſcilicet Deus, & diuitiæ, alterum odiſſe deber, & contemnere, qui alteri adhærer & diligit. Dei verba ſunt.

73 Igitur dari non poteſt, quod Catholicus valeat ſeruire Deo, & Diabolo, quia ſunt priuatiuè contraria *cap. tolle charitatem* 30. *de pœnitent. diſtinct.*2. vbi gloſ.1. ibi: *immediata contraria ſunt cap. contrarium* 3. *de pœnitent. diſtinctione* 5. *cap. diuerſis* 5. cum gloſ. *verſ. cithara, & verſ. diuiſus de Cleric. coniug.*

74 Et quod vicem duarum perſonarum ſuſtinere, difficile, ſiue impoſſibile eſt in his, quæ ſunt contraria, ſeu incompatibilia, *leg. ſi plures* 9. *verſicul. Nam difficile eſt, vt vnus homo duorum vicem ſuſtineat, &c.* vbi Gloſſ. *verſ. Nam difficile eſt, id eſt impoſſibile hoc caſu, ff. de pact. l. hac part.*10. *Cod. de prox. ſacror. Scrinior. lib.*12. Ideo vnus adeſſe non poteſt duabus militiis: *l. His quidem* 5. *in princip. & in* §. *in poſterum, Cod. qui militar. poſſ. lib.*12. mirificè noſter Diuus Gregorius *in cap. ſingula* 2. *diſtinctione* 89. vbi etiam gloſ. celebris *verſ. ſingula.* Et in materia feudorum *lib.*2. *titul.*21. *de vaſſallo militie, qui arma bellica depoſuit cap. vnic.* maximè in illis verbis: *Eo quod deſijt eſſe miles ſæculi, qui factus eſt miles Christi titul.*30. *de feud. femin. cap. vnic.*

Quoad ſecundam tamen noſtræ concluſionis partem, confirmatur, quia cum inter vtrumque Regnum data contrarietate, ac eorum incompatibilitate, vnum eligere quis debeat: *leg.*1. *Cod. de furt. dict. l. his quidem* 5. *in princ. verſ. Sed abiectis*, atque diſcrepantibus detur electio quem retinendum ſibi potius cenſeant, quem deſerendum cognoſcant, vt in eo quod optauerint, firmiter maneant; eo quod deſpexerint, ſine dubitatione repellantur, *Cod. qui milit. poſſ. vel non: lib.*12. cum aliis quampluribus iuribus *infra* referendis. Hoc maximè quod eligendum eſt Regnum cœleſte, prout ſecundum Diuinum eloquium teſtatur Matthæus in *cap.*6. *in fin.* ibi: *Quærite ergo primum Regnum Dei, & iuſtitiam eius*, id eſt iuſtificationem, ſeu gratiam eius. 75

Et non obſtant argumenta in contrarium adducta, quibus, vt plenius ſatisfaciam totam *Incompatibilitatis* ſubtilem ac practicabilem materiam reuoluere perutile erit, de eaque ex profeſſo agere, in ſpecie ſucceſſionis Regni, & maioratus: deinde ad argumenta, quæ de contrario ſunt poſita, diſſoluenda vltimò deſcendam, quod omne diſtribuetur in nouem partes ſequentes. 76

PARS

PARS PRIMA.
DE INCOMPATIBILITATE IN GENERE.

CAPVT I.

Vtrùm detur incompatibilitas in omni ſcientia.

SVMMARIVM.

1 Incompatibilitatis *vox per alios terminos, ſeu ſigna ad placitum ſignificatur.*
2 *Incompatibilitas, & Repugnantia, qua voce vſus fuit Iuriſconſultus, idem ſunt.*
3 *Incompatibilitas, & Perplexitas, qua voce vſi fuerunt Iuriſconſulti, ad idem tendunt.*
4 *Perplexitas eſt quando adimplendo vnum ſequitur impoſſibilitas, vel contrarietas, vel inconueniens ad aliud.*
5 *Perplexitas alia reſolubilis, & tunc non vitiatur diſpoſitio; & alia non reſolubilis, & tunc vitiatur, & num. 6.*
7 *Perplexitas, in duobus Beneficiis, ſeu Maioratibus, eligendo vnum, eſt reducibilis ſeu reſolubilis.*
8 *Perplexitas quid ſit. Docet etiam Baldus, & per exempla demonſtratur.*
9 *Incompatibilitas, & aliqua inter ſe contraria eſſe, ſeu contrarietas, per idem ſignificantur, quia omnia incompatibilia inter ſe ſunt contraria.*
10 *Contradictoria ſunt, quæ ſimul de eodem ſtare non poſſunt, ideo idem quod Incompatibilia.*
11 *Oppoſita ſunt, quæ in vno & eodem adeſſe non poſſunt, & ſic idem quod Incompatibilia.*
12 *Impoſſibilitas ad idem tendit quod incompatibilitas.*
13 *Incompoſſibilitatis voce vtitur Bart. quæ idem eſt quod incompatibilitas.*
14 *Auerſio eſt quædam naturalis incompatibilitas inter aliquas plantas, & aliqua animalia, quæ inter ſe quodam odio naturali diſſident.*
Antipathia Græcè idē eſt quod auerſio Latinè, ibid.
15 Incompatibilitatis *vox, à Iuris Pontificij Profeſſoribus fuit inuenta; & vtrum à Latinis, ſeu Iuriſconſultis fuerit cognita, neceſſe non eſt perquirere.*
16 Incompatibilitatis *vox, ſeu etymologia componitur ex dictione* in, *id eſt,* non, *& à nomine adiectiuo,* compactus, compacta, compactum; *vel,* compactilis & compactile, *id eſt,* coſa adiunctable con otra.
Etymologia, rei, de qua agitur, proprietatem oſtendit: eodem n. 16.
17 *Incompatibilitas quid ſit, & eius definitio vera demonſtratur ex genere & differentia, & aliis legibus definitionis, & n. 18. 19. 20. & 21.*
22 *Concurſus omnis, & cumulatio permiſſa eſt, niſi expreſſè reprobetur à natura. vel à lege diuina, aut humana, vel à diſpoſitione hominis, & num. 22.*
23 Incompatibilia, *cùm idem ſint quod* Contraria, *intelligi debent priuatiuè, & non poſitiuè.*
24 *Contraria priuatiuè non admittunt mixtum: contraria poſitiuè mixturam admittunt, & n 25.*
26 *Contraria aduerſa priuantia, & relata negantia, quæ ſint, & in quo differant? ad maiorem declarationem materiæ Incompatibilitatis demonſtratur, & n 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. & 36.*
37 *Incompatibilia de quibus agimus, non pertinent ad contraria, quæ admittunt concurſum aliquem medium vel mixtum, ſed quæ ſunt contraria, medio carentia, repugnantia inter ſe.*
38 *Contraria per obliquum, quæ ſint, oſtenditur.*
39 *Conditio ferendi nomen ſeu inſignia armorum familiæ, vel cognominis, aut alterius grauaminis ſi in Maioratu non eſt appoſita priuatiuè, ſiue negatiuè, aut per contrarium medio carens, ſed ſincerè, ſiue poſitiuè tanquam diuerſum, vel contrarium per obliquum, non eſt incompatibilis cum alio maioratu eandem conditionem habente.*
40 *Mieres concludenter conuincitur, dum contrarium tenet in maioratibus, quorum quilibet habeat non priuatiuè ſeu negatiuè, ſed ſimpliciter præceptum ferendi nomen & arma.*
41 *Qualitates ſi ſimul concurrant, quarum qualibet de per ſe poteſt operari ſuum officium, vna qualitas non derogat alteri.*
42 *Conditio deferendi nomen, & arma, appoſita priuatiuè, aut negatiuè, aut per contrarium medio carens, licet in vno ex duobus pluribuſvè maioratibus, eſt incompatibilis cum aliis.*
43 *Et ſucceſſor debet vnum eligere.*
44 *Paulus Durand, Epiſcopus Vrgellenſis in hac materia de maioratuum incompatibilitate per conditionem ferendi nomen, & arma, comprobat mirificè atque illuſtrat opinionem noſtram.*
45 *Conditio portandi arma principaliter ad dexteram, vel nomen, ſeu cognomen, tanquam principale, eſt incompatibilis cum alio maioratu, qui habeat idemmet præceptum, ſeu conditionē.*
46 *Mixtum, cùm eſt ſimplex, æquè principaliter, & cum qualitate illa. quod quodlibet eorum occupet primum ſeu principalem locum, eſt incompatibile cum alio.*
47 *Conditio portandi talia inſignia armorum, vel nomen in primo ſeu principali loco, idem importat quod conditio portandi ſola talia inſignia, vel ſolum tale nomen.*
48 *Mieres opinionem admittit D. D. Ioannes à Caſtillo cum diſtinctionibus, de quibus nos ſuprà.*
49 *Antonius Theſaurus, ad quem ſe remittit Vincentius Fuſarius, non reſoluit quæſtionem de duobus maioratibus, cum præcepto portandi nomen, & arma, propter perplexitatem quam recognouit: attamen ſe remittit* ad leg. ſi Titius, ff de condit. & demonſt. & l. vbi repugnantia, de reg. iur.

50 L. Titius

50 L. Titius 16. ff de conditionib. & demonſt. & l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. *interpretantur & num. 51.*

52 L. ſi Titius 9. ff. de verbor. obligat. *loquitur de perplexitate, ſeu incompatibilitate reſolubili.*

53 *Conditiones portandi nomen, vel arma, ſunt honeſta, & non impeſſibiles naturâ, vel iure; ideo non ſunt reiicienda.*

54 *Conditio ferendi nomen & arma, poteſt apponi in maioratu condito per patres ex Tertio, & Quinto bonorum.*

55 *Et limitatur, quando propter incompatibilitatem cum alio maioratu ad alios tranſire debuiſſet maioratus ex Tertio, & Quinto; quia tunc reijcienda eſt talis conditio, & pro non appoſita habetur, & n. 57.*

56 *Tertium bonorum eſt de legitima filiorum: ideo in eorum praiudicium reijcienda eſt conditio ferendi nomen & arma ſola, etiamſi ſit poteſtatiua, & n. 57. & 58.*

59 *Maioratus de Tertio, & Quinto bonorum, eſt indiuiduus: ideo idem iudicandum eſt de Quinto, ac de Tertio.*

ARGVMENTVM.

Quid ſit incompatibilitas, & quomodo conueniat cum omnibus priuatiuè contrariis, & ſibiipſis repugnantibus, quæ mixtum, vel medium non admittunt; & exinde an in concurſu duorum, pluriumvè Maioratuum inſtitutorum cum grauamine ferendi inſignia armorum, nominum, vel cognominum familiæ, ſimpliciter, vel inſolidum, detur incompatibilitas inter eos; itavt ſucceſſor debeat eligere vnum, & omittere alium, vel alios.

1 VOX iſta, *Incompatibilitas*, ſignificatur, ac exponitur per alios terminos, ſiue ſigna ad placitum, huius propoſitionis ſimplicis conſtitutiua; nam aliter dicitur *Repugnantia*: de cuius
2 termino vſus eſt Iuris Conſultus Celſus in *l. vbi repugnantia* 148 *ff. de regul. iur.* Stephan. Federicus *in tractatu de interpretatione Iuris part. 1. num. 104. verſ. quinto.* Vt repugnantia actionis furti, cum actione mandati ad eandem rem: *l. 1. C. de furtis l. ſi Pupillus, §. inſtitoria, ff. de inſt. actione.*

3 Item *perplexitas*, ita African. in *l. qui quadringenta habebat* 88. ibi: *Dixi ex perplexis hanc quæſtionem eſſe, ff. ad leg. Falcid. l. ſi Titius* 16. cum gloſ. *verb. in vtilem verſ. nuncem ergo propter perplexitatem verborum ſe impediunt, &c. ff. de cond. inſtitut.* & Gloſſ. *verb. Iudicium, in l. ſi Titius, ff. de verb. obligationibus cap. literas 13. §. Porro de reſtitutione ſpoliator.* ibi: *Sicque difficultas occurreret quaſi perplexa, quia propter ſententiam operteret eam reddere debitum, & propter conſcientiam reddere non deberet.* Gloſ. *in ſumma ad 13. diſt.* vbi exemplificat de Iudæis, qui erant in perplexitate circa mortem Domini noſtri Ieſu Chriſti, nam illum morti tradendo peccabant, occidendo innocentem; & ſi morti non tradidiſſent, eorum legi fuiſſent aduerſati, diſponenti, vt qui dixerit ſe Filium Dei, morte moriatur.

Ex hac Gloſſ. *in ſumma, 13. diſt.* infert Petrus Re- 4
buff *in cap. extirpandæ, §. qui vero, de Prabend. pag. 186. col. 2.* quod perplexitas eſt quando aliqua duo ſe offerunt, & alterum qualecumſit adimplendo, ſequitur, vel impoſſibilitas, vel contrarietas, aut aliquod inconueniens: & eam diuidit in perplexitatem reſo-
lubilem, & non reſolubilem: Reſolubilis eſt, quan- 5
do eligendo alterum extremum, non ſequitur impoſſibile, nec contrarietas, ſed tantummodo aliquod inconueniens: non reſolubilis eſt, quando electo altero extremorum, qualecumque ſit, ſequitur impoſſibilitas, vel contrarietas: Bartol. *in l. Titius ff. de condit. inſtitutionum*: & tandem aduertit ad pulchram doctrinam, & vtilem ad noſtrum inſtitutum, quòd quando perplexitas non eſt reducibilis, in totum, &
omnino vitiatur diſpoſitio, *dict. l. Titius*, quando verò 6
eſt reducibilis, licet ſequatur aliquod inconueniens, non vitiatur, ſed debet maius inconueniens euitari, & eligi extremum in quo militat minus inconueniẽs, *cap. duo 13. diſtinct.* Itaque quando verſatur perplexi-
tas in duobus Beneficiis incompatibilibus reſiden- 7
tiam requirentibus, erit reducibilis perplexitas, eligendo reſidentiam in vno. Et idem, in duobus Maioratibus incompatibilibus.

Baldus tandem *in d. l. ſi Titius de condit. inſtit.* di- 8
xit, quod perplexitas eſt, quoddam ab ipſo teſtatore in ſua diſpoſitione inductum, & quod dicitur conditio perplexa, quia exiſtentia conditionis, quæ debet præcedere effectum diſpoſitionis, non poteſt præcedere, & ipſe Bald. & Bartol. *in l. Arethuſa, ff. de ſtat. hominum*, ponunt exemplum ſuper illa quæſtione; quid ſi dixi ſeruo meo: *Si obuiaueris libero, liber eſto*: & alius dixit ſeruo ſuo: *ſi obuiaueris ſerue, liber eſto*: modò obuiant ſibi inuicem, quæritur, quis liber erit? Quod exemplum etiam refert Epiſcopus Duran. *in tract. de cond. & mod. impoſſib. à iure prohib. part. 3. cap. 10. num. 1. 2. 3. & 4 & à n. 7. vſque ad 17.* eruditiſſimè ſe habet ad intellectum textus *in l ſi quis ita 14. & dict. l. ſi Titius, ff. de cond. inſtit. l. qui quadringenta, ff. ad l. Falcidiam.*

Item declaratur hæc vox per aliam, ſcilicet, *con- 9
traria*, ſiue *contrarietas*, vt in *l. rogo 21. verſ quid enim, ff. de fideicommiſſ. libert. l. 1. in princ. verſ. contrarium ei eſt, ff. quando appelland ſit*, vbi etiam Gloſſ. *verb. excludit*: Ariſtoteles 2. *Topicorum cap. 21.* vbi dixit, quod impoſſibile eſt contraria eidem ineſſe: ideo de hac contrarietate, tanquam de incompatibilitate ac inter ſe repugnantibus agunt Papinian. *in l. Titia centum, ff. de cond. & demonſt. & in l. ſi filius 30. ff. eodem*, Vlpianus *in l. 3. in fin. ff. de bon poſſ. contra tab.* Modeſtinus *in leg nihil intereſt 12. in prin. ff. de inoff. teſtam. l. Mutius 30. ff pro Socio: l. in eum, qui duobus, ff. de adquir. hered. cap. Beatus 22. quæſt. 2. cap. ſolicitudinem, de appell.* Et aliis quamplurimis Iuribus, quæ referuntur *in cap... huius primæ partis.* Ad hocque eſt, quod dixit Bald. *in leg. incerti n. 8. de interd. & in l. fin. n. 43. C. de edict. Adrian.* quod omnia incompatibilia, quodammodo ſunt contraria: D. Molina, *lib. 2. cap. 14. n 27.*

Item *Contradictorium*, quia contradictorium con- 10
tradictionem ex diametro dicit: provt tenent Dialectici cùm agunt de Contradictoriis, quæ ſimul de eodem non poſſunt concurrere tanquam ſimul vera, & ſimul falſa: *l. ſi is, qui ducenta, §. verum, ff. de reb. dub.* vbi Legiſtæ, *l. illud, ff de adquir. hered. cap. Hoſpitiolum, 32. diſtinctione*, cum Gloſſ. *cap. poſtquam, de electione.* Stephan. de Federicis *de interpretatione Iuris, pars 1. num. 104. verſ. vt Contradictoria.* Petrus

Andreas

Andr.Gam.*in Dial.legali,lib.*2.c.17.*de loco,à Contrad.*

11 Item *Oppoſitum* , quia oppoſita in vno & eodem adeſſe non poſſunt, *l.ſed etſi* 6. §.2.*ff.de hæred.inſt.l.ſi Ancillam* 4. *verſ.ſin vere*, & *ibi* gloſ.*verb pro ſuo*, id eſt, bona, & mala fide,cum ſint oppoſita: *ff.pro ſuo.*

12 Item *Impoſſibilitas* , vt deducitur ex textu in *l. ſi Mania* 45. *ff.de hæred.inſt.l.*1.*l.conditiones* 9. *l. conditiones* 14. *l.filius* 15. *l.ſi Titius* 16. *ff.de cond. inſtit. l.*1. §.*ſub impoſſibili,l.impoſſibilis* 7. *l. ſi ſtipulator* 35. *ff.de verb.oblig. l.impoſſibilium, ff de reg.iur.*§.*ſi impoſſibilis inſt.de inutil. ſtipul.* & ſimilibus aliis iuribus.

13 Item *Incompatibilitas*, quo termino vtitur Bart. *in l.*1.*n* 1. *C.de Præpoſ.agentium in rebus,lib*.10. dum ita dicit : Secundò nota ex hoc textu quod duo officia quis ſimul ſubire non poteſt, vt *hic,& ſuprà tit.*2. *hac parte,ff.de adopt. l.ſi conſul.* & hoc eſt verũ quando ſunt ita incompatibilia , vt vtrique quis deſeruire non poſſit ; ſecus ſi ad inuicem ſe compatiantur , & quis deſeruire poſſit vtrique , vt dixi *ſuprà proximo titulo, l.comperimus.* Hæc Bartolus.

14 Item *Auerſio*,vox equidem propria ad ſignificandum contrarietatem quam naturaliter inter ſe habet alius cum alio : Græcè autem dicitur *antipathia*,id eſt contraria paſſio; ſeu diſcordia, quia componitur ex *anti*, quod eſt *contra*; & *pathia*, quod eſt *paſſio*: Vnde Antiperiſtaſis interpretatur contrarietas à natura: ideo Ambroſ.Calepinus *verb.Antipathia*, dicit quod eſt naturalis repugnantia, & ad verbum ſonat contra paſſionem , cui opponitur *ſympathia* , quæ mutuam quandam rerum inter ſe cognationem ſignificat: eſt igitur antipathia inter ea, quæ veluti naturali quodã odio inter ſe diſſident : vt Braſſica vulgari noſtro Hiſpano, *Verça*, antipathiam habet cum vite ;& è contra Oſtrea , & Concha ſympathiam habent cum Luna, quòd plenilunio plenæ ſint, & decreſcente Luna decreſcant : & inter animalia, felis & mus , antipathiã habent:& ſic de aliis.ſicut & intèr aues,& piſces.

15 De hac noſtra voce.*Incompatibilitas*,videndus Doctor Alphonſ.Oxeda de Mendoza *de Beneficiorum incompatibilitate, p.*1. *in præfat n.*8. vbi dixit quod non fuit in vſu apud Authores Latinos,ſed quod fuit inuenta à Iuris Pontificij profeſſoribus.At id perquirere,aut indagare vtrùm fuerit à Iuriſconſultis cognita, neceſſe non eſt,cùm tantum ſit quæſtio de nomine.

16 Inſequendo tamen Iuriſconſult.morem, qui *in l.*1. *ff.de furtis,& in l.*1 *in princ.verſ pactum,ff de pactis : l. Senatus* 35.§.1.*ff.de don.cauſ.mortis l.*1. *ff.de iniuriis,l.*1. *ff.de iuſt.& iur.l.*1. *ff de acq poſſ.l.*1.§.*appel. ff.de rebus creditis l.*1.*ff.de nouat.l.*3.*ff de dãno infecto*:§.*ſerui,Inſt. de iure perſonarũ*,§.1 *de Interdictis* : §.1.*de teſt.*& *aliis*; magnam curam adhibuerunt in veſtiganda nominum etymologia,quæ rei.de qua agitur,proprietatẽ oſtendit,Heringius *de fideiuſſoribus,c.*2 *n.*7.quidquid contrarium dicat Sarmiento *lib* 7.*ſelectarum,c.*7.Etenim cuiuſque rei intelligentia in verborum proprietatis cognitione conſiſtit,vt tenent Marcus Varro *de Lingua Latina*.D.Iſidor *de etymologiis*,Balduinus *in tract. de pignorib. cap.*1. D.Paulus 1.*ad Corinth. cap.*14. ibi : *Si neſciero virtutẽ vocis,ero ei,cui loquar,barbarus, & qui loquitur mihi,barbarus*,aduotandum eſt,quod vox hæc *Incompatibilitas* deriuatur,& componitur ex dictione *in*, & adiectiuo nomine,*compactus*,vel,*compactilis,& compactilo* : *por coſa ayuntable con otra*,& ſic incompatibilitas idem eſt, ac non compatibilitas,ſeu non compatibile,aut ſi ita dicam,res, quæ non compactilis eſt , vulgò, *coſa que no es ayuntable con otra* : nam dictio *in*, quando reperitur compoſita,negationem,ſeu priuationem ſignificat,ſicuti *inteſtatus*, id eſt non teſtatus,*inſipiens*, id eſt non ſapiens,*cap.*3. *de conſuet.* Vbi etiam notat & docet Panorm.*n.*4. Cenedo *ſingul.*17.*n.*1. *verſ. quando tamen reperitur compoſita,* &c. Menoch.*lib.*4.*præſumpt.*1 *n.*3 Ferret.*in conſtitut. Cathaloniæ gloſ.*1.*n.*27.& eos allegans Auguſt.Barboſ. *dict.*152 *n.*20. Nomen vero adiectiuum,*compactus a,* 17
um , eſt quidem participium ex verbo, *compingo, is,* quod in noſtro idiomate ſignificat *componer.*

Hactenus de voce ac diuerſis terminis,& etymo- 18
logia nominis ; nunc autem explicemus eius eſſentiam , hoc eſt diffiniamus quid ſit incompatibilitas, cùm diffinitio ſit oratio explicans naturam rei,ſecundùm Ariſtol. 1.*Topicor. poſt cap.*10. Chriſtophor.Hegendorphinus *de diffinitionibus, tom.*1.*n.*1. vbi ex Cicerone dicit, quod definitio eſt oratio, quæ id, quod definitur,explicat quid ſit : de cuius partibus late Pichardus *in diſput.de Mora,n.*14. *cum ſeqq.*Alphonſus Ozeda de Mendoza *de Beneficiorum incompatibilitate, dict. p.*1. *in præfat. n.*8. *&* 9. dixit,quod incompatibilitas nihil aliud eſt,quam concurſus rerum,quæ commodè ſtare ſimul non poſſunt : & quantum attinet ad ſuum inſtitutum , quod incompatibilitas , eſt in vna perſona Beneficiorum Eccleſiaſticorum concurſus à iure ex cauſa reprobatus.

Cui diffinitioni videtur mihi (ſalua pace tanti viri) 19
non aſſentiendum,cùm incompatibilitas non ſit concurſus reprobatus, ſed ipſa reprobatio , & quæ non patitur concurſum,imò in tantum eſt, & repugnans, ac reſiſtens,quod ſolum tendit cohibere concurſum: quapropter alia quidem oratione rem explicante,dicendum cenſeo, quod,

Incompatibilitas eſt , ſiue à natura, ſiue à diſpoſitione iuris , vel hominis excitata quadam prohibitio cuiuſcumque repugnantis eodem tempore , & apud ſubiectum idem,atque reprobati concurſus.

Conſtat hæc definitio vt debet,ſecundùm Batt.in *l.*1. 10
ff.de teſt. Pichard.*in diſp de Mora,n* 26. ex genere, & differentia,& ex aliis legibus,quas affert Chriſtophor. Hegendorphinus *de diffinit.tom.*1.*n* 2.nam, *prohibitio excitata ſiue à natura, ſiue à diſpoſitione Iuris, vel hominis*, habet vim generis,cum prohibitio ſit nomẽ generale analogum , atque commune cuicumque prohibitioni legis, naturalis, Diuinæ , & humanæ, ac teſtatoris,& contrahentium ; quia prohibitio legis, teſtatoris,& contrahentium, æquiparantur quantum ad modum ſignificandi , vt docet Bald. *in l ea lege n* 4. *verſ.*3.*oppone,&c. C.de condict.ob cauſ.datorũ*:& idem eſt prohibere,quod amouere,*l* 4.§.*ſi Prætor*.vbi notat Bartol. *ff. de ſuſpect.tutor.* vel quod non conſentire, *l. qui vas* §.*vetare.* vbi etiam Bart.*ff de furt.*

Cætera noſtræ diffinitionis verba,& particulæ ha- 21
bent vim differentiæ : quia omnis vnio,& concurſus cenſetur permiſſus, niſi ſolũmodò ille qui reperiatur prohibitus,vel reprobatus à natura,vel à lege Diuina, aut humana,vel à diſpoſitione hominis,ex generali regula,quæ vult quòd quæ per legem non inueniuntur prohibita , permiſſa cenſentur : *l.necnon* 28. *in princ. verſ.ſed ſi lex non prohibeat, &* §.*quod eis*: cum gloſ. *verb.prohibeat, ff ex quibus cauſ.maiores, l.mutus* 43. §.1. *ff.de procur.l.ab ea,*§.5. *ff.de probat.l.*1.§.1.*de teſtib. l.ſtatua*6. *C.de religioſ. & ſumpt.funer.c.*1.*de tranſlat. Prælat.* vbi Gloſ.*verb.non inuenitur c. nuper* 29. *verſ. in* 2. *cap.illorum* 32.*verſ.*1.*de ſent.excom.l.*2.*tit.*14.*partit.*3. & D.Greg.Lopez *verb.ſobre tales Ruegos, l.*8. *in princ.tit.*16.*ead.partit.*3.Iacob.Menoch. *de præſ.lib.*6. *præſ.*16.*per tot.*Steph.Grat. *tom.*5.*c.*870.*n.*36.quibus,& aliis illuſtrat hanc regulam Aug.Barboſ *verb.prohibitum Axiom.*193 *n.*7.Gabriel Aluar. à Velaſco,*Axiom. & loc.communia Iuris, lit.P. verb.prohibita n.*206.& antea *lit.C. verb.Conceſſum n.*100.

Digitized by Google

22 Et quod in ſpecie, & materia concurſus procedat hæc regula, probant Gloſ. *verb. emendari, verſ. Sed cumulatio ſic, &c. in l. edita, C. de edend.* Dynus *in cap. nullus pluribus 20. de reg. iur.* Bart magiſtraliter in *d. l. edita n. 14. verſ. videndum eſt ergo, vtrum cumulatio ſit permiſſa, Cod. de edendo.* Crauecta *conſ. 14. n. 1. verſ. primo*: ex regula Iuris generali, quòd omnis cumulatio cenſetur permiſſa, quæ expreſsè prohibita non reperitur, &c. Menoch. *vbi ſuprà dict. lib. 6. præſumptione 16. num. fin.*

23 Cum itaque incompatibilitas, ſecundum noſtram diffinitionem, ſit omnis prohibitio repugnantis atque reprobati concurſus, ſequitur quod licèt incompatibilia ſint idem quod Contraria, non ſunt intelligenda de omnibus quibuſcumque contrariis, ſed tantum de iis, quæ ſunt contraria priuatiuè.

24 Quia contraria ſunt in duplici differentia: alia ſunt priuatiuè, alia poſitiuè. Contraria priuatiuè non admittunt mixtum; quia priuatio, cum formaliter ſit nihil, excludit qualemcunque habitum contrarium, tanquam negatio, quæ deſtruit omne quod ſibi obſtat: *l. hac verba 124. ff. de verb. ſignif.* in illis verbis: *Veluti cum dicimus, aut dies, aut nox eſt, quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum, item ſublato altero poni alterum, &c.* Marcus Ant. Natta *conſ. 469. n. 13. & 14.* Franc. Burſatus *conſ. 319. n. 5. lib. 3.* Polydor Ripa *in tract. de nocturno tempore, cap. 3. n. 54. & 55.*

25 Contraria poſitiuè mixturam admittunt, veluti quando concurrunt album, & nigrum, ex quibus fit medium illud ſiue mixtum, ſcilicet croceus color, & quando ſe immiſcent dulce, & amarum, vnde reſultat acre; & calidum, & frigidum, ex quibus componitur tepidum: & tunc dicimus quod ex duobus contrariis fit medium, ſiue optimum temperamentum, *l. ſed hac 13.* cum gloſ. 1. *ff. de procur. l. ſi ſeruos 25.* cum gloſ. fin. *in fin. ff. de pignor. act. l. Gallus, § ille caſus, in fin. ff. de liber. & poſthum.* Gloſ. *verb. auariſſimum, in l. ſolent. 6. ff. de offic. Proconſul.*

26 Ad maiorem autem declarationem referre etiam non erit inutile aliam diuiſionem de Contrariis, quam docet Pater Melchior de la Cerda è Societate Ieſu, *in campo eloquentia, vol. 2. cap. de Contrariis, fol. mihi 5.* Contraria, inquit, ſunt, quæ non poſſunt eidem rei ſimul eademque ratione conuenire, vt ſapientia, & ſtultitia: quorum ſpecies quatuor ſunt, *aduerſa, priuantia, relata, negantia.*

27 Aduerſa ſunt, quæ ſub eodem genere comprehenſa plurimum inter ſe differunt, vt ſub habitu animi, virtus & vitium: & ſub colore, candor & nigror; & ſub perturbatione, amor & odium, &c. Ex comprobat ex authoritate Ciceronis *pro Roſcio*, in illis verbis: *Quem hominem? leuem? imò grauiſſimum: mobilem? imo conſtantiſſimum: familiarem? imò alieniſſimum, &c.*

28 Priuantia ſunt, quæ priuationem, habitumque rei ſignificant: Vt dies, nox; lux, tenebræ; diuitiæ, paupertas; ſobrietas, ebrietas; aſpectus, cæcitas; Mors, & Vita; & omne illud cuius poſitio fit deſtructio alterius.

29 Relata ſunt, quorum vnum ad alterum refertur, vt Pater filius: Dominus ſeruus: Præceptor diſcipulus: cliens Patronus: miles Imperator: dare, accipere, &c. Nam licet ad ea quæ ſunt Iuris, ſit idem Pater & filius *l. fin. C. de impuber. & aliis ſubſtit.* tamen ad ea quæ ſunt facti, non ſunt idem, Pater & filius: Cum ſe referant tanquam diuerſa, ſiue contraria: Gloſ. margin. *verb. eſſe perſona, in d. l. fin. C. de impuber. & aliis ſubſtit.* vbi Iaſon *num. 3.* per *l. cum hæredes, in princ. ff. de adquir. poſſeſſ.*

30 Negantia, vulgò dicta contradicentia, ſunt quorũ vnum ait, alterum negat; vt orator, non orator; decet, non docet, &c. Nos verò ea dicimus negatiua, ſeu contraria per negationem, *l. 1. ff. de vino trit. oleoque legato*, & ſunt talis naturæ, quod non habent medium aliquod, quia extra affirmatiuam, & negatiuam nihil eſt, ſeu eſſe poteſt, vt ſi lex vnum iubeat, aliud prohibeat, vnde ſi lex iubet pacta eſſe ſeruanda, videtur negare quod pacta non ſint ſeruanda: Secus ſi permittat, putà, lex permittit ludere, vel vſuras accipere, non tamen videtur negare non ludere, vel vſuras non accipere; eiuſmodi ſunt naturæ repugnantiæ Stephan. de Federicis *de interpret. iur. part. 1. n. 109.*

Tandem animaduertit P. Melchior de la Cerda, eſſe 31 contraria dupliciter; alia inter quæ nihil eſt, vt pax, & Bellum; virtus & vitium: alia quibus medium interpoſitum, vt album & nigrum; pallidum ruffum; flauum rubrum, viride, & aliis coloribus affecta. Sunt etiam contraria, alia ſimplicia, alia mixta, de quorum differentia tractat doctiſſimè Polydorus Ripa *de nocturno tempore, cap. 4.* vbi copiosè agit mixtum, an & quando ſub ſimplicibus comprehendatur in teſtamentis, in legatis in contractibus, in mandato, in compromiſſo, in ſententia, in iudiciis, in iure communi, in ſtatutis, in conſuetudine, in vſibus feudorum, in Beneficiis in reſcriptis, in priuilegiis, in fauorabilibus, in odioſis, in pœnalibus, in correctoriis, in exorbitantibus, in reſpicientibus præiudicium Tertij, ad intelligentiam text. in *l. hæc verba 124. ff. de verb. ſignif. l. 3. § filius, inter medias, ff. de lib. & poſthum. l. ſi ita facta, l. ſi ita ſcriptum 13. ff. de iniuſto, rupt. l. Titia textores, ff. de legat. 1. l. legat. vxori, ff. de legat. 2.* & aliis Iurib. Ad quæ ſi caſus ſe offerat potes recurrere, & ad D. Molinam *de primogen. lib. 2. cap. 14. à n. 33.* D. Ioann. à Caſtillo *lib. 4. cap. 15. à num. 35. vſque ad 47. & tom. 5. cap. 89. à n. 160. vſque ad 185. & cap. 134. à n. 1.* Ioann. Baptiſt. de la Rea *tom. 1. diſp. 30.*

At vero Steph. de Federic. ſæpè ſæpiùs eſt citatus 32 *in tr. de interpret. Iuris, Magnorum tractatuum vol. 1. part. 1. à n. 102. verſ. decimum ſextum argumentum eſt, à contrariis, quæ medio carent*, cum lex vnum ex contrariis permittit, videtur aliud contrarium in eo in quo ſunt contraria denegare, & è contra; ſicut ſi quis dicat eſſe diem, negat eſſe noctem: ſi lex iubet, fidem eſſe ſeruandã, prohibet perfidiam committi &c. Docet quod duo inuicem poſſunt dici contraria multipliciter.

Primò vt diſparata, quia ſunt diuerſæ ſpeciei, putà, Teſtamentum & Codicillus, *l. ſi idem, C. de Codicillis.* Et ſic eſt emptio, & locatio: *l. 1. in fin. ff. locat.* Et ſuper hoc Steph. de Federicis *n. 105.* aduertit, quod quãquam in eodem ſubiecto concurrere non poſſunt, *d. l. ſi idem; & d. l. 1.* tamen ſi lex de vno diſponat af- 33 firmatiuè, vel negatiuè, de alio nihil videtur diſpoſuiſſe, quia ex ſeparatis non fit illatio: *l. naturaliter, § nihil commune, ff de adquir. poſſeſſ. l. Papinian.* 34 *exuli, ff. de minoribus*; & quod in priuatis quoque eadem regula eſt: quod licet in eodem concurrere non poſſint, tamen vno prohibito, non videtur aliud conceſſum, nec è contrario; imò priuatio præſupponit habitum: *l. Deum, ff. de verb. oblig. l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur.* & propter parem potentiam, cui con- 35 ceditur vnum, videtur concedi & reliquum: *l. eius eſt nolle, ff. de reg. iur. l. qui condemnare, ff. de re iudicat. l. nemo qui condemnare, de reg. iur.*

Secundò dicuntur contraria inuicem priuatiua, putà, obligatio. & liberatio; Seruitus, & manumiſſio; datio, & ademptio.

Tertiò, vt directò contraria, vt dies, & nox; fides, & perfidia: *l. hæc verba 124. ff de verb. ſignif.*

Quartò, vt negatiua oppoſita, vt albũ, & non albũ; nouum, & non nouum *l. 1. ff. de vino, trit. oleoq; legato.*

Quintò,

Digitized by Google

Quintò, repugnantia, & contraria; vt actio furti, & actio mandati ad eandem rem: *l.1. C. de furtis*: & *ibi* notata: *l ſi Pupillus,§.inſtitoria, ff.de inſtitoria act.*

36 Sextò, vt contradictoria, vt putas, omnis contractus eſt conuentio: aliquis contractus non eſt conuentio: de quo per DD *in l.ſi is qui ducenta,§ verum, ff.de reb.dub.* Sed ea reducit ad contraria medio carentia,& contraria medium habentia. Contraria medio carentia dicit, quæ Iuriſconſulti appellant *diſiuncta*, & hanc habent naturam, vt vno poſito, aliud tollatur; & altero ſublato, alterum intelligatur eſſe poſitum, *d.l.hac verba.* Vt *ſi dies eſt, ergo nox non eſt*, & è contrario.

Contraria medium habentia, apud Iuriſconſultos *ſub diſiuncta* appellantur,& ſic ſe habent, vt vno poſito, alterum intelligatur eſſe ſublatum, vt ſi nigrū eſt, ergo album non eſt; ſed non è contra: nam ſi vnum negatur, non tamen videtur alterum affirmati: *d.l hac verba.* Non enim ſequitur: *Si album non eſt, ergo nigrum eſt.* Itaque dum declaratur rem meam non eſſe, non ideo declaratur tuam eſſe, quia poteſt eſſe alterius: *l. ſi inter me & te, 15. ff.de except.rei iudicatæ.*

37 Dicendum tandem eſt, quod ad incompatibilia, de quibus agimus, non pertinent Contraria, quæ admittunt concurſum aliquem, medium, vel mixtum; ſed ea ſolummodò, quæ ſunt contraria medio carentia, repugnantia inter ſe, ſiue negatiuè, aut priuatiuè contraria; quia ea, quæ ſunt incompatibilia tanquam contraria priuatiuè, aut negatiuè ſe excludunt in concurſu: Ideo de his contrariis dicunt Dialectici, & ex noſtris, Tiraquel. *de leg.connubialib.in l.9. gloſ.1 p.9.n.141.* quod contraria ſeſe inuicem non patiuntur in eodem ſubiecto,& ad poſitionē vnius ſequitur remotio alterius; per text. in *l. ſed etſi,§.item ſi plures*: vbi Gloſ.& DD. *de inſtitoria actione, l.Pomponius,§ ſed etſi is, in fin.ff.de procurat.d.l.hac verba. ff.de verb ſign. l.ſi inter me & te, ff.de exception.rei iudic. l. ſi ancillam, ff.pro ſuo: l. non codicillum, C.de teſt.l.1.C.de furt.* Et allegat illum Horatij Verſum:

Stulti dum vitant vitia, in contraria currunt.

Et Bald. *in l.1.verſ.Octauo quæro*: C.ſi ſeruus extero ſe emi: dat regulam ad cognoſcendam hanc Contrariorum ſpeciem, dicens, quod contraria ſunt, quorum finis eſt contrarius, & incompatibilis.

38 Cætera, licèt contraria ſint, erunt diuerſæ ſpeciei, ſcilicet diuerſa, quæ ſunt contraria per obliquum, vt, lego Titio fundum, ſi Seius decedat hinc ad menſem: Item, lego Sempronio eundem fundum ſi Titius venerit Bononiam poſt menſem. At verè contraria, vt lego fundum Titio ſi nauis venerit ex Aſia hinc ad menſem,& Sempronio lego eundem fundum ſi nauis non venerit ex Aſia hinc ad menſem. Sic ad literam exemplificat Gloſſ. *verbo, ſed diuerſis, in l.3. ff.vt legatorum nomine caueatur.*

39 Ex quibus omnibus deſcendere poſſumus ad decidendam quæſtionem, an vnius Maioratus vinculi, aut Patronatus ſucceſſio apud eundem ſucceſſorē ſit incompatibilis, vel non, cum alio, vel aliis Maioratibus, ſi omnes,& quilibet eorum habeant conditionē ferendi inſignia armorum familiæ, nomen, ſeu cognomen, vel alterius grauaminis præceptum? ad text. in *l ex hoc iure §.fin ff.de donat. l facta,§.ſi verò hominis, ff ad Trebell.* & alia iura de quibus Menezes de Padilla *in rub de fideic.n.5.* Nam ſi conditio, aut grauamen deferendi nomen, cognomen, vel armorum inſignia in alterutrò Maioratu qui concurrat non ſit appoſitum priuatiuè, ſiue negatiuè, aut per contrarium medio carens, ſed ſincerè, ſiue poſitiuè tanquam diuerſum, vel contrarium per obliquum, tunc apud eundem ſucceſſorem concurrere poſſunt duo, vel plures Maioratus, in quibus iubeatur ab inſtitutore deferri ſimpliciter nomen cognomen, vel Arma, cum nō ſint ex contrariis, quæ medium, vel mixtum non admittunt, provt ex omnibus ſupradictis ſatis euidenter apparet. Quod etiam probat, licet non ita ſatis concludenter, D Molin. *de primog lib.2.cap.14 à n.30. vſque ad 35.* Aluarado *de coniect.ment defuncti, lib.2.cap.2.§.1. n.40. verſ.an, & quando duo primogenita quis obtinere poſſit, maximè ſi eorum conditiones contraria ſint, &c.* P.Molina *tom.3. de iuſt & iur.diſp.615.n.6.* Ioan.Franc. de Ponte *conſ.4.n.1.* Ioan.Baptiſt.Valenç.Velaſq. *tom.1 conſ.69.à n.26.* Marta *voto 73 n.9.* D.Perez de Lara *de vita hominis, cap.13.à n.35.* Ant.Theſaur. *deciſ.170.n.9.* Steph.Gratian. *tom.4.cap.645.n.17.verſ Ideo ſi contingat concurrere duos Maioratus, in quibus iubeatur ſimpliciter deferri nomen,& arma vniuſcuiuſque inſtitutoris,&c.* D.Ioan.à Caſtillo *quotid.lib 5. 2 part.cap.136. n.77.& 78.* Vbi in hanc noſtram ſententiam ſua omni cogitatione, curaque incumbit contra Mierez *de Maioras. part.2.q.4.illat.8.ex n.79.* & ad reſpondendum ad eius fundamenta cum D.Molina *vbi proximè*, ex profeſſo dat operam, magnamque diligentiam adhibet: attamen non tam concludenter, provt ex noſtra diſtinctione: & ex *ſupra relatis in hoc capite* ſuper 40
diffinitione incompatibilitatis breuiter reſpondere, ac eum conuincere potes. Idem tenet etiam D.Caſt. *d.lib.5.cap 260 n.7. & cap.180 n.18.& 19.* Additionatores ad D.Molinam, *dict lib.2.cap.14.ſuper n.26.* Eſcobar *de puritate ſanguinis, part.1.queſt.4.§.7.à n.128. vſque ad n.131.* per *l. ſi ita ſcriptum 13. in princ.ff. de liber.& poſthum.* Vbi ſub ſimplicibus mixtum con- 41
tinetur; & per doctrinam celebrem traditam per Bald. in *l.Titia textores, de legat.1. verſ.Deinde nota quod quando duæ qualitates ſimul concurrunt, quarum quælibet de per ſe poteſt operari ſuum officium, vna qualitas non derogat alteri, & hoc eſt verum in qualitatibus ſpecificis,&c.* quem ſequitur *ibidem* Alex. *num.6.* & Iaſon, *n.26.*

At vero quando conditio, ſiue grauamen de co- 42
gnomine teſtatoris, vel inſignibus familiæ deferendis ſit appoſitum in Maioratibus, vel quolibet eorum, priuatiuè, aut negatiuè, vel quomodocumque medio careant, incompatibiles iudicari debent: Veluti ſi abſque immixtione iubeat inſtitutor Arma portari, vel ſolum cognomen, vel ſola familiæ ſuæ inſignia, licèt præceptum huiuſmodi non ita priuatiuè, aut negatiuè non ſit conceptum in quolibet Maioratu, ſed in altero eorum, dum in alio ſimpliciter iubeat inſtitutor deferri nomen, vel arma, cùm ex incompatibilitate, quæ exinde reſultat, ſucceſſor non valeat habere medium adimplendi vtrumque præce- 43
ptum, vnum Maioratum debet eligere, & alium dimittere Maioratum ad immediatum alium ſucceſſorem, qui ſuccedere debeat: D.Molina *lib.2. d.cap.14. num.26. & lib.3.cap.2. num.30.* Aluarado *vbi ſuprà, dict. lib.2.cap.2.§.1.n.40.* Pater Molina *tom 3.diſp.615. num.5.& 6.* Ioan Franc. à Ponte *conſ.4.n.1.& 6.* Marta *voto 73.à n.9.* D.Valençuela Velaſquez *tom.1.conſ.79. à n.16.* D.Ioan. à Caſtill. *lib 5.cap.136 n.77.& c.160. n.7 & cap.180 n.18.*

Et pro coronide referendus eſt ad literam Epiſco- 44
pus Vrgellenſis Paul Durand. *de condit.& mod.impoſſib.à iure prohib.p.3.c.10.n 18.& 19* his verbis: *Quandoque perplexitas,& repugnantia non prouenit ex eodē teſtamento, ſed ex diuerſis teſtamentis, & tunc quidem vnum contrariorum poteſt accipi,& aliud reyci; quia in eadem perſona concurrere non poſſunt: quoniam ſecundum Philoſophum 2. Topicorum, cap.21. impoſſibile eſt contraria eidem ineſſe, l.Titia ſi nupſerit, ff.de cond.& demonſtr. cuius rei elegans tradit exemplum Molina*

de Hiſpanorum primog.lib.2.cap.14.n 26. quando quis ſu cedere debet in duobus Maioratibus, in quorum vno præcipitur,quod eius ſucceſſor appellari debeat ſolo cognomine eiuſdem familiæ abſque mixtura alterius nominis: Et deferre arma eiuſdem familiæ ſola, & abſque mixtura aliorum armorum, ſeu inſignium: & in alio præcipitur quod debeat deferre nomen & arma eiuſdem familiæ; quod ſolet pluries contingere. In qua quæſtione dicendum eſt, horum Maioratuum ſucceſſorem non poſſe in vtroque ſuccedere. ſed neceſſario vnum omittere debere, & alium retinere; cum enim in vno præcipiatur deferri nomen & arma ſola, & in alio præcipiatur deferri ſimpliciter, conſequens eſt vt ſucceſſor non poſſit vtrumque præceptũ adimplere, imò debet neceſſario in vno eorum deficere, atque vnius Maioratus ſucceſſione carere: Nam cum hoc nominis atque armorum præceptum iuſtiſſimum ſit. l.facta, §. ſub conditione, ff. ad Trebell. & in nominis atque familiarum conſeruationem introductum, quæ ex immiſtione plurium nominum & inſignium confunduntur, atque obliuioni traduntur, is qui huiuſmodi præceptum non ſeruauerit, Maioratus ſucceſſione priuandus erit; & eius ſucceſſio in ſequentem vocatum tranſibit; quod in caſu, de quo agitur. probatur ex eleganti doctrina Baldi in l. fin.C.de dict.Diu.Adrian.tollend n.43. vbi inquit, *quod excluditur inſtrumentum, cuius virtute aliquis prætendit bonorum poſſeſſionem, ſi ex aduerſo producatur aliud ex quo vtrumque conſtet eſſe incompatibile: cuius dictum ſequitur ibidem Iaſon, n.33. &c.*

45 Idem dicendum erit etiam, ſi in duobus Maioratibus, quilibet inſtitutor in ſuo portari Arma principaliter ad dexteram, vel cognomen ſuum tanquã principale imprimis ferri iubeat; quia vtrumque præceptum cum idem contineat, quod ſimul non poteſt adimpleri, ſibi ipſi directò & adinuicem contrarium, & medio carens; tanquam æquè principalia ſeſe impediunt, itaque incompatibilia erunt præcepta huiuſmodi, ideo ambo Maioratus concurrere non poſſunt apud eundem ſucceſſorem, ſed altero electo, alium remittat neceſſe eſt. Quod probatur ex omnibus ſuprà à nobis traditis *in hoc capite* ad noſtram diffinitionem.

46 Et ex eo, quod vtrumque præceptum non poteſt habere locum in mixto, cum ſit ſimplex æquè principale, & cum qualitate illa in quolibet eorum occupandi primum, ſeu principalem locum, tunc enim cũ in mixto concurrant duo æquè principalia, vel cum qualitatibus incompatibilibus, ac contrariis, mixtum non continetur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum in mixto: *l.1. §.interdictor. ff. de interdict. l.Titia textores 36. in princ. verſ.quod ſi hoc modo eſſet legatum, ff de legat.1. l.ſeruis vrbanis 99.§.final.in fin. ff.de legat 3.§.quædam, Inſtit.de action.* Proſper Farinac. *in fragm part.2.verb.mixtum,n.257. & 258.* D.D.Ioan. à Caſtillo *lib.5.cap.134.n.33. in fin.* D Perez de Lara *in compend. Vitæ hom. cap.13. à n.37.* Vbi in facti contingentia refert caſum, & litem, in qua fuit ita deciſum.

47 Et licèt non ita probet, obſeruat id ipſum in terminis noſtræ ſententiæ D.Ioan. del Caſtillo *cap.136. num.78. propè fin. verſ.quando non ſimpliciter iubeatur deferri nomen & arma, ſed omiſſo verbo, ſola, dictum eſſet, quod nomen & arma primo, & principali loco portarentur, aut quod alterius Maioratus arma, & cognomen inferiori loco trahantur, alterius autem Maioratus clauſula id ipſum cautum fuerit, ita quod impoſſibile videatur vnius, & alterius Maioratus arma, primo, & principali loco portare, nec vnius diſpoſitionẽ & præceptum ſeruare, quin alterius præcepto contraueniatur; tunc ſanè cum eadem ratio militet, ſicut quando verbum, ſola, adÿcitur, idem quoque ius obſeruandũ eſſe.*

Et tandem reſoluit D. D.Ioannes à Caſtillo *in dict. num.78.* quod concurſus duorum Maioratuum non detur, nec admittatur, quando ſimiles aliæ clauſulæ, aut verba in Maioratibus exprimuntur, & quod tunc ad id decidendum fortiſſimè vrgent fundamenta omnia tradita à Pelaez de Mieres, *2.part. quæſt.4. illat.8. à num.79. vſque ad n.161.* Quam reſolutionem libenter amplectimur ex ſuprà à nobis *hoc capite* cum diſtinctionibus traditis. 48

Ab hinc de facili potes decidere, ac reſoluere controuerſiam illam, quam refert Ant.Theſaur. *deciſ.270 num.13. verſ.amplia.8. vt quis tali onere non excuſetur ratione perplexitatis, vel concurſus, &c.* Et ad eum remiſſiuè Vincent.Fuſar. *de fideicom.ſubſtit. quæſt.447. num.19.* accidiſſe inter Comitem Chiallant, & D Alphonſum Rotharium, ſeu eius filium D. Barcini in Sabaudia: nam cum D.de Breſſu inſtituiſſet filium ex filia, ita quod deferret ipſius cognomen, & arma ſimplicia, ſine vlla intermixtione, ipſe vero Dominus Barcini allegaret ſe id facere non poſſe, quia tenebatur deferre nomen, & arma familiæ *Sancti Seuerini*, ex qua per lineam maternam deſcenderat, & fuerat hæres inſtitutus ſub ea conditione, vt arma Sancti Seuerini ſine aliqua immixtione deferret; fuit dubitatum, an Dominus Rotharius, attenta ea perplexitate, haberet bona dicti Domini de Breſſu illius Aui, ſeu proaui Materni, licet eius arma ſimplicia non deferret, cum impoſſibilis conditio reiicienda ſit? quod dubium non reſoluit, quia cauſa erat ſub lite, & nondum deciſa per Senatum: qua de cauſa dicit Ant. Theſau. quod id non examinat, attamen ſe remittit ad ea quæ habentur in *l. ſi Titius 16. ff.de condit.inſt & l.vbi repugnantia: de reg iur.* 49

Et cùm ad hos textus ſe remittat, inferre poſſumus eum ſenſiſſe de reiicienda conditione portandi cognomen & arma per Dom. de Breſſu appoſita in inſtitutione: quod videtur probari in *dict. l. ſi Titius, & l.vbi repugnantia, & in l.1. & in l.conditiones, ff.de cond inſtitut.* 50

Sed reuera per eandem rationem perplexitatis, ſeu incompatibilitatis, cum non ſe patiantur apud eundem ſucceſſorem, eligere debuit tanquam ſucceſſor Maioratus inter duos incompatibiles, qui apud vnummetipſum concurrere non poſſunt; abſque eo quod obſtet *dict. l. ſi Titius*, nec *l. vbi repugnantia*, nec *alÿ textus*: nam iam ſupra traditum eſt, cum Petro Rebuffo in *cap.extirpanda, §.qui vero, de præbendis, fol.386. colum.2. & 387. col.1.* ex doctrina Bart. in *dict. l ſi Titius de cond inſtitut.* quod perplexitas, alia eſt reſolubilis, alia non reſolubilis; quod ipſum dicendum eſt de incompatibilitate. Reſolubilis eſt: quando eligendo vnum extremum, non ſequitur impoſſibile, nec contrarietas, ſed tantummodo aliquod inconueniens: non reſolubilis eſt, quando electo altero extremorum, qualecumque ſit, ſequitur impoſſibilitas, vel contrarietas: de incompatibilitate non reſolubili loquitur textus in *dict. leg. ſi Titius*, quia in ſpecie *illius legis* teſtator dixit, *ſi Titius hæres erit, Seius hæres eſto: Si Seius hæres erit, Titius hæres eſto.* Non poteſt verificari in altero, cùm ſequatur impoſſibile, nam ſi Titius ſit hæres, alius non poteſt eſſe hæres, cum duo inſolidum non poſſint eſſe hæredes. Si Titius non ſit hæres, alius non poteſt eſſe hæres, quia fuit inſtitutus ſub conditione, ſi Seius eſſet hæres: ideo in *dict. leg ſi Titius; & in dict. l. vbi repugnantia*; vitiatur diſpoſitio, & neutra valet: & in *dict. l.1. & l.conditiones*, reiiciuntur conditiones impoſſibiles de natura, vel de iure. 51

De

52 De perplexitate, ſiue incompatibilitate reſolubili
loquitur textus in *l. ſi Titius 9. ff. de verb. oblig.* ideo
53 non vitiat, nec vitiatur, licet ſequatur aliquod incon-
ueniens; & ad euitandum aliud maius, eligere de-
bet extremum, in quo militet minus inconueniens:
cap. duo 13 diſtinct. igitur cum grauamen, ſeu condi-
tiones portandi cognomen, & arma, ſint honeſtæ,
& non impoſſibiles naturâ vel iure, ſed incompati-
biles de facto, ad hoc vt poſſint concurrere tunc
non vitiant, nec vitiantur, nec eſt reiicienda aliqua
earum; ſed ad euitandum illud inconueniens, poteſt
ſucceſſor reſoluere perplexitatem, ſeu incompatibili-
tatem eligendo extremum, ſcilicet vnum ex duobus,
vel tribus maioratibus, habentibus illam perplexita-
tem prouenientem ex tali grauamine, ſeu conditio-
nibus contrariis, ſiue incompatibilibus.

Quod extende etiam in maioratu condito per aſ-
54 cendentes ex Tertio, & Quinto bonorum, cum gra-
uamine portandi cognomen, vel inſignia armorum
abſque aliorum mixtura, vel ſola, vel tanquam prin-
cipalia, primum locum occupantia: *l. cum filius 76.
§. Pater, ff. de leg. 2.* ibi, *cum moriens (licet alios quo-
que filios ſuſceperis) Sempronio nepoti meo plus tri-
buas in honorem nominis mei.* Quia in eo quod eſt
plus quam legitima, hodie ſcilicet de iure noſtro Re-
gio Tertium, & Quintum inter deſcendentes. Pater
potuit apponere omne grauamen, & conditiones
quas voluerit *l. 27. Tauri, leg. 2, tit. 6 lib. 5. Recopil.*

Hoc quidem intelligendum eſſe cenſeo dummo-
55 dò filius melioratus in Tertio, & Quinto bonorum,
per viam Maioratus, vel alius ex deſcendentibus, ſi
non adimpleuerit conditionem, ſeu præceptum de-
ferendi nomen, vel arma ſola, vel abſque aliorum im-
mixtione, præferri deberet alius ex deſcendentibus:
Sin vero ex eo quod non adimpleuerit ob incompa-
tibilitatem cum alio Maioratu delato cum conditio-
ne portandi nomen, vel arma, alius ex Tranſuerſali-
bus, vel extraneus ſucceſſurus fuerat in vno ex duo-
bus Maioratibus ita incompatibilibus, quem alias
debuerat cedere eligendo alium, tunc limitanda eſt
noſtra reſolutio ad hoc, quod in iſto caſu reiiciatur,
& tanquam non appoſita debeat haberi dicta con-
ditio; nam licet ſit poteſtatiua, cum in poteſtate eius
ſit retinere Maioratum ex Tertio & Quinto inſtitu-
tum, & omittere alium; & conditio poteſtatiua ap-
poſita in exceſſu Legitimæ reiici non debeat, *l. 11.
tit. 4 part 6.* Attamen cùm Tertium bonorum reſpe-
56 ctu Tranſuerſalium, & aliorum præter filios, & de-
ſcendentes legitimos, ſit legitima, & reſpectu alio-
rum, Tertium Parentes relinquere non poſſint, provt
certum eſt de iure noſtro, And. de Angulo *de melio-
rationibus, in rubr n. 27.* Tell. Fernand. in *l. 27. Tauri
num. 3.* D D. Ioannes à Caſtillo *lib 5. cap. 100. n. 1 & 2.*
57 Ideo conditio hæc poteſtatiua portandi nomen, & ar-
ma ſola, vel ſine intermixtione in tali caſu reiicien-
da eſt, provt reiici debet de legitima filiorum, *dict.
l. 11. titul. 4. partit. 6.* quia non valet præcipi in mo-
dum conditionis, quod non poteſt per viam diſpoſi-
tionis: *l. Seius, & Augerius, ff. ad leg. Falcidiam,* vbi
notant Bart. Alex. & Paul. & faciunt ad rem compro-
bandam aliæ doctrinæ, quæ ad intentum poſſunt ful-
ciri, traditæ ab And. de Angulo *de meliorationibus,
in dict. l. 11. tit. 6. lib. 5 Recop. gloſ. 4. à n. 6. vſque ad n. 9.*
Vbi poſtquam ſibi opponit, quod grauamen, ſeu con-
ditio appoſita filio meliorato in Tertio bonorum de
non contrahendo Matrimonio cum ignobili mulie-
re, aut generis obſcuri; aut de non ſuccedendo, in
fœmina, Clerico, aut Monacho, eſt poteſtatiua, cum
ſit in poteſtate filij meliorati eam adimplere, vel non,
& cùm non adimpleat videtur renuntiaſſe vocationi,
& ſpei ſucceſſionis, argumento textus in *l. recuſari,
ff. de adquir. hered.* Et quod ex eo, non poſita ſit ad
excludendum, ſed in genere ceſſante fraude ad exclu-
dendum aliquem ex deſcendentibus; ita reſpondit;
adhuc verius videtur conditiones non obeſſe ei, qui
ſecundum ordinem legis non potuit expreſsè exclu-
di: nec eo prætermiſſo, vinculum poſſe ad Collate-
rales, aut extraneos tranſire, ſed iſtud legis prohibi-
tione comprehendi, cum ſtantibus deſcendentibus
nulla ratione tacitè, vel expreſsè poſſit deueniri ad
Tranſuerſalem.

Ergo idem dicendum de conditione portandi co- 58
gnomen, & arma: Si ex eo quod, non obſeruans
conditionem filius, vel deſcendens, præferretur in
ſucceſſione Maioratus alius Tranſuerſalis, vel extra-
neus, vel grauaretur in deſiſtendo à ſucceſſione hu-
ius, vel alterius incompatibilis cum illo Maioratus.

Idmetipſum docendum eſt, etſi Maioratus non ſo- 59
lum ex Tertio ſed etiam ex Quinto bonorum inſti-
tutus ſit, quia vnio ex duobus vnitis, Tertio ſcilicet,
& Quinto, factum fuit vnum corpus indiuiduum &
ratione vnionis, & indiuidui non debet diuerſo iure
cenſeri Tertium bonorum, quàm Quintum, & è con-
tra: provt latè reſoluit D. D. Ioannes à Caſtillo *dict.
lib. 5. cap. 100. per totum.*

CAPVT II.

De Incompatibilitate in ſcientia Theologiæ,

SVMMARIVM.

1 *Incompatibilitas datur in omni ſcientia.*
2 *Incompatibilitas datur in ſcientia Sacre Theo-
logia.*
3 *Natura humana ab vltimo impleta in ratione per-
ſona per ſubſiſtentiam creatam eſt ab intrinſe-
co incompatibilis cum perſona diuina perſona-
liter ſubſiſtente, quamuis medior per potentiam
abſolutam vnio Hypoſtatica.*
4 *Natura humana cum diuina fuit in Chriſto Do-
mino noſtro exiſtens, & non ſubſiſtens.*
5 *Peccatum & gratia formaliter in eodem ſubiecto
ſunt incompatibilia.*
6 *Formalis effectus peccati eſt reddere ſubiectum
actualiter inimicum Deo; Gratia autem eſt,
reddere ſubiectum Deo gratum & amicum;
ideo ſunt incompatibilia.*
7 *Peccatum, & Gratia an opponantur non ſolum me-
ritoriè, ſed etiam phyſicè?*
*Peccatum, & Gratia vtrum de potentia Dei abſo-
luta ſimul eſſe poſſint, ibid.*
8 *Pater Villalobos in ea eſt opinione, quod peccatum
& Gratia non habeant oppoſitionem ſeu incom-
patibilitatem phyſicam de ſua natura; & refe-
runtur ad literam eius fundamenta.*
9 *Peccatum vnum mortale poterit Deus de potentia
abſoluta dimittere ei qui habeat alia lethalia
peccata, non autem de potentia Ordinaria;
quia dimittendo peccatum infunditur gratia:
ideo eſt incompatibile, & n. 10.*
11 *Gratia eſt incompatibilis cum peccato non ſolum
meritoriè, ſed etiam phyſice ex natura rei: te-
nent plurimi Doctores, maximè Pater Gabriel
Vaſquez, cuius fundamenta referuntur ad li-
teram, cum ſint omnia propriè de materia In-
compatibilitatis.*
12 *Textus ex Sanct. Ioanne,* 1. Canonic. cap. 3 *expli-
catur.*

catur. Ex D.Paul. & D.Hieronymo, & n.14.

13 *Gratiam Dei qui recipit non peccat, nec peccare poteſt dum perſeuerat in ea.*

15 *Amor turpis mulierum eſt incompatibilis cum amore Dei.*

16 *Malitia vel improbitatis egreſſus operatur ingreſſum virtutis, cum ſint incompatibilia.*

17 *Et de aliis ad eandem incompabilitatis materiã.*

18 *Lux & tenebræ, ſicut calidum, & frigidum, cum ſint incompatibilia, opponuntur.*

19 *Gratia reddit peccatorem ex inimico, amicũ Dei, & iuſtificatum, ex S.Concilio Trident.*

20 *Et defenditur eius deciſione ab opinione aliquorum.*

21 *Gratia expellit peccatum, & peccatum gratiam, non tantùm meritoriè, ſed etiam phyſice.*

Et reſpondetur ad argumenta contraria, n.22.23.24.25. & 26.

27 *Infidelitas ita incompatibilis eſt cum Gratia, ſicut peccatum & Gratia.*

28 *Fides Catholica ſimpliciter eſt medium neceſſariũ ad Gratiam, ſeu ſucceſſionem Regni Cœleſtis.*

29 *Hermenegildus niſi eſſet fidelis non haberet iuſtificationẽ, & gratiã ad ſucceſſionẽ Regni Cœleſtis.*

30 *Incompatibilitas inter gratiam, & peccatum atque infidelitatem, tanquam inter amicum, & inimicum, ad ſucceſſionem æternam in Regno Cœleſti datur, etiam per eandem rationem ad ſucceſſionem temporalem in Regno terreno.*

31 *Peccatum, & gratia ſicuti non ſolum ſunt incompatibilia meritoriè ſed etiam phyſicè ad ſucceſſionem Regni ſeu Maioratus Diuini, ita de iure noſtro Ciuili, & Regio incompatibilia ſunt Odiũ, inimicitia, infidelitas, vel ingratitudo cum gratia ſeu voluntate inſtitutoris ad ſuccedendum in maioratu, cum non ſolum opponantur meritoriè, ſed etiam phyſicè.*

32 *Peccatum & gratia ad hoc vt ſint incompatibilia meritoriè & phyſicè, requiritur, quod peccatum ſit lethale, nec ſufficit veniale, quod eſt compatibile cum gratia.*

33 *Odium, inimicitia, vel infidelitas, ad hoc vt ſit incompatibilis cum voluntate inſtitutoris Maioratus, neceſſe eſt, quod ſit grauis, nec ſufficit leuis.*

34 *Odium, inimicitia, ſeu offenſa, quæ ſit grauis, & quæ verò leuis? relinquitur arbitrio Iudicis.*

35 *Iudex ad arbitrandum quæ ſit grauis offenſa, ſeu inimicitia, debet id arbitrium regulare per quæſtionem ſtatus, capitis, honoris, aut omnium, vel maioris partis bonorum.*

Et ponuntur pro regula, n.36.

37 *Odium, inimicitia, ſeu grauis offenſa excludit ſucceſſorem à Regni ſucceſſione.*

38 *Odium, inimicitia, ſeu grauis offenſa excludit ſucceſſorem à ſucceſſione maioratus.*

39 *Offenſa, ingratitudo, vel inimicitia grauis, ad hoc vt excludat ſucceſſorem, requiritur quod facta ſit ipſi teſtatori, ſeu inſtitutori Regni, vel Maioratus, non autem ſufficit quod ſit facta ſucceſſori poſſeſſoris, ſeu grauato, niſi à principio Regnum, vel Maioratus ea lege ſit inſtitutus.*

40 *Offenſa ſiue iniuria grauis tunc excludit ſucceſſorẽ, quando facta fuit inſtitutori Regni, vel Maioratus, qui defertur iure ſanguinis: non autem ſi deſcendit ex lege, vel conſuetudine; vel deferri debet iure hæreditario, tunc namque licèt offenſa non ſit facta primo inſtitutori, ſed aduerſus quemlibet vltimũ poſſeſſorem, erit incõpatibilis.*

41 *Homicidium de illo vltimo Maioratus poſſeſſore commiſſum per illũ, qui immediatè ſucceſſurus erat, priuat homicida à ſucceſſione Maioratus.*

42 *Ingratus, vel inobediens Patri, vel poſſeſſori Maioratus, ſi per ſpecialem diſpoſitionem, cautum eſt in inſtitutione, priuatur eius ſucceſſione.*

43 *Inimicitia cum inſtitutore Maioratus ſi interueniat poſt vocationem ſucceſſoris, à ſucceſſione Maioratus excluditur, etiamſi poſt inimicitias fecerit Codicillos, & in eis non reuocauerit.*

44 *Inimicitia vel offenſa grauis ſi fuerit orta ante inſtitutionem Maioratus, ſi non ſuperueniat ſpecialis, ſed generalis vocatio, priuatur à ſucceſſione is, qui generaliter erat vocatus.*

45 *Facultatẽ qui habet liberam eligendi ſeu nominandi ſucceſſorẽ in Maioratu, non poteſt eligere odioſũ inſtitutori, vel inimicũ, vel eius grauẽ offenſorẽ.*

46 *Odioſus ex graui iniuria inſtitutori, veluti ſi eius vxor eo inſcio adulterium cum illo committat, vel vidua luxurioſe viuat, amittit facultatem & poteſtatem eligendi ei commiſſam.*

47 *Odioſus Principi, qui conceſſit facultatẽ inſtituendi maioratum in aliquo, priuatur ſucceſſione Maioratus cum tali facultate inſtituti.*

48 *Inimicitia grauis, vel odiũ cũ inſtitutore priuat ſucceſſorẽ ſucceſſione maioratus, etiamſi proueniat inimicitia ex facto, vel culpa ipſius inſtitutoris.*

49 *Inimicitia grauis inter inſtitutorem eius conſcium, & fideicommiſſarium, priuat eum à ſucceſſione, etiamſi habuerit tempus reuocandi, feceritque Codicillum, neque in eo fideicommiſſum ſeu vocationem reuocauerit.*

50 *Inimicitia grauis cum inſtitutore priuat ſucceſſorem, etiamſi inſtitutor confeſſus & contritus deceſſerit remittendo quamlibet iniuriam, & offenſam, quia intelligitur quoad Deum.*

51 *Iniuria grauis facta filio inſtitutoris, vel eius deſcendentibus, priuat ſucceſſorem, ſicuti ſi fuiſſet facta Patri; quia nõ eſt perſonalis, ſed realis, ac linealis.*

52 *Inimicus Patri præſumitur inimicus filio, etiam Patre mortuo; & vſque ad quem gradum extendatur. Et redditur ratio, n.53. Et reſpondetur ad oppoſitiones contrarias, n.55.*

54 *Infidelitas, ſeu delictum Patris nocet filiis in feudalibus.*

55 *Pœna debet tenere ſuos Autores, & quod ideo ſit perſonalis. Limitatur in offenſore Patris, vel filij, cùm tunc cenſeri debeat realis, & linealis, num.57. & 58.*

59 *Excluſio à ſucceſſione per contrauentionem, eſt diſtincta ab excluſione per odium vel offenſam.*

60 *Offenſa per Patrem facta, licet ſit ante natiuitatem filiorum ſeu deſcendentium offenſoris, priuat eos ſucceſſione.*

61 *Offenſa facta antequam ſint concepti filij offenſoris differt ab illa facta per Hæreticos, quorum filij ſint anteà concepti: & ratio differentiæ.*

62 *Offenſa facta inſtitutori, vel eius filiis, priuat offenſorẽ ſucceſſione, etiãſi in inſtitutione cautũ ſit, quod offenſa, inimicitia, vel ingratitudo non priuet ſucceſſorem, ne detur occaſio delinquendi impunè.*

63 *Offenſa leuis, & non capitalis, & grauis, non priuat ſucceſſione Maioratus.*

64 *Offenſa commiſſa contra vltimum poſſeſſorem, cui delata ſit ſucceſſio iure ſanguinis, non autem iure hæreditario, non priuat ſucceſſione.*

65 *Offenſa inſtitutori facta, ſi ab eo ſit remiſſa tacitè, vel expreſſè, non priuat ſucceſſione.*

66 *Homicidium commiſſum ab immediato contra vltimum poſſeſſorem, ſi accidat caſualiter & ex improuiſo, ſiue ob cauſam non ordinatam ad id, non priuat ſucceſſione.*

67 *Offenſa facta ante Maioratus inſtitutionem, ſi poſt*

eam

Digitized by Google

eam ſpecialiter ſit vocatus offenſor, non priuat eum ſucceſſione.

68 *Offenſa non priuat ſucceſſione , quando omnes ſunt pariter vocati , odioſi, & non odioſi: & vocatio non poſſet verificari praciſè niſi in odioſo, vel offenſore.*

69 *Offenſa , ſeu ingratitudo non priuat ſucceſſione quando prouenit ex cauſa, qua non lædat perſonam , famam , vel bona inſtitutoris , ſed ingrati, & ſe reformet , & ad meliorem vitam, vel frugem ſe reddat.*

70 *Offenſa facta inſtitutori non priuat ſucceſſione Maioratus, quando offenſor fuit inſtitutus in donatione remuneratoria, & propter merita.*

71 *Offenſa non priuat ſucceſſione, quando offenſor fuit inſtitutus cauſa dotis , vel contemplatione matrimonij in Capitulationibus matrimonialibus.*

Et dantur rationes limitationis huius, n.72.

73 *Offenſa illius , qui fuit inſtitutus contemplatione aliorum, non priuat eum ſucceſſione , niſi decedant perſona,quorum contemplatione fuit facta inſtitutio.*

74 *Offenſa facta inſtitutori non priuat ſucceſſione , quando offenſor fuit inſtitus per viam donationis irreuocabilis,ſecundum diſpoſitionem* l.17. & 44. Tauri : *Et inimicitia ſuperueniens reſultat ex culpa inſtitutoris, & n.87.*

75 *Offenſa, ingratitudo,ſiue inimicitia excludit à ſucceſſione Maioratus , aut ipſo iure, aut per ſententiam declaratoriam.*

76 *Offenſa, vel inimicitia, priuat ſucceſſione ipſo iure , quando propter eam offenſor fuit incapax, & non acquiſiuit dominium.*

77 *Offenſa, vel inimicitia priuat ſucceſſione per ſententiam declaratoriam , quando offenſor fuit capax, & acquiſiuit à principio dominium, & tunc dum viuit pertinent fructus Maioratus ad fiſcum.*

78 *Maioratus poteſt inſtitui aut in teſtamento,aut in cõtractu reuocabili,vel irreuocabili,& quid inde?*

79 *Maioratus in teſtamento inſtitutus , ſi habeat plures vocatos, primus poteſt eſſe hæres directus,& alij legatarij, ſeu fideicommiſſarij.*

80 *Maioratus inſtitutus in teſtamento in quo primo inſtituatur Petrus tanquam hæres ad vitam,& poſt eius mortem, Hoſpitale,ſeu alij; hi ſuccedunt non vt hæredes, ſed vt fideicommiſſarij.*

81 *Maioratus inſtitutus in perſona filiorum, & inſtitutus in perſonis , quibus non debetur legitima differunt.*

82 *Offenſa per homicidium facta inſtitutori, & facta poſſeſſori Maioratus,ad hoc vt excludat à ſucceſſione, differunt.*

83 *Offenſa facta per ingratitudinem inſtitutori , vel per occiſionem commiſſa, priuat ipſo iure.*

84 *Offenſa facta Maioratus ſucceſſori per occiſionem, vel ingratitudinem , non priuat ipſo iure, ſed requiritur ſententia declaratoria , & tunc applicatur fiſco per tempus vitæ ſucceſſoris.*

85 *Offenſa excludit à ſucceſſione ipſo iure , quando Maioratus non eſt inſtitutus in ſucceſſore primo vocato per modum hæredis , ſed legatarij, ſeu fideicommiſſarij.*

86 *Quod intellige quando offenſa, ſeu ingratitudo fuit commiſſa, viuo teſtatore.*

87 *Offenſa non priuat ſucceſſione ipſo iure , ſed per ſententiam declaratoriam, quando Maioratus eſt inſtitutus per viam donationis irreuocabilis.*

88 *Legatum ſeu fideicommiſſum amittitur ipſo iure per ingratitudinem.*

89 *Offenſa, vel ingratitudo non priuat ipſo iure eum, qui fuit inſtitutus ex legitima , niſi propter ingratitudinem , vel offenſam fuerit à Patre, vel aſcendente excluſus , ſeu exhæredatus.*

90 *Filius eſt hæres neceſſarius Patri , ideo non priuatur ipſo iure.*

91 *Filius non recipit gratum a teſtatore,cùm filio debeatur legitima.*

92 *Offenſa non priuat ipſo iure filium, quamuis Maioratus ſimul de legitima, & de aliis bonis extra legitimam ſit inſtitutus.*

93 *Maioratus eſt indiuiduus, & eius natura repugnat diuiſio.*

94 *Offenſa non priuat ipſo iure hæredem neceſſarium, ſiue voluntarium.*

95 *Offenſa priuat ipſo iure quando filius eſt inſtitutus extra legitimam per viam legati ; vel fideicommiſſi, vel donationis irreuocabilis , & numero 96.*

ARGVMENTVM.

An Incompatibilitas detur in Sacræ Theologiæ ſcientia, vbi maximè agitur de Incompatibilitate inter ſubſiſtentiam humanam, & ſubſiſtentiam diuinam : ad materiam vnionis Hypoſtaticæ : & de incompatibilitate inter gratiam , & peccatum in eodem ſubiecto , propter inimicitiam peccatoris cum Deo : & exinde vtrum ſucceſſio Maioratus reddatur incompatibilis inimico fundatoris ob iniuriam , vel grauem offenſam poſt fundationem ei , vel eius familiæ factam, viuente ipſo , vel mortuo fundatore : & an odium, ſiue inimicitia cenſeatur tantum perſonalis contra offenſorem , vel etiam realis contra eius filios , & deſcendentes , ad hoc vt Maioratus tranſeat ad alium alterius gratæ lineæ ?

INcompatibilitas equidem,ſiue dicta reprobati 1
concurſus prohibitio datur in qualibet ſcientia,
quod perſpicuè demonſtrabitur in præſenti hoc Capite, & in aliis Capitibus huius primæ partis.

Et in primis in Theologia ; nam Theologus (vt à 2
ſacra omnium ſcientiarum imperatrice , ac domina
Theologia incipiam) ſi interrogatus, an detur incompatibilitas in ſua ſcientia, ita in materia vnionis Hypoſtaticæ ? reſponſum præbebit : Dato quod ſubſiſtentia eſt vltimum complementum ſubſtantiæ red-
dens naturam incommunicabilem ; erit incompati- 3
bilis in vnico ſubiecto ſubſiſtentia humana, & ſubſiſtentia Diuina ; ideoque Verbum Diuinum naturam humanam exiſtentem, non vero ſubſiſtentem vltimo terminatam , & incommunicabilem aſſumpſit, quia natura humana vltimò impleta in ratione perſonæ per ſubſiſtentiam creatam , eſt ab intrinſeco incompatibilis cum perſona Diuina perſonaliter ſubſiſtente, quamuis mediet per potentiam abſolutam vnio Hypoſtatica. Vnde nimirum, ſua diuina ſcientia ductus , & lege incompatibilitatis inſtructus aſſeret , quod in Chriſto Domino noſtro fuit natura huma-
na cum diuina exiſtens,& non ſubſiſtens,& Verbum 4
diuinum non aſſumpſiſſe , ſeu ſibi vniuiſſe naturam humanam ſubſiſtentem , quia ab intrinſeco eſt impoſſibilis talis vnio inter duas naturas ſubſiſtentes, & vltimo completas in ratione perſonæ.

Digitized by Google

5 Attamen aliud in hac ſcientia Theologus perhibebit nobis teſtimonium quod magis accedat ad noſtri textus, & concluſionis materiam, aſſerens cum Scoto, *in 2.diſt.17.quaſt.vnic. & in 4.diſt.16. q.2.* Richardo *in 3.diſp.31. art.1.q.1.* Gabriel *in 1.diſt.17. q.4. art.3 dub.3.concluſ.3 & in 3. diſt.23.q 2.art.3. dub.2.& in 4.diſt.14.q.1 art.2. poſt quintam concluſionem.* Bonauentura *in 1.diſt.17. 2.part.diſtinctionis,quaſt.3. & in 3. diſt.31. art.1. quaſt.1. ad 2.* Durando *in 1.diſt.17. q.10. num.4 & in 3.diſt.31.q.1.n.6.* Paludano *in 3.diſt.28 q.3. art.3* Conrado *quaſt.71 art.4.* Petro Alliacenſi *in 1.q.9. art.2.litt.O.* Suarez *tom.4.diſput 9. ſect.2.num.4. & 5.* Ioan.Medina, *Cod.de pænitentia, quaſt.12.§.Corollariè ſequitur*, & aliis, quod peccatum & gratia formaliter in eodem ſubiecto ſunt incompatibilia, quia ab intrinſeco peccatum per deformitatem, & malitiam moralem peccaminoſam dicit ex natura formalem oppoſitionem ad gratiam, vnde ſi gratia eſſet in aliquo ſubiecto, tribueret illi ſuum effectum formalem, & ſi peccatum eſſet in eodem ſubiecto, ſuum ef-
6 fectum formalem etiam tribueret. Effectus formalis peccati eſt, reddere ſubiectum actualiter inimicum Deo; effectus formalis gratiæ eſt, reddere ſubiectũ Deo gratum & amicum: Iſti effectus ex natura ſua, & ab intrinſeco ſunt incompatibiles, & contrariantur per naturalem oppoſitionem formalem; igitur cauſæ productiuæ talium effectuum ſunt etiam incompatibiles ab intrinſeco in eodem ſubiecto; & per conſequens, quod eſt incompatibile peccatum cum gratia quoad demeritum peccati.

7 Sed vertitur difficultas ſatis ardua, quæ conſiſtit in hoc; an peccatum & gratia non ſolùm opponantur meritoriè, ſed etiam phyſicè? & macula peccati à gratia tanquam à forma contraria phyſicè deleatur? & vtrum de potentia Dei abſoluta ſimul eſſe poſſint?

8 Doctores ſupra relati pro ea ſtant negatiua ſententia, & nonnullis argumentis, exemplis, atque rationibus defendunt, gratiam & peccatum incompatibilia eſſe, & expelli vnum ab altero ſolum demeritoriè, atque ex mera Dei conſtitutione, & accedente eius fauore, & condonatione ſeu remiſſione peccati, ac ſimul admiſſione gratiæ, non autem phyſicè, atque ex natura rei.

Et ex recentioribus (qui maximè pro hac vrget ſententia) Pater Frat. Henriquez à Villalob. *in ſumm. de Theologia morali, & Canonica, tom.1. tract 9. difficult.11. per totam*, vbi ex ſuis fundamentis *à n.6.* ita noſtro Hiſpano ſermone infert: *De lo dicho ſe infiere lo primero, que el pecado y la gracia no tienen opoſicion phiſica de ſu naturaleza; porque la gracia tiene identidad real ſobrenatural, el pecado ſegun ſu naturaleza es coſa moral, paraque tuuieran opoſicion auian de eſtar debajo de vn miſmo genero. Lo 2. ſe infiere, que el pecado mortal no echa la gracia de el alma phiſicamente, que eſſo no lo puede hazer por ſer de diſtincto orden: mayormente teniendo que Dios cria la gracia (loqual es mas cierto) y aſſi el ſolo la a de deſtruir: y aunque ſe tenga lo contrario, que la gracia ſe ſaca de la potencia de el alma, parece verdadero lo dicho por aquella razon: y en eſpecial corre de el pecado de omiſſion, que no parece como puede tener eficiencia phiſica: y aunque ſe diera que la tuuiera, y que fuera entidad phyſica, y de el orden de la gracia (loqual no puede ſer) aun no baſtara todo eſto paraque excluyera phyſicamente la gracia, porque vn acto no baſta para excluyr el habito contrario:* Y añade: *que no ſabe como hombres doctos no echan de ver eſto.*

De loqual queda que el pecado excluye la gracia demeritoriamente, eſto es que porque el hombre peca deſmerece tener vna virtud tan alta como es la gracia, y anſi ſe la quita Dios. Lo 3. que la gracia que es cauſa formal de nueſtra juſtificacion no quita el pecado mortal de el alma de ſu naturaleza ſino ſolo per la inſtitucion diuina, que lo quiere Dios anſi, y ſi Dios quiſiera de ſu potencia abſoluta pudieran eſtar juntamente pecado, y gracia en vn alma, que bien pudiera Dios conſeruar la gracia en vn hombre que pecaſe mortalmente. Lo 4 ſe infiere lo que ſea de reſponder à la dificultad propueſta, y es, que puede Dios muy bien de potencia abſoluta perdonar el pecado mortal ſin penitencia, ni otra mutacion phiſica ninguna de parte de el pecador, loqual puede hazer dandole gracia ò por ſola ſu voluntad ſin darle habito ninguno, ni otra forma ſobrenatural, como puede el Rey perdonar la offenſa que ſe haze contra el, y podra Dios diſpenſar en el matrimonio, y en el eſtado de la Religion, ſin poner nada en el hombre con quien diſpenſaſe, y en eſtos caſos el hombre eſtaria (moralmente hablando) de otra manera que antes, aunque no phiſicamente, porque en el primero caſo, realmente no quedaria caſado, y en el ſegundo no quedaria Frayle, y anſi ſe a de dezir en el caſo preſente, que ſi Dios perdonaſe la culpa, ya el hombre eſtaria de otra manera (hablando moralmente) porque ni ſeria pecador ni enemigo de Dios, para loqual baſta eſta mutacion real moral, ſin mutacion phiſica ninguna, con loqual queda reſpondido à el fundamento de la ſentencia contraria.

Et in difficultate ſequenti, quæ eſt 12. Pater Henriquez de Villalobos iterum confirmat ſuam opinionem, quia dum agit an ei Peccatori, qui duobus, vel pluribus laborat peccatis mortalibus, poſſit Deus dimittere vnum ex duobus abſque alio peccato? Et reſoluit quod poterit de potentia abſoluta, non autem de potentia ordinaria: & reddit rationem ibi. *La razon de eſto es llana, porque ningun pecado ſe perdona ſin infuſion de gracia, y como la gracia no admite conſigo pecado ninguno en el alma, los excluye todos, y anſi de potencia ordinaria no ſe perdone vno ſin otro.* 9

Et inferiùs ſecunda concluſio. *Si Dios quiſieſſe de potencia abſoluta bien podria perdonar vn pecado mortal ſin el otro, loqual ſe infiere claro de lo que queda dicho en la dificultad antes de eſta: porque como no es neceſſaria de potencia de Dios abſoluta, la infuſion de la gracia para perdonar el pecado, no ay contradicion en que perdone Dios vno ſin otro, como acontece entre los hombres.* 10

At verò alij Theologi tenent contrarium, ſcilicet partem affirmatiuam, quam validioribus fundamentis tuentur, & à contrariis liberant impugnationibus: iſti ſunt, D. Thom. 2.2.*quaſt.24.art* 10. vbi etiam Caietanus: Aureolus, *in 1.diſt.17.quaſt.1. art.2.* Capreolus 1.*diſt.17.quaſt.1.art* 3. Richardus, *art.8. §.occurrit hic.* Sotus *lib.2. de Natura, & gratia, cap.*18. & cum aliis magis ex profeſſo Doctiſſimus P. Gabriel Vaſq. *diſp.*204. maximè *à n.20. cap* 2.3.4.5.6. *&* 7. quorum fundamenta cum ad noſtrum inſtitutum, & materiam de Incompatibilitate pertineant, non poſſumus quin referenda ſint. 11

Gratia, ſiue Iuſtitia, quæ ſunt qualitates, ſiue habitus quidam animæ inhærentes, ſoapte natura, ſine fauore, & condonatione aliqua à Deo exhibita, iuſtificat animam, & eam à peccatis mortalibus emundat: itaque ſi gratia, & iuſtitia nobis inhærens poſſet eſſe ſimul cum peccato, ſequeretur gratiam, & iuſtitiam, & ſanctitatem non eſſe veram iuſtitiam, nec veram gratiam, nec veram ſanctitatem: ſed hoc nemo admittit, ergo neque id ex quo ſequitur. Quod autem ſequatur, probatur: ſi gratia, quæ nobis inhæret, ſinit ſecum eſſe iniuſtitiam: ergo illa ex ſe, & ex natura ſua non eſt munditia, candor, & innocentia 12

animi:

animi: nam munditia, & immunditia tanquam incompatibilia, & ex natura ſua contraria, nec per potentiam Dei abſolutam ſimul eſſe poſſunt: Vera etenim iuſtitia talis eſſe debet, vt ipſa ſit animi munditia, & innocentia vitæ. Quæ enim iuſtitia eſſet, quæ non ſit animi munditia, & innocentia? Aut quis iuſtus, & Sanctus, qui hoc ipſo non ſit innocens, & immaculatus; ergo gratia eſt incompatibilis cum peccato non ſolum meritoriè, ſed etiam phyſicè, ex natura rei; cùm macula peccati à gratia tanquam à forma contraria phyſica deleatur.

Secundo ſic argumentatur. Si qualitas, ſeu actus nobis inhærens ſuaptè natura non conſtituit nos iuſtos apud Deum, ſed accedente Dei fauore, & acceptatione, atque præſente ſolum illa qualitate, vel actu iuſtificamur, & reddimur ſancti; efficitur non ineſſe nobis veram, & perfectam iuſtitiam, & ſanctitatem, ſed imperfectam, & inchoatam, quod eſt dogma hæreticorum Buceri, & Chemnitij, & aliquorum Catholicorum qui minus caute in hac re Hæreticis conceſſiſſe videntur, prout fuerunt Canonici Colonienſes, & Albertus Pighius, de quibus videndus eſt Pater Gabriel Vaſquez *dict. diſp. 204. cap. 2. à n. 13.*

Et probatur quod in eo caſu non eſſet vera, & perfecta iuſtitia, ſed inchoata: quaſi ſolum id, quod nobis inhæret ex ſe, & ſuaptè natura non ſufficit vt cõſtituat nos iuſtos, & ſanctos apud Deũ, ſed indiget fauore, æſtimatione, & acceptatione Dei, fit vt quidquid intrinſecè nobis inhæret ex ſe, & ſuaptè natura non ſit perfecta iuſtitia, ac proinde inchoata ſit, & minus ſufficiens ad conſtituendos nos iuſtos, & ſanctos coram Deo: nam ſi ex ſe perfecta eſſet ipſa, ſine vllo alio intrinſeco nos redderet iuſtos, & ſanctos apud Deum.

Tertiò, ex eo quod impoſſibile eſt imperfectam iuſtitiam compleri fauore extrinſeco Dei, vt veram habeat rationem iuſtitiæ & ſanctitatis, ſiue fauor Dei dicatur eſſe ordinatio noſtri in æternam gloriam; ſiue dicatur amor quo Deus diligit nos: tum quia poteſt quis eſſe ordinatus ad vitam æternam, etiamſi non ſit iuſtus; tum etiam quia Dei eſſentia ferri nequit in aliquem per modum amoris, in quem aliàs non ferebatur, aut non ferretur, niſi in ipſo fiat mutatio aliqua per talem formam qua conſtituatur obiectum dignum dilectione, & amore: hæc autem non poteſt eſſe alia præter iuſtitiam, & ſanctitatem inhærentem, quoties Deus dicitur nos amare tanquam iuſtos, & amicos. Ergo extrinſeca ordinatione, & fauore Dei, non poteſt actio ſeu qualitas nobis inhærens compleri, vt veram rationem iuſtitiæ habeat.

Quartò, vera ſanctitas, & iuſtitia, qualem aduerſarij fatentur eſſe iuſtitiam nobis inhærentem, hoc ipſo ſanctitas vera eſt ſuaptè natura ſine fauore addito, ita reddit animam iuſtam, & ſanctam, ac proinde filiam Dei, vt hoc ipſo reddat eam hæredem, ac dignam æterna gloria, ac proinde dignam quæ non puniatur æterno ſupplicio, & priuatione gloriæ; peccatum autem, & macula culpæ reſidua ita reddit animam iniuſtam, & Deo inimicam, vt hoc ipſo reddat eam dignam æterno ſupplicio, & priuatione æternæ gloriæ, atque hæ duæ dignitates ita conſequuntur illas duas rationes, nempe ſanctitatis, & peccati, vt neque per Dei potentiam abſolutam impediri queant. Nam quamuis Deus ſua potentia abſoluta efficere poſſit, vt homo iuſtus nunquam beetur, nec fruatur æterna gloria, & peccator non puniatur æterno ſupplicio, quinimò ei detur æterna beatitudo: tamen nullomodo efficere poteſt vt iuſtus dignus non ſit æterna beatitudine; & peccator æterno ſupplicio, & priuatione gloriæ, quandiu talis permanſerit; impoſſibile autem eſt, etiam ſecundum potentiam abſolutam Dei, aliquem ſimul eſſe dignum oppoſitarum rerum; & multo minus earum, quæ contradictoriè opponuntur, qualia ſunt habere vitam æternam, & perpetuo carere illa. Ergo impoſſibile eſt, etiam ſecundum potentiam abſolutam Dei, aliquem ſimul habere iuſtitiam, & gratiam inhærentem, atque peccatum: ac proinde ſequitur abſque vllo fauore, condonatione accedente, ſola ipſa infuſione gratiæ, & iuſtitiæ inhærentis; deleri maculam peccati & iniuſtitiam.

Quintò, quippe fieri non poteſt, vt quis dignus ſit æterna gloria, ſeu beatitudine, & æterna pœna, quæ eſt eiuſdem beatitudinis priuatio: hac etiam ratione probatur: nam inde duo contradictoria manifeſtè conſequerentur, nempe ipſum poſſe Inferno puniri, & non poſſe: poſſet enim Deus illi homini perpetuò beatitudinem denegare; imò in Inferno æternis cruciatibus ipſum addicere, ſiquidem eos, qui iam beati ſunt clara viſione ſui ipſius poſſet etiam priuare, niſi verbum ſuæ fidelitatis, & immutabilis definitionis obſtaret: Iam vero ſi ille, qui ſimul eſſet dignus æterna beatitudine, & priuatione illius, priuaretur beatitudine, verè puniretur, quia pateretur pœnam condignam ſuo peccato. Præterea non puniretur, quia ille, qui patitur malum, & damnum illud, quo carere condignè meretur, aut ſaltem dignus eſt, qui illud non patiatur, non dicitur verè eo damno, aut malo puniri, quamuis reuera patiatur: ergo cum ille ſimul eſſet in gratia, ac proinde dignus, qui beatitudine non priuaretur, priuatione illius non diceretur puniri, quod eſt prioris contradictorium.

Sextò, repugnat quidquam ſimul eſſe iuſtè adæquatum alicui regulæ, & inadæquatum; æquale, & inæquale: hæc enim duo multo magis opponuntur, quam contrariæ qualitates: ergo impoſſibile eſt eundem hominem ſimul eſſe iuſtum & iniuſtum, ſanctũ & in peccato manere. Nam eſſe iuſtum & ſanctum, nihil aliud eſt quam adæquari Deo tanquam ſummæ regulæ; eſſe autem iniuſtum & in peccato, idem eſt quod Deo tanquam ſuæ regulæ non adæquari: Eodem modo arguere poſſumus ex aliis duobus attributis iuſtitiæ, & peccati; nam ſi quis habet in ſe iuſtitiam, non poteſt non eſſe iuſtus, ac proinde non poteſt non placere Deo tanquam amicus; qui autem habet peccatum, non poteſt non diſplicere Deo tanquam aduerſarius & inimicus. Impoſſibile autem videtur aliquem reipſa eſſe amicum & inimicum, placere Deo vt amicum, & diſplicere vt inimicum: ergo impoſſibile eſt ſimul habere iuſtitiam & ſanctitatem inhærentem, & peccatum.

Septimò, ſi iuſtitia inhærens ſuaptè natura ita ſolum pugnaret cum peccato, vt poſſet etiam ſecundum potentiam Dei eſſe ſimul cum illo, ſequeretur non eſſe duas mutationes inuicem connexas, quales ſunt generatio vnius, & corruptio alterius, ſed ſolum ſe comitantes, alteram remiſſionem culpæ, alteram infuſionem iuſtitiæ inhærentis: Et ita altera mutatione fieret homo de non iuſto iuſtus, altera fieret de peccatore non peccator, ac proinde dici non poſſet, hominem de peccatore fieri ſanctum, de iniuſto & inimico impio, fieri iuſtum. Sequeretur etiam formam remiſſionis peccatorum non eſſe iuſtitiam, ſed fauorem, & condonationem Dei: quæ duo videntur abſurda: nimirum in iuſtificatione hominis eſſe duas mutationes non connexas, ſed comitantes; Nam ex eo quod cenſent gratiam iuſtificantem, & peccatum ex natura rei ſecum non pugnare, ſed ſimul eſſe poſſe, docent etiam infuſionem gratiæ, & remiſſionem pec-

cati

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

cati eſſe duas mutationes ſe comitantes, non tamen eſſe connexas, ſicut eſſe dicuntur, generatio vnius.& & corruptio alterius, quæ talem generationem conſequitur: hæ namque connexæ ſunt, & vna eſt cauſa alterius.

Et ratio eſt manifeſta, nam cum gratia, & peccatum poſſint eſſe ſimul, ſequitur peccatum non expelli à gratia, ſicut à forma contraria, ſed infuſionem gratiæ, & remiſſionem peccati ita ſe comitari, vt vna non ſit cauſa alterius: verbi gratia, Generatio caloris, & expulſio frigoris, ſunt duæ mutationes inuicem connexæ, quia calor genitus, eſt forma expellens frigus, eo quod cum eo eſſe non poſſit, & ideo dicimus de frigido fieri calidum, & de frigido transferri in calidum, quia particula, *D E*, terminum à quo tanquam oppoſitam formam ſignificat.

Tamen liquatio ceræ, & expulſio frigoris, non ſunt duæ mutationes ita connexæ, licet ſe inuicem comitentur, eo quod forma, quæ per liquationem acquiritur, non eſt contraria frigori, nec illud expellit, & ita non dicimus de frigido fit liquidum, vel de frigido transfertur in liquidum, ſeu liquatur; ſed de frigido fit calidum, & de conſtipato fit liquidum, ſeu transfertur in liquidum.

Ergo eodem modo ſequeretur ſcilicet fore duas mutationes comitantes ſe inuicem, alteram de non iuſto ad eſſe iuſti: alteram de eſſe peccatoris ad non eſſe peccatoris, eo quod generatio vnius, & corruptio alterius tunc ſolum ſunt duæ mutationes connexæ, quando forma genita proximè expellit formam corruptam: iuſtitia autem non expelleret peccatum ſi alia Dei voluntas condonantis ad expulſionem illius requireretur.

Tunc enim vna forma alteram proximè expellit, & ipſius generatio dicitur corruptio alterius, quando inter eius introductionem & expulſionem alterius nihil intercedit, niſi negatio influxus Dei conſeruantis formam illam, vt patet in introductione caloris & expulſione frigoris: ſi autem intercederet alia actio poſitiua, vel aliquid morale per modum actionis poſitiuæ, generatio vnius non poſſet eſſe corruptio alterius, ſed eſſent duæ poſitiuæ actiones & mutationes comitates ſe inuicem; veluti ſi inter productionem caloris, & expulſionem frigoris, intercederer alia actio poſitiua, productio caloris non diceretur, neque eſſet expulſio frigoris, neque ex frigido fieret calidum.

Cum igitur in ſententia contraria, ita infundatur gratia, & remittatur peccatum, vt poſt infuſionem gratiæ non ſequatur remiſſio peccati, ſola negatione influxus Dei conſeruantis illud, vel media aliqua negatione morali inſtar negationis influxus phyſici, nempe negatione imputationis, quinimò intercedat aliquid morale poſitiuum per modum actionis poſitiuæ, videlicet condonatio Dei; ſequitur, infuſionem gratiæ non eſſe remiſſionem peccatorum, connexam nimirum cum illa, ſed condonationem ipſam ad aliquid poſitiuum proximè terminari, & inde proximè quoque conſequi deſitionem, & non eſſe peccati.

Porrò autem prædicta ſententia inter infuſionem gratiæ, & non eſſe peccati non intercedere ſolam negationem influxus Dei conſeruantis phyſicè peccatum, & denominationem illius, vel aliquid morale eiuſmodi manifeſtum eſt.

Primum quidem, quia Deus phyſicè non conſeruat peccatum, & denominationem illius in anima.

Deinde, quia nec eſt cauſa illius moralis, morali modo eam conſeruans, eo quod non denominatur homo peccator, ex eo quod Deus imputet illi culpam, ſed ex natura rei.

Ergo non deſinit in peccatore talis denominatio per negationem imputationis, ex eo nimirum quod infuſa gratia Deus deſinat imputare peccatum, ſicut in naturalibus introducto calore deſinit Deus frigus conſeruare; ſed potius ex eo quod infuſa gratia Deus incipit condonare peccatum, & quaſi poſitiua alia actione media, diſtincta ab infuſione gratiæ illud remittere.

Rectè igitur ſequitur, infuſionem gratiæ, & remiſſionem peccati, duas eſſe mutationes ſe inuicem comitantes, minimè connexas; quod eſt abſurdum.

Octauò, nam macula, quæ ex præterita actione peccati in homine manet, & à qua dicitur homo peccator, inimicus Deo, iniuſtus, & maculatus; eſt priuatio nitoris gratiæ, & iuſtitiæ, & præter hanc priuationem, in qua conſiſtit ratio maculæ, eſt aliquid aliud, à quo homo poſt actionem peccati dicitur maculatus, iniuſtus, & inimicus Deo, (in quo aduerſarij conueniunt) nempe extrinſecam quandam denominationem ex præterita actione nondum retractâ, à qua denominatur homo iniuſtus maculatus quouis genere peccatorum, & inimicus Deo: Nam ex eo quod quis peccauit, & nihil deinde habet contrarium, quod eſt actionem præteritam retractare, ab ea actione denominatur turpis, iniuſtus, & inimicus Deo, & ratione illius eſt obiectum odij Diuini. Nec vero homo dicitur maculatus, vel iniuſtus, & inimicus ex libera voluntate Dei imputanti illi peccatum, ſed ex eo quod verè illud commiſit, & nihil contrarium egit, vel in ſe habet: Deus enim non poteſt ita liberè imputare peccatum alicui, & ipſum conſtituere iniuſtum, & maculatum, vt abſque alio fundamento ſua ſola voluntate illud imputet, ipſe igitur homo ita ſe habet opere ſuo, vt hoc ipſo abſque alia voluntate Dei ſeipſum dicatur maculaſſe, & iniuſtum conſtituiſſe, & deinceps etiam voluntas Dei dicatur ipſum odio habere, quia ſe ipſum eo modo maculauit, ac proinde etiamſi dicatur Deus verè imputare peccatum, quod ſine tali fundamanto imputare non poſſet.

Nonò, nam non poteſt Deus ſola voluntate ſua conſeruare in aliqua re denominationem, niſi conſeruet id, à quo talis denominatio procedit, veluti ſi fuerit intrinſeca denominatio, qualis eſt albi, debet conſeruare albedinem in ipſa re denominata: ſi vero denominatio eſt extrinſeca, debet conſeruare fundamentum, à quo ſumpta eſt talis denominatio, & ſine illo conſeruare eam non poteſt: Nam ſi vult vt columna maneat dextra, conſeruare debet animal in ea loci poſitiune, vt habeat ipſam à dextris ſuis. Similiter talem denominationem auferre non poteſt ſua ſola voluntate, ſed adeſſe debet ſufficiens fundamentum contrariæ denominationis, neque enim poteſt facere columnam de ſiniſtra dextram, & de dextra ſiniſtram, & de alba nigram, & contrà, ſola ſua voluntate; ſed mutato fundamento, aut forma.

Et poſita contraria forma, poſſent à Deo conſeruari denominationes contrariæ, quando poteſt Deus formas contrarias ſimul in eodem ſubiecto conſeruare. Et hoc quidem videmus in denominationibus prouenientibus à formis intrinſecis, quia ſua efficacitate Deus poteſt vtramque formam contrariam in ſubiecto, ac proinde vtriuſque etiam denominationem ſimul conſeruare. Tamen ſi ipſe non poteſt vtramque formam in ſubiecto ſimul conſeruare, vel fundamentum vtriuſque denominationis, non poterit pro ſua voluntate vtramque denominationem in eodem ſimul ſubiecto etiam conſeruare.

Porro quia ipſe in ſubiecto formam aliquam virtute, & voluntate ſua conſeruat, ad tollendam denominationem

b

minationem eius à tali ſubiecto præter inductionem alterius formæ contrariæ, requiritur etiam voluntas eius, qua nolit conſeruare illam, & neget influxum, quo illam conſeruabat, ſicut contingit in formis intrinſecis, nempe calore,& frigore: poſſet enim Deus non negare talem influxum, & vtramque ſimul conſeruare. Verùm ex eo quod Deus conſeruaret denominationem frigoris ſimul cum caloris denominatione, non liceret inferre,calorem non eſſe ſufficientem formam, ad tollendam denominationem frigoris: Nam ex ſe ſufficiens iudicaretur, cum ſuaptè natura poſtularet,vt Deus denegaret influxum ſuum, quo alteram formam conſeruabat; & ita ſufficiens ex ſe dicenda eſſet ad tollendam oppoſitam denominationem.

At vero quandó Deus non poteſt vtramque formam, & fundamentum contrariæ denominationis ſimul conſeruare, præter inductionem vnius non requiritur alia voluntas ad tollendum aliud: verbi gratia, quia fundamenta denominationis dextræ,& ſiniſtræ, reſpectu columnæ non poteſt Deus ſimul conſeruare, idcirco poſito fundamento denominationis dextræ non requiritur voluntas alia Dei volentis deſtruere oppoſitum: idemque in contradictoriis dicendum eſt,ſed ſola illa voluntas, qua vult Deus ponere vnum fundamentum,vult etiam deſtruere aliud.

Præterea quando Deus non conſeruat in ſubiecto, nec extra ſubiectum fundamentum alicuius denominationis inductione contrarij fundamenti,ita tollitur illa denominatio,vt non requiratur alia voluntas Dei præter inductionem contrarij fundamenti,ſed ea ſola voluntas ſufficit, quá Deus vult inducere contrarium fundamentum.

Ratio verò eſt manifeſta, quia ſi Deus non conſeruabat antea fundamentum prioris denominationis, ſimiliter non poterit illud conſeruare cum fundamento contrario, ac proinde non erit neceſſaria alia voluntas ad deſtruendum fundamentum prioris denominationis, & denominationem ipſam præter voluntatem ponendi fundamentum contrariæ denominationis. Quod ſi inductio, aut productio alicuius,rei non ſufficit ad tollendum fundamentum prioris denominationis, ſed cum denominatione priori manere nullo modo poteſt, ſequitur illud ex ſe non eſſe fundamentum ſufficiens contrariæ denominationis: nam contraria denominatio hoc ipſo ſine vlla alia voluntate Dei tolleret priorem.

Doctrina hæc nulla ratione negari poteſt,nec vllo alio exemplo melius illuſtrabitur, quam eo, de quo nobis eſt controuerſia: & quamuis ſubtilis & metaphyſicæ conſiderationis ſolum videatur, apprimè tamen, ni fallor, explicat naturam iuſtitiæ inhærentis, atque è medio tollit in noſtra iuſtificatione omnem rationem condonationis,ſeu non imputationis, & acceptationis, totamque emundationem à peccato adſcribit iuſtitiæ inhærenti tanquam oppoſitæ formæ ſufficienti ſine alia Dei voluntate ad emundandam animam à ſorde peccati.

Decimò, quia ſi non implicaret contradictionem gratiam eſſe ſimul cum peccato, omnino naturaliter poſſet eſſe cum illo,nam foret quod iuſtitia inhærés, cum peccato poſſet eſſe ſine vllo miraculo,ſed omnino naturaliter, ſi aliquo modo cum illo ſine implicatione contradictionis eſſe poſſet. Patet, quoniam ſi ſolum per miraculum eſſe poſſet, ideo eſſet, quia ſolum virtute diuina poſſet conſeruari denominatio peccati cum gratia, & iuſtitia; ſicut vna forma contraria cum alia: cum tamen aliàs ex ſe poſtularet talem denominationem ſecum non conſeruari: Atqui iam oſtendimus denominationem peccati non conſeruari à Deo, neque ex eius voluntate pendere; neque enim, quia Deus conſeruet peccatum præteritum, aut imputet illud, ideo dicitur homo iniuſtus, ſed quia reuera ipſe homo peccauit: Ergo ſi iuſtitia inhærens, & peccatum ſimul eſſe poſſent aliquomodo, ſequeretur fore vt naturaliter, & ſine miraculo eſſe poſſent, ac proinde,vt tota cauſa expellendi peccatum. eſſet voluntas Dei condonantis illud.

13 Proſequitur altiſſimè Pater Gabriel Vaſquez *dict. tom.2.diſp.204. per 7.capita,* vbi eſt videndus, ex cuius fundamentis, & reſolutionibus venit intelligendus Diuus Ioann. 1. *Canonicar. cap.3.* in illis verbis: *Omnis, qui in eo manet, non peccat.* Et inferius *Omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat, quia ſemen Dei* (id eſt iuſtitia) *manet in illo, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.* Videlicet quandiu gratia Dei manet in illo.

Quæ intelligentia, pro vera canonizata eſt per text. *in cap. ſi enim, 40. de pænit. diſt.2.* vbi D. Hieronymus *lib.2. in princip. contra Iouinianum Hæreticum*, oſtendit quod auctoritas Ioannis 1.*Canonic.c.3.* dum dicit: *Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat*: non ita intelligenda eſt, quod poſtquam aliquis recepit gratiam, & habuit charitatem, peccare non poſſit, ſi enim ſic intelligeretur, iam contradiceret ſibi Ioannes,qui baptizatus dicebat baptizatis: *ſi dixerimus, quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus.* Ergo intelligenda eſt prædicta authoritas, *qui natus eſt ex Deo*, id eſt qui recipit *gratiam Dei, non peccat*, nec peccare poteſt donec perſeuerat in ea: alias enim eſſet dare in eo concurſus gratiæ, & peccati, quæ repugnant tanquam verè incompatibilia.

14 Ideoque *in dict. cap. Si enim 40. de pænit. diſt.2.* D.Hieronym.ita ſe habet: *qui dicit ſe in ipſo manere, debet, ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare. Propterea (inquit) ſcribo vobis,filioli mei; Omnis,qui natus eſt ex Deo non peccat, vt non peccatis, & tamdiu ſciatis,vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaueritis. Imò qui in generatione domini perſeuerant, peccare non poſſunt. Quæ enim communicatio lucis ad tenebras? Chriſti ad Belial? quoniam ſicut dies, & nox miſceri nequeunt, ſic iuſtitia, & iniquitas, peccatum, & bona opera, Chriſtus,& Antichriſtus. Si ſuſcepimus Chriſtum in hoſpitio noſtri peccatoris, illico fugamus Diabolum: ſi peccauerimus, & per peccati ianuam ingreſſus fuerit Diabolus, protinus Chriſtus recedit.* Hieronym. autem vtens authoritate magna Diu. Pauli 2. *ad Corinth. cap.6.* (vt vulgo aiunt) mucronem tribunitium exacuit, quia Paulus ita dicit: *Quæ ei participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſto ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli, quis autem conſenſus Templo Dei cum Idolis.*

15 Proſequitur autem Hieronymus *in dict. textu de pænitentia diſt.2.cap.ſi enim inferius,column.7.* his verbis: *Salomon amabilis Domini & cui bis Deus fuerat reuelatus, quia amator mulierum fuit, à Dei amore diſceſſit.* Ex quo notatur per conſequens quod amor turpis mulierum eſt incompatibilis cum amore Dei.

16 Comprobatur ex textu etiam ad rem ſpecioſo *in cap. cum renuntiatur, 9. 32. quæſt.1.* vbi ex Ambroſio *lib.2. De Caïn. & Abel, cap.4.* ita dicitur: *Cum renuntiatur improbitati, ſtatim adſciſcitur virtus, egreſſus enim malitiæ, virtutis operatur ingreſſum: eoque ſtudio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.* Ex noſtra etiam vera opinione venit interpretanda, & iuxta eam accipienda eſt gloſſa vnica *in dicto cap. cum renuntiatur*: & iuta per Gloſſam allegata ſunt hæc: *Si enim per ianuam peccati intrat Diabolus, ſtatim Chriſtus recedit.* de pœnit.diſt.2. cap. ſi enim. *Et*

argue,

argue, quod infuſionem gratiæ præcedit remiſſio peccatorum naturaliter, id eſt, intellectu, ſed tamen tempore ſimul ſunt: ſic ergo prius deſinit quis eſſe vitioſus, quam incipiat eſſe virtuoſus, 23. quæſt 4. cap. Quod faciet. *Bonus enim, & malus ſimul aliquis eſſe non poteſt,* de pœnitentia diſt. 1 §. Sin autem arg. ff. de hæred. inſtit. l. Quoties, §. Si quis ita dixerit. *Item nec poteſt quis eſſe in medio ſtatu, quia omnis qui non diligit, odit,* vt, de pœnitentia diſt. 2. §. quicumque ab illa originali in fin. *Sed obycitur, nonne peccatum dimittitur pœnitenti? quod ſi eſt ita, cum habenti peccatum dimittatur peccatum; ergo pœnitens eſt peccator: & ita videtur, quod virtus & vitium ſimul ſint, vel aliquo tempore intermedio ſit quis ſine adulterio: quod ſtare non poteſt.* Laurent. *Ego dico omnes quæſtiones tales eſſe duplices: iſti infunditur gratia, iſti dimittuntur peccata. Eſt enim infuſio compoſita, & ſimplex; ſicut hæc eſt duplex: Lupus egreditur ſyluam. Si enim intelligatur de compoſita egreſſione, vtraque iſtarum eſt vera, Lupus egreditur ſyluam: Lupus eſt in ſylua. Secus ſi de ſimplici egreſſione. Similiter vtraque iſtarum eſt vera: iſti infunditur gratia, iſti remittitur peccatum. Similiter hic diſtinguendum eſt: hæc res præſcribitur ante triginta annos, hæc res non præſcribitur ante triginta annos.*

18 Tandem veritas noſtræ ſententiæ apparet ex alia authoritate D. Pauli *ad Coloſſenſ. cap.* 1. relata à Concil. Trident *ſeſſ.* 6. *cap.* 3. ibi: *Qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine, & eripuit de poteſtate tenebrarum, tranſtulitque in regnum filij dilectionis ſuæ.* Et 1. D Petri *cap.* 2. ibi: *Qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuum.* In quo tranſitu de vno contrario in aliud denotatur duas eſſe mutationes connexas, inter quas productio vnius contrarij ſit cauſa corruptionis alterius contrarij, ſicut reuera poteſtas tenebrarum, & regnum filij Dei, tenebræ, & lumen opponuntur. Quod ſi termini non eſſent contrarij, nec mutationes connexæ, non diceretur fieri tranſitus ex vno in aliud; veluti non dicimus ex frigore aliquid tranſire in liquidum per liquationem, quia non ſunt mutationes connexæ, ſed comitantes; ſed de frigido tranſire in calidum per calefactionem; & ex conſtipato, & denſo, in liquidum per liquationem. P. Vaſquez *dict. diſput.* 204. *cap.* 3. *num.* 30. *&* 31.

19 Et Concil. Tridentinum *dict. ſeſſ.* 6. *cap.* 7. ibi: *Hanc diſpoſitionem ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur: quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ, & donorum. Vnde homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico amicus; vt ſit hæres ſecundum ſpem vitæ æternæ.* Et inferius: *Demum vnica formalis cauſa eſt iuſtitia Dei, non quâ ipſe iuſtus eſt, ſed quâ nos iuſtos facit, quâ videlicet ab eo donati renouamur ſpiritu mentis noſtræ, &c.*

20 Ex quo probatur contra eos, qui tenent contrariam opinionem, aſſerentes iuſtitiam noſtram compleri extrinſeco fauore, quòd aduerſantur Sancto Trident. Concilio; nam præciſè ſupponunt formalem cauſam noſtræ iuſtificationis non eſſe vnicam, ſed duplicem, aut totam cauſam formalem eſſe fauorem extrinſecum Dei, quod vtrumque eſt contra prædictam deciſionem Sacri Concil. Tridentini. Primum quidem ſequitur, duplicem eſſe cauſam formalem noſtræ iuſtificationis, vnam autem potiſſimam, & primam cauſam eſſe fauorem Dei; alteram verò eſſe renouationem interiorem, quæ ſit inchoata, & imperfecta, per fauorem autem perficiatur, ſiquidem totum id quod nobis inhæret non ſufficit vt reddat nos ſanctos, & iuſtos, & Deo gratos, niſi ei accedat fauor Dei, quod planè eſt contra textum *in dict. ſeſſ.* 6. *c.* 7. *Concil.* vbi definitur vnicam eſſe cauſſam formalem iuſtificationis noſtræ, vt excluderet ſententiam hæreticorum, & aliquorum Catholicorum, qui dicebant duas eſſe, alteram renouationem interiorem, alteram verò extrinſecam iuſtitiam: Vaſquez *vbi ſuprà, dict. diſput.* 204. *cap.* 2. *n.* 15.

Ex quibus omnibus manifeſtè ſequitur, talem eſſe 21
oppoſitionem inter peccantem, & gratiam, vt gratia non indigeat condonatione, & fauore accedente ad remittendum, & delendum peccatum, & maculam illius, quia per gratiam expellitur peccatum; & è contra gratia per peccatum, non tantum meritoriè, ſed etiam phyſicè.

Etiam non obſtant quæ pro contrario, argumenta 22
opponuntur, & maximè dum ita argumentantur: Chriſtus Dominus ſatis ſuperque condignè pro noſtra offenſa, & peccato in Deum commiſſo ſatisfecit, nihilominus præmiſſa tali pro nobis ſatisfactione, potuit nos Deus in ſuam amicitiam non acceptare, & ſuam gratiam non conferre, ergo etiam præmiſſa condigna retractatione, & ſatisfactione noſtra ex gratia ipſius pro noſtro peccato per contritionem, & dilectionem charitatis adhuc Deus poteſt non acceptare nos in ſuam amicitiam, & ita ſuam gratiam habitualem nobis denegare.

Quia reſpondetur, quod licet verum ſit id, quod 23
de ſatisfactione Chriſti dicitur; at noſtræ retractationis, & ſatisfactionis per opus contritionis, & charitatis, diuerſa certè omnino ratio eſt: quoniam quamuis Chriſti ſatisfactio pro nobis ſit condigniſſima per modum impetrationis, & meriti, vt obtineat nobis gratiam, tamen non ineſt nobis per modum formæ, nec ipſa ſola per ſe poteſt nos ipſos mutare, & auellere maculam peccati noſtri: ſed tantum poteſt apud Deum condignè pro nobis intercedere, vt dona ſuæ gratiæ nobis largiatur: nullum autem meritum eſt, quod ipſum Deum ita conſtringere poſſit, & obligare (niſi ipſe etiam verbo ſuo ſe adſtringat) vt ei negare non poſſit id, quod meretur. At verò retractatio, & ſatisfactio, quæ fit opere noſtro ineſt nobis vt forma, ac proinde ex ſe ſine alio fauore delet & eluit maculam peccati, vt aduerſarij quoque fatentur; quod tamen de merito Chriſti non dicent, ablatâ autem maculâ, tollitur etiam offenſa.

Secundo argumentantur ita ab exemplo; ſi quis 24
homo offendat Regem, etiamſi condignè ſatisfaciat ei pro eo peccato in ipſum commiſſo, nihilominus adhuc manet offenſus Regi, donec Rex velit ipſum in ſuam beneuolentiam admittere, & ſecum reconciliare, & tunc demum tollitur omnis offenſa in Regem cùm Rex ipſum admittit; ergo ſimiliter poſtquam homo per contritionem dilectione formatam condignè ſatisfecit pro peccato in Deum commiſſo, adhuc eget Dei beneuolentia, vt cum ipſo concilietur, & in eius amicitiam admittatur. Hoc tamen videtur eſſe diſcriminis, quod Rex admittens eum, qui ipſum offendit in ſuam beneuolentiam, non immutat illum vllo modo, Deus autem admittens hominem, qui peccauit, in ſuam beneuolentiam, eius animam mutat, & ornat gratia habituali.

Sed reſpondetur quod eſt popularis, & plauſibilis potius quam firmi, & alicuius momenti; nam ſi quis homo offendat aliquem ſibi æqualem, vel etiam Regem, & pro peccato, & iniuria æquè ſatisfaciat ipſi, iam deinceps non poteſt iure manere offenſus ei, contra quem peccauit, etiamſi offenſus eſſet Rex; poteſt tamen ille, qui antea paſſus fuerat iniuriam vno ex duobus modis erga eum, qui offenderat, ſe habere: primò, ita vt nec ipſum diligat, nec odio habeat, ſed

de

de illo amplius non curet;deinde ita vt adhuc ipſum odio habeat, non quidem iure, ſed facto abſque vlla ratione, & merito: ita eſt hominis voluntas, vt poſſit non modo non amare eum qui pro offenſa in ſe commiſſa dignè ſatisfecit, ſed etiam poſſit ipſum adhuc odiſſe, tum quia humana voluntas non neceſſariò amat omnem rem bonam,tum etiam quia poteſt odio proſequi etiam eum, qui non eſt odio dignus, permanente tantum apprehenſione iniuriæ prius ſibi illatæ:& ideo poſt condignam ſatisfactionem pro offenſa in aliquem cômiſſa,requiritur noua alia voluntas libera ipſius offenſi,qua ille qui ipsû antea offenderat,admittatur in eius beneuolétiam & amicitiam.

At Deus optimus maximus (quæ ſua eſt bonitas, & infinita cura,& prouidentia,) non poteſt eo modo ſe habere erga creaturam, quæ in ipſum peccauit, poſtquam illa iam condignè ſatisfecit, aut retractauit peccatum, & hac retractatione deleuit omnem maculam, ſed neceſſariò diligit diligentes ſe, & eos, qui peccatum in ſe commiſſum condignè retractant, & ita abſque alio fauore,& libera acceptatione,hoc ipſo in ſuam amicitiam & beneuulentiam eos admittit, qui antea peccauerunt,quia non poteſt Deo non placere is, qui ex nocente factus innocens, ex maculato factus immaculatus à ſorde peccati ablutus eſt. Quare nec poteſt ipſum amplius odio habere, nec poteſt de illo amplius non curare. ſed eum tanquam innocentem diligere neceſſariò debet.

Hoc autem diſcrimen inter humanam,& diuinam
25 voluntatem ex eo prouenit; quia humana voluntas ob ſui imperfectionem poteſt aut omnino non curare de amico reconciliato,neque ipſum odio proſequendo, neque ipſum amando; poteſt etiam ob aliquam iniuriam ſibi illatam iniuſtè retinere odium ſemel conceptum in aliquem.

Deus autem ob ſuam infinitam curam, prouiden-
26 tiam, & iuſtitiam, nihil horum poteſt, ſed hominem iam factum innocentem non poteſt non diligere, & odium quod in ipſum conceperat non poteſt non deponere. non quidem mutatione ſui, ſed mutatione ipſius obiecti,ad quod propter mutationem in eo factam, diuerſo modo eſſentia diuina comparatur, tunc vt odium, nunc vero vt amor.

Quod omne deſumptum eſt à ſublimi illo ingenio P.Gabriel Vaſquez in *d. ſua diſp.*204. Tum quia cùm ſimus ingreſſi in ſcientiam ita grauem,atque alienam à noſtra profeſſione,ne vaticinando dilabamur in foueam alicuius erroris, ſecuti ſumus ad pedem veſtigia, & lucem tam inſignis Theologi. Tum quia eius verba,atque ſententiæ digna ſunt tranſcriptione, maximè cum ad noſtrû inſtitutum ita opportunè cadat.

27 Quibus non minus vtile ac neceſſarium ad intentum noſtrum addo: quod omne id, quod dictum eſt de incompatibilitate, & oppoſitione inter peccatum, & gratiam, dicendum, atque intelligendum ſit etiam de infidelitate, & gratia, quæ eandem oppoſitionem habent, atque incompatibilitatem; quia prout peccatum peccatores, ita infidelitas infideles excludit à ſucceſſione Regni Dei: D.Paul.*ad Cor.cap.*6.& Concil. Trid *ſeſſ.*6. *c.*15. ibi: *Aſſerendum eſt non modo infidelitate, per quam & ipſa fides amittitur, ſed etiam quocumque alio mortali peccato quamuis non amittatur fides,acceptam iuſtificationis gratiam amitti,diuinæ legis doctrinam defendendo: quæ à regno Dei non ſolum infideles excludit ſed & fideles quoque fornicarios,adulteros, molles. maſculorum concubitores, fures, auaros, ebrioſos, maledicos, rapaces, cœteroſque omnes, qui lethalia committunt peccata: à quibus cum diuina gratia adiumento abſtinere poſſunt, & pro quibus à Chriſti gratia ſeparantur.*

Ratio eſt, quia fides ſimpliciter eſt medium neceſ- 28
ſarium ad ſucceſſionem æterni regni, cum ſine fide impoſſibile ſit placere Deo: Apoſt. *ad Hebræos c.*11. D.Thom.2.2.*q.*2 *art.*3. Sotus *in* 4.*diſt.*5.*art.*1. & Concil.Trid.*ſeſſ.*6.*cap.*7. & alij relati à D.Ioan.Solorzano *de iure Indiar.lib.*2.*cap* 16.*n.*18.*&* 19.

Ideò notandum eſt,ad noſtrum text.in *d.cap.fin.*24. 29
*q.*1. quod niſi Hermenegildus eſſet fidelis,non haberet iuſtificationem,ſeu gratiam ad ſucceſſionem regni cœleſtis, quia licet compatibile ſit, quod aliquis ſit fidelis & peccator, attamen non eſt compatibile quod ſit infidelis & habeat gratiam ad ſuccedendum in regno Dei, & ad eius hæreditatem obtinendam.

Iam igitur ferè omnia, quæ dicta ſunt de incom- 30
patibilitate inter gratiam & peccatum, & infidelitatem & gratiam. ſuper ſucceſſione regni cœleſtis,non dubium eſt quin concernant ad decidédos caſus qui ſuper ſucceſſione temporali.ac terrena accidere poſſunt: quando ille,qui alias ſucceſſurus erat in Regno, vel Maioratu, non habet inſtitutoris gratiam,ſeu eius voluntatem tacitam, vel expreſſam, quia fortè fuit inſtitutori infidelis, inimicus, ingratus, vel per aliquam cauſam odioſus, nam ad inſtar diuinæ inſtitutionis. ſicut eſt incompatibile peccatum cum gratia, formaliter in eodem ſubiecto. & ſicut peccatum, & gratia non ſolum opponuntur meritoriè, ſed etiam
phyſicè ad ſucceſſionem Regni,ac Maioratus diuini: 31
ita etiam de iure noſtro incompatibilia ſunt odium ſeu inimicitia, infidelitas ſiue ingratitudo cum gratia ſeu voluntate inſtitutoris ad ſuccedendum in Maioratu, & non ſolum opponuntur meritoriè, ſed etiam phyſicè: quod deducitur ex textu.in *leg.*3. *. finali, ff. de adim. legat. l. ſi inimicitiæ capitales* 9. *ff. de his, quib. vt indignis l.cum quidam* 24. *l.Lucius* 88. §. *Lucius,ff.de leg.*2. *l. fin. Cod de reuocand. donat. cap. fin. de donation. l.Teſtamento* 51 *ff. de manum. teſtament. Authent vt cum de appellatione cognoſcitur* § *aliud, & tribus ſequentibus:* Gloſſa in *l. ſororem Cod.de his quibus vt indignis,* Gloſſa communiter recepta in *leg. fideicommiſſum* 27. *Cod. de fideicommiſſ. &* § 1. 2. *&* 3. *per tot. Quæ ſint prima cauſa beneſ. amittend. l.*10. *titul.*4. *part.*5. *l.*4. 5. 6 *&* 7. *titul.*7. *part* 6. Et
ita conueniunt, & inferuntur de vno ad aliud, quod 32
ſicut ad hoc vt peccatum ſit incompatibile cum gratia, requiritur quod ſit mortale, nam peccatum leue, ſeu veniale, non eſt incompatibile cum gratia, D. Thom. 1 2. *quæſt.*88. *art* 1. Sot. in 4. *diſtinct.*21. *q.*1. & cum Vega, & aliis P. Fr. Henriquez à Villalobos *tom.*1. *tractat.*3. *difficult.*15. his verbis: *Que coſa ſea pecado venial, y que diferencia aya del a el mortal,* num.1. verſiculo, *Otros pecados ay que no excluyen la vida eſpiritual de el alma,que es la gracia, ſino ſon enfermedades eſpirituales de la miſma alma, y eſtos ſon los pecados veniales que ſe cometen ſin perder por ellos la amiſtad de Dios, y ſe llaman veniales por ſer dignos de venia y perdon, qual prouiene de la naturaleza de los miſmos pecados, como dizen Soto, S Thom. Vega, y Zumel, que el mortal es graue offenſa de Dios, y*
aſſi no ſe conpadece con ſu amiſtad. Ita eodem modo 33
requiritur quod odium, ſeu inimicitia inſtitutoris ſit grauis, nec ſufficit leuis: *dict. leg* 3. §. *final. ff. de adim. legat.* ibi: *Et ſiquidem capitales, vel grauiſſimæ inimicitiæ interceſſerint, ademptum videri, quod relictum eſt: ſin autem leuis offenſa, manet fideicommiſſum.* Gloſſa fin. *in cap.*2. 3 *q.*5.

Quæ autem inimicitia ſeu offenſa ſit grauis, quæ 34
verò leuis, ad hoc vt incompatibilis, vel compatibilis cû gratia,ſiue voluntate inſtitutoris in ſuccedendo in Regno, vel Maioratu,iudicari debeat: pendet à bono

Digitized by Google

iudicantis arbitrio: l.donationes §.ſpecies, ff.de donationibus Auth.de teſtibus §.ſi vero dicatur coll.8 Gloſſ. fin.in cap.2.2.quæſt.5.§.Præterea ſi vaſſallus: cum ſeqq. titul.Quæ fuit princ.cauſ benef.amit. Gloſ. verb.inimicos in cap.cum oporteat, 19. de accuſat. Bart. in dict. l.3. §.fin. ff de adim. legat. & Doctores in §.inimicitia Inſtit. de excuſ. tut. Bald. in Authent. ſi quis rogatus, num.4.C.de teſtib. Afflictis in cap.1.n.21.ex quib. cauſ. feud. amittatur: Chaſſaneus in conſuet. Burgundia, rub.3.§.1. verb. ou à la perſonne, n.11. & 12. Thomas Grammaticus conſil.57.n.9. Menoch. de arbitr. iudic. l.2. caſu 110. n.3. & lib.5.præſumpt.42.n.3. Maſcardus de probation.lib.2. concluſ.857.n.56. & concl.898.n.14. Fontanella de pact.nupt tom.1.clauſ.4. gloſſ.28.num.18. & 19.Bayardus ad Iul.Clar.quæſt.24.n.35.& alij quamplurimi relati à Proſpero Farinacio de Iudic.& Tortur.q.49 n.85. Henricus Ronſental. de feud tom.1.c.6. concl.11.n.2. & cap.10. concl.13. & 14. Marius Cutell. de donation. contemplat. mort. tract.2. diſc.1. ſpecial.8. num.19.

35 Sed prædictum arbitrium regulari ac gubernari debet ſecundum cauſas, & caſus, quos ad id non modo generaliter, ſed etiam ſpecialiter perpendunt, atque commentantur textus, Gloſſæ, ac Doctores in d. l. final. C.de reuocand. donat. cap.fin. de donat.auth. vt cum de appell. cognoſcitur, §.aliud quoque capitulum; cum tribus ſequentibus, collat.8. auth.de nupt.collat.4. §.ingratitudinem, l propter litem, l.Athleta §. dat remiſſionem, ff.de excuſat.tutor. §.propter litem,& §.inimicitiæ inſt de excuſ tutor.cap. ſi inimicus 93. Gloſ. in cap cùm Adrianus, verbo, & ad ſalutandum 73. diſt. cap. Accedens vt lite conteſtata: leg. non diſtinguemus, § cum quidam l.licet autem, ff.de arbitr. l. ſi pariter, ff.de liber.cauſ. Gloſ.in dict. l.fideicommiſſum, Cod. de fideicommiſſ. Bartol.in dict.l.3.§.fin.ff.de adimen.legat. Ripa in l.fin. in 6. & ſeqq. quæſtionib. C.de reuoca.donat. Carolus Ruinus conſil.262.à n.1. vol.4. Natta conſil.462. num.21. cum aliis Cardinal. Mantica de coniectur vltim.volunt.lib.12.titul.5.per totum, maximè à num.14. Peregrinus de iur. fiſc.tit.14. de inimicis, & inimicitiis, à n.3. Matienço in l.7. tit.10. lib.5.Recopil. gloſſ.5.n.3. Henricus Roſental.de feud.dict.cap.10. concluſ.13.& 14.Maſcard.de probat.concl.898 Proſper.Farin.de indiciis,& tort quæſt.49.à n.2. vſque ad num.88. Eſcobar à Cotro de purit.ſanguin.& nob prob part.1. quæſt.11.§.1 à n.12. vſque ad n.21.& n.28. refert ſpeciem illam capitalis inimicitiæ inter omnes qui ſunt de vna familia, quæ ſeditionem habet cum altera familia, vulgo, Vandos entre dos linages, ex Baldo in l. vnic. C.de rap. virg. & cap. ſi vaſſallus, in princ. ſi de feud.fuer. contr. Roxas ſing.199. vbi ponit exempla. Et ferè omnes cauſæ, producentes grauem inimicitiam, reducuntur ad quæſtionem ſtatus, capitis, honoris, aut omnium, vel maioris partis bonorum: Bald. & alij in l. Athleta §. dat remiſſionem, ff. de excuſ. tutor. & cum aliis Henricus Roſental. de feud. tom.1. cap.6.concl.53.num.2.

36 Ideoque pro regula in hac noſtra materia Incompatibilitatis conſtituendum eſt, quod ex quacumque cauſa inimicitiæ, vel offenſæ, ita grauis, provt à ſupra dictis legibus, Gloſſis, & Doctoribus requiritur, quilibet talis inimicus. offenſor, vel ita ingratus excluditur tam à ſucceſſione Regni, quam à ſucceſſione Maioratus.

37 Et in quantum, quod excludatur à Regni ſucceſſione probatur Geneſ. cap.35. & 49. Paralipomen.1. cap.5. vbi Ruben, licet primogenitus Iſraël, non ſucceſſit, ex eo, quod aſcendit ad cubile, & violauit thorum Patris ſui; dict.cap.49. ibi: Quia aſcendiſti cubile Patris tui, & maculaſti ſtratum eius, & dict. c.5 ibi: Filij quoque Ruben primogeniti Iſraël; ipſe quippe fuit primogenitus eius, ſed cum violaſſet thorum Patris ſui data ſunt primogenita eius filiis Ioſeph filij Iſrael, & non eſt ille reputatus in primogenitum. Et 3. Reg. cap.1. vbi ex eo quod Adonias viuo eius patre Dauid affectauit ſibi, & occupauit Regnum, priuatus fuit Regni ſucceſſione, & fratris eius Salomoni data eſt ſucceſſio. Albericus in l.donationes, quas Diuus num.4.verſ.item ſi primogenitus caperet Regnum, C.de donat. inter vir. & vxor. Oldradus conſil.94. num.16. Guillelm.Benedict. in cap.Raynutius, verb.in eodem teſtamento n 204.Canoniſtæ in cap.licet de vot.& vot. redempt. Martinus Garratus Laudenſis de primogen. q.9. Tiraquellus de primogeniis, q.35.à n.3. & præſtantiùs quàm alij Emanuel à Coſta in tract.de ſucceſſ.Regni Portug. pag.149 & 152. Caldas de Pereira part.3. de poteſt.eligend. cap.17.n.40. & 43. & in l. ſi curatorem, verb.ſine curatore, n.41. C.de in integrum reſtitut.

38 Quoad excluſionem autem à Maioratus ſucceſſione probant Ant.Gomez. in l.40. Tauri, n.71. D.Greg. Lopez in l.10. titul.4. part.5. gloſ. verb.Sus herederos, verſ.item limita, & intellige. D.Molina de primogen. lib.1.cap.9. per totum. P.Molina de inſtit. & iur. tract. diſput.654. Azeuedo in l.2.n.2 tit.1.lib.1.Recop.Caldas Pereira tom.3.de poteſt.eligend.cap 17.n.40.Peregrinus de fideicommiſſ.art.22 num.95. & 99. Surdus deciſ 41. Mieres de Maioratibus p.....quæſt.22.n.191.& q.48. à n.104. & part.2 in initio, n.342.& q.4.illat.1.n.1. Burgos Salon de Paz, quæſt.ciuilium; q.3.a n.30. vſque ad num.55. & omnino videndus eruditiſſ. D. Perez de Lara de Ann.& Capell.lib.1.cap.11.à num.21. vſque ad n.25.Auguſt.à Barboſ.in collect.ad cap fin.de donat.n.5. Vincentius Fuſar.de fideicommiſſ.ſubſlit.q.317.n.1. Additionatores ad D.Molin.lib.1.cap.9. ſuper num.11.12. & 13.Robles de repræſem.lib.3.cap.19.n.59. & ſua magna eruditione, ac dilucidatione P.Thomas Sanchez in conſiliis moralib.tom.2.lib.4.cap.1.dub.39.

39 Quod equidem declarandum, atque intelligendum eſt, dum ingratitudo, vel offenſa, vel inimicitia grauis facta fuerit ipſimet Teſtatori, ſeu inſtitutori Regni, vel Maioratus, non autem eius ſucceſſori poſſeſſori, ſeu grauato: niſi à principio Regnum, ſeu Maioratus ea lege ſit inſtitutus, quod debeat deferri iure hæreditario. Quod etiam inſtitutor Regni, veluti Populus primus inſtitutor, qui ius regnandi vel expreſſa voluntate, vel tacita, Regi & eius deſcendentibus detulit, Robles, de Repreſſ.lib.3.cap.16.n.16. Vel quando ſucceſſio Regni, vel Maioratus, competit eis ex lege, vel conſuetudine,

40 Ideo noſtra concluſio cum hac diſtinctione accipienda eſt: aut Regnum, vel Maioratus deſcendit ab hominis inſtitutione, & defertur iure ſanguinis, & tunc niſi offenſa fuerit facta ipſi inſtitutori, non erit incompatibilis: aut deſcendit ex lege, vel conſuetudine, vel deferri debet iure hæreditario, & tūc quamuis offenſa, vel ingratitudo non ſit facta primo inſtitutori, ſed aduerſus quemlibet vltimum poſſeſſorem, erit incompatibilis cum ſucceſſione Regni, vel Maioratus: quam ſanè diſtinctionem facilè deduces ex l. filiusfamilias 117. §. cum pater de legat.1. Philippus Corneus in l.1.n.27. verſ.Præterea, C.de condition. inſert. Guillelm. de Monſerrato in tract. de ſucceſſ.Regni Franciæ, n.19.Peralta in l.vnum ex familia, 6. ſi de falcidia n.6. de legat.2.& in l.3. §.Qui fideicommiſſ.n 80. ff.de hæred.inſtituend. Ant.Gomez in l.40.Tauri, n.71. Card.Mant.de coniect vlt.volunt.lib.8 tit.12.n.23.& 24 D.Molin. de primogen.lib.1. cap.9. à n 9. Ant. de Padilla Meneſes in l.vnum ex familia §. ſi de falcidia num.16. & 17. Velaſquez de Auend. in l.40. Tauri, gloſ.1.à num.73.cum ſeqq. vbi poſt D.Molinam dat intellectum

Digitized by Google

tellectum ad *cap. licet, de vot. & vot. redempt. ex n.76. vſque ad num.92.* Marc. Ant. Peregr. *de fideicommiſſ. artic.22. à num.77.* vbi probat diſtinctionem prædictam: Caldas Pereira. 3 *part. de poteſt. eligend. cap.17. num.34.40. & 41.* Mieres *de Maioras. 2. part. q 4. illatione 1. à n.1. vſque ad 16.* Vincent. Fuſar. *de fideicommiſſ. ſubſtit. quæſt.317. n 16.* Robles de Salcedo *de repræſentat. lib.3. cap.16. n.5. 42. & 43. & cap.19 n.24.25. 57. 58. 59. & 60.*

41 Ampliabis autem noſtram concluſionem ita à nobis enodatam, cum prædicta magiſtrali diſtinctione, non ſolum ſi offenſa fuit facta contra inſtitutorem, ſed etiamſi commiſſa fuit contra grauatum, ſeu Maioratus vltimum poſſeſſorem, in ſpeciali caſu, ſcilicet quando Primogenitus, vel ille, qui aliàs immediatè ſucceſſurus erat, occidit vltimum Maioratus poſſeſſorem, D. Molina *lib.3. cap.2. à n.31. vſque ad num.33.* Marc. Ant. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.22. n.98. & de iure fiſci lib.2. titul.3. de eo, qui interfecit defunctum.* maximè *in num. fin.* Mieres *de Maiorat. part.2. q.4. illat.1. à n.24. vſque ad n.30.* Philippus Paſchal *de virib. patr. poteſt. part.4. cap.8. n.14. & 15.*

42 Ampliatur ſecundò, quando ſpeciali diſpoſitione cautum eſt in Maioratu, quod inobediens, vel ingratus Patri, ſeu poſſeſſori Maioriæ priuetur ſucceſſione, Dom. Greg. Lopez *in dict. l.10. tit.4. partit.3. gloſ. verb. Alguna Gracia:* Mieres *part.2. q.4. illat.1. n.12.*

43 Ampliatur tertiò, etiamſi inſtitutor vocauerit aliquem, & poſtea inter eos graues ſint ortæ inimicitiæ, & poſt eas, fecerit codicillos, & in eis non reuocauerit: Dom. Perez de Lara *de ann. & capellan. lib.1. cap.11. n.24.*

44 Ampliatur quartò, quamuis inſtitutoris iniuriâ, ſiue grauis offenſa fuerit facta non ſolum viuo Maioratus inſtitutori, ſed etiam mortuo; vel viuenti, ſed inſcio; probat ſatis concludenter D. Molin. *de primogen. lib.1. cap.9. à n.43. vſque ad 56.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib.2. tit.8. de ingratis verſus defunctum:* per text. in *l.1. ff. de his, quib. vt indign.* vbi etiam Bart. Gloſ. in *l. Sororem C. de his, quib. vt indig.* Gloſ. Margin. *in l. fideicommiſſum 27. C. de fideicommiſſ.*

45 Ampliatur quintò, etiamſi grauis inimicitia, vel offenſa ſit ante inſtitutionem Maioratus, dum non ſuperueniat ſpecialis, ſed generalis vocatio, quia is, qui eſt odioſus teſtatori, ſeu Maioratus inſtitutori, ſub generali vocatione non comprehenditur: docent Bald. *n.10.* Paulus de Caſtro, & alij in *l. in ipſius, C. familiæ herciſcundæ.* Alexand. *in l. Gallus. §. quidam rectè n.91. ff. de liber. & poſthum.* idem Alexand. *conſ.213. n.4. lib.6* Socinus ſenior *conſil.37. n.6. lib.3* Philip. Decius *conſil. 361. n.4.* Philip. Corneus *conſ.229. n.18. lib.3.* D. Molina *dict. lib.1. cap.9. n.13.* Menoch. *conſ.30. n.15.* Peregrin. *de fideicommiſſ. articul.22. num.99.* Simon de Prætis *de interpretat. vltimar. volunt. lib.1. ſolution.4. à num 10. fol.59. & 98.* P. Surd. *deciſ.41. num.6.* Mieres *de Maiorat. 2. part. in initio, num.342.* Vincent. Fuſar. *quæſtione 317. num.1.* Addition. ad P. Molin. *dict. lib.1. cap.9. ſuper num.11. 12. & 13.* & copioſè Cald. Pereira de Caſtro *part.3. de poteſt. eligend. & nominand. cap.1. num.28. & 29.*

Ampliatur ſextò, non ſolum in Maioratu regulari, ſed etiam in irregulari, maximè in Maioratu electionis: nam ille, qui habet quantumuis liberam facultatem eligendi, ſeu nominandi ſucceſſorem, eligere non valet odioſum inſtitutori inimicum, vel eius offenſorem: probatur ex text. in *leg Lucius, 88. §. Lucius, ff. de legat.2. l. cum quidam 24. eodem titulo de legat.2.* ibi: *Petere poſſe ait eos, qui non offenderunt:* vbi notant Scribentes, Peralta *num.4.* Meneſius de Padilla *num.14.* habentem poteſtatem eligendi vnum de familia, non poſſe inimicum teſtatori defuncto eligere: docet etiam Bald. *in leg. id quod pauperib. quæſt.23. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* Socin. *in leg. vtrum, §. Cum quidam verſ.3. nota: ff. de reb. dubiis: & conſil.37. num.6. lib.3.* Alexander *conſil.213. num.4. lib.6.* D. Molina *lib.2. cap.5. à num.10.* Surdus *de alimentis, titul.9. quæſt.25. num.54.* Aluarad. *de coniect. ment. defuncti lib.2. cap.2. num.35.* Mieres *part.1. quæſt.48. num.101. & 135.* vbi eſt videndus: & in *part.2. in initio, num.342.* Simon de Prætis *de interpretat. vltim. volunt. fol.59. num.10* Marta *de ſucceſſion. legali, part.4. quæſt.30. art.7. num.13.* comprobat mirificè hanc ampliationem Caldas Pereira, *p.3. de poteſtat. eligend. cap.1. num.28. & 21.* Alexand. Raudenſ. *deciſ. Piſana 37. num.191.* Vincentius Fuſar. *de fideicommiſſ. ſubſtitut. dicta quæſt.317. num.10.* Ioann. Bapriſt. Hodierna *in addition. ad Surdum deciſ.41. num.5.*

Ampliatur ſeptimò, etiam aduerſus ipſam, cui concesſa fuerit facultas eligendi ſucceſſorem in Maioratu, provt, causâ exempli, proponi caſus poteſt ſæpius contingibilis; ſcilicet quando Maritus præſtat facultatem vxori ſuæ ad hoc vt inſtituat Maioratum, nominet, ſeu eligat ſucceſſorem, vel ei committat tanquam executrici, vel Patronæ, facultatem eligendi pauperes, diſtribuendi eleemoſynam, ſeu poteſtatem nominandi Patronum, vel quemlibet conſanguineum ad Capellaniam, vel quocumque modo ſucceſſorem, & viuente marito, ſed eo inſcio, adulterium committat, vel poſtea vidua luxurioſè viuat, quia tunc eo ipſo amittit poteſtatem eligendi, ac facultatem ei commiſſam, & tanquam reuocata iudicari debet talis commiſſio: Gloſ. *in l. fideicommiſſum, Cod. de fideicommiſſ.* vbi etiam Meneſius de Padilla *num.10.* poſt Ciſuentes, *in l.31. Tauri, num.4.* & præſtantiùs aliis Palacios Rubios *in rubric. de donat. inter vir. & vxor. §.67. à num.3. vſque ad num.15. & in §.81. num.3.* Peralta *in l. cum quidam n.8. ff. de legat. 2.* Boërius *deciſ.338. num.14.* D. Molin. *lib.1. cap.9. à num.48 vſque ad 54* vbi reddit rationem: nam vidua luxurioſè viuens, videtur marito atque eius animæ maximam triſtitiam, atque iniuriam irrogare: & inferiùs, *num.55.* ex cauſa ingratitudinis, quam commiſit contra maritum: Aluaradus *de coniect. mente defunct. lib.2. cap.2. num.39 & 40.* Cardin. Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.12. tit.5. num 6. & 7.* Azeuedo *in Curia Piſana, lib.2. cap.14. num 14.* Mieres *part.1. quæſt 48. num.137.143. & 149.* Cephal. *conſ.800. num.44.* Ioan. Gutierr. *Canonic. qq. lib.2. cap.12. n.12. & 14* & cum aliis plurimis, D. Ioann. à Caſtillo *de vſufructu, lib.1. cap.2. num.81. & 82.* Additionatores ad D Molin. *dict. lib.1. cap.9. ſuper num.48.* Carpio *de executor. & commiſſ. teſtament. lib.1. cap.7. à n.28. vſque 34.* 46

Ampliatur octauò, non ſolum contra odioſos reſpectu inſtitutoris, ſed etiam reſpectu Principis, qui concedit facultatem inſtituendi Maioratum: quia tunc non videtur Princeps concedere quod inſtituat in Maioratu filium inimicum, ſeu odioſum ipſimet Principi: Palac. Rubios *in quæſtionib. de Maioric. quæſt.1344.* Dom. Gregor. Lopez *gloſſ. verb. Non valdra, colum.4. in l.32. titul.9. part.6.* Menoch. *lib.4. præſumpt.96. num.12.* Burgos Salon de Paz *quæſt.3. num.49* Dom. Molin. *lib.2. cap 11. num. fin.* Mieres *de Maioratib parte.1. quæſt.48. num.104. & 105.* Caldas Pereira 3. *part. de poteſtat. eligend. cap.1. num.18. verſ. vnde Baldus, in dict. cap. fin. & cap.1. de præſumpt. &c.* 47

Ampliatur nonò, etiamſi cauſa inimicitiæ, vel odij, proueniat ex facto vel culpa ipſiuſmet teſtatoris, vel in- 48

Digitized by Google

ſtitutoris, *l.4.& l.ex parte, ff de adimend.legat* Gloſ. *verb. facta in l.Athleta* 8. *§.dat remiſſionem. ff. de excuſ. tutor.*& contra Bartolum probat. Laſſ. in *l.Hæreditas n.3.& 4.C.de his, quib.vt indign. & in l.filiam num.2. C.de inoff.teſtam.* Ripa *in l. fin. n.*151. *C.de reuocand.donat.* Palac.Rubios *in rub.de donat.inter vir. & vxor.* §.38.*n.*27. Dom. Præſ.Couarruu. *de teſt.p.2. n.*19.Mantica *de coniectur.vltim.volunt.lib.*12.*tit.*5.*n.*9. D.Perez de Lara *de Ann. & Capell.lib.*1. *cap.*11.*n.*24. vbi refert idem probantem Gregorium Lopez. Vaſquez *de ſucceſſ. progreſſ.lib.*3. §.27.*n.*9. D.Molin.*lib.*1. *dict.cap.*9.*n.*38. *verſ.quod procedit.*Peregrin.*de iur.fiſc. lib.*3.*tit.*13.*n.*7. Surdus *deciſ.*41.*n.*12. vbi etiam Additionat.Ioan.Baptiſt.Hodierna *n* 4. & cum Ioſeph.Ludouico,& aliis, Vincent. Fuſar. *d. quæſt.*317. *n* 15. Pat. Thom.Sanchez, *tom.*2. *lib* 4. *Conſilior.Moral. cap.*1. *dub.*38 *n* 11. Capitius Galeota *controu illuſtr.lib* 1.*c.*38. *num.*65.Marta *de ſucceſſ.leg.p.*4.*q* 30.*art.*7.*n.*27.Barth. Thomas *tract.*8.*de primogen.tit* 25.*cap* 8 *n.*967.

49 Ampliatur decimò, etiamſi inſtitutor, ſeu teſtator inimicitiæ fideicommiſſarij conſcius habuerit tempus reuocandi, feceritque codicillum, nec in eo fideicommiſſum, ſeu vocationem reuocauerit; adhuc enim reuocata manet: quia cum iam ſemel reuocata ſit, non requiritur, vt expreſsè conualidetur: *l. filio §.Seia,ff.de adimend.legat.* Peralta *in l.cum quidam num.*8. *ff.de legat.*3. D Molin *dict.lib.*1.*cap.*9.*num.*41. Pat Molin.*de iuſt.& iur.tom.*1.*tract.*2. *diſp.*212.*§.cauto vero.* Pat.Thom. Sanchez *lib.*4. *conſilior.moral.cap.*1. *dub.*39.*num.*12.

50 Ampliatur vndecimò, licet poſt offenſam ſeu inimicitiam, inſtitutor confeſſus, & contritus deceſſerit; quia ex eo ſolummodò videtur remiſſa offenſa, ſeu iniuria, quoad Deum, iuxta profeſſionem Chriſtianæ religionis, adimplens præceptum diuinum,& ſecundum Dominicam orationem, *Pater noſter, &c.* dum dicitur, *dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Ideo actio dictæ confeſſionis, & contritionis ſolum erit meritoria reſpectu offenſi. non autem offenſoris; itaque intelligenda eſt dimiſſio & dilectio illa, *diligite inimicos veſtros.* Matthæi, *cap.*5. iure poli: non autem iure fori; cùm nihilominus poſſit actiones iniuriarum exercere; Gloſ. *in cap. ſi quis contriſtatus* 50. *diſtinct.* Bart. *in l. ſi tibi decem §.quodam, n.*3. *ff.de pactis*: Fr. Manuel Rodrig. *in ſumm.cap.*17 *n.*1. ibi: *Qualquier hombre ofendido y iniuriado eſtà obligado ſo pena de pecado mortal, a dexar el rencor y odio malo. Dixe, odio malo, porque el bueno nadie eſtà obligado a dexarle: Y odio bueno, ſera quando deſea que el que le iniurio ſea caſtigado por el Iuez.* Et n.2. *que ſolo deue concederle los beneficios communes, &c.* Ideo dicendum eſt, quod gratia, ſeu voluntas inſtitutoris ad hoc vt ei inimicus, cui inimicitiam, ſeu offenſam, vel iniuriam condonauit, ſuccedere valeat, non eſt ſuſcitata, nec præſumendum eſt quod ad hoc iam de mortua reuiuiſcat. Quod comprobat poſt multos ab eo relatos, Alexand.Raud.*deciſ. Piſana* 37. *n.*291. quem ſequitur Vincent.Fuſar.*d.q* 317.*n.*13.

51 Ab his duabus vltimis ampliationibus ſequitur tandem duodecima, in qua reſoluēdum eſt, quod non ſolum procedit noſtra concluſio contra illum, qui fuerit odioſus Teſtatori, ſiue Maioratus inſtitutori; ſed etiam contra eorum filios, ac deſcendentes, cum in hoc caſu non tantum perſonalis excluſio, ſed etiam realis, ſeu linealis iudicari debeat. Probatur ex text. in *l.*1. *C de libert.& eorum liber.* vbi offenſa,& ingratitudo Patris nocet filiis,& eſt in argumento, *l.quiſquis § filij*, cum Gloſ.*verb. in quibus, & verb committitur, C. ad l. Iuliam, maieſt.* Bald.*in l.Athleta §. dat remiſſionem, ff.de excuſ.tutor.in princ.* ibi: *Secundo nota quod ille, qui fuit inimicus Patri, præſumitur inimicus filio*; & etiam patre mortuo facit *l.*1.*C.ſi quacumque præditus poteſtate*, vbi dicit quod inimicitia eius ibi extenditur ad quemlibet de genere: Et alibi dicitur, quod vſ- 52
que ad quartum gradum extenditur, *vt ff.de iniuriis, l.Cornel.* & alibi dicitur vlterius; vt *C.ad Tertul. l. ſi fœmina*: & eſt text. in *cap.*1.*ſi vaſſallus feudo priuetur, cui deferatur.* Philip.Dec.*conſ.*471.*n.*6.& 7.Aym.Crauet.*conſ.*173 *n.*5.Paul Panſ.*conſ.*20 *n.*47.*lib.*3.Curt.iun. *conſ* 157 *n.*3.Sim.de Præt.*de interpret.vlt.volunt.fol.*59. *n.*12.Caldas Pereyra *de poteſt.eligend.p.*7.*c.*1.& probant concludenter Marta *de ſucceſſ.leg.p.*4.*q.*30.*art.*7.*n.*20. Ioan.Petr.Surd *deciſ.*41.*à n.*7.Peregrin.*de fideicomm. art.*18.*n.*33.*&* 34. Vincent.Fuſar.*d q.*317.*àn.*2.*vſque ad n.*6. *& q.*575.*n.*8. Ioan.Bapt.Hodiern. *in add.ad Surd. dict deciſ.*41 *n.*2 *&* 3. Balthaſ.Thomaſius *tractat* 8.*de primogenitura, tit.*25.*cap.*18.*n.*41. *verſ.Nono amplia in deſcendentibus ab ingratis.*

Ratio eſt, quia odium inſtitutoris, quod eſt incom- 53
patibile cum eius gratia, ac volūtate, à qua omnia dependent, non ſolum offenſorem, ſed eius filios, ac progeniem, naturaliter, & à communiter accidentibus præſumitur quod afficit, quia inimicus alicuius præſumitur inimicus filiorum: Angelus *in §.item propter inimicitias Inſtit.de excuſ. tutor*; Syntagmata comm. opinion. *tom.*1.*lib.*9.*verſ.inimicus alicuius, præſumitur inimicus filiorum*: ex qua ratione,& aliis validiſſimis rationibus, fulcitur per ſupra dictos Doctores hæc noſtra ampliatio, & conuincuntur fundamenta omnia de contrario.

Ideo in feudalibus, delictum Patris nocet filiis, *c.*1. 54
ſi vaſſallus feud.priuet. vbi etiam gloſ.1. vbi dicit quod hoc procedit propter nimiam perſonarum coniunctionē: & Yſernia Iacobini, & omnes Feudiſtæ, Ioan. Baptiſt.Hodierna *in addit.ad Surd.deciſ.*41.*num.fin.*

Neque obſtat illud Ezechiel. *cap.*8. quod anima, 55
quæ peccauerit ipſa morietur, & filius non portabit iniquitatem Patris: & in Leuitic. *cap.*14. non occidentur patres pro filiis, nec filij pro Patribus, ſed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur. Quia præter id quod reſpondit D.Præſ.Couarruu. *lib.*2.*variar.cap.*8. *in princ.verſ. primo hinc conciliantur.* Anton. Gomez *tom.*3.*cap.*2. *n.*13 Oſeda *de incompatib. benefic. cap.*23. *n.*104. & cum aliis Ioan. Gutier. *Canonic.lib.*2 *cap.*30. *per totum.* Villadiego, Barboſa *in cap. ſine culpa, n.*4. *& in cap ſequenti, num fin. in* 6. Philip.Paſchal. *de virib patr. poteſt.* 4.*part.c.*5. *n.*6. reſpondent Petr.Surd. Peregrin.& Vincent.Fuſar. ac ego etiam reſpondeo, quod in hoc caſu filij non priuantur ſucceſſione propter ſuorum parentum delictum, iniuriam, ſiue offenſam factam teſtatori, ſed propter odium productum ex ea de parte teſtatoris, quod eſt oppoſitum phyſicè ad gratiam, ſiue voluntatem, quæ requiritur ad hoc vt filius, ac eius linea poſſit ſuccedere.

Aliter daretur contra naturalem rationem, quod 56
inſtitutor haberet voluntatem, vt ſuccederet ille, quem odiſſet: quod abſit, ex Seneca *lib.*6. *de Benefic. cap.*6. ibi: *Alioquin iubes me eodem tempore amare, & odiſſe; queri, & gratias agere: quod natura non recipit.*

Ideo prædictæ authoritates ſacrarum literarum 57
nihil obſtant. Nec textus in *l.Adoptiuus* 8. *§.Celſus, ff.de in ius vocand. l. Paterfamilias* 44. *ff.de hæred.inſtit. l. ſancimus* 22. *Cod. de pœnis*: vbi datur regula, quod pœna debet tenere ſuos authores, & totus titulus, *Cod.ne filius pro patre, vxor pro marito, &c.* Et ſic ad hunc caſum magis adaptatur, illud Ezechielis, *cap.*18. *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.*

Ex quibus ſanè improbatur contraria opinio aſſe- 58
rentium,

tentium, quod in caſu huius noſtræ ampliationis, ſit excluſio perſonalis, ſiue quod excludatur perſona tantum ingrati offenſoris; & oon realis, ſeu linealis quoad eius filios ac deſcendentes; prout tenet D. Molin. *dict. lib. 1. cap. 9. num. fin.* vbi etiam Additionatores *ſuper n. 58.* Cæſar Manent. *deciſ. 115. lib. 2.* & Mieres *2. part. quæſt. 4. illation. 1. à n. 17.* quia quilibet eorum conuincitur ex ſupradictis iuribus, rationibus, & authoritatibus.

59 Nec obſtant D. Ioan. à Caſtillo *lib. 3. cap. 15. à n. 36.* & alij quamplurimi relati ab Additionatoribus D. Molin. *dicto lib. 1. cap. 9. num. fin. & lib. 3. cap. 10. ſuper num. 44.* Quia loquuntur de excluſione per contraueotionem, quæ eſt diſtincta ab excluſione per odiũ exortum per offenſam, ſeu ioimicitiam cum teſtatore. Et rationem differentiæ, vltra à nobis ſuprà dictam, inuenies apud Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 18. num. 33. & 34.* vbi poſtquam *in d. n. 33.* reſoluit, quod per ademptionem, ac Patris excluſionem noo excluduntur filij, ac deſcendentes; *in n. 34.* aliter dicendum iudicat in ademptione ob cauſam inimicitiæ, vel odij cum Patre: & *in verſ. Si autem ademptio ex facto ipſo videri poſſit facta, ex cauſa inimicitiarum, vel odij, &c.* & reddit rationem ibi: *Nam compertum eſt, ob inimicitias, & odij cauſas, ſubortas inter legatarium, & inter teſtatorem, legata & fideicommiſſa, tacita contraria voluntate videri adempta: l. 4. §. fin. l. ſequenti, & l. ex parte, ff. de adimend. legat.* & vtrobique notarunt Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 13. art. 5.* & latè Petrus Ricciard. Piſtor. *Inſt. de adempt. legator. n. 36. verſic. & infra dixi ego in tractat. de iure fiſci, in titul. de inimicitiis.* Inimicitia autem & iniuriarum occaſio cum patre contracta proculdubio filios quoque afficit, *§. Patimur inſtit. de iniuriis.* Conſequenter ſi filius ipſe ſolus fuiſſet legatarius, ex cauſa inimicitiæ contractæ cum Patre, videretur reuocatum legatum relictum filio, quia cum eo etiam inimicitia contracta videtur: idem itaque cum Pater, & filius ſunt legatarij, &c. Et ſequitur eum Vincent. Fuſar. *quæſt. 575. num. 8.* ibi: *Si cauſa reuocationis reſpicit perſonam Patris non filiorum, nec pertineat ad offenſam teſtatoris, vt per plures rationes probauit Peregrin. de fideicommiſſ. art. 18. n. 33. cum ſeqq.*

60 Ampliatur decimotertio licet filij, ſeu deſcendentes offenſoris nati ſint ante offenſam, ſeu inimicitiam à patre factam, in caſu quo occiſor qui fuit vltimi Maioratuum poſſeſſoris, filium, vel filios habuerit natos, antequam homicidium commiſerit; nam tunc excluduntur à Maioratu eodem modo, ac ſi poſt delictum nati fuiſſent, probat Mieres *de Maiorat. p. 2. quæſt. 4. illat. 1. à n. 40. vſque ad 48. & in n. 41.* reddit rationem ibi: Et ſunt tales filij incapaces ad ſuccedeodum, non propter eorum vitium, aut incapacitatem, ſed quia ex vitio, & dolo, & fraude paterna ooo debent præmium reportare: *l. in hæredem, in princ. ff. de calumniat. l. hæredem, ff. de dolo l. quod diximus §. vltim. l. quod autem, ff. quod met. cauſ. l. ſicuti,* ibi: *Ex delicto defuncti lucrari non debet, ff. de regul. iur.* cum concordantibus, &c. Quod ego intelligo quando pater occidit vltimum ſucceſſorem ea mente vt filius eius, natus, ſiue naſciturus adquireret Maioratus ſucceſſionem, quia tunc oportet, vt filius etiam antea natus non ſuccedat, ad hoc vt comprimatur cupiditas parentum & malitia hominum: argumento text. in *l. fin. C. de natur. liber.* ibi: *Ideo prohibuerimus quia vitium paternum refrenandum eſſe exiſtimauerunt.*

61 Et exinde infero rationem differeotiæ inter filios occiſoris antea natos, & filios Hæretici ante hæreſim conceptos, ſiue editos: quia in parentibus illorum, voluntas & propoſitum maleficij fuit ordinata ad hoc, quod filij etiam nati ſuccederent in Maioratu; at verò in horum Parentibus, voluntas, & propoſitum longè abeſt ab intentione præparandi, ſeu præſtandi aditum filiis, natis, vel naſcituris ad ſuccedendum in Maioratu, ideo nil mirum quod filij eorũ, qui corruère in crimeo hæreſis, ſiue læſæ Maieſtatis diuinæ, ſi ante tale crimen ſint progeniti, nõ debeant excludi à ſucceſſione. *l. 2. C. de libert. & eorum liber. cap. Non imputantur 1. q. 4. l. 6. tit. 27. partit. 2. l. 3. tit. 8. lib. 8. Recopil.* Diuus Auguſtin. *tom. 4. ſuper Deuteronom. quæſt. 41.* vbi reddit rationem, ibi: *Non enim trahit aliquid à patre, qui iam natus erat, quando pater eius peccauit.* Et ſuper *Pſalm. 84. verſ. 5. lit. F.* ibi: *Iam enim nati filij ad ſe pertinent, & Parentes ad ſe pertinent.* Petrus Lombardus Magiſter ſententiarum, *Pſalm. 84 verſ. 9.* Bart *in l. emancipatum, §. ſi quis n. 1. ff. de Senatoribus,* Bald. *in dict. l. 2. n. 1. Cod. de libert. & eorum liber.* ibi: *Delicta parentum non nocent filiis primo natis, ſed poſtea naſcituris, quia contrahunt rubiginem à linea iam infecta.* Author incertus *in tract. de crimine læſæ-Majeſtatis quæſt. 7.* Ioann. le Cirier, *de primog. quæſt. 12. num. 12.* D. Molio. *lib 4. cap. 11. num. 54.* Mieres, *part. 2. quæſt. 4. illat. 2. num. 23.* & alij, qui referendi erunt alibi ſuo loco.

Ampliatur vltimò, quamuis in fundatione Maioratus promiſſum ſit, quod vocatus non priuetur à ſucceſſione ex cauſa inimicitiæ, offenſæ, vel ingratitudinis; ne inducatur quis ad delinquendum impunè, *l. ſi vnus §. illud, ff. de pact. l conuenire, ff. de pact. dotal.* Doctores *in cap. fin. de donat.* Matienço *in l. 7. tit. 10. lib. 5. gloſſ. 5. num. 4.* & Franciſc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib. 3. quæſt. 20. à n. 8. vſque ad 10.* vbi alios quamplurimos allegat. 62

Limitatur primò noſtra concluſio, quando offenſa, vel inimicitia etiam cum inſtitutore Maioratus non fuit capitalis, ſed leuis: *l. 3. §. fin. ff. de adim. legat.* Cardin. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 13. tit. 5. n 14.* Natta *conſ. 464.* Peregrin. *de iure fiſci lib. 3. tit. 13. num. 3.* Menoch *lib. 1 præſumpt. 37. num. 25. & lib. 4. præſumpt. 170. n. 11.* Footanella *de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 28. n. 21.* 63

Limitatur ſecundò: ſi offenſa non fuerit commiſſa aduerſus inſtitutorem, ſeu contra vltimum poſſeſſorem Maioratus, qui deferatur iure ſanguinis, non vero iure hæreditario; quia hoc caſu offenſor non accepit Maioratum ab offenſo vltimo poſſeſſore, ſed à primo inſtitutore: Padilla de Menes *in l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia n. 16. verſ. ſed ipſe in contrarium, &c. & n. 19. ff. de legat. 2.* Mieres, *part. 2. quæſt. 4. illat. 1. n. 13. verſ. quinto.* 64

Limitatur tertiò, etiamſi inimicitia, vel offenſa ſit cum inſtitutore Maioratus, quando ab eo remiſſum fuit odium, vel inimicitia tacitè, vel expreſsè, & ad priſtinam amicitiam redderetur: quod præſumitur reconciliationem inter eos, *l. 3. in fin. cum l. ſeq. ff. de adim. legat.* Peregr. *de iur. fiſci, lib. 155. tit. 13 n. 9.* Boërius *q. 25. n. 13.* D. Molio *d. lib. 1. c. 9. n. 42.* vbi etiam vide Additionat. Simon de Præris *de interpr. vlt. volunt. lib. 3. fol. 4. à n. 14.* Menoch *lib. 4. præſumpt. 170. n. 13.* P. Th. Sanch. *in conſiliis Moralib. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 38. n. 12. verſ. Si tamen.* Actus autem per quos reconciliatio demonſtratur, refert Petr. Surd *de Alimen. titul. 7. q. 1. n. 51.* Simon de Prætis *d. lib. 3. fol. 4. n. 14.* 65

Limitatur quartò, etiam in caſu, quo immediatus, qui erat ſucceſſor, occideret vltimum poſſeſſorem, quando accidit caſualiter, ex improuiſo ſiue ob cauſam non ordinatam, ad hoc ſucceſſio Maioratus ei, vel eius filiis deferatur, quia tunc ſaltem filij occiſoris ſuccedent in Maioratu, ex Bald. & aliis ita tenet Mieres *de Maiorat. part. 2. q. 4. illat. 1. n. 50.* 66

67 Limitatur quintò, ſi poſt offenſam, offenſus inſtituat nominatim offenſorem, ſeu homicidam, vel ſi poſt inimicitiam ſequatur ſpecialis vocatio offenſoris ad ſucceſſionem in Maioratu, quia præſumitur remiſſa ei offenſa, & deceſſiſſe cum plena antecedenti gratia, & voluntate: text.& Doctores in l in ipſius 5. C. famil. hercifcun Menoch.lib.4 præſumpt.170.num. fin & conſ.685.n.10.vol.70. Peregrin de fideicommiſ. art.22.in fin. Vincent. Fuſarius dict. quæſt 317.num.7. P Thom.Sanchez in conſil Moralib tom.2.lib.4.cap.1. dub.38 n.12. verſ.Si tamen.

68 Limitatur ſextò, etiamſi omnes ad ſucceſſionem Maioratus vocati eſſent pariter odioſi, vel verba inſtitutoris præcisè non poſſent verificari niſi in odioſo, quia generalitas.quæ in vno tantum verificari poteſt, habetur pro ſpeciali nominatione: l. fundus, qui locatus 24. ff.de fundo inſtr.legat Bald.in l in ipſius,C. familia hercifc. Crauer.conſ.162.n 4.& conſ.217 num. fin Simon de Prætis de interpret.vltim. volunt. lib.1. dub.2.ſolut.4 n.12.fol.59.verſ.Limita tamen: Chald. Pereira de Caſtro part 3 de poteſt.eligend. cap.1. n 18. in fin verſ.videntur tamen.

69 Limitatur ſeptimò, quando ingratitudo prouenit ex cauſa,quæ nec tangat,nec lædat perſonam,famam, vel bona inſtitutoris; ſed ſolum prouenit ex cauſa, quæ ſolum faciat ingratum, veluti in caſu quo filia meretricata eſt, vel filius hiſtrio ſit, & ita ingratus in hoc caſu. vel ſimili, pœniteat, & ad meliorem vitam, ſeu frugem redeat, vel religionem ingrediatur: Ripa in l. fin.C.de reuocand donat.quæſt.67. num 226. Simon de Præt.de interpretat.vltim.volunt lib 3 fol.4. num.17. Surd de alim.tit.7.quæſt.1.n.28. Par.Vaſquez in opuſculo titul.de teſtam.cap.6.§.3.dub.5. Fontanel.de pact nupt.clauſ.4.gloſ.28 n.32.

70 Limitatur octauò, quando Maioratus fuit inſtitutus in donatione remuneratoria, & propter merita, cum reuocari non valeat,propter ingratitudinem,nec inimicitias etiam graues ſuperuenientes.Gloſſ.penult. in l.ſi pater 34.§.fin.ff.de donat. Gloſſ.verbo inueniantur in l fin.C de reuocand.donat. Bald.in l.ſi cum mihi, ff.de dolo. Alex.conſ.216.n.3 vol.2. & conſ.40.n.16. & conſ.78.n.6.vol.4. Ludouic.Roman.conſ.16 Ripa in d. l. fin. C de reuocand. donat. Tiraquell in l. ſi vnquam, verb donatione largitus, à n.13. Petr.Dueñas reg.224. num.4. Pinellus in l.1.C.de bon matern part.3.num.61. Viuius tom.2.com.opinion.lib.8.cap.34.n.3. Ioan.Garcia de donat.remuneratoria,n.8.& 9.Azeuedo in l.3 an 23. titul 12.lib.5. Recopil. Mieres part.1.quæſt.22. à n 169. Barboſa in cap.fin.n.17. de donat.

71 Limitatur nonò, ſi Maioratus ſit inſtitutus cauſa dotis, vel contemplatione matrimonij, in capitulationibus matrimonialibus: quia licet, quoad maritum, vel vxorem, qui, quævè inimicitiæ, ſiue ingratitudinis cauſas commiſit, reuocari debeat, non autem quoad alios vocatos, & eorum deſcendentes: Arias Pinell in l.1. C.de bon matern. part.3.n.62. Anton.Gam.deciſ.163. Auend in l.44.Tauri, gloſ.16.n 35. Mieres part.1. quæſt.22. à num.194. Tiber.Decian reſponſ.31.n.61. lib.1. Fontanella de pact.nuptial. clauſ.4. gloſ.28. à n.6. Franc.Molin. de ritu nuptiar. lib.3.q.6. vbi eſt videndus à n.36.vſque ad n.40 & quæſt.7.n.18. Morquechus de diuiſ.bonorum,lib 2. cap.6. à num.94. vſque 97.Ant Faber lib.8.Cod.de reuoc.donat.defini.1. Angulo de Meliorat.lib.1.gloſ.10.n.3. Monter.de la Cueua deciſ.10. Menoch.conſ.723.n.21. & 22. Steph. Gratian.lib.5. cap.984. n.28. Auguſt.de Barboſ.in cap. fin.n.16.de donat. Additionat.ad D.Molin lib.1. cap.9. num.35.& ſuper n.58. Marius Cutellus tom.1.de dona[illegible] contemplatione matrimonij diſcurſ.3. particul [illegible] totam: & tract.2. diſcurſ.1.ſpeciali 8. a [illegible]

Reddo rationem huius limitationis, ne reddatur contraria Ampliationi vndecimæ. Primò, quia talis donatio contemplatione matrimonij magis eſt contractus, quaſi permutationis, cum ſit ob cauſam. Secundò, quoniam ſpecialiter procedit in fauorem dotis,& cuiuſcumque donationis quæ doti æquiparatur. Tertiò, qua non ſolum reſpicit filium donatarium, ſed etiam eius vxorem,& liberos ex eis procreandos, prout tenet Marius Cutellus d. diſcurſ.3. particula 4. num.6.7.& 8. Fontanella dict.clauſ.4.gloſ.28. num.6. Molin. de ritu nuptiar. vbi ſuprà, & Mieres dicta part.1.quæſt.22.num.199. dum ita dicit: præcipuè quia communiter in his contractibus cauetur, quod filius qui ex filio primogenitus natus fuerit habeat illum Maioratum, vel meliorationem Tertij, & Quinti; quo caſu non ſolum eſt ius quæſitum vxori filij, ſed & eiuſdem filiis, & deſcendentibus in infinitum, qui cum ſint vocati, & ſint pars viſcerum matris, ingratitudo nihil eis nocere debet. Argum.textus egregij,in l.3. ff.de interd. & relegat. 72

Ideo ſi decedat abſque liberis perſona,cuius cauſa pater inſtituerit filium in Maioratu,propter quam factus fuit contractus ille oneroſus, & ceſſent perſonæ intermediæ, quamuis contractus initus fuerit cum quopiam Tertio, licet illum reuocare propter ingratitudinem,quaſi iam ceſſante perſona, in cuius fauorem, & gratiam fuit factus Maioratus: & ſic ceſſante hac cauſa debent ceſſare leges, quæ de offenſa, inimicitia, vel ingratitudine loquuntur: ita tenet Mieres, dict. part.1.quæſt.22. à n.197.& 198. Fontanella d. clauſ.4.gloſ.28.n.13. & Marius Cutellus vbi ſup. 73

Limitatur decimò, & vltimò, quando Maioratus eſt inſtitutus per viam donationis irreuocabilis, ſecundum diſpoſitionem l.17. & 44. Tauri,& inimicitia ſuperueniens reſultet ex culpa inſtitutoris: probat D.Molin.dict.lib.1.cap.9 n.35. 74

At vero pro complemento huius noſtri c.2. operæ pretiũ erit aduertere,quòd quando per ingratitudinẽ, grauem offenſam, ſeu inimicitiam ſucceſſor Maioratus priuari debeat in aliquibus caſibus,priuabitur ipſo iure, & in aliis requiritur per ſententiam declaratoriam, quia quandoque redditur propter inimicitiam ipſo iure incapax, & non acquirit dominium: l.3. §.fin. ff.de adim. legat.l.3. ff.de his, quæ pro non ſcript. habent. Quandoque non redditur incapax, nec inhabilis, & acquirit dominium: l. ex parte 22. ff.de adim.legat. ideo ſi eſt incapax, ſucceſſio deuenit ad hæredes; ſi capax, ad fiſcum; prout diſtinguit Bald. in l hæreditas num.6. & 7. C.de his quib. vt indignis. D.Molina in dict.lib.1.cap.9. à num.23. vſque ad n.30. P.Thom.Sanch.in conſiliis moralib.lib.4.cap.1.dub.38. num.1. & 5. 75

Quapropter oportet, cum hîc cadant peropportunè, tranſcribere octo concluſiones ex Pat. Thom. Sanchez tom.2. in conſil. moralib. lib.4. cap.1.dub.39. vbi poſtquam ſupponit primum, quod ſi ſucceſſor Maioratus propter offenſam, vel inimicitiam eſt incapax, amittit ipſo iure poſſeſſionem, quæ deuoluitur ad ſubſequentem ſucceſſorem. Sed quando eſt capax, non priuatur ipſo iure, ſed per ſententiam confiſcatur, & dum viuit pertinet Maioratus ad fiſcum, & poſt mortem ipſius poſſeſſoris defertur ad alios ſucceſſores, cum Anton.Gomez in l.40. Tauri num.91. verſ.non [illegible] D Molina lib.4.cap.11.num.11. contra Mie[illegible] quæſt.4.illat.1.n.47.& 48.& Ledeſma [illegible] dubium 16. 76 77

[illegible] Maiorat[illegible] inſtitui in te- 78
[illegible]uendo [illegible] ſucceſſorem, vt
[illegible]egatarium [illegible]mmiſſarium, &
[illegible]tioni [illegible] vel irreuocabilis.

Tertium

Digitized by Google

79 Tertium, quod inter Maioratus primum ſucceſſorem, & reliquos hoc diſtat, quod primus poteſt eſſe directus hæres, ſed reliqui nonniſi legatarij, ſeu fideicommiſſarij; quia primus Maioratus ſucceſſor, vt hæres directus numquam poteſt deſinere eſſe hæres: *l. qui ſoluendo, ff. de hæredib. inſtituen. l.15. titulo 3. partita 6.*

80 Quare ſi quis inſtituat Petrum hæredem ad vitam, & poſt eius mortem Paulum, vel pauperes, vel Hoſpitale: Paulus, Pauperes, & Hoſpitale ſuccedunt non vt hæredes, ſed vt fideicommiſſarij: ergo cùm primus ſucceſſor Maioratus inſtitutus hæres non poſſit deſinere eſſe hæres, alij non vt hæredes, ſed vt legatarij, ſeu fideicommiſſarij ſuccedent; P.Molin. *lib.1. cap.14. à n.9.*

81 Quintum, quod debet conſtitui differentia inter Maioratum inſtitutum in perſona filiòrum, vel deſcendentium, & Maioratum conſtitutum in perſonis, quibus non debetur legitima, vt in conſanguineis tranſuerſalibus, vel extraneis.

82 Sextum & vltimum, quod etiam differunt interfici inſtitutorem, vel interfici poſſeſſorem Maioratus à ſucceſſore. Ex quibus ſuppoſitionibus tranſit ad ſequentes concluſiones.

83 Prima concluſio, quando ingratitudo, quæuis ſit illa, etiam occiſio, non fuit commiſſa contra Maioratus inſtitutorem, ſed contra alium ſucceſſorem poſſeſſorem Maioratus, non amittit ſucceſſor ipſo iure Maioratum, qui talem occiſionem fecit: ratio eſt, quia talis amiſſio eſt in pœnam ingratitudinis: hoc vero caſu nulla eſt ingratitudo, quia ingratitudo aliquam gratiam ſupponit factam, vt talis poſſeſſor, qui non inſtituit Maioratum, nullam gratiam fecit ſucceſſori circa Maioratus ſucceſſionem, ſed talis gratia à primo inſtitutore recepta eſt: D.Molin. *lib.1. cap. 9. num.2.* Mieres *part.2. quæſt.4. illat.1. n.5.* Ant.Gomez *l.40. Tauri n.71.*

84 Secunda concluſio, quando occidit ſucceſſor Maioratus inſtitutorem, vel fuit illi ingratus grauiter, & Maioratus fuit inſtitutus inter eos, quibus legitima non debetur, quando ſucceſſor primus fuit, qui talem ingratitudinem commiſit, & fuit inſtitutus hæres in Maioratu, non ipſo iure illum amittit, ſed requiritur ſententia, & applicabitur fiſco per tempus vitæ talis ſucceſſoris: D.Molina *lib.1. dicto cap.9. num 23. & 25.* Dom.Gregor.Lopez *gloſſa verbo, Sino el hyo: in l.2. titul.15. partita 2.*

85 Tertia concluſio, ſi talis Maioratus non eſt inſtitutus in tali primo ſucceſſore per modum hæredis, ſed legatarij, ſeu fideicommiſſarij, ſeu donatarij, ac contractus ſit reuocabilis ad nutum inſtitutoris, reuocatur ipſo iure, abſque alia voluntatis declaratione ex cauſa inimicitiæ grauis, vel ingratitudinis ſuperuenientis; & ſic à fortiori ſi inſtitutorem occidat: D.Molin. *dict. cap.9. n.37. & 42.* D.Greg.Lopez *verb. Sus herederos, in l.10. tit.4. part.5.*

86 Intellige hanc concluſionem, quando ingratitudo viuo teſtatore commiſſa fuit: D.Molina *dict. cap 9. num.46.*

87 Quarta concluſio, ſi tamen talis Maioratus inſtitutus eſt per viam donationis irreuocabilis, non reuocatur ipſo iure per talem ingratitudinem; ratio. Quia donatio irreuocabilis non reuocatur ipſo iure per ingratitudinem, niſi donans ipſe reuocet, quia id fit in ingratitudinis pœnam, vt docet Anton. Gabriel *1. commun. opinion. lib.14. verb priuatio folio 170. in pragmatica Tritici concl.6. n.109.* D.Greg. *ll. gloſſa verb. Sus herederos.* Couar. licèt lib *Decret. 2. part. cap.6. §.8. n.17. in fin.*

[illegible] concluſio, alij Maioratus ſucceſſores præter primum ſemper amittunt ipſo iure Maioratum in teſtamento, vel contractu reuocabili inſtitutum: Ratio. Quia omnes illi non habent rationem hæredis, ſed legatarij, ſeu fideicommiſſarij; at legatum, & fideicommiſſum, ipſo iure amittuntur per ingratitudinem: D.Molin. *dict. lib.1. cap.14. n.9.10. & 11.* D.Greg. Lopez *gloſſa verb. Sino el hyo, in l.2. tit.15. part.2.*

Hucvſque dictum eſt, quando Maioratus inſtitutus eſt in perſonis, quibus non debetur legitima, vt in tranſuerſalibus, vel extraneis. Si tamen inſtitutus ſit Maioratus in perſonis, quibus debetur legitima, vt in filiis, aut aliis deſcendentibus: aut Maioratus inſtituitur ex legitima tantum; aut ex legitima, & aliis bonis extra legitimam: aut tantum ex aliis bonis extra legitimam: vnde ponitur 89

Sexta concluſio, ſi Maioratus ſit inſtitutus ex legitima, non priuatur filius, vel deſcendens ipſo iure tali Maioratu, ob quamcumque ingratitudinem, vel inimicitiam; ſed oportet quod à Patre, vel Aſcendente, exhæredatus fuerit, ſolemnitatibus à iure requiſitis interuenientibus, duplici ex cauſa. Prima, quia talis 90 eſt hæres neceſſarius, & iure ſanguinis, & licèt interficiat teſtatorem, non amittit ipſo iure hæreditatem. Secunda, quia hic non recipit gratum à teſtatore, 91 cùm iure debeatur ſibi legitima: ſic D Molin. *lib.1. cap.9. à n.15. vſque ad 18.*

Septima concluſio, ſi talis Maioratus ſimul de le- 92 gitima, & aliis bonis extra legitimam inſtitutus ſit, idem dicendum eſt, etiam in ea parte, quæ extra legitimam eſt; ſcilicet non reuocari duplici ex ratione: Prima, quia Maioratus indiuiduus eſſe debet, & 93 eius naturæ repugnat diuiſio; ergo ſi quoad vnam partem non reuocatur, non reuocabitur etiam quoad aliam. Secunda, quia ille cenſetur hæres in tota illa 94 quantitate, licet in legitima neceſſarius, in aliis verò bonis voluntarius, at hæres ſiue neceſſarius, ſiue voluntarius, non amittit ipſo iure hæreditatem: Sic D. Molin. *dict. lib.1. cap 9. n.19. & 20.*

Octaua, & vltima concluſio, ſi tamen Maioratus 95 inſtitutus ſit ex eo tantùm quod legitimam excedit, per viam legati, vel fideicommiſſi, vel donationis reuocabilis vſque ad mortem, vt eſt donatio in Tertio bonorum, iuxta *l.17. Taur.* reuocatur ipſo iure per ingratitudinem. Patet ratione ſupradicta, & ſic colli- 96 gitur ex doctrina D.Molinæ *vbi ſuprà*, & tenet expreſsè D.Greg.Lopez. *in l.10. tit.4. part.5. verb. Sus herederos*, vbi limitat, niſi prælegatum, vel donatio habeatur loco inſtitutionis; videlicet quando eſt ita magna, vt videatur ſuccedere loco inſtitutionis, vel hæreditatis, quia tunc neceſſaria eſſet exhæredatio in filio vt reuocaretur.

Hactenus eruditiſſimè P.Thom.Sanchez cuius coronide finem impoſui huic Capitulo: & cùm non indigeat aliis annotationibus, cedat in exaltationem Sanctiſſimæ ac indiuiduæ Trinitatis.

CAPVT III.

Vtrùm detur Incompatibilitas in ſcientia Philoſophiæ.

SVMMARIVM.

1 *Philoſophia eſt omnium artium procreatrix ac parens.*

2 *Philoſophus affirmat pro regula, quod impoſſibile ſit contraria eodem meſſe.*

3 *Contraria ſub eodem genere maximè diſtant, & ab eodem ſubiecto mutuò ſe expellunt.*

4 *Contraria habent repugnantiam formalem, & directò mutuam.*

5 *Baldus tanquam princeps Philoſophiæ explicat materiam incompatibilitatis, & refertur ad literam, & remiſſiuè.*

6 *Incompatibilitatis natura eſt, vt poſito vno contrariorum inducatur renuntiatio, aut reuocatio alterius, quia ſimul ſtare non poſſunt.*

7 *Conductio, & Precarium, incompatibilia ſunt.*

8 *Mutuum, & Depoſitum, ſunt incompatibilia tanquam ex ſua natura contraria.*

9 *Lædens, & Læſum, incompatibilia ſunt.*

10 *Nouatio non præſumitur niſi expreſſè de ea agatur.*

11 *Incompatibilitas, ſeu contrarietas inter primam, & ſecundam obligationem, inducit nouationem per neceſſe.*

Limitatur, niſi eſſent ambo contractus facti incontinenti, n.12. & 13.

14 *Nouatio præſumitur, quando vna atque altera obligatio, ſeu conuentio, ſunt contraria, etiamſi appoſita fuiſſet reſeruatio cum clauſula*, citra præiudicium.

15 *Nouatio præſumitur per dationem in ſolutum, vel tranſactionem, quamuis priſtina iura eſſent reſeruata.*

16 *Nouatio non præſumitur per dilationem adiectam in ſecunda obligatione: & n.17. & 18.*

Quod intellige, quoad debiterem principalem, non autem ſi fuit facta in præiudicium fideiuſſoris, num.19. Et diſtinguitur, n.20. & 21.

22 *Maioratus inſtitutio de Tertio, & Quinto, reuocabilis eſt, per diſpoſitionem* l.17. & 44. Tauri, *niſi in tribus caſibus ibidem exceptis.*

23 *Maioratus inſtitutus de Tertio, & Quinto, cum pacto de non reuocando extra caſus exceptos in* l.17. & 44. Tauri, *vtrùm nihilominus ſit reuocabilis, vel non.*

24 *Pactum de non reuocando appoſitum contractui, ſeu actui, de ſui natura, ſeu per diſpoſitionem legis reuocabili, vtrum debeat ſequi naturam contractus cui adhæret, vel aſſumere naturam irreuocabilem, cum vtrumque concurrere non poſſit, quia ſunt incompatibilia? n.25.*

26 *Pactum de non reuocando appoſitum contractui de ſui natura reuocabili, remanet irreuocabile per regulas incompatibilitatis. Et probatur n.30. & 32.*

Quod extende etiam ſi ſit appoſitum per viam additamenti, n.27.

28 *Inſtituter Maioratus poteſt inſtituere ad ſui libitum reuocabiliter, aut irreuocabiliter, cum pacto de non reuocando, & quomodò voluerit.*

29 L. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſa mortis, *interpretatur & declaratur.*

31 *Pactum de non reuocando electum, appoſitum ab eo qui habet facultatem eligendi ſucceſſorem in Maioratu, vtrum valeat? remiſſiuè.*

32 L. cum precario, ff. de precario, *intelligitur & declaratur cum diſtinctione, quæ deducitur ex ipſomet textu, & n.34.*

35 L.17. & 44. Tauri, *intelligitur cum ampliationibus, & limitationibus, de quibus remiſſiuè, & num.36.*

ARGVMENTVM.

An detur incompatibilitas in ſcientia Philoſophiæ? vbi agitur de regula, quæ reſultat ex duobus contrariis, ſeu incompatibilibus, ad hoc vt inter incompatibilia poſitio vnius induеat renuntiationem, aut expreſſam reuocationem alterius. Deſcenditur deinde ad reſolutionem illius ſatis dubiæ quæſtionis; vtrum pactum, ſeu clauſula de non reuocando Maioratum, reuocabilem de iure, cum ſit incompatibile, & contrarium diſpoſitioni *l.17. & 44. Tauri*, exceptis tribus caſibus in *dictis legibus* relatis, faciat Maioratum irreuocabilem? & de intellectu & concordia textus in *l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſ. mort.* & *l. cum precario 12. ff. de precario.*

IN Philoſophia (quæ eſt omnium Artium procreatrix & parens) aſſirmatur pro Regula, ſe- 1
cundùm Philoſophum 2. *Topicorum, cap.21.* quod im- 2
poſſibile eſt contraria eidem ineſſe; cum contraria
ſint, quæ ſub eodem genere maximè diſtent, & ab 3
eodem ſubiecto, mutuò ſe expellant, iuxta ipſummet Ariſtotelem *lib.10. Methaphyſicorum, cap.6.*

Quia tunc habent repugnantiam formalem, & 4
mutuam directò, itavt effectus formalis vnius repugnet formæ alterius.

Vnde ex noſtris etiam Baldus, alius Princeps Phi- 5
loſophiæ, dixit: Quod omnia incompatibilia ſunt contraria, in *l.3. n.7. verſ. nam omnia incompatibilia, C. de interdictis.* At vero ipſe Baldus in *l. pacta nouiſſima, num.2. C. de pactis*, clariùs explicat naturam Incompatibilitatis, his verbis: Præmitte ad euidentiam: quod quædam ſunt pacta contraria; vt pactum de non petendo, & pactum de petendo: in iſtis, vltimo pacto ſtandum eſt, & non primo: vt hîc aduertatis quod iſta non ſunt propriè contraria: nam illa ſunt propriè contraria, quando ſi vnum eſt verum, alterum eſt falſum: ſed ſi iſta ſunt ambo vera, propriè non eſt contrarietas; ſed eſt quædam incompatibilitas: non quoad originem, ſed quoad effectum.

Tractat ergo lex noſtra materiam de pactis incompatibilibus; quædam ſunt pacta ſeparata, & nunc omnia pacta ſunt ſeruanda, vt infra eodem titulo, l. bonæ fidei: quædam ſunt pacta ſimilia, verbi gratia; vendidi tibi rem pro decem, antequam traderem vendidi pro quinque, quia prima venditio fuerat nimis cara, vel vendidi pro quindecim, quia prima venditio fuerat nimis vilis, & iſta appellantur pacta ſimilia, quia vterque Contractus eſt eiuſdem ſpeciei ſecundùm Petrum. Sed ego dico, quod impropriè dicuntur ſimilia, cùm ſint incompatibilia, vel ſimpliciter, vel ſecundum quid, vt infra declarabo, nam ſecundùm Ariſtotelem omnia, incompatibilia, ſunt quodammodo contraria, non ſimilia, &c. Cætera videnda ſunt in numeris ſequentibus. Et idem Bald. in *l. fin. C. de edicto D. Adriani tollend. num.43. verſ. Et omne incompatibile eſt quodammodo contrarium, vt infra, C. qui accuſare non poſſunt, l.1. & infra, C. de contrahenda, & committend. ſtipulat. l. optimam in fine.*

Vnde fluit Regula ad noſtrum inſtitutum valde 6
vtilis, nempe quod inter incompatibilia, poſitio vnius inducit renuntiationem alterius: nam poſitio vnius contrariorum, ſequitur alterius deſtructionem, cùm ſimul eſſe non poſſint, *l. hæc verba* 124. ibi: Diſiunctiuum

ctiuum eſt, veluti cum dicimus, aut dies, aut nox eſt,
quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum: item
ſublato altero poni alterum, *ff.de regul.iur.l.inter ſti-
pulantem,83. §.Sacram.* ibi: Quoniam vna atque ea-
dem cauſa, & liberandi & obligandi eſſet, quod aut
dari non poſſit, aut dari poſſit; *ff. de verbor. obligat.
l.Mutius 30. ff. pro ſocio, l Pomponius 40. §.Sed & ſi,
in fin. ff. de procuratoribus l. ſi inter me & te 19.* ibi:
Quia eo ipſo quod meam eſſe pronuntiatum eſt, ex
diuerſo pronuntiatum videtur tuam non eſſe, *ff.de ex-
cept. rei iudicat. l.vbi ita donatur 27. ff.de donationi-
bus cauſa mort. l.ſi quis ante 10. ff.de acquirenda poſ-
ſeſſ.* vbi Vlpianus ait: *Si quis antè conduxit, poſtea
7 precario rogauit, videtur deceſſiſſe à conductione: quod
ſi antea rogauit, poſtea conduxit, conduxiſſe videtur.*
Potius enim hoc procedere videtur quod nouiſſimè
factum eſt, *dicta l. pacta nouiſſima, C.de pactis l.certi
condictio 9. §.fin. & l.quod ſi ab initio, 10. ff.de rebus
8 creditis, ſi certum petatur.* Vbi non compatiuntur
Mutuum & Depoſitum: quoniam ſunt ex natura ſua
contraria, (de cuius textus intelligentia vide D.Ioan-
nem Baptiſtam de la Rez *tom 1.diſput.14. à num.55.in
fine.cum n.56.& ſeqq.) l.vnic. C. ſi ſeruus extero ſe emi
mandauerit l.1. C.de furtis.* Gloſ. *verbo, ſi inſtitutoria
rectè, verſ.Et nota ex hoc §.quod quando ſunt duo con-
traria, ad poſitionem vnius ſequitur deſtructio alterius,
in l. ſed etſi pupillus 11. §. ſi inſtitoria, ff.de inſtitoria
actione, §.neque autem homicidiis Auth. de mandatis
principum, collat.3.* ibi: Et non erit poſſibile vtrum-
9 que tueri cautela factorum locorum & lædentem &
læſum, vbi etiam Gloſſa *verb.Læſum*, reddit ratio-
nem: *Nam vbi eſt vnum de contrariis, per conſequens
tollitur alterum.*

10 Hinc deducitur, quod licet Nouatio non præſu-
matur, niſi expreſsè de ea agatur, quia quæcumque
ſtipulatio ſeu obligatio, quæ additur ſiue interponi-
tur ad primam, iudicatur cumulatiua, & non extin-
ctiua primæ obligationis reſpectu principalis, nec
priorum fideiuſſorum, aut pignorum, quibus non
fuerit expreſsè renuntiatum; ex *l. fin. C.de nouationi-
bus l.2. & 15. tit.14. partit.5.*

11 Attamen ſtante incompatibilitate, ſeu contrarieta-
te inter primam & ſecundam obligationem, innoua-
tur prima, ac ſi expreſsè de ea nouanda atque reuo-
canda in ſecunda ageretur; quia idem eſt agere ex-
preſsè de nouatione, ac tacitè, propter incompatibi-
litatem, quæ tanquam ſi eſſet expreſſa concludit per
neceſſe: Bald. *in dict l.fin. C.de nouationib.n.1.verſ.&
quando fortè primi, & ſecundi contractus ſe non compa-
tiuntur, &c.* Et in *l. pacta nouiſſima,n.2. C.de pactis.*
idem Bald. *conſil.18.n.4. verb.quandoque inducunt no-
uationem ope exceptionis propter incompatibilitatem,
12 &c.* & in *vol.2.conſil.128.* vbi propter incompatibili-
tatem inter mutuum & depoſitum probat, quod fa-
cta fuit nouatio inter primos contrahentes ex cauſa
mutui, & poſtea ex cauſa depoſiti: Decius in *dicta l.
pacta nouiſſima, n.1. & in conſil.400. n.9. verſ Quarto
reſpondetur,* ibi: *Quia quando contractus ſe non com-
patiuntur, etiam hodie videtur facta nouatio.* Et *conſil.
463. n.5. & 6. & conſil.464. n.4.* maximè ex verſ. *Ex
quo dicta forma non compatitur cum dicta ceſſione, &c.*
& *n 5. & conſil.564. n.15.* Alex. *conſil.193. à n.1. vſque
ad n.5. lib.6.* Ant.Gabriel *lib.3.de nouationibus conclu-
ſione vnica, à n.60. verſ.Quarto limita quando non ſe
compatiuntur ad inuicem, &c.* vſque ad *n.64.* Cagno-
lus in *l. ſingularia n.10. ff. ſi certum petatur.* Crauetta
conſil.167. n 9. Beroius *conſil.205.n.13 vol.3.* Cephalus
*conſil.454 à n.16. verſ.licet enim id non fuerit expreſ-
ſum, & ſic non videtur nouatio. l. fin. C.de nouationi-
bus. Tamen vbi duæ diſpoſitiones ſe inuicem non com-
patiuntur prima ſublata ſtatur poſteriori, &c.* Gutierr.
de iuramenti confirmat. part.1.cap.63.n.9. verſ.fin. Ma-
ſcard. *de probat.concl.1111 n.23.* vbi dicit: Quod tunc
nouatio ineſt ex neceſſitate: Menoch. *lib.3. præſum-
ption.134. à num.39.* verſ. *Secunda coniectura nouatio-
nis, quando ſecundus contractus eſt incompatibilis cum
primo, hoc in caſu per ſecundum contractum dicitur
receſſum à primo, &c.* vſque ad *n.44.* & *conſil.381. à
num.32.lib.4.* Gabriel *conſil.81.n.3.lib.1.* Tiberius De-
cian. *conſil.21 n.69.lib.1.* Bertazola *conſil.106.n.25.* Bo-
laños in *Curia Philippica tom.2.lib.1. cap.5. de noua-
tion. n.18.* vbi dicit: *Quando los contratos ſon incom-
patibles, como es ſin poder concurrir ambos en vno, por
el ſegundo ſe deroga el primero, quedandoſe libre del,
haziendoſe en interualo de tiempo, magno ſi ſe haze in-
continenti ſegun el texto de la ley,* pacta nouiſſima, *C.
de pactis.* Mantica *de tacit. & ambiguis conuentionib.
lib.17. à n.13.tit.3.* Petrus Surd. *conſil.145. n.24. & 25.*
Seraphin. *deciſ.1023.n.2.* Paul. Bellon. *de poteſtate eo- 13
rum quæ fiunt in continenti,* & *lib.1.cap.60.n.4.* Steph.
Gratian. *tom.2.cap.290. à num.17.verſ. Si enim eſſent in-
compatibiles, &c.* & in *n.20.* ita dicit: *Vnde faciendo
conuentiones contrarias primis, conſtat, quod ipſa par-
tes voluerunt ab ipſis recedere; quaſi contraria non poſ-
ſunt ſimul ſtare: l.vbi repugnantia, de reg.iur.* Rimi-
nald.iun. *conſil.306.n.17. & 18, lib.3.* ibi: Per incom-
patibilitatem enim fit nouatio ſine aliqua expreſſio-
ne, &c. Et in *num.23.* ex Antonio Gabriel *conſ.170.
num.5.lib.2.* dicit: Quod hæc adeo vera ſunt, vt pro-
cedant non ſolum quando ſecundus contractus non
eſt compatibilis cum primo in totum, ſed etiam ſi
fuerit in parte; cum etiam intelligatur receſſum à
primo in illa parte in qua ſe non compatiuntur: nam
vltima derogant primis, quando inuicem pugnant, &
concordari non poſſunt.

Et in *num.29. & 30.* extendit, etiamſi appoſita 14
fuiſſet reſeruatio cum clauſula *citra præiudicium*, vel,
iura iuribus addendo; quia iſta reſeruatio operabitur
quando non induceretur contrarietas: exiſtente enim
contrarietate, eſſet receſſum à primo contractu, non
obſtante dicta reſeruatione, & intelligetur, ſolùm
quoad hypothecam exiſtentem in bonis reſeruatis,
vel propter euictionem, quæ poſſet contingere, ſi quis
haberet iura in eiſdem bonis ante ſecundum inſtru-
mentum, vel ob fideiuſſores, vel ob quid ſimile; ex
Bart. *in l. ſi quis aliam 46. in princip ff.de ſolution.*

Vnde infert, quod ſi quis dederit aliquid in ſolu- 15
tum, vel tranſegerit, erit facta nouatio, neque licebit
amplius ad primæuam actionem redire, quamuis pri-
ſtina iura ſibi reſeruaſſet: non enim intelligentur om-
nia iura reſeruata, ſed ſolum ea, in quibus non cadit
contrarietas. Etſi ſe offert quæſtio, in puncto vide
Gozadin. *conſil.38.* & nouiſſimè Capycium Galeotam
lib.1.controuerſiar.iur. controuerſ.32.n.17.18. & 19. &
in *num.31.32. & 33* Stephan.Gratian. per hanc regulam
in materia incompatibilitatis reſoluit illam quæſtio-
nem quotidie contingibilem, ac practicabilem, quam
excitat Gloſ. *verb voluerit*, verſ. *quod erit ſi in futuro
Maij decem mihi promiſiſti, &c.* in *l.Valerianus*, aliàs
penultim. ff.de prætoriis ſtipulation. Videlicet, Quan-
do in ſecundo contractu, vel ſcriptura obligationis
opponitur longior dilatio, quàm in prima; in hoc
enim caſu propter prorogationem temporis, & lon-
giorem dilationem adiectam in ſecunda obligatione,
tenet Gloſ. quam ſequitur *ibid.* Bart. *in quæſtione pe-
nultima,* & Alex. *in l.qui vſumfructum, notab.2. ff. de
verborum obligation.* quod fit nouatio ope exce-
ptionis.

At verò contrarium, quod in iſto caſu non ſit in- 16
ducta nouatio, etiam ope exceptionis, defendit Iaſon
in

Digitized by Google

in *l.1. à num.18. vſque ad 21. C.de indiciis,& in l. cum qui, §.ſi hominem, ff.de verborum obligationibus.* Anton.Gabriel *lib.3. de nouationibus, concl.1.n.66.*

18 Quia per adiectionem, vel detractionem temporis, non inducitur nouatio, *dict. l. fin. C.de nouation.* cum tempus non ſit modus tollendæ, neque inducendæ obligationis, *leg. obligationum 44. §. placet, ff. de action. & obligation. §. at ſi ita, Inſtitut. de verborum obligat.* Matthias Colerus *de proceſſu executiuo, part.1. cap.10.n.341.* Stephan.Gratian.*tom.5.cap.852. num.23.* Aluarez Velaſco *in locis communibus iur.lit.T. n. 34.* vnde prorogatio termini facta principali, non liberat fideiuſſorem, Gloſ. *verbo, neque fideiuſſori, in l.ſi cum vnus, 27. §.ſi cum reo, ff.de pactis* Gloſ.fin. *in l.ſi cum Hermes 7. C.de locato & conducto, l. fin. C.de vſuris rei indicatæ.* Angel.*in dict.leg. ſi cum vnus, §. ſi cum reo.* Bald. & Salicet *in dict. l. ſi cum Hermes.* Alex. *conſil.72. à n.2. lib.6.* Ant.Gabriel *lib.5. de fideiuſſorib. concl.3.n.1.* Ant.Gom.*de contract.lib.cap.13.n.19.* probat concludenter Matthias Colerus *de proceſſu executiuo, part.1. dict.cap.10. à n.342.* Ant.Theſaur *deciſ.125.* Heringius *de fideiuſſoribus, cap.20. §.12. à n.4. vſque ad n.17.*

19 Niſi in his quæ eueniunt tempore prorogato principali, quia tunc fideiuſſores non tenentur; veluti ad penſionem, vel vſuras temporis prorogati, & in aliis quinque caſibus, ſeu limitationibus, quas refert Ant.Gabriel *lib.3. de fideiuſſoribus, dict.concl.3. à n.20. vſque ad fin.* Et Heringius *de fideiuſſoribus, d.cap.20. § 12. à num.19.*

20 Quæ quidem controuerſia componitur per hanc noſtram regulam Incompatibilitatis, ita vt in quantum prima obligatio continet vnum tempus, altera verò aliud & longius, ſit locus exceptioni, quæ obſtabit agenti ex prima obligatione ante diem, vel tempus prorogatum in ſecunda; quia in eo ſunt contrariæ & non poſſunt compati: ſed in omnibus aliis, in quibus compatiuntur, neque in vim nouationis, neque ope exceptionis alterantur, & adueniente tempore, erit in electione actoris agere ex obligatione, qua voluerit: Et idem erit quando prima eſſet puta, ſecunda conditionalis: & ad hoc, Gratian. allegat, Imolam, Paul.de Caſt. Alex. Ant.Gabriel. Mant.Surd. atque Maſcard. *concl.1107.n.13.*

21 Et quod incompatibilitas taliter inducat nouationem, quod non ex primo actu tanquam reformato, ſed ex vltimo tanquam renouato agi debeat, tenet etiam Gratian. *tom.3. cap.509.n.23. & 24. & cap.553. num.34. & tom.4. cap 78. à num.17.* verſ. *Tunc enim ſtante iſta incompatibilitate videtur receſſum à priori actu per ſecundum, etiam ſine aliqua expreſſione, &c.* & in *tom 5.cap.864.n.8. & cap.874 num.26.& 27. & cap.962. à n.54.* Capycius Galeot.*controuerſ.lib.1.controuerſ.32. à num.17.* Per eandem rationem idem procedit in legibus, ſtatutis, ſententiis, pactis, tranſactionibus, & quibuſcumque contractibus; quia poſteriora prioribus derogant, quando ſunt incompatibilia, quæ ad inuicem pugnant, & concordari non poſſunt; *l. pacta nouiſſima, C.de pactis*, vbi Dec.*num.5.* Gutier. *de iuramento confirmatorio, part.1. cap.63.n.9. verſ.fin.* Gratian.*tom 2.d.cap.190.num.24.*

22 Per hanc tandem regulam, leges, & doctrinas in materia incompatibilitatis, ſecurè deciditur illa dubia quæſtio, excitata ſuper *legem 17. & 44. Taur.* hodie *l.1. tit 6. & l.4. tit.7. lib.5. Recopilation.* & à regnicolis inculcata, cum ſit ſæpè ſæpiùs contingibilis; nam ſuppoſita reſeruatione, quæ per diſpoſitionem *dict.l.17 & 44.Taur.* conceditur ad reuocandam meliorationem Tertij, & Quinti, vel maioratus fundationem etiam factam virtute regiæ facultatis, inquiri ſolet, vtrum cenſeatur renuntiatum tali reſeruationi, & facultati reuocandi, quando in melioratione vel maioratus fundatione fuit pactum appoſitum, vel clauſula de non reuocando? Et licèt videatur dicendum, quod nihilominus debuiſſet cenſeri reuocabilis, nam *dicta l.27.* per modum regulæ generalis ita dicit: *quando el padre, ò la madre mejorare a alguno de ſus hijos ò deſcendientes legitimos en el tercio de ſus bienos en teſtamento, ò en otra poſtrimera voluntad, ò por otro algun contrato entre viuos, ora el hijo eſte en poder del padre, que hizo la dicha mejora ò no, haſta la hora de ſu muerte la pueda reuocar quando quiſiere,*
& dict. l.44. ibi: *El que hiziere algun mayorazgo,* 23
aunque ſea con authoridad nueſtra, ó de los Reyes que de nos vinieren, ora por via de contrato, ora en qualquiera vltima voluntad deſpues de fecho pueda lo reuocar à ſu voluntad. Quam regulam tanquam generalem firmant tres caſus ab ipſiſmet legibus exceptuari. *Primus*, quando poſſeſſio rerum fuit data. *Secundus*, quando inſtrumentum meliorationis, ſeu maioratus fundationis coram Notario fuit traditum: *Tertius*, ſi melioratio vel donatio per viam maioratus, fuiſſet facta, & ex cauſa onerola matrimonij, vel cum tertio; & nullus eorum eſt prædictus caſus, quando fuit appoſitum pactum de non reuocando,
tunc enim cùm opponatur actui de ſui natura reuo- 24
cabili, videtur, quod tale pactum ſeu clauſula de non reuocando debet ſequi naturam illius actus, cui ad-
hæret. Quibus & aliis rationibus, & per textum in 25
l.cum precario,12. ff.de precario, vbi vitiatur pactum, & reiicitur, quando eſt contra ſubſtantiam contractus, defendunt, ex tali clauſula, vel pacto de non reuocando non effici irreuocabilem, fundationem Maioratus, Granatenſis, Pelaez de Mieres *de Maioratib. part.1.quæſt.30. à num.6.* Cordubenſis Angulo *de meliorat. in dict. l.1. gloſ.8. à num.4.* Luſitanus Petrus Barboſ. *in l.qua dotis 34. à num.15. verſ. amplia tertio, deciſionem dictæ legis, vbi ita donatur, ff.de donationibus cauſà mortis: Etiam procedere in Maioratu conſtituto cum pacto de non reuocando, &c.* vbi ita format hanc noſtram quæſtionem: *Quod vt facilius percipias; ſciendum eſt, ſecundum leges regni Caſtellæ, maioratum etiam conſtitutum per modum contractus, & cum licentia Principis, reuocabilem eſſe, præterquam in duobus caſibus, quando ſcilicet Maioratus traditio facta eſt, vel ille conſtituitur ex cauſa onerosa, vt diſponitur per legem Tauri 44. quæ hodie eſt l.4. tit.7. lib.5. ordinam. pone igitur, Maioratum ſimpliciter fuiſſe ordinatum cum pacto de non reuocando, vtrum per illud pactum efficiatur irreuocabilis?*

Attamen, quod ex tali pacto, ſine clauſula de non 26
reuocando fiat maioratus irreuocabilis, docet equidem atque concludenter noſtra regula Incompatibilitatis; nam cùm ſimul eſſe non poſſint pactum de non reuocando, & quod ſit Maioratus reuocabilis, ad poſitionem vnius contrariorum ſequitur alterius deſtructio: & quod tale pactum, aut clauſula de non reuocando operetur expreſſam renuntiationem legis ac præciſam reuocationem reſeruationis in eius fauorem introductæ per eandem legem, prout in *dicta l. fin. C.de nouationibus*, vbi, licet deciſum extet pro regula, quod non præſumatur nouatio, & pro exceptione quæ firmat regulam in contrarium, niſi expreſsè de ea agatur; nihilominus ſi detur incompatibilitas, ſeu contrarietas, taliter nouatio inducitur, ac ſi expreſſiſſimè de ea ageretur, ſecundum iura & doctrinas ab omnibus communiter receptas, in *hoc cap.* allegatas *à num.1.*

Quod procedere non dubites, etiamſi apponatur 27
per viam additamenti, vt deducitur ſatis concluden-

ter ex Auguſt. Barboſ. *axiom.13. verb. additamentum, num. fin.* vbi rationem reddit, ita dicens: *Niſi additamentum repugnet ſubſtantia rei, cui adijcitur, quia hoc potius deſtruit, vt de pacto de non reuocando in donatione cauſa mortis, de conuentione in pratoria ſtipulatione, & ſimilibus, qua inducunt nouam diſpoſitionem, & nouam ſubſtantiam, quia ſibi non communicant, neque inuicem compatiuntur.* Oldrad. *conſil.172. in princip.n.5.* quem refert Cardiualis Tuſchus *tom.1. litera A. dict. concl.182.n.13.*

28 Vnde recognoſcitur ratio decidendi ad textum in *l.vbi ita donatur 27.ff.de donation.cauſ.mort.* vbi ex eo quod in donatione cauſa mortis fuit appoſitum pactum, ſeu clauſula de non reuocando, facta fuit irreuocabilis, & per neceſſariam conſequentiam tranſiuit in donationem inter viuos: nam cum donatio cauſa mortis ſit incompatibilis cum tali pacto, vel clauſula, vt nullo caſu reuocetur; quia donatio cauſa mortis reuocabilis eſt vſque ad extremum vitæ exitum, *l.1. & 2. l.mortis cauſa 16. l.illud 37. ff. de donationibus cauſa mortis*, & talis clauſula de non reuocando operetur irreuocabilitatem, ſequitur, quòd tanquam repugnantes ſimul ſtare non poſſint, & quod ad poſitionem vnius ſequatur alterius deſtructio; ac proinde quod ex irreuocabilitate, quam vult donator, inducatur renuntiatio facultatis reuocandi, qua ſublata, donatio pura remaneat inter viuos, maximè, quia in caſu *dicta l.vbi ita donatur*, verba donationis factæ mortis cauſa ſe compatiuntur cum donatione inter viuos, & neceſſariò non impugnant eam; nam poteſt intelligi, quod propter cauſam mortis moueretur ad donandum inter viuos: Bart. *in dict.l.vbi ita donatur, in princip.verſ.ſed iſta verba*; & cum à voluntate donantis dependeat facere donationem irreuocabilem inter viuos, & donationem reuocabilem cauſa mortis, etiamſi apponatur verbũ, *Cauſa mortis*, clauſula, vel pactum de non reuocando, excludit dubium; atque tanquam expreſsè, imò neceſſariò declarat ſpeciem donationis inter viuos, quippe illud pactum incompatibile eſt cum donatione cauſa mortis.

29 Ita eodem modo dicendum eſt in propoſita quæſtione, nam cùm à voluntate fundatoris dependeat, vtrum velit facere Maioratum reuocabilem, aut irreuocabilem, ſi in Maioratus fundatione apponatur pactum, de non reuocando, cum ſit incompatibile cum Maioratu reuocabili, ſequitur per neceſſe quod talis clauſula, ſeu pactum de non reuocando, excludit omnem dubitationem, & tanquam expreſsè imò præcisè declaratum extet, quod voluit facere ſpeciem Maioratus irreuocabilis, ideoque ex deciſione *d.l.vbi ita donatur*, & eius ratione decidendi, neruosè defendunt, quod ex tali pacto, ſeu clauſula de non reuocando, erit ſpecies Maioratus irreuocabilis. Tel-
30 lus Fernand. *in l.17.Taur. n.99.* Peralta in *l.cum Pater, §. à filia, num.32.ff.de legat.2.* Dom. Molin *de primog.lib.4.cap.2. à n.40. vſque ad n.53.* Ioan. Gutierrez *lib.2.pract. quæſt.77.* Burg de Paz, *conſ.26.n.4. & 21.* Pater Molin. *de iuſt. & iure, tom.3. tract.2.diſput.587. num.2.* Caldas Pereira *de poteſtat. eligendi, & nominat. reuocat. cap.2. à num.24. cum ſeqq.* Fontanel. *de pact. nuptialibus, clauſ.4. part.2. gloſ.21. à n.66.* Morquech. *de diuiſione bonorum, lib.2.cap.6. à num.52.* D. Ioannes del Caſtill. *lib.5. cap.109. num.19.* & magis ex profeſſo, vbi videndus eſt, in *cap.80. ad fin. in additione: & in cap.119. n.34. & 35.* Moneta *de commut.vltim.volunt. cap.9. de fideicommiſſorum derogat. num.424.* & Additionatores ad D. Molin. *dict.lib.4. cap.2.ſuper num.40.vſque ad 54.* vbi referentes quæſtionem noſtram in caſu fundationis virtute Regiæ facultatis, idem reſoluunt per regulam noſtram, ibi: *His ſuperaddendum cenſemus, quod pactum de non reuocando, idem operatur, quod renuntiatio expreſſa facultatis quoad effectum non reuocandi. Ioannes Gutier. lib.2. pract. quæſt.77. in fine, verſ. at vero præcedens: alias repugnantiam contineret: nam cum ſit quid incompatibile, Maioratum reuocari poſſe virtute Regia facultatis, & non poſſe ratione pacti de non reuocando; ſuccedit regula, quod inter incompatibilia, poſitio vnius inducit renuntiationem alterius: l.hac verba.ff.de verb. ſignificat. l. ſi cui legatum, ff.de condit.& demonſt cum aliis relatis à Baldeſio in addition. ad Roderic.Chiar. ampliat.10.num.48. in fin.*

31 Et an idem in electione, ſeu nominatione ad Maioratum facta cum promiſſione de non reuocando videndus eſt Caldas Pereira *de poteſt.eligend.& nominat. reuocat. 3.part. cap.2. num.24.* D. Præſes atque Epiſcopus Salmanticenſis Valençuela Velaſquez *conſil.63.ex n.34* D. Caſtill. *lib 5.cap.80.n.6.& 36.*

32 Quapropter recedendum non eſt in iudicando & conſulendo ab hac ſententia, quæ vt verior quotidie in iure practicatur in omni foro & Senatu; quidquid in contrarium contendant Mieres, Angulo, & Barboſ. quia ſua fundamenta ex ſola noſtra regula euaneſcunt.

33 Et non obſtat text.in *d.l.cum precario 12 ff.de precar.* Quia *ibi* pactum cum clauſula, vt in Kalendas Iulias precario poſſideat, cum quo fuit cõceſſum precarium, non erat incompatibile cum precario, cum recipiat interpretationem compatibilem cum eo, quod eſt reuocabile ad libitum concedentis; nam ibi tempus non fuit appoſitum ad hoc, vt eſſet irreuocabile vſque ad Kalendas Iulias, ſed gratia finiendi precarij in prædict. Kalend. ad hoc vt tunc temporis res conceſſa vacua relinqueretur; & nihilominus ille, qui conceſſit, liberè potuiſſet quandocumque reuocare precarium; aliter enim ad hoc vt pactum eſſet incompatibile, ac neceſſario repugnans, continere debuerat, quod non poſſet reuocari vſque ad Kalendas Iulias. Quæ interpretatio ac verus intellectus deducitur ex mente Gloſſæ, *verſ.conuentionis, in d.l.cum precario*, ibi: *Aliud eſt ad certum tempus, vt hic: aliud conuenire de non reuocando ad certum tempus, vt ibi:* id eſt, *in l.commodato §.ſicut, ff.commodat.* & licet Gloſ. non alleget, eam, ſequitur Raphaël Cuman. *in d.l.vbi ita donatur. n.3.* dum dicit: Reſpondeo, quod ibi fuit conceſſum precarium vſque ad certum tempus & quæritur nunquid antea poſſit reuocari? certè ſic: licèt videretur facta conceſſio vſque ad illud tempus: nam illud tempus fuit gratia finiendi, non autem ad faciendum illud irreuocabile.

34 Quam ſolutionem non minus clarè explicat D. Antonius Pichard. *in princip. Inſt.de donat. à n.6. vſque ad n.12.* vbi ita concordat *dict. l.vbi ita donatur*, cum *dict. l. cum precario.* Quamuis non alleget nec Gloſſam, nec Cumanum, ita dicit *num.10.* Tamen in *d.l. cum precario*, incertum erat quod contrahentes ſenſiſſent illis verbis, vt in Kalendas Iulias precario poſſideat, qui rem accepit, dicebat, ea verba ſignificare ante Kalendas Iulias ius non eſſe Domino reuocandi precarium: qui conceſſit aſſerebat; verbis non mutari ſubſtantiam contractus: ſed adiecta fuiſſe, vt ſignificarent, poſt Kalendas Iulias non amplius futurum eſſe ius poſſidendi, ei qui accepit, idque Conſultus admiſit, quia conuenit naturæ illius contractus; quod planè oſtendit, ibi: Nulla vis eſt huius conuentionis, vt rem alienam Domino inuito poſſidere liceat: quam interpretationem inſinuant illa verba, in Kalendas Iulias: fiebant enim olim Romæ domorum migrationes Kalendis Iuliis, ſi credendum

eſt

Digitized by Google

eſt Antonio Auguſt. qui ex variis obſeruat. *lib.*4. *emendat. cap.*16. vnde qui ſex anni menſibus ad Kalendas Iulias domum habitandam concedit, non videtur velle, vt vſque ad illud tempus poſſideat, qui rogauit, etiam eo inuito; ſed ea verba adieciſſe creditur, vt qui accepit intelligat, poſt id tempus ſibi non amplius futurum eſſe ius poſſidendi, ſed vacuas ædes relinquere debere futuro inquilino. Hæc Pichardus.

Atqoe ita abſque vllo impedimento procedit reſolutio propoſitæ noſtræ quæſtionis.

Quando autem Maioratus reuocari poſſint vel
35 non? ad intelligentiam *l.*17.*&* 44. *Tauri*, cum multis ampliationibus & limitationibus, videas Balthaſarem Thomaſium *tract.*9. *de maioratib. tit.*16. quibus caſibus reuocatio excludatur, vel procedat? *c.*4. *per totum.* Cum hoc itaque imponitur finis huic quæſtioni, ad laudem Dei optimi Maximi.

CAPVT IV.

An detur Incompatibilitas in ſcientia Legali, ſeu Iuriſprudentia.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſprudentia eſt ſcientia, & vera Philoſophia, & inter alias ſcientias connumeratur, & n.*2.

3 *Incompatibilitatis materia inuenitur maximè in Iuriſprudentia, quod quamplurima probant leges, & referuntur aliqua, & n* 4.

5 *Filius maior natiuitate, attamen poſterior in legitimitate, & filius prior in legitimitate, attamen poſterior natiuitate, ſi concurrant ad ſucceſſionem Maioratus, quis eorum præferri debeat?*

6 Primogeniti *vox, eſt nomen iuris denotans excluſionem naturalium, & n.*7.

8 *Ius quæſitum tempore habili, non debet tolli per ius alteri ſuperueniens.*

9 *Filius prior legitimus, licèt poſterior natu, præoccupat lineam primogenituræ, & ius illud ſibi quærit in ſpe inuariabile.*

10 *Vocati in ſolidum ſub duabus qualitatibus, vel conditionibus, licet aliquis prius vnam obtineat, ei præfertur alius, qui poſtea ambas obtineat.*

11 *Retrotractio non procedit in præiudicium Tertij, cui intermedio tempore ius fuiſſet quæſitum.*

12 *Mater filij, qui prior fuit in legitimatione, licèt poſterior in natiuitate, remaneret decepta, & defraudata, & eius proles, ſi in ſucceſſione Maioratus præfertur alter poſterior in legitimatione, licet prior in natiuitate.*

13 *Retrotractionis fictio tranſlatiua non debet præualere veritati.*

14 *Veritas præualet fictioni.*

15 *Retrotractio non habet locum, licèt extrema ſint habilia, ſi medium ſit corruptum, cum non poſſint coniungi.*

*Redditur ratio, & demonſtratur exemplo, n.*16.

17 *Filius prior in legitimatione, licèt poſterior in natiuitate, quod præferri debeat alteri priori in natiuitate, poſteriori in legitimatione, tenent, & defendunt quamplurimi Doctores.*

18 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, niſi de contraria voluntate inſtitutoris expreſsè conſtet, eſt capax ad ſuccedendum in Maioratu tanquam cæteri filij legitimi, & naturales.*

19 *Vocatio de primogenito, ſeu de filio maiore, conuenit legitimato per ſubſequens matrimonium, tempore, quo ſucceſſio defertur.*

20 *Vocatio de primogenito, ſi in ea dicatur quòd ſuccedat legitimus & naturalis, & de legitimo matrimonio natus, non conuenit ex voluntate inſtitutoris legitimato per ſubſequens matrimonium, maximè in præiudicium ſubſtitutorum.*

21 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium eſt verè, & realiter legitimus, & non per fictionem.*

22 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, non ſolum eſt verè legitimus, ſed etiam æquè capax ad ſuccedendum tanquam cæteri filij ab initio legitimi.*

23 *Maioratus inſtitutor præſumitur voluiſſe, ſe conformare cum diſpoſitione,* cap. tanta eſt vis, *& num.*24.

25 *Tempus delatæ ſucceſſionis debet attendi ad hoc, vt tunc in ſucceſſore ſint qualitates, quas habere debet ad ſuccedendum.*

26 *Hæreditas, vel legatum pertinet ad eum, in quo impleta inuenitur conditio tempore delatæ ſucceſſionis.*

27 *Proximitas, vel alia qualitas ad ſuccedendum in Maioratu, attenditur tempore mortis vltimi poſſeſſoris.*

28 *Maioritatis qualitas debet attendi tempore delatæ ſucceſſionis, & n.*29.

30 *Primogenitura qualitas ad ſuccedendum in Maioratu eodem modo requiritur, quod proximitas gradus in ſucceſſionibus hæreditariis, & num.*31.

32 *Vna eademque res non debet diuerſo iure cenſeri.*

33 *Legitimatus remanet filius per ſubſequens matrimonium, etiamſi pater, intermedio tempore, cum alia contraxerit nuptias.*

34 Lex, in ſubſtitutione, in 2. reſponſo, ff. de vulg. & pupill. *& eius caſus refertur in fauorem legitimati.*

35 Lex 1. C. de Conſulibus, lib. 12. *refertur ad intentum pro filio legitimato contra legitimum, & naturalem poſtea natum.*

36 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium eſt legitimus quoad omnes effectus, & maximè quoad ſuccedendum in bonis patris.*

37 *Legitimatus partim quoad ſuccedendum in bonis paternis, partim non quoad ſuccedendum in Maioratibus; & quod diuerſo iure cenſeatur vna, eademque res, eſt quid incompatibile.*

38 *Legitimatum eſſe in duplici ſtatu, vno eodemque tempore, non compatitur de iure noſtro, & n.*39. *&* 42.

40 *Seruum eſſe partim, & partim liberum, incompatibile eſt.*

41 *Effectus contrarios vna eademque res pon poteſt habere.*

Nec vna, eademque res diuerſo iure cenſeri, numero 42.

43 *Contraria, veluti legitimatum eſſe, & illegitimatum eſſe, poſſunt dari reſpectu diuerſi temporis, & num* 44.

*Contra in caſu ſpeciali legitimati, n.*45.

45 *Legitimatum eſſe, & legitimatum non eſſe reſpectu diuerſi temporis, non poteſt dari in legitimato contra voluntatem iuris, & hominis, qui volunt, quod non ſolum ex nunc, ſed ex tunc temporis ſit legitimus.*

46 *Vna, eademque res non debet diuerſo iure cenſeri ex diſpoſitione legis, vel hominis, niſi expreſsè contrarium diſponat.*

47 *Inſtituer*

Digitized by Google

47 *Inſtituter Maioratus præſumitur velle eum admitti ad ſucceſſionem, qui fuerit habilis tempore delata ſucceſſionis.*

48 *Filius legitimus, & legitimatus, dum pater viuit ſtant in potentia ſuccedendi.*

49 *Filius legitimus, & legitimatus nonniſi poſt mortem patris præoccupant lineam primogenituræ.*

50 *Potentia vnius eſt impeditiua potentiæ alterius, quando vterque habet potentiam, quocumque tempore ſit adquiſita.*

51 *Filius prior in natiuitate, quamuis poſterior in legitimatione, quod præferri debeat filio priori in legitimatione, licet poſteriori in natiuitate in ſucceſſione Maioratus, defenditur ex authoritate quamplurium Doctorum.*

52 *Primogeniti nomen non eſt excluſiuum naturalium, ſi legitimus habeat fratrem maiorem natu habilem ad conſequendam legitimitatem per ſubſequens matrimonium.*

53 *Legitimatus, qui præoccupauit illam naturalem qualitatem in maioria, à principio, & ſemper fuit in potentia ſuccedendi.*

54 Primogeniti *vox, eſt nomen naturæ, quod adquiritur in naſcendo.*

55 *Filius naturalis, qui poſtea fuit legitimatus, præoccupauit ſpem, & potentiam ſuccedendi antea quam legitimus & naturalis deinde naſceretur ex alia matre.*

56 Lex 1. §. ſi apud hoſtes, ff. de legitimis tutoribus *refertur.*

57 Lex, Si necem 4. §. ſi deportatus, Digeſtis de bon. libert. *ponderatur ad quæſtionis reſolutionem.*

58 *Primogenitura in vita patris non adquiritur purè, & perfectè per filium legitimum, & naturalem; ſed potentiâ.*

59 *Primogenitus intelligi debet de eo, qui tempore mortis patris, & delata ſucceſſionis fuerit primogenitus.*

60 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium omni tempore fuit libera ad operandum ſuum effectum, qui non fuit contrarius, ſeu repugnans.*

61 Lex, quoties, C. de rei vindic. *intelligitur cum quadam diſtinctione.*

62 *Potentia, ſeu ſpes ſuccedendi dum pater viuit; & donec pater contrahat, vel non, ſecundas nuptias; eſt conditionalis quoad filios, legitimatum, & legitimum: & declaratur exemplo.*

63 *Retrotractio datur in præiudicium Tertij, cui medio tempore ius ſibi non perfectè fuit quæſitum.*

64 *Mater legitimi, qui poſterior fuit natu, quam legitimatus, non remanet decepta, cum ſcire debuerit, quod maritus poſſet, eâ mortuâ, cum concubina contrahere, & filium naturalem legitimum fieri per ſubſequens matrimonium.*

65 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium præſumptione iuris & de iure pro veritate habetur, & non per fictionem,& n.66.*

67 *Extremum à quo, & extremum ad quod poſſunt coniungi, quando medium non eſt corruptum, nec totaliter deſtructum, ſed tantummodo impeditum, aut ſuſpenſum.*

68 *Incapacitas medij temporis non vitiat.*

69 *Legitimatus maior natu, licet poſterior in legitimatione, præferri debet legitimo, qui prior ſit legitimus, & poſterior natu, licet ad ſucceſſionem Maioratus vocatus ſit filius legitimus de legitimo matrimonio natus, & numero 70. & 71.*

72 *Legitimatus prior in natiuitate; poſterior in legitimatione non præfertur legitimo, & naturali, ſi expreſsè excludat teſtator legitimatos per ſubſequens matrimonium.*

ARGVMENTVM.

An detur materia incompatibilitatis in ſcientia noſtra Legali, ſeu Iuriſprudentiæ? vbi ex nonnullis eius regulis, maximè ex regula, *Ius noſtrum non patitur 7. ff. de reg. iur.* enodabitur illa intricata quæſtio, quæ exoritur quando aliquis in Maioratu ſucceſſor ex concubina filium ſuſcepit naturalem; deinde vxorem duxerit, & ex ea legitimus ei natus eſt filius, mortua autem ſua legitima vxore, poſtea ſecundas cum dicta ſua concubina contraxit nuptias, ex quibus naturalis prior eius filius legitimus redditur per diſpoſitionem textus in *cap. tanta eſt vis matrimonij. Qui filij ſint legitimi.* Et mortuo patre contendunt ad ſucceſſionem Maioratus filius legitimatus tanquam maior, & filius legitimus licet minor tanquam primus in legitimatione, quis eorum præferri debeat?

IVriſprudentia eſt ſcientia, quam veram vocant *Philoſophiam*: Iuriſconſultus Vlpianus in *l. 1. ff. de iuſt. & iur.* Accurſius *ibidem, verb. ni fallor,* & in *proœmio Digeſtorum, in princ. verſ. Profeſſores legitimæ ſcientiæ, &c.* & in *verſ. Prima veſtigia, &c.* & *in fin. verſ. Hæc ſola ſcientia finem habet mirabilem: l. 1. C. de ſtud. liberalib. lib. 11.* 1

Quare inter alias ſcientias debet connumerari: 2
vt poſt Chaſſaneum *in Catalogo gloriæ mundi, part. 10. conſideratione* 18. Ludouicum Peleum, *de confutatione eorum, qui eiuſdem ſcientiam negant.* Petrum Andr. de Gamma, *de veritate ſcientiæ legum.* Bermundez de Pedraça *in Arte Legali, capit. 4. per totum.*

Idcirco in hâc noſtra ſciêntia Legalî datur in- 3
compatibilitas. Probatur ex quamplurimis ciuilibus legibus; quarum magis conducibiles ad Maioratus materiam, ſunt lex, *ſicut 5. l. tranſlatio. 6. l. ſi legatum 10. ff. de adim. legat. §. vnico in fine, Inſtitut. de ademptio. legat.* vbi ex diſpoſitione hominis prohibitus eſt concurſus perſonarum in re legata, vel fideicommiſſaria; veluti, *ſi quod Titio legaui, Seio delego,* ſiue in eodem teſtamento, ſiue in codicillis: hoc caſu ſimul & Titio adimi videtur, & Seio dari; quia ex voluntate mea non eſt compatibile, quod concurrat Titius, & Seius; & legatum, ſiue fideicommiſſum, quod ſub vna conditione adimitur, ſub contraria conditione datum intelligatur.

Referre omnes leges, quæ probant, quod mate- 4
ria Incompatibilitatis maximè inuenitur in noſtro Iure Ciuili, & eas in ſpecie ſui caſus ponderare, eſſet valde laborioſum, quia ſunt quamplurimæ; ſat erit aliquas ſummo digito indicare & abſque explicatione allegare: prout ſunt *lex, Mutius 30. ff. pro ſocio: leg. hæc verba 124. ff. de verb. ſignif. l. vbi repugnantia 148. ff. de reg. iur. l. Rogo 21. verſ. Quid enim*

tam contrarium, ff. de fideicom. libertat. l. eleganter 23. *§. ſi quis poſt. ff. de condict. indebit. l. Papinianus* 8. *§. ſi quis irritum, ff. de inoffic. teſtam. l. qui ſeruum* 34. *ff. de obligat. & act. l. poſt diem* 7. *ff. de leg. commiſſ. l.* 3. *§. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. l. ſi inter* 15. *§.* 1. *ff. de except. rei iudic. l. Titia, ff. de condit. & demonſt. l. ſi teſtamentum* 6. *ff. de petit. hered. l. quamuis* 39. *l. illud* 77. *ff. de adquir. hared. l. ſi duobus* 5. *verſ. Sed ſi vnum ex legatis, ff. de leg.* 2. *l. quod in haredem, §. eligere, ff. de tribut. act. l. ſi libertus* 17. *§. praſcriptio. verſ. Sed eodem tempore non ſunt honores in duabus ciuitatibus ab eodem gerendi, ff. ad municipalem, l. quod contra* 183. *§. vni duo, ff. de reg. iur. l. ſi ita ſcriptum* 14. *ff. de leg.* 1. *l.* 1. *C. de furtis, l. contra maiores* 16. *ff. de inoffizioſo teſtam. l. ſcriptura* 14. *C. de fide inſtrum. l. optimam, §. fin. C. de contrahend. & committ. ſtipulatione.*

5 Quæ, & aliæ plurimæ leges id concernentes præbent anſam diſſerendi illam problematicam, ac ſatis perplexam quæſtionem, à quamplurimis ſapientiſſimus agitatam Doctoribus, inter ſe pro ſua ſententia repugnantibus; an in primogeniorum ſucceſſione præferri debeat tanquam primogenitus filius Maior natu à principio naturalis tantùm, attamen ſecundariò legitimatus per ſubſequens matrimonium; vel filius minor natu, ſed legitimus priuſquam eius frater legitimaretur: & licet tempore vacantis Maioratus per mortem patris ambo ſint legitimi & naturales, nihilominus ille contendit tanquam prior in natiuitate, hic tanquam prior in legitimitate; quod euenire aſſolet, quando pater ex ſua concubina naturalem procreauit filium poſteaque cum alia legitimè contrahit matrimonium, & ex ea alius procreatus eſt filius legitimus ac naturalis, vxore autem à vita decedente, pater reuertitur ad concubinam, & cum ea ſecundas init nuptias, ex quibus filius naturalis ex ea procreatus efficitur legitimus, *§. ſi vero ſolummodo, in fine, authent. quib. mod. natur. efficiant ſui, cap. tanta eſt vis matrimonij: qui filij ſint legitimi, l.* 1. *titul.* 13. *part.* 4.

6 Pro filio priori in legitimatione, licet minori natu, vrgent ſequentia.

Et in primis, nam hoc nomen, *Primogenitus*, eſt nomen iuris denotans excluſionem naturalium, vt probat Alexand. Raudenſis *de analogis lib.* 1. *num.* 90. ex Ioanne le Cirier *de primogen. lib.* 1. *quaſt.* 5. *num.* 2. D. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 4. *à num* 45. Et hoc ius primogeniti, ſiue primogenitura adquiritur in vita patris abſque eo quod ſit neceſſe expectare ad tempus delatæ ſucceſſionis, ſed ſtatim ex quo naſcitur: *leg.* 40. *Taur.* Tiraquellus *de primogen. quaſt.* 40. *num.* 123. *& n.* 200. Mieres *part.* 2. *in initio, num.* 475. *& à num* 503. *vſque ad num.* 506. D. Molin. *libro* 3. *cap.* 6. *num.* 15. *&* 37. Velaſquez de Auendaño *in dict. l.* 40. *Taur. gloſ.* 1 *à num.* 31. *vſque ad num.* 37. & poſt Robles de Salzedo, Marium Giurbam *de feudis*, & alios Ioan. Chriſtophor. de Suelues, *tom.* 2. *conſil.* 95.
7 *per totum*, maximè *à num.* 14. Sed in caſu propoſito, filius legitimus, fuit primus in iure ſucceſſionis excluſiuo iuris naturalis viuente patre. Ergo fuit primogenitus, ideoque præferri debet.

8 Secundò confirmatur ex eo, quod ius prius alicui quæſitum tempore habili, non debet tolli per ius alteri ſuperueniens: *leg. cum haredes §.* 1. *de acquirend. poſſeſſ. authent conſtitutionem, qua ex adſcriptitia & libera natos, &c. in princip. & in §.* 1. *cap. ſi pro te de reſcript. in* 6. & mirificè probat Decius *conſil.* 247. *à num.* 4. *vſque ad num.* 7. Ancharan. *conſil.* 398. *num.* 5.

9 Sed ſic eſt quod filio legitimo fuit prius ius quæſitum ad ſuccedendum in Maioratu tempore habili, quia tanquam à principio legitimus ac naturalis, primò, abſque impedimento aliquo præoccupauit lineam primogenituræ, & ſibi adquiſiuit, & ſuis deſcendentibus, illud, licèt in ſpe, inuariabile ius ſuccedendi in Maioratu, ad cuius ſucceſſionem regulariter primò natus cum illa qualitate *legitimi*, inſimul ac *naturalis*, vocatus eſt ſecundum conſuetudinariam, ac regularem Inſtitutoris ordinationem; Ergo hoc ius, per alterum ſuperueniens poſteriùs legitimato filio non poteſt tolli.

Probatur tertiò, nam ſi duo, pluresve inſolidum 10
vocati ſunt ſub duabus conditionibus, vel qualitatibus, ad aliquam rem perfectè obtinendam, is qui primò ſimul adeptus ſit vtramque qualitatem, potior erit alio quocumque, licèt priore in obtinendo aliquam ex duabus qualitatibus: *l. quoties duobus* 15. *Cod. de reiuendicat.* Sed legitimus priùs obtinuit duas illas qualitates, naturalitatis, & legitimationis; ergo licet filius naturalis priùs obtinuerit qualitatem illam tantùm naturalitatis, nihilominus legitimus & naturalis potior eſt, atque præferendus: *argum. d. l. quotiens duobus.*

Quartò, ſi aliquo iure ad præcedentiam conten- 11
dere poſſet legitimatus per ſubſequens matrimonium, eſſet iure retrotractionis, quam fingit *dict. cap. tanta eſt vis matrimonij qui filij ſint legitim.* quæ retrotractio non procedit in præiudicium Tertij, qui intermedio tempore habeat ius quæſitum: vt docet Paul. de Caſtro in *l.* 3. *num.* 4. *ff. de teſtament.* Ioann. Baptiſt. Coſta *de Retrotractione cap.* 8. *caſu* 32. *num.* 15. *&* 16. *& cap.* 9. *caſu* 16. *num.* 8. quia retrotractio eſt de æquitate: *l. poſtliminium* 19. *in princ. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* Et æquitas impedit omne illud, quod eſt in præiudicium Tertij: *leg. nam hoc natura* 14. *ff. de condit. indeb.* Bald. *in l.* 1. *Cod. an ſeruus ex ſuo fact.* Tiraquel. *de primogen. quaſt.* 34. *num.* 19.
Monter. de la Cueua *deciſ. Aragon.* 50. *num.* 17. Sed 12
ſic eſt, quod ſi legitimatus præcederet iure retrotractionis in ſucceſſione Maioratus, redundaret in graue præiudicium Tertij, ſcilicet filij legitimi. & etiam eius matris, quæ remaneret decepta, & defraudata in contractu matrimonij, nam à communiter accidentibus mulieres Nobiles & diuites contrahunt cum ſucceſſore Maioratus contemplatione futuræ ſucceſſionis, quæ deferri ſperant ad prouiſionem filij primogeniti, ac eius poſteritatis, cum aliter non eſſent contracturæ, prout ſubtiliter ponderat Pat. Molina, *tract.* 2. *diſput.* 172. *num.* 8. Ergo legitimatus non debet præcedere in præiudicium legitimi, ac iuris ipſi acquiſiti.

Quintò, ſi filius legitimatus præferretur in ſucceſ- 13
ſione Maioratus, daretur quod fictio tranſlatiua retrotractionis præualeret veritati, quia filius legitimus verè fuit antea legitimus, at verò legitimatus fictione
iuris tantum eſt legitimus, *d. cap. tanta.* Sed in iure 14
non debet præualere fictio veritati, quia ſemper veritas præualet fictioni: *l. filio* 23. *ff. de lib. & poſt.* ibi: *Ne imagine natura veritas adumbretur.* Ioan. Baptiſt. Coſta *de retrotractione, cap.* 2. *n.* 10. *&* 11. Ergo præferri non debet legitimatus priori legitimo.

Sextò, comprobatur per regulam ſupra deductam 15
ex *d. l. bonorum* 24. *ff. de rem rat. haber.* vbi probatur, quod licet extrema ſint habilia non poſſunt coniungi, ſiue retrotrahi, ſi medium eſt corruptum, *l. fin. ff. de fluminib. l. qui ſella §. fin. ff. de ſeruit. ruſtic. l. tria pradia, ff eod. l. Titius* 4. *ff. qua res pign. oblig. non poſſunt, leg. quotiens* 14. *verſ. fin. ff. de nouatio. l. neceſſario* 8. *§. quod ſi pendente, ff. de per. & commod. rei vend. cap. ſi pro te* 13. *de reſcriptis in* 6. Paul. de Caſtro *conſil.* 422. *num.* 3. *lib.* 1. Decius *conſ.* 247. *à num.* 4.

vſque

Digitized by Google

vſque ad num.7. Caldas de nominatione emphyteut. quaſt.13. num.52. Surd. conſil.8. num.17. & conſil.136. num.34. Anton.Monach. deciſ.Florentina 62. num.18. Ioan. Baptiſt. Coſta de retrotractione cap.7. per tot. maximè à num.4. Auguſtin. de Barboſ. verb. Extrema, axiomat.91.num.2. & verb. Medium, axiom.145. num. 4.

16 Ratio redditur, quia incompatibilis eſt cooiunctio extremorum duorum, à quo, & ad quod, ſcilicet extremi de tempore natiuitatis, ac extremi de tempore legitimationis, quando pons, tranſitus, ſiue medium per quod de vno ad aliud extremum percurtendum erat deſtructum eſt, vel cum obſtaculo ſiue aliquo impedimento. Exemplum ponitur in cordula, ſi aliquis vellet eam exteodere de vno ad aliud caput ſcalarum; tiam ad hoc vt caput vtrumque complecti poſſit, neceſſe eſt quod in medio non habeat obſtaculum, imo quod ipſa cordula habeat liberum tranſitum de vno capite ſcalarum ad aliud: Ita exemplificat ex Thoma-Doctio conſ.33.num.18. Ioan. Baptiſta Coſta de retrotractione dict. cap.7. n.1. in fin. Sed ſic eſt, quod in noſtro caſu medium eſt corruptum, vel cum impedimento primi matrimonij intermedio tempore à patre contracti: Ergo, &c.

17 Nonnullis etiam aliis rationibus, & argumentis hanc firmiſſimè ſequuntur, ac defendunt ſententiam Tancredus in ſuis quaſtionibus quaſt.9. Bartholomæus Brixienſis quaſt.55. Ioan. Andreas in mercurialibus, cap. ſine culpa de regul. iur. in 6. verſ. Secunda etiam principalis quaſtio, &c. idem in cap. tanta qui filij ſint legit. num.2. vbi etiam Anton de Butrio, Ancharranus, & Cardinalis; Dominicus in cap. ſi pro te n.7. de reſcript. in 6. & in l. quotiens duobus, Cod. de rei vendic. Iacob. de Butrio num.1. Bald. num.6. Salicet. num.11. Paol. de Caſtro num.4. Iaſon num.40. Albericus in l.cum quis, num.1. & 6. Cod. de natur. liber. & in l.fin. num.5. Cod.ad Senat. conſ. Macedon. Nicolaus de Vbald. de ſucceſſionibus ab inteſtato n.67. Anton.Roſellis tractatu de legitimatione de cauſa finali, ſeu effectiua legitimationis, à num.6. vſque ad 43. vel 6. Martin. Laudenſ. in tractatu de primogenitura, quaſt.32. per totam. Ioannes le Ciriet de primogenitura, lib.1.quaſt.14. per tot. vol.13. Alciat.lib.3. Paradox. cap.13. Syluester in Summa verb. filij num.15. & alter Syluester Aldobrandinus in §. fin num.14 Inſt.de nuptiis. Tiraquel. de primogen. quaſt.34. Socinus iunior conſil 52 num.7.lib.1. Cyfuentes in l.40. Taur.quaſt.1. & in leg.12. Taur. Caſtillo num.20. Palacio Rubios num.28. Anton. Gomez à num 62. vſque ad num.65. D.Gregor.Lopez in leg 13.verb.Se caſa, tit.13.partit.4. D.Molin. de primog.lib.3.cap.1.num.7. Petr.de Dueñas reg.350. limitatione vltim. Matienzo in l.10. gloſ.3. à num.9. tit.8. lib.5 noua Recopilat. Ioan.Guttierrez in §.ſui, Inſtit. de hared. qualit. & differentia à n. 191. vſque ad num.197. & in allegat.4.num.13. Petr. de Peralta in rub. de hared.inſtituend.num.122. Azor part.2. cap 13.quaſt.15.Roxas in Epitom. ſucceſſion.cap 11 n.16. Petra de pot Principis cap.32. à num.34. Spino de teſtam. gloſ.15. à num.125. vſque ad num. fin. Ioan.Garcia de Nobilitate gloſ.21.num.63. Monte Alegre prax. ciuil. lib.2. cap.1. §.3. à num.7. Alexand. Trentacinq. lib.1. variar. reſolut. titul. de Legitim. reſol.1. à n.25. Roland. à Valle conſil.100. num.40. lib.2. Cephalus, tom 3. conſil.364. num.27. Menoch. conſil.16. num.14. & conſil.177. num.77. Peregrinus de fideicom. art.23. num.63. & artic.24.num.35. Petr.Surd. conſil.269.n.24. & 25. Cenall: commun. contra commun. quaſt.606. per totam, Ioan.Baptiſt. Coſta de retrotractione cap.8. caſu 32. num.6, & 7. Anton Faber de erroribus pragmatic. part.2. decad. 35. errore 6. Ioan. Baptiſta Lupus de illegit. & natur. comment.4. §.5. num.22. Vincent. Fuſar. de fideicommiſſ. ſubſeq. quaſt.386. per totam. Marius Giurba de ſucceſſione feudi, capit.118. §.2. gloſ 8. à num.28. cum aliis, quos allegant.

Limitant denique ſuam opinionem duplici in caſu. Primò, quando aliter loci conſuetudo ſe habet: Tiraquel. vbi ſup. de primogen. dict quaſt.34.num.47. & cum Anton. Roſel. & aliis Vincent. Fuſar. q.386. num.5. Secundò, quando fuerit contentio inter maſculum filium legitimatum, & fœminam legitimam, quia debet præferri maſculus: Vincent. Fuſar. dict. quaſt 386. num.6.

18 At vero pro parte legitimati filij maioris validiora (ni fallor) ſunt fundamenta. Sit primum, quoniam cùm ſucceſſio in primogenio dependeat à voluntate inſtitutoris, & omnes vno ore fateantur, quod legitimatus per ſubſequens matrimonium, niſi de contraria voluntate expreſsè conſtet, ſit capax ad ſuccedendum in maioratu: Tiraquel de primogen. dict. quaſt.34. num.1. Molin. de primogen. libro 2. cap.11.num.23. & lib.3.cap.1.n.6. Gregor.Lopez in l.2. verbo, ſino el hyo, titul.15. partit.2. Michael Craſſus de ſucceſſione ab inteſtato, § fideicommiſſum quaſt.38. numero 5. Alexander Trentacinq. de ſubſtitut. part.4. cap.7. num.41. Burgos de Paz conſejo 6. num.23. Menoch. conſ.16. num.14. Mieres part 2. quaſt 1. num.4. verſ. Limitatur tamen, &c. & in num.40. verſic. Per quam doctrinam & omnia ſupra citata infero quod ad hoc vt filij legitimati per ſubſequens matrimonium excludantur à Maioratu, verba & excluſio debent eſſe clara & manifeſta, &c. Auendaño in leg.40. Taur. gloſ. 11. num.41. Cald. Pereir. de nomin emphyteut. quaſt.13. num.52. Henriquez in Summa lib.11. cap.10. num.2. Philip. Paſchal. de vir. patriæ poteſt. part. 2. cap.4. à num.59. Ioan. Baptiſt. Lupus de illegit. & natur. commentario 4. §.3. num.12. Marta de ſucceſſione legali, part.1. quaſt.18. art.9. num.4. Vincent. Fuſar. de fideicommiſſ. ſubſtitut. quaſt.409. num.1. Par. Henriquez de Villalob. in ſumm. tractat. 13. difficult. 58. num.2. ac fin. & alios allegans D. Didac. Ant. Yañez Faxardo in tract. de legitim. per ſubſeq. matrim. n.230. Barboſa in d.cap. tanta n.22.

19 Sequitur, quod ex vocatione primogeniti ſeu filij maioris, legitimatus, & non legitimus minor natu, ſuccedere debeat: nam verba vocationis legitimato conueniunt & non legitimo, ex eo quod legitimatus primogenitus & maior natu eſt tempore, quo defertur ſucceſſio; & cùm ei legitimato conueniant verba diſpoſitionis, ideirco conuenire etiam debet inſtitutionis diſpoſitio: vulg. l.4. §. toties, ff. de damno infecto: l. hos cauſare §. omnibus, ff. de accuſat. Vincent. Fuſar. quaſt.409. num.38. Cum à verborum proprietate in dubio neque etiam liceat recedere, l. non aliter, l liberorum. §. quod tamen Caſſius, ff de leg.3. leg. Labeo, ff. de ſupell. legat. Vincent. Fuſar. quaſt.409. num.36.

20 Ad cuius comprobationem, & in huius primi noſtri argumenti confirmationem retorquentur omnia iura, axiomata, & rationes quæ traduntur à D. Ioan. à Caſtillo lib.4. capit. 31. à numero 27. maximè num.32. 33. & 70. vſque ad finem. Vbi per ſimilia in noſtro argumento contenta, reſoluit contra legitimatum per ſubſequens matrimonium in fauorem ſubſtituti, quando vocatus fuit ad ſucceſſionem Maioratus filius legitimus, & de legitimo matrimonio natus, id eſt, naſcidos, y auidos de legitimo matrimonio, quia cui non conueniunt verba diſpoſitionis, nec etiam conuenit eius diſpoſitio, & quia à verborum proprietate

non licet tecedere in dubio ; & tandem, quia di-
ſpoſitiones hominum ſecundum ſonum verborum
ſunt exaudiendæ, nec reducuntur ad iuris intellectum
quando verborum ſonus in ſui ſignificatione repu-
gnat ordinationi Iuris: & ſic in his, quæ ex teſtato-
ris diſpoſitione dependent id dumtaxat aſſequitur
quod teſtator ipſe voluerit,cuius diſpoſitio iuxta ver-
borum proprietatem intelligi debet. Idem tenet cum
quam pluribus D.Anton.Ioan.Faxard. *de leg. per ſub-
ſeq. matrim. à num.264. vſque ad n.306.*

21 Secundò, quia legitimatus per ſubſequens matri-
monium eſt verè legitimus, *leg.1. titul.13. partita 4.*
ibi: *Otroſi ſon legitimos los hijos que hombre ha en la
muger que tiene per vanagana, ſi deſpues de eſſo ſe ca-
ſare con ella.* Vbi Gregor.Lopez, *verb.Son legitimes,*
ponderando verbum illud ſubſtantiuum, *ſunt*, ita
dicit: *Nota hoc verbum, & ſic verè & realiter ſunt
legitimi, & non per fictionem, &c.* Et in *l.4. titul.15.
partita 4. gloſ.9* ibi: *Et nota hoc verbum, ſon, &c.*
nam quia eſt verbum ſubſtantiuum, vt notatur in
leg 5. §. ſatis acceptio, cum concordantibus, *ff. de
verb. oblig.* important quod ſint verè legitimi, non
per fictionem: Mieres *part. 2.quaſt.1. num.12.* Surdus
*de alimentis,tit.1.quaſt.111. num 10. & tit.8. priuil.67.
num.8.* Didac. Ant. Yañez Faxardo *de legit. per ſubſ.
matrim. num.16.*

22 Et non ſolum eſt verè legitimus, ſed etiam æquè
capax ad ſuccedendum, atque quilibet alius eius fra-
ter ab initio legitimus ac naturalis: *Auth. quib.mod.
natural. efficiant. legitimi, §.reliqui,* ibi: *Quas habent
y qui ab initio legitimi ſunt: dict. cap.tanta qui fily
ſunt legitimi leg.12. Tauri*, quæ eſt *l.10. titul.5. lib.5.
nou.Recopilat.* Ergo cum tempore delatæ ſucceſſio-
nis non ſolum legitimatus, ſit verè legitimus, &
æquè capax ad ſuccedendum, ſed præterea habeat
illam naturalem qualitatem maioris ætatis,& primo-
genituræ. iſte debet ſuccedere tanquam inuitatus,ac
vocatus ab inſtitutore Maioratus.

Tertiò, nam regulariter præſumitur, quod teſta-
23 tor, ſiue inſtitutor Maioratus velit ſe conformare
cum diſpoſitione iuris: *vulg. leg. heredes mei §. cum
ita, ff. ad Trebellian.* Sed in iure diſpoſitum eſt,
quod legitimatus per ſubſequens matrimonium ſit
24 legitimus quoad omnia, maximè ad ſuccedendum,
non ſolum ex nunc, ſed etiam ex tunc, id eſt à tem-
pore eius conceptionis ſiue natiuitatis, *leg. fin. ff. de
nat. reſtituend. l.cum quis, Cod. de natural.liber.* ibi:
Ab initio talem affectionem, & inferiùs, *Nec prior,
nec iunior vllo habeatur diſcrimine.* Philip. Paſchal.
de vir. patr. poteſt. part.2.cap.4. num.57. & 58. & no-
uiſſimè probat concludenter D. Didacus Ant. Yañez
Faxardo *de legitim. per ſubſeq. matrimon. a num.8. vſ-
que ad num.16.* Ergo etiam ex præſumpta voluntate
inſtitutoris legitimatus iudicari debet ad ſucceden-
dum in Maioratu, tanquam ſi ab initio ex tunc tem-
pore natiuitatis fuiſſet legitimus.

25 Quartò, mutuamus argumentum à D.Didaco An-
ton. Yañez Faxardo *de legitim. per ſubſeq. matrimon.
num.247. & 148.* dum dicit: quod in qualitatibus il-
lis quæ habilitatem perſonæ reſpiciunt; attenden-
dum eſt tempus quo ſucceſſio defertur, ad finem
diſcernendi proximitatem, vel primogenituram, vel
tempus poſterius, non anterius: *l. poſt conſanguineum
§. proximum, ff. de ſuis & leg. her. l.1. ff. vnde legit.
§. proximiores Inſt. de leg. agnat. ſucceſſ.* Quia non
26 prius oportet de conditione cuiuſquam quærere,
quàm ad eum hæreditas, vel legatum pertineat: *leg.
non oportet, ff. de leg.2. l. ſed & ſi 10. §. eſſe autem, &
l.pen. ff.de leg. præſtan.* D.Molina *lib.1. cap.13. à n.36.
& lib.3. cap.2. à n.16. & cap.10. à n.8.* & præcipuè *n.9.*

dum docet, naturam Maioratus eſſe, vt ſolum tem-
pus mortis vltimi poſſeſſoris quoad proximitatem 27
conſideretur.

Et quod tunc eſt, dicit Faxardus, quod primoge- 28
nito vocato, admittitur qui eſt maior, tempore de-
latæ ſucceſſionis: *leg.2. ff. de aur. & argen. leg. verſ.
At ſi viuente, l. in ſubſtitutione, in 2. reſponſe, ff. de
vulg. l.1. §. ſciendum, leg.Titius, ff. de ſuis & leg. ha-
red. l.cum pater §. hæreditatem, ff.de leg.2.* Albert. *in
tractat. ſtatut. lib.1. quaſt.115. num.12.* Raudenſis *con-
ſil.30.lib.2.* Menoch. *conſil.220. num.121. cum ſequent.
& conſil.269. à num.1. vſque ad num.27.* Vincentius
Fuſar. *quaſt.318. num.195. & quaſt 388.* & conferunt
plura tradita à D. Ioanne à Caſtillo *lib.3. cap.15. n.3.
& lib.5.cap. 90.n.5.16.& 21.& per totum caput,*iuncto
cap. ſeq.

Ergo cùm eo tempore, quo Maioratus ſucceſſio 29
defertur, legitimatus legitimus vnà & primogenitus
inueniatur, minimè debet ei præferri ſecundo-ge-
nitus.

Quintò, nerioſè etiam argumentatur Faxardus 30
num.ſeq.250. dum dicit: Quod eodem modo re-
quiritur qualitas primogenituræ in ſucceſſione Ma-
ioratus, quo requiritur proximus gradus in ſuc-
ceſſionibus hæreditariis; cùm in fideicommiſſariis
ſubſtitutionibus ſucceſſio reguletur à ſucceſſione in-
teſtati, Gloſſ. *in leg.cum ita, §. in fideicommiſſo de
leg.2.* Odd. *conſil.45. num.37.* Peregrin. *de fideicom-
miſſ. artic.21. num.5. & artic.30. à num.20.* Gamma
deciſ.206. num.25. & 26. & pluribus relatis Vincent.
Fuſar. *quaſt.481. num.1.* Sed in ſucceſſionibus hære- 31
ditariis, certum eſt, eum, qui proximior reperitur
tempore delatæ ſucceſſionis, præferendum eſſe aliis,
qui proximiores erant ante iſtius natiuitatem, *leg.1.
§. proximum, ff.vnde cognat. l.1. §.interdum verſ. pro-
ximum, ff. de ſuis & leg. heredib.* Ergo & per ſub-
ſequens matrimonium legitimatus, qui legitimus &
primogenitus reperitur quando ſucceſſio Maioratus
defertur, nihil impedit quo minus legitimo ſecundo-
genito, qui ante illius legitimationem natus fuerat
legitimus, præferatur legitimatus.

Sextò, denique reſoluimus hanc quæſtionem per 32
regulam Incompatibilitatis, maximè de iure ciuili,
per quod eſt incompatibile, quòd vna eademque
res diuerſo iure cenſeatur, itaque ex ea regula com-
probatur concludenter, nam duorum alterum de-
bent ij qui ſunt in contraria opinione fateri; aut
quod filius legitimatus non fuit legitimatus per ſub-
ſequens matrimonium, aut quod fuit legitimatus:
Sed ſic eſt, quod omnes fatentur, quod ex diſpo- 33
ſitione *dict. cap. tanta eſt vis, qui fily ſunt legit.* fuit
legitimatus, non obſtante primo matrimonio à pa-
tre intermedio tempore contracto, nam non ob-
ſtantibus nuptiis intermediis procedit legitimatio
per ſubſequens matrimonium, Doctores *in dict.cap.
tanta,* maximè Abb. *num.3.* Præpoſitus, *num.7.* Ti-
raquell. *in l. boues §.hoc ſermone, limitat.3. num.8. ff.
de verb. ſignific.* Campanill. *in rub.11. cap.13. nume-
ro 131.* & cum aliis Barboſa *in dict. cap. tanta nu-
mero 7.*

Et ad intentum expendit optimum textum in *leg.* 34
in ſubſtitutione in 2. reſp. ff. de vulg. & pupill. vbi te-
ſtator, qui duos habebat filios, ſcilicet Lucium
impuberem, & Caium puberem, eos hæredes in-
ſtituit, & ita ſubſtituit Seium: *ſi Lucius Titius de-
ceſſerit in pupillari ætate, & Caius mihi hæres non
erit, tunc Seius hæres ſit fily mei impuberis*: Caius
hæres extitit, ſed poſtea talis eſſe deſiit, & cùm ſic
deſiiſſet, Lucius deceſſit in pupillari ætate, Seius
ſubſtitutus petebat Caij, & Lucij ſucceſſionem;
contra

Digitized by Google

contradicebant venientes ab inteſtato, ob id quod
Caius fuerat hæres teſtatori, licet poſtea talis eſſe de-
ſiiſſet, ex quo fideicommiſſi conditio videbatur de-
feciſſe: Conſultus tamen reſpondit Seium admitten-
dum, quia teſtator intellexit, ſi Caius non extitiſſet
hæres tempore delatæ ſucceſſionis per mortem Lucij
impuberis. Et textum in *l.1. Cod. de Conſulib. lib.12.*
35 vbi pôſito quod is præferri debet, qui prius adeptus
eſt dignitatem conſularem, deciditur, quod ſi quis
ſit prior in Conſulatu, & iunior Conſul ad Patricia-
tum aſcendat, poſtea autem prior Conſul dignita-
tem Patriciatus mereatur, præfertur etiam iuniori in
Conſulatu, licet antiquiori in Patriciatu. Ecce quod
quando concurrunt ſuper præcedentia vterqoe Con-
ſul, & Patricius, vnus prior in Conſulatu, ſed poſte-
rior in Patriciatu, alter prior in Patriciatu, ſed poſte-
rior in Conſulatu, debet præferri qui priùs fuit Con-
ſul, quamuis poſterior Patricius: Ergo eodem iure,
in caſu propoſitæ quæſtionis.

36 Ergo præcisè fateri debent, quod eſt legitimus
non ſolum quoad effectum ſuccedendi in bonis pa-
tris, cum aliis legitimis ac naturalibus fratribus, ſe-
cundum *dict. cap. tanta, & l.12. Taur.* ſed etiam quo-
ad ſuccedendum in Maioratu, & plenè quoad omnes
effectus, tanquam ſi ab initio & tempore conceptio-
37 nis eſſet legitimus & naturalis; aliàs enim daretur
contra dictam iuris regulam quòd partim quoad ſuc-
cedendum in bonis paternis eſſet legitimatus, & par-
tim quoad ſuccedendum in bonis Maioratus, in
quo vocatus ſit primogenitus, ſeu filius maior abſ-
que excluſione legitimati, non eſſet legitimatus;
quod eſt monſtrum, & de iure incompatibile in om-
ni materia: ſequeretur enim, quod quiſquam poſſet
38 eſſe vno eodemque tempore in duplici ſtatu: contra
textum in *l. ſi pariter, ff. de liber. cauſ.* vbi Iuriſcon-
ſultus tanquam incompatibile id iudicauit, dum di-
cit: *Minimè autem Prætor pati debet, vt pro parte
quis ſeruus ſit: l. iudicata 29. in princ. ff. de except. rei
iudic. leg. 1. verſ. Nec ratio patitur, vt vna eademque
res & veneat, & pretium ſit emptionis, &c. ff. de rer.
permutat. l. iam hoc iure 4. verſ. incongruens enim vi-
debatur, ff. de vulg. l.1. Cod. de latin. libert. tollend.*
ibi: *Quis enim patiatur talem eſſe libertatem, ex
qua ipſo tempore mortis in eandem perſonam ſimul li-
bertas, & ſeruitus concurrant, & qui quaſi liber mo-
ratus eſt eripiatur non ſolum in mortem, ſed etiam in
ſeruitutem, leg. cum in adoptiuis, Cod. de adoptionibus.
in princip. verb. cum enim tanta fragilitas,* text. ibi, vt
poſſit in ipſo die & filius fieri, & extraneus per
emancipationem inueniri: *l. ſi quis ſeruum, Cod. qui
militare non poſſunt lib.12.* vbi probatur, quod nec
lex, nec Princeps faciunt actus dimidiatos: *cap. co-
gnouimus 29. 12. quæſt.2. cap. quia circa 22. de priui-
leg. cap. tua 30. de Decimis,* cum aliis ſimilibus iuri-
bus. Et in ſpecie legitimationis, *cap. per venerabi-*
39 *lem 13.* ibi: *Videretur ſiquidem monſtruoſum, vt
qui legitimus ad ſpirituales fieret actiones, circa ſecu-
lares actus illegitimus remaneret, &c. cap. ex tenore*
14. *qui filij ſint legitimi.* Gloſ. *verb. ſi ambo parentes,
in cap.3. de clandeſtina deſponſatione,* ibi: *Monſtrum*
40 *enim eſſet, ſi aliquis eſſet partim legitimus, & par-
tim illegitimus, ſicut quod aliquis eſſet partim ſeruus,
& partim liber, ff. de ſtatuliberis l. ſi duobus.*

Et eſt ratio, quia eadem res contrarios effectus
41 operaretur, *cap. ſi quis in ægritudine 57. diſtinctione,*
vbi Gloſ. *verb. Sed ex neceſſitate,* ibi: *Quia eadem
res non poteſt habere contrarios effectus cap.3. §. ſed
adhuc,* in illis finalibus verbis: *Sed hæc tanquam incom-
patibilia ſeſe minimè patiuntur, imò ſibi mutuò aduer-
ſantur de Baptiſmo,* vbi etiam Gloſ. *verb. incompa-
tibilia,* quæ infert ex textu, quod eadem res non
operatur contrarios effectus, & ſic quod eadem res
non parit obligationem, & liberationem, *l. qui homi-
nem, §. fin. ff. de ſolut.*

Et comprobant, atque illuſtrant intentum in ter- 42
minis, Baldus in *leg. ſeruum, Cod. qui teſtament. fa-
cere poſſ.* Oldrad. *conſil.214.* Tiraquellum *de Retra-
ctat. §.1. gloſ.18. num.23. & in leg. ſi vnquam, verb.
donatione largitus num.284.* idem Tiraquell. *de No-
bilitate, cap.28. à num.10.* Ioan. Garcia *de Nobilita-
te, gloſ.21. à num.63. num 78. 79. & 80.* Mexia, *in
pragmatic. taxa panis concluſione 2. num.63.* Hiero-
nym. Gonçalez *in regul. 8. Cancell. in proœm. §.6. à
num.63. vſque ad num.69.* Mietes *de maior. part. 2.
quæſt.1. num.35.* Simon de Prætis *lib.3 interpretat.2.
dub.1. ſolutione 9. num.29. cum ſequent.* Anton. Mo-
nach. *deciſ. Lucenſ.21. num.23. & deciſ.63. numero 9.*
Stephan. Gratian. *tom. 5. cap.940. num.8. & 25.* &
copiosè D. Ioan. à Caſtillo *lib.5. cap.97. à num. 29.
vſque ad fin. & cap.100. num.15.* Aluarez de Vela-
ſco *in axiom. littera 1. num.159.* Auguſtin. de Barbo-
ſa *axiomat.136. num.7.* & in terminis D. Didacus An-
ton. Yñez Fajardo *de legitimat. per ſubſ. matrimon.
num. 11.*

Matienço è contra in *dict. l.10. gloſ.3. num.18. ti-* 43
tul.8. lib.5. Recopilat. Et alij conantur præbere re-
ſponſum, ac ſatisfacere ad noſtram regulam; quod
procedat poſtquam quis eſt iam legitimatus, tunc
nimirum non congruit pro parte eſſe illegitimum,
& pro parte legitimum; non verò antea quàm ſit
legitimatus: & ſic poterunt reſpondere, quod re-
ſpectu temporis *ex tunc*, natu maior cenſetur illegi-
timus, & in hoc tempore præoccupatum fuit à fi-
lio legitimo & naturali ius illud primogenituræ ad
ſuccedendum in maioratu. At verò reſpectu tem-
poris *ex nunc*, cenſetur legitimus ad ſuccedendum
in omnibus iuribus, quæ ab alio non ſint præoc-
cupata.

Quod quidem reſponſum non caret comproba- 44
tione ſatis concludenter ex limitatione, quam ad no-
ſtram incompatibilitatis regulam communiter Do-
ctores afferunt, dum docent eam ceſſare reſpectu di-
uerſorum, quia tunc duo contraria, ſeu incompa-
tibilia poſſunt procedere diuerſis reſpectibus, *l. mi-
les 75. §. pro parte, ff. de leg. 2. leg. ſi quis præferendum
31. §. fin. ff. de furt.* Philoſophus *lib.3. Phyſicorum*,
dum dixit: *Interdum eandem cauſam contrariorum
effectuum eſſe diuerſis reſpectibus.* Quod accepit ab
eius Magiſtro Platone *lib.4. de Repub.* dum docet,
idem contraria facere, ſeu pati, ſecundum idem, &
ad idem, ſimul non poſſe: Eos, & Origenem hanc
limitationem explicantem ſuper *cap. fin. Diui Pauli
ad Romanos*, refert Tiraquellus *de Nobilitate, cap.28.
num.13. & 14.* ad id etiam allegans Gloſ.2. *cap.1. de
colluſ. detegend. verb. lex ciuilis in cap.2. de arbitr.
lib.6.* ibi: *Et ſic diuerſo reſpectu vtriuſque bona fuit
conſideratio.* Idem Tiraquell. *de retract. §.1. gloſ.18.
num.23.* Hieronym. Gonzalez *in reg.8. in proœm. §.6.
num.69. & 70.* Surd. *de alim. tit.2. quæſt.15. num.152.*
Anton. Monach. *deciſ. Florentina 28. num.12.* D Ioan.
à Caſtillo *lib.5. dict. cap.97. num.30.31.32.* Vincent. Fu-
ſar. *quæſt.297. à n.24.* Ioan. Ant. Mangil. *de imputat.
quæſt.37. num.29.* & cum aliis Aluarez de Velaſco *in
axiom lit. I. n.159.*

Sed nihilominus non ſatisfacit, & adhuc procedit 45
Regula noſtra, ad decidendam propoſitam quæſtionē:
quia ſecundùm poteſtatem, & voluntatē legis, & ho-
minis, non eſt locus præciſioni temporis diuerſi, vnius
reſpectu diuerſo, poſſit haberi diuerſa ratio, vel cauſa:
nam lex ſeu diſpoſitio iuris potuit, & voluit legitimatū

facere legitimum non ſolum ex nunc, ſed etiam ex
tunc temporis conceptionis, provt *ſuprà* reſoluimus
ex Abbate in *dict.cap. tanta n.*7. Ant. de Butrio *n.*2.
& 4. D.Couarr.*de ſponſalib.* 2.*part.cap.*8 §.2.*num.*26.
Cardin.Mantica *de coniect.vltim.volunt.lib* 11. *tit.*12.
num 18. Philip.Paſchal.*de virib. patr.poteſt.*2.*part.c.*4.
*num.*57. D.Didac. Ant. Yañez Faxardo *de legit. per
ſubſ. matr. à n.*8.

46 Cui diſpoſitioni iuris non refragatur poteſtas &
voluntas hominis, ſed ei adhærere voluiſſe, dum ex-
preſsè non reſpuit, præſumendum eſt; nam regula
noſtra ceſſat, aut procedit ex præſumpta diſponentis
voluntate, cum hac differentia, quod ad hoc vt ceſ-
ſet, & vna eademque res poſſit diuerſo iure cenſeri,
clarè conſtare debet de mente diſponentis id voluiſ-
ſe; ſed ſi expreſsè non conſter, procedit in omni di-
ſpoſitione, quod non debeat vna eademque res di-
uerſo iure cenſeri. Probat Curtius iunior *in conſ.*114.
num 11. Menoch.*remedio* 1. *recuperandæ poſſeſſ. n.*38.
D.Ioan.à Caſtillo *lib.*5. *d.cap.*97. *num. fin.*

47 Exinde infertur, quod etſi legitimatio non cede-
ret niſi ex nunc à tempore ſecundi contracti matri-
monij iuxta placitum Matienzi, & aliorum; nihilo-
minus idem dicendum ac replicandum eſt, quia in-
ſtitutor Maioratus eum ad ſuccedendum amat, qui
tempore delatæ ſucceſſionis habilis ſit maior natu,
ſcilicet legitimus ac naturalis.

48 Et quòd attendi debeat tempus *ex tunc*, ſiue *ex
nunc*, non eſt verum, nec quod legitimus vllo tempo-
re præoccupauerit lineam primogenituræ, quia ad id
fuit ei impedimento poteſtas, ac voluntas legis &
hominis, dum potuerunt & voluerunt, quod non eſſet
primogenitus, ſi maior natu poſtea fieret legitimus
tempore delatæ ſucceſſionis, & nunc temporis, habi-
49 lis eſſet ad ſuccedendum; & ſic ante mortem patris
vltimi poſſeſſoris vterque filius tam legitimus, quàm
legitimatus, fuit in potentia quam habuit primo na-
turalis, ſeu legitimatus, poſtea legitimus, & ambo
ſub conditione intrinſeca, filius naturalis ſi eius pa-
ter nuptias contraheret cum eius matre naturali; &
alter filius, ſi concubina eius patris non contraheret
cum eo matrimonium. Itaque vterque filius inte-
rim dum aduenerit conditio, vel in hoc caſu vſque ad
mortem patris ſunt in ſuſpenſo in acquirenda primo-
genitura, & potentia vnius eſt impeditiua alterius, &
ſic nulli interim, cum vterque habeat ſpem variabi-
lem, perfectè poteſt acquiri: *l. nec nos* 4. *C. de capt.
& poſtlim. reuerſis.*

50 Idcirco legitimatio remanet libera tam miniſterio
legis, quam hominis, ad hoc vt omni tempore non
debeat operari contrarios, ſeu incompatibiles effe-
ctus, ex quibus omnibus liberè, & ſine reſpectu ali-
quo procedit noſtra regula incompatibilitatis, dum
non patitur, quod dicta legitimatio, quam naturalis
filius maior natu conſequutus fuit diuerſo iure poſſit
cenſeri.

51 Iam ergo intrepidè his validioribus rationibus bo-
no animo in fauorem maioris natu legitimati aſſe-
qui poſſumus huius opinionis Patronos, ij ſiunt Ma-
giſtrorum Magiſter Bartolus *in* §.*tribus num.*8. *&* 9.
Auth quib. mod. natural. efficiant. ſui. Pater verita-
tis Paul.de Caſtro in *l.Gallus* §.*& quid ſi tantum n.*18.
ff.de liber. & poſthum. Salicetus *in l.quotiens n.*6. *ma-
ximè verb. ſed forte primogenitura eſt conſideranda ſe-
cundum tempus ſucceſſionis, & non antea,* argumento
ff.de noxalib. l.in delictis, §. *ſi extraneus, & ff.de mili-
tar.teſtam. l. eius militis* §.*militia,&c.* Florianus *in d.
l.in delictis;* §. *ſi extraneus col.*2. *ff.de noxal.* Collecta-
rius *in d.cap tanta n.*3. Caniſius *pag.*53. *qui filij ſint le-
gitim.* Felin. in *cap. prudentiam, n.*9. *de offic. & poteſt.
iud.delegat.* vbi ſecutus fuit Florianum de Sancto Pe-
tro, qui vt veriorem in iure hanc noſtram ſententiam
defendit: Andr. Alciatus *de verb. ſignif.lib.*3.*axiom.*2.
*col.*1. D.Præſes Couarru.*de ſponſalib part.*2.*cap.*8.§.2.
*num.*28. Menchaca *de ſucceſſionum progreſ. part.* 2.
*lib.*1.§ 52.*n.*89. Ioan.Garcia *de Nobilit. gloſ.*21. *à n.*63.
Franc.Cald. Pereira *de nominat.emphyteut.q.*13. *n.*54.
Celſ.Hugo *conſ.*129 *n.*1. Hieronym. Gabriel *conſil.*21.
*num.*40.*lib.*1. Burſat.*conſ.*18.*n.*14. *lib.*1. Octauius Ba-
macar. *in cap. naturales ſi de feud.defunct.mil. quæſt.*4.
*à num.*30. *vſque ad n.*40. Philip.Paſchal *de virib. pa-
triæ poteſt. part.*2. *cap.*4.*num.*66. Pat. Baſilius Pontius
*de matrim. lib.*11.*cap.*11. *n.*8. *&* 9. vbi dixit, quod ab
hac ſententia neque in iudicando, neque in conſulen-
do recederet: P. Henriquez de Villalob. *in ſumma,
tract.*13. *difficult.*58. *num. fin.* D.Didacus Ant. Yañez
Faxardo *de legitim. per ſubſ. matrim. à n.*143. D.Ioan.
à Solorzan. *de Indiarum gubernatione lib.*2. *capit.* 17.
*num.*54.

Iam ergo apparet, quod ſuperiora non ſunt con- 52
traria fundamenta, ſed inferiora noſtris, imò ad ni-
hilum redacta, ſi reſpondeas ad primum & ſecundum,
quod licèt primogenitura ſit nomen iuris, ac exclu-
ſiuum naturalium, & poſſit acquiri in vita patris abſ-
que eo quod ſit neceſſe expectare tempus delatæ
ſucceſſionis, *leg.*40. *Tauri,* vbi Velaſquez de Auend.
*gloſ.*1. *à num.*31. *vſque ad n.*37. cum aliis *ſuprà* relatis,
hoc intelligendum eſt in terminis, in quibus loquun-
tur à communiter accidentibus, ſcilicet quando pri-
mogenitus legitimus & naturalis non habeat fratrem
naturalem maiorem natu habilem ad conſequendam
legitimitatem per ſubſequens matrimonium: at vero
limitandum eſt, quoties præcedat naturalis habilis
cum ſpe, & potentia adquirendi ſibi legitimitatem,
quia qualitas naturalis, quam primò adquiſiuit filius
in naſcendo *l.*1. *in princ. tit.*15. *part.*2. ibi: *Maioria* 53
*en naſcer primero cap. Ioſeph.*5. *de verb. ſig.* ibi: *Cum
mos diuinarum ſcripturarum ſit, vt primogenitum non
vocent, quem fratres ſequuntur, ſed eum, qui primò
natus eſt.* Numerorum *cap.*18. ibi: *Quidquid primum
erumpit è vulua, &c.* Tiraquel. *de Primogen. quæſt.*1.
*num.*3.6. *&* 7. vbi ex Bald. dicit quod Primogenitus 54
eſt primus in gradu naturæ, & quod Primogenitus
eſt nomen naturæ: per *l.tutelas, ff de cap.dimin.* Ste-
phan.Gratian.*tom.*1.*cap.*30 *num.*17. *& tom.*5. *cap.*834.
*à n.*3. & cum aliis D. Chriſtophor. de Suelues *tom.*1.
*conſ.*65.*num.*3. Hæc inquam qualitas, quam prius na-
turalis acquiſiuit naſcendo, præbuit primam cauſam,
habitum, ſeu potentiam, ſine qua ciuilis cauſa pri-
mogenituræ, & ius ad ſuccedendum ſubſiſtere non
valet, imò impoſſibile eſt, quod ſubſiſtere poſſit eo-
dem modo, quo qualitas ſine ſubiecto, & cum ſit
principalis cauſa, ac naturalis, ex qua præmaneat po-
tentia, præualet qualitati illi ciuili legitimationis, quæ
requiritur de iure ad ſuccedendum, *leg.*3. *ff. de tutel.*
Ergo filius naturalis primus eſt in ſpe, ac potentia
ſuccedendi, & habilis ad adquirendum qualitatem
illam legitimationis, à voluntate hominis, & à iure
requiſitam, dependentem ab illa tacita conditione, ſi
pater eius matrimonium ineat cum eius matre, quæ
ſpes probabilis eſt dum parentes viuunt: ideo hæc 55
potentia & ſpes habitualis, quæ apprimè reſidet à
principio in filio naturali, impedit, quod filius legiti-
mus & naturalis minor natu poſſit perfectè adquire-
re in patris eius vita ius Primogenituræ, ſiue ſpem in-
uariabilem ſuccedendi, quia præceſſit illa ſpes, ac po-
tentia ex parte filij naturalis, quæ prima fuit, ac na-
turalis; & ex eo quod præceſſit, redditur conditiona-
lis, ac variabilis hæc altera ſpes, ac potentia, quam
poſtea habet filius legitimus, cum iam ob illam pri-
mam

mam cauſam exiſtentem dependeat ab illo euentu, ſi mater non decedat, ac pater cum alia, ſcilicet fratris naturalis matre non contrahat ſubſequens matrimonium. Et ſic nil mirum quod alia ſpes, ac potentia aliam præpediat, & faciat eam eſſe in ſuſpenſo in vita patris donec conditio eueniat, probatur ex *l.1. §. ſi*
56 *apud hoſtes, ff.de legitim.tutor.* vbi ſpes primi gradus facit tutelam non deuolui ad ſequentem. Ratio decidendi eſt ſecundùm Gloſſam, *verb.non defertur*, ibi: *quia proximior ſperatur redire, l. ſi necem 4. §. ſi deportatus, ff.de bon.libert.* vbi Paul.dixit: Si deporta-
57 tus patronus ſit, filiis eius competit bonorum poſſeſſio in bonis liberti, nec impedimento eſt ei talis patronus, qui mortui loco habetur. Et diſſimile eſt, ſi Patronus apud hoſtes ſit, nam propter ſpem poſtliminij obſtat liberis ſuis, *l.propter ſpem 23. ff.famil.erciſcund.* ibi: *quia poſſunt ad nos reuerti.*

58 Iam ergo patet, quod linea primogenituræ, ſeu primogenitura non fuit perfectè, aut purè acquiſita filio legitimo. Probatur conſequens, nam primogenitura eſt habitus, & potentia prima, ſeu ſpes ſuccedendi: & hæc ſpes, & potentia, poteſt eſſe variabilis, aut inuariabilis; & cum in præſenti non poſſit eſſe certa ac inuariabilis, ex eo quod præceſſit alia ſpes, ſeu potentia ab eius fratre naturali priùs occupata, ſequitur, quod ſit variabilis & incerta illa, quam legitimus potuit præoccupare ſub illa conditione, ſi mater eius ſuperuixiſſet, vel ſi pater mortua eius matre non contraheret ſecundas nuptias cum matre eius fratris naturalis; quapropter dicendum eſt, quod ius perfectè, ac inuariabiliter adquirendi primogenituram in hoc caſu, fuit in ſuſpenſo donec vtraque conditio euenire poſſit, vel tempus mortis, ſeu delatæ ſucceſſionis.

59 Vnde in hoc tantum caſu, ſeu quando voluntas expreſſa fuerit teſtatoris, admittenda eſt opinio eorum, qui aſſerunt, quod verbum, *Primogenitus*, de eo, qui tempore mortis, ſeu delatæ ſucceſſionis fuerit primogenitus intelligendum eſt: hi ſunt Bald.in *l.2. n.5. 6.& 7. C.de iure emphyt. & in conſ.275. n.9. verſ.Sed quia non reputo eum primogenitum de iure, &c. lib.2.* Alex.in *l.ex facto, §.pen. n.3. ff.ad Trebell.* Iaſon in *d. l.2. C.de iure emphyt. num.121.* Philip Dec. *conſil.443. num.14. & 15. verſ.Tertio quia conſtitutio loquitur de primogenito reſpectu ſucceſſionis*, & ibi: *Quando ſucceſſio defertur primogenitus, intelligitur de illis, qui reperiuntur primogeniti tempore mortis patris.* Socinus in *l.ſi cognatis n.5. ff.de reb.dub.* Alciat.in *l. proximus 92. ff.de verb.ſig.n.2.* Carolus Ruinus *conſ.192.n.18.lib.2.* Acoſta *in quæſtione Patrui, & nepotis pag.13.* Roland.à Valle *conſ.39 n.49.50.& 51. lib.4.* Robles de Salcedo *de Repreſal.lib.3, cap.14 num.28.* Fabius Capicius Galeota *controuerſiarum lib.1. controuerſia 48. num.46. & 47.*

60 De vna ad aliam conſequentiam deuenimus: ergo ad hoc vt omni tempore legitimario fuit libera ad operandum ſuum effectum, qui non eſſet contrarius, ſeu ſibi repugnans, & incompatibile; ſic liberè, & ſine reſpectu aliquo procedit in præſenti, noſtra incompatibilitatis regula, ad hoc vt eadem res non debeat diuerſo iure cenſeri.

61 Ad tertium reſpondetur, quod textus in *d. l. quotiens, C.de re vendicatione* requirit, quod vtraque cauſa, titulus nempe, & traditio, ſiuè dominium, & poſſeſſio primò perfectè adquiratur, atque irreuocabili-
62 ter: at verò in noſtro caſu ex diſpoſitione iuris, ac præſumpta voluntate inſtitutoris interim dum eueniat conditio, nullus ex duobus fratribus adquirere valet perfectè ius primogenituræ, ſeu ius primo ſuccedendi, quod eſt in ſuſpenſo, quia ſpes, ſeu potentia vtriuſque fratris dum pater viuit, vel vſque eo quod ſecundas contrahat nuptias, vel non contrahat, eſt conditionalis: itaque nihil refert, quod interim legitimus primò adquirat qualitatem illam legitimitatis, quæ requiritur ad ſuccedendum, nam ſpes illa ſuccedendi non ponit ius irreuocabile & perfectum, tempore, quo pendet conditio, & nondum acquiſitum eſt liberè, & abſque impedimento: ad inſtar eorum, qui cum ſint duo, vel plures, currunt ad conſequendum Brauium, quia etſi in curſu alius alium præcedat, ſi is qui præcedebat poſtea remoratus fuerit, ei non prodeſt præcedentia illa, quæ non durauit vſque ad tempus accipiendi Brauium, & tantum conſideratur in illo qui curſum priùs perfecit, & accepit Brauium; nam ex ordinatione inſtituentis, vltimò licèt accedenti, & primò tamen accipienti, tanquam ſemper priori conceſſum eſſe voluit.

Exinde etiam eſt, non obſtare Quartum, vbi aſſeritur, quod non datur retrotractio in præiudicium iuris alteri Tertio, medio tempore quæſiti. Quia hoc 63
procedit quando perfectè, ſeu irreuocabiliter fuit ius quæſitum, vel ſaltem cum ſpe certa, ac inuariabili; cæterum quando prout in præſenti ſpes non fuit certa, ſed variabilis, & non perfectè, ſed reuocabiliter ſecundùm conditionis pendentis euentum, tunc retrotractio verè, & abſque impedimento aliquo procedit, tam ex diſpoſitione iuris, quam ex voluntate hominis: *l.2. & fin. ff.de natalib.reſtituend.* D.Præſes Couarru. *de ſponſalib.part.2. d.cap.8. §.2. n.28.* dum dixit: verum hæc non adeo conuincunt, quin negare præfatam opinionem poſſimus, quia argumentum de fictione in præiudicium alterius minimè admittendum, tunc locum non habet, quia ius alteri ſpe tantum adquiſitum tollitur: *d.l.2. & fin. ff de natal. reſtitu.* &c. vbi non de ſpe certa, ac inuariabili, ſed de ſpe certa, ac variabili prout in noſtro caſu neceſſariò conſideranda, intelligendus eſt; nam de viro tam ſumma prudentia prædito, quis audax temerè poteſt reputare eum ignoraſſe, quod ſi inuariabiliter fuiſſet adquiſita illa ſpes, ac ius primogenituræ tempore habili, non valeret per fictionem, ſiue retrotractionem adimi ius illud Tertio perfectè adquiſitum?

Neque obſtare valet, quod mater legitimi contra- 64
xerit cum illa ſpe, & contemplatione futuræ in Maioratu ſucceſſionis deueniendæ ad ſuum primogenitum, ſeu poſteritatem ſuam, & quod ſi filius naturalis poſtea legitimatus ſuccederet remaneret decepta. Quia non debuit ignorare ius filij naturalis, quem eius maritus habebat tempore, quo contraxit, & quod poſſit euenire eam decedere, viuente marito, & concubina matre illius filij naturalis, qui per ſubſequens matrimonium poterit legitimari, & reddi habilis ad ſuccedendum in Maioratu. Tandem duorum alterum; aut vxor fuit huius conſcia, aut ignara: ſi conſcia, ſibi imputet quod nihilominus contraxerit: ſi ignara, debuit inquirere conditionem viri, cum quo contraxit, ſi habebat necne filium naturalem: ex regula in *l. qui cum alio contrahit vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis eius 9. ff. de reg.iur. l. penult. ff.ad Senat.Conſult. Macedon.*

Ad quintum reſponderi poteſt, quod in præſenti 65
fictio non præualet veritati, ſed ipſa veritas à lege præſumpta præſumptione iuris, & de iure: Andr.Alciat. *de verb.ſing.lib.3. axiom.2. pag.64.* dum ita dicit: Aut enim loquimur in naturali, qui per matrimonium ſubſequens legitimatus ſit, & verius eſt non deficere conditionem, quia lex præſumit legitimè natum, ex actu enim ſubſequuto, præſumitur iam inde à principio affectu maritali concubinam cognouiſſe: *l.cum quis verſ.Nec enim, &c. C.de natural liber.* quæ præſumptio veritati innititur, *l.fin. Cod. de*

 probation.

Digitized by Google

probation. & in hoc à fictione diſtat, quod ea aduerſus veritatem eſt, *l. filio quem, ff. de liber. & poſthum.* merito igitur ex illis verbis, non exiſtimabitur tanquam illegitimè natus ſubmoueri.

66 Et licet non allegans Alciatum in *d. lib. 3. axiom. 2. pag. 64. de verb ſig.* Yañez Faxardo in *tract. de legit. per ſub. matrimon.* ferè idem reſpondit in *n. 258.* ibi: *Quia & legitimati verè ſunt legitimi*, vt initio diximus *n. 8.* nempe & *n. 16.* idemque operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero: Doctores in *leg. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap.* & fictio, quæ à iure prouenit, qualis eſt filios à tempore natiuitatis legitimos reputari, pro veritate habetur, vt poſt Bart. in *l. ſi maritus §. legis, ff. ad leg. Iuliam de adulter. & in l. mercis, de verb. ſig.* Menoch. *conſ.* 174. *n.* 107. Fuſar. *quæſt.* 409. *num.* 28. Bammacar. *d. quæſt* 44. *n.* 39.

67 Ad ſextum & vltimum de facili reſpondetur, quod extremum, de quo in noſtro caſu, non habet neceſſe tranſire per medium illud quod dicunt inhabile, & quando extremum non debet tranſire per dictum medium, tranſitus de extremo ad extremum non impeditur; & extremum dicitur tranſire per medium inhabile, provt in caſu relato à Paul. de Caſtro *p. 1. conſ. 421. n. 3.* ibi: *Si igitur ipſa mater Nannini, quæ tenebat medium, erat inhabilis ad ſuccedendum, impeditur tranſitus:* vltra quod in caſu noſtræ quæſtionis medium inter extremum *à quo*, & extremum *ad quod*, non eſt corruptum, nec totaliter deſtructum, ſed tantum impeditum, ac ſuſpenſum; nam viuente patre, ac matre filij naturalis ſolum remanet in ſuſpenſo per vitam vxois matris legitimi filij: quare itaque illud medium non deſtruitur, nec ruptum, ac corruptum poteſt iudicari, niſi moriente patre, vel matre filij naturalis, & ſic ſublato impedimento per mortem primæ vxoris, coniungi valuerunt extrema temporis natiuitatis, cum tempore legitimationis, & currere de vno ad aliud ſine obſtaculo: Gloſ. in *leg. fin. §. fin. ff. de diuort. & repud. verb. Authoritas, la primera*, vbi ſublato impedimento propter quod aliquid non fiebat, id fieri poteſt, ibi: *Item nota, quod cum aliquid impeditur, propter quod vnum, eo remoto, tollitur impedimentum, vt hic & infra de vſucap. l. vbi §. interdum, &c.* Florian de Sancto Petro *quæſt. 3. dub. 1. num. 21.* Cardin. Tuſc. *tom. 3. liter. E. conc.* 684. Barboſ. *verb. extrema axiom* 91. *n.* 2.

68 Nec impedimentum illius medij temporis nocet, quia incapacitas medij temporis non vitiat: *l. ſed ſi* 6. *§. ſolemus, verſ. Media tempora non nocent, l. ſi alienum* 49. *§. in extraneis*, ibi: *Medio autem tempore inter factum teſtamentum, & mortem teſtatoris, vel conditionem inſtitutionis exiſtentem, mutatio iuris heredi non nocet, ff. de hered. inſtituen. l. miles* 36. *§. miles in ſupremis, ff. de militari teſtamento: l. is cui,* 5. *§. ceſſatum, verſ. certè, ff. vt in poſſ. legator. l. in bello* 12. *§. codicillis, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* D. Ioan. Baptiſt. de la Rea *tom. 1. diſp. 43. n. 15.*

69 Limitat hanc noſtram reſolutionem Yañez Faxardo in *tr. de legit. per ſubſeq. matrim à n.* 264. *vſque ad num.* 307. ſi per Maioratus inſtitutorem vocati ſint filij legitimi de legitimo matrimonio, vel ex legitimo matrimonio nati, & procreati: & eam plurimis rationibus defendit, & authoritate Ant. de Butrio, Baldi, Aretini, Ruyni, Gozadini, Rolandi à Valle, Burſati, Theſauri, Fachinei, Alex. Trentacinquij, Ant. Fabri, Ioan. à Caſtillo *lib. 4. cap. 31. per totum*, maximè in *n.* 95. *& lib. 5. cap.* 75. & aliorum.

70 Sed ab hac opinione diſcedit D. Ioan. à Solorzano *de Indiarum gubernatione, lib. 2. cap. 17. n. 49. 50 & 51.* ſequitur enim Dom. Præſid. Couarruuiam *de ſponſ. part. 2. cap. 8. §. 2. n. 30.* Mieres *part. 2 quæſt. 1. n. 11.* Dom. Molinam *lib. 3. cap. 1. n. 10.* & alios quamplurimos, quos referunt *ibidem* Additionatores. & Vincent. Fuſar. *quæſt.* 409 *n.* 2. & Yañez Faxardo *d. tract. de legit. per ſubſ. matr. n.* 265. D Petrus Noguerol. *alleg. 23. à num. 13. vſque ad n. 39.*

71 Quapropter noſtra ſententia non limitari, ſed ampliari etiam debet in dicto caſu, quo vocati fuerint filij legitimi ex legitimo matrimonio nati, ac procreati: quia provt doctiſſimè aduertit Dom. Ioan. à Solorzano *d lib. 2. cap. 17. n. 49. & 51.* certius, & receptius eſt, teſtatores, qui illa verba adiiciunt, *ex legitimo matrimonio natis*, etiamſi addant, *& procreatis*, ſe conformare velle cum diſpoſitione iuris, quæ tales legitimatos per ſubſequens matrimonium quoad omnia verè legitimos reputat. Et quia ſemper hæc verba debent intelligi, vt operentur excluſionem legitimatorum per reſcriptum, vel aliis modis quam per ſubſequens matrimonium, qui verè legitimi ſunt.

72 Ideo reſoluo, quòd ſolum limitanda eſt, quando expreſsè ac literaliter appareret, inſtitutorem maioratus voluiſſe excludere, vel ſaltem noluiſſe præferri legitimatos per ſubſequens matrimonium: Afflictis in *cap. 1. de filiis nat. ex matr. ad morganicam contr. num. 3. & cap. 19. §. naturales not. 5. & vltim. n. 25. ſi de feudo defuncti contentio ſit*, vbi etiam Bammacar. *q. 2. num.* 18. & cum aliis nos *infra hac 1. part. cap. 6. claſ. 3. de legit per ſubſeq. matrim. limit. fin.* Itaque finem iam imponamus *huic cap.* 4 ſub inuocatione & ad laudem Saluatoris noſtri, atque eius Sanctiſſimæ Matris.

CAPVT V.

An detur Incompatibilitas in ſcientia Arithmetica.

SVMMARIVM.

1 *Arithmetica ſcientia inter Mathematicas habet primam claſſem.*

2 *Numerus eſt plurium vnitatum collectio, ſeu aggregatio.*

3 *Arithmetica ſcientia recognoſcitur per regulas Incompatibilitatis.*

4 *Incompatibilis eſt in Arithmetica, quod quatuor, & quatuor, ſint nouem, vel ſeptem, cum repugnet prædicamento quantitatis numerorum.*

5 *Numeri compoſiti propria natura eſt, quod multiplicatus per alterum parem, producat inde parem, & per imparem producat imparem.*

6 *Res iudicata pro veritate habetur, & facit de albo nigrum, & è contra: niſi in computatione per ſcientiam Arithmetica, & regulas Incompatibilitatis, & num. 7.*

8 *Sententia cum errore calculi nunquam tranſit in rem iudicatam.*

9 *Sententia cum errore calculi, qui non ſit expreſſus in ea per computum Iudicis, poteſt tranſire in rem iudicatam: & interpretatur* l. 1. C. de errore calculi, *& n. 10.*

11 *Sententia cum errore calculi expreſſo in computo, exequibilis eſt vſque ad quantitatem in qua non eſt error.*

12 *Sententia cum errore calculi data ſuper maioratibus incompatibilibus ratione quota non tranſit in rem iudicatam: quod demonſtratur exemplis, & n. 13.*

14 *Bonorum valor, ad hoc vt recognoſcatur, quando Maioratus ſit incompatibilis cum aliquo ratione*

tione quota, quomodo computandus in omni genere bonorum proponitur ; & etiam aliæ quæſtiones id ipſum concernentes, & vtiles ad praxim, & n.15.

16 Bonorum ſpecies proponuntur, & eorum pretia variabilia, & incerta, & pretia fructuum, ex quibus componitur Maioratus, qui ratione quotæ incompatibilis ſit cum alio.

17 Computum ad liquidandum, quos fructus vel redditus habeat quolibet anno prædium ruſticum, vel vrbanum, metalli fodina, vectigal, ſeu Gabella, Decima, & alia iura, faciendum eſt coacernatis omnibus qui proximioribus annis antecedentibus collecti fuerunt.

18 Coacervatio fructuum, vel redditum, ſecundum opinionem aliquorum, & deciſionem aliquarum legum de noſtro regno, debet fieri de tribus annis antecedentibus, & ex eis in computo deduci tertia pars.

Alij de quibus annis proximè antecedentibus computum ineunt, n.19.

Alij, de decem annis, & decimam illis partem deducendam putant, n.20.

In praxi obſeruatur, quod per quinquennium fiat computatio, n.21.

22 Quota in maioratibus incompatibilibus ratione quotæ, non eſt conſideranda reſpectu bonorum, & eius valoris, ſed reſpectu fructuum vel redditum eorum.

23 Valor prædiorum, & aliorum bonorum deducitur reſpectu fructuum, vel redditum, cumulando eos, qui collecti fuerunt de viginti annis antecedentibus, & deductis oneribus, & expenſis neceſſariis : reliquum erit valor rei.

24 Iuriſdictio, aut officia magni valoris, attamen modici redditus, veluti Decurionatus, & ſimilia, quæ ſunt authoritatis, & honoris, redditus quoad Maioratus incompatibiles ratione quotæ computantur reſpectu valoris iuriſdictionis, aut officij ad rationem quinque pro centenario in quolibet anno.

Et idem de Dignitatibus, & territoriis ad perpetuum conceſſis, n.25.

26 Cenſus perpetuus irredimibilis cum decima, & commiſſo, quomodo ſit computandus quoad pretium principale, & eius redditus in Maioratu incompatibili cum alio ratione quotæ.

27 Pretioſa res, quæ antea reddebant fructus, ſed ob cladem, aut nimiam vetuſtatem, vel flatum ventorum, quia euulſa ſunt arbores, vel vites dirutæ, quomodo ſunt computanda ad liquidandam quotam in Maioratu incompatibili ratione quotæ?

28 Pretioſa res immobiles, veluti Domus, vel Turris magni valoris, attamen earum redditus ſunt tenues, quomodo ſunt computanda ad Maioratus incompatibiles cum aliis ratione quotæ.

29 Pretioſa res mobiles infructiſera, veluti arma aurata, vel argentea, gemmæ, margarilæ, cathena auri, vel annulus aureus, cum ſint ad ornatum corporis, vel domus, vel alterius ex rebus maioratus non computantur.

30 Computatio ad quotam in maioratibus incompatibilibus cum aliis ratione quotæ, debet fieri deductis oneribus.

Et quæ onera deducenda ſunt, n.31.

32 Valor fructus, vel redditus, quomodo probari poſſit ad probandam quotam Maioratus incompatibilis cum alio.

33 Probandi onus ad hoc vt appareat an Maioratus ſit, incompatibilis cum alio ratione quotæ, cui incumbat.

34 Libelli forma pro tyronibus concepto in noſtro Hiſpano ſermone ad petendum Maioratum incompatibilem cum alio ratione quotæ, quando non habeat electionem.

Et quando habeat electionem, alter libellus, n.35.

Et de alio libello quando Maioratus eſt incompatibilis cum alio ratione quotæ, ex diſpoſitione legis, num.36.

37 Maioratus incompatibilis cum alio ratione quotæ, ſi non aſcendat ad quotam, & iunctus cum alio vel cum aliis Maioratibus excedat, habet locum incompatibilitas ; licèt quilibet eorum in ſolidum ad ſummam quotæ non aſcendat.

38 Maioratus incompatibilis cum alio ratione quotæ, ſi alter poſtea vindicetur, vtrùm ſucceſſor ad alium reuertere poſſit ? remiſſiuè.

ARGVMENTVM.

An Incompatibilitas detur in ſcientia Arithmeticæ ? ac deinde agitur de Maioratibus, tam ex diſpoſitione hominis, quam prouiſione legis incompatibilibus ratione quotæ, ſeu certi numeri in bonis, vel in redditibus; ac de ſententia ſuper computatione ſecundum regulas Arithmeticæ incompatibili : vbi etiam inuenies quomodo eſt computandus valor bonorum, vel redditum ; maximè ſi conſiſtat in bonis inæqualiter reddentibus, & in bonis pretioſis, abſque fructu, vel redditu, & in Officiis, Titulis honorificis, Iuriſdictionibus, & aliis ? quæ onera deduci debeant ? cui incumbat onus probandi, & quæ probationes ſint neceſſariæ ? Et tandem ad praxim traditur forma libellandi in hoc caſu de Maioratibus incompatibilibus ratione quotæ : & aliæ quæſtiones de Maioratibus incompatibilibus ratione quotæ excitantur.

INter Mathematicas equidem ſcientias Arith- 1
meticam primam obtinere claſſem reſoluit Chaſſaneus in *Cathalogo gloriæ Mundi part.*10. *conſiderat.*49. Petrus Cyruelus Darocenſis *lib.*1. *introductionis Arithmeticæ, de Numeris, & proprietatibus numeralibus, cap.*2. *in princ.*

In huius ſcientiæ cognitionem vbi numerus, eſt 2
plurium vnitatum collectio, ſeu aggregatio, per Incompatibilitatis regulas deuenimus, & ex aperto de- 3
monſtratur : quia quatuor, & quatuor, non poſſunt efficere nouem : hoc enim incompatibile eſt & re- 4
pugnat prædicamento quantitatis numerorum, atque eorum proprietati : & ſimiliter quod octo ter multiplicatis conficiant viginti quinque : cum quatuor & quatuor, quando concurrunt, formare non valeant nouem, neque ad nouem, niſi alio addito, ſe compatiantur, ſed ad numerum tantummodo octauum ; & ſic octauus multiplicatus non compatitur ad formandum viginti quinque : quia de natura propria numeri 5
compoſiti eſt, quod ſi par numerus per alteram partem multiplicetur, ſemper producatur inde alius par numerus : vt ducto binario in quaternarium producatur octonarius : ſimiliter ducto quaternario in ſenarium proueniant viginti quatuor, & ſic de aliis. Et ſi numerus par multiplicetur per imparem ſemper inde

Digitized by Google

inde proueniat numerus par, vt multiplicato binario
per ternarium naſcatur inde ſenarius, & ducto qui-
nario in ſenarium ſit numerus trigenatius ſcilicet 30.
& ſic de aliis. Verba ſunt Darocenſis, *in dict. lib. 1. de
propriet. numeral. cap. 2. in fin.*

6 Hinc eſt quod licet res iudicata pro veritate ha-
beatur, & faciat de albo nigrum, & de nigro album;
de non iure ius, & de ente non ens: *leg. res iudicata
108. de regul. iur. l. penult. ff. de iuſt. & iur. l. ſeruo in-
uito, §. cum Prætor. ff. ad Trebell. l. ſed ſi contra, in
princ. ff. de liber. agnoſc. l. vnic. C. de errore calcul. l. 2.
C. de re iudic. l. quotieſcumque, C. de decurionib. lib* 10.
Gloſſ. *in l. ſi non ſortem §. heredi, ff. de cond. indebit.*

7 Non tamen res iudicata facere valet quod quatuor
& quatuor ſint nouem; neque quinquaginta & vi-
ginti quinqoe ſint centum: idcirco talis error in ſen-
tentia nunquam tranſit in rem iudicatam: *l. 1. §. 1. ff.*
8 *quæ ſententia ſine appel. reſcind. Item* (dicit) *ſi cal-
culi error in ſententia eſſe dicatur, appellare neceſſe non
eſt, veluti ſi Iudex ita pronuntiauerit: Cum conſtet
Titium Seio ex illa ſpecie quinquaginta, item ex illa
ſpecie viginti quinque debere, idcirco Lucium Titium
Seio in Centum condemno: nam quoniam error compu-
tationis eſt: nec appellare neceſſe eſt, & citra prouoca-
tionem corrigitur. Sed etſi huius quæſtionis Iudex ſen-
tentiam in Centum confirmauerit, ſiquidem ideo quod
50. & 25. fieri 100. putauerit: adhuc quidem error
computationis eſt, neque appellare neceſſe eſt*, l. 19. ti-
tul. 22. partit. 3. verſ. *Mas ſi el yerro acaeciesse en la ſen-
tencia que dà el Iuzgador: aſſi como ſi dixeſſe, condeno
al demandado que pague al demandador cien marauc-
dis que el deuia por tal razon, y de otra parte cinquen-
ta marauedis que el deue por otra razon, que ſon por
todos 200. marauedis, tal Iuizio como eſte no deue va-
ler ſino en los 150. marauedis, y no en lo demas que fue
acrezido por yerro de cuenta. Y eſto dezimos que ha
lugar en todos los yerros ſemejantes de eſtos que acae-
cieſſen en los Iuizios* l. 4. tit. 26. partit. 3. verſ. *Eſſo miſmo
dezimos quando fueſſe manifieſtamente pueſto yerro en
la Sentencia ſobre la quantia de los marauedis, è de las
coſtas que le mandaſen pechar ò dar, ca maguer no ſe
alçaſſen de eſtos Iuizios ſobredichos, pueden ſe reuocar
quando quier, y no deuen obrar por ellos, bien aſſi como
ſi no fueſſen dados.*

9 Abſque eo quod obſtent textus in *l. vnic. Cod. de
errore calculi l. 2. C. de re iudic.* qui non de errore ex-
preſſo in calculo, ſiue in ſumma parcellarum per
computationem facta loquuntur, ſed non expreſſo
qui non appareat in ſententia, etiam ex relatione ex-
preſſa ad acta; vel quando inter partes ita conuê-
nit, Gloſ. *verb. putauerint, in l. 1. §. 1. ff. quæ ſent. ſine
appellat. reſcind.* Gloſ. fin. *in d. l. 2. C. de re iudic.* Gloſ.
*verb. vel tranſactio, verſ. diſtingue in vtroque vtrum
fuerit expreſſa cauſa erroris, vel non, &c. C. de error.
calcul.* vbi Bart. & Bald. *num. 2.*

10 Cæterum ſi expreſſa fuit cauſa erroris in ſumma,
dicens quod ex eo quod debet ex vna parcella quin-
que, & ex alia ſex, eum condemno in duodecim;
vel promiſſum fuit ſoluere duodecim; tunc quia in
ſcientia Arithmeticæ non compatitur, quod quin-
que, & ſex ſint duodecim ratione regulæ incompati-
bilitatis, quæ obſeruari debet inuiolabiliter in hac
ſcientia, nec ſententia tranſit in rem iudicatam, nec
tenet obligatio, quia deficit conſenſus in exceſſu, ex
incerta, ac falſa cauſa quamdam ſpeciem falſitatis
continente. Quapropter ſi appareat ex actis, vel ven-
tre inſtrumenti, nequaquam executioni mandari de-
bet: latè probat Muñoz de Eſcob. *de Ratiociniis c. 38.
per tot. & cap. 41. n. 5* Steph. Gratian. *tom. 4. cap. 793. à
num. 1. vſque ad n. 11. & tom. 5. cap. 909. n. 11.*

Et tantummodo exequi ſententia poteſt, ſublato 11
errore in ſumma in quantum computatio ſecundum
regulas Arithmeticæ patiatur, & non plus numero,
nec minus: Gloſ. fin. *in l. 2. C. de re iudicat.* ibi: *An
autem & tunc valeat in ea quantitate, vſque ad quam
non eſt erratum quæritur? quod videtur: vt argumen-
to infr. de donat. l. ſancimus, in princ.* quam opinio-
nem approbauit *l. ex noſtra 19. tit. 22. part. 3.* vbi notat
D. Gregor. *verb. En los ciente y cinquenta.*

Vnde inferri ad praxim vtile erit in Maioratuum 12
materia incompatibilium, quod ſi in Maioratibus in-
compatibilibus ratione quotæ dictum ſit in ſenten-
tia, quod ex eo ſit, aut non ſit incompatibilis vnus
ex Maioratibus, & aſcendere, aut non aſcendere ad
quotam, quæ facit eum incompatibilem, quia talia
bona reddunt 150. & alia 100. quæ ſunt 300. cum
non compatiantur ſecundum regulam in ſcientia
Arithmeticæ quod ſint 300. ſed reuera 250. Quapro-
pter ſi ſecundum hanc veram computationem quota
ſit inſufficiens, nihilominus error ſummæ in ſenten-
tia etiam tranſacta in rem iudicatam non impedit
quin Maioratus non ſit incompatibilis, & concurre-
re poſſit. Et ex aduerſo, ſi in ſententia Iudex pro-
nuntiauit, quod 150. & 100. ſint 200. adimens in com-
putatione 50. aut quidquid aliud in ſumma, ſi quota
ducentorum ſit ſufficiens Maioratus haberi debet, ac
ſi iudicatus fuiſſet incompatibilis, & ad ſequentem
ſucceſſorem tranſitum facere.

Quod accidere poteſt quando à lege, vel ab homi- 13
ne diſpoſitum fuerit, quod ſi ſucceſſor obtineat alium
Maioratum vſque ad certam quantitatem, ſeu quo-
tam proficientem in bonis, vel redditibus, tunc alter
Maioratus cedat in ſecundo-genitum fratrem, vel ſe-
quentem ſucceſſorem, cui prouidere lex, vel teſtator
velit, & omnibus ex eius linea, cùm iam ſatis, ac co-
pioſè prouiſus videatur primus ſucceſſor, & cæteri
eius lineæ cum alio Maioratu, ſi eius bona, vel reddi-
tus vſque ad illam quotam, ſeu quantitatem aſcen-
dant, prout in caſu *legis 7. titul. 7. lib. 5. nouæ Recopil.*
Et in aliis diſpoſitionibus maximè hominum, qui
prudenter in Maioratuum inſtitutionibus ſolent præ-
uenire prouiſionem non ſolum lineæ primogeniti,
ſed aliorum de ſua familia.

In ſpecie horum incompatibilium ratione quotæ 14
Maioratuum, operæpretium erit demonſtrare, quo-
modo eſt computandus valor bonorum vel reddi-
tuum, maximè ſi conſiſtat in bonis inæqualiter red-
dentibus, vt in Officiis qui ſint magni in valore, ſed
valdè tenues in prouentibus, & è contra in iuriſdi-
ctionibus, in vaſſallis, & in iuribus adinuicem vtili-
bus, & inutilibus, in domibus, in fundis partim ſte-
rilibus, in cenſibus redimibilibus, & perpetuis, &
aliis, & quæ ſunt deducenda ex eis ac exoneranda.
Deinde cui incumbat onus probandi: & quæ pro- 15
bationes neceſſariæ ſint? Poſteaque pro tyronibus
ad praxim id reducemus; & in gratiam Aduocato-
rum figurabimus ad exemplar libellum & ſententiã,
qua determinetur, quotam deſtinatam à lege, vel à
teſtatore attigiſſe valorem Maioratus de nouo adqui-
ſiti, ad hoc vt declaretur incompatibilis cum alio;
ob idque ad ſequentem ſucceſſorem deueniendum.

Incipiendo à prima ex his excitatis quæſtionibus 16
ad ſcientiam Arithmeticæ pertinentibus, & ad ſpe-
ciem Maioratuum incompatibilium ratione quotæ,
difficultas ſtat in hoc; Quomodo computandus eſt
valor redditumm bonorum, quorum alia ſunt prædia
ruſtica, quæ diſpari, ac magna inæqualitate reddunt
fructus naturales, ac induſtriales, qui conſiſtant in pa-
ſcuis, ſyluis cædicis, ſimilibus, oleo, vino, tritico,
hordeo, vel aliis frugibus, cuius valor pro diuerſitate
temporum

temporum variatur, & aliquibus annis eorum prædiorum fructus ſunt pingues; & aliis tenues, aliis ſteriles, & aliis mediocres.

Alia ſunt prædia vrbana, atque ædificia ad quorum conſeruationem & reparationem, neceſſarium eſt expendere vno anno quamplurimum, alio verò permodicos ſumptus facere, alio tandem mediocres.

Alia ſunt Gabellæ, ac vectigalia, quorum valores magna cum diſparitate ſe habent ſingulis annis.

Alia ſunt metalli fodinæ, & his ſimilia, quæ vno tempore ſunt fructifera, alio ſterilia.

Alia ſunt Decimæ, quæ debentur ex fructibus, & aliis rebus: & Decimæ, quæ debentur ex executionibus, & alia ſimilia iura.

Alia ſunt iuriſdictiones, quæ magis in eo quod eſt honorificum, quam in redditu conſiſtunt; quia redditus, ſiue earum fructus ſunt condemnationes, ſeu multæ pecuniariæ valdè incertæ ac variabiles.

Alia Cenſus perpetui cum decima & commiſſo; quorum decimæ quinquageſima, ſeu laudemia ſunt, etiam nimis incerta, nam cum procedant ex emptionibus, & venditionibus, accidere ſolet quod in vno anno, vel menſe, ſæpiùs res vendantur; attamen in viginti, vel pluribus annis nulla contrahatur venditio.

Alia ſunt Militiæ, ſeu Officia Decurionatus, Tabellionatus, & his ſimilia, quorum aliqua ſunt parui valoris in re principali, & magni valoris in redditu ac emolumentis; & è contra alia ſunt magni valoris in re, ſed parui valoris in redditu: prout Officium Decurionatus in Ciuitate Granatenſi, cuius valor principalis aſcendit vſque ad octo millia Ducatorum, & in redditu ad octo tantum Ducatos, ſiue 3000. marapetinorum in quolibet anno. Et officium *Iurati*, vulgò *Officio de Iurado*, cuius valor principalis aſcendit vſque ad duo millia Ducatorum; & in redditu ad duorum millia marapetinorum.

Alia denique ſunt res pretioſæ, quæ nullius, vel modici ſunt fructus.

17 Circa hanc igitur varietatem bonorum diuerſimodè nos habere debemus ad veram deducendā Arithmeticæ computationem: Quia in prædiis ruſticis, & vrbanis, metalli fodinis, vectigalibus, ac Gabellis, Decimis, & aliis iuribus, computatio debet fieri ſecundùm eam qualitatem fructuum, vel reddituum qui in proximioribus annis antecedentibus collecti fuerint, coaceruatis omnibus fructuum ſeu reddituum maioribus, & minoribus ſummis, vt comprobat latè Muñoz de Eſcobar *de ratiocin. tom. 2. comput. 24. per tot.* & poſtea in tot partes diuiſis pro rata, quot fuerint anni, *l. ſi fundum 35. in fin. & l. ſeq. in princ.* ibi: *Ita vt omnes ſummas maiores, & minores coaceruet, &c. ff. mandati.* Itaque vbertas, ſeu abundantia vnius, vel alterius anni faciet ſupplementum in computo, atque compenſabit defectum, ſeu ſterilitatem cæterorum annorum, & è contra: *argumento l. ſi vno*, aliàs *l. ex conducto 15. §. ſi vno in princ. ff. locat. l. forma 4. §. illam qualitatem de cenſibus: cap. propter ſterilitatem, in fin. de locat. & conduct.*

18 Sed controuerſia eſt inter Doctores, an requirantur tres, quinque, vel decem anni proximi antecedentes, ad hanc computationem? multi etenim obſeruant, quod ſufficiunt tres anni præcedentes, quorum fructus, ſeu redditus, deductis expenſis, coaceruati in vnam ſummam diuidantur in tres æquales partes, quarum vna erit ſumma in redditu, qui iudicari tanquam certus & liquidus debet ad computationem quotæ. Exemplum ponas: Anno 1651. valor redditus fuit 80. Anno 1652. fuit 21. Anno 1653. fuit 40. quorum reddituum ſumma reducitur ad 141. hæc ſi diuidatur in tres partes, quælibet earum habet 47. igitur hac in quantitate computandus eſt valor: ita tenent Matthæus de Afflictis *de feud. lib. 2. titul. per quos fiat inueſtitura: §. ſed & tres n. 40.* Pinel. *in l. 2. C. de reſc. vendit. part. 3. cap. fin. num. 30.* vbi dicit in praxi ſe vidiſſe ſic obſeruatum. Ayora *de partitionibus, part. 1. cap. 4. num. 8.* Ioan. Garcia *de expenſ. cap. 24. n. 14.* Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 20. n. 11.* Hermoſill. *tom. 1. in l. 56. tit. 5. part. 5 gloſ. 6. n. 13.* per argumentum in textu *l. quicumque, Cod. de apoch. public. lib. 10. & in l. penes, C. de vectigalib. & commiſſ.* & de Iure noſtro eſt textus in *l. 1. tit. 2. cap. 32. in fin. & l. 19. tit. 9. lib. 9. nouæ collectionis*, quæ ita dicit: *Mandamos, que ſi nos hizieremos merced, ò vendieremos algunas alcaualas, ò Tercias, durante algun arrendamiento, que ſe reciua en cuenta a el Recaudador de el partido donde entraren los marauedis que pareciere que verdaderamente han valido a el arrendador de el tal partido en los tres años proximos paſſados, juntando el precio de todos tres años, y tomando por precio la tercia parte dellos, y aquello ſea auido por valor.*

19 Alij tenent quod quinque anni proximi antecedentes requiruntur ad tale computum: ij ſunt Ludouicus Gomez *in regula Cancellar. quæſt. fin. de valor. exprimend. in impetratione benefic. lit. A. & B.* Mandoſius *in commentar. ad regulas Cancellar. reg. 22. de vnione, & confir. q. 5. n. 2.* Ioan. Gutierrez *Canonicarum lib. 1. cap. 39. num. 68.* Maſcardus *de probat. verb. Valor, concluſ. 1396. num. 48.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. Benefic. lib. 10. quæſt. 2. n. 55.* arg. *l. ſi filiofamilias 25. §. ſi vir in quinquennium, ff. ſolut. matrim.*

20 Alij autem defendunt quod decem annorum ſpatium ſit neceſſarium ad dictam computationem: Iacobus de Puteo *lib. 3. deciſ. 373. n. 2.* Cæſar de Graſſis *deciſ. 118 n. 1.* & cum aliis Rotæ deciſionibus, Nicolas Garcia *de Benefic. part. 5. cap. 3. à num. 228. vſque ad num. 241. & num. 238.* dicit quod hæc opinio Rotæ videtur magis Iuri conformis: nam per lapſum, & decurſum decennij, melius poteſt ſumi regula ad iudicandum valorem communem, quam per lapſum quinquennij, vel triennij: per quinquennium enim, vel triennium, poſſet facile, & veriſimiliùs contingere omnes annos, aut eſſe ſteriles, aut fertiles, quod non ita contingeret per decennium.

21 Sed nihilominus licet ſanior videatur hæc vltima opinio, praxis in noſtris tribunalibus Hiſpaniæ admiſſa, quam video obſeruari, eſt, quod fiat hæc computatio per quinquennium immediatè antecedens, quod fatetur Nicolas Garcia *vbi proximè, num. 241. verſ. Et quamuis in aliquibus tribunalibus Hiſpaniæ de ſtylo attendatur valor per quinque, vel tres annos præcedentes, &c.*

22 Attamen quando in Maioratibus incompatibilibus quota non fuerit reſpectu fructuum, ſeu reddituum, ſed reſpectu bonorum; tunc valor bonorum computandus eſt etiam in conſideratione fructuum, ac reddituum: *l. ſi fundum per fideicommiſſum 92. in princ. ff. de legatis 1. l. penult. ff. de rebus eorum: l. ſi quos:* & *ibi* Gloſ. *C. de reſcind. vendit. l. 3. §. diui fratres, ff. de iur. fiſc. §. & hoc autem, in Authent. de alienat. & emphyteoſ. coll 9.* quia eò plus valet res, quò plures reddit fructus: *l. ſed & ſi quod, §. 1.* ibi, *pro bonitate fructuum, ff. de euict. §. ſin autem annale; Authentico, de Eccleſ. titul. col. 9.*

23 Computatio hæc ad perſcrutandum valorem rei, fit hoc modo; Quòd calculentur, ſiue cumulentur fructus, vel redditus viginti annorum anteà collecti, deductis expenſis, & valor eorum facit iuſtum rei pretium: v. g. Si res, deductis expenſis reddit in fructu centum quolibet anno, valor eius erit duo millia, quia viginti multiplicata per centum ſunt duo millia: Gloſ.

Digitized by Google

Gloſ. *verb. Iuſta in auth. perpetua, Cod. de Sacroſ. Eccleſ* Lud. Roman. *conſ.* 423. *n.* 1. Iaſ. *in dict. l. ſi fundum per fideicommiſſum num.* 5. *ff. de leg.* 1. vbi exemplificat. quia iſta dicit: *Item adde quod iuſtum pretium fundi, vel domus, eſt quantum capit eius redditus in 20. annis, & ſic multiplicando redditus per 20. annos, illud. quod illis 20. annis percipitur, eſt iuſtum pretium rei: ideo ſi domus locetur per quinque annos valet centum, &c.* Cagnolus *in l.* 2. *C. de reſc. vendit. n.* 231. Paulus de Caſtro *in conſ.* 289. *n.* 4. Tiraquell. *de retract. lignag.* § 1. *gloſ.* 6. *n.* 19. Guid. Papa *ſingulari* 938. *& in conſil.* 180. Dom. Præſ. Couarru *lib.* 3. *variar. cap.* 9. *num.* 5. Natta *conſil.* 498. Menoch. *conſ.* 343. *num.* 24. *& conſil* 358. *num.* 20. *lib.* 4. Cephal. *conſ.* 412. *num.* 62. Maſcard. *de probat. concluſ.* 652. *n.* 3. Tiber Decian. *conſ.* 2. *num.* 174. *vol.* 1. *& conſ.* 32 *n.* 68. *vol* 2. Caualcan. *deciſ.* 1. *num.* 1. *part.* 2. Mathias Coler. *de proceſſ. execut. part.* 3. *cap.* 9. *n.* 150. Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 20. Ioan. Garcia *de expenſ. & melior. cap.* 4. *n.* 19. *& cap.* 9 *num.* 79. Surd. *de alim. tit. vltim. quæſt.* 41. *num.* 1. & copioſè Fontanella *de pact nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *p.* 1. *à num.* 47. *vſque ad num.* 61. Ant. Faber *lib.* 4. *titul. de reſc. vend. diffinit.* 2. *n.* 4. Auend. *de Cenſibus, cap.* 29. *n.* 3. *&* 4. Steph. Gratian. *tom* 3. *cap.* 545. *n.* 11. *& tom.* 4. *c.* 752. *num.* 47. & alios allegans Hermoſilla *in l.* 56. *tit.* 5 *p.* 5. *gloſ* 6. *à n.* 5.

24 Quoad Iuriſdictiones autem, & Officia magnæ authoritatis, ſed nullius, aut modici redditus, quia tribuunt vtilitatem, & aliqua emolumenta, dignitatem, & honorem, Mantica *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 4. *dict. tit.* 20. *num.* 16. Hermoſilla *in d. l.* 56. *titul.* 5. *part* 5. *gloſ.* 6. *num.* 16. per textum in §. *volumus, in auth. vt Iudic. ſine quoquo ſuffrag.* taxantur, & eorum pretium in ſorte principali erit, ad computationem redditus ad rationem quinque pro centenario: in noſtra enim Hiſpania ex conſuetudine loci omne intereſſe computatur ad rationem quinque pro quolibet centenario, prout in Cathalonia receptum eſſe dicit Fontanella *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 1. *num.* 50. Matth. Coller *de proceſſ. execut. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 174. & probatur *in Auth. perpetua, verſ. quod ſi res pretioſa, C. de Sacroſ. Eccleſ.* vbi dicitur, *quod ſi res pretioſa quidem, parum tamen, aut nihil præſtans penſionum, res ſubtiliter æſtimanda eſt, vt ex hac penſio iuſta conſtituatur.* Penſio autem iuſta eſt illa, quæ correſpondet in noſtra Hiſpania ad quinque pro centenario: Aluarus Valaſcus *conſult.* 43. *num.* 12. Merlin. *de pignorib. lib.* 1. *tit.* 23. *num.* 46. Vnde Iuriſdictiones, & talia Officia magni valoris, & parui emolumenti dantur in cenſum ad quinque pro centenario: Felician. *de cenſib. tom.* 1. *lib.* 2 *cap.* 3. *à num.* 22. Duard. *de cenſib. cap.* 52. *à num.* 6. Honoratus Leotardus *de vſuris quæſt.* 46. *à num.* 21. & idem computum fit in exactione mediæ annatæ.

25 Eadem equidem ratione, idem dicendlum eſt, de Comitatu, Marchionatu, Ducatu, & aliis ſimilibus Dignitatibus ad perpetuum cum oppido vel aliquo territorio conceſſis, de quibus loquitur *cap. Imperialem.* §. *præterea Ducatus de prohibit. feud. alienat.* D. Molina *lib.* 1. *cap.* 11. *à n.* 16. Mieres *de Maiorat. p.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 11. *& quæſt.* 26 *num.* 77. Pater Molio. *de iuſt. & iur. tom* 2. *diſp* 581. D. Garcia Maſtrillo *de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 12. D. Ioan. à Caſtillo *tom.* 6. *cap.* 159. *per totum.*

26 Sed annui redditus perpetui, ſeu redimibiles cum decima, ſiue laudemio; aliter computari debent: ſcilicet ad rationem 30. vel 34. vel 40. pro quolibet nummo reddituali, plus, vel minus, iuxta conſuetudinem Prouinciæ, Ciuitatis, oppidi, vel loci, prout in Ciuitate Granatenſi vbi annui redditus perpetui ſuper aliqua domo, Tabernis, vel officina ſita in platea, quæ vocatur, *la Plaça nueua,* & aliis, quæ dicuntur *la Biba Rambla y Calle del Zacatin, y Alcayceria,* & in earum circuitu, reputantur ad rationem 40. in aliis proximis ad eas, ad rationem 34. & in aliis prope, ac extra muros, ad rationem 30. & coacernatis his ſummis, & reductis ad vnam ſummam fiet computatio ad rationem quinque pro quolibet centenario, in hunc modum. Pone quod poſſeſſor Maioratus habeat annuos redditus perpetuos in quolibet anno cum decima, & commiſſo, ſuper quadam domo, prædio vrbano, vel ruſtico, quod ſecundùm conſuetudinem æſtimari debeat ad rationem 40. ideo ſors eius multiplicatis 50. per 40. erit duo millia in numero 2000. quorum redditus ad rationem quinque pro quolibet centenario erunt 100 in quolibet anno, vbi comprehenditur, & hoc modo æſtimatur Laudemium, & commiſſum, quod deduces ex Felician. de Solis *de cenſibus lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 16. ex D. Præſ. Couarru. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 9. *n.* 5. *prope finem,* relato à Cardinali Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 4. *titul.* 20. *num.* 19.

Quid de rebus pretioſis, nullius, aut modici redditus? dic in triplici eſſe differentia; aliæ, quæ antea reddebant fructus, ſed ob cladem, ſiue nimiam vetuſtatem, vel flatum ventorum ſunt minuti, vel fere nulli, quia euulſæ ſunt arbores, & vites dirutæ; penſio tamen aliqua percipitur, de quibus rebus pretioſis, quorum fructus fuerunt, & ſunt quaſi nulli, loquitur *Auth. perpetua, verſ quod ſi res pretioſa quidem eſt, parum tamen, aut nihil præſtat penſionum, &c. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Hæ res æſtimantur facta cumulatione ex fructibus, ſiue penſionibus per 20. annos antecedentes collectis: Gloſ. *verb. iuſta, in dict. Auth. perpetua.* Vbi communiter Scribentes: Et hic valor, ſeu pretium computari debet ad rationem quinque pro centenario, vt dictum eſt *ſuprà proxime* in cenſu perpetuo irredimibili. 27

Aliæ pretioſæ res, quæ licet redditus habeant, ſunt tenues, veluti aliquæ Domus, vel Turres: Iaſon in *l. ſi fundum per fideicommiſſum, de leg.* 1. *n.* 4. ibi: *alibi notat.* Bart. *in l fin* §. *ſin autem legata,* per illum text. *C. de bon. quæ lib.* quod domus pretioſæ ſunt quodammodo ſteriles, quia non reſpondent redditus pretio domorum: ſimiliter vna Turris multum valet, & parum redditus habet. De quibus idem dicendum eſt quod de aliis rebus pretioſis *ſuprà proximè,* ad hoc vt ex reddítu conſiderandæ, ac æſtimandæ ſint, & non ex valore ædificij: Iaſon, in §. *ſi quis n.* 11. *Inſt. de act.* Bald. *conſ.* 30. *num.* 2. *lib.* 2. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 65. *à num.* 11. *part.* 2. Mar. Giurb. *in conſuetud. Senat. Meſſan. cap.* 6 *gloſ.* 12. *à n.* 5. Aluarez de Valaſco *de priuil. pauper. part.* 1. *q.* 4. § 4. *n.* 165. *&* 166. *verſ. Neque palatium, vel Turri ex ſumptibus, & valore ædificij, ſed ex reditu conſideranda.* 28

Aliæ res pretioſæ ſunt fructiferæ, ad ſolum corporis, vel domus ornatum, & oſtentationem primogeniorum, veluti auri, vel gemmarum, ſiue margaritarum catena, aureus annulus cum maximo aliquo adamante, Chryſolito, Ametiſte, Smaragdo, Vnione, & ſic de aliis, ſupellex pretioſa, enſis, ſiue framea, arma ærea, argentea, deaurata, & ſimilia, ſtragulum equeſtre opulenter ornatum ſeu variè plumatum, effigies aliqua, ſiue pictura ſpecioſa, aut Reliquiarium, aquiminarium, & his ſimilia, quæ tanquam inſignia, vel magnæ æſtimationis prohibita ſunt alienari, vt in perpetuum conſeruentur in familia ad maiorem ſplendorem & ornatum ſucceſſorum, quæ omnes res non ſunt computandæ ad valorem ſortis, nec redditus, quia tantummodo deſeruiunt ad 29

ornatum

Digitized by Google

ornatum corporis, vel domus, vel alterius ex rebus Maioratus tanquam acceſſoriè: argumento text. in l, cum aurum 19. §. perueniamus, l quamuis quadam ex veſte magis ornatus gratia 26. ff. de auro, & arg. leg. l. ſi in emptione 34. in princ. verſ. Nec refert quanti ſit acceſſio, &c. ff. de contrahend. empt. §. ſi tamen Iuſt. de rer. diuiſ. Ex quibus iuribus deducitur, quod non debet venire in conſideratione id, quod eſt acceſſorium, & ad ornatum rei principalis, licet pretioſius.

30 Attendas autem ſemper, quod computatio hæc debet fieri deductis oneribus, quia non dicitur iuſtum pretium niſi demptis debitis expenſis, ac oneribus, quia onera, & expenſæ minuunt pretium fructus, & redditus: l. fundi partem, ff. de contrahen. empt. l. ſi ſterilis §. ſi tibi, ff. de act. empt. l. ſi venditor, §. fin. ff. de ſeru. exportand. l fin. §. in computatione, Cod. de iur. deliber. cap. in aliquibus, de Decim. cap cum Ioannes, de fid. inſtrument. Gloſ. in l. 1. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact Gloſ. fin. in l. per diuerſas, Cod. mand. Gloſ. in cap quoniam, de vita, & honeſtas. Cleric. l. 4. tit. 14. partit. 6. & ibi Dom Gregor. verb. Sacadas las deſpenſas, probat ex Baldo, & aliis, Hieronym. Gigas de penſionibus quæſt. 89. num. 1. & 2. Tiraquell. de retract. §. 15. gloſ. 1. à num. 3. & cum multis Matienço in l. 1. gloſ. 2. num. 27. 36. & 37. titul. 11. lib. 5. Recopil. Franc. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. titul. 20. num. 38. Surd conſil. 181. num. 20. Steph. Gratian. tom. 3. cap. 461. à num 9. cum tribus ſeq. Hermoſilla in dict. l. 56. titul. 5. partit. 5. gloſ. 6. n. 96.

31 Sed aduertendum eſt, quod onera, quæ deducenda ſunt, debent eſſe ex perpetuis; non enimvero veniunt in conſideratione ad hanc computationem onera, quæ ſint temporalia, veluti onera alimentorum, val alicuius temporalis penſionis, quæ poſſunt ſtatim, hodie, vel intra breuem terminum ceſſare. Ideo deciſum eſt, quod de valore fructuum, vel redditum in Beneficiis incompatibilibus ratione quotæ, non eſt detrahenda penſio ſuper Beneficio, quia penſio eſt onus temporale, & non perpetuum: Rota 3. parte diuerſor. deciſ. 184. num. 3. lib. 2. Iacobus de Puteo deciſ. 202. lib. 3. vbi regula, quod redditus, vel fructus ad hanc computationem dicuntur deductis oneribus, intelligitur deductis oneribus perpetuis, & non temporalibus; & hac de cauſa non deducitur penſio, quia eſt onus temporale: Hieronymus Gonzalez in reg. 8. Cancellar. gloſ. 5. §. 5. n. 21.

32 Sed quomodo probari poſſit valor rei, fructus, vel redditus? dic quod multipliciter: ad id videas text. in l. ad officium, C. communi diuid. l. hac edictali. 6. §. his illud, C. de ſecund. nupt. Iaſon in l. ſi fundum per fideicommiſſum, delegat. 1. n. 1. Matienço in l. 1. gloſ 2. num. 11. titul. 11. lib. 5. Recopilat. Maſcard. de probation. concluſ. 650. vſque ad concluſionem 664. & concl. 1396. Valaſco de partitionibus, cap. 9. à num. 3. Mathias Collerius de proceſſ. executiou. part. 3. cap 9. à num. 111. vſque ad numerum 170. Mantica de tacit. & ambig. lib. 4. titul. 10. per tot. Fontanella de pact. nuptial. clauſul. 4. gloſ. 18. part. 1. à num. 57. Et ad ſaturitatem plenius quam alibi Hermoſillas in leg. 56. titul. 5. partit. 5. gloſ. 6. per totam, maximè à num. 8. vſque ad num. 117.

33 Præterea onus probandi ad hoc vt appareat quod bona Maioratus in ſorte, vel in redditu aſcendunt ad quotam, qua mediante ſit cum alio incompatibilis, cui incumbat, hic ſcire oportet. Et reſolutiuè tenendum eſt, quod incumbit onus probandi agenti, qui dixerit valorem rerum Maioratus aſcendere ad illam quotam: leg. 2. & l. cum de lege Falcidia 17. ff. de probat. vbi etiam Gloſ. vnica, leg ſi vero 5. §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſdare cogantur: vbi Gloſ. verb. dubitatur leg. fin. §. licentia, Cod. de iur. deliber. leg. ſi creditores 16. ff. de priuileg. creditor Iaſon in l. 2. Cod. de probation. Tiraquellus de retr. §. 32. gloſ. 1. num. 95. Hieronymus Gigas de penſionibus, quæſt. 9. num. 9 verſ. Quis autem probare debeat excedere tertiam partem fructuum: Afflictis deciſ 377. à num. 2. vbi etiam Vrſillus Dom. Præſ. Couarruu. lib. 2. variar. cap. 6. num. 2. 3. & 4. Baëza de non meliorandis dotis ratione filiabus: cap. 36. à num. 13. vſque ad fin. verſ. Num videamus quis teneatur probare: Maſcard. de probat. tom. 3. concluſ. 1154. num. 4. Fuluius Patianus de probat lib. 1. quæſt. 54. à num. 10. Menoch. libro 6. preſumptione 25. num. 14. & conſil 321. à num. 21. Alphonſus de Oxeda de incompatibil. Benefic. part. 1. cap. 9. num. 10. Surd. deciſ. 320. num. 5. idem Surd. de aliment. titul. 1. quæſt. 24. num. 7. Cenedo quæſt. 14. n. 5. Proſper. Farinac. part. 2 quæſt. 57. num. 88. Steph. Gratian. tom. 2. cap. 256 n. 14 & 15. & tom. 4. cap. 626. n. 12. & cap. 689. n. 36.

Non inutile erit igitur pro Tyronibus inſtruendis exemplar hic ſubiicere: ideo ad praxim demonſtrabitur forma libellandi, & ſic ad maiorem & faciliorem expeditionem formare neceſſe eſt duos libellos cum allegationibus, ex quibus Aduocatus deducere valeat articulos ad rem pertinentes. 34

Alter libellus erit in caſu, quo Maioratus ſit incompatibilis ratione quotæ, ex diſpoſitione hominis, hac forma.

Muy Poder. Señor.

N. en nombre de D. Pedro de tal vezino de tal parte, demandado ante V. A. à D. Antonio de tal vezino de tal parte. Y digo que Don Iuan de tal fundo vn Mayorazgo, en que llamo a la ſuceſſion a ſu hijo mayor, ò ſobrino, ò primo y a ſus hijos y deſcendientes con clauſula y condicion de que ſi el dicho ſuceſſor llamado, ò qualquiera dellos llegaſe a ſuceder en otro qualquier Mayorazgo de mil Ducados de renta en cada vn año paſaſſe el dicho Mayorazgo a ſu hermano ſegundo, ò al ſiguiente en grado de otra linea. y auiendo ſucedido el dicho Don Antonio como vno de los llamados en el dicho Mayorazgo, y eſtandolo poſſeyendo ha ſucedido en otro Mayorazgo, que fundo D. Gonzalo de tal, el qual viene a ſer demas de los dichos mil Ducados de renta. Porque tiene las Caſas principales de el dicho Mayorazgo en la dicha Ciudad, ò Villa, y Parrochia de tal Igleſia, y en tal Calle linde con Caſas de fulano, y fulano que aunque ſon de mucho valor conforme a la coſtumbre de la dicha Villa, ò Ciudad, iuſta y communmente valdran de renta 200. Ducados de loſquales vajados los gaſtos de los reparos ordinarios en cantidad de 20. Ducados vn año con otro quedan 180. Ducados, en que ſe deue computar la renta de las dichas caſas. Y demas dellas tiene otras caſas en tal Parrochia y calle linde, &c. que rentan 60. Ducados en cada vn año de que vajado los gaſtos y expenſas de los reparos y a dereços ordinarios quedan de renta 50. Ducados.

Item tiene el dicho Mayorazgo vna heredad de Viña con ſu caſa y bodega de tantas Aranzadas, marjales, ò vides que renta 169. Ducados en cada vn año libres de todos los gaſtos y expenſas de las labores, porque de cinco años a eſta parte arentado en el primero que fue de 1643. 250. Ducados, y en el de 1644. 120. Ducados, y en el ſiguiente 180. Ducados, y en el ſiguiente 85. y en el vltimo de proximo 210. Ducados que junta la renta de los cinco años monta 845. Ducados, de que ſacada la quinta parte toca a cada año a razon de los dichos 169. Ducados. Item tiene vn cortijo de tierras

de Riego en tal parte que tal año tuuo de fructos tanto de trigo y tanto de mijo, y tanto de garbanços y tanto de lino y tanto de cañamo. Y tal año tanta cantidad, y tal año tanta, y tal año tantos fructos, que ſon los cinco años de proximo y ſacadas las expenſas a razon de a tanto cada año, y contando el trigo a 18. R. y el mijo a tanto, y a tanto los garbanços, (& ſic de cæteris;) *montan los fructos de los dichos cinco años tanta cantidad, y anſi toca a cada año 350. Ducados. Item otro Cortijo de tantas fanegas de tierra con ſu Caſeria en tal parte, que de ordinario ſe dà a el quarto, ò, a el quinto de lo que ſe coxe, y de 5. años a eſta parte parece an procedido de el quarto, o quinto tantas fanegas de trigo y tanta de çebada y centeno que a la taſſa montan tanto y tocan 270. Ducados en cada vn año. Item vn encinar y de heſſa en tal parte que haziendo el computo, y regulandolo por los arrendamientos de el pacto, y fructo de la vellota de 5. años a eſta parte toca a cada año 300. Ducados. Item vn cenſo perpetuo con decima, y commiſſo, 40. Ducados en cada vn año, que por eſtar ſobre tal poſſeſſion en tal parte vale a razon de a 24. mil el millar, y anſi monta el principal 360. Ducados a que correſponde la renta de 68. Ducados. Que hecho computo de toda la dicha renta monta 1387. Ducados, de loſquales valados tales cenſos y vna carga que tiene de vn Anniuerſario perpetuo de tantas Miſſas en c[a]da vn año que importa todo 300. Ducados, quedan mas [d]e los dichos mil Ducados. Con que llego el caſo de la incompatibilidad de los dichos dos Mayorazgos, y anſi paſſo en mi parte el dicho Mayorazgo, que fundo el dicho Don Iuan, y como a legitimo ſuceſſor pertenece a mi parte. Suplico a V. A. que por el mejor remedio que aya lugar en dicho, y mas a mi parte conuenga, declare tener de renta el dicho Mayorazgo cantidad de los dichos mil Ducados, y que en conſequencia de ello conforme a la diſpoſicion de el dicho Don Iuan, y fundacion de el dicho ſu Mayorazgo ſer incompatible con el dicho Mayorazgo de mil Ducados de renta, y que deſde el dia que ſucedio en el dicho Mayorazgo el dicho Don Antonio auer paſſado la poſſeſſion ciuil y natural en el dicho mi parte, y pertenecerlo como a legitimo ſuceſſor, y llamado, mandandoſele de la poſſeſſion iudicialmente, y condene al dicho Don Antonio los bienes de el a mi parte con los fructos y rentos, que a rentado, y podido rentar, y rentare deſde el dicho dia haſta la actual poſſeſſion, y entrega a razon de a tantos Ducados en cada vn año, pues es iuſticia que pido y coſtas y juro en forma y para ello, &c.*

35 Mas ſi el fundador que prohibio la junta de los dichos Mayorazgos en el caſo de llegar a ſuceder en otro de mil Ducados de renta, diere elecion al ſuceſſor, paraque elija abra de concluir la demanda ſegun lo diſpueſto en la *l mancipiorum 6. l. ſi tibi 8. ff de optione legat.* en eſta manera.

Suplico a V. A. que por el mejor remedio que aya lugar en derecho, y mas a mi parte conuenga, declare el dicho Mayorazgo tenor de renta los dichos mil Ducados, y ſer incompatible con el que funde el dicho Don Iuan, y en conſequencia dello portenecor a mi parte vno de los dichos dos Mayorazgos el que dexare el dicho Don Antonio, mandando que para ello dentro de vn breue termino el que ſe le aſſignare elija de los dichos Mayorazgos el que quiſiere, y paſſado y no hauiendolo hecho, queda para mi parte tal de los dichos Mayorazgos, y que ſe le de la poſſeſſion judicialmente como a legitimo ſuceſſor, condenando al demandado a la reſtitucion de los fructos y rentas deſde el dia que ſucedio en el dicho Mayorazgo de los dichos mil Ducados haſta la real entregua a razon de a tantos Ducados en cada vn año con las coſtas que pido y cumplimiento de juſticia, y juro en forma y en lo neceſſario, &c. El conocimiento pertenece a V. A. por ſer ſobre la ſuceſſion de el dicho Mayorazgo, ò por ſer mi parte menor y guerfano, ò por ſer pobre, ò por ſer el demandado Regidor, ò Alcalde mayor, o Titulo, &c. Suplico a V. A. lo aya por caſo de Corte, y mande dar a mi parte vueſtra real prouiſion de emplaçamiento en forma contra el dicho Don Antonio.

Sin autem ſit incompatibilitas ratione quotæ ex diſpoſitione legis, ſic formabitur libellus.

N. *en nombre de Don Diego de tal vezino de tal parte demando ante V. A. a Don Gaſpar de tal Marques de tal parte, y digo que en el ſuſodicho ſean venido a juntar por via de caſamiento dos Mayorazgos porque Don Aluaro de tal ſu Padre, auiendo ſucedido en el Mayorazgo que fundo fulano, caſo con Doña Cathalina de tal que ſucedio en otro Mayorazgo que fundo fulano, y el vno de los dichos dos Mayorazgos que es en el que ſucedio fulano es de mas de dos cuentos de mil Ducados de renta, porque tal Villa con ſu Iuriſdicion que juſta y communmente vale tanto a que correſponde tanta cantidad de renta a razon de a cinco por ciento. Y tiene las Alcaualas de tal Lugar que de cinco años a eſta parte an valido tanta cantidad porque tal año valieron eſto y tal año tãtos mil Ducados, &c. y repartido entre los cinco años viene a tocar de renta en cada vn año tanta cantidad, y anſi miſmo tiene vn officio de veinte y quatro de tal Ciudad que juſta y communmente vale 8. mil Ducados a que correſponde la renta de 400 Ducados en cada vn año a razon de a veinte mil el millar. Item el titulo de Marques, ò Conde, ò Duque vale tanto a que correſponde tanto de rentas. Item vn Oliuaro de ducientos mil pies de Oliuos que tal año valieron de renta tanto, y tal año tanto y el 3. tanto, y el 4. tanta cantidad, y el 5. tanta que importaua dicha renta tanta cantidad, y repartida viene a ſer de computo tanto de renta en cada vn año; Item vn Iuro de diez mil Ducados de principal ſobre las alcaualas de tal parte que renta 500. Ducados: Item deze mil Ducados de cenſos abiertos contra fulano y fulano que importan 600. Ducados en cada vn año que los dichos rentos importan los dichos 2. quintos de mil Ducados con que llego el caſo en que conforme a la diſpoſicion de vueſtra ley Real deue elegir el dicho Marques vno de los dichos dos Mayorazgos y dexar el otro a mi parte con los fructos y rentos deſde que lo ocupa en contrauencion de la dicha vueſtra ley Real.* 36

Suplico a V. A. que en execucion y cumplimiento de ella, y como mejor, aya lugar en dicho declare tener el dicho Mayorazgo la renta de los dichos 2. quintos, y que el dicho Marques deue eligir vno de los dichos dos Mayorazgos, y dexar el otro para mi parte como a legitimo ſuceſſor en el, y mande que dentro de vn breue termino, el que ſe lo aſſignare elija de los dichos Mayorazgos el que quiſiere, y paſſado no auiendo elegido declare pertenecer a mi parte tal Mayorazgo, y mande ſe le de la poſſeſſion iudicialmente de el que dexare, ò del dicho Mayorazgo, ſi dexare de elegir en el termino, que ſe lo aſſignare, y lo condene en los fructos, y rentos deſde el dia de la ocupacion haſta la real entrega a razon de a tantos Ducados en cada vn año, ſobre que pido cumplimiento de Iuſticia y Coſtas y Iuro en forma y para ello, &c.

El conocimiento pertenece notoriamente a Vueſtra Alteſſa, por ſer ſobre el dicho Mayorazgo y contra el dicho Marques, ò Conde. Suplico a V. A. lo aya por caſo de Corte notorio, y mande deſpachar a mi parte vueſtra Real Prouiſion de emplaçamiento en forma.

Quid

37 Quid ſi præceptum inſtitutoris ſit, quod quando primogenitus in alio Maioratu ſuccedat habente tantam quantitatem in bonis, vel redditibus deueniat alter Maioratus ad ſecundo-genitum, ſiue ſequentem in gradu, eiuſdem, vel alterius lineæ; & non in vno, ſed in duobus, vel tribus Maioratibus ſuccedat primogenitus, & vniuſcuiuſque ex dictis Maioratibus ſumma in ſolidum minimè aſcendat ad quotam; attamen eorum omnium ſummæ coaceruatæ quantitatem deſtinatam ad incompatibilitatem efficiendam cum alio excedant; an hoc caſu Maioratus principalis erit incompatibilis cum aliis primogeniis, ac ſi hi duo, tres, pluresve Maioratus, in quibus ſuccedat primogenitus, fuiſſet vnus tantum cum ſufficienti quota ab inſtitutore requiſita? In hac quæſtione ſemper fui in ea opinione, quod ſit incompatibilis cum aliis Maioratibus, quia ſatis prouiſus remanet primogenitus, ſiue poſſeſſor maioratuum, & in hoc caſu voluntas teſtatoris clara ac euidens fuit, quod ſuccurratur, & prouiſus etiam ſit filius ſecundus, ſiue frater poſſeſſoris, aut alter alterius lineæ: quæ ratio inuincibilis mihi videtur.

38 Quid ſi in Maioratibus incompatibilibus ratione quotæ, poſtquam caſus eueniat vindicetur vnus eorum, ſcilicet Maioratus is qui apud primogenitum, vel apud alterum eiuſdem lineæ fuiſſet, quia aliàs verè ad alium magis legitimum ſucceſſorem pertinebat; an ad alterum Maioratum reuerti, & eum recuperare valebit? Et quid ſi rei vendicatio procedat ob culpam, ſiue ob contrauentionem poſſeſſoris? Et quid ſi caſu aliquo fortuito contingat deficere in maxima parte, vel in totum bona Maioratus, vel eiuſdem reddiitus? Omnes has quæſtiones licet hic agitandæ viderentur, attamen ex eo quod altiorem indaginem deſiderent, alibi ex profeſſo inuenies agitatas & deciſas *infra part.5.cap.*1. Ex quibus concluditur hoc Caput, ſed inceſſabili voce ad laudandum Saluatorem Deum noſtrum, & eius Sacratiſſimam genitricem Dominam noſtram.

CAPVT VI.

De Incompatibilitate in ſcientia Geometriæ.

SVMMARIVM.

1 *Geometria nomen dicitur ex nomine Græco,* Geos, *quod eſt terra, &* Metron *quod eſt menſura.*

2 *Geometria ſcientia inuenta fuit ab Ægyptiis, & eorum Rege vocato* Metis, *vt prædia quæ Nilus ſingulis annis inundabat, vnicuique facilè reſtituerentur.*

3 *Geometria ſcientia recognoſcitur per regulas incompatibilitatis inter inæqualia, & æqualia.*

4 *Modio ſi aliquid addatur, vel minuatur ex eo, inæqualis erit, ideo non compatitur quod ſit modius.*

5 *Æquale quod eſt de iure ſi augeatur, vel minuatur, inæquale erit.*

6 *Idem de falſo tutore, teſtamento, ſtipulatione, ſententia, electione, ceſſione, venditione, vel alienatione.*

7 *Menſura omnis fit per lineas inter ſe incompatibiles, cum in punctis conſiſtant, & niſi vna finita non incipit alia.*

8 *Linearum ſpecies referuntur.*

9 *Lineæ, quæ dantur in iure, ad inſtar Geometriæ linearum, ad menſurandas Maioratuum ſucceſſiones, referuntur.*

10 *Linearum omnes ſpecies, quæ dantur in iure ad menſurandas Maioratuum ſucceſſiones, ſunt incompatibiles, cum non poſſit de vna ad aliam fieri tranſitus, niſi extinctis perſonis, ex quibus quælibet earum componitur.*

11 *Linea priore non extincta, non eſt locus ſecundæ; nec tertia niſi expleta & finita ſecunda.*

12 *Lineæ vnius incluſio eſt excluſio alterius.*

13 *Succeſſio non debet eſſe nimis ambulatoria, ſed tantum de linea in lineam.*

14 *Succeſſio Maioratus non fit per ſaltum ſed ordinatè, & ſucceſſiuè de linea in lineam finitam; num.*14.

15 *Linearum genus, & ſpecies proponuntur & explicantur.*

16 *Linea in genere diuiditur in regularem & irregularem.*

17 Lineæ *vox, Hiſpanè dicitur* Raia, *& definitur quid ſit linea.*

18 *Linea, ſecundum Geometriæ ſcientiam, eſt longitudo abſque latitudine & profunditate, cuius extremitates ſunt duo puncta.*

19 *Linea ſecundum Iuriſperitos ad ſucceſſiones, eſt ad ſimilitudinem linearum Geometriæ.*

20 *Lineæ diffinitio ad menſurandos Maioratus refertur ſecundum Iuriſperitos.*

21 *Maioratus regularis eſt, quando diſpoſitio inſtitutoris in nihilo ſe opponit regulis datis ad ſuccedendum.*

22 *Maioratus irregularis eſt ille, in cuius fundatione inſtitutor deuiat à regulis iure conſuetudinario introductis ad ſucceſſionem Maioratus.*

23 *Linea ad ſuccedendum ſecundum diſpoſitionem iuris, vel hominis, eſt collectio perſonarum, quæ ſuccedere debent iuxta voluntatem hominis, vel diſpoſitionem iuris, vel conſuetudinis.*

24 *Linea ad ſuccedendum in Maioratibus conſideratur ad ſimilitudinem lineæ Margaritarum.*

25 *Linea recta, ſeu ſubſtantiæ, quæ ſit.*

26 *Linea ſubſtantiæ eſt ad differentiam lineæ qualitatis, quæ menſurantur ſucceſſiones in Maioratibus irregularibus.*

27 *Linea recta deſcendentium eſt ordo deſcenſûs in poſteros, de vno in alterum, eodem tramite retento, ſub deriuatione primogenituræ.*

28 *Linea recta ſiue ſubſtantiæ eſt incompatibilis cum alia, ex* l.2.tit.15.partit.2. *&* n.29.

30 *Linea directa, ſiue ſubſtantiæ, importat continuationem primogenituræ.*

31 *Linea recta ſiue ſubſtantiæ, efficacior eſt aliis lineis, & ad inſtar lineæ perpendicularis, quæ datur in Geometria, & demonſtratur exemplo. & num.*32.

33 *Filiorum ſpecies, ac deſcendentium proponuntur.*

34 *Linea recta concatenat ſuo ordine per natiuitatem filios legitimos & naturales ad ſuccedendum in Maioratu.*

35 *Quæſtiones, quæ ſe offerunt diſputandæ ſuper ſucceſſionibus eorum, qui ſunt in linea recta.*

36 *Filius natus antequàm pater aſſequutus fuiſſet Principatum, Dignitatem, vel Maioratum, an præferri debeat filio genito poſt adeptum Maioratum, Dignitatem, vel Principatum?*

*Doctores, qui ſunt pro ſecundo-genito, & leges, quibus nituntur, referuntur, n.*37.38.*&* 39.

40 Filius primo natus ante adeptum Regnum, vel Maioratum, præfertur ſecundùm aliquos, ſi conſuetudo, vel ſtatutum ſimpliciter loquatur de primo-genito.

Secus ſi loquatur de primo-genito Regis, Ducis, vel Comitis, aut ſucceſſoris Maioratus, n.41.

42 Filius primo natus ante adeptum Regnum vel Maioratum præfertur ſecũdum alios ſi adeptus fuit per ſucceſſionem, & vocationem deſcendentium, ſecus ſi per electionem fuit adeptus.

43 Filius prior natus ante adeptum Regnum vel Maioratum, quod indiſtinctè præferatur filio ſecundo-genito poſt adeptum Regnum, vel Maioratum, eſt verior opinio ſecundum multorum Doctorum ſententiam.

44 L. Senatoris filium S. ff. de Senatorib. eſt textus pro filio primo nato ante adeptum Regnum, vel Maioratum.

45 Ius naturæ, Gentium, & diuinum, non admittit differentiam inter ante, vel poſtea natos, ad hoc vt filius debeat ſuccedere patri.

46 Filij antea, vel poſtea editi, non ratione dignitatis, ſed natura, ad ſucceſſionem parentũ vocantur.

47 Imperium, Dignitas, vel Maioratus patri quæſita ſunt vel ratione virtutis ſeu proprij meriti, vel ratione proximitatis: vtroque modo par ius eſt, ad hoc, vt filius antea, vel poſtea genitus ſuccedat.

48 Filius prior-genitus ante adeptum Maioratum ſemper fuit in potentia ſeu habitu ſuccedendi in Maioratu, vel Regno poſtea patri quæſito.

Et Caldas Pereyra alias rationes ad intentum reddit, num. 49.

50 L. ſi Senator 11. C. de dignitatib. lib. 12. interpretatur Petrus Gregorius Toloſanus.

51 Filius, vel nepos primogeniti mortui ante inſtitutionem Maioratus, an ſit, vel non in linea recta.

52 Filius, vel nepos primogeniti mortui ante Maioratus inſtitutionem, quod non ſit in linea recta tenent aliqui Regnicolæ.

53 Filius, vel nepos, primogeniti mortui ante Maioratus inſtitutionem, quod ſit in linea recta eſt verior opinio.

54 Filius natus poſt delatam Maioratus ſucceſſionem, qui ſi antea natus fuiſſet tempore delatæ ſucceſſionis ſuccedere debuiſſet; an ſit in linea recta ad hoc vt habeat regreſſum ad ſucceſſionem Maioratus?

55 Linea finita, vtrum intelligi debeat de exinanita, & prorſus finita; an de illa, quæ habeat poſſibilitatem, vel ſpem aliquam alterius ſucceſſoris, vllo tempore, vel de illa linea intermiſſa?

56 Tranſlatio poſſeſſionis ciuilis, & naturalis, ex l. 45. Taur. an cenſeatur ſemper irreuocabilis.

57 Linea finita debet intelligi de illa, cui non ſuperſit ſpes, nec potentia in perpetuum alterius ſucceſſoris; & non de linea, quæ intermedio tempore delatæ ſucceſſionis careat ſucceſſore, attamen poſtea ei ſuperueniat.

58 Tranſlatio poſſeſſionis ciuilis, & naturalis, non eſt irreuocabilis, imò reuocabilis ſub conditione illa; donec non fuerit poſtea alius natus in linea recta.

59 Filius de linea recta, attamen natus poſt delatam ſucceſſionem Maioratûs habet regreſſum ad ſucceſſionem.

D. Anton. Cabrera reddit rationem, n. 60. & 63.

61 Maioratuum ſucceſſiones diſtribuuntur in lineas comprehendentes omnes ex ea, tam natos, quàm naſcituros.

62 Succeſſor de prima linea dum poſſibile fuerit, quod exiſtere poſſit, non venit tempus de alio linea ſecunda.

63 Ordo ad ſuccedendũ datus in lineis facit conditionẽ.

Et de quæſtione an natus poſt delatam ſucceſſionem habeat recurſum contra poſſidentem, remiſſiuè? num. 64.

65 Filius legitimus & naturalis profeſſus in Religione vtrum ſit in linea recta ad ſucceſſionẽ? remiſſiuè.

66 Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium eſt in linea recta ad ſucceſſionem.

67 Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium remanet abſque vlla macula, vel impedimento, ac ſi ab initio conceptionis fuiſſet legitimi matrim.

68 Limitationes & ampliationes remittuntur ad Didac. Anton. Yañez Faxardo, de legitimatione poſt ſubſequens matrimonium, n. 68.

69 Filius naturalis legitimatus per reſcriptũ Principis non eſt in linea recta ad ſuccedendum, niſi deficientibus legitimis & naturalibus, & n. 70.

71 Legitimatio per reſcriptum Principis non tollit ius etiam in ſpe aliis quæſitum in Maioratu.

Secus quoad ſucceſſionem in bonis allodialibus, n. 72.

73 Legitimatio etiamſi expreſſè conceſſa ſit per Principem in fauorem filij naturalis ad ſuccedendum in Maioratu ad excluſionem ſubſtituti vocati ad ſucceſſionem, non tollit ius ei quæſitum, niſi ex iuſta, & publica cauſa, & eo citato, & præſtito bono cambio.

74 Legitimatus per reſcriptum Principis etiam cum clauſula quod naturalis ſit ita legitimus & habeatur perinde ac ſi eſſet de legitimo matrimonio, non tollit ius etiam in ſpe alteri quæſitum.

75 Legitimatus per reſcriptum Principis etiamſi in fundatione non ſint vocati filij legitimi, ſed ſimpliciter naturales, non præiudicat iuri aliis quæſito.

Licet contrarium teneat Caldas Pereyra, n. 76.

77 Filius, vel nepos legitimati per reſcriptum Principis, etiamſi ſit legitimus & naturalis, non eſt in linea recta ad excluſionem aliorum, qui habent ius quæſitum.

78 Legitimatus per reſcriptum Principis ad ſuccedendum in Maioratu, quando fuit per publicã & iuſtam cauſam, & citatis, quorum intereſt, & præſtita eis ſatisfactione ſeu bono cambio, ſuccedit ad excluſionem aliorum.

79 Legitimatus per reſcriptum Principis ſuccedit in Maioratu, ſi non ſuperſint legitimi agnati, vel cognati, vel alij vocati, licet inſtitutio ſit cũ clauſula, quod non ſuccedant, naturales nec legitimati.

80 Legitimatus per reſcriptum Principis, quando legitimi & naturales non ſuperſunt, nec alij vocati, conſeruant agnationem ac ſi eſſent de linea, & familia teſtatoris, & n. 81.

82 Legitimatus per reſcriptum Principis ſuccedit in Maioratu agnationis, quãdo nõ ſuperſunt agnati, ſed ſolum fœminæ licèt legitimæ & naturales.

Limitatur in filio ſpurio legitimato, n. 83.

84 Legitimatus per reſcriptum Principis ſuccedit in Maioratu, ac ſi eſſet in linea recta, quando inſtitutor Maioratus ipſemet impetrauit legitimationem à Principe.

85 Legitimatus per reſcriptum Principis ſuccedit in Maioratu quando inſtitutor erat legitimatus per reſcriptum Principis, & eiuſdem conditionis.

86 Legitimatus per reſcriptum Principis ſuccedit in Maioratu, quando inſtitutor honorauit legitimatos per reſcriptum Principis, etiamſi poſtea

in

in codicillis feciſſet mentionem de legitimis & naturalibus.

87 Legitimatus per reſcriptum Principis ſuccedit in Maioratu de Tertio, & Quinto, poſt legitimos & naturales, ſecundum ordinem præſcriptum in l. 27. Tauri.

88 Legitimati per oblationem Curiæ minus iuris habent, quàm legitimati per reſcriptum Principis, & non ſunt de linea recta ad ſuccedendum in Maioratu in præiudicium aliorum, & n. 89. 90.

91 Legitimatio per oblationem Curiæ iam non eſt in vſu, & in eius locum ſucceſſit legitimatio per reſcriptum Principis.

92 Legitimatus per oblationem Curiæ cœleſti, eſt ad inſtar legitimati per oblationem Curiæ, vel ſeruitio Principis.

93 Legitimatus per oblationem Curiæ cœleſtis non eſt de linea recta ad ſuccedendum in Maioratu.

94 Legitimatus per oblationem Curiæ cœleſti, ſi ſit naturalis, an admitti debeat ſicuti legitimatus per reſcriptum Principis, eſt difficultas?

95 Legitimati per oblationem Curiæ cœleſti, ſunt tantummodo capaces ad ſacros Ordines ſuſcipiendos, & ad omnia alia, quæ ſpectant ad ſeruitium Religionis, & Religioſorum exercitium.

96 Legitimatus per oblationem Curiæ cœleſti, quoad ſuccedendum, non eſt in vſu.

Intellige niſi naturales ſint, & Monaſterium ſit capax ſuccedendi, n. 97. & 98.

99 Religionis ingreſſus, & profeſſio tollit omnem maculam natiuitatis, & paris legitimationem per oblationem Curiæ cœleſti.

100 Legitimatus per oblationem Curiæ cœleſti, ad omnes ſacros Ordines poteſt promoueri.

101 Legitimatus per oblationẽ Curiæ Principis cœleſtis multo magis quam legitimatus per oblationem Curiæ Principis ſecularis capax ad ſuccedendũ.

Et quod in eius locum ſucceſſit legitimatus per reſcriptum Principis, n. 102. & 103.

104 Monialis per ingreſſum, & profeſſionem in Religione, habet idem ius, ac priuilegia quæ vir illegitimus profeſſus in Religione.

105 Spuria per Sacramentum matrimonij cum viro legitimo, & naturali purgat omnem maculam illegitimitatis, & efficitur legitima, ac ſucceſſionis capax, ſicut Monialia ſpuria per ingreſſum, & profeſſionem in Religione.

106 Filius naturalis tantũ regulariter non eſt de linea recta ad ſuccedendum in Maioratu, n. 107. 108.

109 Filius Naturalis tantum, cur non ſit de linea recta ad ſuccedendum in Maioratu remiſſiuè.

110 Filius naturalis & legitimus, ſi deſcendat ex naturali tantum, non eſt de linea recta ad ſuccedendum, cum proueniat ex radice infecta.

111 Filius naturalis tantum non ſuccedit in Maioratu inſtituto cum vocatione propinquorum, dum ſuperſint legitimi & naturales.

112 Filius naturalis tantum vbi ſunt vocati alij per verba ciuilia, non ſuccedit in Maioratu niſi in defectum legitimorum.

113 Filius naturalis tantum (licèt in inſtitutione ſit vocata linea, ſiue illi, qui ſunt de tali linea,) non eſt de linea paterna. Limitatur, n. 114.

115 Filius naturalis tantum, in certo caſu non eſt de linea paterna.

116 Filius naturalis ex parte matris, quæ in aliquo Maioratu ſucceſſit, non ſuccedit in eo Maioratu, cuius inſtitutor fuiſſet pater, vel alius aſcendens. Et redditur ratio, n. 117.

118 Pater, vel aſcendens non præſumitur, quod cogitauerit filiam ſuam fore inhoneſtam, & filium naturalem habituram: ideo filius naturalis ex ea ſuccedere non debet in Maioratu.

119 Filius naturalis reſpectu matris, quæ fuiſſet inſtitutrix Maioratus, ſuccedit in eo tanquã legitim⁹.

120 Filius naturalis tantum ſuccedit in Maioratu, cuius fuit inſtitutor naturalis tantum.

Quod extende etiamſi inſtitutor ſit in dignitate conſtitutus, cùm magis attendatur qualitas naturalis, quàm accidentalis, n. 121.

121 Filius naturalis tantum ſuccedit in Maioratu vbi eſt vocatus is, qui non alios, niſi naturales habebat filios.

123 Filius naturalis tantum ſuccedit in Maioratu, vbi primus qui fuit vocatus erat naturalis tantum.

124 Filius naturalis tantum ſuccedit in Maioratu, vbi inſtitutor naturales honorauit, & de eis mentionem fecit.

125 Filius naturalis tantũ ſuccedit in Maioratu inſtituto ex Tertio, & Quinto bonorũ. iuxta l. 27. Tauri.

126 Filius naturalis tantum ſuccedit in Maioratu inſtituto à patre, vel aſcendente, etiam cum facultate Regia, non ſuperſtitibus legitimis & naturalibus deſcendentibus.

Limita, vbi in Maioratu cum facultate regia excluſerit naturales; quia tunc ſuccedent propinqui collaterales legitimi, n. 127.

128 Filius naturalis tantum ſuccedit in Maioratu, ſeu Patronatu, quãdo deficiũt legitimi & naturales: & extende etiamſi ſit ſpurius, & non ſuperſint alij ex familia, qui ſint legitimi & naturales.

129 Filius naturalis tantum, poteſt eligi ad Maioratus ſucceſſionem ab eo qui habeat facultatem eligendi etiam extantibus legitimis.

Redditur ratio, n. 130.

Quod extende etiam ad ſpurios, n. 131.

Declaratur, n. 132. & 133.

134 Filius adoptiuus, vel arrogatus, non eſt de linea recta ad ſuccedendũ, licet poſſit ſuccedere in bonis patris adoptantis non extantibus filiis legitimis, & contra eius teſtamentum, venire ſaltem, quoad quartam partem bonorum in qua inſtituere debuerat adoptatum, vel arrogatum.

Redditur ratio, n. 135.

136 Adoptiuus non ſuccedit in feudo.

137 Adoptiuus non ſuccedit in Emphyteuſim ſuſceptam pro ſe, & filiis.

138 Adoptiuus non ſuccedit in fideicommiſſo.

Limitatur, n. 139.

140 Filius ſpiritualis ſuſceptus ex ſacro fonte, non eſt de linea ad ſuccedendum in Maioratu.

141 Filius ſpiritualis ſuſceptus ex ſacro fonte, ſuccedit in Maioratu quando deficiunt omnes de familia, & vltimus poſſeſſor fuit pater ſpiritualis.

Pater ſpiritualis ſuccedit in bonis filij ſpiritualis ex ſacro fonte ſuſcepti, ſi decedat ab inteſtato abſque conſanguineis intra decimum gradum, d. n. 141.

142 Filius ſpiritualis ex ſacro fonte ſuſceptus, deficientibus agnatis, & cognatis, habet ius accuſandi reum homicidam ſui patris ſpiritualis.

143 Filius ſpiritualis ex ſacro fonte ſuſceptus, & vxor vltimi poſſeſſoris qui moritur ab inteſtato ſine agnatis, vel cognatis, ſi concurrant ad ſucceſſionem, præfertur vxor.

144 Linea actualis, & linea habitualis datur in ſucceſſione Maioratus.

145 Linea actualis, qualis ſit demonſtratur.

146 Linea ad hoc vt dici poſſit actualis, requiritur quod naturaliter, & legitimè ſit occupata à Maioratus ſucceſſore.

147 *Linea actualis, & habitualis, in quo differant? remiſſiuè.*

148 *Linea actualis maiorem ac inter omnes principalem prærogatiuam obtinet.*

149 *Maioratus poſſeſſor eſt verè dominus dum viuit.*

150 *Linea actualis poſſeſſoris taliter efficacier eſt quod eius filius etiam in Maioratu irregulari debet obtinere in tenuta, ſeu iudicio poſſeſſorio.*

151 *Fœmina filia vltimi poſſeſſoris contra fœminam ex linea anterieri, debet obtinere in iudicio poſſeſſorio.*

*Limitatur, & declaratur, n.*152.

153 *Linea habitualis primogeniti cæteris præferri debet.*

154 *Linea habitualis ſiue primogenitura, quæ ſit.*

155 *Primogenitus ſi ante Maioratus inſtitutionem decedat, an tranſmitiat ius primogenitura.*

156 *Ætas, ſeu primogenitura, eſt qualitas perſonaliſſima, quæ cum morte primogeniti expirat.*

157 *Ratio decidendi ad* l.40. Tauri: *& ad* l.5. & 14. tit.7.lib.5.Recopil.

158 *Primogenitura quid ſit, & eius diffinitio ſeu deſcriptio, & n.*159.

160 *Primogenitura, ex eo quod eſt ius honorificum & vtile, à Primogenito per natiuitatem occupatum, abſque vlla actuali adeptione tranſmiſſibile eſt ad omnes poſteros.*

161 *Primogenitura cum ſit ius competens ex beneficio legis, licèt in ſpe tantum delatum, rectè tranſmittitur.*

162 *Primogeniti filius habet portionem corporis paterni, ideo in eo tranſmittitur ius primogenitura, licet inſtitutio ſit ante natiuitatem patris; ex celebri conſideratione Pauli de Caſtro.*

163 *Succeſſio Maioratus debet eſſe de linea in lineam integram, licet inceperit nondum conſtituto Maioratu.*

164 *Primogenitus eſt caput lineæ, licet moriatur ante inſtitutionem Maioratus.*

Comprobatur ex l.5. & 13. tit.7. lib.5.Recopilation. *num.*165.

166 *Primogenitura in filio Regis, eſt prima dignitas poſt Regem, proueniens à iure inſeparabili ipſius ſanguinis.*

167 *Lineam propriam conſtituit ſibi, & ſuis deſcendentibus quilibet frater, vt nec alter de alterius linea dici poſſit.*

168 *Filius primo natus ante adeptum à patre Regnum, vel Maioratum, an præferatur poſt adeptum nato?*

169 *Filius natus poſt adeptum à patre Regnum, quod præferri debeat, habet in ſui fauorem textum, & Gloſſam, atque authoritates multorum.*

170 *Filius primo natus ante adeptum à patre Regnum, vel Maioratum, quod debeat præferri, eſt verior opinio, & n.*171.

172 *Linea primogenitura præferri debet etiamſi primogenitus deceſſerit ante inſtitutionem.*

*Limitatur niſi conſtet de contraria voluntate inſtituteris, n.*173. *&* 174.

175 *Linea aſcendentium componitur ex omnibus, quia aſcendunt.*

176 *Succeſſio Maioratus non debet retrogradi, cùm difficile ſit aſcendere.*

177 *Natura votum potius vult deſcendere quam aſcendere.*

178 *Linea aſcendentium vtrum ſucceſſibilis ſit, & præferri debeat ſi exiſtant alij ex altera linea collateralium.*

*Demonſtratur exemplo, n.*179.180. *&* 181.

182 *Linea aſcendentium, ſiue ij, qui ſunt de iſta linea aſcendentium in feudis non præferuntur illis, qui ſunt de linea collaterali.*

183 *Argumentum de feudo ad Maioratum in forma ſuccedendi validum eſt.*

184 *Pater non eſt ex linea filij ſui.*

185 *Succeſſio Maioratus ſemper deſiderat ob perpetuitatem ſuum curſum ad inſtar fluminis, quod naturaliter retrogradationem non admittit: & alia materiam concernentia.*

186 *Succeſſio Maioratus regitur per regulas traditas in* l.2. tit.15. partit.2.

187 *Deſcendens, etiamſi ſit naturalis, præfertur aſcendentibus ex* l.27. Tauri.

188 *Repræſentatio ad ſuccedendum in Maioratu non datur de patre ad filium, ſed de filio ad patrem, & n.*189.

190 *Pater, qui ſuſceperit duos filios ex vxore conſanguinea, quæ Maioratum poſſidebat, in quo poſt mortem matris ſucceſſit maior, ſi etiam ipſe decedat abſque liberis, non debet pater præferri filio ſecundo-genito.*

191 *Textus in* cap.1. de natura ſucceſſ. feudi, *quod procedat in ſucceſſione Maioratus, tenẽt quamplurimi Doctores.*

192 *Succeſſio Maioratus primò deriuari debet per lineam ſeu canalem deſcendentium, ſecundò per lineam aſcendentium, tertiò per lineam tranſuerſalium.*

193 *Linea aſcendentium de iure præfertur lineæ collateralium poſt finitam lineam deſcendentium.*

194 *Succeſſio Maioratus regulatur per ſucceſſionem ab inteſtato.*

195 *Pater præfertur in ſucceſſione ab inteſtato fratri defuncti, & alij tranſuerſali.*

196 *Proximitas vltimi poſſeſſoris eſt attendenda, & eius reſpectu metienda in ſucceſſione Maioratus.*

197 *Pater eſt proximior agnatus filio.*

*Et præfertur ad retractum, n.*198.

199 *Dignitas, vel Nobilitas à filio aſcendit ad patrem.*

100 *Pater debet præferri filio in ſucceſſione Maioratus delata poſt mortem alterius filij.*

201 *Argumentum de feudo ad Maioratum non procedit, niſi militet eadem ratio.*

202 *Textus in* cap.1. de natura ſucceſſionis feudi, *eſt contra ius commune, & eius ratio decidendi eſt ſpecialis in feudis.*

203 *Aſcendentes in ſtipite non ſuccedunt filiis, ſeu nepotibus, ſecundum feudales conſuetudines.*

204 *Maioratus ſucceſſio de ſui natura non requirit obſequium, nec aliquod ſeruitium perſonale, prout in feudo.*

205 *Pater continetur in eadem linea filij, ſecundum veriorem opinionem.*

206 *Lineam aſcendentium ingreditur per mortem filij abſque deſcendentibus, & tunc ſucceſſio Maioratus non reuertitur, aut regurgitat, ſed influit in alium nouum canalem, ſeu lineam.*

207 *Succeſſio debet ingredi de proximo in proximiorem canalem.*

208 *Succeſſio Regni eſt de Maioratu antiquiſſimo, ideo non excogitari poteſt caſus, quo incipiat à filio.*

*Limitatur in caſu ſingulari, de quo remiſſiuè, n.*209.

210 *Pater qui ceſſit, ſeu tranſtulit Regnum in filium maiorem, qui decedat ſine deſcendentibus, ſuperſtite patre, & altero filio reuertitur ad ſucceſſionem Regni licet habeat alterum filium ſuperſtitem.*

211 *Pater*

211 *Pater nil refert quod non repræſentet filium, ſicuti nec frater fratrem.*

212 *Filius naturalis cum ſit de deſcendentibus in caſu* l.27.Tauri, *dicitur ex linea deſcendentium, & poſt eam vocata eſt linea aſcendentium, & vltimo tranſuerſalium.*

213 *Pereira de Caſtro* deciſ.5. *explicatur, & n* 214.*&* *in* deciſ.48. à n.1. & ſeqq. *n.*215.216 *&* 217.

218 *Filius quod præferatur patri in ſucceſſione Maioratus delata per mortem fratris abſque deſcendentibus, tenent graues Doctores, ſed eorum opinio limitationes multas patitur.*

219 *Pater ſi ſit inſtitutor Maioratus præfertur filio in ſucceſſione delata poſt mortem alterius filij, qui primus fuit vocatus, & ſucceſſor.*

220 *Pater præfertur filio in ſucceſſione Maioratus delata per mortem alterius filij, quando inſtitutus fuit in hoc filio contemplatione patris.*

221 *Pater præfertur filio in Maioratu vacante per mortem ſine deſcendentibus alterius filij, quando talis Maioratus inſtitutus fuit legibus, & iure alterius Maioratus antiqui in quo vocatus ſit pater.*

222 *Pater præfertur filio in ſucceſſione Maioratus delata per mortem alterius filij, quando per conſuetudinem, legem, vel ſtatutum cauetur, quod per mortem filij ſine deſcendentibus ſuccedat pater.*

Et remiſſiuè de aliis limitationibus, ibid.

223 *Linea paterna eſt illa cuius caput eſt pater.*

224 *Linea paterna an debeat incipere effectiuè, vel comprehenſiuè, ſub qua pater continetur?*

225 *Linea paterna rumpitur per fœminam.*

Ideo non veniunt deſcendentes ex fœmina vocati per lineam paternam, ibid.

226 *Linea paterna, & linea ex parte Patris idem ſunt.*

227 *Filius naturalis in caſu* l.27. Tauri, *an dici poſſit de linea paterna, & de linea deſcendentium?*

*Declaratur exemplis, n.*228. *&* 229.

230 L.27.Taur.*verba, ibi:* Entre ſus deſcendientes, aſcendientes, *vel* parientes, *an intelligi debeant ex parte patris meliorantis, vel ex parte filij meliorati?*

*Et quod debeant intelligi de conſanguineis ex parte filij meliorati defendunt Velaſquez de Auend. & alij, num.*231. *&* 232.

233 *Ratio decidendi* l.27.Tauri, *in quantum prohibet, quod parentes non vocent extraneos, niſi prius vocatis deſcendentibus, aſcendentibus, & tranſuerſalibus.*

Comprobatur ex l.Humanitatis, Cod.de impuber. *num* 234.

235 *Pronomen ſeu reciprocum,* ſus deſcendientes, &c. *in* l.27.Tauri *debet referri ad filios melioratos.*

236 Legis 27. *verba, ibi:* ſus deſcendientes, *&c. quod debeant intelligi ex parte patris tenent aliqui ex Regnicolis.*

237 Legis 27. *verba, ibi:* ſus deſcendientes, *&c. quod debeant intelligi tam ex parte patris meliorantis, quam ex parte filij meliorati, eſt verior opinio.*

*Dum tamen ſuccedant primo conſanguinei ex parte patris, n.*238.

*Et ex parte matris ſi fuit inſtitutrix, n.*239.

240 *Conſanguinitas, & proximitas vltimi poſſeſſoris ex ea parte prouenire debet ex qua ſucceſſio prætenditur.*

241 *Maioratus inſtitutores ex Tertio bonorum non ſolum pater meliorans, ſed etiam filiusélioratus cenſentur.*

242 *Maioratus ex Tertio bonorum, ideò quod ſit ex legitima filiorum tenentur parentes obſeruare ordinem præſcriptum à* l.27. Tauri, *& n.*243. *&* 244.

245 *Argumentum de facultate conceſſa à Rege ad facultatem conceſſam à lege, non procedit.*

246 *Argumentum de ſucceſſione ab inteſtato in bonis allodialibus valet quoad ſucceſſionem bonorum Maioratuum.*

247 *Conſanguineus tranſuerſalis ex parte patris meliorantis, etiamſi ſit in remotiori gradu, præfertur conſanguineo ex parte matris meliorantis, etiamſi ſit in proximiori gradu, & ſit proximior vltimo poſſeſſori.*

248 *Conſanguineus tranſuerſalis ex parte matris filij meliorati præfertur extraneo, quem pater melioraus ad ſucceſſionem Maioratus vocauit.*

*Quorum exemplis regulantur alij caſus, num.*249. *&* 250.

251 *Linea materna eſt illa cuius caput eſt mater & regulatur ſecundum regulas, quæ referuntur in omnibus quæſtionibus relatis de linea paterna.*

252 *Linea tranſuerſalium eſt illa, quæ componitur ex iis, quæ ex latere, ſiue tranſuerſo coniuncti ſunt.*

253 *Succeſſio per lineam tranſuerſalium ingreditur tertio gradu poſt lineam aſcendentium, & deſcendentium.*

254 *Frater minor vtrimque coniunctus ex linea tranſuerſali, vtrum præferatur fratri maiori conſanguineo tantum in ſucceſſione Maioratus inſtituti per eorum fratrem? vbi declaratur exemplo.*

255 *Frater conſanguineus tantum, æqualiter ſuccedere debet in feudo cum fratre vtrimque coniuncto, num.*255. *&* 256.

257 *Frater ex vno latere, ſiue ſit conſanguineus, ſiue vterinus tantum, æqualiter ſuccedit in fideicommiſſo, ac frater ab vtroque latere cõiunctus.*

258 *Argumentum de fideicommiſſo ad Maioratum, eſt validum.*

259 *Frater vtrimque coniunctus præfertur iure hæreditario.*

260 *Succeſſio in Maioratibus non datur iure hæreditario ſed iure ſanguinis.*

261 *Frater conſanguineus, vel vterinus tantum, ſi eſt maior natus præfertur fratri vtrimque coniuncto minori natu, ſecundum opinionem Doctorum, qui referuntur hic.*

*Sed contraria opinio verior eſt, n.*262.

263 *Frater in Maioratu ſuccedere debet, ſi aliàs ſucceſſurus erat ab inteſtato fundatori, vel vltimo poſſeſſori ex parte inſtitutoris.*

264 *Frater vtrimque coniunctus, & non conſanguineus tantum, ſuccedit ab inteſtato.*

*Ideo præferri debet conſanguineo, vel vterino in ſucceſſione Maioratus, n.*265.

266 *Linea magis dilecta præferri ſemper debet in ſucceſſione Maioratus.*

*Quia hæc prædilectio ab ordine ſanguinis procedit, ſicut à Maioritate, ſeu fluitate ſanguinis, n.*267.

268 *Duplex vinculum fortius ligat: eſt axioma ad plures quæſtiones reſoluendas.*

269 *Frater vtrimque coniunctus regulariter præferri debet in Maioratibus, vinculis, ſeu patronatibus.*

*Idem de ſorore vtrimque coniuncta, n.*270.

271 *Frater vtrimque coniunctus, quia duplici iure vocatur, præferri debet in pari gradu, ei, qui ſolum vno iure admittitur.*

272 *Soror vtrimque coniuncta præferri debet fratri conſanguineo tantum.*

273 Frater vtrique coniunctus non præfertur quando duplicitas ſanguinis non eſt ex parte fundatoris.
Et ita intelligi debent aliqui Doctores, n.281.
274 Frater vtrimque coniunctus non præfertur in Maioratu agnationis, nec in ſucceſſione feudi.
275 Frater vtrimque coniunctus non præfertur quando ad ſucceſſionem Maioratus vocatus fuit frater conſanguineus, & vtrimque coniunctus, & conſanguineus ſit Maioratu.
276 Succeſſio in feudis datur habita ratione agnationis.
277 Frater vtrimque coniunctus, & conſanguineus tantum reſpectu patris, cui ſuccedatur æquè ſanguine ſunt coniuncti.
Aliter dicendum eſt in Maioratu & fideicommiſſo à fratre relicto, n.278.
279 Succeſſio fluit per fluxum maioris ſanguinis.
280 Maioratus ſi proueniat ex parte matris, eius filij omnes erunt vterini, & quoad ſucceſſionem maior præferri debet.
282 Linea tranſuerſalis æqualis eſt illa quando duo pluresve conſanguinei in ea contenti æquè ab ſtipite diſtant.
283 Linea tranſuerſalis inæqualis eſt illa quando inæqualiter ſiue diſpari gradu conſanguinei diſtant ab ſtipite communi.
284 Linea inæqualis non datur à parte antè ſed à parte poſt, per defunctum vnius, pluriúmve graduum poſteriorum.
Vnde deſcenditur ad veram rationem decidendi textus in l. 40. Tauri, & aliarum noſtri Regni, num.285.
286 Linea tot ab ſtipite deriuantur, quò filij ab eo procedunt.
287 Filius aut alius deſcendens ex fratre maiori prædefuncto ante Maioratus inſtitutionem præferri debet eius patruo nato poſt eiuſdem Maioratus inſtitutionem, & n.288. & 289.
290 Linea contentiua quæ ſit?
291 Linea contentiua in quo differt à linea effectiua.
292 Linea contentiua fundatoris reducitur ad lineam contentiuam vltimi poſſeſſoris ex parte fundatoris.
293 Linea contentiua niſi ſit finita, & prorſus euacuata non datur recurſus ad aliam lineam.
294 Succeſſio in feudis mortuo vltimo poſſeſſore abſque liberis aſcenditur quærendo continuationem lineæ vſque ad primum acquirentem.
Secus in Maioratibus, quia aſcenditur quærendo omnes ex linea contentiua, n.295.
Declaratur exemplo in facti contingentia; & res iudicata in eo, n.296. 297. & 298.
299 Linea ſubſtantiæ quæ ſit.
300 Linea ſubſtantiæ ſolummodo datur in Maioratu regulari.
301 Linea qualitatis quæ ſit & quod ſolum datur in Maioratu regulari? n.301. & n.304.
302 Linea ſubſtantiæ, & qualitatis, quamplurimas habent difficiles quæſtiones.
303 Linea ſubſtantiæ præſumitur potius in dubio quam linea qualitatis.
305 Linea qualitatis diuiditur in lineam veræ agnationis, & in lineam agnationis artificioſæ.
306 Linea veræ, & abſolutæ agnationis quæ ſit & exemplis declaratur.
307 Linea agnationis limitata quæ ſit? & exemplis oſtenditur.
308 Linea limitata agnationis conſideratur reſpectu aliquarum perſonarum, & caſuum, & non habet repugnantiam cum alia.
309 Linea artificioſa agnationis non datur niſi vocando maſculos ſucceſſiuè ex fœminis.
310 Linea artificioſa agnationis redigitur ad ſimilitudinem veræ agnationis.
311 Linea artificioſæ agnationis non præſumitur.
312 Linea artificioſa agnationis non datur niſi concipiatur ex verbis, quæ referuntur.
313 Linea artificioſa agnationis non datur ſi inſtitutor dicat acauados los Varones de Varones ſucedan los Varones de hembras.
Licet contrarium teneant Menochius, Cephalus, & Peregrinus, n.314.
Sed reprobantur, n.315.
Iterum n.325.
316 Agnatus in remotiore gradu, attamen in proximiore ex eo quod deſcendat à fœmina nupta cum conſanguineo ex ſua agnatione, præfertur agnato, qui per virilem ſexum ſit proximior.
317 Agnatio non habet lineam directam quia ad ſui conſeruationem neceſſe ſit tranſlineare.
318 Linea ſimplicis maſculinitatis, quæ ſit.
Et rationes, quæ ad id traduntur à Doctoribus, n.319.
320 Maſculus ex fœmina proximior vltimo poſſeſſori & melioris lineæ, vtrum præferatur maſculo ex maſculo remotioris lineæ? reſoluitur cum diſtinctione.
321 Maſculus ex maſculo inferioris lineæ præfertur maſculo ex fœmina ſi contemplata fuit agnatio.
322 Maſculus ex fœmina præfertur fœminæ ex maſculo.
323 Maſculus ex fœmina proximior, & melioris lineæ præfertur maſculo ex maſculo, vbi expreſsè non fuit contemplata agnatio.
324 Maſculus deſcendens ex fœmina præfertur fœminæ deſcendenti ex maſculo in Maioratu ſimplicis maſculinitatis.
325 Maſculus qui in Maioratu ſimplicis maſculinitatis iungitur inſtitutori per vnam fœminā, quod præferri debeat maſculo, qui iungitur per duas fœminas, tenent Menoch. & alij, & reprobantur.
326 Linea maſculina quibus verbis cenſetur vocata in ſucceſſione Maioratus?
327 Linea maſculina quæ ſit?
328 Fœmina, quæ immediatè prouenit à maſculis, an contineatur ſub vocatione his verbis facta, ſuccedant per lineam maſculinam?
Et declaratur exemplo ibidem quod tot pullulant lineæ quot ſunt filij, n.329.
330 Neptis, filia ex primogenito in vocatione per lineam maſculinam vtrum præferatur patrueli, qui ſit filius ex filia alterius fratris maſculi.
331 Filia immediatè à maſculo primogenito eſt de linea maſculina.
332 Pater fœminæ dicitur principium lineæ maſculinæ, & filia eius finis?
333 Deſcendens per lineam maſculinam eſt ille qui eſt in parte lineæ, ſed filia ex maſculo primogenito eſt in parte lineæ maſculinæ: Ergo, &c. & numero 334.
335 Linea inferior reſpicit omnes deſcendentes.
336 Filia ex primogenito quod ſit in linea, vel de linea maſculina tenent quamplurimi DD.
Alij contra, n.337.
338 Fœmina licet ſit ex linea maſculina, ſub ipſa tamen linea non continetur.
339 Linea maſculina cōtinere debet maſculum, & quod de linea maſculina ſit deſcendens.
340 Fœmina filia primogeniti, vbi ſunt vocati per lineam maſculinam non præfertur ſi Maioratus ſit agnationis; aliter ſi ſit regularis.
Redditur ratio, n.341.

Digitized by Google

Et referuntur plurimi Doctores approbantes diſtinctionem, n.342. & 344.

343 *Fœmina ex maſculo primogenito quod ſit de linea maſculina conſtituitur pro regula.*

Limitatur in Maioratu agnationis, n.344.

345 *Fœmina filia accipientis, quando vocati ſunt deſcendentes per lineam maſculinam non eſt deſcendens per lineam maſculinam.*

346 *Fœmina neptis ex maſculo in Maioratu, in quo ſunt vocati deſcendentes per lineam maſculinam præfertur nepoti maſculo ex fœmina.*

347 *Fœmina ſoror agnata præfertur maſculo filio ex altera ſorore in Maioratu vbi vocati ſunt deſcendentes per lineam maſculinam.*

348 *Fœmina filia primi vocati, ſoror Aui, materni, præfertur nepti ſui Aui materni in Maioratu, in quo vocati ſunt deſcendentes per lineam maſculinam.*

349 *Linea fœminina incipit à fœmina matre nempe quæ conſtituat lineam, ſicuti alij ex ſuis fratribus.*

350 *Linea fœminina diuiditur in lineam, quæ incipiat à fœmina; & lineam, quæ componatur ſolum ex fœminis, excluſis maſculis, & n.351.*

352 *Fœminarum ſub vocatione non comprehenduntur maſculi, & n.353.*

354 *Fœminarum vocationes in excluſionem omnium maſculorum vidit Author, & referuntur rationes, quibus moti fuerunt inſtitutores.*

355 *Maioratus, vbi fœminæ ſint vocatæ in excluſionem maſculorum, regulari debet, per regulas Maioratus, vbi ſunt vocati deſcendentes per lineam maſculinam.*

356 *Linea electionis, quæ ſit.*

357 *Commiſſarius ad vnguem debet obſeruare conditiones & qualitates facultatis eligendi.*

358 *Commiſſarius ad eligendum ſi non coarctatam habeat commiſſionem poteſt eligere remotiorem de familia.*

Limita niſi Commiſſarius vltimus poſſeſſor habeat filios, tunc ex eis eligere debet, non autem ex agnatis, vel cognatis conſanguineis, n.359.

360 *Commiſſarius vltimus poſſeſſor in Maioratu poteſt eligere filium ſuum.*

361 *Et etiam deſcendentem eius.*

362 *Commiſſarius qui habet facultatem eligendi, & habeat filios, vel deſcendentes, in primis debet eligere de filiis, vel deſcendentibus; & niſi eis deficientibus, alios eligere non debet, & n.363.*

364 *Pater qui habet facultatem eligendi, ſi non eligat ex filiis, erit electio inofficioſa.*

Limita, quoad filios naturales, n.365.

366 *Commiſſarius, qui habet Regiam facultatem eligendi ad feudum, poteſt eligere ſpurium, omiſſo filió naturali.*

367 *Commiſſarius, qui habet facultatem eligendi quem voluerit, ex hoc liberam & abſolutam poteſtatem eligendi habet.*

368 *Commiſſarius, qui habet facultatem eligendi in caſu* legis 27. Tauri, *debet eligere ex iis, qui per ordinem præſcriptum à* dicta lege 27. Taur. *ſunt nominati.*

369 *Commiſſarius, qui habet facultatem eligendi, an poſſit eligere extraneum a familia? remiſſiue.*

370 *Facultas eligendi, an conſeri debeat realis, vel perſonalis? Vide remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Vtrùm incompatibilitatis materia detur in Geometriæ ſcientia? vbi copioſè agitantur regulæ omnes linearum interſe incompatibilium, ad cognoſcendum, circa Maioratuum ſucceſſiones, verum ſucceſſorem. Hic quamplurimæ excitantur quæſtiones vtiliſſimæ, & practicabiles, quæ videndæ in corpore huius capitis.

SCIENTIA Geometriæ ſiue terræ menſurationis (Geometria enim dicitur ex Græco nomine, *Geos*, ſiue ἀπὸ τῆς γῆς, quod eſt Terra, & *Metron*, ſeu Μέτρον, quod eſt menſura, Gloſ. in fin *in l.4. Cod. de profeſſ. lib.*10. Gloſ. fin. *in l. Artem Geometriæ, Cod. de malefic. & mathematic. l. geometra. ff. de excuſat. tutor.*) inuenta fuit ab Ægyptiis, & iuſſu eorum regis *Meris*, qui primus eam practicari fecit, excitata, ad hoc vt poſſet in iudicando, cuilibet Ægyptiorum in vrbe Alexandria ſuum reddere agrum, quem flumen Nilus inundaſſet: Nam cum ex inundatione illius fluminis confunderentur termini, & limites fundorum, qui ad ſingulos pertinebant; per menſuram ante inundationem, & poſtea factam, facilè & iuſtè diiudicabatur terra vniuſcuiuſque, ſecundùm Strabonem, & alios, quos refert Daroceńſis *lib.1. de Geometria c.1.* & Io. Perez de Moya, *de Geometria practica, & ſpeculat. lib.1. cap.1. in princ.* & inſignis noſter in Hiſpania Lopez de Vega Carpio *in ſua Archadia, fol.*230. Vbi ita canit: 1 2

Creſciendo el Nilo Egiptio ſe inundaron
Las tierras de tal ſuerte, que perdieron
Los limites, los campos, que tuuieron,
En tanto que ſus Dueños las ſembraron
Y a deſpues que las aguas ſe aplacaron,
Y a ſu margen primera ſe voluieron,
Como en paz, y concordia las partieron
La Medida Geometrica inuentaron:
Pero no ſe le niegue a el ſabio Thales
Alto, vajo y profundo auer medido,
Que deſpues ordeno mejor Euclydes,
Eſte Compàs y lineas ſiempre yguales
Quanto pudo tener an reducido
De Athalte el hombro y la ceruiz de Alcides.

In hac tamen ſcientia pro regula in primis conſtituitur, quod taliter ſe habet incompatibilitas inter æquale, ac inæquale, quod licet inæqualibus æqualia addantur, vel æqualibus inæqualia fuerint addita, nihilominus inuenientur inæqualia, & ſic ſi ab inæqualibus æqualia demas, aut ſi ab æqualibus inæqualia, quæ remanent erunt inæqualia: non enim compatiuntur niſi æqualia cum æqualibus, & inæqualia cum inæqualibus: ideo ſi ab æqualibus æqualia detrahas, quæ remanent erunt æqualia; ſed ſi concurrant æqualia, & inæqualia ſemper erunt inæqualia. Daroceńſis, *lib.1. de Geometr. cap.2. prope finem.* 3

Vnde recognoſcitur in *l. Paulus* 221 *ff. de verb. ſignif.* quod ideo modius iniquus, modius non eſt, quoniam ſi de iure requiritur ad hoc vt modius æquus ſit, quod 22. ſextarios habeat, vel ſextas, vel duodecim partes, ſi ei aliqua pars addatur, vel minuatur, erit inæqualis, ſiue falſus modius, non alia ratione, quàm quia id quod de iure eſt æquale, ſi augeatur, vel minuatur, erit inæquale, id eſt iniquum: quapropter conſultus Paulus rectè aſſerit, quod *modius iniquus, modius non eſt.* 4 5

Atque idem poteſt dici de falſo tutore, teſtamento, 6

Digitized by Google

to, ſtipulatione, ſententia, electione, ceſſione, venditione, vel alienatione non iuſta, de quibus omnibus, ſi caſus ſe offerat, videndus eſt Alciatus *in dict. l. Paulus* 221. *ff. de verb. ſignif.* & facit ad noſtrum textum, quod ex eadem cauſa idem dicendum eſt de hæretico Epiſcopo: nam ſicut falſus Tutor, tutor non eſt, & idem de falſo teſtamento, & ſic de cæteris; ita neque Epiſcopus eſt, qui hæreticus eſt, ſicuti fuit ille Arianus, qui acceſſit ad Hermenegildum, vt à ſua manu ſacrilega perciperet communionem.

7 Cæterum alia regula in hac ſcientia Geometriæ datur, non ſolum principalior, ſed magis ad noſtrum inſtitutum accommodata, ſcilicet, quod omnis menſura fiat per lineas inter ſe incompatibiles: nam in pun-
8 ctis conſiſtunt, & niſi vna finita non incipit alia; Quarum diuerſæ ſunt ſpecies: alia recta, alia linea curua, & exinde parallelæ, ſeu æquidiſtantes, item linea perpendicularis, æqualis, diagonalis ſiue diametralis, obliqua, flexuoſa, Eliaca & Circularis, Angularis, Ecliptica, continuata, & non continuata, & aliæ interſe incompatibiles, de quibus omnibus (ſi ſcire cupis) atque earum definitionibus, ſeu deſcriptionibus, ac natura, per Mathematicam demonſtrationem videndus eſt Ioannes Perez de Moya *de Geometria practica, & ſpeculatiua, lib. 1. cap. 2. ab artic. 2.*

9 Ad inſtar harum linearum, dantur in iure noſtro, ad menſurandas Maioratuũ ſucceſſiones. *Linea recta, aliter vocatur linea ſubſtantia deſcendentium, & aſcendentium: Linea actualis, alias effectiua poſſeſſoris: Linea habitualis, in habitu ſiue in potentia tantum; aliàs Linea Primogenitura: Linea Paterna, Linea Materna, Linea ex tranſuerſo, ſiue Collateralium: Linea Contentiua fundatoris & contentiua vltimi poſſeſſoris; Linea qualitatis; Linea vera agnationis, ſiue agnatiua; Linea artificioſa agnationis: Linea ſimplicis maſculinitatis, Linea fœminina, & Linea electiua, ſiue electionis.*

10 Et per eandem regulam omnes iſtæ ſpecies Linearum, & quælibet earum ſunt inter ſe incompatibiles; quia in menſuratione ad ſuccedendum in Maioratu non compatitur, quòd ſucceſſio Maioratus faciat tranſitum de vna ad aliam lineam, niſi extinctis, atque finitis perſonis ex quibus componitur quælibet linea, *cap. 1. de natur. ſucceſsionis feudor.* ibi: *Ad ſolos & omnes, qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit.* Et inferiùs: *Sed omnibus ex hac linea deficientibus omnes alia linea æqualiter vocantur, cap. 1. de ſucceſſ. fratr.* & probatur argum. textus in *l. 1. §. 1. ff. de tabul. teſt. null. ex tab.* vbi in ſuccedendo per bonorum poſſeſſionem ex edicto Prætoris, Primum caput, id eſt prima linea eſt liberorum: Secundum legitimorum Agnatorum: Tertium Cognatorum. Et quovſque aliquis ſupereſt ex primo capite ſeu linea, non venit ſequens: *l. 1. §. ſi intra, ff. de ſucceſſ. edict.* & ex iure noſtro Regio *l. 2. tit. 15. part. 2. & l 40. Tauri.* Et pro regula obſeruari debere aſſerunt & probant Ancharan. *conſil. 82. n. 3. verſ. Donec enim de illo, cui facta eſt acquiſitio extant liberi, non fit digreſsio ad alios diuerſa linea, &c.* Paul. Caſtrenſ. *conſ. 164. n. 5. lib. 2.* D. Gregor. Lopez in *leg. 3. gloſ. 1. quæſt. 18. tit. 13. partit. 6.* D. Molin. *de Primog. lib. 3. cap. 4. n. 13.* Burgos de Paz *conſ. 29 n 49. verſ. Cum iuris ſit ad aliam lineam non deueniendum ſucceſsionis, quovſque ipſius patris Dom. Mariæ tota finiatur deſcendentium linea, &c.* Salazar *de vſu, & conſuetud. cap. 14. num. 29. & 55.* Albert. Brunus *conſ. 8. à n. 6. & conſ. 10. à n. 4.* Phœbus *deciſ. 12. n 9.* Aluaradus *de conuict. mente defunct. lib. 1. cap. 3. §. 3. n. 44.* Mieres *de Maiora. p. 2. quæſt. 6.* Velaſquez de Auendaño in *l. 17. Taur. gloſ. 2. num. 10.* Gama *deciſ. 253. n. 6.* Flores Diaz de Mena *in addit. ad Gamam, deciſ. 59. verſ. 5. & dec. 93. verſ. quarta concluſio, & deciſ. 335. aliàs 357. verſ. Nota quinto, & verſ. quinto adde, &c.* Menoch. *conſ. 172. num. 34. lib. 2.* Alex. Raudenſis *conſ. 142. n. 125. lib. 2. inter conſilia vlt. volunt.* Dom. Perez de Lara, *de anniverſ. & capell. lib. 2. cap. 2. n. 8.* vbi limitat in Capellaniis: Gabriel Pereyra de Caſtro *deciſ. 39. n. 3. & 6.* D. Ioan. à Caſtillo *tom. 3. cap. 13. n. 53. & 60. & tom. 3. cap. 67. n. 23. & 24. & c. 91. num. 62. & cap. 92. n. 32. & cap. 93. n. 3. cap. 95 num. 4.* & antè, Ioan. Gutierr. *Canonic. quæſtion. lib. 2. cap. 14 n. 46. & 48.* Epiſcop. Salmantic. D. Ioan Baptiſta Valençuela Velaſquez *conſil 92. num. 11. tom. 1.* Cæuallos *quæſt. 905. num. 94.* Stephan. Gratian. *tom. 3. cap. 456. n. 16. & tom. 4. cap. 773. n. 3.* Molinus *de ritu nuptiar. lib. 3. quæſt. 24. num. 126.* vbi quod ſucceſſio, quæ in vnam fideicommiſſi fuit ingreſſa lineam, ad aliam tranſire non poteſt niſi prima fuerit extincta, & omnes ab ea procedentes mortui: Parladorus *quotid. lib. 3. quæſt. 1. num. 1.* Caſanate *conſ. 20. n. 12. & 13.* Tapia *deciſ. 2. n. 141.* Ramon. *conſ. 100. n. 422. & 448.* Maſtrillo *deciſ. 63. num. 1.* Iacobus Cancer. *lib. 3. cap. 21. de tranſmiſſ. n. 294.* Franc. Souſa *in l. fœmina §. 1. n. 181. de reg. iur.* Anton. Monachus *deciſ. Florentina 54. n. 1. & deciſ. 63. n. 1.* Farinac. *deciſ. 681. n. 3. tom. 2.* Baldell. *conſ. 60. n. 23.* Ioan. Anton. Bellon. *conſ. 72. num. 38. & 39.* Marta *conſ. 61. n. 8. & conſil. 169. n. 2. & de ſucceſſ. legali, part. 4. quæſt. 12. artic. 2. num. 17. & 20. & quæſt. 22. art. 1. n. 26* Aguirre *de ſucceſſione Reg. Portug. part. 1. n. 201.* Cardoſo *de iure accreſc. part. 1. reſponſ. 2. n. 12. & reſponſ 4. n 4. & 3.* Beecius *conſ. 128. n. 46. & conſ. 143 n. 41. vol. 2.* Peregrinus *de fideicom. art. 12 n. 86. & art 20. n. 2. art. 22. n. 47. vſque ad 32. art. 27. n. 14. & conſil, 42. n. 6 conſil. 7. n. 42. vol. 3. conſ. 39 n. 15. vol. 1. & conſ. 1. vol. 2.* D. Cabreros Auend. *de metu, lib. 2. cap. 9. n. 6. & 7.* Vincent. Fuſar. *de fideic. ſubſt. quæſt. 379. n. 50. & quæſt. 484. n. 34.* & Marius Giurba *de ſucceſſ. feud. inter aſcendentes, & deſcendentes, cap. 118. §. 2. gloſ. 6. n. 14.* & latius & copioſè *num. 62. & gloſ. 20. n. 21.* Ioan. Chiſtophorus de Suelucs *conſil. 95. num. 14.*

Potiſſima ratio huius regulæ eſt, incompatibilitas 11
inter lineam, & lineam: quia, provt dictum eſt, ſucceditur per lineas ad inſtar ſucceſſorij edicti, per quod non eſt locus lineæ ſecundæ, niſi expleta prima linea, & non eſt locus lineæ tertiæ niſi expleta ſecunda, & ſic deinceps: *l. ſi filius, qui patri, §. cum filius, ff. de bon. libertor.* Marius Giurba, *de conſuetudine Meſſanenſi, cap. 12. gloſ. 4. n. 7. part. 1.* & poſtea nouiſſimè ipſe Giurba *de feud. dict. §. 2. gloſ. 10. à n. 22. & 23. vſque ad 29.* & tres aſſignat rationes ſequentes.

Prima eſt à nobis proximè tradita, dum dicimus 12
quamlibet lineam cum alia eſſe incompatibilem, quia incluſio vnius lineæ, eſt alterius lineæ excluſio, ſicuti vocatio vnius, eſt remotio alterius: allegat *vulg. l. cum Prætor, ff. de iudic.* Forſter. *de ſucceſſione ab inteſt. lib. 3. cap. 33 n. 5.* Suarez *conſ. 10. n. 67.* Molfeſ. *ad conſil. Neapol. part. 3. quæſt. 13. n. 9.* Mart. *conſil. 61. n. 1.* Menoch. *conſil. 106. n. 350.* Schradet, *de feud part. 10. ſect. 19. n. 63.* Robles *de repræſ. lib. 2. cap. 14. n. 70.*

Secunda, quia ſucceſſio non debet eſſe nimis am- 13
bulatoria, ſed de linea in lineam ſucceſſiuè progredi: argument. *leg. penultim. ad fin. Cod. de curat. furioſ.* Alciat. *conſil. 21. num. 5. lib. 3. aliàs 184.* Menoch. *conſil. 981. num. 6.*

Tertia, quia ſucceſſio Maioratus non vadit per 14
ſaltum, ſed ordinarè, & ſucceſſiuè de linea in lineam finitam: Alguirre *de ſucceſſ. Regn. Portugal part. 3. n. 34.* Caſanate *conſil. 47. num. 1.* Ioan. Petr. Surd. *conſil. 573. num. 19.* Stephan. Gratian. *cap. 621. num 3.* Pereyra de Caſtro *dict. deciſ. 59. num. 5.* Henriquez Roſental. *de feud. cap. 7. concluſ. 51. liter. G.* Peregrinus *de fideicommiſſ. art. 7. n. 13.* Menoch. *conſil. 172. n. 5. & conſil. 440. num. 36.*

num.36.conſil.940 n.29. & conſ.976.n.4. & conſ.1036. num.2. Tiber.Decian.*conſ.3.n.*100. *in* 4.

15 Ex ſuppoſitiooe huius regulæ, & eius ratione præcipua incompatibilitatis ioter lineam, & lineam;operæpretiumeſt,ac valde vtile,breuiter demonſtrare naturam cuiuſcumque lineæ in genere, & in ſpecie;vnde facilè deueniemus in coguitionem, quis erit verè, ac propriè legitimus Maioratus ſucceſſor.

---

§. I.

De linea in genere, & eius definitione, ad metiendam ſucceßionem in omni Maioratu regulari, ac irregulari.

16 HÆc vox *Linea*, Hiſpanicè dicitur *Raya :* Perez de Moya *in dict. tract. de Geomet.lib.*1 *cap.*2.*articul* 2. dum dicit : *Linea que es en Eſpañol dezimos Raya generalmente hablando es vna largura.ſin anchura ni profundidad , los terminos, ò fines de laqual ſon*
17 *dos puntos, &c.* Et in hac ſignificatione linea ab vno
puncto ad aliud deducitur , atque deriuatur *à lino is*,
quia ſignificat filum illud quo fabri materiarij vtuntur ad ſignandam materiam, quod ex lino fiat : Ioan. Brunellus *in tract.de ſponſalib. & matrim.concl.*21.

18 Mathematicè verò definita ſecundum Geometras, *linea eſt longitudo abſque latitudine,ac profunditate,cuius extremitates ſunt duo puncta.*Ita Euclides *in primo :* Proſdocimus *de comitibus, in tractatu de arbore conſanguin.& affinit. n.*31.Darocenſis *dict.lib.*1.*de Geomet. cap* 1.*in princ.*Perez de Moya *de Geom d.lib.*2.*c.*1.*a.*2. Hippol.Rimin. *conſ.*744.*num.*22.*& conſ.*830.*n.*8.*lib.*7. quem ad literam refert D.Ioan.Caſtill *lib.*5.*c.*93.*n.*31.

19 Sed ſecundùm Iuriſperitos ad ſimilitudinem linearum Geometriæ , habemus lineas, quibus metiuntur, & adiudicantur ſucceſſiones,& eam lineam definiunt Bald.*conſil.*334.*n.*9. *lib.*3. Alexand.Caretius *in tract.de ſponſalib.& matrimon.lib.*2.*cap.*3. Ioan Andreas *in arbore conſangum* Hoſtieoſis cum Dominico *in titul.de conſanguinit.* §. *quid linea.* Ioan. Brunell. *de ſponſalib. & matrim. concluſ.*11. Stephanus Coſta *in tract. de conſanguinit.in princ.num.*10. Azor.*in ſumma Inſtitut. de Gradibus.* Ioan. Cyntholtz, *de conſanguinit.& affinit.titul.de linea,in princ.* Anton.de Roſellis *in tractat.de ſucceſ.ab inteſt.num.*41. Paret Thom.Sanch. *de matrim.lib.*7.*diſput.*50.*n.*2.Marius Giurba,*de feud.*§.1. *gloſ.*10.*num.*19.

20 Et licet variè ſe habeant in definienda linea ad ſuccedendum , in idem recidunt , & inter omnes eligo diffinitionem traditam per Antonium de Roſellis, *d. num.*41. vbi dicit : *Quod linea aliqua recta ſurſum , aliqua recta deorſum, & aliqua recta per tranſuerſum ordinatè continens quaſlibet varias perſonas ab eodem ſtipite profectas, ordinis gradus diuerſos, & eorum numerum deſignans , conſanguinitatem demonſtrans , vel affinitatem* , cui conuenit definitio tradita in *l.*2. *tit.*6. *partit.*4. ibi : *Linea de parenteſco es ayuntamiento ordenado de perſonas,que ſe tienen vnas de otras como cadena deſcendiendo de vna Raiz, y hazen entreſi grados departidos.*

21 Sed per hanc diffinitionem , cum linea ſic definita non poteſt menſurari omnis Maioratuum ſucceſſio, quia Maioratus alter eſt regularis , alter irregularis. Regularis Maioratus eſt,quando voluntas ſeu diſpoſitio inſtitutoris in nihilo ſe opponit regulis , ſeu normis datis ad ſuccedendum in noſtro Hiſpaniarum Regno per conſuetudinem introductis,de quibus in *l.*2. *tit.*15. *partit.*2. Quia Maioratus in noſtra Hiſpania ad ſimilitudinem Regni eſt introductus , & ſecundum ſucceſſionem Regni regulari debet eius ſucceſſio : Ant.Padilla de Meneſes *in rubric. de fideicom. num.*6. Dom.Greg.Lop.*in dict.l.*2.*tit.*15. *partit.*2. *verb Elmas propinquo, verſ.& ſecundum hoc in Regno,&c.* D.Molina *lib.*1.*cap.*1.*num.*7.*&* 10. Ioan.Gutier.*Canon.queſt. lib.*2.*cap.*14.*n.*59. D.Ioan.à Caſtillo *lib.*5.*cap.*93.*num.*8. *verſ.octaua concluſio.*

Maioratus irregularis è contrario eſt ille , in cuius 22
fundatione inſtitutor deuiat à regulis iure conſuetudinario introductis in ſucceſſione Regni, & eis in totum,vel pro parte ſe opponit : *l.*40.*Tauri*, ibi : *Saluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta por el que primeramente conſtituyo y ordeno el Mayorazgo : que en tal caſo mandamos que ſe guarda la voluntad de el que lo inſtituyo.*

Itaque ad hoc vt poſſit comprehendere menſura- 23
tionem Maioratus etiam irregularis , addenda ſunt
diffinitioni hæc verba : *Secundum voluntatem hominum, vel diſpoſitionem iuris, vel conſuetudinis :* & ſic
linea erit , *Collectio perſonarum , quæ ſuccedere ſecundum ſuum ordinem debent iuxta voluntatem homi-*
num , vel diſpoſitionem iuris vel conſuetudinis. Linea 24
ad metiendam ſucceſſionem , de qua nos loquimur, eſt ad ſimilitudinem lineæ Margaritarum , de qua in *l.linea Margaritarum* 26. *ff.ad leg. Falcid.* Quia formatur ex perſonis,quæ ſuo ordine ſuccedere debent ex voluntate teſtatoris, vel diſpoſitione iuris,compoſitis in linea , quemadmodum perforatæ Margaritæ ponuntur linealiter in vno ſerto.

---

§. II.

De linea recta deſcendentium , ſiue linea ſubſtantia.

INter omnes linearum ſpecies ad metiendam ſuc- 25
ceſſionem in omni Maioratu regulari imperat,quia
primas partes obtinet , linea recta deſcendentium :
*l.*2.*tit.*15.*partit.*2. ibi : *Que el Señorio del Reyno heredaſſen ſiempre aquellos que viniеſſen por linea derecha, y por ende eſtablecieron que ſi hijo mayor varon no huuieſſe, la hija mayor heredaſſe el Reyno. Y aun mandaron que ſi el hijo mayor murieſſe ante que heredaſſe, ſi dejaſſe hijo, ò hija , que huuieſſe de ſu muger legitima que aquel ò aquella lo huuieſſe, y no otro ninguno* , & *d.*
l 40.*Tauri in* 1. *parte.* Eamque lineam *ſubſtantiæ* ap- 26
pellamus ex Baldo *in conſil.*334. *lib.*3.*n.*9. ad differentiam lineæ qualitatis , qua menſurantur ſucceſſiones in Maioratibus irregularibus , quia per lineam ſubſtantiæ demetiuntur in Maioratibus regularibus tantum.

Diffinitur autem ita ſic : *Linea recta deſcenden-* 27
tium eſt ordo deſcendentium in poſteros , non in plurimos, ſed ſigillatim de vno in alterum , eodem tramite retento ſub deriuatione primogenitura. Colligunt hanc diffinitionem ex Baldo in *l.irritam num. fin. in fin. C. de vſucap. pro donat. & conſ.*321.*num.*1. *vol.*1. Decius *conſil* 365.*n.*7.Oliuer *de gradibus cognat.q.*9.D.Cabteros de Auend.*in methodica delineatione, de metu lib.*2. *cap.*9.*num.*21.

Ex hac diffinitione colliges lineam rectam eſſe 28
etiam (prout aliæ lineæ) incompatibilem cum aliis : quod apertiùs probatur in *d.l.*2. *tit.*15. *part.*2. vbi deciſum extat , quod ſucceſſio eorum , qui ſunt in hac linea,incompatibilis ſit cum aliis, qui ſunt io alia,ibi : *Que aquel , ò aquella lo huuieſſe , y no otro ninguno.*

Iam ergo patet, quod omoes ij, qui ſunt in hac li- 29
nea

nea recta deſcendentium, ſiue linea ſubſtantiæ, incompatibiles cum aliis ex alia in primis ſunt in ſuccedendo: *d.l.2.tit.15. partis.2.* D.Ioan.à Caſtillo *lib.5. cap.93. num.8 verſ.2.& verſ.3. regula. & verſ.ſexta, quod extincta linea recta deſcendentium, & aliorum, &c.*

30 At nulla verba importantiora ſunt ad inducendam continuationem lineæ primogenitæ, quam verbum, *Linea directa*, vt in *l 2. tit.15. partis.2.* D.Molin.*lib 3. cap.6 num.33.* Surdus *conſil.316. à num.11 lib.3.*& cum aliis ſic tenet D.Cabretos *de metu,lib 2.cap.9.num.16.* & antea in *num.14.* dixit, quod Maioratus reſpectu agnationis non eſt compatibilis cum linea recta.

31 Et tanto fortior, & efficacior eſt hæc linea recta deſcendentium aliis lineis, quanto ſecundum Geometras linea perpendicularis, cui aſſimilari debet, eſt propior, atque potentior aliis ex tranſuerſo lineis: Demonſtratur virtus, atque magna vis huius lineæ rectæ per exemplar in ſole, cuius radij quando perpendiculariter, & rectè influunt ſuper nos, provt æſtate, licèt longè diſtantior ſit à nobis, quam hyeme, ſeu brumali tempeſtate, non ſolum ardentiores ſunt, imò omnia vehementi ardore adurunt. Vnde dicitur:

Medium illum cingulum Solis
Ardore torreri.

Sed in bruma etiamſi propinquior ſit nobis Sol, eius radij vix calefaciunt, ex eo quod ex tranſuerſo tantùm attingant. Quod ſimile habemus in flamma lucernæ, cui ſi directè manus palmam imponas, licet diſtanter eleues, inflammat, & ignis ardor percutit palmam: ſed ſi ex latere quamuis proximè eidem flammæ accedat palma, vix leuem calorem exhalabit, quia perpendiculariter potentior linea operatur cum omni ſua virtute, & ita eodem modo fit in linea directa deſcendentium.

32 Hanc eandem vim huius directionis in lineam per ipſummet demonſtrauit exemplum Salazar *de vſu, & conſuet.cap.fin num.61.& 62.* dum dixit: Plus conſideratur directio lineæ, quam propinquitas in gradu, & maſculinitas. Sic nimirum & Aſtrologi de Sole dicunt, quod plus operatur directio, quam propinquitas eiuſdem, Longius enim in Vere, quam in Hyeme à nobis diſtat Sol, & multo magis lõgius in Æſtate, quam in Vere: ſed plus Æſtuat & adurit in Æſtate, quam in Vere. & in Vere plus quam in Hyeme calefacit Sol ob radiorum directionem, qui ex alto magis petunt, quam ex latere, licet exſtent propinquiores, vt in candela experieris. Nam ſi ad lumen pyramidemque fauillæ adiungas manum, non vreris niſi attingas: Cæterum ſi ſupra ſiſtas per duplo maiorem diſtantiam, vel etiam triplo, ſuſtinere non poteris quin aduraris. Hæc ille.

33 Sed quoniam variæ, ac multæ ſunt in iure ſpecies filiorum, atque deſcendentium, videndum eſt, an in omnibus, vel in aliquibus tantum virtus huius lineæ influere valeat, & quo ordine inter ſe præferri debeant? Ideo per omnes ſigillatim, ratiocinari perutile erit.

---

§. III.

De filiis & deſcendentibus legitimis ac naturalibus.

34 DE filiis legitimis & naturalibus, qui debent in primis concatenari in linea recta, quamplurimas poſſem excitare quæſtiones, & ferè totam materiam de ſucceſſione Maioratus hic inuoluere, atque huius libri omnes de Incompatibilitate diſputationes
inſerere: Cum tamen altiori indagine indigeant, alibi in ſua claſſe reſoluendæ erunt. Et nunc de aliquibus breuiter atque ſuccinctè, ac de aliis remiſſiuè
agendum erit, & de his tantummodo quæſtionibus, 35
quæ præciſæ, ac neceſſariæ videantur ad exponendas
perſonas, ex quibus nectitur hæc linea; ideo reſtringam ad tres tantummodo non parum difficiles quamuis ſæpeſæpiùs inculcatas.

Sit prima, de filio priùs nato antequam pater aſſe- 36
quutus fuiſſet Maioratum, & de alio poſtea nato v.g. Pone quod pater prius quam vocatus, atque ſucceſſurus fuiſſet in Maioratu, Principatu, aut Dignitate, procreauit filium primogenitum, & poſteaquam adeptus eſt Maioratum, ſuſcepit alium filium, qui licet ſit ſecundo-genitus, fuit tamen primogenitus poſt adeptum Maioratum. Dubium eſt, quis ex duobus his filiis erit in linea recta ad ſuccedendum poſt mortem patris in Regno, vel Maioratu?

Per hanc quæſtionem taliter mentes Doctorum 37
torquentur in legibus & rationibus pro vtraque parte vrgentibus diſcutiendis, quod multi eorum profitentur potiorem eſſe in linea recta ad ſuccedendum filium genitum poſt adeptum à patre Maioratum. conſtricti ex textu in *l. ſi Senator 11. C. de dignitatib.* vbi etiam Gloſ. *verb.Priuatos:* Gloſſa quoque *verb. natæ ſint, in l.imperiales 23 §.his illud, C.de nupt.* vbi tenent, quod argumento illius textus non eſt dicendus Sacerdotis filius, vel Regis filius, qui antequam eſſet pater Sacerdos, vel Rex, natus eſt.

Et quia ille qui natus eſt ante adoptionem Regni, 38
vel Maioratus, à patre; quamuis dici poſſit filius Regis, vel poſſeſſoris Maioratus, non tamen dicitur primogenitus Regis, aut poſſeſſoris Maioratus, quia ab eo non fuit genitus tanquam à Rege, ſed tanquam ab homine priuato ſine illa qualitate, & tempore, quo ſuccedere non potuiſſet filius in Regno, vel Maioratu, quem pater non habebat,

Et quoniam ſic iudicatum fuit ſuper ſucceſſione 39
regni Perſarum inter filios ex Dario Rege, Arthemanem aliàs Artabaxanem ſcilicet filium maiorem genitum ante adeptum regnum, & Xerxem ſecundogenitum poſteaquam pater eſſet Rex, provt videri poteſt apud Herodotum *lib 7.* ſeu *in Polymnia in princ.* Iuſtin. *lib 2.* & eo relato Rodericus Suarez *in l.Quoniam in prioribus limit.11.in fin.* Cald.Pereyra *de nominat. emphyteot. quæſt.13. à num.46. & in num.47.* refert cum Aurpacho *lib.2. epiſtola 2.* aliud exemplum inter Alphonſum filium maiorem & Aloyſium filium ſecundum Herculis Ducis Ferrarienſis: & licèt Bart. in *d.l.imperialis, §.his illud, C.de nupt.* mentionem faciat de alio exemplo inter filios Philippi Regis Franciæ, de illo tamen dubitat Ioan. le Cirier *de primog.lib.1.quæſt.2.n.6.*

Alij pro filio maiore natu ſuſcepto antequam pa- 40
ter adeptus fuiſſet Principatum, vel Maioratum, contrariam conſtanter profitentur ſententiam, ex *l.Senatoris filium 5. ff.de Senatoribus.*

Alij diſtinguunt quod aut conſuetudo, vel ſtatutum 41
primogenito deferens ſucceſſionẽ, ſimpliciter de primogenito loquitur abſque alia adiectione, aut de primogenito Regis, Ducis, Comitis, aut ſucceſſoris Maioratus. In primo caſu tenent quod filius antea natus præfertur. In ſecundo verò caſu quod filius natus poſt Regnum, vel Maioratum adeptum, præferendus eſt.

Alij aliter diſtinguunt: quod aut pater fuit primus 42
acquiſitor Regni, Principatus, vel Maioratus, per electionem, nominationem, ſiue aliam acquiſitionem per contractum, vel per arma, & tunc filius poſtea genitus erit in linea, non autem primogenitus:

Aut

Aut pater non fuit, qui primus adeptus eſt Regnum, vel Maioratum, ſed Auus, ſiue Proauus, vel alij aſcendéntes, à quibus ad patrem peruenit tanquam ad proximum ſucceſſorem, & tunc quod præfertur primogenitus, qui erit in linea, quia qualitatem illam iam pater habebat dimanatam ab origine paterna, ſcilicet, Auo vel Proauo ſiue ab alio aſcendente.

43 Sed verior, & communior atque magis recepta eſt hodie ſententia eorum, qui tenent indiſtinctè quod filius maior natu ante adeptum Regnum, vel Maioratum, ſit in linea recta ad hoc vt præferri debeat in ſucceſſione: Ita tenent Guid. de Suçar, Albericus, & Coraſius *in d. l. Senatoris filium, ff. de Senatoribus.* Salicetus *in d. l. imperialis § his illud n. 5. C. de nupt.* idem Albericus *de Statutis part. 1. quæſt. 152.* Ioan. Lecirier *de primog lib. 1. quæſt. 12.* Tiraquellus *de primog. q. 31.* maximè *à num. 17.* Duarenus *lib. 2. diſput. cap. 19.* D. Greg. Lopez in *d. l. 2. gloſ. 10 in princ. tit. 15. partit. 2.* D Molina *de primog. lib. 3. cap. 1. num. 3.* Ant. Gomez *in l. 40. Tauri n. 67.* Mieres *de Maiorat. part. 2. q. 4. illat. 5. à num. 1.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 92. n. 5. & conſ. 677. à num. 10. lib. 7.* Henricus Roſental. *de feud. cap. 7. q. 26. num. 4.* Petrus Gregor. Toloſanus *de Republica, lib. 7. cap. 9.* Pat. Molina *de iuſtitia & iur. tom. 2. diſput. 624. n num. 2.* Caldas Pereyra *de nominatione emphiteotica quæſt. 13. à n. 44. vſque ad n. 52.* Robles de Salcedo *de repræſentat. lib. 2. cap. 15. à n. 26.* Ioan Anton. Mangilius *de imputationib. & detractionib. quæſt. 89. à n. 3.* D. Ioan. à Solorzano *de Indiarum gubernatione, tom. 2. lib. 2.*
44 *cap. 17. n. 61. 62. & 63.* Quorum fundamentum principale eſt in text. *d. l. Senatoris filium 5. ff. de Senatorib.*

45 Sed veram huius reſolutionis decidendæ rationem accipere poteris à Petr. Gregor. Toloſano *de Republica, d. lib. 7. cap. 9. à n. 4.* dum dicit: Quod ius naturæ, gentium, vel diuinum non admittit differentiam inter ante, vel poſtea natos, ad hoc vt filius debeat ſuccedere Patri; & quod ſi admitteretur ratione accidentalis dignitatis, ſequeretur exinde, vt liceret patri violare ius gentium, Naturale, atque Diuinum, & degenerare in feram & in animal brutum occaſione dictæ accidentalis dignitatis, & facere contra officium paternum tanquam mente captus *l. 4. ff. de inoſ. teſt.*

46 Et in *n. 5.* ita proſequitur: Ex quibus in primis adducor, vt exiſtimem, in delatione noua liberi Regni cæteris paribus non habendam rationem temporis adoptionis dignitatis, num ante, aut poſt editi ſint filij? Cum non ratione dignitatis, ſed naturæ, ad ſucceſſionem parentum filij vocantur: neque vnquam ſit mota controuerſia fuerintne bona acquiſita antea vel poſt ſucceſſionem liberorum? Siquidem ſuccedunt, eo ſolo titulo, quia filij ſunt, & ita bona patris bona liberorum ſunt. Neque habetur ratio temporis acquiſitionis, ſed mortis parentis, vt quæ tunc eius inueniuntur diuidenda veniant, iuxta voluntatem ipſius, vel leges naturæ: *l. cum quæritur, ff. de inoſ. teſtament. l. 3. C. eod. tit.*

47 Et in *n. 11.* etiam addit hanc rationem: Tertio pro filiis ante dignitatem editis facit hoc dilemma; Quod dignitas, ſeu imperium patri quæſitum ſit vel ratione virtutis & proprij meriti, vel ratione proximitatis defuncti: vtroque autem modo par ius eſt, ratione acquiſitionis, filiis prioribus, ſaltem cum ſequentibus: quamquam & potius verè ſit illis, vt dicemus poſteà: ſiquidem & ante, & poſt dignitatem editi, ſunt eiuſdem patris, nec alius pater ſubſtantia, aut virtute ante dignitatem quàm poſtea, neque ideo minus pater, aut minus filius, qui ante genitus: quia ergo patris Principatus factus eſt, & filiorum etiam prius genitorum.

48 Franciſc. Caldas Pereyra *de nomin. emphyteot. q. 13. n. 49.* ita dicit: Præterea licet à principio filius maior ſuccedere non potuerit, quia adhuc pater Rex; aut emphyteota non erat, potuit tamen cum primum pater dignitatem ipſam fuit aſſequutus: Interim enim dum pater dignitatem aut emphyteoſim non habet ſuſpenſa quodammodo videtur primogenituræ prærogatiua, quam in habitu filius habet ad actum producendum ſimul ac parens dignitatem aſſequetur emphyteoſim, remvè aliam ad primogenitum tantùm pertinentem: argumento notatorum in *l. & ſi, C. de nupt. l. ſi quis, ff. de ritu nupt. & l. 1. C. de contr. iud.* vbi interdicto nobis propter delictum, vel alia de cauſa officio, cauſa impediente ceſſante, & ipſa illicò interdicto ceſſat: Quocirca cùm in caſu noſtro adſit habilitas in filio impedita ad actum deduci, quia Dignitatem pater non habet; aut emphyteoſim, neceſſario audiendus eſt ille, impedimento ceſſante, & habitus deducetur ad actum. Sic etiam in ſimili dicimus, pupillum factum maiorem, teſtimonium ferre poſſe de his, quæ in pupillari vidit ætate: Gloſſ. *l. 3. §. lege Iulia, ff. de teſtibus.* Et propterea paſſim ſcriptum reperies à principio impedita temporis tractu conualeſcere poſſe. Alias etiam reddit rationes idem 49
Caldas Pereyra. & in *n. 50. in fin. & n. 51.* ingenioſiſſimè reſpondet ad text. in *l. penult. & fin. C. de Decur. lib. 10.* Videas apud eum: & ad textum in *l. ſi Sena-* 50
tor. 11. C. de dignit. lib. 12. reſpondit etiam, & eum interpretatur doctiſſimè Petr. Gregor. Toloſanus *de Republica lib. 7. cap. 9. n. 8.* & cum eo conueniunt Duarenus *lib. 2. diſput. cap. 29.* Menoch. *conſ. 667. num. 10. lib. 7.* Nicol. Genua *in conciliat. leg. ſol. 265.*

Huic proxima eſt alia ſecunda quæſtio, an filius, vel 51
nepos primogeniti mortui ante fundationem Maioratus, ſit in linea recta ad hoc vt præferri debeat patruo, vel alij filio genito poſt inſtitutionẽ Maioratus.

In hac quæſtione Mieres *p. 2. q. 4. illat. 5. n. 3.* reſoluit 52
quod non: per text. in *l. ſancimus la 1. C. de nupt.* & alia iura. Idẽ videtur ſentire D. Io. à Caſtil. *lib 3 c. 19. n. 199.* maximè dum dicit: *Quamuis ſemper ratio illa fortiſſimè adſtringat, quæ deducitur ex defectu initij lineæ in eo, qui vt primogenitum ſe includere non potuit, deficiente Maioratu nondum inſtituto, & ſic ſubiecto, in quo incluſio daretur; & ſic quoque videtur deficere ratio illa deciſiua dicta l. 40. Tauri, &c.*

Sed de iure noſtro Regio contrarium eſt verius, 53
prout tenet, & probat Robles de Salced *de Repræſent. lib. 2. c. 5. per tot. ex d. l. 40. Taur.* & Regia Pragmat promulgata *die 5. April an. 1615.* quæ eſt *l. 12. tit. 7 lib. 5. recop.* ibi: *Declaramos y mandamos que en la ſuceſſion de los Mayorazgos, Vinculos, Patronatos, y Aniuerſarios, que de aqui adelante ſe hizieren aſſi por aſcendientes, como por tranſuerſales, ò eſtraños, ſe guarde lo diſpueſto en las dichas leyes de Partida y Toro, y ſe suceda por repreſentacion de los deſcendientes a los aſcendientes en todos los caſos, tiempos, lineas, y perſonas, en que los aſcendientes ayan muerto antes de ſuceder en los tales Mayorazgos, aunque la muerte aya ſido antes de la inſtitucion de ellos, &c.*

Alia, quæ eſt difficilior, & tertia quæſtio ſic pro- 54
ponitur: Vtrum ſit in linea recta filius ille natus poſt delatam ſucceſſionẽ Maioratus, qui ſi alias antè natus fuiſſet tẽpore delatæ ſucceſſionis ſuccedere debuerat, ad hoc vt habeat regreſſum ad Maioratus ſucceſſionẽ?

Solutio dependet à deciſione vtriuſque huiuſmodi 55
dubij. An incompatibilitas, quæ datur inter vnam ad aliam lineam, vt non fiat tranſitus de prima ad ſucceſſores ſequentis quouſque finiatur prima, debeat intelligi de linea taliter finita, & ſucceſſorib⁹ inanita, quod ei non ſit poſſibilitas, nec ſpes aliqua alterius ſucceſſoris tempore vllo: vel de illa linea intermiſſa, quæ licet ſit ei poſſibilitas ſucceſſoris, eo vacet tempore vacatis

per

Digitized by Google

56 per mortem vltimi poſſeſſoris? Et an tranſlatio poſſeſſionis ciuilis, & naturalis, per miniſterium *leg. 45. Tauri*, cenſeatur ſemper irreuocabilis?

57 Ad primum conſtanter teneodum eſt, Regulam, quòd niſi finitis ſucceſſoribus primæ lineæ, non fiat tranſitus ad alterius ſubſequentis lineæ ſucceſſores. debere intelligi de linea, cui non ſuperſit ſpes nec potcotia in perpetuum alterius ſucceſſoris: & non de linea quæ nondum eſt finita, quamuis illo tantum intermedio tempore delatæ ſucceſſionis careat ſucceſſore: quia hic intellectus magis conuenit menti fundatoris, qui voluit ſuccedere per lincas in ſuo ordine diſtributas ſecundum primogenituram, & naturam Maioratus, quæ perpetuitatem deſiderat, & perpetuari per ſucceſſores omnes cuiuſcumque lineæ in infinitum.

58 Et ad ſecundum dicendum eſt, etiam quod hoc caſu neceſſe eſt fateri, quod tranſlatio poſſeſſionis ciuilis ac naturalis per mortem vltimi poſſeſſoris, non eſt irreuocabilis, imò reuocabiliter tranſlata fuit ſub conditione illa, donec non fuerit poſtea alius natus ex illa prima & magis dilecta linea, qui poſſet habere regreſſum ad ſucceſſionem.

59 Vnde neceſſariò infertur, quod poſtea natus habet regreſſum ad ſucceſſionem Maioratus. Probat eruditè ex profeſſo, ac ſatis concludenter, D. Ant. Cabreros de Auend *in tract. de metu, lib 1. cap. 9. à n. 22. vſque ad* 42. Vnde hinc inde agitata quæſtione reſoluit contra D. Molin *de primog. lib* 3. *cap.* 10. & eius ſequaces, de quibus *ibi*, Additionatores, quod etſi tempore vacantis ſucceſſionis non fuiſſet natus ille, qui de linea recta eſſet, ad quem attinebat ſucceſſio Maioratus, ſicque ad illum fuiſſet delata, ſi natus fuiſſet, nihilominus poſtea natus ad ſucceſſionem habet regreſſum tanquam filius de linea recta.

60 Rationem vero huius ſententiæ (quam vt veriorem amplector) deduxit D. Ant. Cabreros ex noſtris
regulis ad hanc materiam de linea traditis, & ex *l* 45.
Tauri, dum conſtituit: *Que muerto el poſſeedor de el*
Mayorazgo paſſe la poſſeſſion ciuil y natural en el ſiguiente
en grado, que ſegun la diſpoſicion de el miſmo
Mayorazgo deuiere ſuceder, aunque aya otro tomado
la poſſeſſion en vida de el tenedor, o deſpues de muerto:
Et ex hoc textu talem ſubduxit conſequentiam: *Er-*
61 *go non habet pro ſequenti in gradu viuum, & natum*
tempore mortis vltimi poſſeſſoris, ſi ſecundum ordinem
linearum, & vocationem conſtitutarum ab erectore non
debuerit ſuccedere, ſed reipſa conſtat Maioratum diſtribui
in lineas correſpondentes Primogenitura, & reſpectu
eius perpetuitatis, in vnaquaque linea de per ſe
comprehendi omnes tam natos, quam naſcituros.

Et format talem veram concluſionem; quod do-
62 nec poſſibile fuerit exſtare ſucceſſorem de prima linea,
oon venit tempus de alio de linea ſecunda, & illarum
ſeries conditionem non ſolum ſuſpenſiuam,
ſed etiam poſteriorum ſeu remotiorum excluſiuam
63 efficit. Rationem reddit quia gradus ſubalterni nunquá
poſſunt primo gradui adiungi, nam ordo ad ſuccedendum
facit conditionem: Vnde primus in ordine
excludit poſteriores: ex Bald. in *l. cum teſtamento num. 1. verſ. Quæritur, ff. de hæred. inſtit.* Pontanus *de fideicom. cap.* 28 *n.* 39. vbi reſoluit diſpoſitiones lineales nunquam deferre fideicommiſſum ſecundæ lineæ, donec fuerit inhabilitata prima, taliter vt nulla omnino ſpes ſuperſit futuri aliquo tempore ſucceſſuris: quoniam ordo datus lineis, qui tractum ſucceſſiuum præſupponit, inducit caſualem conditionem cuius natura ſuſpendit gradus inferiores, vſque dum ſit totalis impoſſibilitas, quod in primo naſcantur, formentur, & admittantur.

Sed licèt hæc opinio à nobis tanquam verior ſemper defendenda ſit, attamen quia quæſtio eſt altiſſima, ideo altiòre indiget declaratione, ampliando, & limitando eam: quinimò remitto ad *quintam partem huius tractatus, cap.* 8. vbi magis ex profeſſo pertractanda erit. 64

---

§. IV.

De Filiis legitimis ac naturalibus ſolemniter in Religione profeſſis.

DE filio autem legitimo ac naturali, ſed tandem profeſſo ſolemniter in Religione, vtrum ſit capax tanquam de linea recta ad ſuccedendum in Maioratu, & quando Monaſterium ſuccedat loco filij? Et quid de Clerico in Sacris? Vide *infra part. 7. de Incompatibilitate de iure Canonico cap.* 4. 65

---

§. V.

De filiis legitimatis per ſubſequens matrimonium.

FIlius legitimatus per ſubſequens matrimonium eſt etiam connumerandus inter legitimos & naturales, ex quibus conſtituitur hæc linea recta deſcendentium, ad hoc vt in perpetuo fideicommiſſo, vel Maioratu, ſuccedere debeat ſecundum ordinem & gradum aliorum, qui legitimi atque naturales ſint: ita ex diſpoſitione textus *in cap. tanta eſt vis, qui fil. ſint legit cap. cum cunctis* 7. *cap. innotuit* 20. *de election. §. ſit igitur licentia, in Auth. quib. mod. natur. efficiantur legitim. l. cum quis* 10. *l. nuper* 11. *C. de natur. liber. l. 2. tit. 6. lib. 3. fori: l. 12. tit. 6. l. 1 tit. 13 l. 2. tit. 15. partit. 4.* tenent Ant. de Butr in *d. cap. innotuit n.* 18. & communiter Canoniſtæ: Felinus *in cap. prudentiam* 21. *n.* 9. *de offic. & poteſt. iudic. deleg.* Alciatus *de verb. ſignif. lib. 3. axiom. 2 verſ. Hincque conſequenter.* Pariſ. *conſil.* 13. *à n.* 33. *& conſ.* 15. *à n. 1. lib.* 2. D Præſ Couar. *in* 4. *Decret. de ſponſal. part. 2. cap.* 8. *§. 1 n.* 3. 25 *&* 27. Ioan Lecirier *de primog. lib* 1. *q.* 14. *n.* 19. *verſ Prima concluſio, &c.* Tiraq *de primog q.* 34. *à n* 42. 48. *&* 58. D. Greg. Lop. *in d. l. 2. gloſ. verb. Sino el hijo mayor, verſ. Aduertendum etiam eſt, &c.* D. Molina *de primog. lib. 3. cap. 1. n.* 6. Hieron. Gabriel *conſ.* 21. *n* 40. Celſus *conſ.* 129 *n.* 2. Burſatus *conſ* 18, *n.* 14. *lib.* 1. Boeri. *deciſ.* 159. *num. fin.* Menchaca *de ſucceſſ. progreſſ. part. 2. lib. 1. §.* 52. *n* 89. Alex. Trentacinq. *de ſubſtit. part. 4 cap. 7. num.* 41. Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib. 3. dub. 3. fol. 2. n.* 6. Ozaſcus *deciſ. Pedemont.* 154. *n* 4. Franciſc. Molinus *de rit. nuptiar. lib. 1. comparat.* 18. *n.* 47. Monte-Alegre *in praxi, lib. 2. cap. 1. §. 3 n. 6. &* 7. Henriquez Roſental *de feud. cap. 7. concl.* 18. *n.* 9. Iordan. Vrſinus *de ſucceſſ feud. part. 1. q. 4. art.* 2. Humada *in d l. 2. gloſ.* 11. *verb. Sino el hijo mayor, tit. 5. p.* 2. Iacob. Menoch. *conſ.* 16. *n* 13 *&* 14. *vol.* 1. *& conſ.* 799 *num.* 43. *vol.* 7. Ceuallos *pract. tom. 1. queſt.* 606 *n.* 24. Peregrinus *de fideicom art.* 24. *num.* 6. Caldas Pereyra *de nomin. q* 13 *n* 55. Mieres *de Maior. p. 1. q. 8. à n. 31. & p. 2 q. 1. à n.* 5 Phil. Paſch *de virib. patr. poteſt. 2 p. c. 4. n.* 59. Velaſq. de Auend. *in l. 40. Taur gl. 11. n* 41. Marta *de ſucceſ. legal. p. 1. q. 18. a 9. n* 4. Io. Bap. Lup. *de illegit. & natur. comment. 4. § 3. n.* 12. Vincent Fuſ *de ſubſt. fidei. q.* 386. *n. 3. &* 5. P. Baſ. Ponze de Leon *de Matrim lib* 11. *c.* 11 *n.* 7. Nic. Garcia *de Beneſ p. 7. c. 2. à n.* 43. Didac. Ant. Yañ. Faxard. *in ſuo tract. de legit. per ſubſeq. matr. n.* 230 D. Ioan. à Solorz. *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 17. n.* 50. P. Henric de Villalob. *tom. 1. tr. 13. diffic.* 58 *n.* 2.

Coſta

Coſta *de retretract. caſ.32. cap.8.* Additionatores ad D.Molinam *de primog lib.2.cap.1.ſuper num.6.* D.Petr. Diaz Noguerol.*allegatione 23. num.9. & n 12.& in allegat.24. n.22.* & pro coronide D.Ioan. Baptiſt. de la Rea *tom.1. deciſ.8.num.7.*

67 Rationem, quam tradunt, accipe : Quia eſt tantus ſubſequuti matrimonij fauor, vt omni macula omnino ſublata, atque extincta, cenſeatur matrimonium iam inde ab initio conceptionis celebratum fuiſſe, Gloſ. *verb.Coniugata, in d.cap.inuenit 20. de electione :* quoniam lex præſumit contrahentes matrimonium, eundem animum & affectum ab initio matrimonij contrahendi habuiſſe, ideo legitimatus per ſubſequens matrimonium verè & propriè eſt legitimus, provt declarat *d.l.1. tit.13. partit.4.* ibi : *Son legitimos.* Per verbum illud ſubſtantiuum, *ſum, es, fui :* exclusit dubium illud, quod incitabat verbum *habeantur*, in *dict. cap.Tanta eſt vis :* provt aduertunt Mieres *part.2.quaſt.1. num.7.* Faxardo *de legitim. per ſubſeq.matrim.num.15.& 16.* D.Solorzano *de iur.Indiar. tom.2. lib.2.cap.17.n.50.* Diaz Noguerol. *alleg.23.n.58. & 59. & alleg.24.n.6.17.29.& 30.*

68 Ampliationes, & limitationes, quas habet noſtra concluſio cum copia Doctorum inuenies in *d.tractatu de legitimatis per ſubſequens Matrimonium : ad cap. Tanta eſt vis qui filij ſint legitimi.* Perdoctè tractatas per Licen. Didacum Ant.Yañez Faxardo, vbi videndæ ſunt.

§. VI.

De filiis Naturalibus legitimatis per reſcriptum Principis.

69 NAturales legitimati per reſcriptum Principis regulariter non ſunt de linea recta ad ſuccedendum in Maioratibus, ſiue perpetuis Hiſpaniarum fideicommiſſis, niſi deficientibus filiis legitimis & legitimatis per ſubſequens matrimonium, & agnatis, vel cognatis tranſuerſalibus in defectum filiorum legitimorum vocatis : *cap.1. §.Naturales, ſi de feudo fuerit facta controuerſ. inter dom.& agnat.* & poſt Ioan. Lecirier *de primog.lib.1. q.13. à n.10.* & Tiraquel. *de primog q.24. n.1.* in terminis neruosè probant atque defendunt D.Præſ.Couarr. *lib.3.variar.reſol. cap.6. n.7. verſ.eadem equidem :* D.Molin *de primog. lib.3. cap.3. in princ. & à n.3.* D.Greg.Lop. *in l.4.tit.15. partit.4. verb.Todas las honrras :* Mantic.*de coniect.vlt. volunt. lib.11.tit.11.n.4.* Menoch *conſ.173.n.77.lib.2. & lib.4. praſ.79.n.42.* Spino *in ſpecul.teſtam gloſ.16.n.133.& 134.* Mieres *part.2. q.2. à n.1. & q.2.n.1.* Ceruantes *in l.12. Tauri, ex n.60. vſque 71.* Auend *in l.40.Tauri, gloſ.11. à n.6.* Ioan.Garcia *de Nobilit. gloſ.21.n.20. & 21.* Ceuallos *commun.contra com.q.2. à n.50.* Flores Diaz de Mena *in add.ad Gamam deciſ.2 ſuper n.7. & dec.279. verſ.5.concluſio.* Montealegre *in praxi lib.2.cap.1.§.4. num.55.* Ioan.Gratian. *reg.197. n.5.* Pat.Molina *de iuſt. & iur.tom.1. diſp.174.* Gironda *de priuileg. quaſt.33. à num.187.* Angelus Matheac.*de leg.& fideic lib.3.c.21 à n.2* Phœbus *deciſ.97.à n.11.* Alex Raudenſ *de Analog. lib.1.cap.30.à n.90.* Ioan.Gutier *de Matrim.c.74.n.27.* D Ioan.à Caſtil. *lib 5.cap.106.per tot.* maximè *à n.12.* Vincent.Fuſar.*de fideic.ſubſt q.386.n.1.& q.408.n.115.* Quod maximè comprobat ex his, quæ antea refert *à n.9. vſque ad n.17.* D.Ioan. à Solorzano *de Indiar. gubernat.lib.2.cap.17.n.33. & 34.* Marta *de ſucceſſ.legali, part.1.q.18.art.1.* Additionat. ad D.Molin *d.lib 3.cap.3.*
70 *ſuper n.3. vſque ad 10.* Qui Additionat. ad D:Molin. *d.lib.3.cap.2.ſuper n.1.vſque ad 10.* aſſerunt, quod hæc opinio retinenda eſt in conſulendo, & iudicando, vti verior, & magis recepta : quidquid voluerit diſſentiendo Vincent.Fuſar.*dict.q.408. à n.1. vſque ad n.17.* contrarias referendo opiniones : quia noſtra ſententia longè in Hiſpaniarũ Primogeniis probabilior eſt.

Ratio inter alias potiſſima eſt, quia legitimatio per reſcriptum Principis non tollit ius etiam in ſpe quæſitum illis, qui aliàs præferendi eſſent naturalibus filiis in ſucceſſione Primogenituræ; ideo tanquam legitimatio à Rege, vel Papa conceſſa non fuiſſet legitima, & tranſuerſales, vel alij ſubſtituti, qui excluſis naturalibus ſuccedere potuiſſent, ſuccedere etiam debent : *l. ſi is qui pro emptore, ff.de vſucap. cap. ſi poſtquam, de prabend.in 6. cap.grandi de ſupplenda neglig. Pralator.lib.6.cap.quamuis de reſcriptis in 6.* Cum verum ſit in Iure, quod tale Principis reſcriptum nihil in eorum præiudicium operari, nec ius ſuum auferri poſſit, ſicut ad intentum probant Ioan. Andr. *in Mercurialib.cap.ſine culpa lib.6.* Ioan. de Imola, & Dominic. *in cap.grandi de ſupplenda negl.Pralat. lib.6.* qui ex iure reſoluunt, quod Summus Pontifex non valet legitimare filium Regis, etiam de eius patris conſenſu in præiudicium illius, cui defertur regnum poſt mortem ipſius Regis: Mantica *vbi ſub.lib.11.tit.11.n.4.* Cephal.*tom.1.conſ.285.à n.18. & à n.47.* Ioan.Garcia *de Nobilit. gloſ.21. n.45.* Ceruantes *in l.12. Tauri, n.71.* Gutierrez *de Matrim. d.cap.74 n.27.* Auend *in dict. l.40.Tauri, gloſ.11.n.9. & 10.* Et magis quam omnes copiosè Mieres *in initio 2 partis à num.508. vſque ad 519. & 2. part. q.1. n.66.* 71

Et exinde reſpondetur ad textum de iure noſtro Regio, *l.12. Taur.* quæ eſt, *l.10.tit 8.lib.5.Recep.* quod procedit quoad ſucceſſionem bonorum Allodialium, in quibus non eſt ius, neque etiam in ſpe aliis quæſitũ; ſed non in bonis grauatis, & reſtitutioni ſubiectis, in quibus aliis ſucceſſoribus ſit ius quæſitum : provt reſpondent ad *d.l.12.Taur.* Ceruantes *vbi ſup.n.71.* Mieres *p.1.q.1.n.3. verſ.Nec obſtat l. 12.Taur.&c.* 72

Quod ampliatur primò, etiamſi legitimatio expreſsè conceſſa ſit per Principem in fauorem filij naturalis ad ſuccedendum in Maioria in excluſionem ſubſtituti, vel aliorum vocatorum, qui ſucceſſuri erant, etiam ſtante filio naturali, cùm nec hoc caſu Princeps auferre poſſit ius alteri etiam in ſpe quæſitum, niſi ex iuſta, & publica cauſa, & citatis omnibus quorum intereſt, & præſtito bono cambio : D Molin.*lib.1.c.8. à n.31. & lib.3.cap.2.n.8. & c.3.n.13.20.& 21.* Gutier. *de Matrim d.cap.74.n.27.* D Ioan.à Caſtil.*lib.5 d.c.106. à n.13.* Vincent.Fuſar.*d q 408 n.76.* & in *n.187 & 188.* mentionem facit illius conſtitutionis Sanctiſſim.Patr. Pij V. *de legitimationibus in praiudicium vocatorum ex fideicommiſſo deregandis*, & ad finem quæſtionis ad literam tranſcripſit Additionator ad D. Molinam *d. lib.3.cap.3 n.3. verſ.Ampliatur 3.* 73

Ampliatur ſecundò, quamuis legitimatio per Principis reſcriptum ſit conceſſa cum clauſula, quod naturalis, ſit ita legitimus, & habeatur, perinde ad ſi eſſet de legitimo matrimonio natus, & procreatus, ac ſuccedendum in Maioratu : Tiber Decian. *conſ 88.n.76. lib 2.* Menoch.*d.lib.4. praſumpt 79.n.22.* & cum aliis retenta prima ampliatione D.Ioan à Caſtil. *dict.lib.5. cap.106. à num.34.* 74

Ampliatur tertiò, etiamſi ad ſucceſſionem primogenituræ non fuerint vocati legitimi & naturales, ſed ſimpliciter filij : vti probant Iaſ.*in l.hac conſultiſſima, §. ex imperfecto n.4.verſ.ſecundo limita, C.de teſtam.* Mieres *p.2.q.2.n 8.in fin.verſ.Et adeo hac concluſ.&c.* D.Ioan.à Caſtil. *dict. lib.5. cap.106. num.4.* Stephanus Gratian.*tom.4. cap.344. num.23.* quam ampliationem primo loco notant Additionatores ad D. Molinam 75

Digitized by Google

*dict. lib.3. cap.3. num.3. vſque ad num.*10. *verſ. Hac*
76 *receptior ſententia*, &c. Licèt contrarium defendat
Caldas Pereyra *reſponſ.*1. *num.*5. quem refert Mieres
*part.*1. *quæſt* 55. *n.*207.

77 Ampliatur quartò, etiam in verè legitimo & natu-
rali filio ipſius legitimati: quia licet ſit legitimus &
naturalis, cum tamen proueniat ex illa radice in-
fecta legitimati, idem procedere debet quod in legi-
timato: Menoch. *d.lib.*4. *præſumpt.*79.*n.*25. Mantica
*de coniect. vltim.vol.lib.*8.*tit.*7.*n.*8. *& lib.*11. *titul.*12. *à*
*num.*31. D.Ioan.à Caſtillo *lib* 5. *cap.*103. *per tot.* Intri-
gliolus *de ſubſtit.centur.*1. *quæſt.*65.*n.*44. Vincent.Fuſ.
*quæſt.*408. *n.*78. & Additionat. ad D.Molinam *lib* 3.
*cap.*3.*n.*3. *vſque ad* 10. *verſ.ampliatur quartò.*

78 Limitatur primò, quando legitimatio fuiſſet à
Principe conceſſa expreſsè ad ſuccedendum in Ma-
ioratu cum publica & iuſta cauſa,& citatis illis quo-
rum intereſt, & præſtita eis ſatisfactione, ſeu bono
Cambio: D.Molina *lib.*1.*cap.*8.*num.*31. *& lib.*3.*cap.*2.
*num.*8.*&* 9. *& cap.*3.*n.*13.20. *&* 21. Phœbus *deciſ.*97.
*num.*27.*&* 28. D.Ioan.à Caſtil *d.lib.*5.*cap.*106.*num.*31.
Vincentius Fuſar.*dict.quæſt* 408. *num.*76. ac in *n.*133.
& cùm copioſè, atque cum magna eruditione ſe ha-
beant, videndi ſunt, ſi caſus occurrat, Additionato-
res ad Dom. Molin. *d.lib.*1. *cap.*8.*n.*28. *vſque ad* 32.

79 Limitatur ſecundò, non ſuperſtitibus legitimis
agnatis, & cognatis, vel aliis vocatis ad ſucceſſionem
Maioratus, etiamſi in eius fundatione cautum ſit,
quod non ſuccedant naturales, nec legitimati, ſed le-
gitimi & naturales tantum: quia hoc caſu ob natu-
ram Maioratus, & ratione ſuæ perpetuitatis, legiti-
matus erit de linea, atque de familia, cognatione, &
agnatione: D.Molin.*lib.*1.*cap.*4.*num.*44. Mieres *dict.*
2. *part.quæſt.*1.*num.*68.Lupus *de illegitim.commentar.*3.
§.1.*n.*35.*&* 77.Steph.Gratian.*tom.*3.*cap.*496.*n.*9 *tom.*4.
*cap.*673.*n.*22.

80 Et ſecundum hanc limitationem debet intelligi
ſententia illorum, qui tenent, quod legitimati con-
ſeruant agnationem,& quod ſunt de linea, & familia
teſtatoris, & ſuccedunt in Maiori; prout ſunt Phi-
lip.Decius *conſ.*316.*num.*7.*&* 8. *& conſ.*365. *num.*5 *&*
*conſ.*433.*n.*19. Tiraquel.*de retract.* §.1. *gloſ.*8.*n.*10. *& in*
l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit liberos, *n.*68. Gozadinus
*conſil.*85.*n.*19. & alij, quos refert D. Molina *dict.lib.*1.
*cap.*4.*n.*44. Azeuedo in *l.*10. quæ erat 12.*Tauri*, *tit.*8.
81 *lib.*5. *Recopil.* *n.*4. Aliter enim impugnanda eſſet co-
rum opinio, prout impugnat, ac reiicit D.Ioan.à Ca-
ſtil. *lib.*5.*d.cap.*106.*n.*12. *verſ.Ex his apparet.*

82 Ab hinc deſcendit tertia limitatio ad ſuccedendum
in Maioratu agnationis, quando non ſuperſunt agna-
ti,ſed fœminæ legitimæ & naturales,tunc agnatus na-
turalis attamen legitimus per reſcriptum Principis
præferri debet in excluſionem fœminæ,tanquã agna-
tus de linea ex familia, pro conſeruanda teſtatoris
agnatione:Bald.in *l.cum acutiſſimi,n.*7.*C.de fideic.*vbi
etiam Iaſ.*in n.eod.*& in *l.ſi is qui pro empt.*15.*ff.de vſu-*
*cap.n.*239. *&* 240. Alex.*conſ.*2.*n.*12. *vol.*1. Albert. Bru-
nus *ſuper ſtatut.de maſcul.exclud. fœmin.art.*12.*à n.*63.
vſque ad 70. *&* 71. Tiraquel.*in l. ſi vnquam, verb.ſu-*
*ſceperit liberos n.*67. *cum ſeqq* Roxas *in Epitome ſuc-*
*ceſſion.cap.*23.*n* 90.*&* 91. Steph.Gratian.*tom.*3.*cap.*496,
*num.*9.*& tom.*4.*& cap.*625.*n.*41. *& cap* 673.*n.*22.Tello
Fernandez in *l.*9.*Taur.à n.*15. Petrus Dueñas *reg.*350.
*ampl.*15. Ioan.Gutierr.*in* §.*ſui*, *Inſt. de hæred in qua-*
*lit. & diff. num.*176. Caldas Pereyra de Caſtro *de no-*
*min.emphyteot.quæſt.*21.*num.*27. Tiber.Decian.*conſil.*3.
*num.*87.*lib.*1.Auendaños *in l.*40.*Taur. gloſ.*11.*num.*15.
Riminald.iun *conſil.*446.Franciſc.Burſat.*conſil.*85.*n.*12.
*vol.*1. *& in conſil.*355. *num.*52. qui teſtatur veriorem
eſſe, & magis communem eorum ſententiam, & ſer-
uari in practica: Menchaca *de ſucceſſ. progreſſu* §.2.
*num.*87. Quidquid in contrarium teneat Fabius de 83
Anna *conſil.*106. *per tot.* quia eius opinio ſolum po-
teſt habere locum in filio ſpurio, ſed non in naturali
legitimato: Tellus Fernandez *in d.l.*9.*Taur.n.*19.

Limitatur quartò,ſi ille, qui legitimationem impe- 84
trauit, ſit primus inſtitutor ſeu fundator Maioratus:
Melchior Phœbus *deciſ.*97.*à n.*10.Ioan.Garcia *de No-*
*bil.gloſ.*21.*n.*28. D.Ioan.à Caſtil.*d.lib.*5.*cap.*106.*n.*12.&
Additionat.ad D.Molin.*lib.*3.*cap.*3.*ſuper n.*3.*verſ Li-*
mitatur ſecundo, &c.

Limitatur quintò, quando teſtator ſeu Maioratus 85
inſtitutor erat legitimatus, cùm eos odio non habue-
rit, imò præſumatur quod in omni caſu voluerit ad-
mittere omnes, qui fuiſſent eiuſdem ſuæ conditio-
nis: Menoch. *d. lib.*4. *præſumpt.*79 *n.*20. Intrigliolus
*de ſubſtit.cent.*3.*quæſt.*65. *num.*40. Vincent.Fuſar. *dict.*
*quæſt.*408.*num.*62.

Limitatur ſextò, quando in teſtamento,vel in qua- 86
cumque parte fundationis, teſtator honoraſſet legi-
timatos, etiamſi poſtea in Codicillis feciſſet mentio-
nem de legitimis & naturalibus: vt probat Menoch.
*conſ.*263.*n.*23. *vol.*3. Vincent.Fuſar.*d.quæſt.*408 *n.*61.

Limitatur ſeptimò,& vltimò,in caſu *l.*27.*Taur.* & 87
in omnibus caſibus,quibus ſuccedere poteſt filius na-
turalis; de quibus infrà *in ſua claſſe.*

---

§. VII.

De filiis legitimatis per oblationem Curiæ.

DE naturalibus autem qui legitimantur per obla- 88
tionem Curiæ, vel ex eo quod darentur in ſer-
uitio Imperatoris, ſeu Principis, vel Præſidis Prouin-
ciæ, *l.communium* 9. *C.de natur.liber. &* §. *fin.Inſt. de*
nupt. vbi etiam Gloſ.*verb.Curia*, & *ibi* Aldobrandin.
qui per Curiam intelligit Ordinem Decurionum, qui
erat quaſi quidam Senatus municipalis, qui indigebat
Officialibus,vt negotia expedirent,Gloſſa *verb.Curiis*
in §.1. *Inſt.de hæred. quæ ab inteſt.defer.* quod ab origi-
ne latius explicat D.Richard. *in princ. Inſt.de hæredit.*
quæ ab inteſt.defer. cap.vnic. § 5.*n.*2.*l.*5.*tit.*15. *partit.*4.
idem dicendum erat quod de legitimatis per Princi-
pis reſcriptum.

Aduertens quod legitimati per oblationem Cu- 89
riæ,minus iuris habent ex diſpoſitione *d.l.communiũ:*
quia patribus tantum efficiebantur legitimi ſucceſſo-
res, ſed non aliis agnatis,vel cognatis, nec è contra
ipſi illis: Iaſ. in *d. l. ſi is qui pro emptore n.*241. *ff. de*
de vſucap. Roxas *in Epitom. ſucceſ.cap.*23.*n.*49. *&* 50.
D.Pichardus *in princ.Inſt.de hæred quæ ab inteſt.defer.*
cap.vnic. §.5 *n.*8.

Ideo maiore cum ratione tenendum eſt, quod re- 90
gulariter legitimati per Curiæ oblationem non ſunt
de linea recta ad ſuccedendum in Maioratu exſtanti-
bus aliis legitimis & naturalibus, etiam tranſuerſali-
bus, prout in terminis ſucceſſionis in feudo, tenet
Gloſ.marginalis,*in d.l.communium* 9 *C.de natur.liber.*

Sed cùm non ſit in vſu, imò ab aula receſſerit hic 91
modus legitimandi per Curiæ oblationem,in cuius lo-
cum ſucceſſit legitimatio per authoritatem,& reſcri-
ptum Principis, D.Greg.Lopez *gloſ. verb. à la Corte*,
*in d.l.*5.*tit.*15.*partit.*4. Roderic.Suarez *alleg.*25 *n.*5.Sal-
cedo ad Bernard.Diaz *in pract.cap* 14.*lit.B.verſ.nimis*,
in fin. Præſ.Couarru.*lib.*2. *de ſponſalib.cap.*8.§.7. *num.*
fin Michaël Craſſus *in* §. *ſucceſſio ab inteſtato quæſt.*19.
num. fin. in fin. Cardin.Mantica *de coniect. vltim.vo-*
*lunt.lib.*11 *tit.*10.*n.*1. D.Pichard.*in* §. *fin. Inſtit.de nupt.*
*n.*2. *& in princ. Inſt.de hæred.quæ ab inteſt.deferuntur*,
cap.

cap.vnico, §.5.*n.*4. *& in* §.2.*n.*2. *Inſt. eodem tit. de hared. quæ ab inteſt.deſer.* Pat.Thom.Sanch.*tom.*2.*de religioſo ſtatu lib.*5. *cap.*5. *n.*26. quapropter ad claſſem aliorum filiorum tranſitum faciamus.

---

§. VIII.

De filiis legitimatis per oblationem Curiæ Cæleſti.

92 AD inſtar legitimati per oblationem Curiæ, vel
ſeruitio Principis, Præſidis, vel Imperatoris, inuenitur in Iure alia Claſſis filiorum naturalium qui legitimantur per oblationem Curiæ Cœleſti, vel ex eo quod dedicantur in ſeruitium Principis Cœleſtis per ingreſſum, & profeſſionem in Religione, *cap.*1. *de filiis presbyt.l.*12 *tit.*6. *partit.*1. Bald. *in l.*1 *n.*3 *verſ.iuxta hoc quæro, C.de ſacroſanct. Eccleſ.* Roderic. Suarez *allegat.*25. *n* 1. Ioan Franciſc. de Ponte *conſ.*16. *&* 17. Philipp. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. part.*2. *cap.*2. *num.*125.

Et quod iſti legitimati per oblationem Curiæ Cœ-
93 leſti regulariter non ſint de linea recta ad ſuccedendũ
in Maioratu, ſicuti legitimati per reſcriptum, & per
oblationẽ Curiæ non eſt dubium. Sed ſolummodo an
94 admitti debeant in caſibus in quibus admittuntur naturales legitimati per reſcriptum Principis? difficultas maxima verſatur: cùm multi teneant, quod ex tali legitimatione non reddantur capaces ad ſucceſſionem tanquam alij legitimati per oblationem Curiæ, vel per reſcriptum Principis, ex eo quod affirment, reddi tantummodo capaces ad ſacros Ordines ſuſcipiendos tanquam legitimi, abſque alia diſpenſatione,
95 & ad cætera omnia, quæ eis tanquam Religioſis incumbunt, & ſine quibus Clauſtro, & Religioni ſeruire non poſſunt, neque officium Religioſi exercere:
96 & quia cùm legitimatio per oblationem Curiæ quoad ſuccedendum non ſit in vſu; ita etiam nec legitimatio per oblationem Curiæ Cœleſti: Guillelm Benedictus *in cap. Raynutius de teſtam. verb. vxorem nomine Adelaſiam n.*688. Salcedo ad D.Bernard.Diaz *in practi. cap.*14. *lit.B. verſ.nimis tamen, in fin.* Suar. *tom* 5.*part.*3. *diſput.*50. *ſect.*5.*n.*16. & alij, quos refert Pat Thom. Sanch. *tom.*2. *de religioſ. ſtatu lib.*5. *cap.*5. *num.*26. Azeuedo *in l.*10.*tit.*8. *lib.*5. *Recopil. à num.*9. *vſque ad num* 14. Campanillus in *diuerſ.iur. Canonic. rub.*11.*cap.*13. *à n.*115.

Nihilominus tamen tenendum cenſeo quod iſti
97 legitimati per ingreſſum & profeſſionem in Religione, ſi naturales fuerint, & Monaſterium capax ſuccedendi, quod ſuccedere debent in Maioratu in omnibus caſibus in quibus ſuccedere poſſunt legitimati per reſcriptum Principis *ſuprà* relatis.

98 Et ad hoc decidendum, iudicando, & conſulendo, propenſus fui ad opinionem eorum, qui tenent quod tales legitimati per oblationem Curiæ Cœleſti, ſint capaces ad ſuccedendum tanquam legitimati per oblationem Curiæ, in cuius locum ſucceſſerunt legitimati per reſcriptum Principis; prout ſunt Bald. *vbi ſuprà*: Felinus *in cap. cum deputati num.*4. *de iudic.* Iaſ. *in l. filiusfamilias n.*3 *ff.de liber. & poſthum.* Alex. *conſil* 121.*n.*19.*lib.*1. vbi Additionator Natta ita aduertit: *Intellige, ſi profiteatur religionem, quia effectus, quos habet ingrediens, reſoluuntur per egreſſum*: Dec. *in Authent. ingreſſi col.*1. *C de Sacroſ.Eccleſ.*

Et licet dubius, attamen ad hanc partem magis flectit Roderic.Suar. *alleg.*25. Tiraquel. *de priuileg. piæ cauſæ. priuil.*19. D.Greg Lop. *verb. En orden, in l.*12. *tit.*6. *partit.*1. Ruxas in *Epitome ſucceſſ.cap.*23.*à n.*109. Ciſuentes *in l.*10.*Taur.n.*5. Petrus Dueñas *regul.*366. *limit.*3. Cæſar Lambertinus *de iur. patron.lib.*1.*part.*2. *quæſt.*2. *artic.*30. *&* 31. Marta *de ſucceſſ. legali, part.*4. *quæſt.*18 *art.*9.*n.*33. *&* 34.

Et ratio validiſſima eſt, quia per ingreſſum Reli- 99
gionis, & profeſſionem tollitur omnis macula, & incapacitas: *Auth.de Monach.col.*1.*in princ. gloſ.in cap.*
eum de pietate, in fin. de iudic. Ideo profeſſus abſque 100
alia legitimatione ſeu diſpenſatione, ad omnes ſacros Ordines poteſt promoueri: Pat.Thom Sanch. *lib.*7. *diſp.*86.*n.*4. Nauarr. *de regul.n.*60. Ruxas *in d. cap.*23. *num.*120. Rebuffus *in praxi Benef. tit.de diſpenſation. ſuper defectu natalium n.*72. Chaſſaneus *in conſuet.Burgund.rub.*1.§.5.*n.*105. *fol.mihi* 53. Pat.Azor *lib* 12.*Inſtitut.Moral.cap.*5.*q.*12. Manuel Rodrig. *in quæſtion. reg. tom.*1.*cap.*13. *art.*5. Suarez *tom.*5. *part.*3. *diſp.*41. *ſect.*1. *num.*3. Campanillus *in diuerſorio Iuris Canon. rub.*11. *cap.*13.*n.*115. & cum aliis Barboſa *in collectan. ad Decretal.lib.*1 *tit.*27. *de filiis Presbyt cap.*1.*n.*2. vbi allegat alios, & Bellet *diſquiſition. part.*1 *tit. de diſcept.*
Clericat. § 3.*n.*46. Et quia ſi legitimatus per oblatio- 101
nem Curiæ Principis ſecularis redditur capax ad ſuccedendum, ergo multo magis à fortiori legitimatus per oblationem Curiæ Principis Cœleſtis.

Et non obſtat, quod non ſit in vſu legitimatio per 102
oblationem Curiæ, cum iam dictum ſit quod in eius locum ſucceſſit legitimatio per reſcriptum Principis, ex D.Richard. *in* §. *final.Inſt. de nupt n.*2. *& in princ. cap.vnico* §.5.*n.*4. *& in* §.2 *n.*2 *Inſt.de hæred.quæ ab in-*
teſt deferunt. Quamobrem idem dicendum iudico 103
quod de legitimatis per reſcriptum Principis.

Et idem quod de viro in religione profeſſo, dicen- 104
dum eſt de fœmina Moniali per ingreſſum, & profeſſionem in religione: Roderic.Suarez *d.alleg.*25. Surd. *de aliment.titul.quæſt.*1.*n* 42. Philip.Paſchal. *de virib. patr. poteſt. part.*2.*cap.*1.*n.*52.

Tandem mihi curiosè ac vtiliter adnotandum eſt, 105
quod ad inſtar Monialis, quæ eſt in matrimonio ſpirituali, per ingreſſum & profeſſionem in Religionẽ purgatur illegitimitas, & redditur legitima; eodẽ modo filia naturalis, & etiam ſpuria, per ſacramentum Matrimonij cum viro legitimo, & naturali, omnis macula ſpurietatis purgatur, & efficitur legitima ac ſucceſſionis capax: Bald. *in l. ſi quis*: per illum text. *C.de natur. liber.* Decius *in l.fœmina n.*7 *ff. de reg.iur.* Hippol de Marſiliis *ſingul.*501 *n.*2. Arron *in ſoliloquio* 25. Philip.Paſchal. *de vir. patr. poteſt.p.*2.*cap.*11.*n.*52.

---

§. IX.

De Naturalibus tantum.

QVoad filios naturales tantum dicendum eſt, 106
quod regulariter non ſunt de linea recta ad ſuccedendum in Maioratu: quæ regula deducitur ex ipſomet textu in *l.*2.*tit.*15. *partit.*2. ibi: *Si dejaſſe hijo, ò hija, que huuieſſe de ſu muger legitima,* & L.40. Taur. ibi: *Si el tal hijo mayor dejare hijo o nieto, o deſcendiente legitimo.* Et inferius: *De manera que ſiempre el hijo, y ſus deſcendientes legitimos,* l.11.tit.7.lib 5.Recop.ibi: *Pero todavia que las ayan por Mayorazgo, y ſinquen a el hijo legitimo mayor de cada vno de ellos, y ſi murière ſin hijo legitimo, que tornen ſus bienes del que anſi murière à la Corona de nueſtros Reynos.*

Et probatur arg. textus in *cap.*1. § *naturales*: *ſi de* 107
feudo fuerit controuerſ. inter dom & agnat. & *in cap.*1. *de filiis natis ex Matrimonio ad morganaticam contracto: in vſibus feud.* Vbi diſpoſitum eſt, quod in feudo non ſuccedant filij naturales.

Digitized by Google

108 Ideoque comprobant hanc regulam Ioan. Leciriet *de primogenit.lib* 1.*quæſt*.5.*n*.2. D.Greg.Lop. *verb.Sino el hyo mayor, quæſt*.8.*d.l*.2.*tit*.55. *partit*.2. D.Molin. *de primog.lib*.1.*cap*.4.*n*.46. *vſque ad* 49. *& lib*.3. *cap*.7. *num*.4. Mieres *part*.2. *quæſt*.2. *num*.1. Flores Diaz de Mena *variar.lib*.1.*quæſt*.16.§.1.*n*.13. Molina *de iuſt. & iur. tom*.2. *diſput*.174. *ad fin*. Aluarad.*de coniect.ment. defuncti. lib*.2.*cap*.3.*n*.56.*&* 75. Azeued.*in l*.11. *titul*.6. *lib* 5.*num* 45. *& in conſ*.24. *num*.16. Auendañ.*in l*.40. *Taur gloſ*.11. *n*.43. Garcia *de Benefic. part*.7. *cap*.15. *num*.50. Alex.Raudenſ *de analog cap*.30.*n*.90.Stephan. Gratian.*tom*.2.*cap*.118.*n*.13.*&* 14. Gabriel Pereira *deciſ*.14. *per tot*. poſt Melchiorem Phœbum *deciſ*.92. D. Ioan. à Caſtillo *lib*.2. *cap*.30.*n*.18.*& lib*.5. *cap*.67. *num*.29. *verſ.Ex quo diſtinctè, & abſolutè : & cap*.82. *num*.42. Vincent.Fuſar. *de ſubſtit. fideicom.quæſt* 406. *num*.2.Addition.ad D.Molin.*lib*.3.*cap*.3.*ſuper num*.41. D.Ioan.de Solorzano *de Indiar.gubernat.lib*.2.*cap*.17. *num*.13.14.15.16. *&* 17 D.Pet. Diaz Noguerol. *alleg*.9.
109 *num*.14.*&* 25. Rationes, ac fundamenta huius regulæ videri poſſunt & maximè per Additionat. ad D. Molin.*d.lib*.3.*cap*.3. *ſuper num*.41. *ex verſ.Primo quia cum præcipuus Maioratus finis,&c. vſque ad verſum : Quod in praxi receptum eſt,&c.* & per D.Ioan. à Caſtil.*d.cap*.82.*num*.41. ac D.Ioan.Solorzano *de Indiar. gubernat.tom*.2. *d lib*.2.*cap*.17.*n*.16.

110 Ampliatur primò in filiis legitimis & naturalibus, attamen natis & deſcendentibus ex naturalibus tantùm, quia cum proueniant ex radice infecta, neutiquam ſunt de linea recta ad ſuccedendum in Maioratibus Hiſpaniæ, provt nec Naturales tantum, ex quibus deſcendunt : ita tenent & defendunt ex *l.fin. C. de natur. liber*. Mieres *de Maiorat. part*.2. *quæſt*.2. *à num*.31. *cum ſeqq*. id reſoluens ex *num*.81. *verſ.Contraria opinio*:Mantica *de coniect.vltim.volunt. lib*.8.*tit*.12. *à num*.21. *& lib*.11. *titul*.12. *à n*.33. Hieron.Gonzal. *in reg*.8. *Cancell. gloſ*.5.*à n*.111. D.Ioan.à Caſtil.*lib*.3.*c*.29. *num*.3. *& lib* 5.*cap*.67.*n*.29. *verſ.Et hactenus de prima obſeruat*. & *lib*.5.*cap*.103.*num*.13.*&* 14. Vincent.Fuſar. *quæſt*.314.*n*.4.*&* 13 Lupus *de illegitim.comment*.1. §.3. *num*.20. Additionat.ad D.Molin.*lib*.3.*cap*.3.*ſuper n*.41. *verſ.Quod procedit etiam*. D.Petr Diaz Noguerol *allegat*.9.*num*.26. Additionat. ad D.Molin. *lib*.3. *cap*.3. *ſuper num*.41.

111 Ampliatur ſecundò, etiamſi Maioratus fundatio cum vocatione *propinquorum facta ſit* : quia licèt ex vocatione propinquorum, vel deſcendentium, aut illorum, qui ſunt de ſanguine, ſiue de parentela, vel per alia verba naturalitatem ſignificantia, & non per verba ius ſignificantia veniant naturales ; & vocati cenſeantur, Bart. in *l. Pronuntiatio*, §. *familiæ n*.4. *ff. de verb.ſignif. & in l.fin. n*.1. *C.de verb. ſignif*. Bald.*conſil*.373.*n*.8. *vol*.1. Paulus de Caſtro *conſil*.178.*n*.2. *lib*.2. Bartholomæus Socinus *conſil*.251. *num*.8. *vol*.2. Alex. *conſil*.60 *n*.15.*&* 82. *& conſ*.144.*n*.14. *lib*.2. Peregrin. *de fideicom.art*.22.*num*.89. Farinac.*deciſ*.150 *n*.2.*in nouiſſim.tom*.1.& cum aliis Ioan.Baptiſta de la Rea *tom*.1. *diſput*.32.*num*.8.

112 Attamen nec per talia verba, ex natura Maioratus Hiſpaniæ, cenſentur naturales vocati ; Additionatores ad D.Molin.*d.lib*.3.*cap*.3. *ſuper n*.41. *verſ*.1. *ex vocatione propinquorum* : maximè quippe doctrina Bart. in *d.l.Pronuntiatio* § *Familiæ n*.1. *& in l. final. Cod de verb. ſignif. n*.1. dum docet, quod cenſentur vocati naturales, quando per verba quæ naturalitatem ſignificant, teſtator ad ſucceſſionem vocat *propinquos* ; intelligi debet in defectum legitimorum, quia ob conſanguinitatem tunc per talia naturalia, & non ciuilia verba cenſentur vocati naturales : Pereg. *de fideicom. d.art*.22.*n*.89. *in fin*.

113 Ampliatur tertiò, quamuis in fundatione Maioratus vocata ſit *linea*, ſiue illi, qui ſint de tali linea ; quia licet naturales dicantur de linea maximè paterna, Philipp.Decius *conſ*.365.*num. fin*. Cephalus *tom*.4. *conſil*.591.*n*.1. *& in n*.7. vbi dicit quod nomen *lineæ*, eſt magis naturale, quàm nomen *liberorum* : Peregr. *de fideicom. art*.22 *n*.80. Ioan.Gutier. *pract.lib*.2.*q*.155. *num*.1. Vincent.Fuſar.*quæſt*.347.*n*.1.

114 Sed hoc non admittitur, vbi appellatione *filiorum*, provt in Maioratu non veniunt naturales : Pereg. vbi proximè, *d.art*.22.*num*.80. *in fin*. Vincent.Fuſar. *dict. quæſt*.347.*n*.4. Ideo hoc caſu naturales non ſunt de li- 115
nea paterna : Bald. *in d.l,hac conſultiſſima*, §.*ex imperfecto n*.7. *Cod. de teſt.ordin*. Mieres 2. *part. quæſt*.2. *num*.123. regulariter nec in Maioratu ſuccedere debent : Additionat. ad D.Molin. *dict.lib*.3.*cap*.3. *ſuper num*.41. *verſ.fin*.

116 Ampliatur quartò, etiam ex filio naturali ex parte matris, ſcilicet quamuis mater ſuccedat in aliquo Maioratu,& habeat filium naturalem tantum : Greg. Lopez *in gloſ. fin. l.fin. tit*.3. *partit*.6. licet cogitandum relinquat ; ſed ita tenet, & concludenter defendit Mieres *de Maiorat. part*.2.*quæſt*.2.*n*.24.*vſque ad n*.30. Ioan.Gratian.*regul*.298 *n*.8. poſt D.Molin.*lib*.3. *cap*.3. *num*.34. Roxas *in Epitome ſucceſſ.cap*.14.*à n*.13. Flores Diaz de Mena *variar. lib*.1. *quæſt*.16. *à n*.33. D. Ioan. à Caſtil.*lib*.5. *cap*.82. *à n*.36. Angelus Matheatius *de leg. & fideic. lib*.3.*cap*.20. *à n*.3. Vincent.Fuſar.*q*.406. *à num*.39.

117 Ratio eſt, quia non præſumitur quod pater, ſeu alius, cuiuſcumque fideicommiſſi inſtitutor, ſenſerit de filio naturali, nec quocumque alio, quàm de honeſto, legitimo, & naturali ex parte fœminæ ſuæ filiæ, vel conſanguineæ, & quod abhorruerit eius turpitudinem & inhoneſtos amplexus ad pariendum naturalem filium : quòd illud turpius ſit in fœmina, quam in maſculo ; & imò turpiſſimum ſit, ac infame in muliere tale fornicationis & impudicitiæ crimen, quod non ſolum proprium honorem, ſed famam totius familiæ denigrare ſolet ; argum. *l.palam* 43. §.2. *penult. & fin*. vbi Gloſſa *verb. quæ in adulterio, verſ. Quia maior caſtitas etiam ſecundum, mores hominum exigitur in fœminis, ff.de rit.nuptiar*. ideoque incredi- 118
bile eſt, talem caſum infamem cogitari per teſtatorem ; & ſi cogitauit nunquam de talibus filiis naturalibus intelligi voluit vocationem propinquorum ad Maioratum : ideo per filium naturalem ex matre grauata de reſtituendo, purificatur conditio, *ſi ſine liberis deceſſerit*, cum talis naturalis filius grauatæ mulieris non excludat ſubſtitutum, ex ſubintellecta, ac præſumpta voluntate defuncti : Bart. in *l.heredib*.77. § *fin.num*.1.*&* 2. *ff.ad Trebellian*. vbi reddit rationem ibi:*Nam in fœminis magis eſt horrendum habere filios naturales, quam in maſculis, ſecundum mores noſtros*. Angelus Alex.& communiter omnes in *l.ex facto*, §.*ſi quis rogatus* : maximè Ripa *in num*.15. *ff. ad Trebell*. Socinus *in l. ſi cognatis n*.39 *ff.de reb. dub*. Canoniſtæ *in cap.in præſentia, de probat*. maximè Abbas *num*.21. Philip. Decius *num*.41. & idem Socin. *conſil*.51.*n*.12. *lib*.4. Acoſta *in cap. ſi pater, de teſtam. in* 6. *part.verſ. abſque liberis*. Paul.Pariſ. *in dict.cap.in præſentia, n*.51. copioſè Tiraquel.exornat *in l*.1.*n*.45 *de legib.connubialibus*, Gabriel Paleotus *de noth. & ſpur. cap*.27.*à n*.8. Alex.Trentacinquius *de ſubſtitut.part*.4.*cap*.7.*num*.33. Oddo *de Compendioſ.ſubſtit. part*.6. *art*.6.*verſ.ad naturales tantum n*.6. Michael Graſſus *in* §.*fideicommiſſ, quæſt*.37.*num*.6. Peregrin.*art*.28.*n*.48. Cardin Mantica *de coniect.vltim.volunt. lib*.11. *tit*.9 *num*.16. Menoch. *lib*.4. *præſumpt*.78. *n*.57. Cald Pereira *de nom. ad emphyteuſim quæſt*.20.*num*.16. Ioan.Baptiſta Lupus de illegitim.

legitim.commune.1.§.4.n.30. & 40. Ioſeph. de Ruſticis *in l.cum auus lib.3.cap.1 n.129.* & 130. Intrigliol. *de ſubſtit. centur.3.quæſt.64.n 69.*

119 Limitatur, & declaratur primò, ſi mater ipſa inſtituerit fideicommiſſum. Maioratum:ſeu Patronatum; quia tunc eius filius naturalis erit de linea recta ad ſuccedendum in Maioratu, ſeu fideicommiſſo à matre inſtituto, cum dicatur de linea matris quoad omnes ſucceſſionis effectus; Bald. *in l.hac conſultiſſima, §.ex imperfecto n 7.* & Iaſ. *num.4. verſ.Si autem haberet filios naturales.* Vbi etiam reſoluit, quod naturales reſpectu matris dicuntur legitimi: Marcus Anton. Natta *num.74. C.de teſtam.ordin.* Benedict. *in cap.Raynuntius, verb. teſtamentum col.1. n.84.* Albert.Brun. *de ſtatutis excludend.fœm. art.12.* Tell. Fernandez *in l.3. Taur part.1.num.19.* & de iure noſtro Regio dubium nullum patitur.ex *deciſ.9.Taur.* quæ eſt *l.7.tit 8.lib.5. nouæ Recopil.* ad cuius interpretationem, in ſpecie caſus notabilis, videas Robles *de Repræſentat.lib.2.c.13. à n.20, & cap.14. à n.35.*

120 Limitatur ſecundò, quando ille qui Maioratum inſtituit, eſt etiam naturalis, etenim ſibi ſimilem non videtur neglexiſſe, imò quod eum dilexit, & ad ſucceſſionem vocauit: quod probatur *l.ex facto §.ſi quis rogatus ff.ad Trebell.* dum ita dicit: *Ex conditione eius, qui fideicommiſit l.'n arenam; C.de inoſ.teſtament.* ibi: *Niſi ipſe ſimilis conditionis ſit.* Et ex doctrina Philip. Decij. Ita docentis, *in cap.in præſentia n.41. de probat.* Tiraquel. *de primog q.10. num fin. & in tract. de legib. connubialib. in l.1. part.5.num.26.* & cum aliis Emman. Acoſta *in cap. ſi pater, verb. ſi abſque liberis n.72. de teſtam.in 6. & in l.Gallus §.& quid ſi tantum, ff.de liber.& poſthum.* Alex.Trentacinquius *de ſubſt. 4. part. cap.7. n.31.* Rolandus à Valle *conſ.76. n.21. 22. & 23.* Mantic. *de coniect.vltim.volunt. lib.11. tit.9.n.15.* Aluarad. *de coniect.ment. defunct lib.2. cap.1 §.1.n.16. & 17.* Surd. *conſil.571.num 49.* Mieres *part.2.quæſt.2.n.14.* & cum aliis D.Ioan. à Caſtil. *lib.5 cap.8.n.35.* Franciſc. Caldas Pereyra de Caſtro *de nom. emphyteot.quæſt.19. num.21.*

121 Quod intelligunt, etiamſi naturalis filius inſtitutor ſit in dignitate conſtitutus, quia magis attendi debet qualitas naturalis, quam accidentalis: *l.3. ff.de tut.* & comprobant ex eadem ratione, quam tenent Doctores, quod fœmina ſuccedat, ſi à fœmina fuit conſtitutus Maioratus; Ancharan. *conſil.339. n.16.* & alios quamplurimos refert Mieres *part.2. quæſt.6. à n.235. vſque ad num.238.* Vincent.Fuſar. *quæſt.401. à num.31.* Franciſc.Molinus *de rit.nuptiar lib.3. q.24. à n.71. vſque ad num.180.*

122 Limitatur tertiò, ſi inſtitutor vocauit ad ſucceſſionem Maioratus filios eius, qui niſi naturales habere non poterat, veluti tempore inſtitutionis alij quàm naturales non extabant filij, quia eo caſu neceſſe eſt fateri, cum de naturalibus tantum filiis ſenſiſſe, quos habuit, aut habere potuit grauatus, non autem de iuſtis liberis, quos habere non poterat, *leg. heredib.77. §. fin. ff ad Trebellian.* vbi Alex *num 6.* Ripa *num.18.* Mantica *de coniect,vltim.volunt.lib.11.tit.19.n.13.* Caldas Pereira, *de nom emphyt.quæſt.19 n.17.* Fuſar. *q.314. num.7. & 8. & q.351.n.33.*

123 Limitatur quartò, ſi primo vocatus ad ſucceſſionem Maioratus, fuit naturalis tantum; quia cum iſta qualitas in primo admittatur, præſumitur in aliis filiis deſcendentibus, ſeu propinquis naturalibus approbata: Iaſ. in *l.ſed ſi hic §.liberos num.2. ff.de in ius vocand. & in l. generaliter § cum autem n.11. Cod. de inſtit. & ſubſtit.* Ripa *in leg.ex facto, §. ſi quis rogatus num.66, ff ad Trebell.* Paleotus *de noth. & ſpur. c.31. n 5.* Caldas Pereyra *de nom.emphyteot.q.19 n.18. & 20.* & comprobatur ex his quæ latè cumulat Mieres *p.2. quæſt.6. à n.230. vſque ad n.254.*

Limitatur quintò, ſi in fundatione inſtitutor Maioratus mentionem fecit de filiis naturalibus, & eos honoraſſet: nam iam ex eo conſtabit eos odio non habuiſſe, ſed dilexiſſe: Bart. in *d.l.ex facto §. ſi quis rogatus num.2.* & Alex. *num.6.* Ripa *num.17. ff.ad Trebell.* Alex.Trentacinq. *de ſubſt.4 part.cap.7.n.30.* Mantica *de coniect.vltim.volunt. lib.11.tit.9.n.12.* Peregrin. *de fideicom.art.28.n.47.* Manuel à Coſta *in cap. ſi pater, verb.abſque liberis,n.41. de teſtam.in 6.* Menoch. *conſil.266.n.23.lib.3. & lib.4. præſumpt.78.n.71.* Petrus Surdus *conſ.89.n.39.* & 40 copioſè Ioſeph. de Ruſtic. *in l.cum Auus lib.3.cap.1.n.117 & 118.* Aluarad *de coniect.ment defunct.lib.2.cap.1.§.1.num.16.* quos refert D. Ioan.à Caſtil *lib.5. d.cap.82.n.34.* Fuſar. *quæſt.314.n.5.* vbi declarat *num.6.* ex Menoch. *conſ.500 dub.3.* 124

Limitatur ſextò, in caſu *l.27.Taur.* Quando Maioratus ſit inſtitutus ex Tertio bonorum à quocumque parente, ſeu aſcendente; nam in defectum legitimorum filiorum, vel aliorum deſcendentium ſuccedere debet naturalis filius, vel quilibet alius deſcendens naturalis, tanquam de linea, & ſub linea recta comprehenſus, cum præferri debeat etiam aſcendentibus legitimis & naturalibus, ſecundum ordinem præſcriptum *in d.l.27 Taur.* hodie *l.11.tit.6.lib.5. Recopilat.* qui pro forma à lege ſancitus ſeruari debet, prout omnes Regnicolæ vno ore fatentur in *d.l.27.* & D.Ioan à Caſtil. *lib.2.cap 7. n.2. & in lib.5. cap 98. num.2. 3. & 4.* D. Petr Diaz Noguerol. *allegat. 25. num.95. & 96.* 125

Limitatur ſeptimò, in quocumque alio Maioratu, ſeu fideicommiſſo perpetuo, à Patre, Auo, vel ab alio Aſcendente inſtituto, etiam cum facultate Regia, quia ſi à quocumque Aſcendente ſit Maioratus inſtitutus, non ſuperſtitibus legitimis & naturalibus filiis, vel deſcendentibus, ſuccedit naturalis tantùm, & præferri debet aſcendentibus, & collateralibus legitimis. 126

Niſi inſtitutor virtute facultatis Regiæ cum clauſula ad id expreſſa excluſerit naturales, vel eis prætulerit Aſcendentes, vel alios propinquos collaterales; aliter enim ſucceſſio Maioratus ad naturalem deſcendentem tanquam de linea recta pertinebit: quod veriſſimum iudico ex ratione decidendi *dict. l.27 Taur.* enucleata doctiſſimè à D Ioan.Baptiſt.de la Rea *tom.1 diſput.32. à n.48. vſque ad n.58.* ad cuius deciſionem te remitto, quoties caſus occurret in noſtro Hiſpaniarum Regno, vbi obſeruari debet *l 27. Taur.* & ne ab eius ſententia diſcedas in iudicando, & conſulendo; nam cum diligentiſſimè inculcatam rationes, & fundamenta, quibus nititur, & in medium proferrem in Regio Palatio inter amicos Iuriſperitos, & inſignes Aduocatos, ab omni impugnantia libera euaſit, & nullus aliam rationem decidendi excogitauit: ideo omnes, Regiæ Iuriſprudentiæ à Ioan.Bapt. de la Rea altiſſimè præmeditatæ acquieuerunt, cum fortiter conuincat D.Molinam, & rationes in contrarium adductas à D.Ioan.à Caſtillo *lib.5. cap.82.num.49. verſ. Præterea.* 127

Limitatur octauò, quotieſcumque ad ſucceſſionem cuiuſcumque perpetui fideicommiſſi Maioratûs, ſeu Patronatus, deficiat legitima proles: quia eo caſu abſque vlla diſtinctione ſuccedit naturalis filius, & in eo conſeruabitur, atque continuabitur ſucceſſio Maioratus, ne ceſſet eius perpetuitas: probatur ex textu in *l. generaliter. 3. §. ſpurios, ff de Decurionibus,* vbi deficientibus legitimis filiis ad officium Decurionatus admittuntur naturales, vel etiam ſpurij; & probat Mieres *de Maioratibus part.2 quæſt.2. à n.134. vſque ad num.141.* Flores Diaz de Mena *var. quæſt.* 128

F 4 lib 5

Digitized by Google

lib.5.queſt.16. art.2. & §.2. n.8. Azeued. conſ.24 n.28. D Ioan. à Caſtil. lib.5.cap.82.n.49. & cap.143. §.vnic. num 8.

129 Limitatur denique in Maioratu, vinculo, ſeu Patronatu inſtituto cum libera facultate eligendi: quia etiam ſtantibus legitimis, poterit eligi ad ſucceſſionem naturalis: Cald. Pereyra de Caſtro, de nomin. emphyteut.queſt,19.n 26.

130 Quod ego ita probo: nam ſi inſtitutor poteſt nominare ad ſucceſſionem Maioratus naturalem filium, ac eum præferre legitimis & naturalibus, de quo nemo dubitat, Azeued. in l.1. quæ eſt, 27.Taur.titul.6. lib.5.Recop num.45.& 47. & conſ.24.num.28. D.Ioan. à Caſtil lib.5.cap 82. n 44. & cap.175.num.11. D.Ioan. Bapt de la Rea tom 1.diſput,32. à n.4.

131 Et non ſolum naturalis poteſt vocari à Fundatore; ſed etiam ſpurius, ſi ab extraneo, ſeu ab alio quolibet agnato tranſuerſali fuerit Maioratus inſtitutus: D Molina lib.1. cap.13.n.16. & lib.2.cap 4.n.9. Azeu. d.l.11.tit 6.lib.5.Recopil n 47 ergo etiam poterit nominari, & eligi à commiſſario habente liberam facultatem ac nominandi poteſtatem; quia id quod potuit inſtitutor, ac Maioratus fundator, poteſt etiam eius mandatarius, & commiſſarius, cuius poteſtas à fundatore fluit: l.vnum ex familia 67. §. ſi de Falcidia, ff de legatis 2. l. ſi arrogator.22. ff. de adopt. verſ. Quia hoc non iudicio eius ad eum perdenit: D.Molina lib.2.cap.4. à n.7. Surd.conſ.164.n.8. Paleotus de noth. & ſpur. cap.44 n 2. Franc.Carpio de executoribus, & commiſſ. lib.2.cap.19.n.20.& 21.

132 Comprobatur conſequens, & declaratur noſtra limitatio: etenim quando inſtitutor non poteſt nominare ad ſucceſſionem Maioratus naturalem filium, relicto legitimo deſcendente, ſicuti in caſu l.27.Taur. vel in caſu quo vellet nominare filium eiuſdem inſtitutoris ſpurium, ſacrilegum, vel adulterinum, prout in ſpecie textos in l. ſi is qui bonis, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. in §. vltima ſiquidem: Authent. quib.mod, natural. efficiantur ſui authen. licet in fine, C.de natur.liber. Auth.ex complexu, C.de. de inceſt.nupt. cap.dicat aliquis 32.queſt 4. Bart.in l.fin ff.de his quib vt indignis num.7. D.Molina lib.2.cap 4.n 8. & cum Mieres, Maſcardo, & aliis, Franc.Carpio de execut. & commiſſ. lib.2.cap.19.n.18. verſ. Et quod teſtator illum nominare nequeat, &c. Eos eligere, ſeu nominare non poterit commiſſarius ex eadem cauſa, qua prohibitum eſt ei, qui facultatem eligendi conceſſit: Greg.Lopez gloſ. verb.No valdra, queſt.7. verſ An autem virtute talis facultatis, quod poſſit facere maioratum, &c. in l.32. titul.9.part.6. Peralta in l.rum quidam,ff de legat.2.n 4. in fin. Meneſius de Padilla in l.vnum ex familia, § ſi de Falcidia n.2. ff.de leg.2. Ioan.Gutierr. practic.lib.3. queſt.55.n.21. & 43. Menoch.lib.4 præſumpt.96.n.12. poſt D.Molin.dict.lib.2.cap.4.n.8. Mieres dict.2.part. queſt.48. num 307. Franciſc. Carpio vbi ſupra, lib.2. cap.19.num 18.

133 Tum etiam probatur, quoniam commiſſarius qui liberam habet & non limitatam poteſtatem eligendi ſucceſſorem in Maioratu electiuo, dum non contrauenia ordini præſumpto in d.l.27.Taur. poterit eligere conſanguineum remotiorem ex inferiori linea, vel gradu minorem, omiſſo maiori, vel fœminâ omiſſo maſculo: ex l.cum quidam 24 in princ. ibi: Poſſe heredem, & indignum præferre. l.vnum ex familia, §. ſi de Falcidia, ibi: eodem vel diſpari gradu: ſatis erit uni reliquiſſe, ff. de legat 2. D Molin. lib.2. cap.5. num 5. & 6. & cap.11. à num.34. vſque ad n 39. Pat. Molin. de iuſt.& iur. tom.3.diſput 594.à n.2. Aluarad. de coniect.ment.defunct lib.2.cap.3 §.4. n.48. Ceuallos queſt.263 n.12. Menoch.conſ.211.n.126. cum duob.ſeqq. Mieres de Maior. part.1.queſt.72. per totam, maximè num.2.3.& 4. & 16.Petr.Surd.tom.2.conſ.147.num 14. verſ Quia non dicitur extra familiam reliquiſſe, ſi vni de familia quamuis remotiori reliquit: l.vnum ex familia §.itaque, ff. de leg.2. Alexand Raudenſ.deciſ.38. num.342. Seſſe deciſ.436.& 437. Phœbus deciſ.308 & deciſ 99. D.Chriſtophor.de Paz de tenuta tom.1. c.34. num.97. vſque ad n.116. & tom.2.cap.59. à n.8. Gutier. practic.lib.2.queſt.67.n 3. D.Ioan.à Caſtil.tom.6 c.160. à n.11. Additionator ad D.Molin.lib.2.cap.5 n.4. & 5. Fuſat.queſt.380 n.3.& 4. & fin. D.Petr.Noguerol. allegat.9. num 77.

Ergo poterit eligere filium naturalem, omiſſo legitimo tranſuerſali, quia naturalis non eſt omnino excluſus; neque incapax ad ſucceſſionem Maioratus; imò habilis ad ſuccedendum: vti probatur ex deciſ. l.27.Taur. D.Ioan Baptiſt.de la Rea d.tom.1.diſp.32. à num.4. vſque ad fin.

§. X.

De liberis adoptiuis, & arrogatis.

Licet filius adoptiuus, vel arrogatus, non extantibus legitimis & naturalibus, vel naturalibus tantum, ſuccedat patri adoptanti ab inteſtato, & contra teſtamentum in Quarta eiuſdem patris bonorum parte, l. ſi arrogator.22. ff.de adopt. l.penultim. C.eod tit. §. ſed hodie Inſt.de adopt.l.8 & 9. tit.16. partit 4 l.9. tit.5.partit.6. Attamen adoptatus, vel arrogatus filius, non eſt de linea recta deſcendentium ad ſuccedendum in Primogenio, ſeu Maioratu: Tum quia adoptiui ſunt ciuiles tantùm ſeu ficti, & non veri filij; & ciuiles non implent conditionem: leg. ſi ita quis ſi, §.fin. vbi Vlpianus dixit: Is, cui in tempus liberorum tertia pars relicta eſt, vtique non poterit adoptando tertiam partem conſequi, ff.de leg.2. l.fideicommiſſum 76. ff de cond.& demonſtr. l. fin. & ibi Gloſ. fin. C.de his, qui veniam impetrarunt. Robles de Salzedo de repræſent.lib.2.cap.8. à num.7. 134 Tum quia eſſet in poteſtate grauati ex facto ſuo excludere ſubſtitutum, cum facile ſit alicui filios adoptare, & ſic eos de linea facere in fraudem ſubſtituti, vel alterius vocatæ lineæ: Alex. Trentacinq. de ſubſtit. part.4. cap.7. n.13. 135

Ideo adoptiuus non ſuccedit in feudo: cap.1.§.adoptiuus, ſi de feudo fuerit controuerſ.inter Dom.& agnatum. Robles de Salzedo vbi ſup.lib.2.cap 8.n.9. 136

Nec in emphyteosi ſuſcepta pro ſe, & filiis: Speculator in titul de locato, §. nunc aliq. verſ.68. Ripa in l.ex facto, §. ſi quis rogatus n.32.ad Trebell. Tiraq. in l. ſi vnquam, verb.liberos n.11. Alex.Trentacinq. d. 4.part.cap.7.n.13. verſ.penult. Caldas de nominat.emphyteot.queſt.20.n.35.& 36. 137

Nec in fideicommiſſo: d.l.fideicommiſſum 76. ff.de cond.& demonſtrat. gloſ.1. in cap.in præſentia, de probat. Bart. in l.ex facto, §. ſi quis rogatus, ad Trebellian. num.3. & Ripa n 32. Alex. Trentacinq.part.4. cap.7. num.13. Mich. Graſſus in §. fideicommiſſum queſt.39. Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.11. titul.8. & cum plurimis aliis Vincent. Fuſar.queſt.316. n.1. vſque ad 5. Robles de Salzedo vbi proximè, d.lib.2.cap 8. num.8. Quapropter nec in Maioratu ſuccedit adoptiuus, vel arrogatus: Bald. in d. l. fideicommiſſum. Tiraquel. de primog. q.84 D Molin.lib.2.cap.4.n.50. & 51. Mieres part 2.queſt.2 n.1. 138

Quod quidem aliquas patitur limitationes, quas connectit, & refert Alex.Trentacinq. d.4.part cap.7. num.17.& 18. Vincent.Fuſar.queſt 306 à n.6. vbi videri poſſunt quando caſus ſe offert. 139

§. XI.

De filiis ſpiritualibus ſuſceptis ex ſacro fonte.

140 DE filiis autem ſpiritualibus leuatis ex ſacro fonte, vel per ſactum Chriſma, dicendum eſt, quod non ſunt de linea ad ſuccedendum in Maioratu: quoniam verior, & communior eſt opinio, quod filius ſpiritualis non faciat deficere conditionem, *ſi ſine liberis deceſſerit*, & ſic non excludit ſubſtitutum: Bald. *in Auth. niſi rogati n.19. Cod. ad Trebell.* Ripa *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus n.43. ff. ad Trebell.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit liberos n.21. C. de reuoc. donat.* Trentacinq. *de ſubſtitut. part.4. cap.7. n.19.* Mantica *de coniect. vltim. vol. lib.11. tit.8. n.18.* Petr. Surd. *de alimentis tit.1. quaeſt.11. n.4.* Fuſar. *quaeſt.412.* cum Menoch. Intrigliolo, & aliis, Robles de Salcedo, *de Repraeſent. lib.2. cap.17. n.2.*

141 Eſt tamen vnum memorabile, & dignum notatu Aduocatis, ſi caſus ſe offerat, quod poſt omnes vocatos agnatos, & cognatos, ſi pater ſpiritualis fuerit vltimus Maioratus poſſeſſor, & deceſſerit ab inteſtato, ſuccedere debet filius ſpiritualis, excluſo fiſco; & è contra, ſi filius ab inteſtato decedat poſt agnatos, & cognatos excluſo fiſco debet admitti Pater ſpiritualis: Pet. Surd. *de alim. tit.1. q.11. à n.15. vſque ad* 20. & eum refert Robles de Salced. *vbi ſup.* Cum ad inuicē teneantur ſe alere Pater ſpiritualis, & filius ſpiritualis; Surd. *de alim. vbi proxime d. quaeſt.11. à n.5. & quaeſt.21.* Robles de Salcedo *vbi ſupra, d. cap.17. n.2.*

142 Et deficientibus agnatis, & cognatis, eis ad inuicem competit ius accuſandi de homicidio commiſſo in perſonam alterutrius: Tiberius Decianus *in tract. criminal. part.1. lib.1. cap.7 n.11.* Boerius *deciſ.233. n.4.* Philipp. Paſchalis *de virib. patr. poteſt. part.2. cap.1. num.78.*

Ideò nil mirum ſi etiam competat ius ſuccedendi in bonis, quae poſt mortem vltimi poſſeſſoris iam libera, atque allodialia redduntur: ex *l. qui ſolidum* 78. *§. praedium, ff. de leg.2.*

143 Sed retento praedicto caſu, quando vltimus de familia poſſeſſor Maioratus moritur ab inteſtato, & ſine agnatis vel cognatis, pulchrum dubium ſe offert; ſi concurrant vxor, & filius ſpiritualis vltimi Maioratus poſſeſſoris? an vxor, vel filius ſpiritualis praeferri debeat excluſo fiſco? In quo dubio tenendum iudico, quod debeat praeferri vxor, ex ratione textus *in l.1. ff. & C. vnde vir. & vxor. l.1. & l.4. C. de bon. vacant. leg.6. verſ. Y ſi tal pariente no fueſſe hallado, el muerto auia muger legitima, &c. tit.13. partit.6.* quae correcta non eſt per *l.12. tit.8. lib.5. Recopil.* Ant. Gomez *in l.8. Taur. num.26.* Matienço *gloſ.2. n.2. in d. l.12. tit.8. lib.5. nou. Recopilat.* Gutier. *practic. qq. quaeſt.113.* Villadiego *in l.11. titul.2. lib.4. fori Iuzgo, num.1. & 2.*

§. XII.

De linea actuali, ſiue effectiua poſſeſſoris.

144 IN ſucceſſione Maioratus datur linea duplex, actualis, & habitualis: ſecundùm D. Ioan. Baptiſt. de la Rea *tom.1. diſp.8. n.47.* ex Paulo de Caſtro, D. Molina, Gutierrez, & aliis.

145 Linea actualis eſt illa, quam poſſeſſor Maioratus conſtituit, ex eo quod tanquam legitimus ſucceſſor actualiter, verè, & realiter occupauit eam; ideo dicitur linea ſucceſſorum actualium, quia in poſſeſſione ſunt: & melius percipies eius eſſentiam, cognita differentia inter hanc lineam poſſeſſoris, & lineam habitualem, ſiue primogeniturae, de qua *infra proximè* dicemus: nam differunt ſicuti actus, & potentia, cuius differentiam inuenies in *part.5. huius operis, c.3.*

Itaque linea actualis requirit, quod ſit naturaliter, 146
& legitimè occupata à Maioratus ſucceſſore. Sed in linea habitualis, ſiue primogeniturae, ſufficit quod per beneficium legis, vel conſuetudinis, abſque actu poſſeſſionis obtentum ſit caput lineae per natiuitatem primogeniti, qui ſuccedere poſſet, ſi tunc viueret tempore delatae ſucceſſionis, vel capax eſſet; & ſic non requirit vllam in actu occupationem, ſed ſat eſt in habitu, ſpe, ſiue aptitudine, aut potentia ſuccedendi.

Et ad earum linearum, ſcilicet actualis, & habitua- 147
lis primogeniturae differentiam, videndus eſt Praepoſitus *de feudis Marchiae, cap.1. n.14.* Raudenſis *conſ.1. num.151. lib.2.* Hondedeus *conſ.70. n.40.* Menoch *conſil.808. num.30.* Iacob. Cancer. *lib.3. cap.2. de tranſmiſſ. num.297.* Gabriel Pereyra de Caſtro *deciſ.59. num.6.* D. Ioan. à Caſtil. *lib.5. cap.39. num.7.* Marius Giurba *de ſucceſſ. feudi, cap.118. §.2. gloſ.6. n.26. & gloſ.10. n.45.*

Ex quo inferes hanc lineam actualem maiorem, ac 148
inter omnes principalem praerogatiuam habere; quia attento iure communi vna ſola linea datur quae praerogatiuam habeat, haec eſt linea poſſeſſoris; vti probat Pereyra de Caſtro *d. deciſ.59 n.5.* vbi *in fine* dicit: *Ratio eſt, quia habet ius de praeſenti per occupationem lineae tenens caput ipſius, quod ius ſic formatum ſuccedendi ad ſuos deſcendentes tranſmittit:* Ioan. Gutierr. *Canonic. lib.2. cap.14. n.48.* D. Ioan. à Caſtil. *lib.5. cap.92. num.56. & cap.93. n.9.* Marius Giurba *de ſucceſſ. feud. d. §.2. gloſ.10. n.21.* D. Ioan. Baptiſta de la Rea *tom.1. diſput.8. n.48.* vbi dicit, Quod quemadmodum actualis Maioratus poſſeſſor verè dominus eſt Maioratus, quia habet ius in re: D. Molin. *lib.1. cap.19.* ita etiam eius filius immediatus ſucceſſor, qui ex illo iure immediato ad rem habet ſpem proximam ſuccedendi inuariabilem, & huius certae ſpei ratione eſt etiam Dominus ſine adminiſtratione, & poteſt Maioratum appellare ſuum: Mieres *part.2. in princ. n.54.* Alexand. Raudenſ. *de Analog. lib.1. cap.15. n.276.*

Addo praeterea rationem hanc: Quia poſſeſſor Ma- 149
ioratus verus eſt Dominus, dum viuit ad inſtar haeredis, vel legatarij, reſtituere grauati, qui interim plenum ius, ac dominium habet: *l. Iulianus 17 § idem, & l. non ideo 66. ff. de rei vendic. l. generaliter 29. §.1. ff. qui, & à quibus: l. fin. §. ſin autem, C. commun. de legat.* D. Ioſeph Vela *diſſertat.49. n.44. tom.2.*

Ideo haec linea poſſeſſoris efficacior eſt quàm alia, 150
& eius virtus praepotentiùs influit recta via in poſſeſſoris filios, vel alios eius deſcendentes, adeo quod etiam in Maioratu irregulari filia vltimi poſſeſſoris obtinere debet in tenuta, vel iudicio poſſeſſorio, & tuenda eſt interim in poſſeſſione bonorum Maioratus, donec de proprietate diſcutiatur, quoties res aliquam etiam modicam habeat dubitationem: *§. inter filiam ſi de feud. fuerit facta controuer. inter dom. & agnat.* & in ſacris Paginis, *Numer. cap.27.* dum dicitur: *Iuſtam rem poſtulant filiae Salphad, da eis poſſeſſionem inter cognatos patris ſui:* D. Molina *lib.3. cap.4. num.41. cum ſeqq. vſque in fin.* Burgos de Paz *conſ.29. à num 87. vſque ad fin.* Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed.4. n.375.* Parlad. *lib.2. cap.5* Rolandus à Valle *conſ.48 n.3. & 51. vol.4.* Peregrinus *de fideicom. art 48. num.47.* Gutierrez *lib.2. q.87. n.6.* Mieres *part.2. q.6. num.20. & 21.* Pat. Molina *de inſt. & iur. tom.3. diſput.625. num.6.* D. Ioan. à Caſtil. *lib.5. cap.92. num.55.*

&

& 54. & cap 143.*§. vnic.n.*13. Octauian. Cacheran.*deciſ.Pedem.*23.*num.*36. D. Franciſc. Hieron. de Leon.*deciſ.Valentina* 209. *n.*112. D. Ioſeph. Vela *tom.* 1. *diſſertat.*49.*n.*53.*&* 74. Additionatores ad D. Molinam *lib.*3 *cap.*4. *ad n.*41.*&* 42. qui non ſolum in filia, ſed etiam in ſorore vltimi poſſeſſoris tenent quod interim poſſidere debet, & comprobatur de iure nouiſſimo *in pragmatica ſanctione* edita *anno* 1615. hodie, *l.*14.*tit.*7. *lib.*5. *Recopil.*

151 Ab his denique firmior redditur noſtra opinio, de qua in 3. *parte de iure diuino*, *cap.*4. *ad fin.* in fauorem fœminæ filiæ vltimi poſſeſſoris contra fœminam ex linea anteriori, ſuper illa ardua, atque intricata quæſtione de reintegratione lineæ in Maioratu irregulari puræ agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, vbi videre poteris.

152 Attamen aduertas quod ſi concurrant fœmina filia, ſeu neptis ex linea actuali primi poſſeſſoris, & fœmina filia ſeu neptis ex linea actuali vltimi poſſeſſoris, & ambæ ſint lineæ actuales ſiue effectiuæ poſſeſſoris, præferri debet fœmina ex anteriori ſiue ſuperiori linea.

---

§. XIII.

De linea habituali Primogeniti, ſeu linea Primogenituræ.

153 POſt lineam actualem ſuccedit linea habitualis primogeniti, quæ cæteras lineas præcedere debet: D. Molina *lib.*3.*cap.*6. *n.*29. *& cap.*8 *n.*17. D. Pichard. *in rubrica Inſt. de hered. quæ ab inteſt. defer.*§.3.*num.*26. vbi dicit quod ius primogenituræ non ſolum conſiſtit in primogenito, ſed in tota linea primogeniti.

154 Obſeruandum itaque, quod linea primogenituræ eſt illa, quam ſibi conſtituit & ſuis deſcendentibus, quilibet primogenitus ſtatim quòd natus eſt, ſiue primæua eius natiuitate, in excluſionem ſecundo-geniti, licet prædecedat in vita poſſeſſoris, vel ante, vel poſt inſtitutionem Maioratus: quod ex iure noſtro Regio ex aperto probatur *in l.*40.*Taur.* quæ eſt *l.*5.*tit.*7.*lib.*5 *Recop.* & in *pragmatica ſanctione* edita *anno* 1615. hodie *l.*14.*tit.*7. *lib.*5. *Recop.*

155 Sed harum legum deciſio, ſiue eius ratio decidendi, ex eo in Iure difficilis redditur, maximè quando primogenitus, qui fuit caput lineæ deceſſerit ante Maioratus inſtitutionem, quoniam ante fideicommiſſi inſtitutionem nullum ius tranſmittendum habuit primogenitus, non ſolum actu, imò nec habitu, potentia, ſeu in ſpe; *l vnica §. in primo, & § ſeq. C. de Caduc. toll.*

156 Et quia ætas eſt perſonaliſſima, ac exinde primogenitura, quæ cum morte primogeniti expirat, ac eius filiatio, Bartol. *in l. is poteſt n.*8. *ff. de adquirenda hereditate*, Bald. *in l. cum antiquioribus n.*11. *C. de iur. deliber.* Ancharan. *conſ.*82.*num.*14. vbi ita arguit: Ius quod non eſt ceſſibile, non eſt tranſmiſſibile, *leg. ex pluribus, ff. de admin. tutor.* Sed ætas veluti res perſonaliſſima extinguitur cum perſona, ſicut alia, quæ inhæreat oſſibus, *Inſt. de vſufr. §. fin cap. priuilegia de reg. iur. lib.*6. Nemo enim ſanæ mentis dixerit ætatem filij eſſe ætatem patris, *ff. de adopt. leg. ſi pater §. fin.* Cardinal. Tuſchus *lit. P. concluſ.*652.*n.*1. Ioan. Anton. Margilius *in tract. de imputationibus & detractionibus, quæſt.*86. *num.*16. *verſ. Cum enim primogenitus ſit nomen naturæ, ac ætatis, quæ qualitas illi ineſt per modum ſubſtantiæ inſeparabilis, ad aliud ſubiectum trahi non poteſt, &c.* Et in *n.*18. vbi eſt videndus: Vincent. Fuſar. *conſ* 40.*n.*8. & ex aliis quamplurimis argumentis, quæ magis ſubtiliter, quam fortiter opponit Marta *de ſucceſſ. legal. part.*3.*q.*1. *art.*2.

Sed nihilominus ratio decidendi, quæ ad noſtras 157
leges pertinet, dum hanc lineam primogenituræ cum maxima prærogatiua præferunt aliis, in iure ſuſtinetur, ſicuti validiſſimè probant Ioan. And. *in rubric. de feud. in addition. ad Speculatorem.* Socinus *conſil.*252. *num.*11.*&* 15. *lib.*2. Paul de Caſtro *conſ.*164.*n.*3. *part.*2. Tiraquel. *de primogen. quæſt.*40.*n.*60. Ioan Lecirier *de primog. lib.*1.*quæſt.*9 D Couarru. *pract. cap.*38.*n.*11. Ant. Gomez *in l.*40.*Taur.n.*66. Greg. Lopez *in l.*2. *gloſ.*10. *tit.*15. *partit.*2. D Molina *lib.*3.*cap.*11. *à n.*2. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.*1.*tit.*2. *n.*52. & magis ex profeſſo idem Peregrin. *conſ.*1.*lib.*2. Auendaño *in l.*40.*Taur. gloſ.*6. *num.*12. Robles de Salcedo *de Repreſ lib.*2. *cap* 4. *& cap.*5. *à n.*6. Menoch. *conſ.*211. *& conſ.*1082. *à num.*3. *& conſ.*1982 *n.*2. Fuſar. *quæſt.*387 *per tot.* Et ſupra omnes in defenſionem Peregrini contra Martam *de ſucceſſ. legal.* Videndus eſt Marius Giurba *de ſucceſſ. feud.* §.2. *gloſ.*6. *à num.*24 *vſque ad* 64. Fabius Capitius Galeota, *lib.*1.*contrauerſ.*48. *n.*4. *&* 57. D. Ioan. Bapt. de la Rea *tom.*2 *quæſt.* 51. *num.*5.

Rationes autem, quas prædicti Doctores, & alij 158
referunt, ad id reducuntur, quod primogenitura eſt ius prioris ætatis, honorificum, & vtile, proueniens à iure Gentium, diuino, Canonico, atque conſuetudinario approbatum, quod competit filio, qui prius eſt in ordine naſcendi: Lecirier *de primog. lib.*1.*quæſt.*1. D. Molina *lib.*1.*cap.*1.*n* 5. Marius Giurba *vbi proximè d.* §.2. *gloſ.*8. *n.*2. *&* 3.

Niſi dicamus cum Anton. Gomez *in l.*40. *num.*65. 159
quod primogenitura eſt quædam dignitas, cui eſt ius ſucceſſionis, & prælationis annexum, quæ de iure diuino & humano deſcendit ad poſteros: *cap. quam periculoſum* 7. *quæſt.*1. *cap. ſignificauit de reſcript. cap. licet de vot. cap. grandi de ſupplend negl. Prælat. lib.*6. Bald. *in l. cum antiquioribus, n.*11. *C. de iur. deliber.* Tiraquel. *de Primog. quæſt.*34.*n.*37. *& de Nobilit. cap. fin. num* 115. D Præſ Couarr. *lib.*3 *variar. cap.*5.*n.*5. Tiber Decian. *conſ.*1.*n.*155.*vol.*3. Menoch. *conſ.*808.*n.*4. Anton. de Petra *de poteſtat. Princip. cap.*13 *n.*2. *& cap.*14. *num* 15. & alij, quos refert Giurba *de ſucceſſ. feud.* §.2. *gloſ.*8. *num.*7.

At verò cum ſit ius honorificum, & vtile, à primo- 160
genito ſui natiuitate occupatum, abſque vlla actuali adeptione, *cap. Ioſeph. de verb. ſignif.* tranſmiſſibile fuit ad omnes eius poſteros, quos naſcendo incluſit, & ad eos tranſit hoc ius tanquam radicatum in eius perſona & verè formatum, atque ab ipſa filiatione diſtinctum: Bald. in *l. liberti libertæque, num.*18 *ff. de oper. libert.* Iaſon in *l is poteſt. n* 14. *de acquirend hered.* Farinacius *deciſ.*395. *in nouiſſ. part.*4. Iacob. Cancer. *de tranſmiſ. cap.*21. *num.*297. Pegueta *deciſ.*113 *n.*2. Fuſar. *d quæſt.*387 *num.*3. Marius Giurba *de ſucceſſion. feud. d.*§.2. *gloſ* 6 *n.*49. *& gloſ.*10 *n.*48.

Et cum ſit ius competens beneficio legis, licet 161
nondum delatum rectè tranſmittitur: *l. ſi arrogater. ff de adopt.* non enim eſt etiam neceſſarium ad tranſmittendum, quod ius in actu competat, ſed habitu tantum ſufficit competere: *l. ſi quis filium, C. de inof. teſtam. l. illud §. fin ff. de bonor. poſſ. contra tabul. l ſi quis in graui, § fin. l qui poſthumos: ff ad Syllanianum,* Bald *in l.*2.*n.*9. *C. de liber. præter.* & aliquos allegat ad id Marius Giurba *de ſucceſſ. feud. cap.*118.§.2 *gloſſa* 10. *num* 42.

Attamen lucidior, & non minus concludens eſt 162
ratio, quam tradit Paul de Caſtro *d. conſ* 164. *num.*3. *part.*2. ita enim dixit: Ipſe poteſt dici primogenitus ſicut poſſet dicere pater eius ſi viueret, eo quod portio paterni corporis tranſmiſſa fuit in procreationem filij:

filij: *C. de agricol, & cenſit. l. cum ſcimus ad fin.* Vbi eſt textus expreſſus, quod filius eſt portio paterni corporis, quæ portio licet conuerſa ſit in nouum hominem, propter nouam, & diuerſam animam, negari tamen non poteſt, quin remanſerit vera caro, & corpus patris, quia vt dicunt Naturales, pater præbet formam in creatione filij, & Mater materiam, & forma eſt quæ dat eſſe, & ſubſtantiam rei: *ff. de acquirend. rer. dom. l. adeo §. inſulam, ante fin. ff. ad exhibend. l. Iulianus §. ſi quis rem, in fin. ff. ad l. Falcid. l. ſi is qui* 80. *§. quadam:* Non capio formam pro anima, quam ſolus Deus infundit: licet ergo reſiduum corporis, quod apud patrem, tanquam radicem remanſerit, extinctum ſit, hæc tamen portiuncula, quæ in procreatione filij fuit transfuſa, non eſt extincta, ſed aucta, & augmentata eſt, & noua anima, & nouo ſpiritu informata adhuc viuit, & ideo per reſpectum ad ſolum corpus, poteſt dici corpus & caro filij, verè corpus & caro Patris, licet propter nouam animam, & nouum ſpiritum dicatur nouus homo verè; ſed fictè idem: ſicuti ſi de radice vitis aliquis ramus propagaretur, deinde ſiccaretur vetus radix, non propterea ſiccaretur ramus propagatus, quia nouam emiſit radicem, quæ loco animæ habetur: *l. adeo §. fin. & l. qua ratione, in fin. ff. de acquirend. rer. dom.* & diceretur eadem vitis cum illa, vnde proceſſit, licet remota, & noua radice alita.

163 Sed quamuis ab hac, & alijs rationibus à Doctoribus ſupra citatis non recedendum, attamen magis adæquata ad noſtras leges, & aptior ratio decidendi videtur: nam cum decidant, quod linea primogenituræ ſucceſſibilis ſit, quamuis incipiat nondum conſtituto Maioratu, ſi tempore ſucceſſionis adhuc extent deſcendentes, ex quibus talis linea conflatur, ſequitur, quod ratio erit, quia conſtituunt quod ſucceſſio Maioratus, non per gradus, ſed per lineas ſuo ordine deferatur, & quælibet linea ſubintret in ſuo gradu ad inſtar ſucceſſorij Edicti; primò linea primogeniti, & eâ prorſus finitâ, intret ſucceſſio in lineam ſecundo-geniti, & ſic deinceps de linea in lineam, cum quælibet ſit incompatibilis cum altera, quia dum aliquis ſupereſt ex vna linea, non eſt admittendus quilibet alius ex altera linea.

164 Ideo licet præmoriatur primogenitus, qui eſt caput lineæ primogenituræ, vel eius filius, vel nepos, vel alius deſcendens, per quos linea continuatur, dummodò tempore delatæ ſucceſſionis aliquis remaneat, cum ſit linea primogeniti, ſuccedere debet tanquam primogenitus qui ſucceſſurus erat, ſi adhuc viueret; quippe, vt dictum eſt, non per gradus, ſed per lineas ſuo ordine ſuccceditur.

165 Quod enodatè percipies ex *l. 5. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* vbi ita dicit: *En la ſucceſſion de los Mayorazgos aunque el hijo mayor muera en vida de el tenedor del Mayorazgo, ò de aquel, a quien pertenece, ſi el tal hijo mayor dexare hijo, ò nieto, ò deſcendiente legitimo, eſtos tales deſcendientes de el hijo mayor por ſu orden prefieren a el hijo ſegundo.* Et inferiùs: *De manera que el hijo y ſus deſcendientes legitimos por ſu orden repreſenten la perſona de ſus padres, aunque ſus padres no ayan ſucedido en los dichos Mayorazgos.* Et apertiùs, in *l. 14. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* Et ponderanda ſunt verba *d. l. 14.* dum dicit: *Lineas, y perſonas, en que los aſcendientes ayan muerto antes de ſuceder en los tales Mayorazgos, aunque la muerte aya ſido antes de la inſtitucion de ellos.* Ex quibus verbis luculenter colligitur, quod diſpoſitum eſt, quod ſucceſſio Maioratus decurrat per lineas, & de linea in lineam integram, etiamſi caput lineæ, nempe primogenitus, vel aliæ ſuperiores lineæ, à quibus exorditur, & progreditur, defecerint antequam inſtitutus ſit Maioratus, vel antequam ſucceſſerint, viuente inſtitutore, vel quocumque alio vltimo poſſeſſore, quia lex non reſpexit ad gradus prout dictum eſt, ſed ad lineas per ſuos gradus, per quas ſicut per canales deriuatur in deſcendentes ſanguis primogeniti, cuius ſanguis licet ſit corporis prædefuncti, nihilominus ipſemet eſt in quolibet alio eius deſcendente, cum illa primogenituræ prærogatiua transfuſa, quam defunctus tunc habuit, & nunc haberet ſi adhuc tempore ſucceſſionis eſſet in rerum natura, nam qualitas primogenituræ, quæ in ſanguine tranſit, nunquam moritur; D. Molina *lib. 1. cap. 5. n. 20.* & eius Additionat. *in dict. lib. 1. cap 6. ſuper n. 21.* Bald. *conſ. 89. n. 8. lib. 2.* dicens: Quod eſt ius in dignitate innata, quæ tranſmittitur iure ſanguinis, quia filius eſt aliquid patris ſui, vnde pater in filio eſt, & quia dignitatum innatarum qualitates tranſmiſſibiles ſunt, *l. 1. C. de Epiſc. & Cleric.* Iaſon, Alex, & Cynus.

Ad hoc etiam pertinet quod notabiliter dixit ipſe Bald. in *l. ex hoc iure quæſt. 6. ff. de iuſt. & iur.* Quod primogenitura in filio Regis eſt prima dignitas poſt Regem proueniens à Iure inſeparabili ipſius ſanguinis. 166

His denique conueniunt alia multa ad rem ſpecioſa, congeſta à Mario Giurba *de ſucceſſ. feud. inter aſcendentes, & deſcendentes, §. 2. gloſ. 6. à n. 13.* Vbi videri poſſunt: ad quæ omnia præſupponit pro regula, quod quilibet fratrum cum ſuis deſcendentibus conſtituit propriam lineam, vt nec alter de alterius linea dici poſſit: ex Socino *conſ. 33. n* 8. *vol. 3.* Decio *conſil.* 379. *n. 4.* Ruino *conſ. 27. n. 4. in* 3. Auendaño *in l* 40. *Taur gloſ. 17. n. 26.* Gutierrez *conſ. 13. n* 12. latè Riminald. iun. *conſ. 543. n. 4. 9.* 81 *&* 90. Celſo Hugone *conſil. 120. n* 12. *&* 14 D. Ioan. à Caſtil. *part. 3. cap. 19 n. 52.* Iacob. Cancer. *variar. reſolut. cap. 21. de tranſmiſſione num. 295.* 167

Ex his omnibus abſque eo quod ambiguitate aliqua labores, poteris rectè decidere illam quæſtionem admodum difficilem iamdudum à plurimis agitatam: quis duorum fratrum præferri debeat in ſucceſſione Regni, vel Maioratus; an primò natus ante adeptum à patre Regnum, vel Maioratum, an poſt adeptum natus? 168

Nam quamuis pro ſecundo genito vrgeat textus in *l. ſi Senator. C. de dignitat. lib. 12. gloſ. verb. regnum, in cap. iam itaque 8. cauſ. 1. quæſt. 4.* & Authoritas maxima Doctorum, qui tuentur hanc opinionem præ filio nato poſt acquiſitum a patre Regnum, vel Maioratum, ſeu aliquam aliam dignitatem, prout ſunt Cynus in *l. emancipatum §. 1. ff. de Senatorib.* Dynus *in l. 2. §. in filiis, ff. de decurionib. & in l. moribus, §. ſed verum, ff. de pœn.* Bart. *in l cum ſatis, num. penult. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. & in d. l. ſi Senator.* Bald. *in l. Imperialis §. his illud, C de nupt.* Lucas de Penna *in d. l. ſi Senator. in fin. C. de digni. lib. 12.* Catellus Cota *verb. Primogenitus colum. 2. verſ. Quod ſi Rex Franciæ.* Philip. Decius *in cap. inter cæteras n. 16. de præſcript.* Card. Alex. *titul. de feud. Marchiæ cap. 1. col. 3.* Marcus Laud. *de primog. part. 1. col. 8. verſ. Rurſus quæro.* Nicolaus de Vbald. *de ſucceſſ. ab inteſt. part. 1. in princ. in 6. ſpecie liberor. col. 6. verſ. Et hæc faciunt.* Alciatus *in l. bona fides, verb. reus, ff. de poſit.* Signorolus *de homod. conſ. 37 n* 8. Franc. Cremenſis *ſing. 51.* Iacob. Cujacius *ad l. 36 C. de decurionib.* Catell. *in l. 7. ff. de Senat.* & Raynald. Corſet. *lib. 3. in ſingular. iur. cap. 6.* atque alij ab iſtiſmet allegati. 169

Nihilominus longè verior eſt contraria opinio ex fundamentis ſuprà à nobis relatis in fauorem primogeniti, & eius lineæ primogenituræ, quæ fundamenta indubitabilem reddunt hanc opinionem, quam ex 170

profeſſo

Digitized by Google

profeſſo tenent atque defendunt pro filio primogenito, antequam pater acquirat Regnum, Maiotatum, vel aliam dignitatem; pet textum in *l. Senatoris filium 5. ff. de Senator. gloſ. verb. nata ſunt: in l. Imperialis §. illud his, C. de ſecund. nupt.* Salicetus *in d. §. illud his n. 5.* vbi optimam reddit rationem, quia filiationis ſubſtantia, & eius proprietas habeatur à patris ſubſtantia, non à qualitate patri cohærente; quoniã qualitas patris non generat, ſed generatum, & natum cognominat: Albericus *in d. l. Senatoris filium, ff. de Senat. & in tractatu de ſtat. part. 1. quæſt. 152.* Millius *in repertor. verb. Filius primogenit in fin.* Ripa *in cap. inter cæteras n. 15. & 16. de præſcript.* Lecirier *de primog. lib. 1. quæſt. 11.* Guillelmus Benedictus *in cap. Raynuntius, verb. in eodem teſtamento n. 101.* Tiraquel. *de primog. quæſt. 31.* Ioan. Coraſius *in dict. l. Senatoris filium num. 3.* Valentin. Forſter. *lib. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 24. à n. 27. vſque ad 41.* Hotomannus *lib. quæſtion. illuſtrium, quæſt. 2. per tot.* Ant. Gomez *in l. 40. Taur. num. 67.* D. Greg. Lopez *lib. 2. gloſ. 10. in princ. tit. 15. partit. 2.* Petr. Greg. Toloſan. *de Republic. lib. 7. cap. 9. per tot. & in n. 8. & 9.* reſpondet ad textum *in l. ſi Senator. C. de dignitat. lib. 12.* quem ingenioſè interpretatur, cuius interpretationi conuenit Menoch. *conſil. 677. n. 10. lib. 7.* atque Nicol. Genua *in Concil. leg. fol. 264. & 265.*

171 Idem ſequuntur atque defendunt ipſemet Petrus Gregor. Toloſan. *in 3. part. Syntagmatum iur. lib. 45. cap. 3. n. 15.* Henricus Roſental *de feud. cap. 7. à n. 4.* cum ab eo citatis *in lit. C. & cap. 9. Theſi 54.* Iacob. Gallet. *conſ. 30. n. 29.* Vlricus Hurin *lib. 3. variar. reſol. iur. ciuil. tract. 1. quæſt. 25.* Iacob. Menoch. *d. conſ. 677. lib. 7. & lib. 4. præſumpt. 94. n. 5.* Robles de Salcedo *de repræſ. lib. 1. cap. 5. n. 16. & 27.* Ioan. Anton. Mangilius *de imputat. & detraction. quæſt. 89. à n. 3. vſque ad 8.* Marius Giurba *de ſucceſſione feud. §. 2. gloſſ. 8. numero 18. 19. & 20.*

172 Igitur obſeruandum eſt pro regula, quod linea primogenituræ præcedere debet in ſucceſſione Maioratus omnibus aliis, etiamſi primogenitus deceſſerit multo ante Maioratus inſtitutionem.

173 Attamen limitatur, niſi aliter diſpoſitum ſit ab inſtitutore; *dict. l. 5. tit. 7. lib. 5. Recopil.* ibi: *Saluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta por el que primeramente conſtituyo, y ordeno el Mayorazgo, &c.* Et *l. 14. eod. tit. lib. 5. Recopil.*

174 Sed quia *d. l. 14.* proſequitur: *Expreſſandolo clara y literalmente ſinque para ello baſten preſumpciones argumentos, ò congeturas por preciſas y claras, y euidentes que ſean.* Quia requiritur expreſſa diſpoſitio contraria, neque ſufficit tacita, ita quòd in dubium reuocari non poſſit: Afflictis *in cap. 1. num. 10. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis:* Peralta *in rubric. de hæredib. inſt. num. 130.* D. Molina *lib. 3. cap. 8. n. 2. & 5.* Ioan. Gutiet. *lib. 5. quæſt. 67. n. 38.* Auendaño *in l. 40. Taur. gloſ. 8. ad fin. & gloſ. 20. n. 2.* Phœbus *deciſ. 39. num. 8.* D. Ioan. à Caſtil. *lib. 3. cap. 19. num. 291. & cap. 56. n. 89.* copioſè cum aliis multa ad hanc clauſulam pertinentia cumulans Marius Giurba *de ſucceſſ. feud. cap. 118. §. 2. gloſ. 7. à n. 56. vſque ad n. 60.* D. Ioſeph Vela *tom. 2. deciſ. 49. num. 53. maximè 62.*

---

§. XIV.

De linea Aſcendentium.

175 REuertere iam licet ex inferiori, hoc eſt deſcendentium linea, ad ſuperiorem, hoc eſt ad lineam Aſcendentium, quæ componitur provt notum eſt ex perſonis omnibus, quæ aſcendunt: veluti ex Patre, vel Matre, Auo, vel Auia, Abauo, vel Abauia, Proauo, vel Proauia, & ſic deinceps retro aſcendentibus.

176 Cæterum cum aſcendere ſuperiùs etiam per ſcalas non facile ſit, ideo difficile, ac durum videtur quod in Maioratu ſucceſſio filij, vel alterius deſcendentis reuertatur aſcendendo, & ſe retrotrahat ad ſuperiorem hanc Aſcendentium lineam.

177 Ratio eſt, quia ſucceſſio ſequitur votum naturæ, quæ potius vult deſcendere, quam aſcendere: *l. 2. §. filius in fin. ff. de ventr. in poſſeſſ. mittend. §. Quoniam Auth. de hæred. & Falcid.* ideo fluit, ſed non refluit: *§. Cæterum in fin. verb. confluere Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* Stephanus Daoiz *in ſuo Codice, verb. Succeſſio,* & Angel. *conſ. 100. col. 3.* vbi dicit: Quod ſucceſſio feudi, (quod idem videtur de Maioratu) non habet oculos retro, nec reſpicit lineam aſcendentium, & ſe habet ad inſtar Dignitatis, quæ deſcendit de patre ad filium: *l. 1. ff. de Senator. cap. licet, de voto,* ibi: *ad minorem fratrem tuum.*

178 Quapropter vertitur ſuper hoc illa ſubtilis, ac parum à noſtris agitata quæſtio: vtrum hæc Aſcendentium linea ſucceſſibilis ſit in perpetui fideicommiſſi, ac primogeniorum materia, maximè alio exiſtente, ex altera collateralium linea, quod clariùs nonnullis exemplis demonſtrabo.

179 Pone quod aliquis Aſcendentium, vel deſcendentium, ſiue collateralium ex parte patris, Maioratum inſtituat in fauorem Titij, aut eius deſcendentium, viuente Mæuio, eius patre, & Seio fratre Titij, vel altero ex tranſuerſalibus, mortuo Titio filio Mæuij abſque vllo deſcendente an ſucceſſio Maioratus reuertere debeat ad patrem huius primi, & vltimi poſſeſſoris, vel decurrere debeat ad fratrem, vel ad alterum ex collateralibus?

180 Aut aliter poteſt caſus figurari, ſcilicet in ſpecie cuiuſdam Maioratus inſtituti cum facultate eligendi ſucceſſorem, quando vltimus poſſeſſor elegit conſanguineum filium alicuius, omiſſo patre, & ſuperſtite patre, atque fratre, vel patrueli electi, eueniat, quod filius electus à conſanguineo moriatur abſque liberis, & non facta electione alterius ex ſua familia, & ſic concurrant ſuper Maioratus ſucceſſione ex vna parte vltimi cuiuſuis ſucceſſoris pater, & ex alia eius filius ſcilicet frater, vel ſoror defuncti, vel eius patruelis.

181 Vel finge, quod extraneus inſtituat Maioratum in fauorem alicuius filij habentis viuum parentem, ac fratrem, vel patruelem, & quod deceſſerit filius abſque vlla prole, & ad ſucceſſionem contendant eius frater, & pater, vel pater, & nepos, ſiue defuncti patruelis, quia in inſtitutione Maioratus nullus alius erat vocatus ad ſucceſſionem, niſi filius, & eius deſcendentes, & in eorum defectum omnes alij ex familia, vel proximiores conſanguinei, vel pone quod omiſit vocationem aliorum præterquam primi nominati, & eorum deſcendentium; nam ex eo quòd præſumitur Maioratus inſtitutor deſideraſſe perpetuitatem in gratiam conſeruandæ familiæ, cuius extet perpetua atque viua memoria, neceſſe eſt quod effectus ſpecialis vocationis omiſſæ ab inſtitutore ſuppleatur à iure ex illis, qui ſuperſint ex familia inſtitutoris, quapropter in hoc caſu naſcetur controuerſia inter fratrem, vel patruelem, ſiue alium tranſuerſalem, & patrem vltimi poſſeſſoris. Et alias ſpecies colliges ex Pereyra de Caſtro *deciſ. 5.*

182 Pro parte autem fratris, vel alterius tranſuerſalis aduerſus patrem faciunt ſequentia. Primò, quia in materia feudali eſt textus in *cap. vnic. de natur. ſucceſſ. feud.* vbi deciſum fuit, quod ex natura feudi ſucceſſio per mortem filij ſuperiùs ad patrem non aſcēdat, ibi: *Succeſſionis*

Succeſſionis feudi talis eſt natura, quod aſcendentes non
183 *ſuccedunt, v g. Pater filio.* Ergo idem dicendum in ſucceſſione Maioratus: cùm validum ſit argumentum, in forma ſuccedendi, de feudo ad Maioratum: vt probant Bald. *in l. cum antiquioribus, n.11. verſ. Sexto, C. de iur. delib.* Socin. *conſ. 47. n. 6. vol. 3.* & cum aliis D. Præſ. Couarru. *var. lib. 3. cap. 5. n. 5. verſ. Quintò feud. & Maioratus*: Meneſius de Padilla *in rub. de fideic. n. 7.* Ant. Gomez *in l. 40. Taur. n. 77.* Gutier. *conſ. 13. n. 4.* Bobadilla *in ſua Politica, lib. 2. cap. 18. n. 157. lit. B.* Henricus Roſental. *de feud. cap. 10. concl. 11. n. 2.* Cephal. *conſ. 251. num. 40. & conſ. 252. n. 18. vol. 2.* Surd. *conſ. 241. n. 40.* Barboſ. *loco 47. argum. à feudo ad Maioratum, n. 1.* Aluarez de Valaſco *in axiom. iur. lit. A. n. 425.* D. Ioan. à Solorzano *de Ind. gubernat. lib. 2. cap. 1. n. 80.*

184 Secundò, quia pater non eſt linea filij ſui, prout ſubtiliter ac pulchrè arguit Bald. *vol. 5. conſ. 339 num. 1.* ita ſic: *Ex proprio ſignificatu dictionis*, De, *nam ſignificat materiam de qua aliquid fit, ſeu conficitur, vel ſurgit, vt in l. 1. § nunc videamus, ff. de coniungendis cum emancipat. liber ſed aſcendens non aſſurgit à deſcendente, ſed è conuerſo; & ideo in materia feudorum non ſuccedit pater filio, quia non eſt de eius radice, vel ſubſtantia; vt cap. 1. §. cum vero Corradus: qui feud. dar. poſſ. col. 10. & in tit. de gradibus, in eadem compilatione; ideo aſcendens non eſt de prole nec de linea deſcendentis recta via, nec à latere.*

185 Tertiò comprobatur. Nam ſucceſſio Maioratus perpetuitatem ſemper deſiderans, ſuum curſum debet habere ad inſtar fluminis, cuius curſus naturaliter retrogradationem non admittit; prout tenet D Franciſc. Sarmiento *ſelectar. in l. omnia, ff. de leg. 2. § in fideicommiſſo n. 12.* vbi ad fundandam illam notam regulam, quod in Maioratu ſemper ſuccedere debet proximior vltimo poſſeſſori, & non teſtatori, ſeu Inſtitutori, ita inquit: *Et puto in his perpetuis, & infinitis, vt ita dicam, ſucceſſionibus, retrogradationem non admittit, ſed eum quem cœpit tenere curſum obſeruandum: idque naturæ ordinem poſtulare: nam etſi flumen quem tenuit alueum, vſque dum mare ingrediatur, mutet, non tàm fontis originem, quàm quem modo cœpit, mutare, interrumpens ſolitum curſum, debemus obſeruare forſan melius, & directius à fonte ipſo poſſit alueus duci, ſed dum vſque ad certum locum peruenit, ſi poſtea mutetur ab eo inducenda linea, regulaque ſumenda, non enim fieri ſine miraculo poteſt, vt aqua Iordanis conuertatur retrorſum*: Burgos de Paz *conſ. 29. n. 54.* ibi: *Nam ſucceſſionis natura eſt, quod non retrocedat; ſed potius deſcendat: l. iuriſconſultus §. Gradus, ff. de gradib.* Alex. Rand. *de analog. in appendice, part. 1. n. 19.* Marius Giurba *de ſucceſſ. feud. §. 2. gloſ 13 n. 18.* vbi tenet, quod talis ſucceſſio eſt ad inſtar fluminis, quod ſicut in proximum canalem deſcendentem influit, nec regurgitat ſupra caput ſuum, ſic & ſucceſsio confluit ad lineas communis ſtipitis.

186 Quartò, ex eo quod cum ſucceſsio Maioratus regatur per regulas traditas in *l. 2. tit. 15. p. 2.* ad ſuccedendum in Regno, & in *d. l. 2. tit. 15. partit. 2.* non detur ſucceſſio de filio ad patrem, nec ad alium aſcendentem, ſolummodo ad ſucceſſionem admittit omnes, qui fuerint ex linea deſcendentium, & poſt eos omnes, qui ſint ex linea aſcendentium: *Puſieron que el ſeñorio de el Reino heredaſſen ſiempre aquellos, que viniessen por linea derecha, id eſt deſcendentes per lineam directam*; & inferiùs: *Pero ſi todos eſtos falleſcieſſen, deue heredar el Reino el mas propinquo pariente que huuieſſe.* Id eſt is, qui fuerit ex linea tranſuerſali. Sequitur quod idē dicendū eſt in ſucceſſione Maioratus.

Quintò, nam in fideicummiſſis ac ſubſtitutionibus
187 deſcendentes etiam naturales præferuntur aſcendentibus: *l. 27. Tauri.* Matienço *in l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopil. gloſ. 6 n. 1.* D. Paz *in l. 200. ſtyli, q. 3. n. 61 & 69.* D Ioan à Caſtil. *lib. 2. c. 7. à n. 16. & lib. 5 c. 128. n. 17.*

Sextò, quoniam in maioratu ſucceditur per repræ- 188
ſentationem, de filio ad patrem, & de omnibus deſcendentibus ad ſuos aſcendentes *l. 40. Taur.* Sed non 189
datur repræſentatio è contra de aſcendentibus ad ſuos deſcendentes: quia licet repræſentatio ſit fictio, etiam per fictionem iuris imitatur naturā, & impoſſibile eſt ſecundum naturam quod pater repræſentet filium, ſicuti probat cum eruditione magna Ant Gomez *in l. 6. Taur. n. 6.* Palac. Rubeos *n. 9 & 19.* Tell Fernand *n. 16.* Auend. *gloſ. 2. n. 2.* Matienç *in l. 1. gloſ 2 n. 1. & 2. tit. 8. lib. 5. Recop.* & copioſè Mar. Giurb. *de ſucceſſ feudi inter aſcend. & deſcend. § 2. gloſ. 1. n. 33. 34 & 35* ergo in Maioratu non debet dari ſucceſſio de filio ad patrem, & per conſequens de linea deſcendentium ad eos, qui ſunt de linea aſcendentium.

Septimū, & vltimò: Nam ſi contingat caſus, quo pa- 190
ter ſuſceperit duos filios ex vxore eius conſanguinea, quæ Maioratum poſſidebat, & poſt mortem vxoris ſuperſtite patre maior filius ſuccedat, & is ſine liberis decedat, abſq; dubio ſecundo-genitus frater vltimi poſſeſſoris excludet patrem Gabr. Pereyr. de Caſtr *in deciſ. 5. n. 6. verſ. 2. ſi pater: & in fin.* ergo idem tenendum eſt in alio quocumque caſu, quo concurrant pater, & filius, vel alius tranſuerſalis, per mortem filij vltimi Maioratus poſſeſſoris conſanguinei, qui ſit melioris lineæ, quàm ſit linea patris.

Pro hac igitur parte ſtant. tenentes ſuper quæſtione 191
propoſita, quod idem quod de ſucceſſione feudi deciſum eſt per text. *in d. c. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* iudicandū ſit in ſucceſſione Maioratus contra patrē. D. Greg. Lop. *in l. 4. tit. 13. partit. 6 gl. 1. verb. el Padre, verſ. nota tamē quod in Maioria filij non ſuccedit pater, quia Maioria reſpicit lineam deſcendentem, &c.* Matienç. *in l. 1. tit. 8. lib. 5. Recop. gloſ. 3. n. 11. & gloſ. 5. n. 2.* Azeu. *in d. l. 1. n. 64. & 65 verſ. Sed an in bonis feudalibus, emphyteuticis, & Maioratus, ſuccedant aſcendentes deſcendentibus, &c.* Velaſq. de Auend. *in l 6. Taur. gloſ. 7. n. 6.* Aluarad. *de coniect mente defunct. lib. 2. § 3. n fin. in fin.* D. Perez de Lara *de vita hom. c. 2. à n. 44 & in n. 47.* atteſtatur, ſe iudice in Regalia Vaſtolitana Cancellaria, quod litigante matre vltimi Maioratus poſſeſſoris cum fratre dicti poſſeſſoris pronuntiatum fuit ad fauorem lineæ deſcendentis, id eſt fratris: D. Ioan. à Caſtil. *lib. 5. c. 140. per tot.* & cum Bologneto, & aliis Marius Giurba *de ſucceſſ. feud. § 2. gloſ. 1 n. 35.* Gabr. Pereyr. de Caſtro *d. deciſ. 5.* maximè *a n. 4. vſque ad fin. & dec. 48.* & in Commendis D. Ioan. à Solorzan *tom. 1. lib. 2. cap. 16. num. 97.*

Sed pro contraria parte, meo iudicio, magis vr- 192
gent ſequentia: Primò, quia ordo præſcriptus à iure eſt quod primo gradu deriuetur ſucceſſio per lineam ſeu canalem deſcendentium; & poſt eam finitam, per lineam aſcendentium; & vltimò per lineam tranſuerſalium *l. leg. Stemmata, ff. de gradibus l. 2. 3. & 4 titul. 13. partit. 6. l. 6. Taur.* quæ eſt *lex. 1. titul. 8. lib. 5 Recopilat.* Quem ordinem à iure communi præſcriptum ſequimur etiam in hac linearum ſucceſſione, ſiue materia ſucceſſionis in Maioratibus, de linea in lineam, cùm illi derogatum non inueniam in ſpecie ad ſuccedendum in perpetuis fideicommiſſis ac Hiſpaniarum primogeniis. Ergo idem ordo, qui ſeruari debet de iure communi in qualibet ſucceſſione, ſeruandus eſt in ſucceſſione Maioratus ac perpetui fideicommiſſi.

Secundò, quia non ſolum à iure non apparet lex 193
aliqua quæ in ſpecie Maioratus præferat in ordine ad ſuccedendum lineam tranſuerſalem; imò de iure no-

ſtro expreſsè deciſum eſt quod debeat præferri deſcẽdentium linea, deinde linea Aſcendentium ad quam deriuatur ſucceſſio Maioratus, & cuiuſcumque temporalis ſeu perpetui fideicommiſſi, & poſtremò ad lineam collateralium: *l 27. Taur.* hodie *l. 11. tit. 6. lib. 5. Recop.* ybi ad ſuccedendum per ſubſtitutionẽ in temporalibus, & in perpetuis vinculis, fideicommiſſis, & Maioratibus primò vocatur linea deſcendentium, & in eius defectum linea aſcendentium, & poſtremo linea collateralium.

194 Tertiò, quia ſucceſſio Maioratus regulatur per ſucceſſionem ab inteſtato: vt probat D. Molina *lib. 3. c. 9. n. 11.* per *l. fin. C. de verb. ſignif. gloſ. verb. moreretur, in l. cum ita legatur § in fideicommiſſo de leg. 2.* Pereyta de Caſtro *d. deciſ 5. n. 4. in fin.* D. Ioan à Solorzano *de Indiar. guber lib. 2. c. 17. n 16* Fuſar. *q. 481. n. 1. & q. 484.*
195 *n. 11.* Sed ſic eſt quod pater, & quilibet aſcendens præfertur in ſucceſſione ab inteſtato fratri defuncti, & alij tranſuerſali. *Authent. defuncto, C. ad Tertyllian. l. 4. tit. 13 partit. 6. l. 6 Taur. l. 1 tit. 8. lib 5. Recop* Ergo debet præferri in ſucceſſione Maioratus.

196 Quartò, nam in Maioratus ſucceſſione proximitas vltimi poſſeſſoris eſt attendenda, & eius reſpectu metienda: quæ verior in iudicando, & conſulendo opinio eſt: ideo proximior reſpectu vltimi poſſeſſoris præferendus: Soc *in l. ſi cognatis n. 40. ff. de reb. dub. & in l heredes mei, §. cum ita n. 21. ff. ad Trebel.* D. Molina *lib. 3. c. 9 à n. 11. vſque ad fin.* vbi etiam Addition. Peregrin *de fideic art. 20 à n. 1.* Micres *part. 2 q. 8. à n. 2.* Molinus *de ritu nupt lib 3. q. 24. à n. 332.* vbi *in n. 333.* allegat pro hac parte idem patrocinantes 67. Doctores Hiſpanos, Italos, & Gallos; Vincent. Fuſar, *quæſt. 484. à n 10 vſque ad 16.* per text. *in l. cum ita, §. in fideicom. ff. de l. 2.* & per ſuperiores rationes de-
197 cidendi quas refert Vincent, Fuſar. *d. q. 484 n. 15.* Sed ſic eſt quod pater eſt proximior agnatus filio, *l. 1. in princ. & in §. primo gradu, ff. de gradib. §. primo gradu, & § ſecundo Inſtit. de gradib. cognat. l. 4. tit. 6. partit. 4.* ergo pater tanquam proximior vltimi poſſeſſoris debet præferri.

198 Quintò comprobatur, quia pater, & quilibet aſcendens tanquam proximior admittitur, & præfertur ad retractum rei à filio, ſeu ab alio deſcendente venditæ: Tiraquel. *de retract. ad fin. tituli, n. 92. & 93.* Matienço *in l. 7. tit 11. lib. 5. Recop. gloſ. 4. num. fin.*

199 Sextò, & vltimò, quia dignitas, & nobilitas à filio aſcendit ad patrem: Ant Gama *deciſ* 111 Phœbus *deciſ. 155.* Aloyſ Ric. *in praxi Eccleſiaſt. q. 545.* Et tanquam veriorem opinionem contra Ioan. Garcia, & alios ſequitur Fontanel. *dec. 229 à n 9 cum ſeqq.* per text. *in §. Generaliter, Auth de conſtitut. & dignit. & l. moris, §. parentes, ff. de pœn.* & quia pater & filius vna eademq; perſona quoad ius reputantur, *l vlt. C. de impub.* ergo idem dicendum eſt quoad ſucceſſionem Maioratus.

200 Quibus ex fundamentis & aliis infrà dicendis, quæ firmiora hæc reddent, pro patre quidem ſiue linea Aſcendentium eſſe iudicandum cenſeo; & pro hac validiori opinione ſine aliquo iudicarem ſcrupulo, & conſtanter conſulerem, ac eam publicè intrepidè in Scholis defenderem; cum minimè obſtet contrarium primum fundamentum deductum ex *cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.*

201 Nam argumentum de feudo, ac eius ſucceſſione ad Maioratum, non procedit, niſi militet eadem ratio; maximè quando iura feudalia, quæ ſunt conſuetudines locales non ſint contra ius commune: probat Parladorus *different. 19. inter feudum & Maioratum, per totam,* & in *n. 10.* poſt Palac. Rubios *in rub. de donat. §. 69 n. 40.* Roderic. Suar. *in l. Quoniam in prioribus, dub. 11.* D. Molina *lib. 1. c. 7. n. 5. & 6.* D. Couar. *variar. lib. 1. cap. 15. n. 14.* Roxas *de Epitome ſucceſſ. cap. 20. n. 89.* Micres *p. 2. q. 6. à n. 20.* Henric. Roſental. *de feud. c. 10. concl. 11. n. 3 verſ. Scilicet vbi eadem ſubſiſtit ratio, nec reperiatur aliud apertè deciſum.* Aluar. de Valaſco *in axiom. iur. lit. A. n. 415.* & alij de contrario *ſup.* relati.

Et deciſio textus *in d. cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* 202
non ſolum contra ius commune; imò etiam eius ratio decidendi taliter ſpecialis eſt in feudis, quod in nihilo conueniat nec militet in Maioratibus: cùm ratio, qua deciſum eſt in feudis, quod non ſuccedat pater, nec ſucceſſibilis ſit linea aſcendentium, ea ſit quia iure feudi perſonale ſeruitium ac obſequium domino debetur: *cap. 1. de forma fidelit.* & ſeruitium perſonale melius præſtare poteſt per iuuenes, ex quibus naturaliter componitur linea deſcendentium, & tranſuerſalium, quam per ſenes ex quibus componitur linea aſcendentiũm: quia ſenes à communiter accidentibus & ſecundum naturam, cum ſenectus ipſa ſit morbus, ſemper ſunt impediti ad ſeruitium perſonale præſtandum. Quam reddunt rationem *in d. c. 1. de natur ſucceſ. feud.* Iacob. de Bellouiſo, Nicol. de Neapolis. & Curtius iunior *de feud p 3 prim. membro 2. n. 45.* Chaſſaneus *in conſuet. Burgund. rub. 7. de ſucceſſ. §. 6. num. 6.* dum dicit: Prima ratio eſt, quia non præſumitur, quod pater, & aſcendentes recipientes feudum tanquam ſeniores poſſint ita bene adiuuare Dominum, ſicut deſcendentes iuuenes, cum virtus in iuuenibus ſit potentior, quam in ſenibus *l. 1. C. de Athlet. lib. 10.* & in *n. 7.* hanc vt veriorem cum Curtio iuniore defendit.

Niſi ſequi velis aliam, quam alij ſequuntur, ratio- 203
nem Vldarici Zazij, qui in *tract. de feud. part. 8. n 3.* ita dicit: Aſcendentes in ſtipite non ſuccedunt filiis, ſeu nepotibus ſecundum feudales conſuetudines: *cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* Ratio eſt viua, quia ſi feudum eſt antiquum, tunc impoſsibile eſt quod pater filio ſuccedat, vel auus, vel proauus, cùm feudum à patre, vel auo mortuis in filium defluat: Si autem feudum nouũ, & alicui conceſſum, eo ſine deſcendentibus decedente, feudum ad Dominum reuertitur, & non ad patrem, nec auum, contra leges Romanas *d. cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* Quas rationes amplecti videtur Henriquus Roſental. *de feud. cap. 7. concl. 14. n. 3. & 4.*

Et ſiue hæc, ſiue alia ratio verior ſit, nulla adapta- 204
tur cum ſucceſsionis natura in Maioratu; cùm in ea requiratur obſequium, nec aliquod ſeruitium perſonale, prout requiritur in feudo, nec aliquo caſu ad inſtituentem etiam nouus Maioratus reuerti debet: diuerſa etenim ratio eſt in Maioratu, nempe conſeruatio familiæ, atque memoriæ fundatoris.

Ad ſecundum argumentum reſpondit ipſemet Bald. 205
volum. 3. d. conſ. 339. n. 2. verius eſſe quod pater contineatur in eademmet linea filij, quod ita probat: in contrarium videtur per *l. 1. C. de cond. inſert.* & quia certum eſt quod continetur pater: nam quod ipſe ſit de propinquioribus ex linea, ſeu prole, non dico ſua, quia nemo eſt propinquior ſibi ipſi, cum nemo ſibi ipſi faciat gradum, tamen pater reſpectu filij propinquitatem, & lineam includit, quod ſic demonſtratiuè probatur. Pater eſt caput lineæ *vt Inſt. de gradib. & ff. eod. l. Iureconſult.* ſed certum eſt, quod caput eſt de corpore, vt *ff. de religioſ. & ſumpt funer. l. cum in diuerſis*; ergo pater eſt de corpore & de linea propinquitatis. Modo probo, quod idem ſit in tranſuerſalibus aſcendentibus, quia ipſi ſunt capita illius lineæ; ergo continetur appellatione lineæ, item propinquorum, ſiue proximiorum, vt *ff. de bon. poſſ. l. cum quidam. Inſt. de l. agnatorum ſucceſſ. § proximus:* ergo ſequitur, quod ſiue affirmatiua linea proferatur, hoc generali ſermone includuntur, negatiuè videlicet in excludendo, & affirmatiuè includẽdo. Et confirmantur prædicta viſuali exemplo:

exemplo : finge hominem in cruce, brachiis extenſis,
ibi eſt caput aſcendens,& pedes deſcendentes,& bra-
chia partes tranſuerſales,& ex vno trunco omnia. Se-
cundò, cõſiderata mente defuncti, cui' prudens conſi-
lium animaduertitur, quia non conſiderauit extraneas
perſonas eſſe de proprio genere ſcilicet Auunculos,&
materteras : & patrui, & amitæ non continentur illo
ſermone, quia nõ videtur ſenſiſſe de ſic eatraneis,&c.

206 Nec etiam refragatur tertium contrariũ argumen-
tum: quia licet verum ſit quod ſucceſſio debeat deri-
uare ſuum curſum ad inſtar fluminis, quia naturaliter
influit in proximum canalem: nec reuertit aut regur-
gitat ſupra caput ſuum ; at in caſu propoſito, quando
inſtituitur Maioratus in filio,& eius deſcendentibus,
ac deficit ſine eis, ſi per mortem filij deueniat ſucceſſio
Maioratus ad patrem,& ſic ad lineam aſcendentium,
tunc propriè dicere non potes quod ſucceſſio reuer-
tit, vel retrocedit, cũ tunc aqua ſucceſſiones nõ deriuet
à patre, nec fecerit tranſitum per patrem vel alios, ea
quibus componitur linea ſeu canalis aſcendentiũ; imò
nouum incipit curſum per alium canalem : ideò hoc
caſu , ſucceſſionem dicendum eſt, non percurrere ad
inſtar aquæ fluminis, ſed ad inſtar aquæ fontis, quia in
filio à principio tanquam in fonte collocata fuit ſuc-
ceſſio,& ab hoc fonte deriuanda erat in primis per li-
neam ſeu canalem deſcendentium, ſed cum aditus hu-
ius canalis ſit obſtructus ſiue præcluſus , magis natu-
rale eſt, quod aqua huius ſucceſſionis vertatur de fon-
te in alium canalem magis immediatum & cum magis
immediata ſit linea, ſeu aſcendẽtium canalis, quàm li-
nea tranſuerſalium, quia hæc ſtat continuata filio di-
207 rectè, ac immediatè, alia verò ex tranſuerſo : Sequitur
quod naturaliter deriuare debet eius curſus per hunc
canalem proximiorẽ ab ipſo fonte, & non per alium
ex tranſuerſo remotiorem Quod probatur ea ipſomet
textu de contrario allegato *in l. Iuriſconſult. §. gradus,
ff de gradibus*, ibi : *Gradus, quos ita ingredimur , vt à
proximo in proximum, id eſt in eum, qui quaſi ex eo na-
ſcitur tranſeamus.*

208 Nec minus impedit quartum fundamentũ contra-
rium ex *l. 2. tit. 5. partit.* 2. nam ibi non venit in conſide-
ratione linea aſcendentiũ ad ſuccedendum in Regno,
ea eo quod excogitari nõ poteſt caſus , quo incipiat à
filio ſucceſſio Regni , & quod per eius mortẽ abſque
prole Regia, contendat pater cũ alio filio. Quia ſucceſ-
ſio Regni cũ ſit de Maioratu antiquiſſimo ſemper de-
riuatur ad filios per mediũ patris, qui ſucceſſurus fuit,
209 vel ſucceſſurus erat in Regno. Niſi aliàs eueniat, prout
aliquando contingit : Tum quod ſucceſſura in Regno
contrahat matrimonium cum ſuo conſanguineo etiam
ea ſua Regia ſtirpe procedẽte,& duos genuerit filios,
quorum maior per mortem matris ſuccedat in Re-
gno, & eo mortuo ſine prole, contendat pater, & al-
ter filius : de quo caſu infrà dicam reſpondendo ad
ſeptimum contrarium argumentum.

210 Tum quod pater verus ſucceſſor cedat ſeu refutet
regnum in eius filium maiorem, qui decedat ſine filiis,
ſuperſtite patre , & alio filio vltimi poſſeſſoris fratre,
quia etiam hoc in caſu regnum deuoluitur ad patrem
*cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. qui feudum refutauit, vt filij
inueſtirentur*: Aluarot. *in cap vnic. de natur. ſucceſſ. feud.
n. 7* & *ibid* Math de Afflict *n. 2.* Vdalric. Zaſius *de feud.
p. 8. n. 4.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. rub. 7. §. 6 n. 12.* Curtius
iunior *de feud. p. 3 memb. 2. n. 413.* Mynſing. *obſeru. 93.
cent. 3.* Henric. Roſent. *de feud. c. 7. concl. 14. n. 8.* vbi dicit
quod veriſſimum eſt, nec quiſquã diſſentit : Surd. *conſ.*
446. *per tot.* maximè *in n. 17. & 18.* Marius Giurba *de
ſucceſſ. feud. inter aſcend. & deſcend. §. 2. gloſ. 1. num. 36.*

211 Ad quintum contrarium fundamentum facile re-
ſpondetur, nihil ad rem, quod pater non poſſit repræ-
ſentare filium: quia nec etiam frater, nec alius ea tranſ-
uerſo eum repræſentat, ideo non pertinet quæſtio ad
repræſentationis materiam, ſed ad prælationem linea-
rum, nam cùm finita ſit in filio eius linea, neceſſe eſt
quærere aliam lineã per quam ingrediatur ſucceſſio.

Ad 6. fundamentũ ex *l. 27. Taur.* reſpondetur: quod 212
ibi filius naturalis, cùm ſit de deſcendẽtibus, iudicatur
tanquam ex linea recta deſcendentiũ, quæ obtinet pri-
mum locum,& poſt eam lex vocat lineam aſcenden-
tium,& tertio loco lineam collateralium Et difficultas
huius noſtræ quæſtionis non vertitur inter eos , qui
ſint ex linea deſcendentium, & eos, qui ſunt ea linea
aſcendentium , vel inter eos qui ſunt ex linea aſcen-
dentium , & linea tranſuerſalium. Ideo retorque-
tur argumentum, quia in *dict. l. 27. Taur.* apertè deci-
ſum extat, quod præferantur qui ſunt ex linea aſcen-
dentium eis, qui ſunt ex linea tranſuerſalium.

Vltimum tandem diſſoluitur ex eo, quod ſi pater in- 213
grederetur ſucceſſionem Maioratus in caſu de quo Pe-
reyra de Caſtr. *in d. deciſ. 5. per tot* & maximè *n. 7. & fin.*
Veluti quando pater contraxit cum conſanguinea ex
eius familia, quæ cõſanguinea Maioratum poſſidebat,
& duos, vel plures habens filios, mortua vxore, ſucce-
dat maior ; & eo abſque aliqua prole decedente, poſt
eius mortem pater ſuper dicti Maioratus ſucceſſione
contendat cum ſuo ſecundo-genito filio, vel cum alio
tranſuerſali ex linea contentiua vxoris ſuæ conſangui-
neæ : Sequeretur contra iuris regulam principaliter à 214
nobis traditam in hac materia, & contra ordinem à
l. 27. Taur. præſcriptum, quod qui ſunt ea linea aſcen-
dentiũ præcederent in ſucceſſione eos qui ſunt ex li-
nea deſcendentium,& quod ſucceſſio Maioratus, per
ſaltum de vna linea ad aliam fieret tranſitus. Ideo Se-
natus Luſit. in *d. deciſ. 5.* iuſtè contra patrem cenſuit in
fauorem filij. Quia ſecundo-genitus reſpectu matris
reſidebat in linea deſcendentium,& legitimæ ſucceſ-
ſuræ, ac poſſeſſoris,& in caſu principali deciſionis, ille
tranſuerſalis, qui cum patre contendebat, erat de linea
contentiua matris, & vltimi poſſeſſoris, ea qua, Maio-
ratus ſucceſſio,& nondum finitis perſonis huius lineæ
matris, ac filij vltimi poſſeſſoris, non debuit fieri tran-
ſitus ad aliam lineam diuerſam, in qua erat pater, ita vt
in Maioratu materno ſicuti in feudo materno, in quo
pater non ſit comprehenſus, neque ad eum magis quã
quemuis extraneum iure ſucceſſionis pertineat : Iaſ. *in
l. Gallus §. etiamſi à parente n. 14 de lib. & poſth. in c. 1.
de natur. ſucceſſ. feud n. 8.* & cum aliis Henric. Roſent.
de feud. c. 7. concl. 14. n. 12. prout tenet Pereyra de Caſtr.
d. deciſ. 5. n. 6. vnde rectè ibi iudicatum fuit iuxta leges
ac linearum regulas.

Idem reſpondeas ad Pereyr. de Caſtro alibi, in *de-* 215
ciſ 48. à n. 1. Ibi enim rectè fuit iudicatum contra ma-
trem vltimi poſſeſſoris in fauorem conſanguinei tranſ-
uerſalis, quia ſola materna qualitas, niſi ex parte ſuc-
ceſſibili, eſt impertinens : *c. 1. §. his vero, poſt principiũ,
de ſucceſſ. fratrum*, Ripa, Dec. Tiraq. & alij, quos allegat
Pereyr. *n. 2.* & mater ex illa parte ſucceſſibili in caſu
de quo in *d. deciſ. 48.* erat vno gradu remotior ; nam
Ant. de Mouta pater Rei , cum quo litigabat mater,
erat in ſexto gradu conſanguinitatis cum vltimo poſ-
ſeſſore ; mater verò erat in ſeptimo gradu. Et in ſimili
caſu ita fuit iudicatum in hac Regali etiam Cancella-
ria Granatẽſi, in lite inter incolas de Medina Sidonia.

Sed quando ex parte ſucceſſibili pater , aut mater 216
vltimi poſſeſſoris non eſt in remotiori gradu, vel linea
poſteriori , tunc in fauorem patris , vel matris vltimi
poſſeſſoris debemus iudicare ; quod colligitur ex *dict.
deciſ. 48. num. 1. & 2.*

Et ea *deciſ. 5.* colligitur etiam, quod quando finita 117
fuit linea deſcendentium vltimi poſſeſſoris , contra-

Digitized by Google

rium iudicandum eſt, iuxta noſtram ſententiam; quæ iam à ſuis contrariis torque impugnatoribus libera, atque meo videri victrix euadit, cum dictis declarationibus, atque expoſitionibus, ſiue limitationibus.

218 Sed ſi fortè tibi ſingularis mea opinio videatur, & conniuentibus oculis ad noſtra fundamenta, magis ſuadeat authoritas magna D. Gr. Lop. Matiençi, Azeuedi, Velaſquez de Auend. Aluaradi, & Marij Giurb. quam noſtræ *l.27. Taurinæ* nouiter à nobis traditæ, & ponderatæ interpretatio; aduertas obſecro, quod eorum opinio contraria has admittit ſine contradictore limitationes.

219 Primò, quando ipſe pater fuiſſet inſtitutor Maioratus: ita tenet D Ioan. à Caſtil *d. lib. 5 cap.* 140. *verſ. Et in primis Conſtituo.*

220 Secundò limitatur, quando Maioratus eſſet inſtitutus in filio contemplatione patris, vel ob eius merita: *l. ſed etſi plures §. in arrogato, ff de vulg. & pupillar. ſubſtit. l. dedit dotem, ff. de collat bonor. l. Anm, ff. de iur. dot. l. fin. C de vſufruct.* Aluarotus, & alij plurimi *in d. cap* 1. *de natur. ſucceſſ. feud* & maximè Afflictis *n* 2. Chaſſaneus *in conſuet. Burgundiæ, rub.* 7. §. 6. *n.* 11. Tiraquel *in l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, à num.* 11. Curtius iunior *de feud part.* 3. *memb.* 2. *n.* 44. Henricus Roſental *de feud cap.* 7. *d. concl.* 14 *n.* 19. cum aliis relatis *lit. S.*

221 Tertiò limitatur, ſi inſtitutus ſit Maioratus in filio, legibus, & iure alterius Maioratus antiqui, in quo vocatus ſit pater tanquam de familia: Henricus Roſental. *de feud. d. cap.* 7. *concl.* 14. *n* 20. vbi reddit rationem ibi: *Nam agnati ſuccedunt, etiamſi ex acquirente non deſcendant, puta Collaterales ſuperiores, fortius igitur aſcendentes in linea recta exiſtentes agnati & ipſi & ſic in ſpecie determinat.* Scrader. *de feud. part.* 7. *cap.* 6. *n.* 4. *in fin.* Patet enim filio agnatus eſt, per text. *in* §. 1. *Inſt. de leg. ſucceſſione.*

222 Quartò denique limitatur, quando conſuetudine, lege, vel ſtatuto cauetur, quod poſt mortem filij ſine legitima prole ſuccedat pater, Chaſſaneus *in conſuet. Burgundiæ, rub* 7. § 6. *n.* 10. & cùm *lege noſtra Regia* 27. *Taur* hoc idem ſtatutum ſit, minimè dubitandum eſt de noſtra opinione, maximè in noſtra Hiſpania. De aliis limitationibus non curo, videre eas potes per Chaſſan. *in d. rub.* 7. §. 6. *à n.* 8. ac Henric. Roſental *de feud. d. cap.* 7. *concl.* 14. *à n.* 9. & per alios quos referunt; ideo ad paternam, & poſtea ad maternam lineam nos conuertamus.

---

§. XV.

De linea Paterna.

223 Linea paterna eſt illa cuius caput eſt Pater: Bart. *conſ.* 56. incipit, *In quæſtione prædicta.* Bald. *conſ.* 339. *n.* 2. *lib.* 3. Socinus *conſ.* 31. *n.* 8. D. Couar. *in Epitome de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 6. §. 6. *n.* 8 Carol. Ruin. *conſ* 23. *n.* 6. *vol.* 3. Burgos de Paz *conſ.* 29. *num.* 19. Roland. à Valle *conſ.* 23 *n.* 28. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 327. *n.* 32. Mieres *p.* 2. *quæſt.* 6. *n.* 64. & *q.* 7. *n.* 29. & 46. Pat. Thom. Sanch. *de matrim. l.* 7. *diſp.* 50. *n.* 2. *in fin.*

224 Sed an linea paterna debeat accipi effectiuè, vel comprehenſiuè ſub qua pater contineatur, quæſtionis eſt: nam ſi accipiatur effectiuè, aliàs materialiter, comprehenduntur liberi & ſolum à patre deſcendentes: ſi autem comprehenſiuè, aliàs ſubiectiuè, comprehenduntur tranſuerſales deſcendentes ab eodem ſtipite: ideo videas Bald. *in conſ.* 134. *à n.* 7. *lib.* 3. Socinus *in l. Gallus, §. nunc de lege, n.* 2. *ff. de liber. & poſthum. & d. conſ.* 33. *n.* 9. Decius *conſ.* 279. *n.* 1. Hondedeus *conſil.* 4. *à n.* 22. Ancharan. *conſ.* 95. *à n.* 7. Menoch. *conſ.* 233. *n.* 18. *lib.* 3. Ant. Capycius *deciſ.* 159 *n.* 6. Burgos *conſ.* 29. *n.* 27. Ozaſcus *conſ.* 74. *n.* 10. Auguſt. Beroius *conſ.* 77. *num.* 1. *lib.* 2. Mieres *part.* 2. *d. q.* 7. *n.* 47. & 48. & ſupra omnes Philip Paſchal. *de patr. poteſt. p.* 4. *c.* 9. *n.* 72. & 33. vbi cum magiſtrali diſtinctione ſe habet.

225 Et quando per clauſulam in inſtitutione Maioratus vocantur ad eius ſucceſſionem deſcendentes per lineam paternam, tunc non veniunt deſcendentes ex fœmina ab eodem patre procedentes, quia per fœminam rumpitur linea paterna, à qua incipit agnationis origo: *l. Iuriſconſultus §. agnationis, ff. de gradib.* Nam fœmina eſt finis propriæ familiæ, *l. pronuntiatio, §. fin. ff. de verb ſignif.* Ita tenent Curtius iunior, *conſil.* 5 *n.* 24. & 29. Carol. Ruin. *conſ.* 141. *n* 21. *lib.* 5. Peregr. *de fideicom art.* 26. *num. fin.* Vincent. Fuſar. *q.* 346. *n* 4. & *n* 49. Barboſ *appellat.* 35. *verb. linea n.* 10.

226 Attamen aduertendum eſt, quod idem eſt dicere *de linea Paterna*, quod ex *parte Patris*: Curt. iunior *conſ* 5. *n.* 24. Cephal *conſ.* 591. *n.* 3 *vol.* 4. Mieres *part.* 2. *d. q.* 6. *n.* 68. Auguſt. de Barboſ. *ver. Linea: appell.* 135. *num* 21. Vincent Fuſar. *quæſt.* 34. *n* 3.

227 Quo equidem retento, inter plurima dubia, quæ hinc excitari poſſunt, vnum tamen non omittam tanquam vtiliſſimum, & quod ſæpè ſæpiùs contingere ſolet, ad intelligentiam *noſtræ l.* 27. *Taur l.* 11. *tit.* 7 *lib.* 5. *recop.* in illis verbis: *Entre ſus aſcendientes.* Et maximè illic: *Sus parientes.* An debeant intelligi de aſcendentibus, vel tranſuerſalibus ex linea paterna, ſiue ex parte patris, ſi pater fuerit inſtitutor, qui iure perpetui fideicommiſſi, ſiue Maioratus prælegauit Tertium ſuorum bonorum; an de linea, ſeu ex parte filij grauati ſeu prælegatarij meliorati?

228 Quod apertiùs hoc exemplo de facili contingibili demonſtrabo. Pone quod pater in fauorem ſui filij, ac ipſius deſcendentium Maioratum inſtituit, de Tertio, & Quinto bonorum ſuorum, & deficientibus omnibus à patre deſcendentibus, & vltimo deſcendente filio grauato nepote, vel alio deſcendente abſque liberis, relicto tranſuerſali proximiore ex parte matris, & alio tranſuerſali in gradu remotiori ex parte patris, & inter eos fiat contẽtio ſuper ſucceſſione Maioratus ex vocatione legali, ſuper ſupplementũ ipſiuſmet *l* 27. *Taur.* cauſa perpetuitatis quam Maioratus requirit.

229 Vel finge quod factis à patre omnibus vocationibus per ordinem gradualem à *l.* 27. diſpoſitam, ſcilicet primo vocatis deſcendentibus, poſtea aſcendentibus, & Tertio loco conſanguineis tranſuerſalibus, tandem pater vocauerit extraneum: & mortuo filio meliorato abſque deſcendentibus ſuperſit einſdem filij Patruelis, vel alius tranſuerſalis ex parte matris, qui contendat cum extraneo, ex eo quod dicat verbum, *Sus parientes*, referri debere ad lineam ex parte filij; at extraneus contendat referri ad lineam tantùm ex parte patris.

230 Doctores noſtri, ſiue Regnicolæ non mouent hanc difficultatem ſuper caſibus à nobis propoſitis, ſed ſolum excitant nudũ hoc dubium, An verba *l.* 27. *Taur. entre ſus deſcendientes, ſus aſcendientes, ſus parientes,* ĩtelligi debeant ex patre ſeu linea patris meliorantis an verò ex patre filij meliorati?

231 Sed eo quod ex reſolutione huius dubij dependet deciſio ad caſus prædictos, & alios ſimiles, ideo recurramus ad Regnicolas ſuper hoc dubio. Velaſquez de Auend. *in d. l.* 27. *Taur. gl.* 1. *n.* 5. 9. & 10 fortiter defendit quod verba prædicta debent referri ad filios, ſeu deſcendentes meliorati ſeu prælegatarij: & hiſce probac fundamentis additis, & corroboratis ita ſic: In primis, quia Tertium bonorum de quo pater diſponit iure Maioratus eſt legitima inter filios, & deſcendẽtes eorum: *l.* 9. *tit.* 5. *lib.* 3. *fori legum*, D. Molin. *lib.* 2. *c.* 21. *n.* 3.

Angulo

Angulo *de melior. in rub. n.* 77. Et poſtquam in eo filius melioratur, efficitur eius proprium patrimonium, & ſubſtantia, & cum videretur durum, quod in Tertio, legitima nempe, ſeu proprio patrimonij filij pater poſſet ſubſtituere ſuos deſcendentes, aſcendentes, & tranſuerſales, & eos anteponere filiis deſcendentibus, aſcendentibus, ac tranſuerſalibus ex parte filij, cuius res eſt.

232 Ideo intelligere debemus quod legiſlator ſequutus æquitatem, reſpiciens ad rem tanquam ad bona filij, de ipſius deſcendentibus, aſcendentibus, ac tranſuerſalibus ſenſit; aliàs ſequeretur, quod ſi de deſcendentibus, aſcendentibus, ac tranſuerſalibus ex parte tantũ patris ſenſiſſet, poſt mortem filij meliorati ac grauati ſuccederet in Maioratu non deſcendens ex filio grauato, ſed eius frater tanquam deſcendens a patre grauante ac meliorante, contra regulam de ſuccedendo in Maioratu per lineam rectam deſcendentium, & contra naturalem æquitatem de præferendo filium patruo in bonis patris, ac eiuſdem legitima.

233 Quapropter ratiu decidendi, qua moti fuerunt Legiſlatores in *d. l. 27. Taur.* permittetures patri apponere grauamina in melioratione Tertij bonorum, cũ ſit legitima filiorum, cafuit, ne poſſint extraneos vocare, niſi priùs vocatis deſcendentibus, aſcendentibus, & tranſuerſalibus, & ſeruato ordine inter eos: *d. l. 27. Taur.* contenta ibi, *Contanto*, vbi Angulo *gloſ. 4. n. 1.* & inferiùs ibi: *Y que de otra manora no puedan poner grauamen alguno, ni condicion:* D. Molin. *lib. 2. c. 11. n. 12.* maximè *à n. 14.* Ergo hoc fuit decisum fauore filiorũ, ac eorum contemplatione, ex eo, quod conſiderata ſunt illa bona, tanquam ipſorum legitima propriumque patrimonium.

234 Secundò argumentatur ex deciſ. text. *in l. Humanitatis C. de impub. & alior. ſubſtit.* vbi facultas, quam lex conceſſit patri, ad hoc vt poſſit exemplariter ſubſtituere filio mente capto, furioſo, vel alio morbo aut vitio laboranti conceditur, dummodo primo loco ſubſtituat liberos, ac deſcendentes ipſius furioſi, ibi: *Non liceat parenti, qui, vel quæ teſtatur, alios quam ex eo deſcendentes vnum, vel certos, vel omnes ſubſtituere*, & inferiùs: *Sin vero etiam liberi teſtatori vel teſtatrici ſint ſapiẽtes, ex his vero perſonis, quæ mente captæ ſunt, nullus deſcendat, ad fratres eorum vnum, vel certos, vel omnes, eãdem fieri ſubſtitutionẽ oportet, l. 11. tit. 5. partit. 6.* Ergo eadem forma debet intelligi facultas patri conceſſa per *l. 27. Taur.* nempe de deſcendentibus, & aliis conſanguineis ex parte filij: quo argumento vtitur etiam D. Molina *lib. 2. cap. 11. n. 13.*

235 Tertiò, nam pronomen ſeu reſcriptum, *ſuis*, ibi, *Sus deſcendientes*, & illic, *ſus aſcendientes*, & poſtea, *ſus parientes*, debet referri ad filios tanquam ad proximos præcedentes, & non ad patres teſtantes, qui ſunt remoti in oratione, de quibus *in princ. legis* mentionem facit, cum ad proximiorem nominatum, & immediatum ſemper debeat referri: Card. Seraphin. *deciſ.* 989. Menoch. *conſ. 328. n. 14.*

236 Sed quod prædicta verba debeant intelligi de deſcendentibus, aſcendentibus, & tranſuerſalibus ex parte parentis qui prælegauit, tenent Tell. Fernand. *in d. l. 27. Taur n. 7.* Matienço *in l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopilat. gloſ. 4. n. 5.* Angulo *in d. l. 11. gloſ. 4 n. 10. & gloſ. 9. n. 3.* Io. Gutier. *pract. lib. 3. q. 53. per tot.* vbi *n. 2. & 3.* hanc ſuam contrariam ſententiam probat, & ad contraria fundamenta reſpõdit, licet meo videri, non ſatis concludenter. Quod vtrumque apud eum legere, & vim ſuorũ argumentorum, ac reſponſionum ponderare poteris.

237 Ego autem in re non leuiter dubia decreui conficere vnum ex duobus, & ita eorum DD. duas componere opiniones, mediam viam eligens; nam reſoluendum cenſeo, quod *d. l. 27. Taur.* intelligitur de deſcendentibus, aſcendentibus, & tranſuerſalibus tam ex latere meliorantis quam ex parte meliorati, non ſolùm cumulatiuè, ſed etiam diſiunctiuè; attamen cum prælatione eorum qui ex vtraque parte ſint coniuncti, ad hoc vt in primis debeant ſuccedere, & poſtea, qui coniuncti ſint ex parte tantum filij grauati.

238 Itaque obſeruandum eſt, quod dum extent conſanguinei filij ex parte patris, hi ſuccedant, & poſtea conſanguinei ex parte tantum filij, veluti vterini, & omnes qui ei coniuncti fuerint per lineam maternam: ſi pater fuit qui meliorationem fecit.

239 At verò ſi mater fuit meliorans, ſuccedent in primis omnes, qui filio coniuncti fuerint per lineam maternã; & his deficientibus omnes, qui filio ſunt coniuncti ex parte ac linea paterna; & niſi omnib⁹ his ab vtroq; latere grauati extinctis, extraneus admitti nequeat.

240 Quamobrem dum poſſibile fuerit ſuſtinere, ac non infringere regulam, quam debemus inuiolabiliter obſeruare in ſucceſſione Maioratus, hæc eſt; quod conſanguinitas, & proximitas vltimi poſſeſſoris ex ea parte proueniat, ex qua ſucceſſio prætenditur: *l. cum pater 77. §. cum inter, ff. de legat. 2.* vbi probatur ab ſpeciali: Ant. Gamma, *deciſ. 248. n 4.* vbi etiam cum multis Addition. Flores Diaz de Mena *in deciſ. 7. verſ. vlt. caſus.* D. Molin. *lib. 3. c. 9. n. 2.* vbi Addition. *verſ. principalis concluſ.* P. Molin. *de iuſt & iur. tr. 2. diſp. 627. n. 11.* D. Io. à Caſtil *lib. 5. c. 93. §. 13. n. 3.* Paz *de Tenuta, cap. 26. n. 23.* latè Mieres *part. 2. q. 7. à n. 20.*

241 Et cùm videatur quod ſit inſtitutor non ſolum pater melioraus, ſed etiam filius melioratus, ex cuius legitima inſtituitur Maioratus, dicendum eſt, quod in primis ſuccedant conſanguinei filij, vel alterius, deſcendentes ex parte ſeu linea paterna; & his non exiſtentibus, ſuccedant cognati ex parte filij meliorati. Quod probatur duobus hiſce mediis.

242 Primum eſt, quia filius melioratus debet reputari tanquam inſtitutor Maioratus: quod deducitur, ſi attentè perſcruteris rationem, qua moti fuerunt legiſlatores *in d. l. 27. Taur.* ad hoc vt permitteretur parentibus grauare Tertium bonorum, cùm ſit legitima filiorum reſpectu aſcendentium, tranſuerſalium, & extraneorum: D. Molina *lib. 2. cap. 11 n. 3.* vbi etiam Additionatores *ad n. 11. vſque ad* 17.

243 Quam legitimam de Iure parentes grauare non poterant, neque ex ea inſtituere Maioratum abſque conſenſu filiorum, quorum nomine lex conſentit in grauamine, & quibuſcumque vinculis atque ſubſtitutionibus ſub illa conditione ſubſtituendi in primis deſcendentes legitimos, poſtea naturales, tertiò aſcendentes, quartò tranſuerſales, & tandem poſt eos, quoſcumque extraneos: ibi, *con tanto, &c.* Quod omne abſque conſenſu filiorum parentes facere non poterant: Palac. Rubios *in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 16. in fin.* Roder Suar. *in l. quoniam in prioribus, ampli. 9. & ampliat. 10. à n. 27.* vbi Additionat. D. Valdes *lit. O. n* 53. Ant. Gomez *var. tom. 1. c. 11. n. 14.* Peralta *in l. cum patronus à n. 8. ff. de leg. 2.* Menchaca *de ſucceſſ lib. 1. §. 10. ad l. quoniam in prioribus, n. 532.* D. Molin *lib. 2. c. 3. n. 35. & 36.* Gutier. *de iuram. confirm. p. 1. c. 19. & in cap. quamuis pactum, verb. omnino ſeruari debet, de pact in 6.* Peregrin. *de fideicom. art. 36. num.* 88. Angul. *de meliorat. l. 11. gloſ. 10. n. 11.* & cum multis aliis D. Ioan. à Caſtil. *lib. 5. cap. 107. n. 46.*

244 Hic autem conſenſus, qui de iure requiritur ad validitatem Maioratus inſtituti de Tertio bonorũ, quæ eſt legitima filiorum, præſtatur ad *l. 27. Taur.* nomine filiorũ ſub illa conditione, *con tanto que, &c* Quia cum ſit derogatoria iuris communis, eam intelligere ac interpretari debemus vt quanto minùs fieri poteſt lædat

ius commune:& ex hoc ſupponere,conſenſum quem præſtat eſſe nomine filij grauati. Ideo neceſſariò reputari debet filius melioratus, ac ita in ſua legitima grauatus, tanquam inſtitutor perpetui vinculi, ſeu Maioratus: ex doctrina Bartoli *in l.cum quis, num 2. & 4. ff.de leg.3. & in l.quæ dotis, ff.ſolut.matrim.n.15.* quam ad id allegat Ant. Gama *deciſ.*218.*n.*4. vbi eſt videndus.

245 Neque ex aduerſo argumentari valet de facultate conceſſa à Rege ad facultatem conceſſam à lege provt in ſpecie agens de *l.*27.*Taur.* & eiuſdem ratione decidendi, probat D. Molina *lib.*2.*cap.*11. *à num.*11. *vſque ad* 17.

246 Secundum medium deducitur ex argumento *leg.*5. *& 6. tit.*13. *partit.*6. quæ etſi procedat in ſucceſſione bonorum allodialium, idem dicere debemus quoad ſucceſſionem bonorum Maioratuum ex Tertio, & Quinto. Succeſſio enim Maioratus regulari debet ad inſtar ſucceſſionis ab inteſtato, provt in caſu de quo loquitur *d. l.*5. *in fin. &* 6. vbi ſi defunctus habet fratrem ex parte patris, & alium ex parte matris, quilibet eorum ſuccedit ab inteſtato in bonis, quæ ex linea ſua peruenerunt ad defunctum; & in aliundè quæſitis ſuccedunt æqualiter: fratre verò aliquo non exiſtente, ſuccedit propinquior conſanguineus defuncti: *l.de emancipatis, & Auth. poſt fratres,Cod. de leg hered* vbi Gloſſ. *ver. filij eorum*, & Gloſſ. fin. *Auth itaque C.communia de ſucceſſ.*

247 Vnde caſus ſupradicti,& alij quamplurimi veniunt decidendi. Ideo quod primum caſum,ſcilicet ſi contendant conſanguineus tranſuerſalis ex parte patris meliorantis in remotiori gradu, & tranſuerſalis ex parte matris filij meliorati in proximiori gradu, licet hic ſit proximior vltimo poſſeſſori, debet præferri in ſucceſſione talis vinculi, ſeu Maioratus ex Tertio & Quinto bonorum ille conſanguineus ex parte patris, quamuis in gradu remotiori, quia concurrit cum duplici conſanguinitatis vinculo ex vtroque latere, tam ex parte patris meliorantis, quam ex parte filij meliorati vltimi poſſeſſoris.

248 Quoad ſecundum caſum, ſi tranſuerſalis ex parte matris filij grauati ſe opponat cum extraneo, quem pater meliorans ad ſucceſſionem Maioratus vocauit, præferri debet conſanguineus ex parte matris filij meliorati, cùm cenſeatur vocatus à *l.*17.*Taur.* ſecundum ordinem ab ea præſcriptum; quia provt reſoluimus, verba *d.l* 27.*Taur* ibi: *Sus parientes*, debent intelligi tam de conſanguineis ex parte meliorantis, & meliorati, quam ex parte meliorati tantum ex linea materna.

249 Et per hanc reſolutionem poteris alios iudicare caſus, obſeruando pro Regulâ ex *l.*17. *Tauri* deducta, quod in prælegato à parentibus facto cum grauamine vinculi, vel Maioratus, inter eius deſcendentes ex Tertio bonorum, debeant in primis ſuccedere deſcendentes, aſcendentes, & collaterales filij grauati ex parte patris, ſeu ex linea paterna; & his finitis, omnes alij tranſuerſales grauati, licèt non proueniant ex parte patris, ſi pater fuit qui meliorauit, ſed ex parte matris.

250 Si verò mater fuit, quæ prælegauit, licèt non proueniant ex eius parte materna, ſed ex parte patris meliorati, nonniſi omnibus filiis deficientibus extraneus admitti debet, ex eo quod conſanguineus ex quocumque latere filij meliorati extraneus iudicari nequit, ſed ex vocatis ſecundum ordinem præſcriptum in *d.l.*27.*Tauri.*

§. XVI.

De linea Materna.

QVod dictum eſt ſuprà de linea paterna, idem dicendum eſt reſpectiuè de linea materna, quæ eſt illa, cuius caput eſt mater: cum Mieres *part.*2. *q* 6. *num.*64 *& quæſt.*7 *num.*29. & aliis: quapropter hic repeti poſſunt quæſtiones omnes, quæ ſuper linea paterna mouentur, ac id ipſum reſoluere de hac linea materna: quibus addo remiſſiuè aliam quæſtionem, de qua nos alibi. 251

§. XVII.

De linea Collateralium.

LInea Collateralis, ſiue tranſuerſalium, eſt illa, quæ componitur ex his, qui ex latere ſiue ex tranſuerſo coniuncti ſunt, à quibus nos non ducimus originem, nec ipſi à nobis, ſed tantum ab eodem ſtipite & ſanguine deſcendimus, provt fratres, & eorum filij, patrueles, Patruus, Amita, &c. *l.*1.*in princ.verſ.Ex tranſuerſo, ff.de gradibus l.*2. *verſ.La otra es que proviene de atrauieſſo, tit.*6.*partit.*4. Pat. Thom.Sanch. *de matrim lib.*7.*diſp.*50.*n.*2.D.Ioan à Caſtil.*lib.*5 *c.*93. *num.*35. *verſ Tandem eſt alia linea collateralis.* 252

Succeſſio autem hanc ex tranſuerſo lineam ingreditur tertio gradu, ſecundum noſtram ſententiam, à nobis ſupra relatam, poſt finitam lineam deſcendentium, & lineam aſcendentium, & non antea: *l.*1. *in princ. & l. ſtemmata* 8. *ff. de gradib. d. l.*2. *verſ. La tercera, tit* 13.*partit.*6. 253

Porro hæc Collateralium linea, de qua in præſenti, quamplurimas pulchras & admodum difficiles quæſtiones in ſe habet, quas ſi hic pertractarem, magnum expenderem volumen: ſed nihilominus illam tantummodo euoluam quæſtionem, vtrum præferatur qui fuerit ex linea tranſuerſali fratris minoris vtrimque coniuncti, vel ille ex linea tranſuerſali fratris maioris conſanguinei tantum in ſucceſſione Maioratus inſtituti per eorum fratrem: v. g. Pone quod fuerunt tres fratres, duo vtrimque coniuncti, ſcilicet ex parte patris ac matris, alter conſanguineus ex parte tantum patris,& vnus eorum frater vtrimque coniunctus inſtituit Maioratum in filium ſuum maiorem, qui deceſſerit ſine filiis, & concurrant ad ſucceſſionem frater minor vtrimque côiunctus,& frater conſanguineus maior ætate, vel eorum filij, ſeu deſcendentes ex linea tranſuerſali collateralium, quis eorum præferri debeat? 254

Pro linea collaterali ex parte conſanguinei tantum fratris, facit text. in *cap.vnic.in princ. & § fin. de ſucceſſ. feud cap vnic. de ſucceſſ.fratrum, vel gradibus ſuccedentium in feudo:* vbi æquè ſuccedere debet conſanguineus frater, licet ex latere tantum patris coniunctus, ac frater vtrimque coniunctus, docetur ex ipſo textu *in d cap vnic.* Bald *num.*1. Raudenſis *n* 15. Aluarotus *n.*3. Afflictis *n.*14. Præpoſitus *n.*3. Bald. iterum *in l.*1 *n.*1.*C.de leg.hered & conſ.*304 *n.*3.*volum.*2. Franc.Curtius *de feud.*3 *part. partis principalis q.*6. *num.*56 Alex.*conſil.*9.*n.*14.*lib.*5.Paul Pariſ.*conſ.*59.*n* 9. *vol.*3. Tiraquellus *de retract.*§.14. *gloſ* 2.*n.*10. Chaſſaneus *in conſuet.Burgun.rubric.*3.§.5.*n* 12.Menoch *conſil.*498. *num* 13. *&* 22. *volum.*5. D.Perez de Lara *de Anniuerſar. lib.*2. *cap.*3. *num* 36. & cum aliorum copia Henricus Roſental *de feud. cap.*7. *concluſione* 57. *num.*1. 255

num.1. & liter. A. Robles de Salcedo de repræſ. lib. 2.
cap. 21. num. 10.

256 Et cum in feudo nihil præponderet illa qualitas
duplicis coniunctionis ; ergo idem in Maioratu di-
cendum eſt : validum eſt enim argumentum de feudo
ad Maioratum, prout dicunt quamplurimi ſupra re-
lati in §. de linea Aſcendentium.

257 Secundò, comprobatur etiam de iure communi,
quia in fideicommiſſis æqualiter ſuccedit frater ex
vno latere, ac frater ab vtroque latere coniunctus.
Colligitur ex textu in l. fin. ff. ad Trebellian. & docet
Bart. in l. Lucius num. 20. ff. de vulg. vbi Ripa num 47.
& Alciatus num. 48. & alij quamplurimi Scribentes,
Socinus in l. cognatus, num. penult. ff. de reb dub. Alex.
conſil. 30 num. 4. lib. 4. D Præſ Couar. pract. cap. 38 n. 2.
Alexand. Trentacinquius de ſubſtitution. part. 3. cap 9.
num. 3. verſ. Secundus caſus, &c. Rolandus à Valle con-
ſil. 100. lib 1. Cardin. Mantica de coniectur. vlt. volunt.
lib. 8. tit. 7. n 3. & tit. 13. n. 2. Peregrinus de fideic. art. 20.
num 12. Parlador. quotid. lib. 3 quaſt. 8 num. fin. Michaël
Craſſus de fideicom. quaſt. 12. in fin Ioan. Per. Surd. con-
ſil. 31 per tot. Simon de Prætis de interpretat. vltim.
volunt. fol. 290. num. 31. & fol 321 n. 18. & fol. 343 n. 47.
& eos, ac alteros referens Vincent. Fuſar. de vulg. ſub-
ſtit. quaſt. 79. à n. 22.

258 Ergo ſi in fideicnmmiſſo nihil operetur illud du-
plex conſanguinitatis vinculum, idem dicendum eſt
in Maioratu, quia valet argumentum de fideicommiſ-
ſo ad Maioratum : D. Molina lib. 1. cap. 1. n. 9. Peralta
in l. 3. §. fideicommiſſa, n. 91. ff. de hared. inſtit. Parlador.
lib. 3. quotid. differentia 18. in princip. Mieres part. 2.
quaſt. 7. n. 15. Valaſcus de iure emphyteot. quaſt. 50. n. 29.
Barboſa in locis communibus, loco 48. num. fin. Alua-
rez de Velaſco in axiom. lit. A. n. 430.

259 Tertiò, ex eo quod ſi aliquo iure frater vtrimque
coniunctus præferri poſſet, præferretur iure hæredi-
tario : Auth. ceſſante, C de legitim. hared. §. reliquum,
260 Auth. de hared. ab inteſtato ven. Sed in Maioratu non
ſucceditur iure hæreditario, ſed iure ſanguinis, D. Mo-
lina lib. 1. cap. 8 n. 1. Velaſquez de Auendaño in l. 40.
Taur. gloſ. 1. n 1. Gutierrez practic. lib. 3. quaſt 82. n 6.
D. Pichardus in rub. Inſt. de hæredit. qua ab inteſt. defer.
num. 2. & 3 D. Ioan. à Caſtil. tom. 5. cap. 157. n. 21. Ergo
in Maioratus ſucceſſione non debet præferri vtrim-
que coniunctus conſanguineo tantum fratri.

261 Quartò, comprobatur ex deciſione ſpecialis caſus,
quem proponit D. Greg. Lopez in l. 5. tit. 13. partit. 6.
gloſ. fin. in fin. vbi videndus : & poſt D. Gregor. Lop.
Hugo Celſus conſ. 113. n. 4. Mieres dict. 2. part. quaſt. 6.
num. 19. Auend. in l. 8. Taur gloſ. 3. n 5. Parladorus p. 3.
different. 24. §. 1. num. 8. D. Perez de Lara de Anniuerſ.
lib. 2. cap. 3. n. 37. Robles de Salcedo de repræſent. lib. 2.
cap. 21. num. 12.

262 Sed eorum opinio abſque fœdere diſtinctionis ve-
ra non eſt : in ſpecie noſtri caſus, & quæſtionis pro-
poſitæ, reuera tenendum eſt quod præferri debeat
frater vtrimque coniunctus, licèt ætate minor in ſuc-
ceſſione Maioratus, & eius linea : quod mihi probant
duo potiſſima ſequentia fundamenta.

263 Primò, quia regula, quæ in ſucceſſione Maioratus
eſt obſeruanda, dum aliqua prouiſio ſpecialis legis,
vel hominis non præimpediat, ea eſt, quod ille ſocce-
dere debeat, qui ſucceſſurus eſt ab inteſtato fundatori,
vel vltimo ſucceſſori ex parte fundatoris : Gloſ. ver.
Moreretur, ab omnibus recepta, in l. cum ita 32 § in fi-
deic. ff de leg. 2. Ant. de Gama dec. 206. à n. 25. D. Molin.
lib. 3. c. 9. n 11. Pereyra de Caſtro deciſ. 5. n. 4. D. Io. à So-
lorzano tom. 1. lib. 2 c. 17. n. 16. Vincent. Fuſar de ſubſtit.
264 quaſt 79. n. 16. & quaſt. 48 n. 1. & q. 484. n. 11. Et ab in-
teſtato non eſt dubium quin ſuccedat vtrimque con-
iunctus, & non conſanguineus, Auth. ceſſante, Cod. de
leg. hared. §. reliquum, Auth. de hæred ab inteſt. l 5. tit. 2.
& l. 4. tit. 4 lib 4 fori iuzgo l. 5 in fin. tit. 13. part. 6. C. 1.
tit. 6. lib. 6. for.

Quapropter iuxta hanc regulam præferri debet 265
vtrimque coniunctus, licet minor ætate, cùm præſu-
mendum ſit quod inſtitutor voluit ſe iuri communi
conformare, l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.
vbi Bart. & Bald. Alex Ripa, & communiter Scriben-
tes, Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib 6. tit. 6. Peregrin.
de fideic art. 21. n. 5. Fuſar. de fideic ſubſt. q. 481. a n. 2.
& quaſt. 484. à n. 13.

Tum etiam quippe magis dilectus ab inſtitutore, 266
& magis dilecti linea ſemper præferri debet in ſuc-
ceſſione Maioratus, & hæc prædilectio ab ordine
ſanguinis procedit, ac ſecundum ipſam regulatur ſuc-
ceſſio : prout tenet Cæuallos quaſt. 778. à n. 33. vſque
ad 40. D. Ioan. à Caſtil lib. 5. cap. 67. n. 29 cum Ioan.
Per. Surd. conſ. 244. n. 2. Alex Raudenſ. conſil. 1. num. 95.
Molinus de ritu nupt. lib. 3. q 85 n 29.

Et colligitur apertè ex ratione decidendi ad text. 267
in d. Auth. ceſſante, C de leg hared. vbi ex eo vtrimque
coniunctus frater ſuccedere debet, non autem con-
ſanguineus : quia ſucceſſiò regulatur ab ordine ac
maioritate materiæ, & ratione ſanguinis, nil mirum
igitur quod dupliciтas ſanguinis potentiùs operetur,
cùm certum ſit in iure quoque duplex vinculum for-
tius ligare ; nam duo ſunt fortiora vno : d. Auth. ceſ-
ſante, & Auth. de conſanguin & vterin. fratribus §. vult
autem hac collat. 6. Auth. itaque, C. commun de ſucceſſ.
l. pen. §. Si vero pater, ibi : Quia in vnam perſonam
concurrunt, & naturalia, & adoptionis iura, C. de ado-
ption. §. ſed hodie, verſ. Si vero pater, cum Gloſ. verb.
iura Inſt. de adopt. l. ſi domus 20. ff. de ſeruit. vrban.
prad.

Quo quidem axiomate nititur reſponſio, & ad plu- 268
rium iuris quæſtionum reſolutiones allegatur per
Doctores, vt videre eſt per Iaſ. in leg. re coniuncti, à
num. 19 ff de legat. 3. Cardinal. Tuſchus lit. D. conc. 810.
811. & 812. Tiraquel. de retract. §. 14. gloſ. 2 n. 5. Hie-
ronym. Gonzalez ſuper Regia 8. Cancel. gloſ. 13. à n. 91.
Betius conſ. 24 n. 26. Carolus Ruinus conſ. 73 n. 3. lib. 3.
Cald. Pereyra de iur. emphyt. cap. 9 n. 24. Surd. conſ. 31.
num. 6. & de aliment. tit. 6. quaſt. 13. n 2. & deciſ. 154.
num. 9 conſ. 173. n. 28. & conſ. 175. n. 39. & conſ. 329 n. 18.
Alex Raudenſ. conſil 14 n 91. Mieres part 2. quaſt. 7. n. 5.
& 6. & à n. 10. Philip. Paſchal. de virib. patr. poteſtat.
part. 2. cap. 1. n. 118. & 119. Scaccia de iud. lib. 2. cap. 9.
num. 1673. & 1720. D. Perez de Lara de Anniuerſar.
lib. 2. cap. 3. n. 34. D. Ioan. à Caſtillo lib 5. cap 67. n 29.
verſ. 2. Marc. Ant variar. lib. 1. reſol. 81. n. 3. Auguſtin. à
Barboſ. axiom. 79. per tot. Aluar. de Velaſco in Axiom.
iur. lit D. num. 238.

Noſtra verò ſententia ex aliis quidem fundamen- 269
tis, ac optimis authoritatibus comprobari poteſt, quæ
videnda ſunt apud D. Ioan. à Caſtil. quotid d. lib. 5.
cap. 67. n. 29. vbi ſeptem connectit fundamenta, & li-
cet loquatur in ſpecie patronatus, & ſe extendat ad
Capellanias, & Anniuerſarios perpetuos, non negat
quod idem procedere debeat in Maioratibus, ac vin-
culis, & fideicommiſſis perpetuis, nec negare potuiſ-
ſet, cùm eadem ratio, ac omnia eius fundamenta ad-
militent. Ideo conſtituendum eſt in iudicando, &
conſulendo, quod regulariter debeat præferri vtrim-
que coniunctus, & eius linea in ſucceſſione perpetui
fideicommiſſi, vinculi, ſeu Maioratus, ab vtrimque
coniuncto inſtituti.

Quod equidem ampliabis etiam in vtrimque con- 270
iuncta : nam ea ratione, qua præferri debet frater
vtrimque coniunctus, eâmet debet præferri ſoror

vtrimque coniuncta, præferri debet ſoror, vtrimque coniuncta: nam licèt quando ſunt in eodem gradu, maſculus quamuis minor præferri debeat fœminæ, hoc regulariter procedit, quia ambo ſunt in eodem gradu; at verò cùm ſoror vtrimque coniuncta concurrit cum fratre conſanguineo tantùm, ipſa cenſetur proximior in ſucceſſione, ac ſi eſſet in proximiori gradu, propter duplex vinculum coniunctionis: Anchatan. *in cap. Canonum ſtatuta, de conſt. quaſt. 14. verſ. occurrunt.* Carolus Ruinus *conſ. 158. num. 20. lib. 2. & conſil. 29. num. 6. lib. 3.* relat. à Mieres *part. 2. dict. quaſt. 7. num. 5.*

271 Ad id etiam facit, quod dixit Ludouicus Gozad. *conſil. 19 n 9.* ibi: *Dato quod ſtatuto intelligatur vocaſſe eos maſculos ad ſucceſſionem, fœminis excluſis ſecundum computationem graduum de iure Canonico; tamen intelligi debet, & modificari ſecundum ius commune, ut in pari gradu præferatur, qui duplici iure vocatur, ei, qui ſolum vno iure admittitur: argumento text. in Auth. Itaque C. commun. de ſucceſſ. faciunt notata in l. filiusfamilias §. Diui, ff. de leg. 1.* Socinus *conſ. 89. n. 4. &c.* Referunt Gozadinum Cæuallos *quaſt. 398. num. 23. & quaſt. 762. n. 72* D. Ioan. à Caſtillo *lib. 5. d. cap. 67.*
272 *num. 29. verſ. Rurſus, & 5.* Ideo vtrimque coniuncta tanquam proximior, & ac ſi eſſet de proximiori gradu præferenda eſt maſculo fratri tantùm conſanguineo, & potior erit ſororis eius linea tranſuerſalis.

273 Limitabis tamen, ſeu declarabis primam reſolutionem noſtram, quoties coniunctionis ſanguinis duplicitas non eſt ex parte fundatoris, ſed ex alia proueniat parte, prout ex latere (verbi gratia) vltimi poſſeſſoris, ſeu cuiuſcumque vocati; quia prouenit per alium, quàm ex teſtatoris latere, non venit in conſideratione, cùm per ſe non ſit ſucceſſibile, imò impertinens ex diſpoſitione ſeu inſtitutoris voluntate, quæ ſuam, non extraneam deſiderauit familiam, ac eius conſeruationem.

274 Limitabis ſecundò in Maioratu irregulari, ſcilicet agnationis, quia tunc illa qualitas cognationis, quamlibet vtrimque coniunctus, aut vtrimque coniuncta tanquã ad ſucceſſionem Maioratus impertinens non attenditur, ſicuti in ſucceſſione feudi, vbi ſuccedere debent agnati; atque ita præferri debet conſanguineus frater, ſi ætate maior ſit, quia altera qualitas cognationis, quæ in fratre ex vtroque latere coniuncto ſuperabundat ſucceſſibilis non eſt de per ſe, & propterea in conſideratione non venit: Vincent. Fuſar. *quaſt. 79. num. 42. & 52.*

275 Limitabis ſeu declarabis tertiò, quando inſtitutor Maioratus tacitè, vel expreſsè fratrem conſanguineũ, & vtrimque coniunctum vocauit, & conſanguineus ſit maior, quia tunc cum vterque frater ſuccedere poſſit, frater vtrimque coniunctus minor, non præfertur maiori conſanguineo, Peregrin. *de fideicommiſ. art. 20. n. 20.* Surdus *conſ. 31. n. 23. lib. 1.* Vincent. Fuſar. *de vulg. ſubſt. q. 79. n. 7. 8. & 21.*

276 Quapropter non obſtant fundamenta de contrario adducta: quia ad primum reſpondetur quod ideo in ſucceſſione feudi non eſt differentia an ſit frater vtrimque coniunctus, an ex latere patris tantum; quia in feudis habetur ratio agnationis, non autem cognationis, cum non conſideretur coniunctio ex latere matris: *cap. 1. §. his vero, de ſucceſſione feud.* vbi Bald. *in princ.* idem Baldus *in cap. 1. de gradibus ſucceſſ. feud.* vbi Matthæus de Afflictis *num. 14.* & cum aliis Franciſc. Curtius *in tract. de feud. 3. pars tertia partis principalis quaſt. 6 num. 50.* Tiraquel. *de retract. lineagier, §. 14. gloſ. 2. n. 10. & in tract. Ceſſante cauſa: limit. 22. num. 17.* ibi: *In feudis frater vtrimque coniunctus non præfertur fratri ex parte patris tantum, licet enim duæ partes concurrant, tamen cum altera earum ſcilicet matris ſit impertinens, ex ea non augetur affectus.* Mieres *part. 2. quaſt. 7. n. 12 vſque ad 16.* Henricus Roſeotal *de feud. cap. 7. concluſ. 57. n. 1.* vbi reddit rationem: Quoniam in feudis agnatio, non autem cognatio conſideratur. D. Perez de Lara *de Anniuerſ. lib. 2. cap. 3. n. 36.* Robles de Salcedo *de Repræſ. lib. 2. cap. 21. num. 10. & 11.* Surdus *conſ. 31. n. 35 & 36. cum ſeqq.*

Neque ſecundum refragatur fundamentum, imò retorquetur in fauorem noſtræ ſententiæ: quia loquitur de fideicommiſſis à parentibus relictis, in quibus æqualiter ſuccedunt fratres vtrimque coniuncti ac conſanguinei tantũ; nam reſpectu patris, cui ſuccedit, æquè ſanguine eſt coniunctus conſanguineus, ac vtrimque coniunctus filius, & per conſequens æqualem erga vtrumque affectionem præſumitur habere: Bart. *in d. l. Lucius n. 21.* vbi Iaſon *n. 3. de vulg. & pupillar. & in l. re coniuncti, num. 62. ff. de leg 3.* & cum aliis Petr. Surd. *dict. conſil. 31. num. 16. 17. & 18. 20. & 21.* Parladorus *different. lib. 3. quaſt. 8. num. fin. in fin.* 277

Atverò in fideicommiſſo à fratre relicto, non æquè ipſi coniunctus eſt eius frater conſanguineus ſimul & vterinus, & alius ex vno latere tantum; quia ille in duplici coniunctione ſanguinis eſt, hic autem non; ideo ſi teſtator haberet fratres ex vtroque latere, & fratres ex vno tantum latere, cenſetur ſubſtituiſſe, ſeu in fideicommiſſo vocaſſe fratres ex vtroque latere coniunctos, ſed non eos, qui ei coniuncti ſunt ex vno tantum latere: ita tenent Doctores *in l. fin. C. de verb. ſignif.* Paul. de Caſtro *num. 5.* & Iaſ. *n. 26* Menoch. *lib. 2. præſumpt. 75. n. 19.* Peregrin. *de fideicom. art. 20. num. 19.* Simon de Prætis *de interpretat. vltim. volunt. fol. 290. n. 33. & fol. 347. n. 47.* & cum aliis Vincent. Fuſar. *quaſt. 79. n. 31. 37. & 38.* 278

Nec magis reſiſtit, imò pro nobis aſſiſtit tertium contrarium fundamentum: nam ſi iure ſanguinis defertur ſucceſſio Maioratus: ergo ad fratrem, in quo maior affluentia concurrit ſanguinis, concurrere etiã debet ſucceſſio, nam per fluxum maiorem ſanguinis fluit maioratus ſucceſſio. 279

Nec etiam obſtat deciſio caſus traditi à Greg. Lopez *in l. 5. tit. 13 part. 6. gloſ. fin.* Potius enim confirmat noſtræ diſtinctionis iudicium, quia cum Maioratus proueniat ex parte matris, eius reſpectu omnes æqualiter erant fratres vterini, cum vna & ſimplici coniunctione ſanguinis ex illo latere per quod deferebatur Maioratus; ſed aliter eſſet ſi proueniret ex ipſomet vtrimque coniuncto fratre: Vincent. Fuſar. *de vulg. ſubſt. quaſt. 79. n. 12.* 280

Opinio denique Velaſquez de Auendaño, Hugonis Celſi, Parladorij, D. Perez de Lara, & aliorum, intelligenda non eſt indiſtinctè, ſed ſolummodo in caſu quo duplicitas ſanguinis non procedat ex latere fundatoris, ſed ex alia parte per ſe non ſucceſsibili, vel in Maioratu agnationis, vel in vocatione tacita, ſeu expreſſa fratris conſanguinei, etiam cum alio vtrimque coniuncto, ſi conſanguineus ſit maior ætate: prout notatum eſt limitationibus, ſeu ſupradictis declarationibus. 281

---

§. XVIII.

De linea Tranſuerſali æquali, & inæquali.

Linea Tranſuerſalis communiter diuiditur in lineam æqualem & inæqualem. Linea æqualis eſt, quando duo, pluresve conſanguinei in ea contenti æquè ab ſtipite diſtant; v. g. duo fratres, aut duo patrueles 282

trueles duorum fratrum filij, & ſic deinceps alij deſcendentes, quorum quilibet pariter à communi ſtipite deſcendat.

283 Inæqualis verò linea eſt, quando inæqualiter, ſiue diſpari gradu conſanguinei collaterales diſtant à ſtipite communi, veluti Patruus, & Amita; reſpectu Conſobrini, Patruus magnus, & pronepos: amita magna & proneptis. D. Ioan. à Caſtil. *lib.5. cap.93. num.35.*

284 Attamen vtiliter admodum notare debemus, quod non datur linea inæqualis à parte antè, id eſt in principio ex quo incipit vnaquæque linea, ſed à parte poſteriori per defectum vnius pluriumve graduum poſteriorum, quia omnis linea ſuum principium certum, & determinatum habet, & iſtud ab ſtipite procedit, cum non poſſit prouenire ab alio, quàm à ſtipite, aliter daretur filius ſine patre, & ſic linea ſine ſuo exordio, ac principio, quod eſt impoſſibile de natura, ideo de ſua natura omnis linea eſt habilis in extremo à quo.

285 Ab hinc iam comprehendere potes viuam ac ſubtilem rationem decidendi ad *l.40. Taur.* hodie *l.5. tit.7. lib.5. noua Recop.* & ad Pragmaticam ſanctionem promulgatam *anno* 1615. quæ eſt *l.13. tit.7. lib 5. Recopil.* Quia cum ſucceſſio perpetui vinculi ſeu Maioratus diſcurrere debeat per lineam ſuperiorem in lineam potiorem, *cap.1 de natur. ſucceſſ. feud. & d.l.5.* ideo diſpoſitum fuit in *d.l.40. Taur. l.5. tit.7. lib.5. Recopil.* quod etiamſi caput lineæ, prout eſt frater maior, pater, vel alius aſcendens mortuus fuerit ante Maioratus inſtitutionem, ſuccedat eius deſcendens; & non alia ratione hoc diſpoſitum fuit, niſi quia dictæ leges ſenſerunt de linea propriè æquali à parte ante, & quod non poſſit dari linea inæqualis in exordio ſeu ex parte ſuperiori; aliter enim ſi poſſet dari linea inæqualis, ſiue inhabilis in extremo *à quo*, leges non diſponerent quod in ſucceſſione Maioratus præferretur nepos Patruo, quando nepos, vel pronepos, & ſic deinceps deſcenderet ab eo, qui ante inſtitutionem ſeu Maioratus fundationem mortuus fuerat: quia ille, qui deceſſit ante inſtitutionem, nec iure tranſmiſſionis, cum nihil iuris in ſpe ſeu in potentia habuerit ad tranſmittendum; nec ex vi repræſentationis, ex eo quod eius perſona repræſentanda, quia ſuccedere non valuit, conſiderari nequit tanquam ſi in rebus humanis nunquam fuiſſet.

286 Ergo linea tantum contemplata fuit à dictis legibus huius noſtri Regni & conſiderata prout in ſe eſt æqualis & habilis in extremo *à quo*, ſuaptè natura, ad hoc vt ſuccedat ille, qui ex potiori linea ſit: nam verè lineæ tot ab ſtipite deriuantur, quot filij ab eo procedunt, quaſi è centro ad circumferentiam ductæ: Marius Giurba *de ſucceſſ. feudi inter aſcendent. & deſcend. cap.*118. §.2. *gloſ.6. n.*13.

287 Exinde venit decidenda illa ardua quæſtio quando contentio ſit inter duos ex duabus lineis, æquali, & inæquali à parte poſteriori, id eſt in extremo *ad quod*; verum filius, vel alius deſcendens ex fratre maiore prædefuncto ante Maioratus inſtitutionem præferri debeat eius Patruo nato poſt eiuſdem Maioratus fundationem?

288 Super qua quæſtione, variè, & diffusè ſe habuerunt Tiraquellus *de primogenitis, quæſt.*31. D. Gregor. Lopez *in l.2 tit 15 partis 2. gloſ.10. in princ.* Velaſq. de Auendaño *in l.40. Taur. gloſ.6. à num.8. vſque ad num.*12. D. Ioan. à Caſtillo *lib.3. cap.*19. *à n.*196. *vſque ad num.*200.

289 Sed iam hodie ceſſat difficultas, atque omnis altercatio, & impugnatio ex *deciſ. noſtra Pragmatica Sanctionis edita d. anno Domini* 1615. quæ eſt *lex* 13. *tit.7. lib.5. Recopil.* ibi: *Y ſe suceda por repreſentacion de los deſcendientes a los aſcendientes en todos los caſos, tiempos, lineas, y perſonas en que los aſcendientes ayan muerto antes de ſuceder en los tales Mayorazgos, aunque la muerte aya ſido ante de la inſtitucion de ellos.* Robles de Salcedo *de Repræſent. lib.2. cap.5. & c.30.*

§. XIX.

De linea Contentiua.

Linea verò Contentiua ſeu comprehenſiua eſt illa, quæ in ſe continet, atque comprehendit non ſolum Patrem, Auum, & alios Aſcendentes, ſed etiam Tranſuerſales inſtitutoris, & vltimi Maioratus poſſeſſoris, quem attingunt ex illa parte, ſeu latere inſtitutoris. 290 Ideo in Contentiua linea comprehenduntur omnes, qui ex eadem linea ſunt ex qua fuit primus inſtitutor Maioratus. 291 Quod colligitur expreſsè ex differentia inter lineam Effectiuam, & Contentiuam, quam communiter tradunt Doctores, dum dicunt quod linea effectiua eſt, quæ à patre ſumit initium, & in ea comprehenduntur ſolum à patre deſcendentes. Sed Contentiua eſt in qua Pater, & Tranſuerſales continentur, habente initium à Superiore faciente agnationem, & generationem Patris; quapropter non ſolum includit ipſum Patrem, & eius deſcendentes, ac aſcendentes, ſed etiam tranſuerſales: ita enim declarant Bald. *conſil.*314. *num.7. lib.3.* Anchataranus *conſ.93. n* 7. Socin. *in l Gallus §. nunc de lege n.3. ff de liber. & poſthum. & in conſ.33. num* 10. *lib.3* Curtius iunior *conſ.5. n.39.* Philip. Dec. *conſ.239. n.1.* Paulus Pariſius *conſ* 40. *num.42. lib.2.* Cephalus *conſ.5 n.40. & 41. & conſ.313. n.57. & conſ.664. à n.21.* Menochius *conſ.233. n.18. & conſ* 234. *num.9. & conſ.1250. n.23 lib.13* Burgos de Paz *conſ* 26. *num.40.* Dolanus *deciſ.109. n.14.* Simon de Prætis *de interpretatione vltim. volunt. lib 3. dub.1. ſolutione* 11. *num.43. pag.*152. Rolandus à Valle *conſ.23. n 4. lib.4.* Beroius *conſil.77. n.15. lib 2.* Ozaſcus Cacheranus *conſil.74. num.*10. Aluaradus *de coniect. mente defuncti, lib.2. cap 3 §.3. n* 45. Vincent. Honded. *conſ.4. num.22. & 23. lib.1.* Philippus Paſchalis *de virib. patriæ poteſt. part.4. cap.9. n.72.* D Perez de Lara *de Anniuerſ. lib.2. cap.3. num.15. & 16.* Robles de Salcedo *de Repræſent. lib.2. cap.3. num.42.* Franciſc. Souſa *in l. fœmina, ff. de regulis iur. à n.106. & n* 279. D Ioan. à Caſtillo *lib* 4. *cap.33. num.*24.

Et quamuis diuidant hanc lineam inter Contentiuam fundatoris, in qua ipſe continetur, ac eius quilibet aſcendens, & tranſuerſalis; & Contentiuam vltimi poſſeſſoris, in qua continetur ipſe, ac eius quilibet aſcendens & tranſuerſalis ex parte fundatoris; attamen cùm ſucceſſio Maioratus pertinere debeat ad proximiorem reſpectu vltimi poſſeſſoris ex parte inſtitutoris, & non reſpectu fundatoris, reducimus eam ad Contentiuam vltimi poſſeſſoris ex parte fundatoris. 292

Cognitis ergo perſonis quæ in hac linea continentur, cognoſcere etiam debes quod niſi omnibus his deficientibus, ex quibus componitur, non datur recurſus ad aliam lineam. 293 Quod probatur *in cap.1. de natur. ſucceſſ. feud.* qui verè loquitur de linea Contentiua, in illis verbis: *Ad ſolos, & ad omnes, qui ex illa linea ſunt ex qua iſte fuit: & hoc eſt quod dicitur, ad proximiores pertinere; iſti verò proximiores eſſe dicuntur reſpectu aliarum linearum: ſed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur.*

Et

294 Et licèt per deciſionem *huius textus*, reguletur ſucceſſio Maioratus ad inſtar ſucceſſionis in feudo, attamen cum hac diſtinctione, ac differentia, quod in ſucceſſione feudi mortuo vltimo poſſeſſore abſque liberis, aſcenditur quærendo contiuuationem lineæ gradatim vſque ad primum acquirentem, à quo non fit tranſitus ad alium, neque ad eius tranſuerſales primi acquirentis: *cap* 1. §. *& quia, qui feud. dari poſſ. cap*.1. §. *filia de ſucceſſ. feud.* At verò in ſucceſſione

295 Maioratus, ſuccedunt etiam omnes Tranſuerſales inſtitutoris, & primi acquirentis, & cuiuſcumque poſſeſſoris ex parte feudatoris, quandocumque deficient deſcendentes vltimi poſſeſſoris, quia omnes comprehenduntur ſub linea Contentiua, & in defectum deſcendentium vltimi poſſeſſoris aſcenditur quærendo continuationem lineæ non ſolum vſque ad primum acquirentem, ſed etiam vſque ad ſuos Patres, & Aſcendentes, qui ſint de ſua linea Contentiua ex parte fundatoris, & ita gradatim vſque ad vltimum de familia: ita eruditè explicat D.Ioan. à Caſtil. *lib*.5. *c*.39. *num*.14. ex Alciato in *l. pronuntiatio* §. *familiæ verb. vltimi, ff. de verb ſignif.* ac D.Molin *lib*.1. *cap*.4. *n*.38. 40 *&* 41. & *ibi* Additionatores *ſuper eodem n*.38 *& num*.40. cum Paul. Pariſ. *conſ*.1. *à n*.40. *lib*.3. Mandellus Albenſ. *conſ*.474 *à num* 78. Menoch. *conſ*.233. *n*.16. *& conſ*.1177. *n*.6. *vol*.12. *& lib*.4. *præſumpt*.88. *n*.2. Peregrin. *de fideicom. art*.22. *n*.26. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib*.8. *tit*.12. Surd. *conſ*.147. *n*.12. & idem D. Ioan à Caſtil. *eodem cap*.93. §.13. *num*.10. *&* §.16. *num*.18

296 Et ad maiorem explicationem exemplum ponam de lite, quam habui in facti contingentia, & obtinui. Caſus ſic ſe habuit: Quidam teſtator cum haberet fratrem vterinum tantum, & fratrem conſanguineum ex parte tantum patris, Maioratum inſtituit, & ad eius ſucceſſionem vocauit fratrem conſanguineum, ac eius filios, & deſcendentes; & in eorum defectum ſuum proximiorem conſanguineum, his verbis: *Si muriere ſin hyos, ſuceda el pariente mio y ſuyo mas cercano.* Succeſſit frater conſanguineus, & eius filius, poſtea nepos, & tandem pronepos, qui abſque liberis deceſſit, & ad ſucceſſionem huius vinculi, ſeu Maioratus concurrerunt ex vna parte quidam nepos ex fratre vterino, & ex alia quidam tranſuerſalis ex parte pronepotis fratris conſanguinei, ex illo latere paterno inſtitutoris, ſed eius conſanguinitas in tam remotiori gradu quod aſcendendo ad communem ſtipitem, diſtabat ab inſtitutore ſeptem gradibus, & ab vltimo poſſeſſore decem gradibus dempto communi ſtipite, & nepos ex fratre vterino ad ſe pertinere dicebat, ex eo quod proximior eſſet inſtitutori tanquam nepos ex ſuo fratre ex parte matris inſtitutoris; at verò ex contrario, conſanguineus ex parte patris inſtitutoris, & vltimi poſſeſſoris contendebat ex eo, quia licet eſſet in tam remotiori gradu, exiſtebat in linea Contentiua vltimi poſſeſſoris ex parte inſtitutoris, quod vtique patebat ad oculos in arbore conſanguinitatis per continuationem lineæ vltimi poſſeſſoris, aſcendendo ad eius proximum ſtipitem.

297 Et cum ex eo deſcendentes non exiſterent aſcendebamus ad ſecundum ſuperiorem ſtipitem, & deinde ad tertium, tum ad quartum vbi exiſtebat pater fundatoris, & deinde ad quintum, & tandem ad ſextum ſtipitem ex quo deſcendebat conſanguineus, qui licet eſſet tranſuerſalis in longiſſimo gradu, cum tamen exiſteret in linea Contentiua, tam ex parte inſtitutoris, quàm ex parte vltimi poſſeſſoris ex illo latere, negari non potuit quin eſſet de linea Contentiua, in qua non exiſtebat nepos, ex fratre vterino Inſtitutoris.

Et cum Iudex inferior ignoraret naturam lineæ 298
Contentiuæ, & regulam de ſuccedendo in Maioratibus per lineas, quæ ſunt inter ſe incompatibiles, quia niſi finitis omnibus perſonis vnius lineæ, non datur ſucceſſio perſonæ ex alia linea, protulit iudicium ſuum, & ſententiam in fauorem nepotis, ex fratre vterino contra conſanguineum, à qua fuit prouocatum, & in Regali Cancellaria hac Granatenſi malè iudicatum, & bene appellatum fuiſſe, deciſum fuit in fauorem Tranſuerſalis ex parte fratris conſanguinei: non alia ratione, niſi quia exiſtebat in linea Contentiua, & quovſque omnes ex linea procedentes deficerent, non debebat fieri tranſitus ad aliam lineam, ſcilicet fratris vterini: ſequentibus ſupremis Iudicibus Auditoribus huius Regalis Cancellariæ vno ore, & ſine controuerſia, regulam & veram doctrinam D. Ioan à Caſtillo *d. lib*.5 *cap*.93. *n*.14.

---

§. XX.

De linea Qualitatis, & in quo differt à linea Subſtantiæ.

Lineæ Subſtantiæ, & lineæ Qualitatis Authores 299
fuerunt ingenioſiſſimè Bald. *in conſ*.334. *n*.13. *lib*.3. & Petr. Ancharanus *conſil*.95. *num*.10. ex quibus, & ex legibus noſtris colligitur quod linea Subſtantiæ eſt illa in qua naturaliter comprehenduntur Deſcendentes, Aſcendentes, ac Tranſuerſales, abſque diſtinctione marium & fœminarum, conceſſa inter eos prælatione, attentâ lineâ, gradu, ſexu, & ætate.

Ideo linea Subſtantiæ ſolummodo datur in Maio- 300
ratu regulari, vbi voluntas inſtitutoris non deſiderat vllam qualitatem; imò regulis, ſeu diſpoſitioni *leg*.2. *tit*.15. *partit*.2. *& l*.40. *&* 45. *Tauri*, conformare ſe voluit, ad hoc vt ſucceſſio in primis per lineam ſubſtantiæ deferatur: D Molina *lib*.3. *cap*.4. *n*.13.14. *&* 15. *& cap*.6. *à n*.19 Menoch. *lib*.5. *conſ*.205. *n*.8. D. Ioan. à Caſtil. *cap*.91. *num*.62. *& cap*.92. *n*.35. *& cap*.93 *n*.11.12. *&* 13. Ant. de Amatis *reſol*.1. *n*.32. *&* 52. Vincent. Fuſar. *queſt*.346. *n* 1. & alij, quos allegant Additionatores ad D.Molinam, *d. lib*.3. *cap*.4. *ſuper n*.13.14 *&* 15. qui omnes intelligi præciſè debent quòd loquuntur de linea Subſtantiæ: Cæuallos *tom*.4. *q*.905. *n*.187.

Linea qualitatis eſt ea, quæ componitur ex illis per- 301
ſonis in quibus concurrant qualitates naturales ſiue accidentales, quales inſtitutor Maioratus deſiderat: veluti ſi velit quod ſucceſſores ſint agnati, vel ſimpliciter maſculi, vel fœminæ, vel Nobiles puri ſanguinis, vel Doctores, vel Licentiati, vel Ciues alicuius ciuitatis, vel alterius cuiuſcumque conditionis, vel ſtatus: Cæuallos *dict. tom*.4. *dict. queſt*.905. *num*.187. 188. *&* 189.

Et probatur ex textu *in d. l*.40. *Tauri*, illic: *Saluo* 302
ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſta por el que inſtituyo el Mayorazgo.

Quæſtiones, quæ ſuper his lineis Subſtantiæ, & 303
Qualitatis, reuolui poſſent, integrum tractatum deſiderant; ſed noſtrum inſtitutum id non patitur, quia cum ad quæſtiones tantummodo Incompatibilitatis reſtringatur, cæteras non capit: ideo ſat erit generaliter cognoſcere earum linearum naturam, & eſſentiam per ſuas cauſas, re. & exemplis: & deinde quod differant tamquam Regularis, & Irregularis, propria, & impropria; & denique tamquam naturalis, & ciuilis: linea namque ſubſtantiæ *naturalem*, & linea qualitatis *ciuilem* appellant Bald. *dict. conſ*.334 *n* 10. & Ancharan. *dict. conſil*.95. *num*.10 *l. non facile* 4. *verſ. Sed naturales*, ibi: *Propriè tamen, l. Iuriſconſultus* 10. §. *inter*

ter agnatos, illic: *alterum ciuile: alterum naturale nomen, ff. de Gradib.*

303 Vnde ſi dubium ſe offerat, an præſumatur linea Subſtantiæ, vel Qualitatis, pro linea Subſtantiæ erit præſumptio, quæ præualere debet: ex regula *l.3. ff. de tutel.* Quod aliis fundamentis probat concludenter Auendanus *in l.40. Tauri, gloſ.9. n 40 & 41.* Mieres *part.2. quæſt.7. n.34.* Additionat. ad D. Molinam *lib.3. cap.6. ſuper num.33.*

§. XXI.

De linea Agnatitia, ſeu vera, vel limitata, vel artificioſa Agnationis.

304 Linea Qualitatis eſt quæ componitur ex perſonis habentibus illam qualitatem, abſque eo quod interponatur alia, in qua non reſideat; quia ſi interponatur, iam non erit linea illius qualitatis, quæ requiritur à lege, vel teſtatore, Additionator ad Alexand. *conſil.33. num.5. ſuper ver. Linea:* Simon de Prætis *de interp. vltim. volunt. lib.3. ſolut.11. n.54. fol.154.* vbi comprobat exemplo lineæ albæ, in qua ſi interponatur medium nigri, vel alterius coloris, interrumpitur taliter, quod iam non erit tota linea alba, illic: *Quia principium & medium huius lineæ progredi debet æqualiter eadem qualitate continuata maſculinitatis, &c. Et probatur per corruptionem ipſius lineæ, nam ſi quis velit à pictore fieri totam lineam albam, & ipſe faciat principium album, & medium nigrum, non quidem dicetur feciſſe totam lineam albam, vt patet ad ſenſum, etiam viſu, quo nulla magis fida probatio eſt, §. fin. Inſtitut. de grad. & affin.*

305 Hæc linea Qualitatis ſubdiuiditur in plures ſpecies linearum, & inter eas magis vſitata ad ſucceſſionem Maioratuum eſt linea agnationis, quæ componitur ex agnatis verè, limitatiuè, vel fictè: nam tripliciter conſideratur; ſcilicet, Aut *vera, & pura agnatio eſt*, aut *Limitata*, aut *Artificioſa ſeu fictitia.*

306 Linea vera & abſoluta agnationis eſt, quando inſtitutor expreſsè, ac verbis claris Agnatos inuitat ad ſucceſſionem, veluti: *Sucoda en eſte Mayorazgo varon de varon.* Vel ita ſic: *Sucodan varones y no ſucodan hembras, ni los varones de ellas.* Vel ſic: *Sucodan ſiempre varones deſcendientes por linea maſculina.* Propriè enim omnes deſcendentes ex maſculis, qui per virilis ſexus perſonas cognatione coniuncti ſunt, quaſi à patre cognati, veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius ex eodem: Item patruus, & patrui filius, nepoſve ex eo: *l. ſunt autem 7. ff. de leg. tutor. l. fin. §.1. in fin. ff. de gradib. l.2. §. agnatus, ff. de ſuis & legit. hæred. §.1. in princ. Inſtit. de legitim. agnator. tutela §.1. Inſt. de legitim. agnator. ſucceſſ.* Bald. *conſil.469. lib.1. & conſ.63. lib.4.* D Molina *lib.3. cap.5. n.3.* Socinus iunior *conſil.9. n.1.* Peregr. *art.26. n.20. verſ. Illud autem planum eſt, quod ſi de maſculis ex maſculis.* Bertazola *de clauſ. clauſ.6. gloſ.9.* Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib.3. dub.1. ſolut.11. n.10.* Molinus *de ritu nuptiar. lib.3. quæſt.24. num.76. & n.109.* D Ioan. à Caſtil. *lib.5. cap.91. à n.4. vſque ad 13. & cap.133. num.14. & num.18.* D. Perez de Lara *de vita homin. cap.30. à n.94. & 114.* Vincent. Fuſar. *quæſt.351. n.40.* Auguſt. Barboſa *appellat.13. ver. Agnati num.1.*

307 Linea autem limitatæ agnationis eſt, quando non ſimpliciter, & abſolutè cauſa conſeruandæ agnationis in perpetuum inter omnes ſucceſſores inſtitutus fuit Maioratus, ſed limitata fuit vocatio Agnatorum & coarctata ad certas perſonas, vel lineas, vel gradus, vel ad certum tempus. Exemplum, *ſuccedan los deſcendientes de Pedro que ſean varones de varones, y otros ſemejantes llamamientos.* Bald. *conſ.40. n.1. lib.3.* Oldradus *conſ.21.* Gozadinus *conſ.59. n 4.* Paul. Pariſ. *conſ.44.* D. Molina *lib.3. cap.5. n.18.* Surd. *conſ.316. n.13. & conſil.475. n.14. & deciſ.66. n.21.* Caſanate *conſ.4. ex n.117.* Menoch. *conſ.232. num.24. & conſ.143. n.52. lib.3.* Hippolyt. Riminald. *conſ.224. num.27. lib.2.* Auend. *in l.40. Taur. gloſ.9. n.21.* D. Perez de Lara *in compend. vitæ hominis, cap.30. n.85. verſ. Nec erit abſurdum, nec mirandum quod in aliquibus lineis, gradibus, & perſonis ſit Maioratus agnationis, & in aliis regularis:* Molinus *de ritu nupt. lib.3. quæſt.24. à num.77. & à n.133. cum plurimis ſequentibus,* Simon de Præt. *conſ.47. n 27. & conſ.90. n.29.* D. Ioan. à Caſtil *lib.5. cap.92. à n.4. vſque ad num.13.* Vincent. Fuſar. *quæſt.385. à n.21 & q.499. à num.23. & 24.* Marius Giurba *deciſ.32.* Alex. Ludouiſ. *deciſ.33. n.13.* Additionat. ad D Molinam *lib.1. cap 5. num.37. & lib.3. cap.1. ſuper num.18. vſque 25. & ſuper num.50.* & probant ex textu *in l. fin. §. Seyo, ff de leg.2. vulg. l. quæ conditio, ff de condit. & demonſtr.* maximè *in 2. reſponſo,* ibi: *Atque conditio ad certas perſonas accommodata fuerit, eam referre debemus ad eum duntaxat gradum, quo hæ perſonæ conſtitutæ fuerunt.*

308 Hæc enim duo ſtare poſſunt, nec inter ſe repugnantiam, aut contradictionem continent: quod ſcilicet per inſtitutorem Maioratus conſiderata ſit ratio agnationis reſpectu aliquarum perſonarum, & caſuum; & quod reſpectu aliquarum perſonarum, & caſuum non conſideretur, nec dari velit.

309 Linea artificioſæ ſiue fictæ agnationis eſt, quando inſtitutor Maioratus agnatos non habet, in quarum perſonis, & vocationibus; poſſit veram & propriam agnationem inſtituere; & ideo eam fictam inſtituit vocando maſculos, de maſculo in maſculum, ex fœminis: latè cum multis D. Ioan à Caſtil. *d. lib.5. part.2. cap.133 à num.12. vſque ad fin.* Vincent. Fuſar. *q.499. num. fin.* & Additionatores ad D. Molinam *lib.3. cap.5. ſuper num.45. & num.50.* & alij quamplurimi ex ſupra relatis nouiſſimè D. Ioan. Baptiſta de la Rea *tom.1. diſput. ſeu deciſ.34. n.2. & 49.*

310 Hæc autem linea Artificioſæ agnationis debet redigi ad ſimilitudinem veræ ac puræ lineæ agnationis: Socinus *conſ.69. n.22. vol.3.* Gratus *conſ 5. num. 86. vol.2.* Hippolyt. Riminald. *conſ.21. n.28 & conſ.23. n.83. & 87. vol.1.* Paul. Pariſ. *conſ.19. n.33. vol.2.* Burſatus *conſ.218. num 29.* Menoch. *conſil.117. num.22. & 23.* Morotius *conſil.50. n.10. & 20.* licet contrarium intendat Alciat. *conſ.127. lib.9.* & Beroius *conſil.77. n.22. vol.2.*

311 Attamen aduertendum eſt, quod niſi ex verbis claris & expreſſis, & præciſè ac literaliter ad id concludentibus, abſque quibuſcumque præſumptionibus, argumentis, & coniecturis etiam valde vrgentibus, nulla datur linea agnationis ſiue expreſsè & abſolutè, ſiue limitatè, vel artificiosè, & fictitiè, quod deciſum eſt iure noſtro Hiſpano in Pragmatica Sanctione data *anno Domini* 1615. quæ eſt *l.14. titul. 7. lib.5. Recopilat.*

312 Ab hinc, ſum ſemper & conſtantèr in ſententia, quod niſi expreſſis verbis dictum ſit, *ſuccedant de maſculo in maſculum ex fœmina*, non datur nec admitti vnquam debet agnatio fictitia, v. g. niſi dicat Inſtitutor: *Sucodan en eſte Mayorazgo los hijos y deſcendientes de tal, ò de tales hembras por via de agnacion, ò varonia ò ſucodan los hijos y deſcendientes varones de tal ò tales hembras, de varon en varon.*

313 Vnde ſaltem in vinculis, & Maioratibus noſtræ Hiſpaniæ, reprobanda eſt opinio illorum, qui tenent, quod ſi ad ſucceſſionem Maioratus vocati ſunt agnati excluſis fœminis, & agnatis extinctis, ſuccedant maſculi cognati, ſcilicet maſculi ex fœminis, quod tunc deficientibus

deficientibus agnatis maſculis ex maſculis, in quibus dabatur vera ac propria agnatio, ad ſimilitudinem eius ſubrogatur inter maſculos ex fœminis alia ficta, atque artificioſa agnatio: veluti ſi dixerit, *Acabados los varones de varones, ſucedan los varones de hembras.*

314 Quam opinionem, in eo caſu de ſua artificioſa agnatione cogitaſſe inſtitutorem, & quod tanquam agnati debeant admitti maſculi ex maſculis tantum, & non maſculi immediatè de fœminis, defendunt Menoch. *conſ.* 172. *lib.* 2. Cephalus *conſ.* 581. *lib.* 4 Peregrin. *de fideicom art.* 26. *num.* 19. pro qua opinione aſſerunt quod fuit deciſum, & iudicatum in Senatu Venetiano ſuper eadem in terminis diſpoſitione teſtamentaria Ioannis Vrſinici Veneti, & videtur ſequi hanc opinionem D. Perez de Lara *de vita homin. c.* 30. *n.* 119. D. Ioan. Baptiſt. de la Rea *tom.* 2. *deciſ* 54 *n.* 11.

315 Sed apud exteros reprobata eſt, & eam neruosè impugnant contra Menochium, Cephalum, & Peregrinum, & contra ipſam deciſionem Senatus Veneti ci, Cardinalis Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 8. *tit* 18 *à n.* 11. Marta *de ſucceſ legal part* 1. *quaſt.* 1. *art.* 5. *num* 11. Seſſe *deciſ.* 254 *n.* 235. Ramonius *conſ.* 100. *n.* 407. Cagnolus *in additione ad Menochium dict. conſil.* 172. Petrus la Rat. *conſ.* 118. vbi aſſerit in contrarium fuiſſe iudicatum in hoc Hiſpaniarum noſtro Regno, in quo dubitandum non eſt quin admitti non debeat Menochij & aliorum ſequacium opinio, niſi in tali clauſula, *Acabades les varones de varones ſucedan les varones de hembra*, additum ſit, *de varon en varon.* Quia ſi addatur, *de varon en varon*, ex aperto inſtitutor voluit artificioſam agnationem continuare ad inſtar veræ agnationis, quæ permanere non potuit ex eo, quod contra deſiderium ſuum defecerunt agnati.

316 Et quamuis in materia huius lineæ agnatitiæ, plurimas ac ſubtiles potuiſſemus excitare quæſtiones, de quibus diſputant ſupra dicti Doctores, ad quos te remittimus, attamen de quadam quæſtione, cùm mihi videatur ſubtilis ac pulchra, mentionem facere mihi placuit: Videlicet, Quid iuris, quando inſtitutor vocauit proximiorem agnatum, & eueniat quod ex vna parte contendat agnatus remotior, attamen proximior ex eo quod deſcendat à fœmina eiuſdem agnationis: quod contingit quando fœmina eſt nupta vni de ſua agnatione, & ex altera alius agnatus qui per virilem ſexum ſit proximior, an ſucceſſio Maioratus ad agnatum remotiorem, attamen per fœminam factum proximiorem, vel ad alium proximiorem agnatum peruenire debeat? Et eam reſoluunt in fauorem agnati deſcendentis à fœmina proximiori Veggius *conſil.* 63. Aluat. *conſil.* 86. *&* 87. Vincentius Fuſar. *quaſt.* 357. *num. fin. & conſ.* 18. *&* 19. Auguſt. Barboſ. *appellat.* 13 *verb. Agnati num. fin.*

317 Pro complemento autem aduertas pro regula ad hanc lineam agnationis, quod incompatibis eſt cum linea directa: quia Maioratus reſpectu agnationis non eſt compatibilis cum linea directa, imò poteſt eſſe res maximè repugnans: agnatio enim non habet lineam directam: ſed ad ſuam conſeruationem neceſſe eſt transſlineare, & tranſire de vna ad aliam: verba ſunt Cabreros *de mein lib.* 2. *cap.* 9. *à num.* 14. ex Baldo *conſil.* 334 *num* 9. *vol.* 3. Ancharanus *conſil.* 95. *num.* 7. Auendañus *in l.* 4. *Tauri*, *gloſ.* 9. *num.* 40. Mieres *p.* 2 *q.* 7. *n.* 11. Simon. de Præt. *conſ.* 32. *à num.* 2. *vol.* 1. D. Ioan. à Caſtil. *lib.* 5. *cap.* 138. *num.* 18.

§. XXII.

De linea nuda, ſeu ſimplicis Maſculinitatis.

Lineam ſimplicis maſculinitatis eam vocamus, quæ 318
componitur ex maſculis cuiuſcumque qualitatis, deſcendentibus ex fœminis, vel non, quando non fuit clarè, ac explicitè habita ratio agnationis: Socinus *in l. Gallus*, *§. nunc de lege num. fin. ff. de lib. & poſthum.* Tiraquellus *de primog quaſt.* 13. *num fin.* Fulgoſ. *conſ.* 85. Ancharan. *conſ.* 339 *à n.* 6. Decius *conſ* 303. *n.* 8. Alciatus *conſ.* 127. *lib.* 9. D. Molina *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 48 *&* 49. Hippolyt. Riminald. *conſ.* 147. *à n.* 17. Guido Papa *dec.* 216. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 18. *à n.* 15. & in *num.* 37. reſpondit ad *l.* 1. *in fin. ff de iur. immunit.* & eam interpretatur: & *lib.* 11. *tit.* 15. *n.* 4. Marta *de ſucceſ. legal. part.* 1. *q.* 1 *art.* 2 *n.* 5. Rolandus à Valle *conſil.* 76. *num.* 15 *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 172. *& conſ.* 400. *lib.* 4. *& conſ.* 802. *à n.* 38. *& conſ.* 867. *lib* 9. *& conſ.* 1209. *à n.* 28. *cum ſeqq. lib.* 11. Ioſeph de Ruſticis in *l. cum auus lib.* 6. *cap.* 16. *à n.* 22. Surd. *conſ.* 304. *n.* 14. *& conſ.* 315. *lib* 3. *& conſ.* 443. *n.* 37. *& conſ.* 573. *lib* 4. Peregrin. *de fideicom. art.* 26. *n.* 27. *& conſ.* 5 *num.* 13. *lib.* 1. *& conſ* 1 *n.* 33. *lib* 5. D. Greg. Lopez *in l.* 3. *gloſ. verb Mugeres, quaſt.* 21. *tit.* 13. *partit.* 6. Caſanate *conſil.* 38 *ex n* 77. Phœbus *deciſ.* 44. Sfortia Oddus *conſ.* 44. *à n* 37. Molinus *de ritu nuptiar. lib* 3. *quaſt.* 24. *ex num.* 200. Ant. Theſaur. *quaſtionum forenſ. lib.* 2. *cap.* 12. *à n.* 43. Philip. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 9. *à n* 41. Franc Souſa *in leg. fœmina num.* 47 *ff de reg. iur.* Gaill. *obſeru.* 148. *n* 3. *lib.* 2. Anton. Bellon. *conſ.* 72. *&* 73. quem ſequitur D. Ioan. à Caſtil. *lib.* 5. *part.* 2. *cap.* 133 *§. vnic. n.* 2. *&* 3. Ioſeph. Seſſe *deciſ.* 254. *&* 309 *&* 374. cum aliis Mieres *part.* 1. *q.* 1. *n.* 111. *&* 127. *& part.* 2. *q* 3 *n.* 269. *& q.* 6. *à n.* 55. *&* 65. 239. *& à n.* 251. *vſque ad n.* 260. *& n.* 541. *cum ſeqq.* Gama *deciſ.* 294. Simon de Præt *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *interpret* 3. *dub.* 1. *ſolut.* 11. *n.* 7. *&* 24. Velaſq. de Auend. *in l.* 40. *Taur. gloſ.* 9. *num.* 74. Alexand. Raudenſ. *lib.* 1. *de analog. cap.* 15. *num.* 15. *& conſ.* 15. *à num.* 63. Fontanella *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 25. *à num.* 12. Cald. Pereyra *de nom. emphyteci. lib.* 3. *cap.* 50 *num.* 30 D. Ioan. à Caſtil *lib.* 2. *cap.* 4 *& lib.* 3 *cap* 29 *& lib.* 5. *cap.* 92. *n.* 15. *& cap.* 103. *n.* 6. *& cap.* 129. *cap.* 130. *cap.* 131. *cap.* 132. *c.* 133. Vincent. Fuſar. *conſ.* 18. *&* 19. *& de ſubſtit. fideic. q.* 404. *num.* 7. *&* 20. Farinac. *deciſ.* 463. *part.* 1. *noniſ. & deciſ.* 667. *part.* 2. *nouiſſim.* Additionat. ad D. Molinam *lib* 3. *cap.* 5. *à num.* 45 *vſque ad* 50. Auguſtinus Barboſa *appellat.* 141. *verb. Maſculus num.* 3. Antonius Faber *de erroribus Pragmaticorum*, *Decade* 18. *errore* 8. Stephanus Gratianus *tom.* 5. *cap.* 999. *à num.* 4. *vſque ad fin.* D Ioan Baptiſta de la Rea *tom.* 2. *deciſ ſeu quaſtion.* 54. *n.* 1. vbi cum multis id dicit. Quod Maſculis vocatis ad ſucceſſionem Maioratus admittuntur maſculi ex fœminis, Bancheanus *in additionibus ad Gamam, deciſ.* 294. argumento *l. iubemus, Cod. ad Trebellianum*, & idem Dom. D. Ioan. de la Rea antea *in* 1. *tom. deciſ.* 34.

Rationes autem, quæ mouere poſſunt inſtitutores 319
ad deſiderandos ſucceſſores maſculos, ſiue ſint maſculi ex maſculis, ſiue maſculi ex fœminis, & quod in ſuo Maioratu ſuccedatur per lineam ſimplicis maſculinitatis, reſpiciendo ſolùm ad ſexum virorum, & nudam maſculinitatem, cumulat atque repræſentat Franciſcus Souſa *in leg fœmina num.* 47. *ff. de reg iur.* quas ad literam referre hic operæpretium erit.

Prima, ibi: *Ne fœmina indigno forte nubentes, me-* 320
moriam, & honorem inſtituentis domum ſuæ generationis, cuius augmentum in Maioratu prætenditur, nota aſpergant.

Secunda,

Secunda, illic: *Item quia maſculi Principi ac Reipublicæ inſeruientes, aptiores ſunt, vt per eos Maioratus, & generationis honos augeatur.* D.Ioſeph. de Vela *tom.2.diſſertat.49.n.7.*

Tertia, ſic: *Sunt aptiores ad bona Maioratus colenda, conſeruanda, & gubernanda. Maſculi quam fœmina.*

Quarta, dum dicit: *Item, quia fœminæ quodammodo ſunt virorum, qui extranei à ſanguine Maioratus ſunt, & eorum poteſtati ſubijciuntur, cap. mulierem 33. quæſt 5. non tam per fœminas, quàm per maſculos bonos Maioratus illuſtratur.* Quibus & ſimilibus rationibus moueri potuit inſtitutor Maioratus ad vocandos maſculos: non ergo ex vocatione maſculorum ſequitur in dubio gratia conſeruandæ agnationis fuiſſe Maioratum inſtitutum, & per conſequens in dubio non debent excludi maſculi deſcendentes ex fœminis.

Quintò, & ſextò, ex Socino, Beroio, Mandello de Alba, & D.Ioan. à Caſtillo, D Ioan. Baptiſta de la Rea, D.Ioſeph. Vela *tom.2.diſſertat.49 num.7.& 8.* quia maſculi magis idonei ſunt ad conſeruanda ea, quæ in Maioratibus relinquuntur, quam fœminæ, tum etiam ex eo quod commodiùs ſe ſuamque familiam alere poſſunt.

Inter quæſtiones autem, quæ hic ſuper linea nudæ
320 maſculinitatis controuerti ſolent, ea eſt frequentior, & vtilior: quid ſi concurrant ad Maioratus ſucceſſionem maſculus ex fœmina proximior vltimo poſſeſſori, & melioris lineæ, & maſculus ex maſculo, remotioris lineæ & inferioris; quis eorum præferri, atque admitti debeat? Eam reſoluunt Doctores cum
321 hac vera diſtinctione: Si in Maioratus inſtitutione fuit expreſsè, ac literaliter habita ratio agnationis, præfertur maſculus ex maſculo, & ita intelligi debet Peregrinus *de fideicommiſſ. artic.26. num.2.* D.Perez de Lara *in compend. vita homin. cap.30. num.72.* Et
322 in hoc caſu ſi concurrunt maſculus ex fœmina, & fœmina ex maſculo præfertur maſculus, *ex cap. vnic. de eo, qui ſibi, vel hæred. ſuis maſculis.* Anton.Gomez *in l.40.Taur. num.63.* & Auendañus *in d.l.40.Taur. gloſ.9.num.75.* Cephalus *conſil.251. à num.42. libro 2.*
323 Fontanella *de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.25.num.11.* At ſi concurrat fœmina ex maſculo, & fœmina ex fœmina, præfertur fœmina maſculo: Mieres *part.2. gloſ.6. n.76* D.Ioan. à Caſtillo *lib.3 cap.19.n.156.*

324 Sin autem non fuit clarè, ac explicitè ſeu euidentiſſimè contemplata agnatio, admitti debet maſculus ex fœmina, quia ſucceſſio ei defertur ſuo loco & gradu, ac ſi Maioratus regularis eſſet; & vltra quod de iure noſtro hoc indubitatum eſt, nam præter excluſionem fœminarum in omnibus aliis caſibus ad ſucceſſionem Maioratuum, in Hiſpania, debet obſeruari *l.2. titul.15. partit.2.* & eius regulæ: vt probant Bald. *conſil.275.num.6.lib.2.* Ioan. Petr.Surd.*conſ.308. per tot.* & maximè *num.2 & 9.* Parlador.*lib.3.quæſt.1. à n.6.7.& 8.* Molinus *de ritu nuptiar.lib.3.quæſt.24. à num.217.vſque ad 223.* Ant.Bellonius *conſ.73.* Stephan. Gratian.*tom.5. cap.999.num.2.4.& 5.* Marta *de ſucceſ. leg. p.1.quæſt.1.art.2.4.& 5.* Ioſeph. de Seſſe *deciſ.254.* Melchior Phœbus *deciſ.39.n.15.* Ludouiſius *deciſ 469. num.12.* D.Ioan. à Caſtil.*lib.5.d.cap.133 § vnic.n.3.* vbi etiam ſe remittit *ad lib.2.cap.4. & lib 3. cap 29.* Vincentius Fuſar *conſ.19.num.27.& 18.* Ioan. Chriſtophor. de Suelues *part.3.conſil.5. per totum*, cuius epigraphe eſt, *Appellatione deſcendentium maſculorum in Maioratibus & fideicommiſſis, quando veniant maſculi ex fœmina?*

Tamen aduertendum eſt, quod in Maioratus ſimplicis maſculinitatis, id eſt vbi ſimpliciter ſunt maſculi vocari, ſi agnatio euidentiſſimè non fuit contemplata, ſuccedere debet regulariter omnis maſculus tam agnatus, quam cognatus, ademptis de medio omnibus fœminis, taliter quod etſi concurrant ad ſucceſſionem Maioratus, maſculus deſcendens ex fœmina, & fœmina ex maſculo, ſuccedit maſculus: Fontanella *de pact.nupt.tom.1.clauſ.4. gloſ.15 n 13.* Gabriel Pereyra de Caſtro *deciſ.59.n.2. & 3.*

Vnde ex his omnibus reprobantur Doctores, qui 325
dixerunt quod in tali Maioratu inſtituto ſub vocatione maſculorum, ſeu ſimplicis maſculinitatis, maſculus, qui per vnam fœminam iungitur teſtatori, præferri debet alij maſculo qui per duas fœminas iungitur: v. g. Quando maſculus procedit, vnâ ſolum fœminâ interpoſitâ; & alius maſculus, duabus, aut pluribus fœminis mediantibus: Cephal. *vol.4. conſ.581.* Menoch *conſil.172.vol.2. & conſ.315.n.41.vol.4.* Peregrin.*de fideicom art.26.n.29.* D Perez de Lara *in compend.vita homin.cap.30. à n.119.* D.Ioan. Baptiſta de la Rea *tom.2 deciſ 54. num.11.* Nam contrarium verius eſt ex Mantica, Marta, Seſſe, Ramonio, & aliis ſuprà relatis *num.315.*

---

§. XXIII.

De linea Maſculina, ſeu clauſula, Sucedan por la linea maſculina.

CVm autem in Maioratuum inſtitutionibus pro 326
regula ad ſuccedendum ſoleant inſtitutores apponere illam clauſulam: *Sucedan ſiempre por la linea maſculina*, vel ſic: *Sucedan los de la linea maſculina de partes de mi padre, ò de mi el fundador, ò de fulano*, Latinè dicimus, *Succedant hi, qui ſint deſcendentes per lineam maſculinam, ſiue a linea maſculina, vel de linea maſculina.*

Linea maſculina eſt linea maſculorum, quæ inci- 327
piat à maſculo: nam inſpecta ſua origine, vel à fonte quodam, ſi incipiat à maſculo, dicitur maſculina; & ſi incipiat à fœmina, dicitur fœminina; ſicuti familia *Iulia*, quæ dicitur à *Iulio*, quaſi à fonte quodam, *l.pronunciatio 195. in fin. ff de verb. ſignificat.* Paul.de Caſtro *in conſil.91. num.fin. lib.2.* & antea in *l.Maritus à n.4. C.de procurat.* Alexand.*conſ.53 num.2. & 9. lib.6.* & antea in *l.Gallus §.nunc de lege, ff de lib. & poſthum.* D.Greg.Lopez *in l.2.tit.6. partit.4.verb.Linea de parenteſco:* Simon.de Præt. *lib.3.ſol.11. fol.154. num.53.* Beroius *lib.2. conſ.77.n.15. & 16.* Burſat.*lib.3. conſil.228.n.16.* Franc.Souſa *in l.fœmina n.30. ff de reg. iur.* & ex Socino *conſ.33.n.8.lib.3.* Menoch *conſil.625. num.12.* Vincent.Fuſar. *q.346.n.24.*

Ideò dubitant ſuper dicta clauſula, in primis, An 328
fœmina, quæ immediatè à maſculis prouenit, contineatur ſub hac vocatione deſcendentium *per lineam maſculinam, à linea maſculina*, vel *de linea maſculina?* exemplo demonſtremus in gratiam facilioris intelligentiæ; & ad id ſupponendum eſt, quod ſi pareos habet duos pluresve filios, vnuſquiſque ex filiis
ſuam facit lineam; etſi vnus eſt maſculus, facit lineam 329
maſculinam; ſi alter eſt fœmina, facit lineam fœmininam; & ſic quilibet deſcendens ex ſtipite facit propriam lineam reſpectu ſuorum deſcendentium, ita vt ſemper tot nouæ lineæ pullulent, quot ſunt filij cuiuſcumque vltimi poſſeſſoris: Philippus Decius *conſil.379.n.1.vol.2.* Paul.Caſtrenſ.*in l. ſi maritus n.5.C.de procurat.* Carolus Ruinus *conſil.98. verſ. Sed præmiſſis, lib.1.* Celſus Hugo *conſil.120. num. 4.* Hieronym. Gabriel *conſil 90. num.33. lib.1.* Socinus iun. *conſil.69. n.30.lib.3* Menoch.*conſ.205.n.19.* Miet. *part.2.q.6.n 70.*

Riminald. iun. *conſil.* 543. *num.* 4. 9. 87. *&* 90. Auendaño *in l.* 40. *Taur. gloſ.* 17. *num.* 26. D. Ioan. à Caſtil. *lib.* 3. *cap* 19. *num.* 52. Cancer. *variar. reſolut. part.* 3. *cap.* 21. *de Tranſmiſſ. num.* 295. Ioan. Gutier. *conſil.* 13. *num.* 12. *verſ. Sed certum eſt de iure quod quilibet fratrum conſtituit propriam lineam, & alter de alterius lineu non dicitur, &c.* Robles *de Repraſ. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 15. Vincent. Fuſar. *quæſt.* 346. *n.* 15. Giurba *de ſucceſſione feud.* §. 2. *gloſ* 6. *num.* 13. & Robles *vbi proximè* aduertit, & hoc declarat dicens in *num.* 16. Quod nihilominus reſpectu Maioratus fundatoris, omnes ex prima vocatione deſcendentes vnius ſunt lineæ, etiamſi inter ſe tranſuerſæ lineæ à prima dependentes conſiderentur: *l. Stemmatu, l. Iuriſconſultus* 10. §. *nam quoties*, ibi: *Recta linea ſurſum, verſum, vel deorſum tendentium, ff. de gradibus, & affinib.*

330 Quo ſic ita præhabito, pone, quod in Maioratus inſtitutione pater vocauit filium, & eius deſcendentes *per lineam maſculinam*, vel *de linea*, vel *à linea maſculina*; vel finge quòd Maioratus inſtitutor, qui non habebat filios, vocauit ad ſucceſſionem eius fratrem, vel nepotem, ſcilicet filium eius fratris, & eius deſcendentes per lineam maſculinam, ſiue de linea, aut à linea maſculina; & filius fratris habuit quatuor filios, ſcilicet Euſtaſiam, Ioannem, Thereſiam, & Iacobum; Euſtaſia filia maior, etſi habeat filium maſculum conſtituit lineam fœmininam; Ioannes conſtituit lineam maſculinam, & ſic de aliis fratribus & ſororibus: cum quilibet ex fratribus conſtituat ſuam lineam; & euenit, quod Ioannes ex maſculis primogenitus habuit filium maſculum, & ex eo vnam tantum fœminam neptem ſcilicet, ſed Iacobus ex maſculis ſecundo-genitus habuit filium, & ex eo alium maſculum nepotem, & per mortem vltimi poſſeſſoris, qui fuit filius Ioannis primogeniti contendant ſuper ſucceſſione Maioratus, fœmina neptis procedens immediatè à maſculis primogenitis, & maſculus ex maſculis nepos Iacobi ſecundo-geniti, quis eorum præferendus ſit, dubitatur?

331 Ingens eſt difficultas, & ex maioribus, quæ in materia Maioratuum ſeu primogeniorum ſe offerri poſſunt: nam ex parte fœminæ cum deſcendat per lineam maſculinam immediatè à maſculo illius primæ lineæ maſculinæ, eſt textus fauorabilis in *l. lege duodecim tabularum* 14. *verſ. Huiuſmodi*, dum dicit: *Et ſancimus omnes legitimas perſonas, id eſt per virilem ſexum deſcendentes, ſiue maſculini, ſiue fœminini generis ſint, C. de legit. hæred.* §. *Cæterum* 4. *verſ. Ideo nos, Inſt. de legitim. agnator. ſucceſſ.* vbi licet lege duodecim Tabularum, & magis de media Iuriſprudentia etiam in ſucceſſionibus ordinariis maximè intendebatur, quod ſucceſſio fieret per deſcendentes per lineam maſculinam, tamen admittebatur filia, quia ſcilicet erat agnata, & per lineam maſculinam deſcendens. Expreſſè idem tenet Gloſ. *verb. Nam etſi, in fin. in l. Gallus* § *nunc de lege, ff. de liber. & poſthum.*

332 Comprobatur autem rationibus. Tum quia pater fœminæ dicitur principium lineæ maſculinæ, & filia eius finis, cum in ea finiatur ipſa linea: ſicuti ergo caput continetur ſub corpore, pariter & pater ſub linea continetur: & ſicuti pes corporis, quæ eſt pars vltima, continetur ſub corpore, pariter & filia fœmina, quæ eſt finis lineæ maſculinæ continetur: Bald. *conſil.* 339. *lib.* 3. Alciatus *in dict. l. Gallus* §. *nunc de lege num.* 11. *in fin.* Menochius *conſ.* 625. *à n* 9. Vincent. Fuſar. *quæſt.* 346. *n.* 22.

333 Tum quia ille dicitur deſcendere per lineam, qui eſt in aliqua parte lineæ: argum. *l. vrbana* 166. §. *pernoctare, ff de verb. ſignif* Paulus de Caſtro *in l. Maritus, à num.* 4. *C. de procurat.* Greg. Lopez *verb. Linea in l.* 2. *tit.* 6. *partit.* 4. ergo fœmina deſcendit per lineam maſculinam, & ſic verba clauſulæ ei conueniunt expreſsè ex proprietate ſermonis, Ant. Faber *de erroribus Pragmaticorum, decade* 28. *errore* 10. *fol.* 152. Sed fœmina filia maſculi, eſt in parte poſteriori lineæ 334 maſculinæ; ergo eſt in linea maſculina, & per conſequens, &c.

335 Tum etiam quia linea inferior reſpicit omnes deſcendentes tam maſculos quàm fœminas, §. 1. *Inſt. de Gradib.* Vincent. Fuſar. *d. quæſt.* 346. *n* 25. ſed dum aliquis ex linea ſupereſt, ad aliam pro ſucceſſione Maioratus non debet fieri tranſitus, iuxta regulam *in c.* 1. *de natur. ſucceſ. feud.* ergo dum ſupereſt fœmina deſcendens à linea, vel per lineam maſculinam vltimi poſſeſſoris Maioratus, non debet fieri tranſitus ad alium alterius inferioris lineæ.

336 Corroboratur denique authoritate Doctorum in *d.* §. *nunc de lege*, maximè Alexand. *n.* 3. Iaſon *n* 25. *& in conſ.* 53. *n.* 9. *lib.* 6. Socin. *conſ.* 227. *n.* 5. *lib.* 2. *& in conſ.* 51. *num.* 6. *lib.* 3. *& conſ.* 81 *n.* 2. *lib.* 4. Philippi Decij *conſ.* 320 *num.* 1. *& conſ.* 379 *num.* 4. Caroli Ruini *conſil.* 98. *à num.* 1. *& conſ.* 140. *n.* 1. *lib.* 1. *& conſ.* 4 *num.* 2. *& conſ.* 152. *lib.* 4. Paul. Pariſ. *conſil.* 49. *num.* 41. *lib.* 3. *& conſil.* 72. *num.* 95. *lib.* 4. Curtij iun. *conſil.* 105 *num.* 3. *& conſil.* 115. *num.* 20. Beroi. *conſil.* 77. *num.* 18. *libro* 2. Celſi Hugo *conſil.* 120. *num.* 25. Hieronymi Gabriel *conſil.* 90. *num.* 33. *lib.* 1. Pinelli *de bonis maternis lib.* 3. *num.* 29. Cephali *conſil.* 413. *à num* 18. *& conſil.* 663. *num.* 23. Menoch. *conſil.* 318. *num.* 6. *& conſil.* 379. *à num.* 26. *& conſil.* 625. *à num.* 8. vbi ſe explicat contra ea quæ ſcripſit *in conſil.* 205. & latè comprobat *in conſil.* 732. *à num.* 31. *& conſil.* 1053. *num* 9. Grammatici *deciſ.* 63. *num.* 2. Manticæ *de conject. vltim. volunt lib.* 8. *tit.* 11. *n.* 9 Peregrini *conſil.* 50. *lib.* 3. *& deciſ.* 4. vbi dicit ita iudicatum: Ioſephi de Ruſticis in *l. cum auus, lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 22. *ff. de condit. & demonſtrat.* Quos & alios refert pro hac parte Vincent Fuſar. *quæſt.* 346. *à n.* 19. *& in conſ* 60. *n.* 26. D. Greg. Lopez *verb. Linea, ante medium, in l.* 2. *tit.* 6. *partit.* 4. Gaſpar. Theſaur. *in additione ad Ant. Theſaur. deciſ.* 37. *in fin.* Aluaradi *de coniect. mente defuncti, lib.* 2. *cap.* 3. §. 4 *n.* 26. Franciſc. à Souſa *in l. fœmina, à num.* 28. *ff. de reg. iur.* Ant. Fabri *de erroribus Pragmaticorum decade* 28. *errore* 10. *folio* 152. quem ſequi videtur D. Ioan. à Caſtil. *lib* 5. *c.* 91. *num. fin.* Camilli Galinij *de verb. ſignif. lib* 8. *cap.* 26. *à n.* 1. Angeli Matheacij *de legat. & fideic. lib.* 2. *q.* 11.

337 Sed è contrario, & pro parte maſculi de linea inferiori, ſunt Paul. de Caſtro in *l. Maritus n.* 5. *C. de procur & conſ* 190. *lib.* 2. Socinus in *l. Gallus* §. *nunc de lege, n.* 3. *ff. de liber. & poſthum.* vbi etiam Ruinus *n.* 7. & Claudius Salaman. *num. fin.* Ripa *lib.* 2. *reſponſor. cap.* 3. *n.* 10. Crauera *conſ.* 250. *n.* 3. Menoch. *conſ.* 205. *per tot.* qui loquitur in caſu, quo vocati ſunt deſcendentes per lineam maſculinam, & ea deficiente deſcendentes per lineam, Michaël Craſſus *in* §. *fideicommiſſum, quæſt.* 15. *n.* 3. Simon. de Præt. *de interpret vltim. volunt. fol.* 287. *num.* 5. *& fol.* 292. *n* 51. *& fol* 293. *n.* 67. Intrigliol. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 85. *n.* 7. Quos recenſet, & alios Vincent. Fuſar. *d. quæſt.* 346. *à num.* 12. *& in conſ* 191. *num* 29. Peregrinus *de fideicommiſſ. artic.* 26. *à num.* 28. Riminald. iunior *conſil.* 786. *à numero* 27. *lib.* 7. Villagut. *deciſ* 4. *à num.* 34. Caualcan. *deciſ.* 36. *part.* 2.

338 Rationem reddunt, nam licet fœmina ſit ex linea, ſub ipſa tamen linea non continetur, cum ſit lineæ principium, & excluſis ramis lineæ fœmininæ, excluditur etiam caput eiuſdem lineæ; fœmina enim appellatur Caput & finis ſuæ familiæ: *l. pronunciatio* 195. *in fin. ff. de verb. ſignif.*

339 Tum quia cum de linea maſculina fiat mentio ſuc-

cedere

cedère intendens duas qualitates probare debet; primam, quod ſit maſculus; ſecundam, quod per lineam maſculinam deſcendat: ex tali namque vocatione videtur quod voluntas inſtitutoris ea ſit, ne res ad cognatos tranſeat, ideo poſtponere debemus aut excludere fœminam, ne ſucceſſio Maioratus ad cognatos deueniat.

340 Attamen vera reſolutio eſt, quod in Maioratibus Hiſpaniæ, vbi expreſsè non fuerint vocati agnati, & excluſæ fœminæ, iudicandum eſt ſecundum primam opinionem in fauorem fœminæ agnatæ deſcendentis ex maſculis, abſque eo quod ex ſola vocatione deſcendentium per lineam maſculinam cenſeatur contemplata agnatio, & quod Maioratus ſit Agnationis, cùm requiratur magis expreſſa, & concludens, atque euidens voluntas de excludenda fœmina agnata nepte ex filio. & de Maioratu Agnationis inſtituendo.

341 Ratio eſt, quia ex tali clauſula, ſeu verborum conceptione, ſcilicet, *deſcendentes per lineam maſculinã*, & ſimili vocatione deduci non poteſt quod fuit habita ratio conſeruãdæ agnationis, cùm aliàs ratio ipſa agnationis inducendæ expreſſa requiratur, vel maſculorum nomen expreſſum: Ant. Faber *de errorib. Pragmaticorum decad.*28. *error.*10. *fol.*152. quem legitimè & bene ſequitur D.Ioan. à Caſtil. *lib* 5. *cap.*91. *num.*84. *verſ. fin.* Non enim præſumitur Maioratus Agnationis, D.Ioan. Baptiſta de la Rea *tom.*2. *deciſ.*56. *n.*9. vbi concludenter probat, quod Maioratus in dubio regularis eſt cenſendus, quia cùm id, quod eſt à diſpoſitione regulati Maioratuum diſcedere, accidens ſit, non debet præſumi, niſi apertè probetur; & ita Maioratum regularem interpretandum, maximè hodie, attenta *l.*13. *tit.*7. *lib* 5. *Recopil.* contra Socinum iun. *conſ.*69. *n.*30. *lib.*3. Beroium *conſ.*77. *n.*6. & alios quos referunt Additionatores ad D.Molinam *lib.*1. *cap.*6. *ad num.*39. 40. & 41. Sed quando aliàs expreſsè in inſtitutione Maioratus fuit habita ratio agnationis, ita vt de ea dubitari non poſſit, tunc habet locum ſecunda opinio, in fauorem maſculi, ex maſculo lineæ inferioris, contra fœminam neptem ex filio. Cuius opinionis ſequaces ſupponunt, quod ex vocatione deſcendentium per lineam maſculinam velit inſtitutor conſeruare puram agnationem, quos allegat Vincent. Fuſar. *quæſt.*346. *n.*13. de quorum errore eos conuincit Ant. Faber *vbi ſuprà*, *decade* 28. *errore* 10. & in Maioratibus Hiſpaniæ non eſt dubium vllum contra *legem noſtram* 13. *tit.*7. *lib.*5. *Recop.*

342 At verò in quantum dicunt, quod ſi contemplata fuerit agnatio, tunc per vocationem deſcendentium ex linea, vel per lineam maſculinam non venit fœmina ex maſculo, ſeu neptis ex filio: D Molin. *lib.*1. *cap.*6. *num.*38. & *lib.*3. *cap.*5. *num.*69. Menochius *conſil.*205. Fachineus *lib.*11. *cap.*25. Steph Gratian. *tom.*3. *cap.*428 *num.*12. Velaſquez de Auend. *in l.*40 *Tauri*, *gloſ* 9. *num.*63. & 64 Molinus *de ritu nuptiar. lib* 3. *quæſt.*24. *à num.*193. Peregrinus *de fideic. art.*26. *n.*30. Robles de Salcedo *de Repræſ. lib.*1. *cap.*12. *n.*72. *verſ. Quando tamen verſamur*, &c. Vincent. Fuſar. *dict. quæſt.*346. *num.*42. & 43. & *conſ.*192. *num.*31. vbi refert Hieronym. Gabriel. *conſil* 132. *à num.*38. & *à num.*45. Cephal. *conſil* 251. *a num.*48. Hondedeum *conſ.*75. *à num.*14. *lib.*1. Surdum *conſil* 96. *num.*27. *lib.*1. & alios: D.Valençuela Velaſquez *conſil.*40. *à num.*24. Farinacius *in Rota Romana deciſ.*203. *à num.*7. *part.*2. *in nouiſſimis*. Ant. Faber *de errorib pragmaticorum dict. decade* 28. *errore* 10. *fol.*152. & 153. D Ioan. à Caſtillo *lib.*5. *cap.*91. *num.*48. *verſ. fin.* Menoch. *conſil* 379. *n.*30. & *conſil.*625. *num* 1 Additionatores ad D.Molinam *dict. lib.*1. *cap.*6. *ad num.*34 & 35. *in fin. verſ. Et excluditur quoties Maioratum inſtituens voluit bona ſua in agnatione conſeruare*, &c. Et ad *num.*39 40. & 41. *in princ.* Auguſtin. de Barboſa *verb. Linea: appellatione* 135. *num.*19.

343 Itaque ad veram intelligentiam huius quæſtionis obſeruandum eſt pro regula, qua decidi debeat, quod in vocatione ſub hac clauſula; *Succedant ſemper in hoc Maioratu deſcendentes per lineam maſculinam*, continetur fœmina ex maſculo neptis ex filio, & præferri debet maſculo ex maſculo de linea inferiori.

344 Hæc regula limitatur primò in Maioratibus, vbi aliàs expreſsè fuit habita ratio conſeruandæ agnationis: ex Robles de Salcedo *de Repræſ. lib.*1. *c.*12. *n.*72. Vincent Fuſar. D.Caſtil. Ant Fabro, & aliis *ſuprà proximè* relatis.

345 Secundò limitatur in caſu, quo fœmina ſit filia accipientis, ſiue primi vocati, & grauati, veluti ſi inſtitutor Maioratus vocauit Petrum, & eius deſcendentes per lineam maſculinam, & poſt eos ſubſtituit Iacobum, & eius filios, ac deſcendentes per lineam maſculinam, & ſuccedat Petrus, qui decedat relicta filia, tunc non venit fœmina recipientis, vel inſtituti grauati, quia hæc fœmina non eſt de deſcendentibus per lineam maſculinam, cùm ea ſit principium & caput lineæ fœmininæ, & linea deſcendentium incipiat à primo deſcendente provt filius primi acquirentis: *cap. quod dilecto*, & *cap. fin. de conſang. & affinit.* ita tenet Bald. *in l. Gallus*, §. *nunc de lege*, *ff. de liber. & poſthum.* Paul. de Caſtro *in l. Maritus à num.*5. *Cod. de procurat.* Alexand. *in conſil.*53. *à num.*5. Peregrin *de fideicommiſſ. artic.*16. *num.*29. Claud. Aquenſ. *in leg Gallus* §. *nunc de lege:* Beroius *conſil.*77 *num.*19 *lib.*2. Paul. Pariſ *conſ.*22 *num.*44. *lib.*3. Menoch *conſil.*205. *num.*10. & 20. & *conſil.*379. *n.*26. Cephal *conſ.*413. *à num* 18. Ferdinandus Loazes *in l. filiusfamilias*, §. *diui num.*67. *ff de legat.*1. Vincentius Fuſar. *dict. quæſt.*346 *num.*35. 36. & 37. Ludouic. Poſtius *de Manutentione deciſ.*168. *num.*6. *verſ Aut agitur de filia recipientis*, & *hæc cum non ſit de deſcendentibus.*

346 Vnde in caſu, quòd ſit contentio inter maſculum ex fœmina filia ex maſculo etiam de linea ſuperiori, & neptem ex maſculis de linea inferiori; veluti ſi inſtitutor Maioratus velit, quod ſuccedant Petrus, & eius filij, & deſcendentes per lineam maſculinam, & Petrus habeat duos filios, Primogenitum, & ſecundogenitum; Primogenitus autem habeat filiam, & ex ea maſculum nepotem; Secundò autem genitus habeat filium maſculum, & ex eo fœminam neptem, quis præferri debeat in ſucceſſione? Et quod non nepos maſculus ex fœmina, ſed neptis ex maſculis ſuccedere debeat, conſtat ex eo quod linea deſcendentium incipit à primis: *cap. quod dilecto*, & *cap. vlt. de conſang & affinit.* Vincent. Fuſar. *d. q.*346. *n.*37. & ſic nepos, etſi maſculus non eſt de linea maſculina, ſed de linea fœminina, quæ ſumpſit principium à matre, in qua egit finem linea maſculina, & fecit initium lineæ fœminina ad eius filios, & deſcendentes, qui reuera ſunt de linea fœminina: Paul. de Caſtro *in l. Maritus n.*6. & 7. *C. de procurat.* Alex. *conſ.*53. *n* 6. & 7. & *n.*9. Ripa *reſponſo* 12. *à n* 23. *in tit. de ſubſtit. in nouiſſimis.* Doctores *in d.* § *nunc de lege:* maximè Bald. Alexand. Socinus, & Iaſon; Decius *conſ.*319. *num.*12. Carolus Ruinus *conſ.*18. *lib.*3. Socinus ſenior *conſ.*51. *num.*5. *lib.*4. Socinus iunior *conſil.*69. *num* 30. *lib.*3. Peregrinus *de fideicommiſſ. art.*16. *num.*29. *in fin. verſ. Certum eſt autem deſcendentes à fœmina non contineri in ea vocatione deſcendentium virilis ſexus per virilem ſexum per lineam, aut ex linea maſculina*, &c. Cephal. *conſil.*381. *num.*12. Michaël Craſſus *in* §. *fidei-*

*commiſſum, quæſt.*15.*n.*3. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.*8. *titul.*11. *num.*9. Intrigliol. *de ſubſtit. centur.*3. *q.*85. *num.*6. Vincent. Fuſar. *quæſt.*346. *num.*17.18.32.33. *&* 34. vbi concludit ita ſic: *Sed quoad deſcendentes etiam maſculos ex fœmina vt non veniant pro abſoluto habeo, & eſt textus in l.*1. §. *fin. in fin. ff. de iure immunit.*

347 Idem eſt dicendum, quando ſuper ſucceſſione Maioratus, in quo appoſita ſit dicta clauſula de ſuccedendo per lineam maſculinam, contendant ſoror agnata, id eſt fœmina filia ex maſculo; & maſculus filius ſororis: quia ex eodem iure, & ratione, ſoror agnata præfertur, & excludet maſculum filium ſororis: Peregrin. *conſ.*47. *n.*5. *lib.*4 quem refert D. Ioan. à Caſtil. *lib* 5. *cap.*91. *num. fin. verſ. Ex his ergo, in fin.* cum Mieres *part* 2. *q.*6. *n.*54.

348 Et quid ſi controuerſia ſit inter ſororem id eſt fœminam filiam ex primo vocato, & neptem cuius auus maternus ex linea ſucceſſibili fuiſſet maſculus frater dictæ filiæ ex primo vocato: v. g. Petrus fuit vocatus ad ſucceſſionem Maioratus, & eius deſcendentes per lineam maſculinam, & Petrus habuit duos filios, filiam nempe primogenitam, vel ſecundo-genitam, & filium maſculum, qui habuit filiam, & ex ea neptem; tunc dubium non eſt ex iuribus ſuprà dictis, quin præferri debeat filia primi vocati ſoror, aui materni neptis, quia licet neptis procedat ex maſculo auo materno, qui conſtituit lineam maſculinam, hæc in eius filia fuit finita, & ex filia cœpit linea fœminina, quæ eſt inferior, quia ſoror aui materni conſtituit lineam ſuperiorem, ideo tanquam ex ſuperiori linea ſoror aui materni præferenda eſt in ſucceſſione Maioratus.

---

§. XXIV.

De linea fœminina.

349 Linea fœminina eſt quæ incipit à fœmina ex fratribus, matre nempe, quæ conſtituit lineam, quia incipit à primis; prout dictum eſt *ſuprà* de linea maſculina, per textum *in cap.*3. *& cap. fin. de con-*
350 *ſanguinit. & affinit.* Et diuiditur in duas ſpecies, vna eſt attento principio, veluti ſi incipiat à fœmina, quia omnes quæ deſcendunt ex ea dicimus eſſe de linea fœminina, licet ſint maſculi, qui ex illa prima fœmina ſicuti ab ſtipite procedant, *d. cap.*3. *& fin. de conſang. & affinit.*

351 Alia eſt fœminina, quæ componitur ſolum ex fœminis, abſque vlla maſculorum mixtione; veluti è contra, linea maſculorum, quæ eſt illa, quæ componitur ſimpliciter ex maſculis abſque intermixtione fœminarum: §. *cæterum Inſtitut. de leg. agnat. ſucceſſ.* D. Gregor. Lopez *verb. Linea de parenteſco, prope fin. l.*2. *tit.*6. *partit.*4. Franciſc. à Souſa *in l. fœminæ n.*30. *ff. de reg. iur.* Simon. de Prætis *lib.*3. *de interpr. vltim. dub.*1. *ſolut.*11. *num.*54. *&* 55. *fol.*154. Caldas Pereyra *de nomin. emphyteot. q.*14. *n* 60.

352 Et hæc linea locum habet, aut quando finita eſt linea virorum, quia poſt eam incipiat linea fœminarum: Mieres *part.*2. *quæſt.*6. *num.*180.181.183. *&* 190. Franciſcus Molinus *de ritu nuptiar. lib.*3. *quæſt.*24. *à num.*160.

353 Aut quando ad ſucceſſionem Maioratuum vocatæ fuerunt omnes quæcumque fœminæ: ſub vocatione enim fœminarum maſculi minimè continentur. *l. ſi ita ſcriptum* 45. *ff. de legat.*

354 Et de hac vocatione cum virorum excluſione expreſſa vidi quamdam inſtitutionem Maioratus, vbi dicebatur: quod ſuccedant fœminæ, & non viri, etiam in quacumque linea, vel gradu proximiores, ex eo quod voluntas inſtitutoris erat ſuccurrere imbecillitati, & miſeriæ mulierum, quæ magis quàm maſculi indigent diuitiis. Intererat enim ſuæ familiæ, & boni publici, ſeu Reipublicæ eas dotatas eſſe, ne abſque dote, vel in dedecus familiæ nuberent, aut in turpitudinem inciderent. Teſtator itaque in hac diſpoſitione non ſolum motus fuit pietate ob imbecillitatem ſexus, fauorem ſuæ familiæ, ſed etiam ob publicam vtilitatem, de qua eſt textus *in l. ff. ſoluto matrim.*

Denique in diſpoſitione Maioratus, vbi ſit appo- 355
ſita dicta clauſula, obſeruari debent eædem regulæ, quæ obſeruantur in Maioratu irregulari de ſuccedendis deſcendentibus per lineam maſculinam, quia contrariorum eadem eſt diſciplina: *l.*1. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni: l. fin.* §. *fin. ff. de legat.*3.

---

§. XXV.

De linea electionis, ſeu electiua.

Linea electionis componitur ex his perſonis ele- 356
ctis ab eo, qui commiſſionem, facultatem, ſeu poteſtatem habet eligendi ſucceſſorem, qui in Maioratu ſuccedere poſſit.

Commiſſarius autem ad vnguem debet obſeruare 357
conditiones, & qualitates facultatis ſibi conceſſæ ad eligendum, ſeu nominandum ſucceſſorem, & non excedere commiſſionis fines; quia ſi excedit, nominatus non erit de linea electiua: *leg. filiusfamilias* 114. §. *cum pater, ff. de legat. l. diligenter* 5. *ff. mandat. l. ſi ante* 10. *ff. ad Senat. conſ. Trebell.* Et probatur de iure noſtro *in l.*27. *Tauri.*

At verò ſi non coarctatam, imò liberam habeat, 358
& amplam facultatem eligendi, ſeu nominandi, poterit eligere eum de familia, quem voluerit, etiam remotiorem, abſque eo quod teneatur eligere proximiorem: *dict. l. filiusfamilias* 114. §. *cum pater, ff. de legat.*1. *l. cum quidam* 24. ibi: *Rogo reſtituas liberis meis, quibus voles: Marcellus putauit poſſe hæredem & indignum præferre, l. vnum ex familia* 67. §. *ſi de Falcidia*, ibi: *Eo, vel diſpari gradu, ſatis erit vni reliquiſſe.* Vbi etiam Gloſ. *verb. Vni, ſic etiam vlteriori: ff. de legat.*2. *l. heredes mei* 57. §. *peto de te*, ibi: *Ex cognatis quam perſonam velis eligi poſſe, ff. ad Trebellian. l. vtrum.*8. §. *cum quidam, ff. de reb. dub. l. fœminæ, C. de ſecund. nupt.* Paul. de Caſtr. *conſil.*32. *lib.*1. Tiraquel. *de retract.* §. 11. *gloſ.* 6. *à num.*7. Philip. Decius *conſil.*422. *num.*9. *& conſ.*619. *num.*3. Mencius de Padilla *in dict. l. cum quidam num.*14. Sarmientus *in dict. l. vnum ex familia*, §. *ſi de falcidia num.*14. & *ibidem* Peralta *num.*12. *& in* §. *Rogo num.*14 *ff. de legat.*2. Paulus Pariſius *conſ.*72. *n.*12. *lib.*2. *& conſ.*1. *n.*58. *lib.*3. Anton. Gomez *in l.*40. *Taur. num.*14. D. Mulina *lib.*2. *cap.*5. *n.*5. Petra *de fideicom. quæſt.*7. *n.*5. Mantica *de coniect. mente defunct. lib.*8. *tit.*12. *n.*15. Mieres *part.*1. *quæſt.*72. *n.*2. Ioan. Gutier. *pract. lib.*2 *q* 68. *n.*3. Nicol. Garcia *de benef. part.*7. *cap.*15. *n.*18. Surd. *conſ.*29. *n.*7. *& conſ.*153 *n.*8. *& conſ.*247. *n.*12. Caldas Pereyra *de renouat. emphyteot. quæſt.*13. *n.*5. Ceuallos *quæſt.*265. *n.*6. Gabriel Pereyra de Caſtro *deciſ.*8 *num.*1. Manuel Rodriguez *in Summa tom* 1. *cap* 106 *n.*8. D. Ioan à Caſtil. *lib.*5. *cap* 67. *num.*3. D. Chriſtophor. à Paz *de tenuta, tom.*1. *cap.*34 *num.*107. *& tom.*2. *cap.*59. *num.*9. Additionatores ad D Molinam *lib.*2. *cap.*5. *ſuper num.*4. *&* 5. *verſicul. Ampliatur* 4. *vt elector, cui libera eligendi facultas data eſt, poſſit eligere remotiorem, &c.*

Sed

Digitized by Google

359 Sed pro declaratione huius generalis concluſionis, referam litem, quam audiui in hoc Senatu Granatenſi agitatam fuiſſe, inter quoſdam incolas ciuitatis Giennenſis, ſuper ſucceſſione Patronatus, titulo Maioriæ conſtituti, cum facultate conceſſa cuicumque vltimo poſſeſſori ad eligendum, nominandumvè ſucceſſorē: & euenit quod vltimus poſſeſſor cum haberet duos filios legitimos ac naturales, eis omiſſis abſque legitima cauſa, ad ſucceſſionem alium ſuum conſanguineum, & licèt ex familia valde remotum elegit: & poſt mortem vltimi poſſeſſoris conſanguineus virtute ſuæ electionis iudicialiter petit ſe in poſſeſſionem bonorum huius Maioratus mitti; & è contra filius maior vltimi poſſeſſoris idem petit, & Iudex ordinarius in fauorem nominati pronuntiauit ſuam ſententiam; fortè motus ex ſupradicta regula & concluſione. De qua ſententia interpoſita fuit appellatio ad hanc Regalem Cancellariam Granatenſem, vbi reuocata ſententia, bene appellatum, & malè iudicatum, deciſum fuit, in fauorem filij primogeniti vltimi poſſeſſoris.

360 Sed rationes, & iura, quibus Senatores moti fuerunt, non peruenerunt ad meam notitiam, quatenus tamen conijcere licet, mihi videtur æquiſſima, ac iuridica Senatus deciſio; quia non eſt dubium quin pater, qui vt vltimus poſſeſſor habet facultatem eligendi, ſeu nominandi ſucceſſorem in Maioratu, poſſit ſuum filium, ſeu deſcendentem legitimum & naturalem nominare: D.Molina *lib.2.cap.4.n.60.* Aluaradus *de coniect.ment.defunct.lib.2. cap.2.n.31.* P.Molina *de iuſt.& iur tract.2.diſp.591.n.12.* Theſaur. *qq. forenſ. lib.1.q.3.* Additionatores ad D.Molinam *d.lib.2.cap.4. ſuper num.59. & 60.* Hermoſilla *in l.57.tit.4. part.5. gloſ 5. & 6. n.16.* Carpio *de exequt & commiſſ.teſtam. lib.2.cap.19.n 12.* vbi id infert ad Patronatum, meliorationem, & Anniuerſarium titulo Maioriæ inſtitutum.

361 Imò non ſolùm poteſt eum eligere ac nominare, ſed etiam debet, cum in hoc caſu electio cadat inter filios, ac deſcendentes, ad hoc vt eligat ex his quem voluerit; & niſi his deficientibus, non valet eligere ex agnatis & cognatis ſeu conſanguineis ad ſuum libitum proximiorem, vel remotiorem: *leg. hæredes mei 57. §. peto ff.ad Trebell.* vbi caſus deciſus videtur.

362 Quapropter ſupradicta concluſio limitanda eſt in hoc caſu, quantumcumque libera ſit poteſtas eligendi conceſſa vltimo poſſeſſori. Si enim habeat filios vel deſcendentes, intelligenda eſt talis facultas ampla, de eligendo in primis filios, vel nepotes, ſeu alios deſcendentes; & niſi eis deficientibus facultas eligendi non extendatur ad alios ex cognatis, vel agnatis.

363 Ratio eſt, nam eo ipſo, quod facultas conceſſa ad eligendum ſucceſſorem in Maioratu deuenit ad vltimum poſſeſſorem habentem filios, ſeu deſcendentes, cenſetur quod inſtitutor tunc voluit eo caſu commiſſarius ſuam exerceat facultatem inter filios, nepotes, vel alios deſcendentes, & quod niſi eis deficientibus non ſe extendat ad alios conſanguineos, contra naturalem ordinem pietatis, ex ratione *leg. cum auus 102. ff de condit. & demonſtrat. l.cum acutiſſimi, Cod. de fideicommiſ.*

364 Tum quia aliter non ſolum talis electio facta à patre reprobari debet tanquam inofficioſa, ſed etiam tanquam facta à parente, qui tunc non erat ſanæ mentis: *l.2. ff.de inoffic.teſtam.*

365 Sed hoc intelligi debet in terminis, de quibus loquimur, ſcilicet de filiis legitimis, ſeu deſcendentibus legitimis, & naturalibus, non autem de naturalibus tantum, vel ſpuriis, ſeu illegitimis, vel inceſtuoſis, ſacrilegis, vel adulterinis: Bald. *conſil.102. lib.2.* vbi loquitur de filio Clerici: Afflictis *cap. naturales in fin. principij, num.19 ſi de feudo fuerit controuerſ. inter Dom. & agnat.* Sylua *de feudor. recognitione quæſt.103.* Pat. Manuel Rodriguez *in ſumma, cap.106. de elect.num.18.* ibi: *Deueſe notar, que no es mas digno el de vna familia por ſer mas propinquo a el inſtituidor, y aſſi el que tiene derecho de preſentar a alguno de cierta familia no eſtà obligado a elegir à el mas propinquo ſiendo idoneo, como lo tiene Pelaez de Mieres part.1. q.72. Y aun añado que faltando los ilegitimos de aquella familia puede elegir a vno de los legitimos ſiendo idoneo, porque auiendo legitimos ellos han de ſer preferidos aunque ſean mas remotos: anſi lo tiene Gutierrez lib.2. practicar. quæſt.66. num.3. & 4. Y aun añado, que ſi el teſtador mandare que ſea electo el deudo mas propinquo el legitimo remoto deue ſer preferido a el ilegitimo mas propinquo.*

366 At vero Alexand Raudenſis *de Analog. cap.35. per totum*, diſputat, An qui habeat facultatem regiam eligendi ad feudum, ita quod admittatur ad feudum is, quem poſſeſſor nominauerit, poſſit nominare naturalem, ſeu ſpurium? Et reſoluit in fauorem ſpurij adulterini legitimati, quod probat nouemdecim fundamentis, & reſpondet ad contraria, ac refutat Baldum *dict. conſil.107.* atque ad id ponderat textum in *dict. l.cum quidam, ff.de legat.2. & l. fœminæ, C.de ſecundis nuptiis*, vbi Gloſ. *verb.dignissimos.*

367 Et in n 36. dicit Raudenſis quod clauſula, *Eligat quem voluerit*, denotat liberam, & abſolutam poteſtatem nominandi: ex Ripa *in l.ex facto §. ſi quis rogatus, el 2. n.10. ff.ad Trebell.* Bart. *in extrauag ad reprimendum, verb videbitur n 3.* Paulus de Caſtro *in l.ſi qui bonis n.5. ff.de vulg.* D.Molina *lib.2.cap.4 n.9.* Aduertendum autem eſt, quod deficientibus filiis legitimis admittendi ſunt, atque eligendi ſpurij: *l.3. §.Spurios, ff.de Decur.*

368 Limitatur ſeu declaratur ſecundò ex *dec.27.Taur.* nam ſi Maioratus fuit inſtitutus à parentibus de Tertio, & Quinto bonorum, etſi libera poteſtas eligendi data ſit vltimo poſſeſſori, ſic interpretari, ac intelligi debet, vt primò inter filios ac deſcēdentes inſtitutoris electio valeat. & poſtea, his finitis, inter aſcendentes; & poſt eos extinctos inter tranſuerſales, tandemque inter extraneos, ſecundum ordinem præſcriptum in *d.l.27.Taur.*

369 Sed an qui habet liberam, & ſatis amplam facultatem eligendi, poſſit eligere extraneum, ſiue perſonam extraneam à familia? vide D Ioan. à Caſtil. *lib.5. c.87. num.34.* & Additionat. ad D.Molinam *lib.2. cap.5.n.4. & 5 verſ. Nec perſona extranea de familia:* ex Paulo de Caſtro, Socino, Pariſio, Menochio, Phœbo, & aliis.

370 Ad multitudinem aliarum quæſtionum, quæ ſolent incidere in Maioratibus Electionis & ſuper linea electiua, nos protrahere minimè permittit noſtrum inſtitutum: ideò remiſſiuè ſolummodo aduertam, quod ſi ſcire deſideras quando facultas eligendi conceſſa vltimo poſſeſſori ſit realis, vel perſonalis? vide Ant. Gamam *deciſ.206. n.8.* & ibi Additionat. Flores Diaz de Mena, *n.9.* vtrum facultas nominandi ſucceſſorem à conditore Maioratus data primo vocato cenſeatur in aliis ſucceſſoribus repetita? Cabedo *part 1. deciſ 43.n 2 & 3.* Menoch. *conſil.104 n.10 & conſ.158. n.80. & conſ.215 n.267. & conſ.801.* Hugo Celſus *conſ. 95.n.15. & conſ.120 n.20.* Syluan. *conſ.65.* Cald. Pereyr. *de nomin. Emphyteot. lib 4. tit.26. quæſt.9.* Burgos de Paz *in l.1. Tauri, à num. 428. cum ſequentibus.* Mieres *part.2. quæſt.6. num.178.* Pat. Molina *de iuſt. & iur. tom.3. diſput.592. num.15.* Surdus *deciſ.322. num.70.* Fontanella *de pact. nuptialib. tom.1. clauſ.4. gloſ.9. part.5. num.12.* Gabriel Pereyra de Caſtro *deciſ.21. à num 3.*

D.Ioan. à Caſtillo *lib.4.cap.36.num.60.& 61.& tom.5. cap.87. à num.17.* D. Ioan. Baptiſta de la Rea *tom.1. diſput.31.per tot.* Additionatores ad D.Molinam *lib.2. cap.4. ſuper num.62.* Hermoſilla *in l.57. tit.4.partit.5. gloſ.5.& 6. n.9.* Ex quibus finis imponitur *huic Capiti*, ad laudem Dei Optimi, & Maximi.

CAPVT VII.

An detur Incompatibilitas in ſcientia Muſica.

SVMMARIVM.

1 *Muſica ſcientia ex Phyſica, & Mathematica procedit ideo mixta, & in vocum conſonantia & vnitate conſiſtit.*

2 *Diſſonantia quæ ſit? Et vnde quòd incompatibilis eſt cum Muſicæ ſcientia.*

3 *Sonus eſt conſonantiæ principium ex ſoni ad ſonum proportione proueniens, & in vnitate vocum conſiſtens.*

4 *Vnitas ſi præſcindatur, quomodocumque ſit, iam non erit vnitas.*

5 *Vnitas vbi eſt, ibi perfectio.*

6 *Incompatibilitas in Muſica ſcientia quomodo recognoſcatur.*

7 *Vox ſeu chorda ſecunda cum diſcedat ab vnitate eſt incompatibilis cum prima.*

8 *Hermenegildus fuit in vera perfecta ac ſuaui conſonantia cum Chriſto IESV Domino noſtro.*

9 *Deus eſt ens maximè vnum, ideo maximum bonum, & perfectiſſimum entium.*

10 *Pythagoras ad demonſtrandum quid eſſet bonum, & quid malum, ponebat* Vnum *ex parte boni, &* Duo *ex parte mali.*

11 *Virtuoſi in ſe ipſi vniti ſunt, & in eis omnia conſonant, & adhærent vnitati Dei, & vnus ſpiritus ſunt cum eo.*

12 *Vnitas & conſonantia incompatibilis eſt inter bonos & malos.*

13 *Vnitatem ſummam perfectionem & conſonantiam Dei Patris cum Filio negabant Ariani.*

14 *Vnitas & conſonantia verſatur in ſancta noſtra matre Eccleſia.*

15 *Epiſcopus Arianus miſſus ad Hermenegildum erat in magna diſſonantia apud Deum & noſtram matrem Eccleſiam; ideo Hermenegildus eum repulit.*

16 *Cyprianus hanc Eccleſiæ vnitatem probat exemple.*

17 *Vnitatem, qui non habent cum Deo, non poſſunt habere gratiam Dei; quæ proprium donum eſt Catholicæ vnitatis.*

18 *Conſonantia & diſſonantia dant intellectum & rationem decidendi ad plurimas leges, de quibus, & num.19. 20. 21. & 22.*

23 *Sententiæ tres conformes, quæ in vnitate eiuſdem vocis & iudicij conueniant, poſſunt exequi de Iure Canonico, & non aliter ſi diſcordent. Et quæ erunt conformes, n.24.*

25 *Vnitatis & conſonantiæ materia in Sacra Theologia Scientia, vide apud Theologos, qui referuntur.*

26 *Maioratum vel Regnum, qui aggregat, & vnire intendit cum alio. ſi conditiones contrarias, ſeu incompatibiles apponat, nihil agit, cum diſcedat ab vnitate, quam deſiderat.*

27 *Aggregare qui tenetur ſeu vnire res alij maioratui, non valet apponere nouas leges ſeu conditiones contrarias, ſeu repugnantes.*

28 *Maioratus vnitus ſeu aggregatus alteri, aſſumit naturam, conſuetudinem, & priuilegia Maioratus, cui vnitur.*

29 *Aggregans ſua bona, vel aliàs Maioratum à ſe inſtitutum, ſi alias non tenebatur aggregare ea, ſeu incorporare, poterit apponere quaſcumque volet leges, ſeu conditiones incompatibiles.*

Accipe cum diſtinctione per Additionatores ad D. Molin. tradita, quæ laudatur, & probatur. num.30. & 31.

32 *Regnum aggregatum cum alio principali, ſi habet conditiones contrarias & incompatibiles, permanet ſeparatum cum legibus ſuis & ſtatutis ad Gubernium: vnde inconuenientia ſequuntur, quæ referuntur.*

33 *Vnio Regni, Prouinciæ vel Principatus fieri non debet cum legibus, ac conſuetudinibus incompatibilibus cum illo cui vnitur.*

34 *Vnus, ſi vocatus ſit ad ſucceſſionem Patronatus vel Anniuerſarij perpetui, iuncto cum hoc nomine appellatiuo,* Vnus, *alio collectiue; an tunc ſuccedatur per viam Maioratus?*

35 Leges 13 & 14. tit.7. lib.5. Recopil. *dum loquitur de vinculis, Patronatibus, & Anniuerſariis intelligenda ſunt de perpetuis, & cum clauſulis & coniecturis inducentibus Maioratum, & num.36.*

37 *Clauſulæ inducentes Maioratum in vinculis, Patronatibus, & Anniuerſariis, debent eſſe cum coniecturis multum vrgentibus, concludentibus, ac probabilibus legibus, vel authoritatibus munitis.*

38 *Vnus* ex filiis, *vel vnus* ex ſuo genere, *ſi vocatus ſit, eſt ſufficiens coniectura ad inducendum Maioratum.*

39 Vnius *nomen ex propria ſua natura ac ſignificatu non admittit diuiſionem in duos, pluresvè.*

40 *Vnus, ſi tantum ſuccedere debet, ergo Maior, ſiue Primogenitus.*

Quod maximè procedit in materia perpetua ſucceſſionis, n 41.

42 *Vnus, ſi vocatus ſit in materia, quæ non ſit perpetua, non inducit fideicommiſſum ſiue Maioratum; aliter ſi eſſet perpetua, & ſic ſufficiens eſt coniectura in Anniuerſario perpetuo.*

43 Vnus, *verbum ſimpliciter prolatum in materia perpetua, non finitur in prima vice, ſed tranſit ſucceſſiuè in infinitum.*

44 *Vnum, ſi debeat eligere commiſſarius, quia de eligendo vnum & non plures teſtator ſenſit, ſi non eligat, non omnes, ſed vnus eorum ſuccedere debet, & ſic Maior, & n.45.*

46 *Vnus debet eligi in Maioratu electionis, etſi non eligat, qui habuit facultatem ſuccedit ſolum Maior ſiue proximior.*

Quod extende in Emphyteoſi, & aliis indiuiduis, num.47.

48 Vnus, *ergo* ſolus; *quod maximè procedit, quando cum genitiuo adiungitur, & n 49.*

50 *Diſpoſitio loquens de vno, non debet extendi ad plures.*

Sermo ſingularis, ex vi vocabuli, non extenditur ad pluralem, ibid.

51 *Vnus denotat per ſe vnitatem, itaque non habet compoſitionem, nec pluſquam vnitatem, n.51.*

52 *Dualitas ad deſtructionem ſubiecti, vnitas ad conſeruationem eiuſdem.*

53 *Inſtitutor,*

53 *Inſtitutor, ſi nolit diuiſionem, ſed vnitatem bonorum, Maioratum præſumitur velle inſtituere.*

54 *Vnus filius, vel proximior, ſi vocatus ſit, intelligi debet de Primogenito; & Primogenitura conſtituitur, & n.55. & 56.*

ARGVMENTVM.

An detur Incompatibilitas in ſcientia Muſicæ? vbi cum interpretatione plurimorum iurium agitur de conſonantia in vnum, ac etiam de diſſonantia, & repugnantia cum omni perfectione quando diſceditur ab vnitate: & exinde de vnione, aggregatione, ſeu incorporatione duorum pluriumvè Maioratuum, quando quilibet eorum habet conditiones diſſonantes ac incompatibiles: & aliqua de vnione Regnorum; & vltimo deuenit ad quæſtionem, vtrum ex vocatione per hoc nomen appellatiuum, *vnus*, alio collectiuo nomine iuncto, veluti, *suceda vno de mis hyos, ò vno de mis parientes, ò vno de mi linaje*, appoſita in perpetuo fideicommiſſo, Patronatu, vel Anniuerſario, ſit ſufficiens coniectura ad inducendum Maioratum.

1 DE Muſicæ ſcientia, quæ ex Phyſica & Mathematica procedit, ideoque ſcientia mixta, quæ in tonorum, punctorum, ſiue vocum conſonantia & vnitatibus conſiſtit, (D. Ioſeph. Ant. à Salas, *in ſua illuſtratione Poet. Ariſtotelis ſect. 6. fol. 97.*) cuius ſubiectum eſt audibile, mox Lyricus ſiue Mu-
a ſicus nobis offert Incompatibilitatis materiam, quoties datur diſſonantia; cùm nihil aliud ſit, quam duorum ſonorum non ſe natura ſuauiter miſcentium ad aurem perueniens, aſpera, iniucundaque percuſſio: & cùm numeri in Muſica ſint ad inuicem primi, eos ſola metitur vnitas, quoniam vnitas in quemcumque numerum ducta, ipſum producit. Quapropter Philoſophus ille Iacob. Faber *in Elementorum muſicalium tract. lib.* 1. quem refert Darocenſis *de Muſica part.* 1. tenet quòd, tonum in duo æqualia, certo conſtitutoque numero diuidi, impoſſibile eſt: quia tonus eſt
3 conſonantiæ principium ex ſoni ad ſonum proportione proueniens, & in vnitate vocum conſiſtens, quæ vnitas, ſi præſcindatur quomodocumque, iam non erit vnitas, quia non capit diuiſionem: vt pro-
4 bat Speculator *part 1. tit. de arbitr. §. 8. verſ. Quid ergo cum incompatibilis ſit diuerſitas ad vnitatem, & è contra.* Vnde D. Bernard. *lib. 2. ad Summ. Pontific. Eu-*
5 *gen. III.* dicit: *Vbi vnitas, ibi perfectio, reliqui numeri perfectionem non habet, ſed diuiſionem.*

6 Incompatibilitatem quoque in Muſicalibus inſtrumentis recognoſcimus maximè adeſſe inter primam, & ſecundam vocem, chordam, ſiue neruum, aut ſpiratum aërem, vel quidquid ſimile, à quo ſonus elicitur; de quibus iudicat auditus, quod non compatiuntur, nec vtique poſſunt conuenire; imò diſſonant.
7 Cuius rationem ſi inueſtigemus, altiſſimam eam inueniemus; cum ea nempe ſit, quoniam vox ſeu chorda ſecunda, eſt illa, quæ priùs diſcedit ab vnitate vocis, ſeu chordæ primæ; & cum in vnitate (prout in Deo Optimo & Maximo) verſetur omnis perfectio, nil mirum, quod diſſonet ſecunda, & incompatibilis ſit cum prima, ſi ab eius vnitate ſe diuertat: textus ſpecioſus *in cap. nuptia* 12. 32. *quæſt.* 1. dum probat authoritate *Geneſis cap.* 1. vbi ponderatur, quod in ſecundo die mundi creationis, non dicitur prout in aliis quinque diebus, & *vidit Deus quod eſſet bonum*, in textu enim ita dicitur: *Quod cum Scriptura in primo, & tertio, & quarto, & quinto, & ſexto die expletis operibus ſingulorũ dixerit, & vidit Deus quia bonum eſſet, in ſecundo die hoc omnino ſubtraxit: nobis intelligentiam derelinquens non eſſe bonum duplicem numerum, qui ab vnione diuidat.* Et Gloſ. *verb. Vnde* dicit, *quod binarius numerus eſt ſignum diuiſionis, & reprobationis.*

Inde hic opportunè cadit ad aliqua diſcurrere, quæ 8
faciant ad illuſtrationem noſtri textus: & in primis deducitur quod in caſu *noſtri textus*, Hermenegildus fuit in vera, perfecta, ac ſuaui conſonantia cum Chriſto IESV Domino noſtro, eiuſque noſtra S. matre Eccleſia, quia conſtanter noluit ab eius vnitate deflectere: diſſonaret enim, ſi ab ea diſcederet; quemadmodum diſſonat, qui à ſumma perfectione diſcrepat, quæ conſiſtit in Dei vnitate, quoniam Deus vnitas eſt ſecundum Philoſophum 12. *Metaphyſic.* dum inquit, 9
quod Deus eſt perfectiſſimum entium, & quod per ea maximè perfectus eſt, quia eſt ens maximè vnum, & exinde maximum bonum.

Vnde Pithagoras ad demonſtrandum quid eſſet 10
bonum, & quid eſſet malum, in correlationibus ſuis, ponebat *Vnum* ex parte boni; ſed ex parte mali, ponebat *Duo*, vel plura: Ideo ex parte Dei ponitur vnitas, cum in duplicitate conſiſtere non poſſit, quia eſſet date in Deo diſſonantia, & exinde imperfectio, quod dicere nefas eſt, cum opus imperfectionis non nouerit ipſe, qui perfectiſſimus eſt, *l. Epiſt. C. de Sum. Trinitat. & fide Catholic. cap. 3. §. ſed adhuc de Baptiſm.* vbi etiam Gloſ. *verb. Opus imperfectionis*, dicens: *duplicitatis enim Deus aſpernator eſt, cap. qui pejerare paratus eſt, §. ex his omnibus, verſ. Sed ſicut, 22 q. 5.*

Et probant cum rationibus & veris principiis La- 11
ctantius *de falſa religione, circa principium*, Antonius de Roſellis *de poteſtat. Imperat, ac Papa, in princip. §. ratione probatur num. 1. ac 2. & in §. hanc ſententiam, verſ. Et ideo concluditur*, ita dicit: *Quanto quis magis vnitati appropinquat, tanto magis appropinquatur primo principio, & perfectionem attingit, & ideo virtuoſi in ſe ipſis vniti ſunt, quia in virtuoſo omnia conſonant, & adhæret Deo, & vnus Spiritus eſt cum illo: vt in d. cap. damnamus de Summ. Trinit. & fide Catholic. & vitioſi & mali non ſunt vniti, ſed in ſe ipſis diſcrepant, quia ſenſitiua diſcrepat à virtute intellectiua, & ſic non ſunt in vnione & conformes primo principio.* Cui addo 12
B. Paulum Apoſtol. *ad Galat. c. 5.* vbi rationem inuenies diſſonantiæ inter bonos & malos, & quare diſcrepent iuſtus, & peccator; & eam deduces ex incompatibilitate ſpiritus & carnis, quæ ſibi inuicem aduerſantur, quia opera carnis ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, Idolorum ſeruitus, &c. Et fructus ſpiritus ſunt charitas, gaudium, pax, patientia, &c. Ideo boni, qui ducuntur ſolo ſpiritu, & adhærent primo principio, non poſſunt conuenire cum malis, & peccatoribus, qui cum diſcedant ab ſpiritu, & illo principio, ducuntur Carne.

Secundò infertur ad *textum noſtrum*, contra Arios, 13
quod ex eo quod negarent coæqualitatem patris cum filio Domino noſtro, negabant etiam vnitatem, ſummam perfectionem, & ſuauiſſimam conſonantiam inter Patrem & Filium aduerſus omnium ſcientiarum regulas, & contra id quod dictum eſt per Ioannem *cap.* 10. ibi: *Ego & Pater vnum ſumus*, & cap 16. liter. B, ibi: *Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos:* & in lit. C, ibi: *vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, & vt ipſi in nobis vnum ſint*, & liter. D, ibi: *Vt ſint*

vnum, ſicut & nos vnum ſumus, & per text. in *dict. cap.*10. probat D. Iſidorus *in cap. quidam autem Hæretici*, §. *Ariani* 24. *quæſt.*3. ibi: *Ariani ab Ario Alexandrino Presbytero exorti ſunt, qui coæternum Patri Filium non agnoſcens diuerſas in Trinitate ſubſtantias aſſeruit contra illud, quod ait Dominus, Ego & Pater vnum ſumus.*

14 In tali etiam harmonia ſiue vnitate verſatur noſtra Sancta mater Eccleſia, quam vnam profitemur inter Articulos fidei: & eius probat vnitatem D. Cyprian. relatus *in cap. loquitur Dominus ad Petrum* 18. 24 *q.*1. ex Euangeliſta Ioanne *cap.*20. *Cantic. cap.*6. ex Apoſtolo *ad Epheſ. cap* 4. quia ita dicit: *Super vnum ædificat Eccleſiam: & quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat: ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum Sanctum: tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem authoritate ſua diſpoſuit. Hoc erant vtique & cæteri Apoſtoli, quod fuit & Petrus, pari conſortio præditi, & honoris, & poteſtatis. Sed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Eccleſia Chriſti vna monſtretur: quam vnam Eccleſiam in Cantico quoque Canticorum Spiritus Sanctus ex perſona Chriſti Domini deſignat, dicens: Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, electa Genitrici ſuæ. Hanc Eccleſiæ vnitatem & Beatus Apoſtolus docet, & Sacramentum vnitatis oſtendit, dicens: Vnum Corpus, & vnus Spiritus, vna ſpes vocationis noſtræ, vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptiſma, vnus Deus: quam vnitatem tenere firmiter & vendicare debemus.*

15 Tertiò ſubinfertur, quod Ariani, & maximè ille Epiſcopus qui miſſus fuit ad Hermenegildum, Hæretici & in magna diſſonantia erant apud Deum, & merito Arianum illum Epiſcopum, non tanquam Epiſcopum veneratus eſt Hermenegildus, imò eum increpauit & peracerbè repulit, non alia ratione, niſi quia ab vnitate Eccleſiæ erat ſeparatus: ex ea enim ratione, in *cap. Nouatianus*, § *final.*7 *quæſt.*1. tale Cyprianus deduxit conſequens: *Qui ergo nec vnitatem Spiritus, nec coniunctionem pacis obſeruat, & ſe ab Eccleſiæ vinculo, & Sacerdotum Collegio ſeparat; Epiſcopi nec poteſtatem poteſt habere, nec honorem, qui Epiſcopatus nec vnitatem voluit habere, nec pacem.* Et eadem ratione quia omnes Ariani ab vnitate Eccleſiæ diſcrepabant, & diſiuncti erant, inde etiã diſſoni & imperfecti: cap. hæretici 31. 24. q.1. & in diſcordia tanquam hoſtes Eccleſiæ non tenebant vnitatem. *dict. cap Nouatianus* 7. *quæſt.*1. *cap. alienus*, 20. 24. *quæſt.*1. vbi ita etiam dixit Cyprianus: *Alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt, habere non poteſt Deum Patrem; qui vniuerſalis Eccleſiæ non tenet vnitatem*; Vnde dicitur hæreſis, quaſi diuiſio ab vnitate fidei. Gloſ. *verſ. & hæreſes, in l. ſi duas habenti* 6. §. *eſt autem, ff de excuſat. tutor.* Oldrad. *conſ.*210. *n* 1.

16 Et optimo exemplo etiam oſtendit ipſemet Cyprianus *in dict. cap. loquitur* 18. 24. *q.*1. Quod hæretici, & omnes qui ab vnitate Eccleſiæ ſeparantur, ſunt ad inſtar radij à Sole abſtracti, riuuli à fonte abducti, rami ab arbore diuulſi: & ideò non poſſunt fructum boni operis germinare; Verba quidem Cypriani digna ſunt quæ tranſcribantur: *Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur. Quomodo Solis multi radij ſunt, ſed vnum lumen: & rami arboris multi ſunt, ſed robur vnum radice tenaci fundatum; & quomodo de fonte vno riui plurimi defluunt, & numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur integra in origine. Auelle radium Solis à corpore, diuiſionem lucis vnitas non capit: ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit: à fonte præcide riuum, præciſus areſcet, &c.*

17 Ergo ſequitur, quod qui extra vnitatem Eccleſiæ ſunt, non poſſunt habere gratiam Dei, quæ proprium donum eſt Catholicæ vnitatis: *cap. multa* 1 *quæſt.*1. nec remiſſionem peccatorum facere: *cap. remiſſionem*, 1. *q.*1. nec accipere, quia peccata eis non remittuntur: *cap. quicumque* 28. 24 *q.*1. *Quicumque* (inquit Beda ſuper Matthæum) *ab vnitate fidei vel Societatis Petri Apoſtoli quolibet modo ſemetipſos ſegregauerint, tales nec vinculis peccatorum abſolui, nec ianuam poſſunt Regni Cœleſtis ingredi.* Et licèt nomen Chriſti ſuſcipiant, martyrium nihil eis prodeſt, cum extra vnitatem Eccleſiæ ſint, & in diſcordia & maxima diſſonantia cum Chriſto: *cap. neque Cum* 9. *diſt. cap. final. de pœnitent. diſt.*3. Vnde Hermenegildus cum martyrium pro fide paſſus fuerit, dum intra vnitatem eſſet Eccleſiæ, vere Coronam Martyris adeptus fuit: *cap. extra Catholicam* 72. *cap. ſuperueniente* 73. *& ſequentis*, 1. *quæſt.*1.

18 Ab hinc non erat extra rem deſcendere ad interpretanda alia iura, quæ dependent, ſeu ex eo procedunt, quod ab vnitate diſcedatur, vel non; vt eſt text. in *l hæredes palam* 21. § *final. ff. qui teſtamenta facere poſſunt*, vbi actus teſtandi debet ſeparari ab vnitate, atque continuatione eiuſdem actus, nam ſi ad alium diuertat teſtator, nullum eſt teſtamentum.

19 Eſt & alius textus in *l. continuus actus* 137 *ff. de verb. obligat.* qui idem ſtatuit de ſtatu ſtipulationis, & in §. 1. *Inſt. eodem*, quod ad hoc vt valeat ſtipulatio, vnus & ſimultaneus circa rem debet eſſe conſenſus inter ſtipulatorem & promiſſorem, cùm aliter ſi diſſentiant, non teneat, nullaque contrahatur obligatio. 20 Alius etiam textus in *l. poſſeſſio* 20 *ff. de vſucap.* iuncta *leg. Pomponius* 13. §. *quæſitum: l. ſi de eo fundo* 40. § 1. *ff. de adquirend. vel amittend. poſſeſſ.* Ex quibus deducitur, quod ad præſcribendum vel vſucapiendum non ſolum requiritur poſſeſſio, ex regula, ſine poſſeſſione vſucapio contingere non poteſt: *l. ſine* 25. *ff. de vſucap.* Sed etiam, quod poſſeſſio ſit vnica continuata, & non diuiſa, quia ſi diuidatur inter duos, qui non ſint vniuerſales, vel ſingulares inter ſe ſucceſſores; ſed diuerſo iure vel cauſa poſſidentes, ſtatim interrumpitur, & non procedit, etiamſi quilibet eorum poſtea reaſſumat poſſeſſionem, quia iam non erit vnitas, quæ requiritur in poſſeſſione ad inducendam vſucapionem, ſed dualitas, ex qua impeditur curſus præſcriptionis.

21 Accedat tandem text. in *l. item ſi vnus* 17. §. *ſi in duos, cum ſeqq. ff. de recept arbit.* vbi ſi duo Arbitri diſſentiant, & non conueniant in vna eademque ſententia, non tenet eorum iudicium, cùm debeat eſſe conſonum & vniuocum, alias enim ab inuicem ſe expellerent, ac deſtruerent: & quando fuerint tres, vel plures Arbitri, vel alij Iudices, non tenebit iudicium, niſi eorum ſententia, ad inſtar Muſicæ, conſiſtat in omnium aut ſaltem plurium vnitate & conſonantia: *cap.*1 *&* 2. 65. *diſt. l. Pomponius, & l. duo ex tribus, ff de re iudic. cap. cum ab vno* 4. *de ſentent. & re indic. in* 6. Gloſ *verb. proferentibus, in cap. final. de ſentent. & re iudic. apud Gregorium.*

22 Et licet duobus Iudicibus ordinariis diuerſas Sententias proferentibus, ſi ex Iuriſdictione ordinaria proceſſerunt, teneat illius Sententia, quæ pro reo fuit promulgata, vel in cauſa fauorabili, putà matrimonio, libertate, dote, ſeu teſtamento. *cap. fin. de ſent. & re iud.* hoc ideo procedit, quia tunc qui ſententiam pro reo, vel pro matrimonio, libertate, ſeu dote pronuntiat, cum lege ſe vnit. & conformat, & alius ab ea diſcedit: Gloſ. final *in d. cap fin. de ſent. & re iudic.*

Ex

23 Ex qnibus perſcrutaberis rationem, quare de Iure Canonico non mandantur executioni, niſi tres ſententiæ conformes, & quæ in vnitate eiuſdem vocis & iudicij conueniant; etſi diſcrepent, non faciant rem iudicatam: ad *Clement. vt calumnus, de ſent. & re, iudic.*

24 Et quando ſint necnè tres ſententiæ in vnum conſonantes ſeu conformes? videndus eſt Alexand *lib.2. conſ.77.* Ludouic.Romanus *ſingul.291.* & *ibi*: Addit. Gabriel Sataynæ, Aymon.Crauet.*conſ.183. per totum*, Antonius Gabriel *de execut. rei iudic.concl 1.num.32.* D.Præſes Couarru. *pract.cap.25.* Theſaurus *deciſ.122. & deciſ.128.* Surd.*conſ.102.* Stephan Gratian.*deciſ.28. per tot. & in diſceptat. cap.42.* & cum Carpano, Ruginello, Menoch.Roland.Bertazol. Peregrin.& aliis, quos refert Marius Giurb. *deciſ.66 n.6.& 7.*

25 Multa hic adnotare potuetam de vnitatis conſonantia, atque de dualitatis imperfectione, & diſſonantia, ad noſtram Iuris ſcientiam pertinentia: quia quæ pertinent ad Theologorum diuinam ſcientiam te remitto ad Diuum Auguſtin.*lib.12.contra Fauſt.Manichaum cap.15.* D.Cyprian.*lib.2.Epiſt.10. ad Cornelium Papam*, & in *lib.de vnitate Catholica Eccleſia*, D Ambroſium *de Paradiſ. cap.5.* ad Patrem Ioannem Aye Franciſcanum, Magiſtrum Pariſienſem *in Arbore Vita Concinatorum in Geneſim, cap.2. verſ.18. concept.318.* qui ex *dict.verſ.18.* ibi: *Præcepitque ei dicens, ex omni ligno Paradiſi comede; de ligno autem ſcientia boni & mali ne comedas*; ponderat, quod Deus præcipit vnum, & ideo bonum; quod verò prohibet, turpe eſt, quia diſſonum & multiplex, ibi: *Nonne quod Deus præcepit optimum & vnum, vt diximus; quod autem prohibetur diſſonans eſt: Ideo ergo pluraliter & vt pluribus loquitur, cum aliquid prohibet Deus; quamuis cum aliquid præcepit, loquatur ſingulariter: quia quod prohibetur diſſonans eſt, & ideo diſcretum & non vnitum.* Et idem Magiſter Pariſienſis *in Geneſim, cap.7.verſ.2.* ibi: *Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptena, & ſeptena, maſculum & fœminam; ex animantibus verò immundis, duo, & duo.* Probat quod vnitatem ſeruant mundi, duitatem immundi, & quod ſeparatio ab vnitate, à Deo approbari non videtur: Ita enim dicit, *Cur animalia quæ bina introierunt in Arcam, immunda fuerunt? impar autem mundus eſt? nonne binarius diuiditur ab vnitate? dic ergo ideo hunc numerum binarium immundum dici, quia ab vno ſeparatur.* Ita Baba Maurus vbi poſtquam dixit, non eſſe bonum duplicem numerum, quia ab vnitate diuidit, addit: *Vnde in Arca Noë omnia animalia quæcumque bina ingrediuntur immunda ſunt, & impar numerus eſſe mundus oſtenditur.* Et ex ſacris literis multa cumulauit Michaël de Auenione *in tract. de vnitat. Ouilis & Paſtor.cap.10 & in c.12.* vbi *n.6.* probat etiam quod vnitas pertinet ad rationem boni.

26 Attamen ne ad alia magis quàm neceſſarium fuerit, diuertamur, ex prædictis iam inferendum eſt, ad materiam vnionis ſeu aggregationis duorum pluriumve Regnorum vel Maioratuum, quod quando ille qui intendit vnire ſeu aggregare, apponit conditiones incompatibiles ac ex diametro contrarias eis, quas habet Regnum vel Maioratus, cui vnire aliud Regnum ſeu Maioratum deſiderat, nihil agit, quia per conditionem contrariam ſeu incompatibilem, neceſſariò diſceditur ab vnitate, ac proinde ab vnione: nam vnire eſt vnum ex duobus vel pluribus facere, *cap.3. de conſtitut.* Hieronym.Gonzalez *in reg.8.Cancellariæ, gloſ.5. §.7.n.56.*

27 Ex quibus primò infero, quod ſi aliquis tenetur vnire ſeu aggregare Maioratui ſuam legitimam, vel alia bona, non poterit apponere nouas leges vel conditiones ſaltem contrarias, ſeu repugnantes legibus ac conditionibus Maioratus, cui dicta bona addere, & vnire debet: etſi appoſuerit, reiiciantur: nam vnio, incorporatio, ſeu aggregatio debet ita eſſe, vt ſine diuerſis, vel contrariis conditionibus bona vnita aſſumant naturam rei, cui vniuntur *cap.3. §. final. de ſtat. Monach.* Gloſ. *verb.Vniendo, verſ.Sed ſi vna vnitur alteri, ſecundum hoc illius naturam & conſuetudinem, & priuilegia aſſumet, cui vnitur, &c. cap.1. ne Sede vacante: l.27. verſ. final.tit.7. p.1.* vbi Greg. 28
verſ.Vinieſſe en aquella pobreça. Bart. *in l.ſi conuenerit, §. ſi nuda, ff.de pigneras act.* Angel.*conſ.243.* Oldrad. *conſ.257 n.15.* Hoyeda *de incompatibilit. part.2. cap.3.num.3.* latiſſimè comprobant ac exornant Hieronym.Gonzalez *in regul.8. Cancell. gloſ.5. §.7. à n 2.* Nicolaus Garcia *de Benef. part.11.cap.2. de vnione, à num.12.* Mieres *de Maioratu part.2.quæſt.5.à n.43.vſque ad n.58.* Stephan.Gratian.*tom 2.cap.191. à num.2.* Narbon.*in l.20. tit.1. lib 4.Recopil. gloſ 22. à num.35. vſque ad num.42.* Additionat.ad D.Molin.*lib.1.cap.8. ſuper num 35. verſ Primus caſus eſt, &c.* Anton. Fernandez Otero *de paſcuis & iure paſcend. cap.10. à num.15. vſque ad fin.*

Aliter enim ſequeretur, quod per argumentum & vnionem bonorum, quam tenetur facere is poſſeſſor Maioratus, vel quilibet alius, ſi ſuſtinenda eſſet, cum legibus contrariis, & conditionibus repugnantibus deueniret ad duo quædam ſeparabilia, augmentum, & augmentatum, ideo non adimpleret ſuam augmentandi obligationem, & vniendi talia bona aliis, vel dicto vinculo ſeu Maioratui, quia augmentum ſeparabile non auget rem cui accedit: *l.in agris 16. ff.de adquirend. rerum domin.* Peregrin. *de fideic. art.10.n.19.* Ideo ad hoc vt accedat, & ſequatur cum effectu, tale augmentum requiritur, quod augeatur Maioratui, & adiiciatur aliis bonis inſeparabiliter: ex his quæ tradit Peregrin. *vbi proximè, dict. art.10. num. 22.*

29 Secundò infertur, & denoto ad hoc vt ſeruetur pro veriori ſententia, quod quando is qui aggregat, ac vnit aliqua ſua bona, vel alium Maioratum à ſe Inſtitutum, ſi aliàs non tenetur ea ſua bona, ſeu Maioratum de nouo Inſtitutum aggregare, vnire, ſeu incorporare alteri à ſe poſſeſſo, poterit apponere quaſcumque voluerit leges ſeu conditiones, etiam incompatibiles, ac vocationes contrarias alij primo ſeu antiquiori Maioratui: *l.ab eo, C.de fideicom.* Flores Diaz de Mena *in addit. ad Gam. deciſ.263. prope finem*, dum ita dicit: *Deciſio præſens Senatus vera eſt: nam abſque dubio poſſeſſor Maioratus potuit adijcere nouas vocationes, & grauamina Maioratui antiquo, ſi addidit bona propria.* Et tunc prædictæ incompatibiles leges, & conditiones ac vocationes in nouo Maioratu, ſeu bonis ipſis, quæ vniuntur appoſitæ, non ſunt reiiciendæ; ſed in caſu iſto ſi ſucceſſor vnus non poſſit ob incompatibilitatem ac perplexitatem eas adimplere, diuidi debent ambo Maioratus inter duos ſucceſſores, iuxta ſententiam D.Molin. *in dict. lib.1.cap.8. num 35.* vbi duas contrarias opiniones ſic conciliat, & cum hac diſtinctione tanquam probabiliorem admittit ſententiam Pinellus, ibi: *Quod probabile videtur, vbi nouæ conditiones antiquis contrariæ ac repugnantes fuerunt: Si vero antiquis contraria non ſint, ſed noua cum antiquis compatiuntur, prima opinio verior ac probabilior erit.*

30 Quam diſtinctionem ſequuntur Additionatores ad D.Molinam *dict.lib.1.cap.8, ſuper num.3.* dum ita dicunt: Secundus caſus eſt, quando nouæ conditiones, ac vocationes, etſi alioquin ſint contrariæ & repugnantes prioribus, aliquo tamen modo poſſunt conformari,

fotmari, atque in concordiam reduci; tunc verò diuiſio non ſequetur: Iaſon *conſil.*141. *In iſta difficillima quæſtione num.*31. *verſ.*10. *lib.*2. quos tefert Simon de Prætis *tract.vlt.volunt.lib.*2. *interpr.*4.*dub* 2. *ſol.*2. *num.*230. In quo caſu vocatio ſpecialis antiqui Maioratus præualet generalibus vocationibus factis in Maioratu vnito priori, vt per Socin.*conſil* 62.*n* 51. Petrus Surd.*conſ.*475.*num* 32.*lib.*4. & hoc ex regula in *l.cohæredi*,§.*qui patrem*,*ff de vulgar.* *l.alimenta*, §.*Baſilica*, *ff.de aliment.& cibar.legat.* (quibus addo Stephan. Gratian. *tom.*1.*cap.*9 *n.*26.) Tertius caſus & vltimus eſt, quando poſſeſſor Maioratus ipſis bonis liberis quæ vniuntur nouas conditiones addit, ac leges antiquis contrarias, ita repugnantes quòd minimè compatiuntur; in quo caſu loquitur Author hic: tunc verò diuiſio prædictorum Maioratuum ſequeretur. 31 Hactenus Additionatores, quorum ſentētiam ac diſtinctionem libenter amplectimur, ex his, quæ à nobis ſupra dicta ſunt *in hoc capite*: & quia dum nouus Inſtitutor appoſuit leges Incompatibiles ac conditiones contrarias, voluit hoc caſu ab vnitate ſeu vnione diſcedere, quidquid dicant confusè in contrarium Flores Diaz de Mena, *vbi ſuprà in addit. ad Gam.deciſ.*263. *in fine*, & D.Ioan.à Caſtil *lib.*3.*cap.*10. *à num.*17. *verſ.in Tertio denique caſu,vbi conditiones antiquis contraria & repugnantes fuerint, &c.* vſque ad *num.*23. cum Iacob. Mandel. de Alba *conſil.* 24. & aliis.

32 Tertiò denique infertur, atque vtiliter animaduertitur, quod quando Rex, vel Imperator, vel eorum Gubernatores, ſeu Regentes, intendunt vnire, & ad regnum principale aggregare ſeu incorporare aliud Regnum, ſi id admittunt cum legibus ſui fori ac conſtitutionibus, quæ ſint incompatibiles, repugnantes, atque contrariæ illis quibus regitur ac gubernatur Regnum cui vnire volunt, nihil agunt, ſiue vnio fiat per incorporationem, ſiue quoad gubernationem, vel protectionem, provt diſtinguit Felin. *in cap.tranſlato n.*4. *verſ.adde de Conſtit.* quia non ſolum ab vnitate tale regnum diſcedit, & ſeparatur, ſed etiam incurrit periculum omnium malorum, quibus ſubiacent qui ab vnitate recedunt. Et exinde recognoſcere poſſumus cauſam, ob quam Prouinciæ atque regna ita vnita ſolent rebellare, & obedientiam debitam denegare; quod ferè ſemper contingit abſque culpa ſui Regis, ſed potius alicuius Miniſtri, dum nititur contrauenire legibus ac conditionibus cum quibus regnum fuit vnitum, & ſolum tendit ad obſeruationem legum, quibus regnum principale gubernatur. Vnde ad reducendos rebelles & eos armis comprimendos excitantur calamitoſa, atque exitialia bella cum ſtrage & effuſione ingenti ſanguinis, ciuium, ac populorum deuaſtatione, provt vidimus in noſtra Hiſpania, & maximè in hoc Regno Granatenſi, vbi id ipſum euenit cum Mauritanis, qui duobus temporibus fuerunt rebelles, tempore noſtri Regis Domini Domini Philippi II. & tempore Domini Domini Philippi III. & in Principatu Cathaloniæ, aliiſque Prouinciis; de qua vnione mentionem facit Oroſius *in l.nam & Demoſthenes n.*9. *ff de legib.* & eum referens & alios Anton. Fernandez de Otero *de iure paſcend.cap.*10.*n.*27. vbi etiam de vnione Regni Aragonum, Nauarræ, & Luſitaniæ agit.

33 Ideoque talis vnio de Regno aliquo, vel Prouincia, aut Principatu admitti non debet cum legibus ac conſuetudinibus ſui fori, vel aliis, quæ ſint incompatibiles, contrariæve, ſed potius conſentaneæ omnibus legibus, ac conſuetudinibus, ac ſtatutis generalibus, quibus vtitur regnum, cui vnitur; & caſu quo ita ſe nolint ſubmittere, ac viuere, duorum alterum neceſſarium eſt, aut debellare ſi iuſta cauſa ſubſit, aut dimittere eos, nam aliter fieri vnionē, non ſolùm periculoſum, ſed maximè damnoſum futurum experientia docet, & rationes ſupradictæ demonſtrant; & maximè ea: quoniam in vnione ſic facta per leges incompatibiles, & contrarias, receditur ab vnitate, quod idem eſt, ac recedere ab omni bono, & perfectione, & in dualitatem incidere, quæ varias & periculoſas immutationes producere ſolet, quia de contrariis interſe, nullam quietem, ſed perturbationem expectare debemus: at vero de vnitate, nullam diuiſionem inter bene vnita Regna timere poſſumus, vnitas enim ſuaptè virtute & natura diuiſionem aliquam non admittit.

Et ſuppoſito quod verum eſt, quod ſcilicet diui- 34 ſionem vnitas non pariatur: ad aliam deuenio quæſtionem hic neceſſariò diſcuriendam. Quid iuris, quando in inſtitutione Anniuerſarij perpetui, vel Patronatu, vocatus fuerit ad ſucceſſionem per hoc nomen appellatiuum, *vnus*, iuncto ei nomine alio collectiuo, verbi gratia, *Suceda vno de mis hijos, ò vno de mis parientes, ò vno de mi linaje*; an ex hoc ſit ſufficiens coniectura ad inducendam ſucceſſionem per viam Maioratus, maximè ſi inſtitutio alia omnino coniectura careat?

Prænotandum eſt, priuſquam ad deciſionem huius 35 quæſtionis perueniamus, quod Pragmaticæ Sanctiones promulgatæ anno Domini 1615. hodie *l.*13. & 14. *tit.*7.*lib* 5.*Recopil.* diſponentes ita: *Que en la ſucceſſion de los Mayorazgos, Vinculos, Patronazgos, y Aniuerſarios que de aqui adelante ſe hizieren aſſi por aſcendientes, como por tranſuerſales, ò eſtraños, ſe guarde lo diſpueſto en las leyes de Partida y Toro, y que ſe suceda por repreſentacion.* Et in alia: *Que las hembras de mejor por linea y grado no ſe entienda eſtar excluſas de la ſucceſſion de los Mayorazgo, Vinculos, Patronatos, y Anniuerſarios, que aqui adelante ſe fundaren, antes ſe admitan a ella, y le prefieran a los varones mas remotos, anſi a los varones de hembras, como a los varones de varones, &c.* 36 Intelligendæ ſunt de fideicōmiſſis perpetuis, Patronatibus, & Anniuerſariis conditis, ſiue inſtitutis cum clauſulis vel coniecturis inducentibus Maioratum; quia verior opinio eſt ac magis recepta in Hiſpaniæ Tribunalibus, quod ſi Anniuerſarium, etſi perpetuum, non relinquatur cum aliquibus coniecturis ſeu clauſulis inducentibus Maioratum, eius ſucceſſio non reguletur ſecundum leges Maioratuum, provt tenent Aluarus Valaſc. *conſult.*82. *à n.*6. Ant. à Gam. *deciſ.*30.& 48. *atque* 286. & cum aliis, D.Perez de Lara *de Anniuerſ.& Capellan lib.*1. *cap.*4. & 5. Rodriguez *de ann. reddit. lib.*2. *quæſt.*9. *n.*65. & alios referens D.Ioan. à Caſtil. *lib.*5. *cap.*93.§.11. Robles de Salced. *de repræſent.lib.*3.*cap.*3. *à num.*2. contra Felicianum de Solis, & alios, maximè Hieronymum Fernandez de Otero, qui neruosè contrarium defendit *part.*1. *diuerſ. quæſt. quæſt.*5. *per totam.*

Quo ita præhabito, difficilis redditur ſolutio pro- 37 poſitæ noſtræ quæſtionis, ex eo quod Dominus Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capellan. lib.*1. *cap.*4 *à num.*44. tenet, quod coniecturæ debent eſſe neceſſariò non ſolum concludentes, vrgentes, & multum probabiles; imò etiam legis authoritate munitæ: ad idque allegat Iaſonem, Iulium Clarum, Ioan. Bolta *conſil.*50.*num.*68. Peregrinum *de fideicommiſſ. artic.*11. *num.*43. & 44.

Sed etiam abſque eo quod diſcedatur ab hac con- 38 cluſione, reſoluendum eſt, quod ſi in perpetuo Anniuerſario, vel Patronatu dictum fuerit, quod ſuccedat vnus ex ſuis filiis, vel agnatis, ſiue vnus ex ſuo genere,

genere, eſt ſufficiens coniectura, ad hoc vt ex ea ſola inducatur Maioratus, & inſtitutorem voluiſſe, quod ſuccedatur in eo Anniuerſario vel Patronatu, provt vt Maioratu regulari, patet ex ſequentibus.

39 Primò, quia hoc nomen, *vnus*, ex propria ſua natura & ſignificatu non admittit diuiſionem in duos vel plures; & ideò ex hac voce præſumitur de Iure, quod teſtator ad vnum ſolummodo hæredem, vel ſucceſſorem voluit ſe referre, & non ad duos pluresve: *l.Manius* 66. *§.eum qui ab vno,ff.de legat.*1.Gloſ. vnic. *verſ.Secus in ſingulari, quia tunc vnum tantum, in l.*1. *ff.de opt.legat.*

40 Si ergo vnus tantum ſuccedere debet, ergo maior ſeu primogenitus, *l. fin. ff.de fide inſtrum.* D. Molin. *lib.*1.*cap.*11. *num.*9. Mieres *part.*2. *quaſt.*5 *n* 17. Perez de Lara *de Anniuerſar. lib.*1. *cap* 4. *num.*9. D.Ioan. à Caſtil. *lib.*5.*cap.*93. §.4.*n.*6. cum Surd.*conſ.*369.*num.*3. & aliis.

41 Et exinde ſi maior cenſetur vocatus ad ſucceſſionem in materia perpetuæ ſucceſſionis: ergo ſequitur eſſe ſufficientem coniecturam; quia ex vocatione maioris, vel primogenitis in ſucceſſione perpetua cenſetur inductus Maioratus: D.Molin. *lib.*1. *cap.*5. *num.*39. Mier. *part.*2.*quaſt.*5.*n.*13 Flores Dia de Men. *var. qq. lib.*1.*quaſt.*17.*n.*38. Aluarad.*de coniectur.ment. defuncti, lib.*2.*cap* 3.§.3.*num.*6. Auendan. *in l.*41.*Taur. gloſ.*3 *num.*13. Valent. Velaſq.*conſ.*69.*n.*6. Menoch.*conſil.*775. *à n.*1. *& conſ.*1023.*n.*7. D.Ioan. à Caſtil.*lib.*4. *cap.*9. *à n.*42. *& lib.*5.*cap.*93.§.5.*n.*3.*&* 4. *&* §.11.*num. fin. & cap.*143.*num.*40. Vincent.Fuſar.*de fideicommiſ. ſubſtit.quaſt.*584.*n.*5.

42 Animaduertens, quod nemo dubitat de hac coniectura, quando ſimilis vocatio ineſt ſucceſſioni perpetuæ; dubium namque tantum controuertitur, ſi vocatio *Maioris*, per nomen Collectiuum fuerit appoſita, ex qua non appareat eſſe perpetuum; an ex eo inducatur fideicommiſſum perpetuum? Et partem negatiuam defendi D Caſtil.*d.lib.*5.*cap.*143.*n.*40. *verſ.vere tamen.* Sed quando apparet ex ſua natura perpetuam eſſe vocationem, provt in diſpoſitione Anniuerſarij perpetui, tunc eſt ſufficiens coniectura; quia non ſolum vnus, ſed plures in infinitum cenſentur vocati ſucceſſores, ſecundùm naturam diſpoſitio-
43 nis. Probatur: nam verbum, *vnus*, ſimpliciter prolatum in materia perpetua, non verificatur in prima vice, ſed in infinitum protrahitur, D.Molin. *lib.*1. *cap.*6.*n.*6. ibi: *Tamen limitandum eſt: niſi rei natura perpetua ſit: tunc namque, vt ſermones iuxta ſubiectam materiam intelligantur, ea diſpoſitio ſic intelligenda eſt, vt non prima perſona, ſeu in primo caſu finiatur, ſed ad vlteriores in infinitum progrediatur*: vt cenſuit Alciatus *in eodem §. hoc ſermone*, cuius dictum refert & ſequitur Tiraquel. *ibidem, limit.*18. *num.*1. D.Valenç.Velaſq. *d.conſ.*69.*num.*6. *verſ.Quia vocatio maioris, ſeu primogeniti, intelligitur de ſucceſſione perpetua*, &c.

44 Secundò, nam quotieſcumque teſtator in electione commiſſa ſenſit tacitè vel expreſsè de ſolo vno ſucceſſore eligendo, & non de pluribus, ſi electio non fuit facta à commiſſario, non omnes, ſed vnus ex illis, & is maior ſuccedere debet; tali enim caſu reſtringitur atque taxatur text. in *leg. ſi quis Titio* 17. *§.fin. l.cum quidam* 14. *l.vnum ex familia* 67 *§.rogo, l.cum pater* 77.*§ hereditatem, ff.de legat.*1.*l.Labeo* 81. *§.fin. ff de ſtatu lib.* tenent Peralt. *in d. l.vnum ex familia, § ſi fundum n.*19. *ff de legat.*2. D.Molin. *lib.*2. *cap.*4.*num.*42. Aluarad.*de coniectur.ment.defunct.lib.*1. *cap* 2 *num.*19. *verſ.Etſi ſumus in caſu, quo teſtator ad Vnum tantum bona meliorationis venire expreſsè voluit, vel tacitè id colligatur, &c.* Simon de Præt.*lib.*3. *interpret.*3. *dub.*4.*ſolut.*1.*n.*76.*fol.mihi* 212. *verſ.Niſi aliud appareat.* Petrus Surd.*tom.*3.*conſ.*369. *à num.*12. vbi eſt videndus, maximè dum dicit: *Verum in præſenti facto, ſi admittamus, quod donans voluerit vni ſoli relinqui, habemus ſatis certam voluntatem, quod primogenitus ſuccedat, quia in rebus, quæ vni tantùm deferri poſſunt, ſuccedit ſolus primogenitus: vt poſt Angelum, Franch. Aretin. Reder. Suar. Didac. & Lupum, concludit Menoch. d.conſ.*159.*n.*42. *& ego dixi in conſil.*279.*n.*19. *& alios citaui.*

45 Et inferiùs Ioannes Petrus Surd. rationem reddit, ibi: *Et ratione defenditur, ſi enim vult, quod vnus eligi poſſit, & pluralitatem abhorruit, non ſatisfit menti, quando electione non facta, omnes admitterentur; tunc autem omnes admittuntur, quando colligi non poteſt, quis ex voluntate diſponentis præferendus ſit: vt in dict. leg. & hanc rationem diuerſitatis non apprehendit Iaſon, qui in conſ.*215. *credidit omnes eſſe admittendos, &c.* Vincentius Fuſar. *quaſt.*380 *n.*11.*n.*12. *verſ.Tertiò, vbicunque ex verbis vel coniecturis apparet teſtatorem ſenſiſſe de vno ſolo.*

46 Hinc eſt, quod in Maioratu electiuo, electione non facta, non duo vel plures, ſed ſolus vnus, & hic maior, ſuccedere debet, non alia niſi prædicta ratione; D.Gregor.Lopez *in l.*2.*verb.en Eſpaña,q.*3. *verſ. Sed pone, tit.*15. *part.*2. D.Molin.*dict.lib.*1.*cap.*4.*n.*41. Pat.Molin. *de iuſt.& iur. tom.*3.*diſput.*593. *n.*6. Angul. *de meliorat.in l.*3. *gloſ.*4 *n.*5. Fontanel.*de pact nuptiar. clauſ.*4.*gloſ.*9.*p.*5.*num.*11. D.Ioan. à Caſtil.*lib* 4.*c.*36. *num.*6. Addit. ad D.Molin.*dict.cap.*4 *n.*41. *&* 42. vbi referunt Amatum *reſol.*1.*n.*17. D.Ioſeph.Velaſ.*tom.*1. *diſſert.*16.*n.*45.Carpio *de executor.& comm teſtamentar.lib.*2.*cap.*17.*n.*36.*&* 37. *& cap.*19.*n.*39.

47 Quod equidem, non tantum in Maioratu atque in emphyteoſi, & ſimilibus in indiuiduis procedit, ſed etiam in ſimplici & temporali fideicommiſſo; quia licèt iuſſus vni ex certis reſtituere, poſſit eligere duos vel plures; ſecus eſt, quando conſtat etiam ex coniecturata mente defuncti ipſum de vno ſolo ſenſiſſe; tunc enim non duo, ſed vnus ſolus eligendus eſt: Peralt. in *l.vnum ex famil. §. Sed etſi fundum, n.*5. *ff.de legat.* Menoch. *conſil.*1107. *à n.*15. *lib.*12. Steph Gratian.*tom.*2.*cap.*219. *num. fin.*

48 Tertiò, quia ſi ad vnum; ergo ad ſolum: quod conſequens maximè procedit, quia vnus pro ſolo accipitur, quando cum genitiuo adiungitur: vt probat Nicolaus Peribe Epiſcopus Sipuntinus *in ſua Cornucopia ad Epigram.Martialis, verb.vnum, colum.*83. *num.*10.& refert Plinium illis verbis: *Accipenſer vnus omnium ſquamis ad os verſis contra aquas natando meat.* D.Matth. *cap.*26. dum dicitur: *quia vnus veſtrum, &c.* & D.Ioan *cap.*18. *Vnus aſſiſtens miniſtrorum.* Auguſtin. à Barboſ. *verb.Vnus: dict.*435.*num.*3. *& final.* vbi ait quod vnus importat idem, quod ſolus.

49 Quartò comprobatur, attentâ naturâ ac ſuſpectâ proprietate vocabuli, quoniam vnus alio modo dicitur ſolus, vel ſingularis: Cicero *in Catilin. & de Orat.* quem ad hoc refert Sanch. de la Balleta *in ſuo Dictionario, verb.Vno.* Alciat. *in l.in vſu* 158. *de verb. ſignif.* Ideo non debet trahi ad dualitatem, ſeu pluralitatem, quæ eſſet impropria, & contra verbum expreſſum Inſtitutoris, trahere ſcilicet ſingularitatem, atque vnitatem ad pluralitatem: Bald. *in rubr. ff ſi certum petatur: prope finem.* Ioan. Andreas *in regul. pluralis locutio, verſ.Sciendum eſt de regul. iur. in* 6. Natta *conſ.*112. *n.*2. *& conſ.*164. *n.*30. *& conſ.*501. *n* 35. *& conſ.*506 *n.*4.

50 Vnde concludenter docet Baldus *in cap. inter cæteras conſultationes* 4. *de reſcriptis n.*7. quod quando

diſpoſitio

diſpoſitio loquitur in vno, non debet extendi ad plures: *l. fin.* cum Gloſ. *verb. fortè, ff. ad Trebell.* quam refert Iaſon *in l. cum quidam, num.* 1. *C. de verb. ſignif.* Stephan. Gratian *tom.* 2. *cap.* 129. *n.* 1.

51 Quintò aſſiſtit etiam regula iuris, quòd ſermo ſingularis ex vi vocabuli non adaptetur, nec minimè extendatur ad duos, vel plures, vti deducitur ex *l duo ſunt Titij* 30. *ff. de teſtam. tutel. & cap. gaudemus,* 8. *de diuort.* Apoſtolus *ad Galat. cap.* 3. *verſ. Abraha dicta ſunt, &c.* Eucrard. *in loc. legal. argument. à vi numeri: in princip.* Steph. Gratian. *tom.* 2. *cap.* 229 *n.* 4.

52 Sextò, confirmatur ex eo quod tradit Ceual. *com. contra comm tom* 3. *q* 828. *a num.* 47. *vſque ad num* 50. dum ita dicit: *Tertio confirmatur, quod dictio* Vnus, *denotat per ſe vnitatem; ita quod non habeat compoſitionem, vt inquit Simplicius in commentar ſuper prædicamento quantitat. Tiraquel. in tract. de præſcript. in* 4. *gloſ. fol.* 17. *& numerus ſingularis ex vi numeri non includit niſi vnum. Bald. in l inter veteres, C. de fideicom. libertat. & ideo ſolus non debet aliud denotare pluſquam vnitatem, alias eſſet ſuperfluum: contra doctrinam Bald. in rubr. C. de contrahend. empt. verſicul. Nono quæro. Quartò, quia ſolus propriè eſt, qui ſecum non habet alium: ita videtur probari in l. cum quidam §. quod dicitur verſ. Quod ſi ipſe putet ſolus, ff. de adquir. hered.*

53 Septimò, quia negari non poteſt, quin ex vocatione vnius ex filiis, vel conſanguineis, per nomen hoc appellatiuum, *Vnus*, inſtitutor, vel teſtator neceſſariò deſiderauerit, quod bona Anniuerſarij, vel perpetui Patronatus non diuidantur, imò ſemper apud vnum ſucceſſorem conſeruentur vnita in ſua familia in eius memoriam. Nam omnis dualitas ad deſtructionem ſubiecti, vnitas autem ad conſeruationem eiuſdem ordinatur: Tiraquel. *de Primogenitis* 4. *n.* 16. D. Molin. *lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 3. 4 *&* 5. Surd. *conſ.* 375. *n.* 13. *&* 14.

Vnde meritò coniectura ſumitur ad inducendum, quod iure Maioratus ſuccedatur, quando in materia ita perpetua noluit inſtitutor vel teſtator diuiſionem, ſed vnionem bonorum: Flores Diaz de Men. *lib.* 1. *var. quæſt.* 17. *num.* 38. *verſ. Si teſtator dixit, quod non diuidantur, inducitur Maioratus.* D. Ioan. à Caſtil. *lib* 5. *cap.* 93. § 4 *n.* 7. *&* §. 11. *num. fin.* ibi: *Aut quod diuidi nequeant, & perueniant ad vnum ſucceſſorem.*

54 Octauò & vltimò habemus intentum ex Vincent. Fuſar. *de fideicomm. ſubſtit. quæſt.* 384. *n.* 2. vbi probat noſtram reſolutionem, ita aſſerens: *Prima igitur coniectura, per quam Primogenitura colligitur, eſt, quando teſtator vnum tantum vocaſſet, vt filium vel proximiorem vnum; nam tunc intelligitur vocaſſe Primogenitum, & conſtituiſſe Primogenituram: ita poſt alios relatos ſcribit Menoch. conſ.* 713. *num.* 1. *& ſeq.* Ludouic. Molin. *de Hiſpanor. Primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 34. *cum his quæ dixi quæſt.* 356. *&c.* Ratio autem eſt, quia cum vnus tantum ſuccedere debeat, intelligitur de primo: iuxta *l bones, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. l. hac conditio, la* 1. *ff de condit. & demonſtrat. l. eum qui Ka-*
55 *lendas, § ſin autem, ff. de verb. obligat.* prætereà ſequitur eos Balthaſ. Thomaſ. *variar. tract.* 8 *de Primogen. tit.* 5. *quibus verbis inducatur, vel conſtituatur Primogenitura,* quem ad literam ita referam: *Quartò quando teſtator vnum tantum vocauit, puta filium, vel proximiorem vnum, quia vnum vocando intelligitur de primo:* Molin. *d. cap* 5. *num.* 34. Menoch. *d. conſil.* 713. *num.* 1. *& ſeqq.* Fuſarius *d. quæſt.* 384. *n.* 2. & ad vnum tantum bona peruenire voluit: Surd. *conſ.* 375. *num.* 16. de communi: Peregrinus *conſil.* 102. *num.* 8 *lib* 4. tandem eos & alios referens idem obſeruat Marius
56 Giurba *de ſucceſſion. feud. cap.* 118. §. 1. *gloſ.* 8. *num.* 28. *verſ. Quinta coniectura eſt, ſi teſtator vnum tantum vocaſſet, vt filium vel proximiorem vnum ex pluribus, &c.* Ex quibus omnibus ſoluitur quæſtio, & hoc caput ad gloriam Dei feliciter explicit.

CAPVT VIII.

Vtrùm Aſtrologia naturalis admittat Incompatibilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Aſtrologia Iudiciaria reprobatur.*

2 *Aſtrologia naturalis ſcientia conſiſtit in cognitione Elementorum, ac Cælorum, cum Signis, & Planetis.*

3 *Aſtrologia ſcientia, ad materiam Incompatibilitatis, recognoſcitur maximè in Elementis, quorum aliud calidum, aliud frigidum, aliud ſiccum, & aliud humidum; quæ ſunt incompatibilia, & n.* 4.

5 *Aſtrologus per regulas Incompatibilitatis recognoſcit qualitates, quas Aſtra influunt.*

6 *Aſtrologus, ſub quo ſigno, & Planeta quis natus eſt, recognoſcit cuiuſque Aſcendentem ſuo ordine abſque præpoſteratione, & retrogradatione. Demonſtratur exemplis tam circa Planetas, quam circa ſigna, num.* 7 *&* 8.

9 *Aſtronomis non eſt abſcondita hæc ſcientia Aſtrologia in ordine Signorum, & Planetarum, per rationem euitandæ incompatibilitatis in præpoſteratione, & retroceſſione, quæ impoſſibilis eſt, & contra naturam.*

10 *Ezechias tanquã bonus Aſtrologus, quando Iſaias, à quo petit Signum, dedit ipſi facultatem eligendi in Signum ſuæ ſanitatis, aut quod Sol aſcenderet decem lineis, aut quod totidem lineis, ſeu gradibus reuerteret; elegit vt reuerteret retrorſum: & datur ratio.*

11 *Incompatibile eſt, & contra naturam, & niſi miraculosè fieri non poteſt quod Sol, vel Luna redeant retrorſum, vel ſiſtant prout in exemplo Ioſue videre eſt.*

12 *Secundo-genitus ſi ſit vocatus, omiſſo primogenito, tertio, quarto, & cæteris fratribus ad ſucceſſionem Maioratus, & ſecundo-genitus decedat abſque liberis, vtrum ſucceſſio ad primogenitum, & eius lineam ſuperiorem retrocedere debeat, vel vltra procedere ad tertio-genitum, vel quarto-genitum, & eius inferiorem lineam?*

Et quid ſi in linea ſequenti non inueniatur niſi fœmina? n. 13.

14 *Quæſtio inter lineam ſuperiorem atque anteriorem omiſſam, & lineam aliam etiam ſubſequentem omiſſam, quando ſucceſſio incœpit ab alia intermedia, quæ fuit vocata, diuerſa eſt ab illa quæſtione de reintegratione lineæ in Maioratu agnationis ſeu ſimplicis maſculinitatis, & num.* 15.

16 *Succeſſio quod debeat ad lineam ſubſequentem progredi, & non reuertere ad lineam anteriorem, quando ambæ fuerunt omiſſæ, & ſucceſſio incœpit à linea intermedia; nos docet exemplum Cæleſtis ordinis.*

17 *Succeſſio Maioratus defertur de maiore in minorem, & eius lineam.*

18 *Succeſſio Maioratus ſequi debet ordinem ſeruatum*

tum per capita de linea in lineam, ad inſtar ſucceſſory Edicti.

19 *Tertiogenitus dicitur ſecundogenitus reſpectu immediati præcedentis.*

20 *Ordo reſpectu agnationis, & reſpectu ſucceſſionis differunt, & in quo demonſtratur.*

21 *Textus* in §.vnico de eo, qui finem fecit agnato, de feudo Paterno, *probat quod feudum non reuertatur ad renuntiantem, ſed quod tranſeat ad tertium agnatum.*

22 *Fratres cum ſint in pari gradu, ille ſuccedere debet poſt mortem vltimi poſſeſſoris qui ſit maior ætate, prout eſt primogenitus reſpectu tertiogeniti, & n.23.*

24 *Proximior vltimo poſſeſſori ſuccedere debet, & ſic primogenitus, qui proximior eſt, quam tertiogenitus, & n.25.*

26 *Succeſſio, adempto de medio ſecundogenito abſque liberis, debet incipere à primo, tanquam à ſuo principio, & non à ſecundo, vel tertio, quia non eſt principium, ſed medium, & n.27.*

28 *Primogenitus ſe renuntiauit Maioratum in fauorem ſecundogeniti, qui moriatur ſine liberis, reaſſumit Maioratum abſque eo quod tranſeat ad tertiogenitum.*

29 *Textus in* l.cum ita, §.in fideicommiſſo de leg.2. *intelligi debet quod extinctis nominatis regrediatur legatum ad ſuperiores ſecundum ordinem, qui eſt in gradu, & n.30.*

31 *Voluntas diuinæ potentiæ ſicuti facit ordinem in Aſtris, & eum de poteſtate abſoluta peruertere poteſt, ita voluntas teſtatoris valet facere ordinem in ſuccedendo, & eum peruertere ad ſuum libitum.*

32 *Succeſſio Maioratus ſi incepit à ſecundogenito, quia inſtitutor odium habuit contra primogenitum, tunc primogenitus, nec eius deſcendentes ſuccedunt, ſed tertiogenitus, & ſequentes.*

33 *Succeſſio Maioratus ſi incipiat à ſecundogenito ex eo quod inſtitutor notitiam habuit, quod primogenitus eſſet ſucceſſurus in alio Maioratu, tunc non primogenitus, nec eius deſcendentes, ſed tertiogenitus ſuccedere debet poſt mortem ſecundogeniti.*

34 *Et quod tunc cenſeatur realis, & non perſonalis excluſio, probatur ex tribus cauſis.*

35 *Inſtitutor ad vocationẽ ſecundogeniti, omiſſo primogenito, qui alium Maioratum habebat in actu, vel in ſpe, potuit moueri ne fortè nomen ſuum, & arma confundantur, vel ſupprimantur cum alio: vel alus de cauſis conſideratis, ibid. & num 36. & 37.*

38 *Si ſecundogenitus vocatus ſit non ſub proprio nomine, ſed appellatiuo, velnti,* ſuccedat ſecundogenitus, *tunc ſi moriatur abſque liberis, non primogenitus, ſed tertiogenitus ſuccedere debet.*

39 *Vocatio ad ſucceſſionem quando ſit per nomen appellatiuum, & non per nomen proprium, creditur, inſtituterem reſpexiſſe realiter ad ordinem ſucceſſiuum continuatum ex illo ſecundo, tertio, vel quarto gradu, & non ad perſonam filij ſecundo, vel tertio geniti.*

40 *Textus in* l.cum ita §.in fideicommiſſo de leg.2. *& textus* in § inordinatum, *cum Gloſſa,* verb. prior. in Auth de hæred.& Falcid. *reducuntur ad concordiam.*

41 *Textus in* l. cum ita, §.in fideicommiſſo, *loquitur de vocatione facta ſub nomine proprio ſingulari, atque indiuiduo, ideo extinctis nominatis reuertitur ad eos, qui ſunt in anteriori gradu, & non ad ſequentem, & numero 42. & 43.*

44 *Textus in* §. inordinatum, *cum Gloſ.* verb.prior, Authent.de hæred. & Falcid. *loquitur de vocatione facta ſub nomine appellatiuo: ideo proſequitur ſucceſſio in ſequentem, & non retrocedit ad primum, cum cenſeatur excluſa linea prioris, reſpectu ordinis, & n.45.*

46 *Primogenitus ſi non habeat pro ſe fauorem præſumpta voluntatis, nil refert quod habeat prioritatem in naſcendo.*

47 *Vocationum ſub nomine proprio, & ſub nomine appellatiuo differentiam tradunt textus, & authoritates, quæ hic referuntur.*

48 *Filius ſecundo, vel tertiogenitus vocatus ſub nomine proprio, ſi decedat abſque liberis, reuertitur ſucceſſio Maioratus ad primogenitum: ſecus ſi nomine appellatiuo vocetur.*

49 *Vocato ſecundogenito, ſi primogenitus, tertiogenitus, & cæteri fratres decedant ſine liberis, ſuperſtite ſecundogenito, qui decedat relicto vnico filio; & ex eo, primogenito, ſecundo, & tertiogenito; & decedat primogenitus, & exinde ſit contentio inter ſecundogenitum, & tertiogenitum, quid Iuris? Vide remiſſiuè.*

50 *Vocato filio ſecundo in Maioratu regulari, ſi non extat maſculus in ſecundo, tertio. vel quarto, ſed tantummodò fœmina, an Maioratus deuenire debeat ad fœminam ſecundogenitam, vel reuertere ad primogenitum?*

Reſoluitur pro fœmina ſecundogenita, num. 51. & 52.

53 *Fœmina exiſtente in eodem gradu cum maſculo, redigitur ad inſtar ſecundi gradus.*

Limita, ſi Maioratus ſit agnationis, ſeu irregularis, num.54.

ARGVMENTVM.

An materia Incompatibilitatis detur in naturalis Aſtrologiæ ſcientia? vbi poſtquam concluditur, quod Aſtrologus cognoſcere non poteſt hanc ſcientiam niſi per regulas Incompatibilitatis, & quod in Aſtris, & maximè in luminari maiori, & Luna, incompatibile eſt, niſi ex voluntate diuinæ potentiæ, retrocedere ad lineam, gradum, vel parallelum anteriorem; exinde diſſeritur ſi aliquis in inſtitutione ſui maioratus in fauorem familiæ relicti, nominet ad ſucceſſionem ſecundo-genitum ex tribus, pluribusvè filiis, alicuius omittens primogenitum, tertiogenitum, & ceteros fratres; poſteáque eueniat quod ſecundo-genitus decedat abſque deſcendentibus; attamen ſuperſtite primogenito, & tertio, vel quarto, vel quinto-genito, vel eorum prole: an ſucceſſio huius Maioratus retrocedere debeat ad lineam ſuperiorem, ſiue anteriorem primogeniti, quæ fuit omiſſa: vel vltra procedere ad lineam ſequentem filij tertiò, vel quarto-geniti ſuo ordine, ſicut dictum eſt de Aſtris? Et quid ſi in linea ſequenti filij

Google

tertiò, quartò, vel quinto-geniti non extet niſi fœmina ſecundo-genita, & primogenitus, inter quos ſit controuerſia?

1 HIc minimè agere debemus de Aſtrologia Iudiciaria, ex eo quod damnata, atque reprobata eſt, *leg. item apud Labeonem* 15. *§. ſi quis Aſtrologus, ff. de iniur. l. nemo, Codice de Mathematic. cap. legimus* 7. *§. hanc & Ambroſius, diſtinctione* 37. *cap. illud* 6. *§. fin.* 26. *quaſt.* 2. *l.* 1. *titul.* 27. *partit.* 3. *l.* 5. *tit.* 1. *lib.* 8 *Recopilationis*, ibi: *Y los que vſan de Aſtrologia, y aquelles que lo creen, deuen ſer reputados por Herejes.* Probat ex profeſſo, & illuſtrat pluribus authoritatibus D. Franciſc. Villalpando *lib.* 1. *de Magia, cap* 8. *de veritate Aſtrologia*, & poſt eum Doctiſſimus D. Perez de Lara *in Compendio vita hominis, cap.* 13 *num.* 68. vt refert *cap.* 6. *Iſaia verſ.* 9. *& cap. conſuluiſti* 2. *quaſt.* 4. *aliàs* 5. Ex quibus probatur quod præterita valde occulta, & futura contingentia non cognoſcuntur niſi à Deo, cui ſunt relinquenda talia Iudicia, quaſi ſoli Deo id competat: Ita equidem affirmat Dominus noſter per Iſaïam dicens: *Ego ſum Deus, & non vltra Deus, nec eſt ſimilis mei annuntians ab exordio nouiſſimum, ab initio qua nondum facta ſunt.* Eruditè Torreblanca *de Iure ſpirituali, lib.* 70. *cap.* 3.

2 Agimus etenim de vera, & laudabili, ſcilicet de Aſtrologiæ naturalis ſcientia, quæ conſiſtit in cognitione Elementorum, ac Cœlorum, cum Signis, & Planetis: de qua noſter Poëta Hiſpanus Lopez de Vega Carpio *in ſua Arcadia fol.* 288. vbi fingit, quod ipſa Aſtrologia ita loquitur de ſe.

De Cielos y Elementos ordenado
Eſte Mundo inferior ſe ve ſenſible
El ſuperior mental Mundo inuiſible
De ſpiritus, y ideas habitado.

El infinito en el tercero grado
Es ineffable, immenſo, inacceſſible
De la increada Eſſencia incomprehenſible,
De quien Cielo, Angel, hombre fue criado.

El quarto llaman el pequeño Mundo,
Como Epitomo, y cifra que es el hombre
De tantas coſas, y creaturas bellas.

Mi theorica, y practica le infundo
Que es cognoſcer y inueſtigar mi nombre,
Cielos, Planetas, Circulos, y Eſtrellas.

3 In hac ergo Aſtrologia naturali, & eius Scientia, neutiquam Aſtrologus negauit, quod in dicta naturali Aſtrologia taliter ſe habeat Incompatibilitatis materia, vt ſine ea non poſſit cognoſcere (provt agnouit Princeps Philoſophiæ) naturam, numerum, & qualitatem Elementorum, conſiderans quod ſi Ignis ſequeretur aquam, pugnarent inter ſe, & non compaterentur: idem ſi terram, quia eam deſtrueret: cùm enim ſimpliciter aliud ſit graue, aliud ſit leue; & cùm etiam incompatibile eſſet calidum, & frigidum; ſiccum, atque humidum; & combinari, copulatique non poſſint, niſi calidum & ſiccum; calidum & humidum; frigidum, & ſiccum; frigidum, & humidum: inferebat ex hoc Ariſtoteles *in lib* 2. *de generatione & corruptione, cap.* 3. quod nonniſi quatuor Elementorum copulæ eſſe poſſint, & proinde nonniſi quatuor Elementa, ita dicens: *Cum autem Elementa ſint quatuor, & eorum, qua ſunt quatuor, ſex ſint copula, contraria autem ſimul copulari non poſſint (calidum enim, & frigidum; & rurſum ſiccum, & humidum, idem eſſe eſt impoſſibile:) conſtat quod Elementorum copula quatuor erunt: nempe calidum & ſiccum: calidum & humidum; rurſum frigidum & ſiccum; frigidum & humidum: atque hac corpora, ea, qua ſimplicia videntur eſſe, ignem inquam, aërem, aquam, & terram, ſecundum rationem comitari, atque ſequi ſolet: nam ignis calidus ſiccuſque eſt: Aër vero calidus & humidus, nam aer velut vapor eſt: aqua frigida humidaque: terra frigida atque ſicca: Vnde fit, vt differentia illa non iniuria primis corporibus diſtribuantur, & iuxta rationem eorum numerus conſtet, &c.* Et Ariſtotelem te- 4
fert Hiſpano noſtro ſermone Hieronymus Cortes, *tractatu* 5. *de la region Elemental y Celeſte cap.* 2. dum dicit: *Los Elementos no ſon, ni pueden ſer mas que quatro, como lo prueua Ariſtoteles, diziendo, que las quatro Calidades, que ſon Calor, Frior, Humedad, y Sequedad, ſe pueden conbinar y mezclar en ſeis maneras; y que de eſtas las dos ſon incompatibles ſin poder eſtar naturalmente en vn ſubiecto, por ſer calidades enſi contrarias como ſon, calor, y friedad, ſequedad, y humedad: De lo dicho ſe ſigue que las conbinaciones compatibles, y que ſe pueden mezclar y eſtar en vn ſubiecto, ſon las ſiguientes: Calor, y ſequedad; calor, y humedad; frior, y ſequedad; frior, y humedad: Y pues las conbinaciones y mezclas compatibles de las quatro Calidades no pueden ſer mas que quatro, y ellas naturalmente en los Elementos. Siguese que queda bien prouado y concluide que los Elementos no pueden ſer mas de quatro, &c. Y que el orden de ellos ſea primero la tierra, y deſpues el agua, y deſpues el ayre, y el vltimo el fuego.* Aliter impoſſibile eſſet, & id non permitteret regula Incompatibilitatis.

Præterea cognoſcit Aſtrologus ex qualitatibus, 5
quas in aërem Aſtra influunt, Planetæ ſcilicet, ac Stellæ fixæ, quales ſint compatibiles, & incompatibiles, provt ſpecialiter copiosè demonſtrat Antonius de Naxera *in Summa de Aſtrologia, cap.* 20. *& vltimo, De las Calidades, que cauſan en el ayre los Planetas, y Eſtrellas fixas, quales ſon compatibles, y quales incompatibles.*

Recognoſcit itidem in Aſcendente natali, ſub 6
quo Signo, ac Planeta natus eſt quilibet; cùm incompatibile ſit inter eos quælibet præpoſteratio, & retrogradatio, quia ſuo ordine abſque præpoſteratione, & per ſuos gradus quilibet proſequitur; ita ordinarè: Primò, Sol, 2. Venus, 3. Mercurius, 4. Luna, 5. Saturnus, 6. Iupiter, 7. Mars: & Signa hoc ordine, in primis, Aries: 2. Taurus: 3. Gemini: 4. Cancer: 5. Leo: 6. Virgo: 7. Libra: 8. Scorpius: 9. Sagittarius: 10. Capricornus: 11. Aquarius: 12. Piſces.

Quinimò quando demonſtrare Aſtrologi inten- 7
dunt Signum atque Planetam, ſub quo aliquis natus eſt, examinant diem atque horam natalem, verbi gratia, pone quòd Antonius natus fuit die Veneris 10. Septembris poſt horam nonam impletam ante meridiem, anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo-ſexto, hora prima Solis huius diei quæ fuit ab hora quinta, & dimidia, vſque ad horam ſextam prædominabatur Venus, qui Planeta in ordine eſt ſecundus, & ſic ab hora ſexta & dimidia, vſque ad ſeptimam cum dimidia proſequitur tertius, qui eſt Mercurius: & ab hora ſeptima & dimidia, vſque ad octauam cum dimidia ſequitur quartus, ſcilicet Luna: & ab hora 8. & dimidia, vſque ad nonam cum dimidia, ſequitur Saturnus, ideò ſub hoc Planeta erit natus.

Et quantum ad ſignum demonſtrabit dicens, quod 8

illa

Digitized by Google

illa prima hora, & ſequenti, poſt Solis ortum erit Virgo, quia die decima Septembris Sol decurrit in illo ſigno quod dicitur *Virgo*, & ſic incipit cum eo in ſua prima, & ſecunda hora, ex hora quinta & dimidia vſque ad 7. cum dimidia; poſt ſignum *Virgo* ſequitur *Libra*; ex eo quod non debet retrocedere ad primum & ſuperius, quod erat *Aries*, ſed ad ſequens poſt *Virgo*, quod eſt *Libra*: & ſic erit natus ſub ſigno *Libra*, quia duæ horæ aſſignantur cuilibet ſigno, & hæ vltimæ horæ implentur in puncto horæ nonæ cum dimidia, quapropter hora nona, qua natus fuit, non *Aries*, ſed *Libra* habuit in ſuo natali Aſcendente: Quod magis ſpecialiter cum ſuis regulis demonſtratum videre potes apud Hieronymum Cortes *in ſuo tractatu, iam expurgato, intitulato, Lunario, y Pronoſtico vniuerſal, fol.* 104. & 131.

9 Nec etiam Aſtronomis eſt abſcondita hæc ſcientia, cum eis ratio euitandæ incompatibilitatis patefaciat ordinem quem naturaliter obſeruant inter ſe Cœli, ac Planetæ, & omnia Aſtra, progredientia de gradu in ſequentem gradum, de linea in lineam, ſeu Parallelo in ſequentem Parallelum abſque retroceſſione: & caſu quo retrocedant ad ſuperiorem gradum vel liocam antecedentem, vel Parallelum, quia hoc naturaliter eſt incompatibile, agnoſcunt Aſtrologi, quòd interuenit Miraculum ſeu diuinæ potentiæ voluntas, quoties id contingit.

10 Probatur expreſsè *lib.* 4. *Regum, cap.* 20. vbi Propheta Iſaias ex parte Domini dixit ægroto vſque ad mortem Regi Ezechiæ, quod ſanus fieret, & tertio die aſcenderet Templum Domini, & quod diebus ſuis Deus quindecim annos addiderat. Et cum de eo Rex peteret ſignum à Domino, tunc Propheta dedit illi optionem petendi ſignum ex duobus vnum; aut nimirum quod Sol aſcenderet decem lineis, aut quod totidem lineis, ſeu gradibus retrocederet: At verò Ezechias tanquam Aſtronomiam edoctus agnouit, aſcendere Planetam decem lineis, ſeu gradibus, facilè fieri poſſe ſecundùm ordinem naturalem, ſed retrocedere decem lineis, incompatibile eſſe ſecundùm ordinem à natura præſtitutum, & impoſſibile ſine magno, ac ſtupendo miraculo: Ideò elegit vt reuerteretur retrorſum decem lineis, ſeu gradibus, quod factum fuit, & ad oculos demonſtratum in horologio Achaz; erat namque horologium Solare habens in medio circuli linearum erectam virgulam, alias librile, per cuius vmbram Sol demonſtrabat lineam, ſeu gradum per quem ſuum aſcenſum, vel deſcenſum faciebat, quia percutiens virgam radiis ſuæ lucis, neceſſe erat vmbram cauſare quæ deſignabat curſum Planetæ de linea in lineam, & ita clarè percipitur, ac intelligitur ad literam textus in *d. cap* 20. dum dicit: *Dixerat autem Ezechias ad Iſaiam, quod erit ſignum, quia Dominus me ſanabit, & quia aſcenſurus ſum die tertia Templum Domini? cui ait Iſaias: Hoc erit ſignum à Domino, quod facturus ſit Dominus ſermonem, quem locutus eſt: vis vt aſcendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus? & ait Ezechias, facilè eſt vmbram creſcere decem lineis: nec hoc volo vt fiat, ſed vt reuertatur retrorſum decem gradibus. Inuocauit itaque Iſaias Propheta Dominum, & reduxit vmbram per lineas, quibus iam deſcenderat in horologio Achaz, retrorſum decem gradibus.*

11 Et non ſolum eſt incompatibile in Aſtronomia, quod Sol, & Luna ad lineam ſuperiorem, ſeu gradum antecedentem reuertatur, ſed etiam quod detineatur, & non vltra progrediatur de linea in ſequentem lineam, ac gradum: Ioſuë *cap.* 10. ibi: *Tunc locutus Ioſuë Domino in die, quâ tradidit Amorrhæum in conſpectu filiorum Iſraël: dixitque coram eis: Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra Vallem Aialon. Steteruntque Sol, & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. Nonne ſcriptum eſt hoc in libro Iuſtorum: Stetit itaque Sol in medio Cœli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei. Non fuit antea, nec poſtea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Iſraël.*

Vnde ergo vtiliter diſputemus, quid iuris ſi aliquis 12 in inſtitutione ſui Maioratus, Vinculi, ſeu Patronatus, aut perpetui fideicommiſſi in fauorem ſuæ familiæ, nominet ad ſucceſſionem ſecundogenitum ex tribus, pluribuſvè filiis alicuius, ac eius deſcendentes, omittens primogenitum, tertiogenitum, & cæteros alios fratres: poſteaque eueniat, quod ſecundogenitus decedat abſque deſcendentibus, attamen ſuperſtite primogenito & tertio, vel quarto, ſeu quintogenito, vel eorum deſcendentibus: an ſucceſſio huius Maioratus, Vinculi, ſeu Patronatus retrocedere debeat ad lineam ſuperiorem primogeniti, quæ fuit omiſſa, vel vltra procedere ad lineam ſequẽtem filij tertio, quarto, vel quinto geniti, ſuo ordine, eodem modo, quo dictum eſt ſuprà de Elementis, & Aſtris, ac maximè de Planeta illo luminare maiore. Et quid ſi in linea 13 ſequenti tertiogeniti, quarto, vel quintogeniti, non inueniatur niſi fœmina?

Sed antequam de hac quæſtione diſputationem 14 agam, ad clariorem expeditionem aduertendum eſt, quod non conuenit cum alia quæſtione de reintegratione lineæ, de qua alibi diſputatur; differunt enim in eo quod quæſtiò de reintegratione lineæ ſolum formatur in caſu, quo Maioratus ſit agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, vbi linea pro maiori componitur ex puris agnatis, vel maſculis, & poſtea de fœminis, & ſic linea fœminarũ non eſt ſuperior omiſſa, ſed ſequens, per quam ſuo ordine poſtea proſequitur ſucceſſio, quæ exordium habuit ab alia linea compoſita de agnatis, vel de ſimpliciter maſculis: Nec ibi dubium an ſucceſſio debeat reuerti ad ſuperiorem lineam, ſed an ſequens linea fœminarum incipere debeat ab hac vltima, vel illa prima fœmina, quæ erat in virorum lineis decurſis. Sed præſens quæſtio eſt 15 inter lineam ſuperiorem omiſſam, & lineam aliã ſubſequentem, quando ſucceſſio habuit principium ab alia intermedia, ex eo quod vocatus fuit ſecundogenitus omiſſo primogenito, & tertiogenito; & dubium eſt an ſucceſſio retrorſum reuerti, vel an vltra ſubſequi ex intermedio debeat.

Cum annotatione ergo huius diſtinctionis aggrediamur quæſtionem propoſitam, ad cuius deciſionem pro vtraque parte non leuia vrgent fundamenta.

Et pro vna parte, ad hoc vt ſubſequi debeat ſuc- 16 ceſſio ad lineam tertio, vel quartogeniti, & ſic deinceps, & quod non reuertatur, retrorſumque cedat ad lineam ſuperiorem primogeniti, niſi finitis omnibus lineis, quæ ſubſequuntur ex linea ſecundogeniti; probatur 1. ex argumento eius quod dictum eſt in ſcientia Aſtronomiæ, quod validum eſt, quia exemplo cœleſtis ordinis nos gubernare, & inſtruere debemus, *cap. ad hoc diſtinct* 89. *tit.* 6. *in princ. partit.* 1. Et ſic dicendum, quod non debet reuerti ſucceſſio ad lineam retrò, ſed ad ſubſequentem, eodem modo quo Sol, vel Luna, ſeu Aſtra Cœli non reuertuntur retrorſum, ſed ſecundùm naturalem ordinem vltra proſequuntur de linea in ſequentem lineam, & de Parallelo in Parallelum abſque retroceſſione, niſi interueniat voluntas potentiæ diuinæ præter naturalem rerum ordinem, & per miraculum.

Secundò, quia ordo in deferenda Maioratus ſucceſ- 17 ſione, eſt, quod deferatur de maiori ad minorẽ, & eius

Digitized by Google

lineam, *cap. licet 6. in fine*, ibi: *Ordine genituræ pri-
uandum, eſt regnum ipſum ad minorem fratrem tum ap-
pellatione poſtpoſita deuoluendum. Extra de voto, &
voti redemptione.* Ergo ſucceſſio in Maioratu non ad
fratrem maiorem deuoluenda, ſed ad minorem, qui
in præſenti quæſtione erit tertiogenitus, quia de ſuc-
ceſſione poſt mortem ſecundogeniti quæritur, quem
immediatè ſubſequitur tertiogenitus.

Tertiò, nam in ſucceſſionibus Maioratus, ordo
ſeruatur per capita de linea in lineam inter filios, ſeu
fratres, ex quorum quolibet componitur ſuo ordine
ad inſtar ſucceſſorij edicti: Paulus de Caſtro *conſ.* 164.
num. 18. *vol.* 2. Franciſc. Souſa *in l. fœmina, de reg. iur.
art.* 5. *n.* 290. Fontanella *deciſ.* 34. *n.* 12 *&* 13. Gabriel Pe-
reyra de Caſtro *deciſ.* 59. *n.* 6. *verſ. fin.*

18 Sed in ſucceſſorio Edicto poſt Caput ſecundum,
ſuccedit tertium, & non primum; quia primo loco
ſuccedit caput, *vnde liberi*. poſtea ſecundo loco ca-
put, *vnde agnati*: poſtea tertio loco caput; *vnde co-
gnati*, & quartò loco caput, *vnde vir & vxor*, &
vnumquodque ipſorum cõtinet ſub ſe plures gradus,
purà in vno capite, *vnde liberi*, ſunt primo filij: Se-
cundò nepotes; tertiò pronepotes, & ſic deinceps;
& eodem modo in quolibet alio capite, ſuo ordine:
*l. 1. §. quibus, ff. de ſucceſſ. edict. l. 1. ff. quis ordo in bo-
norum poſſeſſione ſeruetur*, Gloſ. *verb. ſucceſſionem non
eſſe*, & Gloſ. marginalis in *§. placebat, Inſt. de legitima
agnator. ſucceſſ.* Ergo frater tertius poſt ſecundum, &
non primus poſt ſecundum ſuccedere debet in Ma-
ioratibus.

19 Probatur conſequens nam tertius dicitur ſecundus
reſpectu immediatè præcedentis, Baldus *in rubric.
C. de ſecund. nupt.* ibi: *Sed tertiæ poſſunt dici ſecundæ
reſpectu immediatè præcedentium: & idem de quibuſ-
cumque vlterioribus ſecundum Gloſſam, & Odofredum,
qui allegat ſimile de ſubſtitutione, quæ quandoque dici-
tur ſecundus gradus numero, quandoque ordine ad im-
mediatum gradum, vt ff. de vulg. l. 1. de neceſſ. hæred.
inſt. l. 2: & infrà, de edicto diu. Adr. toll. l. 1. &c.*

20 Quartò comprobatur, quia differunt ordo reſpe-
ctu agnationis, & ordo reſpectu ſucceſſionis: ordo
reſpectu agnationis, vel cognationis naturaliter inci-
pit à primo, & inde ſequitur ſecundus immutabiliter,
ſed ordo reſpectu ſucceſſionis poteſt incipere à ſe-
cundò, vel tertio, & quando inchoatur à ſecundò,
ſecundus erit primus, & tertius erit ſecundus in ſuc-
cedendo: textus, & Gloſ. *verb. Prior, in §. inordina-
tum Auth. de hæred. & falcid. col.* 1. textus dum dicit:
*Sed primus ſecundum ordinem vocatus poſt eum qui
iam excluſus eſt à lege noſtra, ita vocetur prior; dein-
de qui poſt illum eſt; ita de cætero donec vltimus, &c.*
& Gloſ. *verb. Prior*, dum dicit: *Prior cum effectu*: vt
illa dictio, *Primus*, ordinem cognationis denotet:
hæc dictio, *Prior*, vocationis prioritatem ſignificet;
vel ſecundum, vocat *priorem* (aliàs *primum*) & vnum,
ſcilicet poſt primum: eadem ratione Tertius eſt
prior, vel primus poſt ſecundum, & ita de ſingulis.

21 Quintò & vltimò probatur textu *in §. vnico, de eo
qui finem fecit agnato de feudo paterno.* Vbi ſi tres
fuiſſent agnati, & vnus eorum realem renuntiatio-
nem, ſeu refutationem fecerit de feudo in fauorem
alterius ſecundi agnati, & eius hæredum, iſque ſecun-
dus deceſſerit ſine filio maſculo non reuertitur feu-
dum ad primum refutantem, ſed tranſit ad tertium
agnatum: ergo eodem iure in præſenti dicendum,
quod Maioratus non ad primum, ſcilicet filium ma-
iorem reuerti debet, ſed ad tertium tranſire.

22 Ex aduerſo, pro primogenito, & eius linea, facit
primò, quia ex fratribus qui ſunt in pari gradu ille
ſuccedere debet poſt mortem vltimi poſſeſſoris, qui
fuerit maior ætate, *l. 2. titul. 15. partit. 2.* ibi: *No lo
huuieſſe ſino el hijo mayor.* D. Molina *lib. 1. cap. 3. n. 7.
& lib. 3. cap. 1. num. 1.* D. Ioan. à Caſtil. *lib. 5. part. 2.
cap. 160. num. 1.* Sed inter primogenitum, & tertio- 23
genitum, maior ætate eſt primogenitus; Ergo per
mortem ſecundogeniti vltimi poſſeſſoris, ſuccedere
debet primogenitus, & eius deſcendens per repræ-
ſentationem, & non tertiogeniti, nec cæteri eius
lineæ.

Secundò probatur ex alia regula, quæ obſeruari 24
debet in ſucceſſionibus Maioratus, quod ſuccedat
qui proximior eſt vltimo poſſeſſori. *l. 9. tit. 1. & d. l. 2.
tit. 15. partit. 2.* D. Molina *lib. 3. cap. 9. n. 15.* Molinus *de
ritu nuptiarum, lib. 3. quæſt. 24. à n. 332.* & cum quam-
plurimis D. Ioan. à Caſtillo *lib. 5. cap. 67. num. 30. &
cap. 91. num. 61.* Sed ſic eſt, quod primogenitus licet 25
in pari gradu cum fratre tertiogenito, proximior
fratri ſecundogenito vltimo poſſeſſori reputatur
quàm tertiogenitus, vt probatur in *d. l. 2. tit. 15 partit. 2.*
Ergo poſt mortem fratris ſecundogeniti, primogeni-
tus tanquam proximior vltimo poſſeſſori, & non ter-
tiogenitus ſuccedere debet.

Tertiò, quia adempto de medio, fratre ſecundo- 26
genito, & cæteris eius lineæ, ſucceſſio debet incipe-
re à primo, tanquam à ſuo principio, & non à ſecun-
dò, vel tertiò, quod non eſt principium, ſed me-
dium; aliter daretur quod medium poſſet eſſe ante
principium, quod repugnat tam naturali, quam ciui-
li rationi; dixit Baldus *in Auth. ſed etſi quis ab ali-
quo, num. 2. C. de teſtibus*, ibi: *Conſtat autem tam na-
turali quam ciuili ratione quod medium non poteſt eſſe
ante principium, ſed debet oriri à ſuo principio, & non
inchoare à medio, &c.* Vnde notatur pro regula quod
non eſt ordo, ſed præpoſteratio, quando inchoatur
à medio, omiſſo principio. Ergo ſucceſſio Maiora- 27
tus poſt mortem fratris ſecundogeniti vltimi poſſeſ-
ſoris, vel alterius eius lineæ, cum incipere debet ab
alia linea, non debet inchoari à tertiogenito tanquam
à medio, ſed à primogenito tanquam à ſuo princi-
pio, & priori in ordine.

Quartò iuuatur in argumentum; Quod ſi primo- 28
genitus renuntiauit primogenituram in fauorem ſe-
cundogeniti, ſi ſecundogenitus decedat abſque filiis,
poterit primogenitus reaſſumere ius primogenituræ,
abſque eo quod ſuccedere debeat tertio genitus,
Alexand *volum. 5. conſ. 13. per tot.* maximè *à num. 4.* Ti-
raquel. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. n. 45. & n. 126. 127.
& 128.* Mieres *part. 3. quæſt. 18. n. 22. & 32.*

Quintò & vltimò probatur ex text. in *l. cum ita le- 29
gatur 32. § in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* vbi Iuriſcon-
ſultus poſuit ordinem ſuccedendi in fideicommiſſis,
& decidit caſum in terminis, dum innuit quod pri-
mò ſuccedere debent nominati etiam inferioris gra-
dus, & poſt eos omnes extinctos, ſuccedere debent
non ſequentes in gradu, ſed hi qui ex primo gradu
omiſſo procreati ſunt, niſi ſpecialiter defunctus ad vl-
teriores, id eſt ad eos, qui ſequuntur in gradu poſt
nominatos, voluntatem ſuam extenderit. Ita inter- 30
pretatur & intelligit hunc textum aduerſus aliquos
Baldus *in ipſo dict. §. in fideicommiſſo num. 3. verſ. Ter-
tia quæſtio, &c.* Quæſtione reſoluens: Tertia quæ-
ſtio eſt: Quid eſt dicere: quod eis extinctis admit-
tuntur, qui ſunt poſt eos? Dicunt quidam, quod
qui ſunt ante eos non admittuntur. Alij dicunt,
quod admittuntur: quia iſtud, *poſt*, ſignificat or-
dinem voluntatis, non gradum: Extinctis ergo
nominatis, regreditur legatum ad ſuperiores ſecun-
dum ordinem, qui eſt in gradu, & bene. Sequitur id
Albericus in *dict. §. in fideicommiſſo, num 9.* ibi: Et eſt
pro nobis, vt proximiores, vel præcedentes admittan-
tur

tur poſt nominatos, nam licet præcedentes repellantur à petitione propter voluntatem defuncti, qui alios nominauit; tamen eo impedimento excluſo, vel ſublato, reditur ad ius commune, vt ex legibus hic allegatis colligitur.

31 In re igitur ita dubia,& difficili quæſtione, vt quoquo te vertas omnia difficultatibus plena reperies, expedit eam reſoluere cum diſtinctione caſuum qui omnes ſubiiciantur voluntati inſtitutoris: quia eodem modo, quo voluntas diuinæ potentiæ facit ordinem in Aſtris, ita voluntas teſtatoris, ſeu inſtitutoris Maioratus, facit ordinem in ſuccedendo: *l. cum pater § fidei tuæ,& § à te peto marito, ff. de l.2. l. generaliter, § quid ergo, ff. de fideicom. libert. l. nec enim, ff. de ſolut. l. quotiens, ff. de vſufruct. l. qui ſoluendo, ff. de hered. inſtit. l.2. §. ſi prius, ff. de vulg.& pupil. l. præpoſteri, C. de teſtam.* Albericus *in dict. §. fides tua num.21.* ibi: *Quia cùm teſtatoris voluntas patet, vel Iuris diſpoſitio, non curatur de ordine ſcriptura, &c.* & in *d. §. in fideicommiſſo n.9.* ibi: *Sed dic quod iſtud facit voluntas teſtatoris, &c.* Maranta *de ordine cognit. part.3. à num.109. vſque ad n.114.* Caldas Pereyra de Caſtro *part.3. de poteſt. eligendi, & nominatorum reuocatione, cap.11. à n.33. vſque ad num. fin.* Vbi cum magna eruditione inuenies ſpecioſè intellectum, ac explicatum text. *in d. l. cum pater, §. à te peto marite, ff. de leg.2.* Auguſtinus à Barboſa *Axiom 172. verb. Ordo n.3.& 4.*

32 Aluarez à Valaſco *in Axiom. iur. lit. O. n.9.* Primus caſus eſt, quando ob id primo loco nominatus fuit ſecundogenitus, quia inſtitutor odio habuit primogenitum ob aliquam cauſam, quæ probari debet ab eam allegante. Et in hoc caſu primogenitus, & eius deſcendentes excluſi cenſentur, & ad eos reuerti non debet Maioratus, imò ſucceſſio defertur ſuo ordine in tertiogenitum, & poſt eum in quartogenitũ, & cæteros fratres, tanquam ſi primogenitus, ac eius deſcendentes non fuerint in rerum natura: probatur ex textu in *l. cum quidam 24.* ibi: *Petere poſſunt, aut, eos qui non offenderunt: l. Lucius 88. §. Lucius*, vbi Bart. & Doctores, *ff. de leg.2. l. teſtamento 51. ff. de manumiſ. teſtamento*, ibi: *Quibuſdam autem per offenſam excluſis, reſidui in libertatem veniunt.* Bartol. Socin. ſenior, *conſil.37. num.50. vol.3.* Philip. Corneus *conſil.229. verſ. Tamen his non obſtantibus volum 3.* Menoch. *conſ.30. num.15. & 16. vol.1.* Simon de Præ̆ris *de interpret. vltim. volunt. lib.1. dub.2. ſolut.4. num.10. fol.101.* D. Molina *de primogen. lib.1. cap.9. num.13.& lib.3. cap.5 n 41. & 41.* vbi excluſo primogenito, excluſi etiam cenſentur omnes deſcendentes ex eo: *& dict. lib.3 cap.7. à num.1. vſque ad n.4.* Surdus *deciſ 41. n.6.* Caldas Pereyra de Caſtro *part.3. de poteſt. eligend & nominat. cap.2. num.28.* D. Ioan à Caſtillo *lib.5 cap.103. num.14. & 24.* copioſè Vincentius Fuſarius *de fideicommiſſ. ſubſtitut. quæſt.317. à num.1 vſque ad n.6.* Additionat. ad Molinam *d. lib.1. cap.9. ſuper n.11.12. & 13.*

33 Secundus caſus eſt, quando conſtat quod inſtitutor Maioratus odio non habuit primogenitum, attamen conſtat etiam quod inſtitutor cognitum habuit, ac præſciuit primogenitum in actu, vel in ſpe certa & inuariabili eſſe ſucceſſorem alterius Maioratus; & hoc caſu ſucceſſio etiam ad ſequentem fratrem, tertio, vel quartogenitum deriuatur, non autem deuoluitur ad primogenitum, nec ad cæteros eiuſdem lineæ, quia cenſetur realiter excluſus, & toties primogeniti excluſio eſt realis, ſiue ipſemet ſe excludat, ſiue alius, per mortem ſecundo geniti, & ſuorum, non retrocedit ſucceſſio ad primogenitum realiter excluſum, nec ad eius filios, ſed proſequitur in tertiogenitum: textus eſt, qui expreſsè id probat, *in §. vnico, de eo qui finem fecit agnato de feudo paterno.*

Cæterum quod in hac caſus ſpecie ſit realis excluſio primogeniti, & ſuorum deſcendentium, tenet D. Ioan. à Caſtil *lib.5. p.2. c.178 n.57.* Et probatur, quippe inſtitutor Maioratus motus fuit ex vna trium, vel ex omnibus tribus finalibus cauſis, quæ neceſſario faciũt eſſe realem excluſionem primogeniti, & vocationem expreſsè factam de ſecundogenito, ac tacitè ſubintellectam de tertio poſt eum, vel quarto, vel quintogenito, cùm perpetuò militent reſpectu omnium ſucceſſorum eædem cauſæ & rationes ſuccedendi. 34

Prima cauſa finalis, quia potuit ſuaderi, eſt, ne eiuſdem inſtitutoris Maioratus cum alio, vel aliis confundatur, ſiue memoria eius, vel nomen, & arma ſupprimantur, aut minuantur; ideò ad euitandam talẽ ſuppreſſionem, confuſionem, vel immixtionem, creditur quod voluit ad ſecundogenitum, & cæteros fratres, ac eorum deſcendentes, & non ad primogenitũ peruenire; prout de inſtitutoribus aliquorum Maioratuum credidit, *l.7. tit.7 lib.5 Recop.* dum ad euitandũ concurſum duorum Maioratuum, decidens quod in alio ſuccedat primogenitus, in alio ſecundogenitus, reddit cauſam decidendi eandem quam quilibet prudens inſtitutor in eo caſu veriſimiliter redditurus eſſet, ita ſic: *Que por coſa de ſe hauer juntado en eſtos Reynos de poco tiempo deſta parte por via de caſamiento algunas caſas y Mayorazgo de Grandes y Caualleros principales la memoria de los fundadores de los dichos Mayorazgos y la fama de ellos, y ſus linages ſea diminuida y cada dia ſe deſminuye y pierde.* Ripa *in rubr. C. de ſecund nupt. n.7 & n 12. & reſponſo 1. tit. de ſubſtit. à n.15.* Alciat. *conſ. ſiue reſponſo 101. in fin. lib.9.* Tibet. Dec. *lib.1. conſ.7. per tot.* Mieres *2. q.4. illat.3. n.11.* D. Ioan. à Caſtil. *cap 178. n.1 & 18* 35

Altera cauſa finalis, quæ potuit incitare inſtitutorem, ea eſt, vel efficiat plures diuites in ſua familia, eiuſque ſplendorem adaugeat & authoritatem, quia melius oſtentatur in duobus, pluribuſve Maioratibus ſeparatis, à pluribus diuiſim de familia poſſeſſis, quàm ab vno ſeu primogenito tantum. Hanc etiam cauſam exiſtimauit, quod eum ad id ipſum ſtatuendum incitaret, *d. l.7. tit 7. lib.5. recop.* ibi: *Porque diſminuyendoſe las caſas de los Nobles de ellos no abra tantos Caualleros y perſonas principales, &c.* Alciat. *d. reſponſ.101. n. fin. lib.* dum dicit: quod fit ad finem propagandi, & conſeruandi honorem familiæ teſtatoris, ibi: Non tamen verificatur ſecundum intentionem teſtatoris, qui conſiderauit, quod primogenitus foueret familiam patris, & ſecundogenitus teneat ſuam, non autem quod vtramque hæreditatem idem haberet. Iſtud enim, quod ferat inſignia, vel conſeruet domicilium fit ad finem propagandi, & conſeruandi honorem familiæ teſtatoris: *l. hoc iure §. fin.* vbi communiter *ff. de donat. l. facta §. ſi vero nominis, ff. ad Trebel.* & per Socin. *conſ.259.* 36

Tertia denique cauſa finalis, quæ præſumitur mouiſſe inſtitutorem, eſt, ad prouidendum de Maioratu, ſecundogenito, ac cæteris eiuſdem familiæ: quia ſatis prouiſum cenſuit primogenito, ac lineæ eius, ex Maioratu, vel Maioratibus; in quibus iam ſucceſſerit, vel inuariabiliter ſucceſſurus eſt: ideò cæteris iuſtè, ac piè ſubuenire iudicandum eſt voluiſſe, & egentibus & minus prouiſis proſpicere: *leg. Titio centum 71. in princ. ff. de cond. & demonſtr.* ibi: *Sed ſi filio fratris alumno minus induſtrio proſpectum eſſe voluit, intereſſe hæredis credendum eſt.* Vbi tenet Bartol. quod in tali caſu intelligitur cauſa finalis, idque etiam coniecturauit *dict. leg.7. titul.7. lib.5 recopilat.* ibi: *Conſumiendoſe, y menoſcauandoſe las dichas caſas principales; en laſquales muchos de ſus Parientes, y criados, y otros hombres hijos dalgo* 37

Google

ſe acoſtumbrauan mantener, y ſoſtener, &c. Alciatus *dict.lib.9. conſil.*101. *num.*17. ibi: Præterea potuit teſtator cogitare quod ſatis haberet eſſe ditatum primogenitum de bonis paternis, ideo ipſe ſecundo-genito ſua relinquit.

38 Tertius caſus eſt quando ſecundo-genitus vocatus fuit primo ad ſucceſſionem cum nomine appellatiuo, non autem nomine proprio: veluti ſi non dixerit, *Succedat Petrus, vel Ioannes*; ſed *ſuccedat filius ſecundo-genitus, vel filius ſecundus ex Didaco, vel Ildephonſo*: vulgò, *ſuceda el hijo ſegundo de fulano, ò el hermano ſegundo, ò el pariente que fuere de tal grado.* In hoc etiam caſu proſequi debet ſucceſſio ex ſecundo-genito, ad tertiò, vel quartò-genitum, & ad cæteros deinceps ſuo ordine ſucceſſiuo, & non reuertere ad primogenitum, nec ad alios eiuſdem lineæ, niſi extinctis tertiò, quartò, vel quinto-genito, & cæteris fratribus, ac eorum deſcendentibus: & in ſpecie huius caſus admittenda eſt ſententia D.Ioan. à Caſtillo *lib.5. part.2.cap.*181 *num.*34. & 35. Ex ratione ibi adducta, dum dicit: Aut ſi in eadem diſpoſitione iuri communi derogatum fuerit, prout in terminis ipſis præcipui dubij huiuſce capitis, quando ſcilicet primogenitus, aut exiſtens in priori gradu excluſus fuit: & ſecundo-genitus, vel qui exiſtit in remotiori gradu, vocatus, & prælatus eſt, tunc namque ex quo in aliquo gradu iam derogatum eſt iuri communi, & ſecundo-genitus, aut remotior præfertur, etiam aliis gradibus repetitio, aut relatio concedenda erit ſubſiſtente eadem ratione, etiamſi derogetur iuri communi excludendo ſcilicet primogenitos, aut proximiores, & admittendo ſecundo-genitos, vel remotiores; atque ita id intelligi, explicari, & diſtingui debet, ſicuti cum aliis percepiſſe videtur, licet non ita diſtinctè Galganetus *de cond.& demonſtr. part.2. c.6. quæſt 7. num.*13. & 14. & inferiùs, *verſ. Et ordo datus in primo, &c.*

39 Cæterum ego aliam rationem reddo: nempe quando vocatio fuit per nomen appellatiuum, & non per nomen proprium, creditur inſtitutor reſpexiſſe realiter ad ordinem ſucceſſiuum continuatum ex illo ſecundo, vel tertio gradu, & non ad perſonam ſecundò vel tertiò-geniti, tanquam magis dilectam; nam ſi reſpexiſſet principaliter ad perſonam, eam nomine proprio nominaſſet, vti ſibi cognitam, & magis dilectam; attamen ſi eam nomine proprio non vocauit, fortè fuit, quia non cognitam, ſiue non magis dilectam habuit, ſed quoniam voluit quod ſucceſſio inciperet per ordinem ex eo gradu; Siquidem cauſæ, ex quibus inſtitutor Maioratus perſonas remotiores proximioribus anteponit in perſonis ignotis, prout ſunt vocati per nomina appellatiua, ipſi inſtitutori, militare non videntur, imò veriſimiliter non maior affectio ad vnum, quam ad alium habuiſſe cenſendus eſt. D.Molina *lib 3, cap.5.n.53.* vbi cum multis Additionatoribus: D.Ioannes à Caſtillo *lib.5, cap.*84. *à num.*40. cum aliis per textum in *leg. qui filiabus, ff. de leg.*1.

40 Et ita componitur textus in *l. cum ita §. in fideicommiſſo, ff. de leg.2. cum dict. § inordinatum*, & ibi Gloſ. *verb. Prior, Authent. de hæred. & falcidia, collatione* 1.

41 Nam textus in *dict. § in fideicommiſſo*, loquitur de vocatione facta ſub nomine proprio ſingulari, atque indiuiduo: Gloſ. *verb. Nominati ſunt, in d. §. in fideicommiſſo*: Paulus Pariſ. *conſil.*39.*n.*8. & 16. *lib.*2. Menoch. *conſil.* 200.*n.*11.12. & 24. *vol.*2 D Ioan. à Caſtil. *lib.5. cap.*39. *num.*17. Vincent.Fuſar. *de fideic. ſubſtit. quæſt.*359.*num.*8.

42 Cum autem vocatio per expreſſionem nominis proprij, ac ſingularis, & non per nomen appellatiuum, vel collectiuum, faciat tantummodo, quod ita ſic nomine proprio vocatus præferatur tanquam prædilectus, ad nominatos enim videtur eſſe maior affectio teſtatoris, *l. quoties duobus, ff de vſufruct. leg. qui ſoluendo non erat, ff. de hæred. inſtit. l. generaliter §. quid ergo, ff. de fideic. libertat.* Doctores *in d. § in fideicommiſſo*: D.Ioannes à Caſtillo *dict. cap.*93. *n.*17. Vincent.Fuſar. *dict. quæſt.*359 *n.*2. & *n.*11. vbi ex dicto textu in §. *fideicommiſſo*, cum Menochio *conſil.*705. *à num.*7. & aliis tenet quod nominato ſolum tribuitur ius prælationis non excluſionis: Fuſarius etiam *in quæſt.*493.*n.*1. Sequitur quod poſt vocatum ſub no- 43
mine proprio, & ſingulari, ac eius deſcendentes, ſuccedat qui aliàs regulariter ſucceſſurus erat, ſi defuiſſet illa ſingularis affectio, quam inſtitutor habuit erga nominatum ſub nomine proprio, ideo *in d. §. in fideicommiſſo*, tenet Bald. quod poſt nominatum extinctum regreditur ad ſuperiores, ſecundùm ordinem, qui eſt in gradu: & Albericus quod eo impedimento excluſo, vel ſublato, redditur ad ius commune: quod etiam tenere videtur Gloſ. *verb. Nominati fuerint, in d. §. in fideicommiſſo.*

At verò textus in *dict. §. inordinatum*, & ibi Gloſ. 44
verb. prior Auth. de hæred. & falcidia, intelligi debet de vocatis ſub nomine appellatiuo: veluti prior, ſecundus, vel tertius. Ideò quando vocatio eſt facta 45
ſub hoc nomine appellatiuo, ſecundo-genitus, cùm ceſſet ſingularis affectio, & habitus ſit reſpectus ad qualitatem gradus, vel lineæ, ex qua voluit inſtitutor quod inciperet ordo ſucceſſionis, dicendum eſt quod in hoc caſu continuanda eſt ſucceſſio in ſequentem, veluti tertio-genitum, & ſic deinde & non debere reuertere ad primum, nec alium quemquam eius lineæ. Reſpexit enimverò inſtitutor tunc, non ad ordinem ſanguinis, ſeu naſcendi, ſed ad ordinem ſucceſſionis ex illo gradu, vel linea contemplata; quapropter cenſeri debet tanquam excluſa linea primogeniti, reſpectu ordinis cæterarum ſequentium linearum, quia in hoc caſu quare inſtitutor noluit vocare primogenitum & eius lineam, ſed ſecundogenitum, aut filium ſecundum ſub nomine appellatiuo, quem incognitum ſibi eſſe denotat nulla alia ratio, niſi ea, quæ reſultat ex voluntate excluſionis, & aliarum linearum realis admiſſionis, reddi poteſt.

Et ſic cùm primogenitus non habeat pro ſe fauorē 46
præſumptæ voluntatis inſtitutoris, nil refert quod habeat prioritatē in naſcendo, quia non attenditur, niſi prioritas in ſuccedendo regulata ex voluntate inſtitutoris: regula namque eſt, quod proximitas ad ſuccedendum conſideratur reſpectu ordinis ſuccedendi, non reſpectu propinquitatis parentelæ, vel ſanguinis: Peregrinus *de fideicom. art.*21. *n.*9. & 10. Hondedeus *conſil.*70. *à num.*44. *lib.*1. D.Ioan. à Caſtil. *lib.5. c.*93. *à num.*10. Additionatores ad D. Molin. *lib.*3 *cap.*4. *ſuper num.*12.

Et de differentia inter vocatos nomine proprio & 47
ſingulari, & nomine appellatiuo, agunt *l. Turpia* 54. cum Gloſ. *verb Si pars, ff. de leg.*1. vbi Bart. & communiter Scribentes: *l. Celſus* 29. §. *quod alicuius*, & *ibi* Gloſ. *verb. extitiſſet, ff de leg.*2. *l. ſi plures gradus* 98. §. *de leg.* Felinus *in rubr. de maior. & obed. num.*12. Anchar. *conſ.*27 *n.*98. Philip.Decius *conſ* 516.*n.*16. Aymon. Craueta *conſ.*98.*n.*7. & *conſ.*161.*n.*9. D Molina *lib.*1.*cap.*5.*num.*19. Peregrin. *de fideic. art.*16.*n.*59. Menoch. *conſil* 97 *num.*59. Caſanate *conſil.*55 *n.*34 & 36. Stephan. Gratian *tom.*4. *cap.*456. *num.*83. & *tom.* 5. *cap.*834 *num.*6. D.Ioan. à Caſtillo *lib.5. part.2. cap.*93. *num.*51.

Vnde accedit quartus caſus, quando filius ſecun- 48
dus,

dus, ſiue tertio-genitus fuiſſet vocatus ſub nomine proprio, & non appellatiuo, tunc mortuo nominato abſque deſcendentibus, Maioratus non ad ſequentem fratrem tertio, vel quarto genitum, ſed ad primogenitum reuerti ex ratione ſupra proximè tradita in tertio caſu probatur, ex textu *in d.l.cum ita*, §. *in fideicommiſſo*, *ff.de leg*.2. vbi ſentit Gloſ. *verb. nominati ſunt*: & ex hoc textu ita tenet Baldus,& Albericus, & alij.

49 Quintus caſus eſt, ſi vocato ſecundo-genito ad ſucceſſionem Maioratus eueniat, quod primogenitus, & tertio-genitus, & cæteri fratres decedant ſine liberis,ſuperſtite tantù ſecundo-genito,qui poſtea decedat relicto vnico filio,& ex eo procedant primus, ſecundus, & tertius filius,& decedente primo filio ſit contentio inter ſecundum filium, qui in locum primogeniti ſucceſſit, & filium tertium, qui locum ſecundo geniti aſſumpſit: de hoc caſu videndus eſt D. Garcia Maſtrillo *deciſ*.166.& D.Ioan.à Caſtillo *lib*.5. *part*.2. *cap*.181. *à num* 44. *vſque ad finem*,& nos alibi dicemus.

50 Sextus caſus eſt, quando in Maioratu regulari vocatus fuit filius ſecundus, ſiue ſecundo-genitus,attamen non extet maſculus ſecundo, tertiò,vel quartogenitus, ſed ſolummodo fœmina ſecundo,tertio, vel quarto-genita, atque primogenitus; dubitari ſolet, an ad fœminam ſecundo-genitam,vel eorum deſcendentes deuenire debeat Maioratus, vel ad vnicum maſculum primogenitum,ſiue ad ſuos ex eius linea?

51 Et quod ad fœminam ſecundo, vel tertio-genitam deuenire debeat ſucceſſio Maioratus, tenet,ac defendit in caſu quo Maioratus ſit regularis,D.Ioan à Caſtillo *lib*.5. *part*.2. *cap*.160. *n*.6. contra Mieres *part*.2. *quæſt*.4.*illat*.3 *n*.11. quem optimis iuribus, ac rationibus conuincit. Et veriſſima ſententia D Ioannis à

52 Caſtillo *d.cap*.160.*n*.6. tum quia appellatione filij ſecundo-geniti comprehenditur filia: *l.Herennius l.liberorum*, *ff.de verb ſignif*. *l.ſi quis ita* 16. *in princ*. *ff.de teſt.tutel* *l*, *ſi ita ſcriptum* 45. *ff.de leg*.2. Bald. *in leg. multis*, *ff.de ſtat. homin*. Rebuffus *in l*.1. *ff.de verb.ſignif*. Mieres *part*.2. *quæſt*.6. *à n*.42. D.Epiſcopus Salmanticenſis Valençuela Velaſquez *conſil*.97. *num*.85.

53 D.Ioan. à Caſtillo *lib* 5.*cap*.66 *n*.14.& 15. Tum ex eo quod fœmina, maſculo exiſtente in eodem gradu cum ipſa, redigitur ad inſtar ſecundi gradus: *l*.2. *titul*.15.*part*.2. Socinus *in l.Gallus* § *quidam rectè*, *n*.4. *de liber. & poſthum*. Paulus de Caſtro *conſil*.164.*n*.18. *lib* 2. D.Molina *lib*.3. *cap*.4.*n*.12. Pat. Molina *de iuſt. & iur. tom*.2. *diſp*.625. copioſè Vincent Fuſat *q*.357. *num*.3. & *q*.379.*n*.70.

54 Septimus & vltimus caſus eſt, retento ſuprà proximo, ſi Maioratus ſit irregularis, veluti de agnatione, vel ſimplici maſculinitate,& contendant primogenitus, & fœmina ſecundo-genita, vel tertio, aut quartogenita, per mortem fortè ſecundogeniti; tunc admittenda eſt opinio Mieres *part*.2. *quæſt*.4. *illat*.3. *num*.11. & ſic in hoc caſu ſucceſſio deuolui debet ad primogenitum: & ita ſentit etiam D Ioannes à Caſtillo *dict.cap*.166.*n*.6. Tiberius Decianus *conſ*.7. *reſponſo* 7. *vol*.2. vbi *per totum* agit de hoc vltimo caſu, quia ibi ſuper Maioratu inſtituto in capitulis matrimonialibus vocatus fuit filius ſecundus maſculus ad ſucceſſionem Maioratus de la Varonia de Eſpes, & Alfairim. Contendebant Domina Anna de Eſpes tertio, vel quartogenita ex vna parte Actrix, & ex altera parte filij duo ex primogenito, Artaldus ſcilicet Comes de Alagon & Saſtago, & Petrus eius frater Rei conuenti,& oppoſitores ad dictam Varoniam de Eſpes,& Alfaitin, per mortem Raymundi de Eſpes ſecundogeniti, qui deceſſit ſine liberis, ſuperſtitibus dictis duobus filiis ſui fratris primogeniti, & ſorore D.Domina Anna de Eſpes tertio vel quarto genita; & quia ibi Maioratus, ſeu Varonia ad agnatos pertinere videbatur. Ex quibus finitur hoc Caput.

CAPVT IX.

De Incompatibilitate in ſcientia Medicinæ.

SVMMARIVM.

1 *Medicinæ ſcientiam Medicus non percipiet niſi comprehendat id quod eſt contrarium ſeu incompatibile.*

2 *Medicina quid ſit?*

3 *Medicinæ ſcientia conſiſtit in recognitione contrariorum, ſeu incompatibilium.*

4 *Contraria contrariis curantur.*

Vnde frigus non moritur niſi in calore; amaritudo, niſi in dulcedine; loquacitas, niſi in taciturnitate, num.5.

6 *Medicus, Chirurgus, & Obſtetrices, ad oſtendendam impotentiam hominis, cognitionem debent habere contrariorum.*

7 *Impotentia, ſeu frigiditas ad coitum an ſit perpetua, vel accidentalis, ſeu temporalis, examinari debet per Medicos, & Chirurgos in cauſis iudicialibus. Vbi agitur de ſtupro, vel diſſoluendo, vel annullando matrimonio.*

Quod per regulas incompatibilitatis recognoſcitur, num.8.

9 *Obſtetrices priuſquam iudicium ſuum proferant apud iudices in cauſis de ſtupro, quid facere debeant.*

10 *Medicus, vel Chirurgus, ad hoc quod ſuum iudicium oſtendant Iudici in cauſis ſuper impotentia, vel potentia ad coitum, experimentum faciant cum aqua calida, & poſtea cum frigida.*

Vnde recognoſcent potentiam, ſeu impotentiam viri, n.11.

12 *Impotentes an ſint etiam excluſi à ſucceſſione Maioratus, quando excluſus eſt in eius inſtitutione Clericus in Ordinibus Maioribus conſtitutus, vel Maioratus inſtitutus eſt cum grauamine contrahendi cum conſanguinea.*

13 *Clericus ſi excluſus ſit, & cauſa finalis excluſionis eſſet incapacitas contrahendi matrimonium: eadem,& maiori ratione, qui laborat impotentia naturali, ſiue perpetua.*

14 *Clericus in Sacris ſi excluſus ſit à ſucceſſione in Maioratu, eò maximè excludetur Monachus.*

15 *Clericatus an cenſeatur cauſa finalis, vel impulſiua excluſionis à Maioratu.*

16 *Inſtitutores ad excludendum Clericum à ſucceſſione Maioratus, poſſunt moueri ex pluribus, & diuerſis cauſis, quæ referuntur; & omnes poſſunt ceſſare in eo qui laborant impotentia: Ideo impotentes ex eo non cenſentur excluſi, & num*.17.18. & 19.

ARGVMENTVM.

An in ſcientia Medicinæ detur materia Incompatibilitatis; vbi concluditur taliter eſſe neceſſariam ad hanc ſcientiam; quod ſine cognitione eius, quod eſt incompatibile,

Medicus ſanum reddere medicamentum non poſſit; ex vulgari axiomate, *Contraria contrariis curantur*; nec etiam tanquam peritus in arte probationes Iudicibus exhibere, maximè ad iudicandum de impotentia coëundi naturali, perpetua, vel accidentali. Et exinde vertitur quæſtio ad materiam Maioratus. Quid ſi excluſus fuerit in inſtitutione Monachus, vel Clericus in Sacris, & ſucceſſor grauatus ad contrahendum in familia, vel cum certo genere perſonarum; an ex eo cenſeatur etiam excluſus Laïcus, qui careat potentia coëundi? Et quid ſi excluſus fuerit ſimpliciter, & in inſtitutione non appareat de cauſa finali, vel impulſiua excludendi Clericum?

1 Cæterum ſi iam diuertamus ad Medicinæ ſcientiam, inueniemus quod Medicus, niſi comprehendat id, quod eſt incomparibile, ſanabilem non applicabit Medicinam, cùm hoc vulgare principium ſcire debeat, quod *Contraria contrariis curantur.* 2 Et ſic Chaſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi, part.10. conſiderat.43.* refert ex Beroaldo, *Quod Medicina eſt, quæ vna contra facta repugnat, eáque identidem expugnat, quæ languentibus vitam prorogat, quæ iam deploratos, iam defletos, iam in familia Orci numeratos, Luci, auræque vitali perſæpè reſtituit.*

3 Vnde audeo dicere, quod ſcientia Medicinæ ferè tota conſiſtit in cognitione incompatibilitatis materiæ: nam ſi infirmitas proueniat ex nimio calore, quomodo Medicus bonam adhibebit curationem, niſi ſciuerit, quod calidum eſt incompatibile cum frigido: curare enim debet contrarium cum ſuo contrario, cum quo non compatitur, ſecundum dictum axioma, quod *Contraria contrariis curantur.*

4 In quo axiomate etiam conſiſtit fundamentum, & intelligentia plurimorum textuum tam de iure Diuino, quàm Canonico, & Ciuili: vt colligitur ex Bonifacio de Vitalinis *in Clem.1. §.tranſiturus, de Reliq. & venerat. Sanctor. à num 53.* dum dixit: *Nota 20. quod contraria contrariis curantur, nam mors, quæ intrauit per cibum vetitum ſublata eſt per cibum ſacratiſſimum inſtitutum: non moritur frigus niſi in calore, nec dulcedo niſi in amaritudinẽ, & è contra.*

5 Et in *Clem cupientes, de pœnis n.49.* iterum dicit Bonifac. *Nota 15. quod contraria contrariis purgantur. Concordat cap. inter cap. cum iubente, de purgat. Canonica, l. prout quidquid quiſque, ff. de ſolution. Vnde dicimus, quod non moritur frigidum niſi in calore: non moritur amaritudo niſi in dulcedine: Non moritur loquacitas niſi in taciturnitate, Sicut è contra, &c.* Hippolytus Riminaldus *in §.1. Inſt. de donat. num 1407.* Aluarez de Valaſco *in axiomat. lit. C. num 211.* per textum *in cap.3. de hereticis in 6. & cap. ſi rector. 43. diſtinct.*

6 Præterea non ſolum neceſſaria eſt Medicis, atque itidem Chirurgis, Matronis, ſeu Obſtetricibus tanquam peritis in Arte, ad curationem, cognitio contrariorum, & rerum incompatibilium, ſed etiam ad præſtandam, ſeu exhibendam probationem Iudicibus, maximè quando agitur de inquirenda potentia, vel impotentia coëundi: *cap.1. & cap. paternitatis 6. & cap. ſeq. de frig. & maleſic. cap. propoſuiſti 4. cap. cauſam 14. de probat. l 8. tit 4. partit.3. verſ. Y otroſi ſi fueſſe pleyto en razon de alguna muger que dizen que es corrumpida, &c.*

7 Quæ probatio controuerti ſolet in iudicio, aliquando ad defenſionem in crimine de ſtupro, allegans reus ſe impotentem, & per notoriam calumniam eſſe accuſatum: & aliquando ad dirimendum, ſeu diſſoluendum matrimonium ob præcedentem natiualem, ſiue perpetuam impotentiam, quæ proueniat ex frigiditate, vel ex nimia caliditate perpetuò impediente actum generationis; & quod fiat vna caro viri, & mulieris, allegans mulier ſe adhuc integram, & virginem eſſe ob impotentiam perpetuam viri: *cap.1. & cap. fin. de frig. & maleſic. & impotentia coëundi l.2.* vbi etiam D. Greg. Lopez *verb. Frios de natura, & l.6. titul 8. part.4.* D. Thomas *in 4. ſententiar. diſtinct.34. quæſt vnic. art.2.* Pat. Henriquez de Villalobos *in ſumma tom.1. tract.14. difficult.18. n.2.*

8 Et niſi ex regulis incompatibilitatis, in his caſibus Iudex proferre ſuum rectum atque iuſtum iudicium, nec Medici, Chirurgi, aut Matronæ ad id perhibere verum teſtimonium non valebunt; quia Iudex ad dirimendum tale matrimonium inter mulierem viripotentem, & virum impotentem ſuaderi debet ex ratione iuris, quæ ducitur ex eo, quod eſt incompatibile, quod vir & vxor poſſint effici vna caro; & quod vir careat potentia coeundi; prout aduertit P. Henriquez de Villalobos *tom.1. dict. tract.14. difficult.18. num.2.* ibi: *La impotencia natural perpetua impide y dirime el matrimonio que ſe ſigue. Eſta concluſion eſta definida en derecho, y conuienen en ella todos los Doctores, y es la razon porque eſta impotencia pugna, y es contraria a la obligacion de la copula, que naſce de el contracto de el matrimonio.* Et probatur ex *cap. laudabilem 5. de frigid. & maleficiat. & impotent. coeundi,* ibi: *Quod nunquam per carnis copulam vna caro effecti fuiſſent, & tunc videtur quod mulier valeat ad ſecundas nuptias conuolare, &c. cap ex literis 3. eod. tit.* ibi: *Quod vir ei commiſceri non poteſt*, & ibi; *aliam accipiendi liberam tribuas facultatem.*

9 Et Medici, Chirurgi, & matronæ non exhibent Iudici iuridicum teſtimonium niſi in inſpectione mulieris, quæ aſſerit ſe adhuc virginem, atque integram permanere, faciant quòd ante omnia cum aqua calida ſæpeſæpiùs lauetur, nec mulier ſit præuenta cum alia aqua frigida, & medicamentis auſteris, & reſtringentibus, ex quibus appareat arcta, & tanquam virgo intacta, ad decipiendos peritos in arte, in fraudem probationis, & talis inſpectionis, prout aduertit etiam P. Thom. Sanchez *de matrimonio lib 7. diſp.113. num.10.* ibi: *Sæpè enim corruptæ virginitatis ſigillum effugiunt variis vtentes ad id medicamentis, quæ medicamenta latè inter alios tradit Bayrus tractatu de medendis humani corporis morbis, lib.5. cap. vltimo.* Et huic calliditati, & fraudi niſi applicando contraria contrariis & incompatibilia, obuiare non valerent. Quod admonent etiam ex Noſtris Hoſtienſis *in cap. fraternitatis 6. de frigidis, & maleficiat.* Et cum referens *ibidem* Ioannes Andreas *num.14* ibi: *Et propter mulierum medicinas, antequam inſpiciantur, conſuluit ſecundum Iacobum, quod mulier in aqua calida prius lauetur.* Et idem Ioannes Andreas *in cap. cauſam 13. de probat. n.2.* ibi, *& de balneo fiendo propter vnguenta, & medicamenta.* D. Greg. Lopez *in l.5. tit.8. part.4. verb. Mugeres,* ita dicit, *Et quia per medicinas mulieres reddunt ſe arctas, conſuluit, vt balneetur, & lauetur mulier inſpicienda, aqua calida, & longo ſpatio maneat in balneo & interim ſit ſub fida cuſtodia ne iterum apponat medicinas.*

10 Et ad demonſtrandam potentiam, vel impotentiam viri, neceſſarium eſt etiam quod vtuntur remediis, ac medicamentis contrariis, ſeu incompatibilibus: prout ſunt aqua calida, & frigida, ex quibus cognoſcitur

gnoſcitur potentia, ſeu impotentia viri: vt practicè
11 colligitur ex Auicenâ *can.13. fen.10. cap.17. & de agritudinibus teſticulorum, & virga, cap.17. & lib.6. cap.2. de effect. coitus*: Philonis, aliàs, Valaſco de Taranta, *de arte medendi lib.3. cap.5. de his qui Venere vti nequeunt.* Ioannes Fragoſo *de Cirugia, tratado 2. de las declaraciones que han de hazer los Cirujanos: como declara el Cirujano: cerca de los recien caſſados, que piden diuorcio por ocaſion de alguna impotencia fol.563.*

12 His in praxi comprehenſis ad iudicandum de impotentia coëundi ad generationem; & præcognitis, quod omne naſcitur ex regula; & ratione incompatibilitatis, quæ docet Iudicem ad ius rectè dicendum, & Medicum ad ſanè, & bene curandum; & ad hoc vt poſſit ſuam informationem abſque fallacia Iudici perhibere, vtens ad id incompatibilibus, ac contrariis remediis. Vtile etiam putauerim hic, ad materiam Maioratus inquirere quid iuris, quando ex diſpoſitione teſtatoris excluſus eſt Clericus in Sacris conſtitutus à ſucceſſione Maioratus, ex eo quod velit quod ſucceſſor perpetuetur per legitimam generationem, & quod ad id contrahat nuptias cum perſona, quæ ſit ex ſua familia, vtrùm idem qood de excluſione Clèrici, ob illam cauſam, cenſeatur diſpoſitum quoad impotentem ex perpetua, ſiue naturali impotentia coeundi?

13 Reſolutiuè dico, quod ſi ex inſtitutione colligi poteſt, cauſam, finalem excludendi eam eſſe, vt ſucceſſor ſit habilis ad contrahendas nuptias in familia, & ad legitimam prolem producendam, vt magis per ſucceſſionem perpetuetur, tunc comprehendit etiam eadem ac maiori ratione impotentem virum, quia non ſolum vt Clericus eſt impeditus ad contrahendum, ſed etiam ad generandum; & valet argumentum ab impedito impedimento iuris, ad impeditum impedimento naturæ, quando adeſt eadem ratio: *leg. his ſolis 7. §. fin. verſ. Cæteris autem, Cod. de reuocand. donat. l. non ſolum 10. §. qui primipilum, inſ. ff. de excuſ. tuter. vulg. l. illud 32. ff. ad legem Aquiliam: & in l. natura 5. §. fin. ff. naut. caup. ſtabular.*

14 Quapropter, etſi in Maioratus inſtitutioοe ſolummodo ob illam cauſam excludator Clericus abſque mentione de Monacho, Religioſo, vel quocumque alio ſimiliter impedito, idem intelligendum ac de Clerico, quia in eis militar eadem ratio finalis, qua motus fuit inſtitutor ad excludendum Clericum impeditum de iure ad contrahendom matrimonium.

15 Sed quid ſi excluſus ſimpliciter fuerit Clericus; & in Maioratus inſtitutione non appareat de cauſa finali, vel impulſiua eius excluſionis; an ex eo etiam cenſeator excluſus laïcus, qui careat potentia coëundi?

16 Reſpondeas, qood ex eo quod excluſus ſit Clericus à ſucceſſione maioratus, non cenſetur etiam excloſus laïcus impotens etiam cum impotentia naturali, ſeu perpetua ad contrahendum matrimonium: nam inſtitutor ad excluſionem Clerici potuit mooeri ex alia cauſa, quæ ceſſat in impoteote; videlicet, quia Clericus eſt perſona libera, ac exempta à militari ſeruitio ad bellum in defenſionem ſuæ patriæ, & ſui Regis. Quod probatur; Quia ex hac cauſa excluſus eſt Clericus à ſucceſſione feudi, *§. quia Clericus, ſi de feudo fuerit controuerſia inter Dom. & agnat.* vbi Gloſ. *verb. amittit*, hanc reddit rationem, ibi: *Hoc ideo accidit, quia ex quo incipit eſſe miles Dei, deſinit eſſe miles ſaculi, nec debet beneficium pertinere ad eum, qui non debet gerere officium: vt ſuprà, de eo, qui arm. bell. deponunt cap. vnico, de feudo fœminco.* Etſi Clericus ſucceſſor eſſet in Maioratu, non poſſet Rex oec regnum ab eo ſeruitium conſequi, provt potuerat ſuis vaſſallis ſæcularibus Maioratuum poſſeſſoribus: iuxta *l.7. tit.7. lib.5. Recopil.* ibi: *Es anſi miſmo mucho de ſeruicio nueſtro, y daño, y perjuyzio de nueſtros Reynos, porque diſminuyendoſe las caſas de los Nobles de ellos no abra tantos Caualleros, y perſonas principales de quien nos podamos ſeruir.*

Potuit etiam moueri inſtitutor, ne ratione priuile- 17
gij ſori Eccleſiaſtici, difficile eſſet conuenire Clericum, ad hoc quod adimpleret onera, & cooditiones inſtitutionis, ideo voluit quod non ſuccedat Clericus exemptus à foro & iuriſdictione ſæculari; ſed laicus, qui de facili poteſt conueniri coram ſuo Iudice ſæculari, & compelli.

Quæ & aliæ cauſæ ceſſant in laïco etiam impo- 18
tenti, qui ex eo ſolo, quod laboret impotentia perpetua coëundi non eſt incapax ad ſuccedendum io Maioratu; quia impotens ad geoerandum non eſt prohibitus ſuccedere in Maioria ſicut in feudo: Bald. *in cap.1. §. vltim. num. fin. Epiſcopum, vel Abbatem.* Vbi etiam Præpoſitus *num.4.* D. Gregor. Lop. Gloſ. *verb. Siendo hombre para ello, col.2. verſ. Si tamen ſuccedens in regno: l.2. tit.15. part.2.* D. Præſes Couarruu. *in Epitome de ſponſalibus, part.2. cap.8 §.2. n.11.* Matienço *in l.1. gloſ.1. n.21. verſ. Impotens tamen ad generandum non prohibetur ſuccedere in Maioria: titul.7. lib.5. Recop.* Mieres *part.2. quæſt.3. num.162.* Villadiego *in ſua Politica, en la forma de libelar, num.174. fol.265.*

Ergo ſi potuit eſſe alia cauſa excluſionis in Cleri- 19
co, & non eadem, quæ militet in impotente, non debet cenſeri excluſus impotens; quia etiam de ſimili ad ſimile non valet argumentum, quando non adeſt eadem ratio io vtroque. Probat copioſè Oſaſchus *deciſ.68. num.9.* Menoch. *de arbitrariis caſ.84. num.8. & 9.* Farinac. *in fragment. lit. E. n.199.* diuerſa etenim ratio diuerſam diſpoſitionem efficit: *l. ſi ita 16. ff. de manumiſſis teſtam. l. fin. ff. de ritu nuptiar.* Et ſic deuenimus ad fioem *huius Capitis.* Vtinam bonum finem & felicem in omnibus conſequamur exitum, ad maiorem Dei & Domini noſtri honorem & gloriam.

CAPVT X.

De Incompatibilitate circa Dialecticam.

SVMMARIVM.

1 *Dialectica nos vera à falſis diiudicare docet.*

2 *Dialectica quid ſit, & eius diffinitio.*

3 *Contraria per regulas Dialectica componuntur ex duabus propoſitionibus vniuerſalibus, vna affirmante, & altera negante, & n.4.*

5 *Contradictoria componuntur ex vna propoſitione vniuerſali, & altera particulari.*

6 *Contraria, & Contradictoria, quæ ſint, exemplificant Iuriſconſulti, Accurſius, & alij Doctores, ex ſcientia Dialectica, & n.7.8. & 9.*

10 *Conditio perplexa, ſeu contradictoria, quæ ſit? Multis exemplis tam in iure quàm in facto curioſè demonſtratur, & n.11.12.13.14.15.16.17.18.19.20.21. & 22.*

23 L. Claudius 16. qui potiores in pignore habeantur *perplexitatis caſum continet.*

24 L. æquiſſimum 5. ff. ad Tertullianum, *caſum in ſpecie perplexitatis continet.*

25 L. qui quadringenta 88. ff. ad leg. Falcidiam, *de perplexitatis caſu loquitur.*

26 *Aduocatus, ex traditis in hoc capite exemplis, legibus & authoritatibus DD. comprobatis, poteris*

Digitized by Google

terit recognoſcere quando orationes, clauſula, & conditiones ſint contraria; quando contradictoria, & perplexa.

27 *Perplexitas eſt quidam terminus reddens actum nullum ex neceſſitate, cum inde inſurgant dua diſpoſitiones, quarum vna alteram deſtruit, & mutuo ſe impediunt.*

28 *Conditiones contraria vel contradictoria, vel perplexitatem habentes in inſtitutione Maioratus, vel Maioratuum an vni earum, vel nulli ſtandum ſit; vel diuidi debeat Maioratus.*

Quod diſtinctionibus & declarationibus ficri oportet, definitur, ibid.

29 *Conditiones perplexa, contraria, vel contradictoria, diſſolui debent, ſi poſſibile fuerit, ex praſumpta & coniecturata mente teſtatoris, ſeu inſtitutoris, & n.30.*

31 *Contraria duo. vel perplexa poſſunt eſſe ſub diuerſis reſpectibus, & tunc ea diſiungere facile eſt.*

32 *Perplexitas conditionis, aut conditionum, vt euitetur, improprianda ſunt verba diſpoſitionis, ſeu conditionis.*

33 *Perplexitas eſt inimica iuribus.*

34 *Teſtator, ſeu inſtitutor praſumitur quod noluit ſe corrigere incontinenti.*

35 *Perplexa, contraria, ſeu contradictoria conditiones, ſi concordari, aut ſaluari non poſſint, tunc neutra valere, nec conſiſtere debet.*

36 *Perplexa conditiones, aut contraria, ſi reduci, ſiue concordari non poſſunt, tunc inſtitutio ad diſpoſitionem Maioratus regularis reduci debet.*

37 *Conditiones diuerſa differunt à conditionibus perplexis, ſiue contrariis: cum in diuerſis, vltima ſtandum ſit; ſecus in perplexis.*

38 *Contraria plura, ſiue incompatibilia ſeu perplexa ſi concurrant, praualent vltima: ſi in diuerſis Capitulis ſeu conditionibus ex interuallo ſint appoſita, ſeu in diuerſis, & ſeparatis teſtamentis, & num.39.*

40 *Secus ſi in eadem ſcriptura continuatiuè, ſiue incontinenti.*

ARGVMENTVM.

An detur hæc materia Incompatibilitatis in ſcientia Dialecticæ? vbi deinde controuertitur de Incompatibilibus, contrariis, contradictoriis, ſeu perplexis clauſulis, ſeu capitulis, vocationibus, & conditionibus in Maioratibus appoſitis; cui ſtandum ſit? vel nulli earum: ad textum in *l. qui quadringenta* 88. *ff. ad legem Falcidiam*, qui eſt ſedes vbi debet agi ex profeſſo de hac ſcientia.

1 Dialectica, de qua in *l. qui quadringenta* 88. *ff. ad leg. Falcid.* nos vera à falſis diiudicare docet: vnde Chriſtophorus Hegendorphi-
2 nus *de Dialectica legali, lib* 1. *tom.*1. ex Cicerone ita eam definit: *Dialectica eſt ars, quæ docet diffinire, & ambigua diuidere, argumentorum locos noſſe, argumentationem ipſam concludere; videre, quæ ſumenda ſunt in argumentando, quæque ex his, quo deſumpta ſunt efficiantur: & vera à falſis diiudicare, & aut male ſumpta, aut male concluſa reprehendere, cap. ſi quis autem* 10. *diſt.*17. vbi Diuus Hieronymus ait, *Si quis Grammaticam vel Dialecticam nouerit, vt rationem recte loquendi habeat, & inter falſa & vera diiudicet non improbamus, l.*37. *verſ. Y otroſi en Logica que es Sciencia que de muestra de partir la verdad de la mentira, tit.*5. *part.*1.

Regula itaque, quam habet, ea eſt: vt veræ duæ propoſitiones contrariæ, vel contradictoriæ non poſſint concurrere, nam non compariuntur imò repugnant, & incompatibilitatem inducunt: vt ſimul de eodem ſint veræ, quoniam aut ambæ falſæ, aut vna earum falſa erit. 3

Et exemplum figuratur in contrariis, quæ componuntur ex duabus propoſitionibus vniuerſalibus, per Hegendorphinum *de Dialectica legali, lib.*2. *tom.*6. his verbis: *Omnes contractus ſecundum voluntatem contrahentium, potius quam verba, conſiderandi ſunt: l. in conuentionibus* 219 *ff. de verb. ſignificat. Nulli contractus ſecundum voluntatem contrahentium potius quam verba conſiderandi ſunt.* Vbi vna earum eſt falſa. Vel ſic: *Omnis exceptio peremptoria poſt litem conteſtatam eſt producenda. Nulla exceptio poſt litem conteſtatam eſt producenda.* Vbi vtraque eſt falſa, nam omnis exceptio peremptoria poſt litem conteſtatam, ſeu iudicium receptum eſt producenda, ſiquidem ſunt liberæ exceptiones peremptoriæ, quæ etiam ante iudicium acceptum produci poſſunt; vt exceptio rei iudicatæ, tranſactionis, & iuriſiurandi, quæ exceptiones ante litem conteſtatam productæ, litis conteſtationem impediunt, nam ſimul ac probatæ fuerint, efficiunt vt reus à iudicio liberetur. 4

Exemplum ponitur in contradictoriis, quæ componuntur ex vna propoſitione vniuerſali, & altera particulari, vel duabus ſingularibus: *vt Titius eſt procurator ad totam cauſam conſtitutus. Titius non eſt procurator ad totam cauſam conſtitutus.* Quæ contradictoriæ non poſſunt eſſe ſimul veræ, & ſimul falſæ. 5 6

Quod tanquam primum principium admittunt Dialectici, & poſt Dialecticos Iuriſconſulti; ad deciſionem quamplurium quæſtionum; vt videre eſt apud Iulianum in *l. ſi is qui ducenta* 14. *§. vtrum, ff. de rebus dubiis.* Vbi ponit clarum exemplum quando orationes ſunt contrariæ, & reddit rationem, his verbis.

Sicut contraria dua orationes pugnantia continentes ſimul falſa ſunt, veluti. Si quis liberorum partim puberes, partim impuberes deceſſerint: nam & hoc falſum erit, omnes impuberes deceſſiſſe, & illud, omnes puberes deceſſiſſe: id accidit, quia ſignificatio ſumetur ex vniuerſo, in quo ſi aliquid falſum eſt, totam orationem falſam efficit. 7

Et Accurſius *ibidem, verbo, ſicut:* explicat, & magis declarat textum. ita ſic: *Vera dua contraria poſſunt eſſe vera cum ſignificatio non ſumitur ex vniuerſo, ſed ex aliquo, vt ſupra; ſicut è contra ſunt ambo falſa* (id eſt contrariæ ſecundùm Raphael. Cumanum *n.*1.) *quando ſumitur ex vniuerſo; & quod dicit veluti, non eſt explicatiuum orationum, repugnantiam continentium; ſed veritatis negotij indicatiuum.* Orationes verò repugnantes poſtea ſupponit, ibi: *Nam & hoc falſum, &c. & facit ſuprà de cond. inſt. l. ſi heredi.* 8

Id ipſum explicant atque magis ex profeſſo docent Doctores *in d. l. ſi is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub.* maximè Bart. *in princ.* & Albericus *num* 5. *verſ. Sed contraria directo,* vbi quod vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua, non poſſunt ſimul eſſe veræ, ſed ſimul falſæ poſſunt eſſe, imò ad poſitionem vnius, ſequitur alterius deſtructio: vt omnis homo currit: Nullus homo currit, &c. & *num.*9. Paul. de Caſtro *num.*3. *verſ. è contra vero, quando oratio ſumitur ex vniuerſo, &c.* 9

Exemplum autem de conditionibus perplexis, id eſt Contradictoriis, (quia perplexitas, eſt quædam 10

contra

Digitized by Google

contrarietas : Paulus de Caſtro in *l. ſi Titias* 16. *in princ. ff. de condit. inſtitut.)* atque ita contrariis vt inuicem ſe impediant, ponit Iuriſconſultus Africanus in *d. l. qui quadringenta* 88. *ff. ad leg. Falcid.* & etiam Martianus *in d. l. ſi Titius*, ita dicens : *Si Titius hæres erit Seius hæres eſto, ſi Seius hæres erit, Titius hæres eſto. Iulianus inutilem eſſe inſtitutionem ſcribit, cum conditio exiſtere non poſſit*, ſimiliter in *l. fin.* §. *penult. ff. de vulgari*, vbi diſpoſitum fuit : *Titius hæres eſto : Stichum Mauio delego : Stichus hæres eſto, ſi Stichus hæres non erit, Stichus liber hæreſque eſto*; & Gloſ. *verb. Non eſſe*, dum dicit : *Ratione impoſſibilitatis, oportet enim vt primo ſit legatary, & poſtea eius iuſſu adeat; & è contra, oportet quod prior adeat, & ſic fiat ſuus, quod eſt impoſſibile. Azo. quia non poteſt vtrumque prius eſſe, quam alterum Ioannes.*

11 Alios etiam caſus adducunt & exemplificant DD. in *l. Arethuſa* 15. *ff. de ſtatu hominum.* Vbi Andreas de Piſis, Bart. *num.* 3. & Albericus *à n.* 9 referunt quæſtionem illam, ſeu ſophiſma de duobus ſeruis diuerſorum dominorum, quorum vni dixit dominus, *Vade ſuper pontem, & ſi obuiaueris ſeruo, liber eſto :* alteri verò dixit eius dominus, *vade ſupra pontem; & ſi obuiaueris libero, liber eſto :* ſibi inuicem obuiant, quis eorum erit liber, an neuter, an vterque, quia implicantur duo contraria. Paulus Duran. in *tract. de condit. & mod impoſſib. part.* 3. *cap.* 10. *n.* 4.

12 Refert & alium caſum Albericus in *d. l. Arethuſa num.* 9. ita ſic : Ecce Rex in quodam ponte, ponit famulum cum equo, & illi mandat, vt dicenti veritatem det equum, dicenti verò mendacium non det : Quidam venit ad famulum, & dicit, *tu non dabis mihi equum :* ſi non dat, ille dicit veritatem; ſi dat, dicit mendacium, & ita habere non debet.

13 Tertium etiam refert idem Albericus *vbi proximè*, ita : ecce Epiſcopus dicit Titio : *Si eras in ponte obuiaueris Monacho, ſis Canonicus*; & dixerit cuidam Monacho, *ſi obuiaueris Canonico, ſis Prior.* Iſti ſummo mane obuiauerunt ſibi in ponte, difficultas, ſeu perplexitas ſtat in hoc, quod ignoratur quis præceſſerit, vel ſi concurrerint in eodem inſtanti.

14 Proſequitur quartum Albericus. Statuto cauetur quod nulla reformatio ſtatutorum poſſit fieri, niſi propoſitio fiat per Capitaneum populi : alio ſtatuto cauetur quod non poſſit proponi per aliquem in conſilio de eximendis bannitis de banno, alioquin proponens ſit ipſo iure priuatus officio ſuo. Capitaneus populi propoſuit ſuper reformatione ſtatuti de non eximendis bannitis, & fuit obtentum quod non eximerentur de bannis; quærebatur an reformatio valeret, quia videbatur quod Capitaneus proponendo fuit priuatus officio; & ex altera parte videtur quod non, quia potuit proponere tanquam Capitaneus; & ſi continet perplexitatem.

15 Quintum addimus, ad quæſtionem illam ſatis perplexam de Magiſtro Protagora & eius diſcipulo, Euathlo, qui in id conuenerant, quod ex cauſa Iuriſprudentiæ, diſcendæ, atque artis oratoriæ legalis diſcipulus Magiſtro certam ſummam ducatorum daret, ſub his conditionibus, vt dimidiã ſtatim numeraret, & alteram dimidiam, quo primo die cauſam apud Iudices oraſſet & viciſſet; taliter, quod ſi vinceretur diſcipulus, non teneretur ad ſolutionem promiſſi, & ab omni obligationis nexu ſolueretur: Contigit vt cùm iam edoctus eſſet, & nullam litem agendam defendendamve tanquam Aduocatus ſuſcipere voluiſſet, moræ impatiens Magiſter elapſis multis diebus, diſcipulum conuenit coram Iudicibus, referens pactũ, & pro ſe allegabat, quod ſi Iudices eum condemnarent, ſententia executioni neceſſariò erat mandanda; ſed ſi abſoluerent etiam ratione pacti teneretur diſcipulus ei ſoluere, quia tunc adimpleta eſſet conditio vincendi in prima lite, & ſic in quocumque euentu teneretur, at vero diſcipulus eiſdem rationibus è conuerſo non teneri contendebat; quia ſi per ſententiam à Iudicibus abſolutus eſſet, liber eſſet ratione rei iudicatæ; ſi autem condemnatus, etiam liber eſſet ratione pacti, quia in prima lite ſuccubuiſſet : ideò in quocumque euentu non teneretur : provt referunt Aulus Gellius *Noct. Atticarum lib.* 5. *cap.* 10. Sylua *de var. Lection. cap.* 17.

16 Sextum refert ex Plinio, & Aulo Gellio *Atticarum lib* 9. Sylua *de varia Lection. dict. cap.* 17 *in fin.* vbi ita dicit : *Auia en vna Ciudad vna Ley, que concedia a el que hizieſſe vn tal acto de esfuerço, y fortaleça, lo fueſſe dada vna coſa qualquiera que el pidieſſe; hizo pues vno eſte hecho, y pidio por la ley la muger de otro, y fueſſele dada. Deſpues aquel a quien fue quitada hizo el miſmo hecho, y torno a pedir ſu muger con dezir : Si a ti te agrada la ley por ella me as de boluer a mi my muger, y ſi no quieres la ley damela pues es mia, el otre reſpondio lo miſmo : Si a ti te agrada la ley por ella la tengo, y no ſoy obligado a dartela, y ſi no te agrada no tienes titule para quitarmela, pues ya es mia.*

17 Septimum, Alciatus *Parergon Iuris lib.* 1 *c.* 8. dum dicit : Quod duo adoleſcentes vicini ſpecioſas vxores habebant, nocte inuicem ſe conuenerunt, accuſantes ſe adulterij : quidquid enim altera pars dixerit, idem, & altera dictura eſt, & actionem ſuam conuertunt litigantes, & neuter ſua ſententia vtitur, ſed aduerſarij ſui.

18 Octauum, tradit exemplum Oldradus *conſil* 108. & ex eo Cardinalis Tuſchus *lit. P. concluſ.* 314. vbi ſi quis teſtator hoc modo inſtituit fratrem, & fecit multa legata, diſponens quod non poſſit hæres adire, niſi prius ſoluerit integra legata : oritur perplexitas, quia ſi hæres non poteſt adire antequam ſoluantur legata. & de iure legata non debeantur niſi adita hæreditate, naſcitur perplexitas, quia vnum deſtruit aliud.

19 Nonum, ex Dyno *conſil.* 3. Baldo *conſil.* 80. refert Tuſchus *lit. P. dict. concl.* 314. Quando teſtator legat vſumfructum vxori, & ea mortua, ac finito vſufructu, inſtituit conſanguineam hæredem; videtur perplexitas, quia vxor debet capere de manu hæredis, & hæres non poteſt eſſe niſi finito vſufructu, qui non poteſt habere initium : igitur deſtruit aliud ?

20 Decimum, ex Bart. *conſil.* 156. *& conſ.* 82. *lib.* 2. refert idem Tuſchus *vbi ſuprà, dict. concl.* 314. Quando teſtator inſtituit nepotem in re certa, & prohibet illum plus petere quam quod ei relictum eſt : nullo exiſtente hærede vniuerſali, oritur perplexitas, & repugnantia, quæ reddit teſtamentum nullum, quia licèt inſtitutus in re certa ex iure accreſcendi efficiatur hæres vniuerſalis, hic videtur non poſſe fieri, quia prohibetur ius accreſcendi. cum plus petere non poſſit, igitur remanet legatarius, & teſtamentum ſine hærede non valet.

21 Vndecimum, ex Ancharano *conſil.* 334. refert etiam Tuſchus *vbi proximè dict. concl.* 314. pone quod ſtatutum Bononiæ excludat matrem defuncti, ſtante agnato maſculo vſque ad quartum gradum : Item ſtante agnato remotiore, & ſorore, ſoror excludit agnatum remotiorem; mortuo filio, ſtante matre, & agnato intra quartum gradum, & ſorore ex vno latere; ſi mater petit, agnatus excludit eam : ſi agnatus petit, ſoror ex vno latere eum excludit : ſi ſoror ex vno latere petit, mater excludit eam. Cuius erit hæreditas ?

Duodecimum,

22 Duodecimus, ex Ægidio Bellamera *conſil.33.n.34.* refert quoque Tuſchus *dict.concl.314. in fine.* Vbi ponitur caſus de tribus prouiſis, & expectantibus, de beneficio contendentibus; Antonius primus in data impetrans: Bernardus ſecundus in data, & habens gratiam *motu proprio*: vltimus in data Chriſtophorus cum clauſula *Anteferri*: nam Antonius in data primus, vincit Bernardum: & Bernardus in data ſecundus vincit Chriſtophorum, quia clauſula, *Anteferri*, non habet locum contra gratiam motu proprio Bernardi, & ipſe Chriſtophorus propter clauſulam, *Anteferri*, vincit Antonium. Et ſic oritur perplexitas, quia ſi vinco vincentem te, multo magis vinco te.

23 Decimuſtertius, erit ex Iuriſconſulto Paulo, *in l. Claudius 16. ff qui potior. in pign. habeant.* Vbi Claudius Felix eundem fundum tribus obligauerat, Eutychianæ primùm, deinde Turboni, tertio loco alij creditori; cum Eutychiana de iure ſuo doceret, ſuperata apud Iudicem à tertio creditore non prouocauerat: Turbo apud alium Iudicem victus appellauerat: Quærebatur vtrum tertius creditor etiam Turbonem ſuperare deberet, qui primam creditricem expulerat, an eâ remotâ, Turbo tertium excluderet? ex quo textu reſultat indiſſolubilis perplexitas: prout ponderat Bart. *hic*, & Fano *de pignoribus 6. part. memb.6. 3. à n.45.*

24 Decimuſquartus, erit ex ipſomet Iuriſconſulto Paulo, in *l. æquiſſimum 5. ff. ad Senatuſconſult. Tertull.* Vbi auus habens filium, & ex eo nepotem, emancipauit nepotem, qui diues moritur ab inteſtato: ſi mater petit hæreditatem, excluditur à patre: ſi pater, excluditur ab Auo; ſi auus, excluditur à matre: Et ſic oritur perplexitas. Alciatus *Paradox. lib.6. c.1.*

25 Vltimus caſus, pro Coronide erit ex Iuriſconſulto Africano *in l. qui quadring 88. ff ad l. Falcid.* vbi qui quadringenta habebat, 300 legauit: deinde fundum tibi dignum 100. aureis ſub hac conditione legauit, ſi legi Falcidiæ in teſtamento ſuo locus non eſſet: Quæritur quid iuris eſt? Dixi τῶν ἀπόρων, id eſt *ex perplexis* hanc quæſtionem eſſe; qui tractatus apud Dialect. τῶν ψευδομένων, id eſt *fruſtratorij cauillatoriique* dicitur. Etenim quidquid conſtituerimus verum, eſſe falſum reperietur. Namq; ſi legatum tibi datũ valere dicamus, legi Falcidiæ locus erit; ideoque deficiente conditione non debebitur. Rurſus ſi, quia conditio deficiat, legatum valiturum non ſit, legi Falcidiæ locus non erit. Porro ſi legi Falcidiæ locus non ſit, exiſtente conditione legatum tibi debebitur. Alciatus *de verb. ſignif. lib.4. fol.91. verſ. Huic affinis, &c.*

26 Ex quibus omnibus ac ſimilibus exemplis Aduocatus poterit cognoſcere quando in inſtitutione Maioratus orationes, vel clauſulæ, & conditiones, ac vocationes ſint contrariæ, & quando contradictoriæ, incompatibiles, ac inter ſe repugnantes, vel perplexitatem habeant.

27 Et ne ignoret quid ſit perplexitas, ſciat, quod *perplexitas eſt quidam terminus reddens actum nullum ex neceſſitate, vt quando duæ vel plures inſurgunt diſpoſitiones, & vna deſtruit alteram, & mutuo ſe impediunt.* Ita definit, ſeu deſcribit Tuſchus *liter. P. concluſ.314. in princ.* Et colligitur ex *l. vbi pugnantia 148. ff. de verb. ſign.* Et ex aliis iuribus *ſupra* relatis.

28 Sed quid tenendum in iudicando, & conſulendo, quando cognitum ſit per Iura, & regulas prædictas, quod orationes, clauſulæ, conditiones, vel vocationes in inſtitutione Maioratus contrariæ, vel contradictoriæ ſint, & incompatibiles, ſeu habeant perplexitatem; an iudicandum ſit, ſi aliter parere conditionibus non poſſint, quod Maioratus diuidatur inter duos, pluresve, qui eas adimplere valeant ſimul, vel an vni, vel nulli earum ſtandum ſit?

Et omnis ab vtraque parte variis diſputationibus, tandem cum aliquibus diſtinctionibus, ac ſubdiſtinctionibus, & declarationibus dirimenda eſt quæſtio, atque ita explicanda.

In primis obſeruandum eſt, quod licèt expreſsè ac literaliter per verba inſtitutionis Maioratus appareat perplexitas in orationibus, clauſulis, vocationibus, vel conditionibus; nihilominus reſoluenda eſt ſi poſſibile fuerit ſecundum mentem inſtitutoris, ſeu teſtatoris, & verba interpretanda ſunt vt non contineant repugnantiam: *l. ſi qui ita 4. in principio, ff. de conditionibus inſtitut. dict. l. qui quadringenta 88. ff. ad leg. Falcid.* vbi notat Angelus *in princip.* & Paul. de Caſtro *in princip. verſ. Tertio.* Diſſoluit dictam perplexitatem determinando, quod non valeat ex præſumpta mente defuncti: Gloſ. vnic. in *l. per minorem 54. ff de iudiciis.* Bart. *conſ.205. n.6. verſ. Ad quod reſpondetur, quod dicta verba debent intelligi, vt non contineant repugnantiam, & contradictionem, &c. lib.11.* Et magis ex profeſſo probat idem Bartolus *in quæſt.12. num.1. verſ.1. Si diſpoſitio, quæ videtur continere repugnantiam ſiue contradictionem: tunc eſt nulla, cum nulla diſtinctione adiuuari poteſt, vt in prima conſtitutione Codicis, §. quibus eſt expreſſum. Probatur etiam, de teſtamentis, cap. cùm tu, ff de ſtipulatione ſeruorum, l. contra, & l. ſed etſi quis, §. fin. l. opus de vſufructu, de duobus reis, l. ſi rem, l. ſi duo in ſolutione aliorum contrariorum: cum ſimilibus, &c.* Philippus Decius *in l. vbi pugnantia de reg. iur.* Benuenutus Stracha *de mercatura verb. mandata, n.14.* Mantica *de tacitis & ambiguis conuent. lib.14. tit.29 n.3.* Paulus Duran *tom.2. deciſ.410. n. 10. per l. quoties 80. ff. de verb. oblig. l. vbi eſt 22. ff. de rebus dubiis.* 29

30 Et quod ita in tali caſu interpretatio debeat fieri cum omni diſtinctione, & ſubdiſtinctione vt ſoluatur repugnantia, comprobant etiam Aretinus, *conſ.7. & 9.* Alex. *conſil.56. num.8. & 9. & conſ.141. à num.5. lib.2. verſ. Præterea ſalubriter prouidemus vt vnum capitulum per aliud diſtinguatur, & ſecundum quam diſtinctionem in omnibus diſpoſitionibus omnia dicta capitula ſaluabuntur à contrarietate: & iſta concordia per ſubdiſtinctionem debet fieri, vt in ſtatutis, & in omnibus diſpoſitionibus contrarietas euitetur. Et correctio in continenti: vt notat Bartolus, in d. l. omnes populi, in fin. 3. quæſt. principali, & in l.1. §. parui, ff. Quod vi, aut clam: & Baldus in l. fin. in 6. colum. Cod. de liber. præterit. & in l.1. col. fin. Cod. de condict. indeb. & Antonius de Butrio, &c.* idem Alex. *conſ.123. à n.9.* Roman. *conſ.140. n.2. & conſ.392. n.23 & conſ.438. num.6 & 14.* Iaſon *conſ.110. lib.1. in 2. dub.* Oldrad. *conſ.172.* Philip. Dec. *conſ.500 n.6.* Zabarella *conſ.68 num.2.* Raphaël Cuman. *conſ.148. in princ.* Craueta *conſ.70 n.15.* Ozaſchus *deciſ.141. n.5.* Cardin. Tuſchus *lit. R. concl. 203. n.15. & 22.* Petr. Surd. *conſ.426. à n.38 & conſ.443.* Steph. Gratian. *cap.839. n.17. & 18. tom.5.* Auguſtin. à Barboſ. *axiomat.58. à n.1. & axiom.60 n.2.* Aluarez à Velaſco *in axiom. verb. Contrarietas.*

Itaque duo contraria poſſe procedere, exiſtereque diuerſis reſpectibus, tenet Aluarez de Velaſco *lit. C. num.210.* ex Tiraquello *de nobilitat. cap.28 num.13.* Roch de Curte *de ſtatut. ſect.2 n.38.* Scaccia *de Commercio, §.6. gloſ.1. n.77.* Farinac. *in prax. criminal. p.4. conſ 30. num 62.* 31

Quod adeo admittendum eſt, etiamſi ad vitandam perplexitatem, & ſaluandam mentem teſtatoris, in diuerſis caſibus neceſſarium fuerit, quod verba conditionis impropriè accipiantur, ſecundum *l. non aliter 69 ff de leg.3.* Paul. de Caſtro *conſ.5. lib.1.* Alex. 32

conſ.93.

conſ.93.lib.3.Craueta conſ.70.num.5. Mantica de tacit. & ambig.lib.14.tit 29.num.3.Surdus conſ.179 num.14. Steph.Gratian.cap.849.n.17.& cap.946.num.18. Paul. Duran.in tract.de condit.& mod. impoſſibilibus part.3. cap.10.n.3. Barboſ.axiomat.58.n.1. Aluarez à Velaſco lit.C. num.220.

33 Ratio eſt; tum quia perplexitas eſt inimica iuribus, provt tenet D.Greg. Lopez verb.Primeramente, in l.16.tit.11. part.5. ex text. & Gloſ. in l.per minorem, ff.de iudiciis. Bald. in l. cum Papinianus, n.2. Cod. de ſentent. & interloc.omn.iud.

34 Tum quia cùm non præſumatur quod teſtator velit ſe corrigere io cootinenti, l.non ad ea.89. verſic. quod ſi purè, ff.de condit. & demonſtrat. & ibi Gloſ. verb. præſens. Gloſ.in cap.cupientes, §.quod ſi per viginti, de electione. Sebaſtian.de Medicis de definitionibus definit.76.n 16. Menoch.lib.6. præſumptione 37. num.14. Petrus Surdus conſ.141. num.19. & 20. Stephanus Gratian.tom.3.cap.522.n.3.& cap.539.à num.15. & tom.5. cap.922. num.18. Paulus Duran. deciſ.410. num.9. Barboſa dict.axiomat.60.num.fin. Ideo neceſſarium eſt, vnam contrariam vocationem, & perplexam conditionem cum alia conciliare: provt iura iuribus debemus concordare; cap.cum expediat concordare iura iuribus, & eorum correctiones (ſi ſuſtineri valeant) euitare de elect.in 6. l.vnica, Cod. de inoffic. dotib. Gloſſ. verſ.Nec enim alias corrigit quæ ſaluari poſſunt, in §.Auth. de heredib. ab inteſt. venient. Alexand.conſil.170. lib 6. Graneta, pro Genero, num.301. Raphaël Fulgoſius in l.ſi tibi decem, §.cum poſſeſſor, ff.de pactis.

35 Secundò, præterea obſeruandum eſt, quod ſi dictæ vocationes perplexæ concordari, & ſaluari minimè poſſint io ſuo diuerſo caſu, nec vllo modo cum diſtinctione, aut ſubdiſtinctione ſoluere valeamus contrarietatem, ſeu perplexitatem: neutra valere, nec conſiſtere debet: l.vbi pugnantia inter ſe in teſtamento inuenirentur, neutrum ratum eſt 148. ff. de reg.iuris, l.ſi Titius 16. ff de condit. inſtitut.l.5.titul.4. part.6. Paulus Duran. tom.1. deciſ.238. num.14. & in tract. de condit. & mod. impoſſibilibus part.3.cap.104. num.7. vbi plenè agit de intellectu d. l. ſi qui ita 4. in princ. l. ſi Titius 16. ff.de condit.inſtitut. & d. l.qui quadringenta 88. ff ad leg.Falcid.

36 Et quando neutra conditio perplexa, aut vocatio contradictoria valere non poteſt, tunc inſtitutio, ſeu diſpoſitio, ad diſpoſitionem Maioratus regularis reduci debet; & ſucceditur in eo tanquam in Maioratu regulari, quia remanet ſub diſpoſitione iuris, & conſuetudinis huius regni, cui ſe conformare voluiſſe in dubio dicendum eſt.

37 Aduertendum denique eſt, quod non loquimur de diuerſis conditionibus vel capitulis ex interuallo appoſitis: tunc enim nouiſſima conditio ſpectatur, l. ſub diuerſis 51. l.quod traditum 87.l.non ad ea 89. ff de condition. & demonſtrat. Sed de contrariis, & perplexis conditionibus, vel vocationibus incontinenti appoſitis, in quibus correctio non præſumatur, d.l.non ad ea 89. verſ.Quod ſi purè, & ibi Gloſ.verb. præſens.

38 Sed quamuis contraria plura incompatibilia ſeu perplexa, ſi concurrant, præualeant vltima; provt ex Abbate conſ.94. num.3. in fin. & 4. part.2. Cardinal. Tuſch. tom.2.lit.C. concluſ.1011. Alberto de Bruno, de augmento, concl.3.princip.num.53. Auguſtinus Barboſ. axiomat 58. num.5. Aluarez de Velaſco liter.C. num 112.

39 Hoc intelligendum eſt de contrariis perplexis ſiue incōpatibilibus in diuerſis capitulis ex interuallo appoſitis, vel diuerſis, ſeu ſeparatis teſtamentis, vel inſtrumentis, ſecundum d.l.ſub diuerſis 51. d. l.non ad ea 89. in princ. ff de cond & demonſtr. Sed non eſt in- 40
telligendum de vna ſcriptura, vel conditionibus, & capitulis appoſitis continuatiuè, ſiue incontinenti, de quibus loquitur l. ſi Titius 10. ff.de condit inſtit.l.vbi pugnantia 148. ff.de reg.iuris, dum dicit: vbi pugnantia inter ſe in teſtamento inueniuntur Ex quibus verbis notat Gloſ. quod non loquitur de duobus teſtamentis: & poſtquam ponit caſum, quando quis fecit duo teſtamenta, & vtrumque fuit originale, fortè quia vnum volebat ſecum ferre, & aliud domi relinquere, & in vno inuenitur Titio relicta domus, & io alio inuenitur eadem domus relicta Mæuio, dicit: *Hæc poſitio non placet, quia hic de vna ſcriptura dicit.* Nos vero de laudibus Domini Dei noſtri non ſolum hic, ſed in æternum dicamus.

CAPVT XI.

De Incompatibilitate in Rhetorica.

SVMMARIVM.

1 *Rhetorica eſt extenſa & dilatata Dialectica; & ſe habet vt locutio dilucidior reddatur, & iucundior ac potentior ad aliquid ſuadendum, & num.2.*

3 *Rhetor fugere debet concurſum vocalium, & ſyllabarum, quia concurſus in Rhetorica ſcientia tanquam incompatibilia reprobantur.*

4 *Rhetor vitare debet voces æquiuocas, quæ plura contraria, ſeu incompatibilia ſignificare poſſunt.*

5 *Rhetor vitare debet amphibologiam, vel ambiguam orationem.*

Demonſtratur exemplis, n.6. & 7.

8 *Dæmon ſub nomine Apollinis quando interrogabatur de futuris contingentibus, cautè, & ne de mendacio accuſari poſſet, per verba ambigua, & amphibologica reſpondebat, & n.9. & 10.*

11 *Hæreſiarcha quidam improbus inſtructus à Dæmone maximè in amphibologiis tanquam eius diſcipulus deſtruere tentauit generis humani redemptionem negans per amphibologiam, Chriſtum Dominum reſurrexiſſe. Et conuincitur, num.12. & 13.*

13 L. ſi ex modica 6 in princ. ff.de bon. libert. *amphibologiam continet.*

14 L.vxores 9. ff de his, qui notantur infamia, *amphibologiam habet.*

15 *Cap.1. cum Gloſ.* verbo, Clericum de tempor.ordinand. *datur intelligi.*

16 L.in diem, *vbi Gloſ.* ff de nouationibus *duplicem ſenſum, ſeu perplexitatem habet.*

17 *Amphibologiam facit diuiſio dictionis.*

Exemplum ponitur, ibid.

18 *Amphibologia eſt quid ambiguum, quoties eadem ſcriptura manente, ſignificatio verbi in diuerſas partes apertè flecti poteſt.*

19 *Amphibologia ſic dicitur quaſi dubius ſermo, quia ſententiam dubiam continet.*

20 *Amphibologia eſt ſermonis ambiguitas.*

21 *Ambiguitas tripliciter conſiderari poteſt aut in iure, aut in facto, aut in perſona.*

22 *Amphibologia ſi contineatur in inſtitutione Maioratus circa perſonam duorum ſucceſſorum, & referri poſſit ad ſingulos ſimul eodemque tempore, quis eorum ſuccedere debeat?*

23 *Iudex ex præſumpta, & coniecturata mente defuncti diſſoluere poteſt amphibologiam, & quomodo.*

Digitized by Google

24 *Amphibologia circa perſonam duorum, qui ſint vocati ad Maioratum, ſi ex coniecturis apparere non valeat de quo ſenſit teſtator, neuter ſuccedere debet, ſed ille qui ſucceſſurus erat ab inteſtato.*

25 L. duo ſunt Titij, de teſtam. tutela, *non diſſoluit amphibologiam, quando ex coniecturis non apparet de quo ſenſit teſtator.*

29 *Comprobatur ex aliis iuribus, & ex* l. 10 tit 3. p 6.

27 *Teſtatoris mens ſine verbis ſufficit in fideicommiſ.*

28 *Actus ita interpretari debet vt potius valeat quam pereat: dum tamen non ſit contra voluntatem tacitam, vel expreſſam defuncti, & n. 29.*

30 *Amphibologia, vel ambiguitas ſi ſit in ſententiis, reſcriptis, confeſſionibus, teſtibus, vel pactis, quid iuris? Vide remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

Vtrùm Incompatibilitas detur in ſcientia Rhetoricæ, quæ inuenta eſt ad ornatum Dialecticæ, ad aliquid clariori, & ſuauiori modo ſuadendum: Vbi agitur de concurſu vocalium, vel ſyllabarum, in Rhetorica effugiendo, & amphibologia vitanda; Et inde quid erit ſi in Maioratus inſtitutione vocatio fuerit facta per amphibologiam, vel ambiguam orationem taliter quod ſi ad quemlibet duorum ſimul, & eodem tempore ſucceſſorum referri poſſit, quis eorum ſuccedère debeat? ex eo, quod reſpectu vtriuſque ſimul ſucceſſio ſit incompatibilis?

1 SCientiæ Dialecticæ proxima eſt, & quaſi cognata ſcientia Rhetoricæ, quæ dicitur dilatata Dialectica; nam reſpectu Rhetoricæ Dialectica eſt adſtricta eloquentia: at verò Rhetorica, quamuis etiam Dialectica quædam ſit, ſe habet vt res, & popularior, ac dilucidior reddatur, & iucundior in auditu ad ſuauiori clariorique modo ſuadendum in argumentis, Cic. *lib. 2. de inuent. Rhetor. leg. 37. tit. 5. part. 1.* vbi poſtquam dixit requiri, Epiſcopum eſſe doctum in Logica ad hoc vt vera à falſis diſtinguere, ac iudicare poſſit, addit: *Y aun en la Rhetorica que es ſciencia que demueſtra las palabras apueſtamente y como conuiene.*

2 Et provt notat Hegendorphius *de Dialectica legali lib. 1. tom. 5.* breuiter, Dialectica ductumquẽdam argumentandi intra certam veluti regionem concluſum ſubminiſtrat: Rhetorica autem ornatum addit. Quod quidem exemplis Hegendorphius demonſtrat.

3 Quapropter Rhetor debet effugere concurſum vocalium, & ſyllabarum, vel earundem literarum, quia quoad ornatum, & auditum, non bene conueniunt, & tanquam incompatibilis reprobatur talis concurſus; taliter quod ſi vitari non poteſt dictus concurſus, neceſſe eſt quod Rhetor vtatur figura ſynalæpha, vel ſynæreſi, interimendo vocalem præcedentem, quando in vna vocali finitur dictio, & ſequens à vocali etiam incipit, vel quando vocabulum finitur eademmet litera qua aliud vocabulum ſumit exordium: vt latè probat ac exemplificat Bartholomæus Ximenez *de triplici eloquentia, lib. 2. de eloquentia Eſpañola fol.* 100 *&* 107. *& lib. 3. de eloquẽtia Romana, fol.* 249.

4 Eadem ratione vitandæ ſunt à Rhetoribus voces æquiuocæ: veluti quando vna dictio æqualiter ſignificat plura, vt in hac dictione, *canis*, quæ ſignificat Marinum, Latrabilem, & Cœleſte ſydus Gloſ. *verb. ambigua in l. quoties in ſtipulationibus* 80. *ff. de verb. obligat.* Gloſ. *in l. nunquam 26. ff. de vſucapion.* Quia tunc habet neceſſe apponere diſtinctiuum ſignum, aliter remanet illa dictio; ſiue vox, dubia, cùm ſit incompatibilis canis marinus, cum latrabili, & cœleſti, quod non patitur bona, & perfecta Rhetorica inuenta ad exornandam orationem, & cum maiori claritate conuincendum.

Effugere etiam debet Rhetor amphibologiam, & 5
ambiguam orationem: Quintilian. *lib. 7. inſt. orat. cap. de Ambiguo, ſeu amphibologia.* Nam confuſionem, & obſcuritatem itidem parit, quæ maximè euitanda eſt, quia odioſa, inimica, & vt ita dicam, incompatibilis cum omni clara locutione, quæ deſideratur, non ſolum in hac Rhetoricæ ſcientia, ſed in quacumque alia, & hominis diſpoſitione.

Concipitur autem amphibologia in oratione, vel 6
punctuatione: quod exemplis demonſtratur: In primis demonſtrat Gloſ. *verb. obſcuram, in l veteribus* 7
39. *ff. de pactis,* provt in oratione illa: *Aio te Æacidem Romanos vincere poſſe.* Vbi duos contrarios ſenſus, ac inter ſe repugnantes validè continet prædicta oratio; vnus, eſt, quod Æcides poſſit vincere Romanos; alter, quod Romani poſſint vincere Æacidem.

Aduertendum tamen eſt, quod hoc exemplum re- 8
latum à Gloſ. *in dict. l. veteribus*, inuentum fuit ab illo valde docto ac magiſtro in amphibologiis, Dæmone nempe, qui ad fallendos homines, cum futurorum incapax ſit, quæ ſoli Deo Domino noſtro reſeruata ſunt; & ne de mendacio conuincatur, in Oraculis de futuris contingentibus conſultus, atque interrogatus, per amphibologiam reſpondebat: provt reſponſum præbuit ipſemet Diabolus in figura Apollinis ad Pirrhum dicens: *Aio te Æacidem Romanos vincere poſſe.* Et patet etiam exemplo vaticinij ſtrenuiſſimi Ducis Armorum Domini Brachi Senioris Perulini, qui paulo antequam cum hoſtibus concurreret, ac bellum iniret, conſuluit Dæmonem quemdam, quem adſtrictum tenebat, nunquid futuri belli Victoriam, vel ſuam, aut ſuorum ſtragem reportaret, atque an ipſe incolumis euaderet, vel periret? cui reſponſum hoc dedit: *Ibis redibis non moriens in bello.* Quod alio modo dicimus noſtro vernaculo. *Moriras no viuiras.*

Et alibi interrogatus, cautè, atque callidè reſpon- 9
dit: *Appulus non Carolus vincet.* Et caſu quo vinceret Appulus, ita cum inciſo ſeu virgula nomen *Appulus,* & poſt nomen *Carolus*, legendus atque intelligendus erat hic verſiculus: *appulus, non Carolus, vincet:* & ſi vinceret Carolus, cum inciſo poſt negatiuam legendus atque intelligendus ita ſic: *Appulus non, Carolus vincet.* Et ſic facilè per amphibologiam Diabolus ad vtrumque ſenſum accommodabat affirmatiuũ ſcilicet, & negatiuum; hoc eſt victoriæ, & ſuccumbentiæ, & ita decipere ſimplices credentium animos, & quoties rei euentus, præter, aut contra ſpem conſulentis ſuccedit, tunc Dæmon aſtutè ſe ſaluat in contraria opinione redarguendo ipſum conſulentem de ignorantia ſua, aut mala intelligentia verborum ſuorum, aut contraria interpretatione.

De his, & aliis inuolutis verbis, perplexis, & am- 10
phibologicis, quibus vtitur per magnam aſtuciã Diabolus ad fallendos homines, videndi ſunt Cic *lib. 1 de diuinat* maximè *in verſ. Si oraculum Delphis, &c.* Laurent. Ananias *lib 3. de reſponſ. Oracul.* D. Chryſoſt. *in Ioan. lib.* 18. Ioan. Xaiſon. *de error. circa artem Magicã 3. dict. poſt medium,* Alberic *in ſuo Dictionar. verb Amphibologia,* Paulus Grilland. *de Sortilegiis, quæſt. 6. verſ. Et propterea:* Martinus del Rio *de Magicis lib. 4. c 2. quæſt. 2.* & cum aliis D. Franciſco Villalpando *de Magia, cap. 30. n. 29. & 30.*

Ab

11 Ab hoc magiſtro Dæmone, nempe ita petito in amphibologiis diſcipulus eius ille Hereſiarcha didicerat,atque ſuum virus euomere tentabat ad negandam humani generis redemptionem,dum intendebat ſubuertere quod dicitur apud D.Marcum *cap* 16. in illis verbis: *Surrexit,non eſt hic* : apponendo ſeu diuidendo hæc verba cum inciſo,vulgò *coma, ò cerilla*, poſt negatiuam hoc modò : *Surrexit, non , eſt hic*, & ſenſum eſſe quod non ſurrexit,& quod ibi erat : contra veram mentem.& literam textus innegabilem, ex antecedentibus , & ſubſequentibus , vbi dicitur, *Et cum tranſiſſet Sabathum,Maria Magdalena, & Maria Iacobi,& Salome, emerunt aromata , vt venientes vngerent Ieſum,& valde mane vna ſabathorũ veniunt ad monumentum,orto iam ſole,& dixerunt ad inuicem, quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? & reſpicientes viderunt reuolutum lapidem,erat quippe magnus valde : & introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem ſedentem in dextris,& coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt, qui dixit illis, nolite expaueſcere,* IESVM *quæritis Nazarenum crucifixum, ſurrexit,non eſt hic ; ecce locus vbi poſuerunt eum : ſed ite dicite diſcipulis eius, & Petro, quod præcedet vos in Galilæam, vbi eum videbitis, ſicut dixit vobis.*

Conuincitur etiam perditiſſimus nebulo ex Math.
12 *cap*.18. ibi: *Nolite timere vos : Scio enim quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis. Non eſt hic, ſurrexit enim ſicut dixit,venite,& videte locum vbi poſitus erat Dominus*. Et ſecundùm Lucam,*c*.24. ibi : *Quid quæritis viuentem cum mortuis, non eſt hic,ſed ſurrexit.* Et ſecundùm Ioann. *c*.20. & in Symbolo fidei Apoſtolorum, vbi omnes & maximè D.Philippus ita aſſerit, *tertia die reſurrexit à mortuis.*

Secundum exemplum poteſt deſumi ex *l.etſi ex mo-*
13 *dica 6. in princ. ff.de bon.libert.* Vbi verba illa,*& ſi ex modica parte inſtituti ſint liberi liberti* ; duplicem intelligentiã habent:aut de liberis liberti,aut de libertis libertis:quod aduertit Gl.*v.liberti*,ibi : *hic eſt amphib.*

Tertium ex *l.vxores 9 ff.de his qui notant infa.*nam
14. text dicit,*quod vxores viri lugere non compelluntur*,& aduertit Gloſ.quod *vxores*, poteſt eſſe accuſatiui caſus,& *viri* nominatiui,& ſic ita legi : *Viri non compellentur lugere vxores.* Vel quod *vxores* , ſit nominatiuus,& *viri*,genetiuus, & faciat hunc ſenſum : *Vxores viri non compellentur lugere.*

Quartum ex text in *cap*.1.cum Gloſ. *verb Clericũ;*
15 *de temporib.ordin.lib*.6. ibi : *Statuimus,vt nullus Epiſcoperum Italiæ de cetero aliquem vltramontanũ, Clericum ordinare præſumat.* Vbi ſi punctando diuidas cum inciſo, ſiue coma,*vltramontanum*, & *Clericum*, erit prohibitio ordinandi aliquem vltramontanum laïcum,& promouendi ad Clericatum : at ſi non diuidatur cum inciſo, prohibitio erit ordinandi aliquẽ vltramontanum Clericum in minoribus Ordinibus conſtitutum ; & eum ad ſacros Ordines promouere : Et ſic hac vltima punctatione admiſſa per illum text. non prohibetur Epiſcopus Ordinare laïcum vltramontanum,ſaltem de minoribus Ordinibus:ſed Gloſ. *verb.Clericum*,primam punctationem admittit. & ſequitur ibi : *Credo per vltimo dicta, & de laico in Clericum ordinato hanc conſtitutionẽ intelligi.& facit quod dicam infrà, cap. proximo , & literam lege punctando poſt vltramontanum, & non poſt Clericum ; & ſic tunc verum intellectum habebis : & licet proœmium de ſacris loquatur , conſtitutio generaliter loquitur ; vel dicuntur hic , ſacri Ordines largè , vt comprehendantur minores,&c.*Conſtant.Roger *de iur.interpret.q* 5.*n*.87. vbi dicit quod per hunc text.& Gloſ.dedit nouum,ac ſingularem intellectum ad *l.in ſubſtit*.31. *ff.de vulgar.*

16 Quintum deſumitur ex text.in *l.in diem* 5. *ff.de nouation.* vbi Gloſ.dicit,quod ſecundum verba eiuſdem text.dupliciter valet intelligi illa lex,aut quod obligatio,quæ eſt in diem , nouetur quoquo modo , aut è contra quod obligatio pura nouetur in diem.

Sextum & vltimum ſit exemplum conſulti Chriſ 17
relatum à Claud.Cantiuncula *tract.de offic. indic.c*.5. *n*.11. vbi tenet quod dictionis diuiſio amphibologiã facit,dicens quod quidam duos amicos habens,alterum,nomine Mileſſium ; alterum,Leſſium,teſtamẽto ita cauit: *Amicus Mileſſius hæres eſto.* Mileſſius contẽdit de hæreditate , quia expreſsè de eo loquitur ſub nomine proprio *Mileſſi*, quod abſque diuiſione debet accipi. Leſſius eandem hæreditatem prætendit ex eo quod cum diuiſione debet legi ac intelligi , & quod dictio,*mi*,ſit pronomen,& *Leſſius* ſuum nomen proprium; & ſenſus ſit, *Amicus mi*, *Leſſi*.(id eſt,Amicus mihi Leſſi ; *hæres eſto.*

Ex quibus,& aliis colligitur exemplis quod amphi- 18
bologia dicitur quid ambiguum,quoties eadem ſcriptura manente, ſignificatio vel eius intellectus in diuerſas partes flecti poteſt:vt explicat Claud.Cantiunc. *de offic.ind c*.5.*n*.10.*in tract.doctor.tom*.3 *p*.1. hoc namque nomen,*Amphibologia*, componitur ex *amphi*, & 19
logia,id eſt dubia oratio , quaſi ſermo ille ſententiam dubiam indicet,Alberic.*in Dictionario,v.Amphibologia* : vbi tenet,quod ſit etiam per commune verbum, vt *deprecatur Cato,Calumniatur Cicero*,in quibus non oſtenditur an actionem vel paſſionem denotent:item ſi dicatur,*Acies*, ambigitur an de acie oculorum, vel gladij,vel militum, &c.

Amphibologia itàque eſt ſermonis ambiguitas : 20
Gloſ principal.& margin.in *d.l.in diem* 5 *ff.de nouationib.* Et ambiguitas tripliciter conſiderari poteſt , aut 21
in iure,aut in facto,aut in perſona; cùm detur ambiguitas iuris,facti,& perſonæ : Gloſ.1.*in cap.fin.diſt*.13. Ioan.Capiſtranus *in ſpeculo conſcientiæ , n*.73. *verſ.reſtat nunc.*

Iam ergo circa amphibologiam,ſeu ambiguitatem 22
perſonæ dicendum eſt quid iuris , quando in inſtitutione Maioratus fuerit vocatio facta amphibologicè, atque ſub ambiguitate tali , vt ad quemlibet duorum ſucceſſorum ſimul atque eodem tempore referri poſſit,quis eorum ſuccedere debeat? quia ex natura Maioratus ſolus vnus,& nõ duo ſimul ſuccedere poſſunt.

Reſolutiuè reſpondendum eſt,quod is eorum ſuc- 23
cedet in Maioratu , qui ex voluntate inſtitutoris defuncti cenſebitur vocatus,ideo iudex per coniecturatam mentem defuncti declarare debet ſucceſſorem, & per indicia,atque prudentes præſumptiones, quæ magis in fauorem vnius, quàm alterius conueniant : veluti , ſi vnus ſit coniunctus , vel magis coniunctus conſãguinitate,vel affinitate,vel amicitia,quàm alter, vel aliis ex cauſis , & coniecturis relatis in *l. ſi ſeruus plurium* 50. §.*fin*.& Gloſ fin. *ff.de legat*.1. vbi Alberic. refert in facti contingentia caſum de quo fuit conſultus : nam cùm vocatus eſſet ad quoddam officium Lanfrancus *Iuſtini* nomine vocatus, & duo eſſent qui tali nomine vocabantur, qui petebant ſe admitti ad tale officium : reſpondit quod ſi vnus erat conſanguineus electoris,alter non,quod præferendus eſſet conſanguineus. D Gregor. *verb.Amigos in l*.10. *tit*.3. & Gloſ 1. in *l.9.tit.9 part.6.*

Sed ſi ex præſumptionibus , atque coniecturis ap- 24
parere non valeat,quia æqualiter in gratiam vtriuſque conueniant, & verba vocationis non magis ad vnum quam alium accommodari rectè poſſint,tunc neuter erit ſucceſſor, ac ſi illa vocatio non eſſet facta, & in Maioratu ſuccedet alter qui poſt eos ſit vocatus, vel qui aliàs de iure ſucceſſurus eſt,ſiue legalem vocationem ad ſuccedendum habeat.

25 Probatur hæc reſolutio, ſeu cõcluſio, ex text in l. duo ſunt Tity 30. ff. de teſtam. tutela; vbi in ambigua, ſiue amphibologica quæſtione idem Paulus reſpondit: Duo ſunt Tity, pater, & filius: Datus eſt tutor Titius: ne apparet de quo ſenſit teſtator: quæro quid iuris ſit? reſpondit: is datus eſt, quem dare teſtator ſenſit: ſi id non apparet, non ius deficit, ſed probatio: igitur neuter eſt tutor. idem deciditur in l. 7. verſ. ca ſi acaecieſſe, tit. 16. part. 6.

26 Accedit etiam ad hoc comprobandum, text. in l. cum ex pluribus 31. ff. de manumiſſ. teſt. l. ſi fuerit 11. l. ſi quis ex pluribus 28. l. ſi quis ſeruum 8. §. ſi inter duos, ff. de legatis 2. l. 9. tit. 9. part. 6. & l. 10. tit. 3. eadem p. 6. dum dicit: Dos amigos auiendo el teſtador, que huuieſſen vn miſmo nombre, ſi quiſieſſe eſtablecer alguno de ellos por heredero ſuyo, de tal manera deue nombrar, y ſeñalar aquel a quien quiere dejar lo ſuyo por ſu nombre, ò de ſu padre, ò por otras ſeñales, que pueda ſer ſauido ciertamente quien es aquel que dexa por ſu heredero. Ca ſi de otra guiſa lo hizieſſe, tal eſtablecimiento como es eſte no valdria, y aurian los bienes de el teſtador los parientes mas propinquos bien aſſi como ſi murieſſe ſin teſtamento.

27 Rationem inquiramus decidendi ex interpretibus: Raphael Cumanus in l. ambiguo, ff. de reb dub n. 2 ibi: Quia in fideicommiſſis ſufficit mens ſine verbis etiam coniecturata: l. cum proponebatur, ff. de legat. 2. &c. Ra-

28 phaël Fulgoſ. in l. veteribus, num fin. ff. de pactis. Iaſ. in d. l. quoties in ſtipulationib n 5. ff. de verb oblig. ibi: Quia licet in dubio verba debeant ſic interpretari, vt actus potius valeat quam pereat, vt hoc textu; fallit niſi ita interpretando fieret contra voluntatem teſtantis: per illũ textum, in verſ. Ne fiat contra voluntatem. Nam tunc potius patimur diſpoſitionem eſſe nullam, quam quod fiat contra voluntatem diſponentis: vt ibi, & in l. quotiens, §. ſi duo, ſupra de hæred. inſtit. & in l. penult. ff. de inſtit. rupto. Vbi potius toleratur quod teſtamentum irritetur, quam quod fiat contra voluntatem defuncti, &c.

29 Tandem noſtram reſolutionem Alberic. in d. l. veteribus, n. 7. verſ. Si circa verba. Si de demente appareat illam ſerua: ſi non; ſequere coniecturas de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium, §. fin. Si nec illud, tunc Iudex interpretatur, C. de fideic l. voluntatis, alias vitiatur: vt l. pluribus, de leg 1 &c. Et proſequitur. Quid ſit ambiguitas, & amphibologia eſt in verbis à lege prolatis? Quid ſi in ſententiis? Quid ſi in reſcriptis? Quid in confeſſionibus? Quid in teſtibus? De quibus in principio ſua lectura agit, per ipſum text. in d. l. veteribus, ff de pactis. Et ideò ad eum recurras, qui magiſtraliter docet quid tenendum ſit.

CAPVT XII.

De Incompatibilitate in ſcientia ſeu Arte Poëtica.

SVMMARIVM.

1 Poëtica ſcientia cognatione quadam eſt coniuncta Rhetorica, ſiue Oratoria
2 Poetica ſcientia quid ſit? Et eius deſcriptio.
3 Poetica ſcientia cognoſcitur per Incompatibilia: quod demonſtratur exemplis.
4 Poetica ſcientia non excuſat à Tutela, vel Cura, nec ab aliis muneribus ciuilibus & publicis.
5 Maioratus inſtitutio, ſi habeat conditionem, vt præferatur is qui in publicis Scholis verſetur in diſcendo aliquam ex ſcientiis vſque ad gradum; an ſufficiat, quod profeſſus ſit ſcientiam Poëticam tantum?
6 Poetica non cenſetur propriè in numero ſcientiarũ.
7 Poëtæ non docent, ſed imitantur: nam Poetica nihil aliud eſt, quam imitatio actionum hominis boni, vel mali, & n. 8.
9 Poetica in Gymnaſiis, ſeu publicis Scholis non principaliter docetur, ſed acceſſoriè ſiue ſecundum quid, vt maximè pueri elegantius ſciant & rectius loqui.
10 Poetica ſcientia non continet vtilitatem publicam.
11 Poëtica ſcientia in Scholis publicè legitur, non vt eam teneamus; ſed vt eam non ignoremus.
12 Poëticos libros non omnes admittunt in ſuis Scholis Patres ex Societate IESV: & quare?
13 Poetica diuiditur in Lyricam, Epicam, & Scenicam.
14 Poëtica ab omni æuo accepta atque laudata.
15 Poetarum authoritates, & Epigrammata allegari poſſunt & probant in iure.
16 Hiſtriones ſeu Comici, qui cauſa quæſtus in publicis theatris poëmata recitant, an poſſint ſuccedere in Maioratu maximè annexam dignitatem habente?
17 Succeſſionem Maioratus an habeat is, qui eſt infamis infamia iuris, vel infamia facti.
18 Hiſtrio, ſiue Comicus, an his noſtris temporibus ſit infamis infamia facti, vel infamia iuris?
19 Infamis infamia iuris, vel facti, non repellitur à ſucceſſione Maioratus ſecundum vnam opinionem D Molina.
Sed D. Gregor. Lopez, & alij diſtinguunt, ſi Maioratus habeat annexam dignitatem, necne, n. 20.
Attamen Barboſa reſoluit validis fundamentis, quod ſuccedere non debet, etiam in Maioratu ſimplici, qui dignitatem annexam non habeat, n. 21.
22 Infamis infamia iuris, vel facti, indiſtinctè eſt incapax ſucceſſionis in Maioratu, quando eius inſtitutor laborabat eadem infamia.
Idem, quando inſtitutor id permiſit expreſsè, n. 23.
24 Maioratus eſt dignitas quædam, aut ſaltem quædam præeminentia & honor.
25 Hiſtriones notati ſunt infamia noſtris temporibus ſecundùm opinionem D. Gregor. Lopez.
26 Hiſtrio ſeu Comicus author compulſus fuit exhibere executoriam ſuæ nobilitatis ad Archiuum publicum, ex eo quod causâ quæſtus eſſet publicus Comicus.
Vide ad hoc quod dicitur, n. 44. & 45.
27 D. Franciſcus de la Cueua, & D Ioan. Perez de Lara laudantur, & n. 28.
29 Hiſtriones, vulgò, Repræſentantes, his noſtris temporibus non ſunt infamia iuris notati: iuxta veterem opinionem, quæ rationibus & iuribus comprobatur, & n. 30. 31. & 32.
33 Hiſtrionum repræſentationes in publicis Theatris cum exerceantur cum honeſtate & authoritate, permiſſæ ſunt in noſtra Hiſpania ob bonum publicum, n. 34. & 35.
36 Hiſtriones temporibus antiquis notati erant infamia iuris, ob inhoneſtatem morum, & impudicum modum repræſentandi, & n. 37.
38 Hiſtriones hodie non infamia iuris notantur ex eo quod cauſa quæſtus repræſentent, nec antiquitus, ſed ex eo notabantur quia actiones viles atque inhoneſtas exercebant turpi ac abominabili modo, & n. 39. 40 & 41.
42 Hiſtriones de quibus loquitur D Gregor. Lopez, inhoneſtè ac turpiter artem hiſtrionicam causâ quæſtus exercebant.

43 Hiſtriones

43 *Hiſtriones hodie exhæredari non poſſunt ob cauſam repræſentandi publicè ad quæſtum, ceſſante omni turpitudine.*

44 *Hiſtrio ſeu Comicus author, de quo* ſupr.num.26. *quare compulſus fuit exhibere executoriam & informationem ſuæ nobilitatis & legitimitatis.*

Ille Comicus cum eſſet incarceratus pro debitis ciuilibus, tanquam nobilis & hijo dalgo, *à carcere fuit relaxatus, n.*45.

ARGVMENTVM.

An detur Incompatibilitas in Poëtica ſcientia? vbi etiam, quid ſi Maioratus, Vinculi, ſeu Patronatus inſtitutor velit, quod is, qui ſuccedere poſſit, vel præferri debeat, profiteatur quamlibet ex ſcientiis, vel quod ex certis redditibus fruatur, dum in publicis Scholis verſabitur ad diſcendam aliquam ex ſcientiis vſque ad gradum obtinendum, an ſufficiat profiteri ſcientiam Poëticam, ſiue dare operam ad eam addiſcendam? Et cùm agatur deinde ad diuiſionem poëtarum, deueniendo ad Comicos, & ad eos, qui in publicis theatris causâ quæſtus Poëticam recitant, quæritur an tales poëtæ Comici poſſint ſuccedere in ſimplici, vel annexam dignitatem habente, Maioratu? Cuius reſolutio pendet à ſolutione aliarum duarum quæſtionum: quarum altera eſt, an infamis infamia iuris, aut facti, repellatur à Maioratus ſucceſſione, & altera, an Hiſtrio, vel Comicus, noſtris temporibus, ſit, vel non infamis, infamia iuris, vel facti.

1 SVbſequitur, non extra ordinem, poſt Rhetoricam, ſcientia Poëtica, quia eſt finitima Rhetoricæ, ſiue oratoriæ ſcientiæ, & inter ſe cognatione quadam ſunt coniunctæ: Chaſſaneus *in Catalogo glor.mund.part.*10. *conſiderat.*45.*verſ.Huc accedat.*

2 Omnibus præterea notum eſt, quod Poëtica conſtet ex ſuis regulis atque præceptis, licet etiam ſit ars ingenioſæ præeminentiæ à Deo infuſæ, prout ex Cicerone refert Chaſſaneus *vbi proximè, dict.conſiderat.*45. *verſ.Denique*, ibi: *Poetæ ſoli ipſa natura valent, & mentis viribus excitantur, & quaſi Diuino quodam ſpiritu inflammantur, &c.* Et noſter Poëta Hiſpanus *in ſua Arcadia, lib.*4. *fol.*290. Ita ſic:

Conſta por ſus preceptos la Poëſia
Ser arte de ingenioſa preeminencia.
Aunque naturaleza ſu Armonia
Primero infunde con mayor violencia,
Ayuda el arte, y juntos a porfia
Vienen a tal extremo de excelencia,
Que parece furor diuino, y raro,
Y de ſus fuerças inſtrumento claro.

3 Si Poëticæ itaque regulas atque præcepta attendamus, Poëtis occurrent quamplurimæ Incompatibilitatum ſpecies. Videas vnam: hoc nomen, *Indulgentias*, in accuſatiuo numeri pluralis non eſt compatibile cum verſu hexametro, ſeu heroïco: nam vt compati poſſet, debebat habere, aut pedem ſpondæum, aut dactylum, ſed neutrum hoc accuſatiuum habet; ergo nequit compati in verſu hexametro. Maior patet; quia præter illas ſyllabas *indul*, pedem Spondæum, vel Dactylum, ſequentes ſyllabæ continere deberent, quos non continent, vt patet: non Spondæum, quia poſt ſyllabam, *gen*, ſequitur alia breuis, nempe, *ti*: non etiam Dactylum, quia Dactylus conſtat tribus ſyllabis, prima longa reliquis breuibus: ſed vltima ſyllaba huius nominis eſt longa, nempe, *as*: ergo non habet pedem Dactylum, & ſic non eſt compatibile cum verſu hexametro.

Breuiter iam atque ſuccinctè demonſtratum eſt, 4 quod in Poëtica ſcientia, ſicut in aliis, neceſſario materia Incompatibilitatis cognoſci poteſt. Sed ne (vt aiunt) illotis manibus ad aliam atque vltimam ſcientiam tranſitum faciamus; aduertendum eſt, quod iſta, de qua agimus, ſcientia Poëtica non excuſat à tutelis nec ab aliis muneribus ciuilibus & publicis; quia Poëtæ *nulla immunitatis prærogatiua iuuantur*, inquit Imperator Philippus Auguſtus in *l.*3. *Cod. de Profeſſoribus & Medic.lib.*10. & ibi D.Amaya, Gloſ.*verb. literarum, in l.Medicos* 6. *Cod.eodem tit.* Gloſ. *verb. excuſantur, verſ.nec Poëta in l.ſi duas* 6. *in fine, ff.de excuſat.tuter.* & colligitur ex *§.item Roma, Inſtit. de excuſat.tutor.* Bertach. *in ſuo Repertorio, verbo, Poeta, & ex l.*3. *tit.*17 *part.*6.

Ex his Iuribus, eſt capax ſolutionis à nobis talis 5 excitata quæſtio. Quid ſi Maioratus vel Patronatus inſtitutor ad ſucceſſionem vocauerit, vel præferri iuſſerit eum, qui profiteatur quamlibet ſcientiam, vel quod dum in publicis Scholis verſabitur in diſcenda aliqua ex ſcientiis vſque ad aſſecutionem gradus, tot redditibus fruatur, an ſufficiat, quod profiteatur ſcientiam Poëticam, ſiue quod det operam ad eam adquirendam?

Et quod teſtator, vel inſtitutor, non ſenſerit de 6 hac ſcientia Poëtica, nec ſufficiat ad ſuccedendum, vel prælationem obtinendam in Maioratu, vel redditus conſequendos, quod vocatus ſub illa qualitate profiteatur artem Poëticam: Probatur ex *dictis Iuribus*, cum quibus præſumitur Teſtator ſe conformare voluiſſe; nam Poëtica non eſt inter legitimum numerum ſcientiarum, quæ enumerantur in *l. ſi duas* 6. *§.*1. *& final. cum l.ſequenti, §. penultim & final. ff.de excuſat. tutorum*, & ferè in *toto titul.Cod.de Profeſſor. Medic. lib.*10. *& in §.item Roma*, cum Gloſ. *verb. Grammatici, Inſt.de excuſat.tutor.l.*3.*tit.*17.*part.*6.*l.*8. *titul. final. part* 2.

Imò Poëtica, & eius profeſſores expreſsè excipiun- 7 tur à legitimo numero ac ordine ſcientiarum in *leg. Poeta, C.de Profeſſor.& Medic.lib.*10. Ratio ea mihi eſt, quia Poëtæ non docent, ſed ad imitationem intendunt, cum nihil aliud ſit Poëtica, quam imitatio actionum hominis ſiue boni, ſiue mali: & eius finis & obiectum eſt delectare, & complacere in imitando, ſeu repræſentando actiones humanas, vt videre eſt per Lic. Franc. Caſcaler *en ſu tratado de las tablas Poëticas, tabla* 1. *fol.*13. ibi: *La poetica es Arte de imitar con palabras: imitar es repreſentar, y pintar a el viuo las aciones de los hombres, naturaleza de las coſas, diuerſo genero de perſonas de la miſma manera que ſuelen ſer y tratarſe*, & inferiùs, *fol.*20. ibi: *La materia Poëtica es todo quanto puede recebir imitaçion*, & fol. 22. ibidem: *El que enſeña Mathematica llamaſe Maeſtro de aquel Arte, El que narra Hiſtoria llamaſe Hiſtoriador; El que imita a el Mathematico en alguna acion de ſu facultad, y el que imita algun hecho de la Hiſtoria, eſe es y ſe deue dezir Poëta*, & fol.32. *El fin de la Poëſia es agradar y aprouechar imitando.* & fol.42. *La Poeſia es imitacion de las aciones y vida del hombre*, & fol.54. *Y el que enſeña, no imita; y el que no imita, no es Poëta.*

 Præterea,

8 Prætetea, quia in Gymnaſiis & publicis Scholis non principaliter docetur Poëtica, ſed acceſſoriè ſecundum quid, ſiue ad hoc vt pueri elegantius ſciant, & tectiùs loqui, ad meliorem eruditionem in Grammatica, vt nihil ignorent pueri, cùm ad alias aſcendent ſcientias, & Magiſtri inſtruunt eos in libris Poëtarum, non ex eo, quod poſtea Poëticam, vt ſcientiam principalem profiteri debeant, vt probstur ex textu, & Gloſ. *in cap. 2. diſtinct. 37.* Sed & alia ratio, quæ ex prædictis infertur, eſt, quia in ſcientia Poëtica ceſſat vtilitas publica, cùm non ſit Ars docendi, ſed mentiendi, quæ eſt ratio decidendi ad text. *in dict. l. Poëta, de Profeſſoribus & Medic. lib.* 10. provt aduertit Rebuffus *de priuileg. Scolaſt. priuil.* 95. vbi tefert ex Catone loquente de Poëtis: *Nam miranda canunt, ſed non credenda Poetæ*, & ex Ariſtot. 1. *Methaphyſic.* ibi: *Multa mentiuntur Poetæ.*

9 At verò cùm negari non poſſit, quin libri Poëtarũ publicè in Scholis legantur, & per eos Iuuenes erudiantur, nihilominus dicimus, quod non leguntur ad hoc vt præcipuè illam ſcientiam Poëticam adquirant, ſed ob vnam ex cauſis, quas tefert D. Ambroſ. *in cap. legimus 9. diſtinct.* 37. vbi ſic inquit: *Legimus aliqua, ne negligantur; legimus, ne igneremus; legimus non vt teneamus, ſed vt repudiemus.* Et D. Hieronym. *in cap. qui de menſa* 11. *diſtinct.* 37. ibi: *Diſcunt autem, non vt ſequantur, ſed vt iudicent, atque conuincant.*

10 Et ideò Patres ex Societate IESV in Collegiis ad erudiendos in Grammatica diſcipulos ſuos non omnes admittunt libros poëticos, ſed honeſtiores: excludunt cæteros: pictores quippe & Poëtæ quantum ad libertatem mentiendi comparantur, Gloſ. *in cap. quanto* 18 *de iureiurando*, Terentium inquam & alios Comicos explodunt moti fortè doctrina D Hieronymi relata in *can. legant*, 37 *diſtinct.* vbi reprehendit eos qui filios ſuos erudiunt in ſimilibus libris, ibi: *Qui filios ſuos ſecularibus literis erudiunt, & faciunt illos Comœdias legere, & Mimorum turpia ſcripta cantare, & cùm poſſint in libris ſacris & honeſtis eos erudire, &c. & can legimus d. diſt.* 37.

11 Vnde licet, qui promiſerit Scholaſtico, cum docere, vel librum ſcribere, ad id teneatur, & præcisè poſſit cogi, & in compedes coniici, quod eſt ſpeciale, ratione vtilitatis publicæ, Gloſ. *verſ. Siue, in l. ſtipulatio* 21. *§. opus, ff. de operis noui nunt.* hoc tamen

12 fallit, ſi promiſſio fuerit de re Poëtica: non alia ratione, niſi quia in Poëtica vtilitas publica ceſſat: Bald. *in l. nec Patronus 6. num. final. Cod. de operis libertor.* Rebuffus *de priuileg. Scholaſtic. priuileg.* 95.

13 Diuiditur etenim Poëtica in tres ſpecies principales, in Lyricam, Epicam, & Cenicam: provt tenet, & explicat Franc. Caſcales *en las tablas Poeticas, tabla* 1. *fol.* 37. & ſubdiuiduntur in diuerſas verſuum ſpecies, quibus ad ornatum vſi fuerunt Poëtæ, velut Horatius & Catullus verſibus Lyricis: Iuuenalis & Perſius Satyricis; Martialis & Auſonius Epigrammicis: Propertius & Tibullus Elegiacis: Terentius & Plautus Comicis: Statius & Silius heroïcis: Seneca & Pomponius tragicis: Saleyus & Ennius Epicis: Marius & Sirius Mimographis.

14 Nec idcirco contemnenda eſt hæc Poëtica ſcientia, quia ab omni æuo accepta & propitia fuit: de cuius laude videndi ſunt Patricius *in lib. 2. de inſtit. Reipub.* Budæus *in l. 1. de contrahend. empt.* Chaſſan. *in Catalogo glor. mundi p. 10. conſid* 45. vbi copioſè, alios quamplurimos referens, Lopez de Vega *in ſua Arcadia lib.* 5. *fol.* 290 *vſque ad* 294. D Ioſeph. de Salas *in illuſtrat. ad Poet Ariſtot. ſect. 9. fol.* 129. & in laudem Franciſc. Caſcales *en el tratado de ſus tablas Poeticas*, Lic. Chriſtophorus de Meſſa ita de Poëtica Canit.

La diuina Poëſia
De poder infinito
En ſu perfecta Souerana idea
Tuuo gran Monarchia
En el antiguo Egypto;
Y en la noble region fertil Chaldea.
La ſacra Lengua Hebrea
En ſus Cartas la precia;
Y entre las Artes buenas
La haze eterna Athenas.
En la tan Sauia quan Soberuia Grecia;
Y la Nacion Latina
La celebra y adora por diuina.

Merced del franco Cielo
De donde a los mortales
Con el fuego la trajo Promoteo.
Con ella en todo el ſuelo
Arboles y animales
Trajo aſſi con ſus numeros Orpheo;
Pero à ſu ſon letheo
Y con ſu methrotierno
Imperio nouo tanto,
Que vencio en el canto
Los monſtruos, y los dioſes del Infierno;
Rompiendo ſu diſcante
Las aldabas, y puertas del diamante.

Las Sybilas las Parcas
Dieron en ſacro Verſo
Sus Reſponſos, y Oraculos diuinos
Los mayores Monarchas
Del todo el Vniuerſo
Egypcios, Griegos, Barbaros, Latinos.
Varios titulos dignos
Con inclitos blaſones.
Ganaron en la guerra
Del mar, y de la tierra
De rebeldes indomitas Naciones;
Y les dio nombre, y fama
Ya Elogio; ya Epitafio, ya Epigramma.

Et in noſtra Iuriſprudentia, authotitate Poëtarum ſæpeſæpiùs vtimur, & eos allegari poſſe, tenet text. cum Gloſ. *v. Virgilius in l. in tantum 6. §. fin.* & Gloſ. *verb. demus*, in *l. final. ff. de rerum diuiſ. §. item pretium, inſt. de empt. & vendit. & in §. item l. Cornelia, inſt. de public. iudic.* vbi dicitur, quod Poëtarum authoritates, & Epigrammata allegari poſſunt in cauſis, Bart à *n.* 19. Iaſon. *n.* 31. & communiter Scribentes *in l. 1. §. fin. ff. ſi certum petatur, & in l. 1. § ſed an, ff de contrahend. empt. & in l. non facile, §. affines, verſ. viri ſoror, ff. de gradib.* Speculat. in *tit. de Aduocatis, §. 6. verſ. nihil ita.* Chaſſaneus in *Catalogo glor. mundi, d. p. 10. conſid.* 45. *verſ. Quin etiam Iuriſconſult. &c.* copioſè D Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capellan. lib. 1. c. 25 n. 32. & lib. 2. cap. 4 n 58.* D. Valençuel Velaſq. *conſ. 90. n.* 137. & cum aliis D. Ioan. à Caſtil. *lib. 5. cap* 123. *n.* 14. 15

Illi autem à iure reprobantur, qui ſunt inhoneſti Comici, turpes Hiſtriones, obſcœni Mimi, aut Scenici cauſa quæſtus, ij enim notati ſunt infamia iuris, ex *l. 1*, iuncta *l. 2. §. vlt ff. de iis qui notant infam. l. ſi qua C. de ſpectac & Scenicis lib. 11. l. 5. tit. 2. p. 6. l. 4. tit. 6 p. 7.* 16

Hioc nobis ſe offert alia excitanda & reſoluenda quæſtio ad noſtrum inſtitutum pertinens, an Hiſtriones, Comici Poëtæ, ſiue ij, qui cauſa quæſtus in publicis Theatris Poëticam recitant, poſſint ſuccedere in Maiotatu ſiue ſimplici, ſiue annexã dignitatẽ habẽte? Quia ſi eſt infamis infamia iuris, vel facti, videtur non eſſe compatibile quod poſſit in Maiotatu ſuccedere. 17

Ad

17 Ad ſolutionem huius quæſtionis, duas reſoluere neceſſe eſt: Primam an infamis infamia iuris, vel facti, repelli debeat à Maioratus ſucceſſione?

18 Secundam, an Hiſtrio, vel Comicus his noſtris tẽporibus ſit, vel non infamis infamia iuris, vel facti?

19 In 1. quæſtione, varij ac perplexi reperiuntur noſtri DD. Nam D. Molina *lib. 1. cap. 13. à n. 7. vſque ad n. 20.* indiſtinctè abſoluteque tenet, quod infamis infamia iuris, aut facti, non repellatur à ſucceſſione Maioratus, ſiue priuati ſeu particularis, ſiue dignitatem, aut annexam iuriſdictionem habentis, ex eo quod tunc dignitas eſt annexa ſucceſſioni, & venit in conſequentiam, ideoque non eſt incompatibilis.

20 Dominus autem Gregorius Lopez in *l. 2. tit. 2. p. 7. verb. Mandas que les fueren hechas, verſ. Si vero fuit per donationem, & verſ. Si autem eſſet talibus bonis maior annexa dignitas, &c.* & Didacus Burgenſis Salon de Paz *quæſt. 3. ferè per totam*, & maximè à *n. 63. vſque ad n. 68 verſ. in priuatis vero ſucceſſionibus Maioratuum particularium*, diſtinguunt inter Maioratum priuatum ſeu particularem, & Maioratum habentem Ducatum, Comitatum, Marchionatum, ſiue aliam dignitatem ſeu iuriſdictionem annexam: in Maioratu, cui non ſit annexa dignitas aliqua, ſeu iuriſdictio, dicunt infames ſuccedere poſſe; at vero in Maioratu, cui ſit annexa dignitas ſeu iuriſdictio, non poſſe ſuccedere affirmant, & comprobant, maximè Burgos de Paz contra D. Molinam, *vbi ſuprà.*

21 Sed Petr. Barboſ. *in l. cum Prætor 12. §. fina. à n. 171. vſque ad n. 252.* & maximè *n. 250. & 251.* contra D. Molinam, & Burg. de Paz validiſſimè defendit, quod infamis etiam in ſimplici Maioratu non habente annexam dignitatem non debeat ſuccedere, & concludenter ſatisfacit fundamentis traditis à D. Molina, & eum, atque Burgenſem de Paz conuincit: Ideò huic vltimæ ſententiæ Petri Barboſæ in *d. l. cum Prætor, §. final. n. 250. & 251.* intrepidè adhæreo, animatus atque nixus eius fundamentis; & quia ſuaderi non poſſum, quin etiam particularis inſtitutor Maioratus, ſi interrogatus fuiſſet, dubio procul reſpondiſſet ſe nolle, vt infamis ſuccederet; imò quod alius quilibet ex familia, qui tali infamia non eſſet notatus ei præferretur. Abſurdum eſt etenim, contrarium præſumere de inſtitutore, qui ex ipſo actu condendi Maioratum, intelligitur, quod in honorem ſuæ domus, ſucceſſores virtute decoratos, dignos, & præeminentes, admitti percupiuit, qui maiori cum honore eius memoriam conſeruare valerent; & quod viles atque infames abhorruit, etiamſi ipſe teſtator ſeu inſtitutor eſſet ignobilis: quia infames repelluntur ab honoribus: *l. vnic. C. de infamib.* Burg. de Paz *d. quæſt. 3. n. 5.*

22 Quam præſumptionem ſolummodo ceſſare, exiſtimandum eſt in caſu quo etiam notatus infamia iuris, vel facti ſit inſtitutor ipſe, vt in *§. aliud quoque Capitulum, verſ. Si præter voluntatem parentum inter arenarios vel Mimos*, ibi: *Niſi forſitan etiam parentes eius profeſſionis fuerint. Authent. Vt cum de appellatione cognoſc.* & *ibi* Gloſ. *verb. profeſſionis l. 11. Cod. de inofficioſ. teſtam.* vbi optimè Antonius Mornacius. Et facit illud Iuuenal: *Satyra 2.*

Quis Cœlum terris non miſceat, & mare Cœlo,
Si fur diſpliceat Verri, aut homicida Miloni,
Claudius accuſet mœchos, Catilina Cathegum?

23. Vel quando is qui condidit Maioratum expreſsè permiſit, (idque raro, vel nunquam accidit) quod infamis vel ab eo deſcendens ad ſucceſſionem admittatur, voluntas enim teſtatoris hoc facere poteſt: dixit in terminis Burg. de Paz *dict. quæſt. 3. num. 56.* per text. *in l. ex facto, § ſi quis rogatus, ff. ad Trebel. l. ex facto, la grande, ff. de hæredib. inſtituend. l. 40. Tauri.*

At vero extra hos caſus non eſt præſumendum, inſtitutorem voluiſſe infames ad ſucceſſionem Maioratus admittere, nec in generali ſucceſſorum vocatione, de infami, ſeu de alia perſona turpi ſentiſſe: prout fatetur, & probat ipſe Burg. de Paz *d. q. 3. n. 26. 29. & 36.* argumentò *l. Lucius, la 1. ff. de hæredib. inſt. & l. Lucius la 2. §. Lucius Titius Dama, ff de legat. 2.*

Si igitur eſſe notatum infamiâ, & ſucceſſorem in 24
Maioratu, qui eſt dignitas quædam, aut ſaltem quædam præeminentia, & honor, Burgos de Paz *dict. q. 3. num. 1. & 4.* D. Ioan. à Caſtil. *lib. 5. cap. 147. n. 3.* ſunt duo incompatibilia; deueniamus modò ad ſecundam quæſtionem; An Comicus noſtris temporibus cenſeatur infamia notatus, adeò vt repelli debeat, necne à ſucceſſione Maioratus?

Hanc quæſtionem à nemine video tactam: & con- 25
tra Hiſtriones & Comicos recitantes publicè & cauſâ quæſtus, expreſsè obſtant iura *ſupra* allegata in *l. 1. & 2. §. vlt. ff. de iis qui notantur infam. l. ſi qua, C. de ſpectacul. & ſcenic. lib. 11. l. 5. tit. 2. part. 6. l. 4. titul. 6. part. 7.* vbi etiam D. Gregor. Lopez *verb. Iugulares*, loquens de Hiſtrionibus noſtrorum temporum, ita dicit: *Hodie autem iſti Hiſtriones ſunt infames, vt hic, & in dictis iuribus habetur.* Et ſecundum has leges videtur, quod fuit iudicatum in hac Granatenſi
Cancellaria, contra quemdam Comicum Authorem; 26
qui compulſus fuit exhibere quaſdam informationes ſuæ legitimationis & nobilitatis, & executoriale de *hijo dalgo*, tranſſumptum ex executoria quadam nobilitatis litigata à Tritauo ſuo in Regia Cancellaria Valliſoletana: & iuſſum fuit id omne retrahi, atque in Regio Archiuio recondi ad petitionem Regij fiſcalis; qui tunc erat ille princeps ac decus Aduoca-
torum Orator facundiſſimus D. Io. Perez de Lara, qui 27
poſtea fuit in hac Cancellaria Senator Regius, hodie Fiſcalis in Conſilio ſupremo, ad cuius laudem quamplurima referre, & affirmare poſſem præclara facinora, ad quæ non ſemel totum obſtupuit Regnum, quæ cum publica ſint, prætermitto: hoc vnum adducam, quod cùm eſſet recens Aduocatus in hac Granatenſi Cancellaria, vbi fortè reſidebat ille celeberri-
mus in toto orbe D. Franc. de la Cueua & Sylua, am- 28
bo in vna ex Regiis Aulis concurrerũt ad defenſionẽ litis in materia graui de Regia protectione, ſuper exhibitione Corporis & Reliquiarum Beati Ioannis de Dios; & poſt allegationes, & oratoriam hinc inde, D. Franciſcus de la Cueua deſcendens è ſuggeſtu, & egreſſus foras ad peryſtilium, quaſi ſtupefactus, (credebat enim neminem poſſe in hac, nec in alia Cancellaria ſibi eſſe competentem oppoſitorem) acceſſit ad chorum Aduocatorum, me præſente, & ex eo quod in eodem iunior, tunc eſſet D. Ioannes Perez de Lara, interrogauit de eo, magna cum admiratione dicens: Quis eſt iſte Baldus Nouellus? Sed nil mirum cùm proceſſerit à Domino eius Patre Ildephonſo Perez de Lara Regio etiam Senatore in hac Regali Cancellaria Granatenſi, non ſolum præclariſſimo ſanguine, & perilluſtri nobilitate dotato, ſed etiam literis præſtantiſſimo, vt libri ab ipſo cõſcripti pleni eruditione prædicant, & fidem faciunt omni exceptione maiorẽ.

Ex aduerſo autem, Quod Hiſtriones ſeu Comici, 29
vulgò *Repræſentantes*, his noſtris temporibus non ſunt infamia iuris notati, nec ideo inhabiles ad ſucceſſionem Maioratus, videtur verius in iudicando & conſulendo: Et demonſtratur argumento à ceſſante ratione legis: nam nulla alia potuit eſſe ratio imponẽdi notam infamiæ, per *l. 1. & 2. § fin. ff. de his qui notant. infam. & dict. l. ſi qua, Cod. de ſpectaculis & ſcenicis, lib. 11 & l. 5. tit. 2. part. 6. l. 4 tit. 6 p 7.* niſi ex eo quod cauſa quæſtus antiquis temporibus impudicè, atque

inhoneſtè cum laſciuia & abominabili turpitudine nudi, & indecenter mimi publicè recitabant,& actus obſcœnos exercebant, vt eſt videre apud Tertullianum *in Apologia cap.38 & in lib.9.de ſpectacul.cap.10. & 17.* maximè ibi : *Theatrum eius repræſentationis eſſe arcem omnium turpitudinum, & priuatum Conſiſtorium.* Seneca *epiſtol.17.* Lactantius *de vero cultu, lib.1.cap.20.* D Cyprianus *lib.2.cap.2.* Diu.Auguſtin. *de Ciuitat.Dei, lib.1.cap.32.* Tiraquel.*de legib. connubial.lib.l.15.gloſ.1.pars.16.* Saluian.*de gubern.Dei lib.6.* Mariana *de ſpectacul cap.12.& 13.* Ferdinand. à Mendoza *de confirmand.Concil.Illiberitan.cap.51.* Bobadil. *in ſua Politic.lib.5.cap.4.num.24.* D.Franc. de Amaya *obſeruat.iur.lib.1.cap.5.n.8. & in l.vnic. C.de Maium lib.11.à n.7.verſ.Quanta hiſtrionum ſiue mimorum fuerit in actionibus obſcœnitas, &c.*

30 Et quod hæc fuerit cauſa & ratio decidendi ad reprimendas illorum hiſtrionum inhoneſtates, dixerunt D Franciſc.de Amaya *in obſeruat. iur. dict.lib.3. cap 5.num.7.& 22.& in lib.10. Cod.tit.57. de infamib. num.35.* ibi : *Hos ergo qui in ſcenam, quæſtus gratia, prodibant, famoſos eſſe, ea ratio ſuaſit ; quoniam adeò res obſcænas, & turpes, hiſtriones, aut ſcenici peragebant, vt vix quiſque honeſtus ſpectare poſſet, adeoque turpitudo eorum actuum inualuit, vt Authores omnes tam ſacri quàm profani ſpurcitiem & obſcœnitatem ſcena exagitauerint : vt latius obſeruaui libro tertio mearum obſeruationum, cap.5.n.7. & 22. cum ſeqq.* Franciſc.Caſcales *in ſuo tract.de ſus tablas Poeticas, poeſia in ſpecie tabla 1. de la Epopeia fol.215.* donde dize : *El miſmo dize donato, y imitaua las perſonas mas viles y leues deſcriuiẽdo las aciones con grandes eſtremas degeſticulaciones y meneos muy luxurioſa, y deſuergonçadamente : y talos fabulas los Antiguos las llamaron Planipedes. Ciceron tratando de las Gracias y Sales auiſa a el Orador, que ſe eſcuſe de los Iuegos Mimicos per ſer tan llenos de laſciuia, que con aquellos mouimientos prouocan a el Auditorio a torpeça y abren el apetito de luxuria. Y tanta fue la fealdad deſtos farſantes en repreſentar coſas torpes, y abominables, que fueron tenidos por infames.* D.Ioſeph. de Salas *in ſua illuſtratione ad Poëtic. Ariſtot. ſect.9. §.1. circa fin. fol.129.*

31 Comprobatur, tum quia ius abhorret inhoneſtatem,& ideo leges curant homines compellere ad honeſtè viuendum, *§.iuris præcepta, Inſt.de iuſt.& iure, l. ſcire oportet §.penultim. ff. de cenſorib. & curat. datis ab his:* Quapropter tales inhoneſtos notauit infamia.

Tum quia, hæc nota infamiæ potuit imponi a lege ex duplici tantum cauſa ; aut cauſa reprimendi inhoneſtatem in ſcenis : aut cauſa vitandi in publicis Theatris omnem repræſentationem cauſa quæſtus : ſed non fuit, nec potuit eſſe ob cauſam vitandi repræſentationem & recitationem in publico, cauſâ quæſtus ; ergo fuit tantum ob cauſam reprimendi modum impudicum atque inhoneſtum in repræſentatione.

32 Probatur minor, quia repræſentatio honeſta non eſt prohibita de iure, imò permiſſa, *l.Publius 36. ff.de condit. & demonſtrat. leg. ciuitatibus 122.* cum Gloſ. *verb.ludos ſcenicos, ff.de legat.1. l.mortuo 49. §. final. ff.de leg 2. l.vnic.C.de Maium lib.11.* ibi : *Ita tamen vt ſeruetur honeſtas, & verecundia à caſtis moribus perſeueret, l.4.C.de Paganis l.1.& 5. C de ſpectacul lib.11.* Et cum ſit permiſſa in iure repræſentatio talis, vocatur *Ars*, & Comici ſeu Repræſentantes, *Artifices voluptatis*, ſeu animi recreationis, *l. vt iuriſiurandi 7. §.dabitur, ff de operis libertor.* ibi : *Vel hiſtrio, vel alterius voluptatis artifex.*

33 Ratio eſt. Nam talis honeſta repræſentatio in publicis theatris fuit introducta quaſi antidotum & præſens medicamentum ad conſeruationem vitæ humanæ, mediante aliqua intermiſſa delectatione animi, ne continuo corporis & animi labore defatigata debilitetur atque ſuccumbat, & morbo affecta citiùs pereat, D.Thomas 2. 2. *quæſt.86. & 168.artic.3.* Caſſiodor. *lib.31.variar.epiſtol.51.* Seneca *de tranquillitate animi, cap.15.* maximè *in verſ.Danda eſt remiſſio animis : meliores, acrioreſque requieti ſurgent. Vt fertilibus agris non eſt imperandum : cito enim exhauriet illos nunquam intermiſſa fœcunditas, &c.* & probat ex Cicerone *Philipp.2.* D.Franciſc.de Amaya *dict. lib 3. obſeruat.cap.5. num.64. & 65.* dum dicit : *Humana quippe vita ita compoſita eſt, vt ad ſui conſeruationem neceſſe ſit, vt labori à tergo ſit otium, & poſt hoc, ille ſequatur ; itavt conſertis manibus alter alterius onera ſupportet, ne animus continua & ſeria meditatione fatigetur, & corpus continuo labore hebeſcat, & langueat.*

Et quod hac de cauſa ſit introducta & admiſſa 34
Comica repræſentatio in noſtra Hiſpania, cum illa honeſtate & grauitate, qua exercetur, tenet ex Diuo Thoma, 2. 2. *quæſt.86.* Bobadill. *lib.5.cap.4. num.24.* dum dicit: *Verdad es que los Griegos y los Romanos las permitieron : y Sancto Thomas hablando dellas, dize : que en rigor de ſuyo ſon indiferentes, que quando no es por exceſſo por incongruencia de el lugar ò del tiempo, ò por razon de la materia torpe repreſentada con modos y traxes diſolutos, pueden permitirſe por la neceſſidad del aliuio y delectacion honeſta, que tiene el alma : como tambien tiene neceſſidad el cuerpo de deſcanſo, ſegun lo podra ver por el dicho Angelico Doctor, y lo que atras queda dicho, elqual en eſto ſigue el Padre Fray Marco Antonio de Camos in Microcoſmia, 1.p. Dialog.12. pag.149.*

Hæc tandem ars repræſentationis ſuâ naturâ ad 35
bonum publicum & reparationem vitæ humanæ, prout dictum eſt, & non ad malum, ordinata fuit, ideò de ſua eſſentia non eſt prohibita, nec à legibus reprobata; ita tenent D.Antonius de Cabreros, *de metu, lib.2 cap.8.n.10.& 11.* D.Franc.de Amaya *dicto lib.3, obſeruat.cap.15.n.61.* ambo per eadem hæc verba : *Quod ea ratione ſuadetur, quoniam illa ars ex ſua natura non eſt ad malum ordinata, & ideo mala non eſt, cap.de occidendis, 23.quæſt.5.* & allegans quamplurimos Diana *in ſuis Moralibus reſolutionibus, p.5. tract.13. reſol.81. & ſeqq.*

Ex quibus neceſſariò fatendum eſt, quod cauſa 36
quæ legem mouit ad imponendam hiſtrionibus illorum temporum notam infamiæ, fuit in odium impudici atque inhoneſti modi repræſentandi : quod ceſſat in hiſtrionibus noſtri temporis, qui decenter, & honeſtè in publico recitant cum oſtentatione, ornatu & grauitate.

Igitur à ceſſante cauſa & finali ratione legis, hodie hiſtriones non ſunt, non debent eſſe notati infamia iuris, vel facti : ex vulgari axiomate, Quòd legis ratione ceſſante ceſſare debeat eius quoque diſpoſitio : *l.quod dictum 32. ff.de pactis l.final. ff.ad Senatuſconſult. Filian. l.in omni*, vbi Bartol. *ff.de adoption.* Tiraquel. *in tract.ceſſante cauſa, part.1.n.11.* Auguſt.Barbos. *axiom.136.n.9.* cum pluribus.

Quod comprobamus authoritate D.Franc.Amaya 37
dict.lib.3. obſeru.cap 5.num.68. ibi : *Neque Sanctorum authoritates ſupra adducta & alia relata à Buſſionio de ſpectaculis, à propoſito nos diuellunt, qua non loquuntur de his ſpectaculis, qualia hodie apud nos frequentantur, ſed de peruerſis illis & abominandis, ſuprà à nobis relatis, quæ præter turpitudines, idololatria, genus quoddam ſolebant admittere : quapropter fideles*

ab

Digitized by Google

ab ois peragendis ſub excommunicatione arcebantur;& cjem fidem ſuſciperènt, ois ſe non ad futuros, in Baptiſmo promittebant: vt ex Tortulliano de ſpectacul.cap 4. & aliis probat Ferdinand.de Mendoça, de confirmando Concilio Illiberitano, lib.3.cap.51.&c. Et idem D. Franciſc.Amaya *in comment.tit.57.de infamib.num.36.* dum dicit: Quod multo conuenientius noſtris Hiſtrionibus competeret, cum in Comœdiis nulla laſcinia, neque impudicitia permittatur,imò ita ab omni luxuria in honeſtate Comœdiæ vacant, vt omni grauitate, decore, pudore plenæ ſint: Albert.Gent. *de authoritat.Fabular.cap.14.in fin.* Pater Guzman *in tractat. de los bienes del honeſto trauaxo y daños de la ociofidad, diſcurſ.6.§.7.* vbi ex authorit. aliotum, ita dicit: *Ni incurren en nota de infamia.* Suarez de Figueroa *en el tratado, Plaça vniuerſal, diſcurſ.91.*

38 Nec perturbare poteſt, ſi ex aduerſo replicetur, quod licet hodie ceſſet in hiſtrionibus cauſa inhoneſtatis & impudicitiæ, non ceſſat alia cauſa,quam exprimit *dict l.2. §. fin. ff.de his qui notantur infam.* ibi: *Quia mercedis cauſa ludibrium ſui faciunt,*& *dict.l.4. tit.6. part.7.* ibi: *Eſto es porque ſe embelecen por el precio que les dan.* Et notant D Gregor.Lopez *in d. l.4. gloſ.1.* Pat.Molina *de iuſtit & iur. tom 5. diſput.8. num.10.* D.Franc.de Amaya *in Comment. Cod. lib.10. d. tit.57. de infamib. n.36. in fin.*

39 Reſpondeas, namque retorquendo ad maiorem confirmationem noſtræ opinionis,quod text *in dict. l.2. §. final. & dict. l.4. tit.6. part.7.* non dicunt illos fuiſſe viles ex eo ſolo, quod percipiebant mercedem & quæſtum,ſed ex eo quod actiones viles,impudicas, atque inhoneſtas exercebant in publico ex cauſa quæſtus.

40 Itaque ſecundum ipſamet iura de contrario allata infamia non irrogabatur Hiſtrionibus illis, ex eo quod percipiebant,ſed ex eo quod exercebant artem ſuam turpe atque abominabili modo. Patet ex verbis infra relatis ad *dict.l.4. tit.6. part.7.* dum loquitur de publicè pugnantibus ob pretium cum beſtiis feris: *Ca eſtos a tales, pues que ſus cuerpos auenturan por dineros en eſta manera bien ſe entiende que harian ligeramente otra maldad por ellos.*

41 Et ſi aliter intelligerentur,ſequeretur exinde quod eſſet quid turpe vel indignum accipere pretium pro honeſto labore. Quod abſit. Nam etiam ſi pro mercede publicè conductus ſit Nobilis ad cultum agrorum, corporaliter eam exercendo, non amittit nobilitatem,nec ei nocet: vt tenet Fontanel.*de pact.nupt. tom.2 clauſ 7.gloſ.3. p.15.n.73.* & 74.

42 Nec refragatur opinio D. Gregor. Lopez *in d.l.4. tit 6. partit.7. verb Iugulares, in fine:* quia debet intelligi de Hiſtrionibus illis *in dicta lege* relatis,qui inhoneſtè,turpiter, ac ignominiosè, publicè cauſa quæſtus ſe exercebant in illis actibus, cùm ſe referat ad dictam legem 2. §. *final ff.de his qui notant. infam.*& alias; & poſtea *verbo, por hazer Solaz*; fatetur,quod permittitur abſque labe infamiæ, ſi fuerit honeſto modo,ibi:*Nam qui ludunt honeſto modo cauſa recreationis vel ſolatij nihil contra bonos mores faciunt.*

43 Ex quibus infero, quod hodie pater non valet exhæredare filium, qui præter, vel contra eius voluntatem exerceat artem honeſtam repræſentationis Comicæ, quæ his noſtris temporibus permittitur; nam *§.aliud quoque capitulum, verſ. Si præter voluntatem parentum, in auth.vt cum de appellat cognoſcit.* & *l.5. titul 7. part.6.* loquuntur de mimis inhoneſtis atque impudicis in cauſà quæſtus, ibi: *Inter arenarios vel mimos ſi ſe filius ſociauerit, & in hac profeſſione permanſerit,* & in d l.5. ibi: *Iuglar ſe haziendo alguno:* vbi Gloſ. *verb,Iuglar,* ibi: *A eſtos,dictus §.aliud quoque capitulum,appellat,Mimos:* Et inferiùs, *Eſto miſmo ſeria ſi el hyo contra la volunad del padre lidiaſe por dinero en campo con otro hombre, ò ſe auenturare por precio a lidiar con alguna beſtia Braua.* Et ratio redditur in *d.l.tit.6 part.7.ſupra allata,* ibi: *Ca eſtos a tales, pues que ſus cuerpos auenturan por dinero en eſta manera, bien ſe entiendo que harian ligeramente otra maldad por ellos.*

Neque in contrarium mouere nos debet, quod fuit iudicatum ad petitionem Regij Fiſcalis contra quemdam hiſtrionem Authorem huius artis repræſentationis,qui conſtrictus fuit exhibere informationes ſuæ legitimationis, & nobilitatis, & alia acta,atque quoddam tranſſumptum ex originali executoria nobilitatis ad recondendum id omne in Archiuio: Nam hoc iudicium non ex eo quod fuiſſet Comicus potuit ferri,ſed ex eo quod informationes filiationis in cauſa nobilitatis, & cætera acta facta coram Iudicibus ordinariis tendebant in fraudem iuriſdictionis maiorum iudicum priuatiuè cognoſcentium de cauſis nobilitatis in Regia aula, vulgò *Sala de los Alcaldes de hyos dalgo*, ad quos priuatiuè pertinebat,& ſic fuerat in contrauentionem *leg 19.& l.33. verſ.9. titul.11.lib.2.Recop.* 44

Quod datur intelligi:nam ipſemet author Comœdiarum cùm eſſet incarceratus pro debitis ciuilibus, incidenter contendebat, vt tanquam Nobilis liber à carcere relaxaretur, & creditoribus renuentibus, ac contradicentibus, obtinuit, & in viſitatione generali per plenum Senatum ex voto omnium ex cauſa,quod eſſet Nobilis, & in titulum *de hyo dalgo,* fuit à carcere liberatus & relaxatus. Quod minimè compatitur, ſi laboraret nota infamiæ iuris, vel facti; quia ignobiles, & etiam Nobiles ſi actum exerceant contrarium ſuæ nobilitati, pro debitis ciuilibus relaxari à carcere non debent: *leg.2.,& 4. tit.15. part.5. l.4. & 14. tit.2. lib.6. Recopil.* vbi etiam Matbon. *gloſ a.* Baeza *de inope debitore cap.16.n.77.78.& 79.* 45

CAPVT XIII.

De Incompatibilitate circa Grammaticam.

SVMMARIVM.

1 *Grammatica ſcientia, ianua atque fundamentum omnium liberalium Artium diffinitur.*
2 *Incompatibile eſt in ſcientia Grammatica doceri ſine verbis, & verba proferre ſine voce.*
3 *Incompatibilis eſt in ſcientia Grammatica prima perſona cum imperatiuo modo.*
4 *Incompatibile eſt in ſcientia Grammatica, quòd verbum ſit in ſingulari, & nomen ſeu nominatiuum in plurali, & è contra.*
5 *Incompatibile eſt in Grammatica nomen ſubſtantiuum cum adiectiuo, quando alterum differt à genere, numero, vel caſu alterius.*
6 L. Plautius 8. ff.de aur & arg. leg.explicatur.
7 *Error in Grammatica, ſeu falſa Latinitas vitiat reſcriptum,& non vitiat teſtamentum vel aliud inſtrumentum.*
Qui defectus poteſt opponi in via executina contra reſcriptum, n.8.
9 *Comparatiuum non datur,vbi non datur poſitiuum regulariter.*
10 *Comparatiuum licèt addat ad poſitiuum, non excludit qualitatem poſitiui.*
11 *Melioratio Tertij vtrum ex diſpoſitione* l.27.Taur.

fieri

fieri poſſit à parentibus in filio vnico?

12 *Meliorationem Tertij poſſe fieri à parentibus in filio vnico, defendunt Parladorus, Sarmientus, & Spino.*

13 *Meliorationem Tertij non poſſe fieri à parentibus in filio vnico, eſt verior, & communior opinio, & num.15.*

14 *Verbum*, Mejoraren: *appoſitum in* l.27. Tauri, *habet vim ac naturam Comparatiui, & ſic requirit poſitiuum, & concurſum duorum filiorum ſeu deſcendentium.*

16 *Meliorationem Tertij non poſſe fieri per parentes in filio vnico ex facultate* l.27 Tauri,*& ſi tempore, quo ſint duo, vel plures filij, ac tempore mortis ſuperſit filius vnicus.*

Redditur ratio, n.17.

18 *Melioratio in filio vnico fieri non valet à parentibus, quamuis in donatione irreuocabili inter viuos, & alij ſint filij præter melioratum, at tempore parentis morientis non niſi melioratus ſuperſit.*

19 *Melioratio Tertij in filio vnico non valet fieri à parentibus, & ſi ſit per pactum dotale in Capitulis matrimonialibus, & nonniſi vnicus naſcatur filius.*

20 *Melioratio Tertij in filio vnico non valet fieri per parentes, virtute Regiæ facultatis, ſi in impetratione non fuerit facta mentio, quòd nonniſi vnicum habeant filium.*

Quod limitatur ſi in Regia facultate facta fuit mentio, quòd vnicum habeant filium, n.21.

22 *Melioratio facta in filio vnico valebit, ſi poſtea in vita parentis meliorantis ei alij filij, vel nepotes naſcantur.*

23 *Melioratio facta in filio vnico valebit, ſi ex illo filio vnico poſtea filius naſcatur, nepos meliorantis.*

24 *Quidquid in contrarium defendat Anton.Gomez.*

25 *Melioratio facta in filio vnico tenet, ſi filius vnicus conſentiat non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè, & num.16.*

27 *Conſenſus tacitus filij vnici ſufficiet, ſi parens in compenſationem grauaminis vltra Tertium aliquid aliud filio relinquat prout Quintum, ſecus ſi ei non aliquid vltra Tertium relinquat, tunc expreſſus requiritur conſenſus, & n.28.*

ARGVMENTVM.

Vtrùm in Grammatica detur incompatibilitatis materia? vbi tandem agitur de nomine poſitiuo, & comparatiuo, & eorum incompatibilitate: ac deinde, an ſit incompoſſibilis melioratio, vel inſtitutio vinculi, ſeu Maioratus, aut Patronatus ex Melioratione Tertiæ partis bonorum à parentibus facta in filio vnico? Et reſoluitur ſecundùm communem opinionem, quæ ponitur pro regula cum ſuis ampliationibus, & limitationibus,

1 IN Grammatica tandem, vltima quoad hunc ordinem, ſed prima quoad omnes alias ſcientias, quarum eſt ianua, & omnium Artium fundamentum. Gonzalez de Salcedo *in l.34.tit.7 lib.1.Recopil. n.6.* Ars enim dicitur rectè loquendi, & ſcribendi; datur incompatibilitas etiam ad eam docendam; quia non compatitur, eam doceri ſine verbis, nec
2 verba proferri ſine voce; (prout latè apparet ex ſui ipſius deſcriptione, ſecundùm Lopem de Vega Carpio *in Arcadia, lib.3. fol.280. & 281.* in Verſibus Heroïcis vulgò, *Octauas*, tranſcriptione digniſſimis.

Dios dio conocimiento al primer hombrê
Por infuſion de gracia, pero quiſo
Que de las ſciencias de diuerſo nombre
Deſpues el vno a el otro dieſſe auiſo.
Y aunque al principio la doctrina aſſombre
Y eſte el ingenio, como marmol liſſo.
En el Zaban las letras con el curſo
Deſpues facilitando ſu diſcurſo.

No puede ſin palabras enſeñarſe
Y ſer palabras, ſin la voz, no pueden
Con voz ha de poder ſignificarſe
Para que los que eſcuchan ſabios queden,
Si el Sabio no pudieſſe declararſe
Paraque los demas la ſciencia hereden
Muriendo aquel, ſe perderia la ſciencia,
Y el ſucceſſor eſta diuina herência.

Halloſe el Arte de eſcribir tan raro,
Por quien las inuenciones conoſcemos
De el abſente, ò paſſado, y mueſtra claro
La letra parte, y ſylaba que vemos:
Hazeſe la eſeritura, que os declaro
Como ſpecie de hablar, de quien tenemos
El entender, y de entender ſe elije
La Virtud, y con ella, el bien, que os dije.

Letras eſte edificio edificaron
Chaldeas, Hebreas, Griegas, y Latinas,
Abraham y Moyſes las dos hallaron,
Las otras dos, mugeres peregrinas:
Iſis Reina y Nicoſtrata inuentaron
Griega, y Latina de alauanças dignas,
Cuia compoſicion fue de la mano
De Donato, Diomedes, y Priſciano.

Las letras, y las partes, que contiene
La Oracion con la ſylaba, y accento,
La Orthographia, que à illuſtrarla viene
La Etymologia y Barbariſmo quento
La fabula, la hiſtoria, que conuiene,
Y de la Proſa, y Verſo, el argumento
Las figuras tambien con otras coſas
A la parez ha de el hablar forçoſas.

Toda Lengua es comun a el hombre,
Y ſolo no hablaria, qual dizen el Chaldeo
De todas quantas ay de Polo a Polo
Es illuſtre el Latin, Griego, y Hebreo.
La Griega deſtas tres es el Apolo
Por la dulçura, y ſon, que en ella veo:
Diuideſe en Eolica, y en Attica
Comun, Dorica, y Ionica, ſu Grammatica.

La Latina con quatro ſe diuide,
Preſta, Latina, Myſtica, y Romana,
Deſtas tambien baſtardamente mide,
Su lengua la Eſpañola y Italiana:
Por mi de la Latina no ſe impide
La hermoſura, y grandeza, clara y llana,
Que mueſtro a componer, y apartar dudas
De Conſonantes liquidas, y mudas.

Mueſtro como mejor regir ſe intente
De el Verbo el Nombre y como a el Relatiuo
Conuenga quando al miſmo antecedente,

Y lo

Y lo que es Actiuo, y es Paſſiuo,
Mueſtro el Comun, el Neutro, el Deponente,
El Participio, y el Pronombre eſcriuo
Y otras mil vezes, que os dira mi pluma
Y mi lengua tambien en larga ſumma.

Dom.Ioſeph. de Salas *in ſua illuſtratione ad Poëtic. Ariſtotel. ſect.5. in princ.* ibi: *Ninguna arte ſin palabras puede ſignificar ſus conceptos: pero derechamente aquellas toca la locucion de quien ella es ſugeto propio como de la Grammatica, &c.*

3 Datur ſecundò, incompatibilitas in hac Arte; nam incompoſſibilis eſt prima perſona cum verbo, in Imperatiuo modo: Ita demonſtrat textus in *l.penult. ff.de recept.arbitr.* cum Gloſ.fin. *ſuper verb.Imperare ſibi.* Et reddit rationem, ibi: *Ideò, quia verbum in Imperatiuo modo non habet primam perſonam, &c.*

4 Tertiò, nam iuxta normam, ac propriam Grammaticalem regulam, inter Nominatiuum, & verbum, non compatiuntur, quod alterum ſit in ſingulari, alterum in numero plurali,& quòd vnum in prima, aliud in ſecunda, vel tertia perſona: Gloſ.vnic.*in fin. l.2. ff.de petitione hæredis.*

5 Quartò, non compatitur Nomen ſubſtantiuum cum Adiectiuo,quando alterum differt à genere, numero, vel caſu alterius, cùm prohibitus ſit concurſus eorum, niſi in eodem genere, numero, & caſu; aliter,vnum in plurali, alterum in ſingulari, non facient ſenſum recti ſermonis.

6 Vnde colligitur ratio dubitandi, & decidendi, ad textum in *l.Plautius* 8. *ff.de aur. & arg.leg.* vbi in legato à muliere facto ita fit: *Quiſquis mihi hæres erit, Titia veſtem meam,mundum, ornamentaque muliebria damnas eſto dare:* comprehenditur omnis veſtis, & mundus; non autem omne ornamentum, ſed tantum muliebre; provt explicat Gloſ. in poſitione caſus, dum ita dicit: *Appoſuit enim verbum,* Muliebria,*tantum iuxta ornamenta legata,& non iuxta veſtem & mundum legatum: vnde, (vt dictum eſt) legatum ornamentorum videtur reſtrinxiſſe, & non legatum veſtis, vel mundi: & iſtud accidit etiam, ideo quia illud verbum,* Muliebria, *non poteſt applicari veſti, vel mundo legato,ſalua ratione recti ſermonis,id eſt, Grammatica: Nam non eſſet bona Grammatica: lego Titia, veſtem meam muliebria, vel mundum meum muliebria.*

7 Aduertas etiam ſuper textu in *d.l.Plautius* 8. *ff.de aur. & arg. leg.* quod error in Grammatica, ſeu falſa Latinitas vitiat reſcriptum, non autem vitiat teſtamentum, vel aliud inſtrumentum: Bart. in *d.l.Plautius num.fin.* Bald. in *l.Imperator. ff.de ſtat.homin.* & per eundem textum in *l.in teſtamento,ff.de teſtam.milit. in l.1. C. de lib. præterit.* & Canoniſtæ *ad cap.ad Audientiam* 11. *de reſcript.* Vitalis de Camban. *de clauſulis, clauſ.de errore Notarij, à n.6.* Proſper Farinac. *de falſit. & ſimul. quæſt.157.n.151.& 152. & q 156. num.94. cum ſeqq.* & cum aliis Auguſt.de Barboſa *in Collect ad d.cap.ad audientiam de reſcriptis,* vbi Ant. de Buttrio *num. fin.* hanc reddit rationem; nam ideo error in Grammatica, ſeu falſa Latinitas vitiat reſcripta,& non teſtamenta,& inſtrumenta, quia in teſtamentis, & contractibus non tranſeunt niſi per vnam manum,vnde de facili tranſire poſſunt cum falſa Latinitate,ſed in reſcriptis Papalibus ſecus eſt,quia tranſeunt per plures manus,& non eſt veriſimile,quòd vitium tranſeat ita facile cum mala Latinitate,quæ ſcilicet ab aliquo non deprehendatur: præſumitur ergo, quòd non tranſiuit per Curiam, & ſic tanquam falſum vitiatur. Vnde cum Anton.de Buttrio reſoluitur, quod vbi ceſſat ratio, huius textus decidendi, non vitiet falſa Grammatica in teſtamento, inſtrumento, ſiue ſententia, vel reſcripto, ſed vbi militat eadem ratio decidendi, vitiat.

8 Quod in caſu occurrenti potes opponere ad impediendam viam executiuam contra reſcriptum,maximè, ſi id redarguas, quia præſumptio de falſo ſtat aduerſus reſcriptum, ex deciſione textus *in cap. ad Audientiam* 11. *de reſcriptis.*

9 Quintò, in Grammatica itidem non compatitur, quod vbi non datur nomen poſitiuum,detur comparatiuum: quoniam comparatiuum nomen eſt quod vnum, vel plura quocumque modo ſuperat: Anton. Nebriſ. *de inſtitut.Grammaticæ lib.4. fol.117.* & antea *lib.3. De los nombres poſitiuos y comparatiuos,&c. folio 96.* dum diffinit comparatiuum: ibi: *El comparatiuo es el que leuanta ò vaja la coſa haziendo ſiempre comparacion:* & addens ad poſitiuum: Bart. *in l.legata inutiliter n.2. verſ.Quia natura comparatiui eſt relinquere formam poſitiui in extremo,&c. ff.de l.1.* Decius *conſ.184.n.6.* Surd.*deciſ.65.n.12.*

10 Vnde eſt, quod comparatiuum, licèt addat ad poſitiuum, non tamen excludit qualitatem poſitiui,nec ſuperlatiuam qualitatem vtriuſque: nam comparatiuum relinquit formam poſitiui in ſuo extremo, & ad eam addit, vel minuit, provt declarat Baldus in *l.2.num.9. C.de probat.* ibi: *Dicit Statutum, quod pro inſultu ſine ſanguine imponatur pœna 10. cum ſanguine puniatur arbitrio Iudicis maiori pœna: cum cicatrice puniatur maxima pœna. Ponamus, quod verba iſta ſunt ſtatuti; certè iſta maior, & maxima non poteſt eſſe, niſi pecuniaria, quia comparatiuum non poteſt excludere qualitatem poſitiui, & ſuperlatiuum qualitatem vtriuſque. Eſt autem maxima pœna pecuniaria omnium bonorum ademptio.* A natura enim Comparatiui eſt præſupponere poſitiuum: *l.vbi autem non apparet 75. in princ. ff.de verbor.oblig.* vbi Bartol. & DD. *l.cum filius 76. § pater cum filia, ff.de leg.2.* Albericus in *l.mutuum §.mutui dato.n.6. ff. ſi cert. petatur:* Ancharan.*conſ.215 n.8.* Ioan Andr.*in cap. duobus, de reſcriptis: & in cap cum dilecto in verb. Digniores de electione.* Salicetus *in l.1.ſup. gloſ.verb.Melius, C.de ſent. quæſt. pro eo quod intereſt:* Decius *conſil.184 num.6. & conſ.595.num.30.* Surdus *deciſ.65.n* 8. Fontanella *de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.9. part.4. num.* 131. *&* 132.

11 Ab hinc deſcendit illa ſæpius inculcata, & à noſtris Regnicolis agitata quæſtio, ad intellectum *l.27. Tauri, & l.11.tit.6.lib.5. Recopil.* cùm Patribus concedit facultatem meliorandi in tertia parte bonorum vnum ex filiis, vel deſcendentibus,cum omni vinculo grauamine, ſubſtitutione, vel fideicommiſſo perpetuo, vel temporali; quod voluerint maximè ibi, *Melioraren a alguno de ſus hijos ò deſcendientes.* Verú pater, vel mater, qui vnum tantum filium habebat, facere poſſit hanc meliorationem tertiæ bonorum partis, cum ſubſtitutione aliqua, vel grauamine, ſiue per viam perpetui vinculi Maioratus?

12 Affirmatiuam partem, aſſerentes poſſe parentem facere vnico ſuo filio meliorationem tertiæ partis bonorum cum dicto grauamine vinculi, ſeu Maioratus, defendunt Ioann.Yañez Parlador.*quotidian.lib.1. cap.7.* D.Franciſc.Sarmiento *ſelectarum lib.8. in leg. vnum, §. ſi de Falcidia n.12. ff de leg.2.* Spino *in ſpecul.teſtam. gloſ.18.n 15. & 16.*

13 Sed negatiuam, tanquam veriorem tuentur Palacios Rubios in *d.l.27. Taur.n.13.* Didac Perez ad Seguram *in l.vnum ex familia,§.Sed ſi fundum n.88.ff.de leg.2.* Ant.Gomez *in l.17. Taur.n.19.* Peralta *in l.Titia §.Lucius n.16. ff.de leg.2.* D.Gregor. Lopez *in l.8. tit 4.*

Digitized by Google

tit.4.partit.5. Gloſ.verb. A otro. Bäëza *de non melior. dotis ratione filiabus,cap.9 à n.6.* D.Præſ.Couar.*lib.1. variar.cap.19.num.3.*Bernardus Diaz *reg.213.fallent 4.* D.Ant.de Padilla *in l.cum virum n.2. C.de fideicom.* D Molina *lib.2.cap.11.n.3.* Mariençо in *l.2. gloſ.3 n.3. tit.6.lib.5. Recopil.* Lara *in l. ſi quis à liberis §. parens num.42. & in §.item reſcriptum n.61. ff.de lib. agnoſc.* Aluarado *de coniect.mente defuncti,lib.2.cap.2.in princip num.22.* Burgos de Paz iunior *in quæſtionibus ciuilibus quæſt.1 num.19.* Azeuedo *in l 3 n.13 tit.6. lib.5. Recopil.* Ioan. Gutierrez *de iuram. confirmat. part.1. cap.9 n.15* idem Gutierrez *practicar.lib.2.quæſt 54.n.2.* Mieres *part.1. quæſt.4.n.16.& 17. & quæſt.13 num.10.* Pat Molina *de iuſt.& iure tom.2.diſp 609.n.3.*D.Chriſtophorus de Paz *in l.200.Styli ex n.32.* Humada in *l.2.tit.15.partit.2. gloſ.1.n.2.4.6.& fin.* Morquecho *de diuiſ.bonor.lib.3.cap.5.ex n.7.* Andreas de Angulo *de meliorat.in l.11. gloſ.6.* D.Ioan.à Caſtillo *lib.2.cap.13. per tot. & lib.5.cap.67.n.55. & cap.82.n 43.& cap.121. num.58.* Fontanella *de pact.nupt.tom.1. clauſ.4. gloſ.9. part.4. à n.130. vſque ad num.35.* Hermoſilla *tom.2. in l.8.tit.4. partis.5.gloſ.4.n.10.11.& 12.*

14 Et hæc ſententia, iuxta quam iudicatur,bene probatur, quia verbum *Mejoraren*, habet vim, ac naturam Comparatiui, quod neceſſariò. & ſecundum ſuã propriam ſignificationem , ac naturam præſupponit poſitiuum,& ſic concurſum duorum filiorum,vel deſcendentium, inter quos cadat comparatio , & diſtinctio, ad eligendum, *l.vtrum 9.* ibi : *Si non pauciores, quàm duos præterea in poteſtate habeat, ff.de aſſignand libert.*textus,& Gloſ.*verb.pluresve liberes*,ibi : *Nam in vno non eſt neceſſe :* in *§.datur,Inſt.de aſſignat. liberorum*, ibi, *vni ex Patroni liberis , & l.cum quidam 24. ff.de leg.2.*

15 Quapropter ſit firma concluſio ſecundum hanc veriorem ac magis communem opinionem , quod parentes non valeant meliorare filium vnicum in Tertia parte bonorum , & eum grauare , atque Maioratum inſtituere, de facultate ordinaria parentibus conceſſa in *d. l.27. Tauri.*

16 Ampliatur primò, hæc concluſio , licèt tempore, quo facta fuit melioratio , eſſent duo , pluresve filij, aut nepotes ex filiis ; tempore autem , quo pater aut mater deceſſit , vnicus tantum filius ſuperſit , tunc etiam melioratio non tenet , & conſequenter fideicommiſſum perpetuum , ſiue aliud grauamen ab ea reiici valet.

17 Quia diſpoſitio talis antequam plenum effectum ſortita fuiſſet, ad eum caſum deueniet, à quo incipere non potuit, ob quod ſuſtineri non debet: *l. pluribus 140. §. & ſi placeat, ff.de verb oblig.* & ante mortem patris non ſortita fuit effectum , quia legitima debet regulari ſecundum tempus mortis : quibus, & aliis comprobant rationibus, Lara de Cordoua in *l ſi quis à liberis, §.item reſcriptum à num.61 ff de liber. agnoſc* Angulo *d.l.11. gloſ.6.n.7.* D Ioann. à Caſtillo *lib.2. d.cap.13. à n.44. vſque ad fin.* Hermoſilla in *d. l.8. tit.4. partit.5. gloſ.4.n.15.*

18 Ampliatur ſecundò , etiamſi melioratio facta fuerit per donationem inter viuos,ſiue in alio quocumque contractu irreuocabili, tempore, quo alij eſſent filij præter melioratum,ſed tempore mortis parentis nulli extent filij præter melioratum, qui ſolus ſuperſit : nam cum tempore mortis patris reperiatur vnicus, reperitur etiam grauatus in legitima , quæ non poteſt conſiderari , nec ſuum effectum reuocabilem ſortiri ante mortem patris, cum ſecundum id tempus debeat regulari : *l.cum quæritur, C.de teſtament. l.23. Tauri*, & ante illud tempus non poſſit dici legitima, *l.1. §.impuberi, ff.de collat. bonorum*, per quæ, & alia iura ita tenet Angulo *de meliorat. dict. leg.11. gloſ.6. num.7.*

Ampliatur tertiò,quamuis per pactum dotale conuenerint parentes , quòd filius maior naſciturus haberet Tertium vinculatum, & nonniſi vnicus naſcatur filius : nam is , niſi alio nato , non tenetur ſtare pacto parentum facto in Capitulationibus matrimonialibus , neque conſentire grauamini ſibi impoſito in Tertio, quod eſt ipſius legitima , inſpecto tempore ſucceſſionis , licèt natus non eſſet quando vinculum ſeu grauamen appoſitum fuit ; ita reſoluit Andr. de Angulo *de meliorat. d.l.11. gloſ 6. num fin.* 19

Ampliatur quartò , etiam cum Regia facultate , quando pater vnicum tantum filium habens , impetrauit eam ad inſtituendum Maioratum , non facta mentione, quòd vnum tantum filium habebat : Mieres *part.1. q.13. n.10. & 11.* & contra D.Perez de Lara *de Anniuerſ.lib.1. cap.4. à n.62 vſque ad 67.* hanc ſententiam, vt veriorem, defendunt D.Ioan.à Caſtil. *lib.5.cap.121 num.58. à verſ.2. Conſtituo* , & Additionatores ad D.Molin. *d.lib.2. cap.11.ſuper num.11. vſque ad 17.* 20

Limitatur primò,ſi ex Regia facultate, facta mentione quod vnicum habebat pater filium , conſtituatur Maioratus in ipſo filio vnico ; quia tunc valet inſtitutio, etiamſi tantum de Tertia parte bonorum facta ſit : D.Molina *lib.1.cap.11.n.2.& 10.* Pater Molina *de iuſt.& iur. tom.2.diſput 609 n.5.* Mieres *part.1.q.13. à num 3* D.Ioan.à Caſtil.*lib.5.cap 82 n.43.verſ.Sequitur,& cap.121.n.58.* Addition.ad D.Molin.*lib.2.cap.7. num.34.* 21

Limitatur ſecundò, ſi facta ſit filio vnico melioratio de Tertia parte bonorum per viam Maioratus,& poſtea viuo patre meliorante, alij filij,vel nepotes,ei naſcantur : quia cùm ceſſauerit cauſa impediens, & ſuperuenerit cauſa confirmans,non reuocatur melioratio facta filio vnico, imò potius aliorum natiuitate confirmabitur : D.Ioan.à Caſtil. *lib.2. dict. cap.13. à num 36. vſque ad n.43.* per text. *in l. ſi rem alienam, §. fin. ff.de pignor. act.* & doctrinam Dini *in cap. non firmantur num.10. ff.de reg. iur.* 22

Limitatur tertiò , Quando parens melioranſ , & Maioratum inſtituens ex tertio bonorum , licèt filium vnicum habeat , attamen ex eo etiam vnicus ei naſcitur nepos. tenet melioratio, & Maioratus inſtitutus in quolibet eorum. Scilicet filij vnici , vel nepotis : Quia cum extent duæ perſonæ,capaces dictæ meliorationis, iam datur perſona, cuius reſpectu altera præferatur, & cui detur, aut qui adimi poſſit.cuius reſpectu altera,tanquam honorata poſſit grauari: *l.ab eo, C.de fideicom.* quibus, & aliis rationibus probant hanc limitationem D. Couarr. *lib.1. var. cap 19. num.4 verſ.obiter tamen :* D.Molina *lib.2 d.cap.11.n.5.* Meneſſius de Padilla in *l. vnum ex familia §. ſi duos num.5.ff.de leg.1.* Mieres *in part.1.quæſt.21.num penult.* Angulo *de meliorat. in d.l.11. gloſ.6.n.3.* Pat. Molina *de iuſt.& iur.tract.2 diſput.609.n.2.liter.D.* Additionatores ad D.Molinam *lib.2.d.cap.11.n.5.* Hermoſilla *in l.8.tit 4. partit.5. gloſ.4.n.14.* 23

Quidquid in contrarium defendant Ant Gomez in *l.17 Taur. n.19. & in l.18. Taur. num. fin* Tellus Fernandez *in l.28. Tauri* , qui admittunt hanc limitationem in caſu, quo ſuperſint plures nepotes,& deſcendentes, & non aliter : ſed nihilominus noſtra limitatio ſecurè procedit , quia ſat eſt concurrere duas perſonas filium, & nepotem vnicum. 24

Limitatur quartò,ſi filius vnicus conſentiat in tali melioratione, cum grauamine vinculi ſeu Maioratus: Angulo *de meliorat. in l.11 gloſ.6 num.9.* D. Molina *lib.2.cap.3.n.7.* vbi Additionatores *verſ.Ampliatur 2.* 25

in

in filio vnico, reſpectu Tertij bonorum, &c. ex Gloſ. *verb. iudicium, in l.Si quando, §. & generaliter, Cod. de inof. teſt.*

26 Limitatur quintò, etiamſi conſenſus filij vnici non ſit expreſſus, ſed tacitus, quando per totum tempus vitæ ſuæ tacuit, & filius eius primogenitus, qui ſucceſſit in Tertio vinculato, poſſedit iure primogenituræ ſpatio triginta annorum: tenet Angulo in *dict. leg.*11. *gloſ* 6. *num* 9. ex Gloſſ. *in leg. licet, Codice de iur. deliber.* cum Roderico Suarez *in leg. quoniam in prioribus: Ampliat.*10. *num.*24. & D.Molina *lib.*2 *cap.*11.*n.*7.

27 Quod intelligas, quando vltra Tertium bonorum aliquid aliud non relinquitur à patre in compenſationem grauaminis: tunc enim neceſſe eſt, quod ſaltem tacitus filij conſenſus ſuperueniat, veluti ſi filius vnicus taceat per totum vitæ ſuæ curriculum, nec poſtea filius eius per tempus triginta annorum conqueratur.

Sed ſi vltra Tertium aliquid à patre relictum ſit 28 filio (puta), Quintum in compenſationem grauaminis, tunc ſufficit tacitus conſenſus per quemcumque actum approbatiuum: Additionatores ad D.Molinam *lib.*2. *cap.*3. *num.*7. *verſ. Prima concluſio: & verſ. Secunda concluſio, &c.* cum Mictes *part.*1. *quæſt.*55. *num.*3. Valdeſio *in Additione ad Roderic. Suarez, in leg. Quoniam in prioribus Ampliatione* 10. *num.*48. D. Garcia de Maſtrillo *deciſ.*181. *à num.*8. & Marco Anton. Amato *deciſione Ferrarienſi* 46. *num.*5. Menochius *conſil.*196. *num.*11. Vincentius Fuſar. *quæſt* 296. *num.*83. & 70. Et ita ſoluitur vltimum Caput huius primæ Partis: Vtinam bonum finem ad vitam æternam Dominus nobis ex ſua benignitate concedat.

PARS SECVNDA.

DE INCOMPATIBILITATE IN IVRE NATVRALI.

CAPVT I.

De Incompatibilitate in genere circa ius naturale.

SVMMARIVM.

1 *Incompatibilitas, ſeu antipathia in rebus, quæ à iure naturali emanant, conſideratur, multiſque authoritatibus, & exemplis oſtenditur, & num.*2. *&* 3.

4 *Incompatibilitatem dari in iure naturali, Iuriſconſultus oſtendit in* lege Hæc verba 124. ff. de verb. ſignif.

5 Leg. hæc verba, Digeſtis de verborum ſignificatione, *tanquam ſedes materia incompatibilitatis de iure naturali interpretatur, &* Geneſ. cap.1.

6 *Teſtis, qui dixit aliquid factum fuiſſe de nocte, quia in diluculo; & alter teſtis factum fuiſſe de die, an ſint contrarij.*

7 *Dies an incipiat à ſolis ortu vſque ad occaſum, & nox à receſſu ſolis vſque ad ortum, tres opiniones referuntur, & n.*8. *&* 9.

10 *Teſtes erunt contrarij, ſi vnus dixit factum fuiſſe de nocte quod factum fuit diluculo ante ſolis ortum, vel ſerò poſt ſolis occaſum, alter dixerit quod factum fuit de die.*

11 *Medium non datur inter diem, & noctem; lucem, & tenebras.*

12 *Teſtis conuictus fuit de falſo ex eo quod dixit quod viderat, & cognouerat ex Lunæ luce, & reuera tunc Luna non lucebat, nec lucere potuerat, tunc temporis.*

13 *Alium caſum in factis contingentia refert Raphael Fulgoſius.*

14 Lex optimam, §. final. Codice de contrahend. & committ. ſtipul. *& leges Partita et concordantes loquuntur de Incompatibilitate de iure naturali.*

15 *Homo vnus, cùm ſit indiuiduus, naturaliter non valet ſimul, atque eodem tempore circumſcriptiuè reſidere in duobus diſtinctis locis.*

16 *Homo vnus an poſſit ex poteſtate Dei abſoluta & miraculosè in duobus reſidere locis ſimul vno eodemque tempore.*

Partem negatiuam defendit Diuus Thomas, & alij, quorum argumenta atque fundamenta referuntur, à numero 17. *vſque ad num.*21. *&* 22.

23 *Homo vnus quod poſſit de poteſtate Dei abſoluta, & miraculose vno eodémque tempore reſidere circumſcriptiue in duobus locis, eſt verior opinio, quam defendunt Scotus, & alij.*

*Et comprobatur validiſſimis argumentis, à num.*24. *vſque ad num.*33.

34 *Diuus Ambroſius, & alij Sancti, in eodem inſtanti temporis in duobus locis magno interuallo diſtantibus apparuerunt miraculosè.*

35 *Sanctus Antonius de Padua in duobus diſtinctis locis vno eodémque tempore miraculose apparuit verè, & corporaliter, & numero* 36.

37 *D.Thoma argumenta referuntur, & ad quodlibet*

eorum reſpondetur, num.37. vſque ad numerum 46.

47 *Probatio negatiua quando coarctatur loco, & tempore, eſt vſitata defenſio Reorum, quæ prouenit ex incompatibilitate de iure naturali, quia vnus homo non poteſt adeſſe vno, eodemque tempore in diuerſis locis.*

48 *Probatio negatiua coarctata loco, & tempore, debet concludere naturaliter.*

49 *Probatio negatiua coarctata loco, & tempore, debet probari per teſtes idoneos præditos naturali veritate, & ſinceritate.*

50 *In probatione negatiua requiritur quod non largè, ſed ſtrictè ſit coarctata loco, & reſtricta ad tempus non breue.*

51 *Probatio negatiua coarctata loco & tempore debet probari per teſtes, qui remoueant actum à ſenſu, non autem ſenſum ab actu.*

52 *In probatione negatiua coarctata loco, & tempore requiritur, quod teſtes reddant naturalem rationem commemorando aliquid notabile: ex quo reddant ſuam depoſitionem veroſimilem, & abſque ſuſpicione.*

53 *Negatiua coarctata loco, & tempore, quo modo probari debeat per articulos, ad interrogandos teſtes, refertur ad praxim, & num.54. 57. & 58.*

55 *Aduocatus prudens ad probationem Negatiuæ coarctatæ loco & tempore, curet ſi poſſibile eſt articulare aliquod notabile, vel qualitatem, ſeu factum, ſiue ſignum, quod in illa die, vel hora acciderit, cuius teſtis recordetur, vt ei poſſit adhiberi fides, maximè quando interuenit temporis interuallum.*

56 *Tempus facilè labitur de memoria hominis.*

59 *Maioratus duo, habentes conditionem reſidendi in locis diſtinctis & ſeparatis, an ſint incompatibiles.*

60 *Homo vnus, cùm ſit quantitas & ſubſtantia indiuidua, non valet eodem tempore in diuerſis ciuitatibus, ſiue locis reſidere.*

61 L. Titio centum 70. §. Titio centum, el ſegundo, ff. de conditionib. & demonſtr. *explicatur.*

62 *Maioratus duo, quorum alter habeat conditionem reſidendi in alia ciuitate, vel loco ſeparato, ſunt incompatibiles de iure naturali.*

63 *Maioratus duo, habentes conditionem, & præceptum reſidendi in diuerſis locis, ſunt incompatibiles, licet inſtitutor iuſſerit quod ſucceſſor reſideat dimidium anni in vno loco, & dimidium in altero.*

64 *Habitare continuò dicitur, & ſi per aliquos dies poſſeſſor Maioratus diuertat; quia moraliter hoc eſt intelligendum.*

65 *Textus in* capit. 2. de Sepulturis, in 6. *interpretatur, & datur intelligi, & numero 66. & 67.*

68 *Maioratus duo, conditionem reſidendi habentes in diuerſis locis, ſunt incompatibiles naturaliter ratione loci, licet ſucceſſor eſſet fœmina iam nupta cum viro habente domicilium extra vtrumque locum.*

69 *Maioratus duo, quorum alter habeat conditionem reſidendi in diuerſo loco, ſunt incompatibiles ex iure naturali, licet ſucceſſor ſit abſens ex cauſa Reipublicæ.*

70 *Abſens cauſâ Reipublicæ per fictionem habetur pro præſente.*

71 *Maioratus duo requirentes reſidentiam in locis diſtinctis, non erunt incompatibiles, ſi vnus non poſſit habitari ex cauſis iuſtis quæ ſuperueniant, quæ referuntur, & n.72.*

73 *Maioratus duo, quorum alter requirat reſidentiam in loco diſtincto, ac ſeparato, non erunt incompatibiles, quando conditio in vno eorum appoſita ſit contra ordinem præſcriptum à* l.27. Tauri.

74 *Maioratus duo, quorum vnus conditionem habeat reſidendi in certo loco diſtincto, & ſeparato, non erunt incompatibiles, ſi Princeps per ſuam Regiam facultatem diſpenſet ex iuſta, & publica cauſa.*

ARGVMENTVM.

Agitur in genere de Incompatibilitate, quæ ex iure naturali promanat.

Ad idque adducitur textus in *leg. Hæc verba 124. ff. de verb. ſignificat.*

Et poſt eius interpretationem, adducitur etiam textus in *leg. optimam 14. §. final. ff. de contrahend. & comm. ſtipulat.* Ex quo deducitur quod naturaliter homo vnus non poteſt ſimul, eodemque tempore circumſcriptiuè reſidere in duobus diſtinctis locis: Vnde, occaſione data diſcutitur illa perdifficilis quæſtio, an hoc fieri valeat ſupernaturaliter miraculosè de potentia Dei abſoluta? Et reſoluitur, quod ſolum procedat de modo naturali, ſeu de potentia ordinaria, attento ordine naturæ debito.

Et inde hîc tractatur de Negatiuæ coarctatæ probatione, (vulgò *Coartada*) vbi aliqua conducentia ad praxim traduntur.

Tum demùm ad noſtrum inſtitutum deuenientes, congredimur ad quæſtionem illam de Incompatibilitate, quæ prouenit ex conditione reſidendi, ſeu habitandi in aliqua Prouincia, Curia, vel Ciuitate, vel alio terminato loco, quando concurrunt duo Maioratus, quorum quilibet requirat reſidentiam in ſuo diſtincto, ac circumſcriptibili loco, & vnus ſit ſucceſſor, qui ſecundum naturam in vtroque ſimul reſidere non poſſit; verùm in eo caſu talis conditio faciat Maioratus apud eundem ſucceſſorem taliter incompatibiles iure naturæ, quòd eligere teneatur vnum eorum, & alius ad alium tranſire debeat? Et reſoluitur cum ſuis ampliationibus, & limitationibus.

INCOMPATIBILITATEM, ſiue (vt magis 1
propriè loquar) antipathiam rerum earum, quæ ex iure naturali emanant, mirificè quidem oſtendit

oſtendit Ouidius *lib.1. Metamorphoſeon, in principio*, dum ita dixit:

Sic erat inſtabilis tellus, innabilis vnda,
Lucis egens aër, nulli ſua forma manebat,
Obſtabatque aliis aliud, quia corpore in vno
Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus, &c.

2 Apud Ariſtotelem verò *lib.2. Politiæ. cap.9. & lib.5. Phyſicorum à cap.2. cum quatuor ſequentibus*, reperiuntur etiam aliqua de his, quæ non compatiuntur, quia lege naturali contrariantur: veluti generatio cui repugnat corruptio; accretio, cui refragatur decretio; ſanitas, cui aduerſatur infirmitas; motus, cui obſtat quies; & etiam motus, cui alius contrarius obtrectat; & omne illud, quod per aliud ceſſare vel impediri ſuaptè natura neceſſe eſt, quia naturaliter in contrarium pergit.

3 Vnde eſt Hiſpanum illud prouerbium, quod refert Alphonſus Sanchez de la Valleſta *in ſuo Dictionario, de vocablos Caſtellanos litera L.* Cui addit illud Adagium:

Vnicum arbuſtum haud alit duos Erithacos.

Et in *litera Q.* vbi affert ſermone Hiſpanico: *Que reis que ſe compadezcan dos contrarios en vn ſubjecto?* Et in Adagio Latino:

Aquam igni miſcere.

4 Attamen ſi ad iuris profeſſores recurramus, de incompatibilitate proueniente à natura, inter alios præcipuè agit text. in *leg. Hac verba* 124. *ff. de verb. ſignific.* vbi Proculus *lib.2. Epiſtolar.* ita dixit: *Diſiunctiuum eſt, veluti cum ita dicimus: aut dies, aut nox; quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum: Item ſublato altero, poni alterum.* Et inferiùs, *veluti cum dicimus: aut ſedet, aut ambulat: nam vt nemo poteſt vtrumque ſimul facere, &c.* vbi etiam Gloſ. *verb. ambulet.*

5 Sed ad hunc textum, qui reputari debet tanquam principalis, ad ſedem materiæ huius incompatibilitatis de iure naturali prouenientis, ingens difficultas eſt, vtrum detur medium inter diem, & noctem; & an ex eo conueniri poſſint, & ſimul eſſe veri duo teſtes, quorum vnus dixerit quod erat de nocte, alter vero quod erat de die? Quod ex vna parte videbatur impoſſibile, cùm dies, & nox non compatiantur, imò verè ſint incompatibiles, ex hoc textu in *dict. leg. Hac verba*, ibi: *Aut dies, aut nox; quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum:* ſicut lux & tenebræ quæ oppoſitæ, & diuiſæ ſunt, Geneſ. *capit.1.* ibi: *Diuiſit lucem à tenebris.*

6 Et ex altera parte dicendum videbatur poſſibile eſſe, ſi vnus teſtis intellexit id fieri de nocte, quod factum fuit diluculo ante Solis ortum, vel ſerò poſt Solis occaſum: & alius teſtis id fieri de die; quod factum fuit in crepuſculo ante Solis aduentum ſuper terram, vel crepuſculo poſt Solis receſſum: & hoc modo componendi & conciliandi ſunt ex textu *in cap cum tu, de teſtibus*, cum ſimilibus.

7 Sed reſolutio huius difficultatis pendet ex alia, vtrum dies incipiat à ſolis ortu vſque ad occaſum, & nox à receſſu vſque ad acceſſum ſolis ſuper terram? Vna opinio fuit, quod dies erit dum Sol ſit ſuper terram ab eius ortu vſque ad occaſum; & huius opinionis dux fuit Bartol. in *l. aut facta §. tempus, ff. de pœn. & in l.2. §. hoc Senatus; ff. ad Senatuſconſult. Syllan.* per text. in *dict. leg. Hac verba*, 124. & pro ſua opinione facit etiam textus in *leg.1.* ibi: *Reuertente die ad primum Solis ortum, Cod. de cuſtod. reorum: & in cap. ſi perfodiens, de homicid.* Cœpola in *leg.2. §. final. Digeſtis de verbor. ſignific.* Andreas Alciat. in *dict. leg. Hac verba, verb. aut dies*, ibi: *Hinc argumento colligitur, quotiens diei fit mentio ad differentiam noctis, de naturali intelligi, non de ciuili; eſt autem naturalis ab ortu vſque ad occaſum ſolis, vt Cenſorinus erudit: quapropter poſt occaſum, tametſi lux aliqua adſit, nox dicitur; ſicut & ante ortum albeſcente Cælo, &c.* Et ibidem Paul. Caſtrenſis, *num.3.* Angelus in *leg. more Romano, ff. de feriis.* Bald. *in cap. 1. de treuga, & pac. & in prima conſtitutione Codicis, §. cordi.* Imola, & Alexand. in *leg. Titius §.1. ff. de liber. & poſthum.* Ioann. de Anania *in capit. ſi perfodiens de homicid.* Chaſſaneus *in conſuetudin Burgund. rubric. 1. §. 8. quand le ſigne, num.12.* Ludouicus Bologninus *conſil.37. num.13.* Franciſcus Burſatus *conſil. 319. num.6. lib.3.* Anton. Natta *conſil 469. à num.1.* & alios refert Polydorus Ripa *in tractat. de nocturno tempore, cap.3. à num.32. vſque ad 35.* Stephan. Gratian. *tom.5. cap.971. num.17.*

Altera opinio fuit, quod dies incipiat à prima, vſque ad vltimam claritatem, ſeu lucem Solis: nox verò à tenebris primis vſque ad vltimas noctis. Et quod dies dicatur quando adhuc durat claritas, licet Sol non ſit ſuper terram; & è contrario quando non adeſt claritudo, ſed tenebræ, dicatur nox; cuius opinionis Author eſt Angelus in *leg.1. Cod. de Cuſtod. reor.* argumento *leg. Titius 25. §. Lucius Titius, ff de liber. & poſthum. cap. ſi perfodiens de homicid.* Bald. *in leg.2. ad finem, verb. aliud eſt delinquere de nocte, &c. Cod. quibus res iudic non noc. & in l.1. in princip. Cod. de emend. Codicis Iuſtiniani.* Idem Bald. & Fulgoſ. *in leg. more Romano, ff. de feriis.* Lucas de Peña in *leg. qui agros, Cod. de omni agro deſerto, lib.11.* Abb. *in cap.3. num.2. de homicid.* Iaſon *conſil.50. num.1. lib 3.* Decius *conſil.354. num 4.* Albertus Brunus *de ſtatutis part.2. quæſt. 69.* Iulius Clarus *in §. final. quæſt.82. verb. Statutum, el nuene, num 4.* Natta *conſil. 469. num. 7. 15. & 16.* Bertazola *conſil 378. numer.8. lib.2.* & cum aliis Polydorus Ripa *de nocturno tempore cap.3. à numero 49.* Stephanum Gratian. *tom. 5. capit. 972. numero 16. 18. & 19.* 8

Tertia opinio fuit aliorum aſſerentium dari medium inter diem & noctem, ita vt crepuſculum ſerum poſt occaſum Solis, & diluculum ante Solis ortum, non ſit pars diei, nec pars noctis: Alexand. *in leg. Titius, §. Lucius num. 9. ff. de lib. & poſthum.* Abb. *in dict. cap. ſi perfodiens num.2. de homicid.* quos refert Polydor. Ripa *dict. cap.3. num. 43. & 45.* Alias refert opiniones idem in *dict. cap.3. à num.32. vſque ad num.51.* vtiles maximè ad materiam Statutorum, legum pœnalium, & depoſitionum teſtium: ac reſoluit tandem Polydorus *n.52. vſque ad finem*, quod crepuſculum ex natura rei; ſemper diei adſcribendum ſit, & quod prima hora noctis, in qua non ſit claritas, computetur in tempore nocturno, & quod non debet dari medium inter lucem, & tenebras, ſicuti non datur inter vitam, & mortem, idemque tenet Stephanus Gratian. *tom.5. dict. capit. 972. numero 16. 18. & 20.* 9

Ex quibus infero, quod erunt contrarij teſtes, ſi vnus deponat, quod fuit *de nocte*, alter quod erat *de die*; nam idem eſt ac ſi vnus affirmaret quod adeſſet lux Solis, alius quodnam adeſſet, ſed 10

Digitized by Google

tenebræ noctis : & quia in dubio facile eis fuiſſet dicere, quod erat diluculo, aut ſerò poſt occaſum Solis, vulgò, *a el amanecer*, *è a el anochecer*, ſiue, *entre dos luzes* : ſed cum affirmatiuè ſimpliciter vnus dicat *de nocte*, alter *de die*, ſi de eodem tempore loquantur, aut intelligi debeant propriè & naturaliter, ſibi inuicem contradicunt., cum dies & nox ſint incompatibilia, ſeu contraria, non *poſitiue* admittentes mixturam, ſicuti admittunt album & nigrum, dulce & amarum, calidum & frigidum, ex quibus fit mixtum & medium; ſed contraria *priuatiuè*, prout lux & tenebræ, inter quas non datur medium, neque aliqua mixtura, quia contraria priuatiuè non eam admittit; cùm priuatio formaliter ſit nihil, & excludat qualemcumque habitum contrarium : Anton.Natta *d. conſil.*469.*n.*11. *&* 13. Marc.Anton.Eugenius *conſil.*63. *num.*15. *&* 16. Chaſſaneus, & alij. quos allegat Polydorus Ripa *de nocturno tempore dict. cap.*3. *a num.*54. *vſque ad n* 60.

21 Ideò reſoluitur propoſitum dubium ex ipſomet textu in *dict. leg hæc verba* 124. *ff.de verb.ſignif.* ibi : *Aut dies, aut nox; quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum l.*3. *§.Lucius, ff.de liber. & poſthum.* per quæ iura & in eorum interpretationem Natta *vbi proximè*. Chaſſaneus *ad conſuet.Burgundiæ, verb.Ieur*, §.18.*num.*12 Burſatus *conſil.*319.*num.*5. *lib* 3. Polydorus Ripa *vbi ſuprà*, aſſerunt, quod non datur medium inter diem & noctem, lucem & tenebras : & quod illa diſiunctiua : *aut dies, aut nox*; vera eſt, cum extrema ſe contingant abſque medio, & ſine vlla mixtura; & quod ad id non procedit argumentum de Hermaphrodito, cui adſcribitur ſexus, qui in eo præualet, *leg.quæritur*, *ff. de ſtat. hom.* quia in Hermaphrodito vterque ſexus eſt in eſſe poſitiuo; crepuſculum autem dum participat de die eſt in eſſe poſitiuo; dum de nocte, eſt in eſſe priuatiuo.

22 Iuſtè igitur ex his naturaliter conuictus fuit quidam teſtis, qui in proceſſu contra reum accuſatum de crimine falſæ monetæ depoſuerat, eum intempeſta nocte, cum Cymbala ſonarent, vulgò *tocando à Maytines*, vidiſſe reum cudentem falſam monetam. ſubitoque confugientem, quem verè cognouerat, Lunæ magna claritate. Ex virtute huius depoſitionis, & aliis leuibus indiciis, Prætor, ſua ſententia prædictum reum ad torturam condemnauit : ſed ad interponendam ab hac ſententia appellationem conſulti fuerunt duo eruditiſſimi Aduocati huius Regiæ Cancellariæ Granatenſis cum inſtructione partis ad allegandum, quòd teſtis erat inimicus capitalis, attamen quod cauſas inimicitiæ, licèt graues, probare minimè poſſet, quamobrem de eorum conſilio fuit quod neutiquam prouocaret, quia ſententia confirmanda erat, aut in deterius alteranda : ſed reo ſemper reclamante, eius procurator ad me deuenit cum proceſſu, quem iterum, atque iterum reuolui, tandemque mihi grauiſſima rei difficultate oppreſſo & hærenti occurrit in mentem examinare ſtatum, quem Luna habebat illa nocte, & inueni, quod tunc Luna erat ſub terra, & quod illâ horâ, nec quatuor poſterioribus lucere poterat ſuper noſtro Orizonte, & in teſtem produci feci Pronoſticum illius anni, & petij, quod iuxta ſcientiæ Aſtrologicæ regulas declararet illud in Iudicio, prout peritiſſimus Doctor Valle declarauit quot gradibus in illa hora Luna eſſet ſub terra : & hoc modo teſtis naturaliter fuit conuictus, & reuocatâ ſententiâ, reus
23 ab obſeruatione iudicij abſolutus : & ſic obtinui iuxta doctrinam Odoffredi, quem refert Raphaël Fulgoſ. *in l.Arethuſa*, *ff. de ſtat. hom. num.*3. *&* 4. ibi : *Et per hoc nota argumentum à natura validum eſſe : & per hoc dicit Odoffredus ſe liberaſſe accuſatum, cum namque teſtes deponerent ſe vidiſſe accuſatum occidentem talem : Interrogati, quo tempore? dixerunt, de nocte; deinde interrogati, an haberent candelam? dixerunt, quod non : cum fortè conſtaret Lunam non lucere eo tempore, & tempus eſſet nebuloſum; excluſit per locum à naturâ teſtes falſos, & accuſatum liberauit.*

Hactenus de textu *in dict. leg.Hæc verba*. At prætetea comprobatur hæc incompatibilitas, quæ deſcendit ex iure naturali ex textu etiam in *l. optimam* 14. *§.fin. Cod. de contrah. & commit.ſtipul.* cui conuenit *§.item verborum in fin. Inſtit. de inutil. cap. ex tenore* 35. *de teſtib. l.*117. *titul.*18. *partit.*3. *l* 32. *titul.*11. *partit.*5. vbi deciditur, incompatibiles eſſe nec fidem facere duas ſcripturas, ſi non dicit ſtipulatorem, ſeu promiſſorem fuiſſe Bononiæ, alia Romæ eadem die; vel ſi idem à teſtibus deponeretur : *dict. l.*117. ibi : *Dixeſſe que no deue valer ni ſer creida contra el, porque el queria prouar que en todo aquel dia que dezia la carta en que hizo el pleyto era tan lueñe de aquel lugar do dizen que fue hecha la carta, que hombre del mundo per ninguna manera eſſe dia no podria llegar en aquel lugar do dizen que fue hecha la carta, &c.* & *l.*32. ibi : *Pero ſi eſte pudieſſe prouar per tres, ò quatro teſtigos buenos ò leales, è verdaderos que aquel dia que dize la carta que hiZe la promiſion era tan lueñe de aquel lugar, en que diZe otroſi que fue hecha que ſe no podria y acertar a hazerla en ninguna manera deuele ſer caúdo.* 14

15 Ratio enimverò decidendi horum iurium ea eſt, quia ex iure naturæ homo vnus cum indiuiduus ſit, non valet ſimul, atque eodem tempore circumſcriptiuè reſidere in duobus diſtinctis locis : naturaliter enim non poteſt eſſe in vno loco, niſi cum deperditione prioris loci vbi erat, & ſic occupationi vnius, atque alterius *Vbi*, ſimul & eodem tempore, natura reſiſtit : ideò illud incompatibile dixit Bald. in *d.l.optimam n.*12.

16 Sed an hoc procedat non ſolum de potentia ordinaria, ſeu de modo naturali, ſed etiam de modo ſupernaturali. & miraculoſo, ſeu quod dicitur de potentia Dei abſoluta, quæ non attendit ordinem debitum naturæ? Eſt maxima inter Doctores, ac grauiſſima difficultas.

17 Negatiuam ſententiam tuentur, atque defendunt Diuus Thomas in 4 *diſtinct.*10. *quæſt.*2. *art.*5. *ad* 5. 6. *&* 7. *& diſtinct.*44. *quæſt.*2.*artic.*1.*& part.*3.*quæſt.*76. *art.*1. *in corpore : & quodlibete* 3. Ferrara *in* 4.*contra gentes, cap.*68. Goſredus, & Herbeus *quodlibete* 11. Capreolus, Durandus, Paludanus, & alij plures quos refert, & ſequitur Vaſquez *tom.*3.*in tertiam partem, diſput.*189.

18 Fundamentum huius ſententiæ ita eſt : De ratione loci circumſcriptiui eſt, quod vndequaque circumſcribat, & adæquet corpus locatum; ergo eſt contradictio manifeſta, quod vnum corpus adæquatè totaliter ab vno loco circumſcribatur, & ſimul ab alio poſſit conſcribi; aliàs iam non circumſcriberetur corpus totaliter ab iſto, ſiquidem ab alio conſcribitur.

19 Secundum fundamentum ſic ſe habet. Ad hoc vt corpus eſſet in duplici loco, eſſet neceſſarium, ſi hoc foret poſſibile; quod quantitas multiplicaretur, nam quantitas eſt ratio formalis eſſendi in loco : atqui non multiplicaretur quantitas in illo caſu, quia iam eſſet idem corpus quantum : ergo repugnat, quod idem corpus quantum poſſit eſſe adæquatè conſcriptum in duplici circumſcriptiuè loco.

Pro

20 Pro tertio fundamento aggregant pluta inconuenientia : Primum eſt, ſequi ex affirmatiua ſententia, quod ſi idem corpus poſſet eſſe in duplici loco adæquato, eſſet idem vtrobique diuiſum à ſeipſo, ſiquidem à ſeipſo localiter diſtaret, quod eſt abſurdum,& repugnat : ergo & illud, ex quo ſequitur. Patet ſequela prima ; quia nulla res poteſt diſtare à ſeipſa.

21 Secundum inconueniens eſt, Quod naturaliter moueretur in illo duplici loco, quod ex ſuppoſitis repugnat : nam ſi non poteſt eſſe naturaliter in duplici
22 loco ; ergo nec moueri naturaliter in vtroque. Alia inconuenientia de diuerſitate paſſionum,& actionũ, adduci ſolent à pluribus : vt ſi in vno eſſet flens, & in alio ridens ; in vno loco albus, in alio niger ; in vno ſedens, in alio ſtans.

23 Affirmatiuam verò, ac mihi veriorem ſententiam validiſſimè defendunt ſubtiliſſimus Ioan.Duns, Scotus, pluribus in locis præcipuè in 4.*diſtinct*.10. ad longum, *quæſt*.2 in qua nihil in hac parte deſiderandum relinquit, teſte communi conſenſu. Scotum ſequuntur omnes eius Scholæ, & Alexand. Aleuſis, Occamus, Gabriel Marſilius, Aureolus, quos refert, & ſequitur Suarez *tom*.3. *in tertiam partem diſputat*. 78. *ſect* 4. *& tom* 2. *ſuæ Metaphyſicæ diſput*.44. *ſect*. 4. vbi affirmat ſententiam hanc eſſe valde conſonam principiis fidei ; & ante eum Cardinalis Bellarminus *lib*.3. *de Euchariſtia, cap*.3. *&* 4. Conimbricenſes *libro* 4. *Phyſicorum cap* 5. *quæſt*.5. *art*.2. Gregorius Valençuela *diſput*.6.*quæſt*.2.*punct*.1. Rubius *quæſt* 7.*Phyſicorum*. Pat.Hurtado *diſput*.14.*ſect*.5. Pat.Gaſpat de la Fuente *in* 4.*Phyſicorum quæſt*.1 *difficultat*.5. Anton. Hyqueus *ſuper* 4.*ſententiarum Scoti*, *diſt*.10.*quæſt*.2. Et ex noſtris Baldus in *d. l.optimam* 14. *num*.6. *C.de contr. & comm.ſtipul.*

24 Probant in primis, quia hoc non repugnat ex ſe, ergo poteſt diuinâ potentiâ patrari.

25 Antecedens probatur hac paritate:Non repugnat, imò de facto Fides agnoſcit corpus Chriſti Domini eſſe in duplici loco adæquato, dum tamen alter ſit circumſcriptiuus in cœlo, & ſacramentalis alter in Euchariſtia ; ergo ſimiliter non repognabit in noſtra quæſtione.

26 Patet conſequentia, quia ſi repugnaret, eſſet, quia eſt corpus finitum, ex cuius limitatione ita eſt in vno loco, quod non eſt in alio : atqui hæc non eſt repugnantia reſpectu virtutis diuinæ, ſiquidem corpus Chriſti Domini noſtri quod eſt finitum ponitur in duplici loco, eſtque ibi præſens ; Ergo ex ratione finitatis non repugnat corpus eſſe in duplici loco.

27 Imò facilius, vt ita dicam, poteſt eſſe corpus in duplici loco circumſcriptiuè, quàm in vno circumſcriptiuè, & in alio ſacramentaliter : quod patet. Nam vt ſit primo modo, vnum miraculum ſufficit, quod vero ſit modo ſecundo, duo miracula adhibẽda ſunt.
28 Nam vt ſit primo modo, ſolum requiritur, quod vnum corpus quantum, finitum, ſit ſupernaturaliter hoc modo præſens in alio loco cum ſuamet extenſione quantitatiua : quod vero ſit ſacramentaliter, non ſolum petit quod ſit præſens corpus in duobus locis; ſed quod in vno non habeat extenſionem quantitatiuam, ſitque indiuiſibiliter ; ecce duo miracula, quod ſit præſens,& quod non habeat ſuam naturalem extenſionem : ergo faciliùs debemus concedere poſſe eſſe in duplici loco circumſcriptiuè, quia in vtroque eſt cum ſua extenſione ; & in Sacramento, illa extenſione caret.

29 Secundò comprobant, tenendo, quantitatem non eſſe rationem formalem, qua corpus eſt in loco circumſcriptiuè, ſed fundamentalem, ſeu radicalem : rationem vero formalem eſſe præſentiam, quæ eſt de genere Relatiuorum in ſententia Scoti, vnde multiplicata iſta præſentia, quæ dicitur, *Vbi*, corpus correſpondet tot locis, quot præſentiæ ponuntur. Addu- 30
citur ergo corpus diuinitus non per motum localem, ſed miraculosè ; & datur noua præſentia, & ſic eſt quantitatiuè in vtroque loco extenſum.

Tertiò, locus adæquatus non ita circumſcribit, & 31
adæquat corpus, vt non poſſit corpus vlterius alio in loco circumſcribi;& totalitas,& adæquatio iſtius, locus eſt reſpectu iſtius ſpatij,& cõnotationis ad ſpatiũ imaginarium,& ad polos mundi ; & hac ratione totaliter, non vero intrinſecè & eſſentialiter petit locari corpus vbicumque corpus reperiatur, quia iam locus non eſſet immobilis ; & mecum ferrem locum quando deambularem, & non poſſem tranſire de loco ad locum, nec corpus eſſentialiter petit hunc locum, ſed naturaliter vnum, & ſupernaturaliter non repugnat poni in pluribus.

Vnde ratio D. Thomæ aſſignans diſcrimen inter 32
corpus, quod eſt in duplici loco, in vno videlicet Sacramentaliter, non vero poſſe eſſe in vtroque circumſcriptiuè, quia circumſcriptiuus locus adæquatus, dicit negationem alterius loci etiam ſupernaturaliter : hæc inquam ratio non ita firma eſt ; quia ſi ſolum dicit locare corpus prout in tali ſpatio,& tali correſpondentia, ad quid additur ponere negationem circumſcribendi in alio loco, ſiquidem locus Sacramentalis, & deſcriptiuus ſolum in hoc differunt, quod in illo ſit corpus indiuiſibiliter abſque correſpondentia commenſuratiua partis ad partem,& totius ad totũ : in iſto vero circumſcriptiuo è contra, ſit commenſuratiuè correſpondens pars parti, & totum toto : Ergo non ex eo, quod in vno loco ſit circumſcriptiuè, in alio poteſt eſſe ſacramentaliter,& non circumſcriptiuè, ſed in vtroque loco circumſcriptiuè poteſt eſſe, eo quod finitas, & limitatio corporis non dicit repugnantiam, nec locus dicit eſſentialiter negationem alterius loci, prout in alio ſpatio.

Quartò & vltimo comprobatur ex apparitionibus, 33
de quibus fit mentio in *ſacra Scriptura*, ex quibus hæc vna eſt, *in Act. Apoſt.c*.9. quando Chriſtus Dominus noſter apparuit D.Paulo in via dicens : *Saule, Saule, quid me perſequeris ?* Cui Paulus reſpondens, *Quis es Domine ?* ad quem Dominus ita inquit : *Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris.* In hoc igitur caſu Chriſtus Dominus corporaliter & quantitatiuè,& circumſcriptus apparuit, fuitque præſens illic,& præſens in cœlo ſedens ad dexteram Dei Patris, cum ſit de fide, quod ſedem in cœlo non relinquet vſque ad diem Iudicij. *Actor.cap*.3. ibi : *Quem oportet quidem Cælum ſuſcipere vſque in tempora reſtitutionis omnium :* id eſt vſque in diem Iudicij. Aut Hiqueus, *ſuper* 4.*ſententiar.Scoti,diſt*.10.*q*.2.*n*.12. Ex quo ſic infero ; ergo Chriſtus Dominus noſter fuit circumſcriptiuè in duplici loco adæquato, nempe in cœlo,& in illo loco terreſtri, vbi apparuit D Paulo.

Quod nedum de Chriſto Saluatore noſtro, ſed etiã 34
de eius Sanctis, qui in eodem inſtanti temporis apparuēre in duplici, ac cum magna diſtantia remoto loco, affirmant DD prout de D.Ambroſ. aſſerit Bald. in *d.l optimam, C.de contrah.& commut. ſtipul.n*.6.*in fine*, ibi : *Quod eſſe non poteſt niſi miraculosè, vt in Beato Ambroſio, qui in eodem mane dixit Miſſam Romæ, & Mediolani, vbi adfuit.* Menoch.*de arbitr.lib*.2.*centur*.1.*caſu* 64. *n*.13.*&* 14. vbi etiam allegat Boër.*q*.165. *n*.8. vbi alia ſimilia miracula recenſet.

Ex Diuo Antonio de Padua aſſerunt etiam quam- 35
plurimi, & maximè Cardinalis Piſa *lib*.1. *conformitatum*, *fruct*.8. *num*. 2. *part*. *folio* 68. *verſ.in Ciuitate*, ſic ita : *In Ciuitate Lemonicenſi dum eſſet cuſtos*

Beatus Antonius, & in nocte Dominica Natiuitatis in
principio primæ Miſſæ deberet prædicare in Eccleſia
Cathedrali, & nonam lectionem ipſe dicere in Eccleſia
Conuentuali Fratrum, recordatus, quod tali hora præ-
dicare deberet, rogauit Dominum, quod ſua virtute
ſuppleret, quod humana fieri non poterat: tunc ipſo in-
ſtanti cum laterna in manu, ipſe tamen nihil dicente
in Eccleſia Cathedrali aſcendendo pulpitum prædi-
cauit.

36 Et in laudem Beati Antonij efferens in cœlum ma-
gnitudinem huius miraculi, Pater Hoſtenſius *in tra-*
ctatu de las oraciones Euangelicas, edito per Patr. Fer-
nandum Ramirez *en la oracion Euãgelica de el glorio-*
ſo S. Antonio §. 2. ita dixit: *Dos cuerpos en vn lugar*
marauilla es que puede hazer Dios, y que el dia del
Iuizio lograra en el Valle de Ioſaphat ſu poder. Pero
vn cuerpo en dos lugares opinion es del Principe de la
Theologia Santo Thomas, que no lo puede hazer Dios,
no por falta de poder, como dizen los Doctores, ſino por
contradiccion eſſencial, y repugnancia intrinſeca de la
materia: Y ſi en el Sacramento lo haze (dize) no eſta
eſtendido el cuerpo de IESV-CHRISTO *en quanto à*
ocupar lugar, ſino en la diſtincion de las partes ſolo con
modo indiuiſible, y ſacramental: de manera que para
poner IESV-CHRISTO *en dos lugares ſu cuerpo, en*
doctrina de Santo Thomas a meneſter mudar el modo
de eſtar. y aunque verdadera y realmente ſpirituali-
zarle la ocupacion del lugar, a el modo que nueſtra al-
ma eſta en nueſtro cuerpo. y en cada parte ſuya: y ſien-
do eſto aſſi. vemos a Antonio en vn miſmo tiempo en el
Choro, y en el camino a el Alleluia. y a el Pulpito, en
Padua, y en Lisboa, el miſmo viſible, y quantitatiue
corpulento, y ocupando lugar, y coſa que tan docto como
Thomas nos dize que no lo puede hazer Dios, nos en-
ſeña ſu vida que lo haze Antonio, y teniendo Dios miſ-
mo como neceſſidad de ſacramentarſe para eſtar en mu-
chas partes ſin alterarſe en nada, Antonio eſta en
quantas quiere.

37 Et non obſtant in contrarium adducta per Ange-
licum Doctorem Diuum Thomam, cui ſatisfaciunt
ſuprà Doctores pro hac affirmatiua ſententia relati,
maximè Anton Hiqueus *ſuper quartum ſententiarum*
Scoti, diſt 10. *quæſt.* 2. Suarez *dict. tom.* 3. *in* 3. *partem*
quæſt. 75 *art.* 1. *diſput* 48. *ſect.* 4.

38 Neque primum contrarium fundamentum, cui ſa-
tisfacere poteris, diſtinguendo antecedens: De ra-
tione loci circumſcriptiui eſt, quod vndequaque cor-
pus circumſcribat in illo ſpatio ſecundum connota-
tionem immobilitatis loci, concedo antecedens:
Quod vndequaque circumſcribat in omni ſpatio, ad
quod poteſt corpus adduci, vel contradicat talem ad-
ductionem, nego antecedens Nam ſolùm petit lo-
cus commenſuratiuè circunſcribere corpus, non ta-
men dicit negationem alterius loci in alio ſpatio, vel
correſpondentia, nec inhabilitat illud hoc, vt in pro-
39 bationibus eſt dictum. Vnde negatur conſequentia;
quippe ſi ſubſtantia corporis, & quantitatis, poſſunt
extrahi, vel adduci ad alium locum ſacramentaliter.
Ergo ratio loci non ita petit claudere, aut ligare ſub-
ſtantiam, & quantitatem, ſed ſolùm commenſurari
cum illa.

40 Ad ſecundum reſpondetur negando ſequelam;
non enim eſt neceſſarium, quod multiplicetur quan-
titas; quia in iſta affirmatiua ſententia ratio loci non
conſiſtit formaliter in quantitate, ſed fundamentali-
ter, & radicaliter; & ſicut abſque multiplicatione
ſubſtantiæ, ſubſtantia ponitur in duplici loco, quia
non ſtat ratio loci paſſiui, ſeu *Vbi*, in ſubſtantia finita,
ſed ſolum fundamentaliter; ita quia non ſtat ratio
loci paſſiui in quantitate formaliter, ſed ſolum fun-
damentaliter, poteſt multiplicari locus abſque multi-
plicatione quantitatis, & eius extenſionis.

Ad tertium fundamentum dicimus circa primum 41
inconueniens, quòd idem diſtaret à ſeipſo ſecundum
diuerſa loca, non verò ſecundum ſubſtantiã, & quan-
titatem, ſicut Chriſtus Dominus in Euchariſtia diſtat
à ſeipſo, prout & in Cœlo.

Ad ſecundum inconueniens reſpondeas, quod in 42
loco, in quo eſſet naturaliter, moueretur naturaliter;
in alio vero, in quo eſt per miraculum, moueretur
miraculosè, *mediatè*, in actionibus, quæ non fiunt per
motum localem, hoc eſt eo quod Deus conſeruaret
illum in illo loco, & concurreret ad actiones illius.
dicerentur tales actiones miraculoſæ in cauſa conſer-
uatiua, non vero in ipſo homine; etſi loquatur de
motu locali abſolutè, miraculosè moueretur, vel ſi
velis, dic contrarium, quod probabile eſt.

Ad tertium inconueniens dat regulam ſubtiliſſi- 43
mam Doctor Scotus, proponens ex actionibus ho-
minis, alias eſſe, quæ fiunt independenter à loco, &
alias, quæ dependenter à loco patrantur. Primum
genus harum actionum eſt ſentire, dolore affici, &c.
Secundum genus eſt ſedere, deambulare, ſtare, &c. 44
Quo ſuppoſito, reſponde: actiones, quæ fiunt depen-
denter à loco, ita poſſunt variari, ſi corpus eſt in du-
plici loco, vt in vno poſſit ſtare, vel recumbere, & in
alio ſedere: nam hæ actiones reſpiciunt ſitum; at
vero illæ actiones, vel paſſiones, quæ independenter
à loco fiunt, non poſſunt variari, quapropter ſi in
vno loco dolore afficitur, ſimiliter in alio; ſi in vno
loco vulneratur, licet actio vulnerandi non appareat
in alio, attamen vulnus, cicatrix, ac plaga, quæ
conſeruatur independenter à loco, in alio apparebit
ſimiliter, ac ſi moriatur in vno, morietur ſimiliter in
alio.

Qua de cauſa ex his inconuenientibus non repu- 45
gnat dari corpus per ſupernam potentiam in duplici
adæquato loco, & circunſcriptiuo; nam contradi-
ctoria, ſiue incompatibilia, quæ inferunt argumenta,
nil derogant ſubſtantiæ, ac quantitati corporis, nec
inferunt repugnantiam; quia ſecundum diuerſa loca
ſolum inferunt contraria.

Iam ergo patet, quod etſi de potentia abſoluta Dei 46
detur, quod poſſit miraculosè aliquis in duobus re-
ſidere locis in vnomet tempore, non tamen de po-
tentia ordinaria, quia naturaliter non compatitur.

In gratiam defenſionis reorum, antequam ad ſpe- 47
cialem de hoc iure naturali quæſtionem in materia
Maioratus pergamus, aliqua de probatione in Nega-
tiua coarctata loco & tempore, vulgò, *coartada*.
adnotare hic operæpretium eſt. Tum ad conuincen-
dos de falſo, tam teſtes, quàm ſcripturas: tum ad
Reos defendendos. Sed cum à naturali iure deſcen- 48
dat hæc probatio, neceſſe eſt, quod naturaliter etiam
ſit concludens.

Vnde requiritur in primis, quod teſtes ſint prædi-
ti naturali veritate, & ſinceritate, idque colligitur ex
textu in *d. l.* 117. *tit.* 18. *part.* 3. in illis verbis: *O lo pu-* 49
dieſſe prouar por quatro hombres buenos y reales, &c.
& inferiùs, ibi: *Con dos teſtigos que ſean ſin ſoſpecha,*
y hombres, cuyo teſtimonio deuieſſe ſer cauido: vbi D.
Gregor Lopez *gloſ. verb. Hombres, in fin.* aduertit de
conſilio, quod fiat articulus de idoneitate teſtium, ſe-
cundum Angelum Aretinum *in* §. *item verborum col.*
final. Inſt. de inutilib. ſtipulat. Farinacius *de oppoſitio-*
ne contra teſtes quæſt. 66 *n.* 126. non ſolum tenet, quod
ad hoc vt probent teſtes deponentes ſuper Negatiua
coarctata loco, & tempore, debent eſſe idonei, ſed
hoc extendit etiam in caſu difficilis probationis, in
quo alias inhabiles admitterentur.

Secundò

50 Secundò requiritur, quod non largè, ſed ſtrictè Negatiua ſit multum coarctata loco, & reſtricta ad tempus non breue.

51 Tertiò, quod teſtes remoueant actum à ſenſu, non autem ſenſum ab actu. & ſic addant, quod non poſſit aliter eſſe. quin ipſi viderint.

52 Quartò, quod etiam non interrogatus teſtis reddat naturalem rationem ſui dicti, commemorando aliquid (ſi fuit) notabile, ex quo reddat ſuam depoſitionem veroſimilem, & abſque ſuſpicione.

53 Super quibus requiſitis, ac eorum ampliationibus & limitationibus, ſi caſus occurrat in omni negotio, quo neceſſe ſit Negatiuam probare loco, & tempore coarctatam, & ſcire deſideras modum articulandi, & concludenter probandi, conſulas vltra textus in *d. l. optimam*, 14 *§. fin. C. de contrah. vel commit. ſtipul. & §. item verborum Inſt. de inutil. ſtipulat. cap. ex tenore*, 35. *de teſtib.* Albericum, & Salycetum in *l. ſcriptura, C. de fide inſtrument.* videantur etiam Bart. & Bald. *in l. actor. C. de probation.* ille, *n.* 5. iſte, *num.* 3. vbi etiam Salicet. *num.* 4. & 13. Alberic *n.* 2. 4. & 5. & alij; & in *dict. l. actor*, Additionator ad Bart. *liter Y.* dum dicit, quod teſtes debent deponere hoc modo: quod viderunt illum in tali loco commorari, ita quod per interuallum temporis, quo eum viderunt, non potuiſſet ire ad locum, de quo fit mentio in inſtrumento: Canoniſtæ *in d. cap. ex tenore*, 35. *de teſtib.* maximè Ant. de Butrio *num.* 4. & Auguſtin. à Barboſa *in collectanea:* Franc. Herculan. *in tractat. de Negatiua, à num.* 195. Simancas *de Hæretic. cap.* 26. *à num.* 4. Iul. Clarus *§. fin. quæſt.* 52. *n.* 4. vbi etiam Bayardus: Franc. Marcus *deciſ. Delphin.* 266. *part.* 2. Fuluius Patian. *de probation. lib.* 1. *cap.* 36 *à num.* 14. *& cap.* 37. *à num.* 14. Maſcard. *de probation. concluſ.* 191. *n.* 8. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 170. *à n.* 8. Grammaticus *deciſ.* 56. *n.* 4. Boſſius *in tit. de defenſ. reor. à n.* 24. Farinac. *de oppoſit. teſtium, quæſt.* 66. *à n.* 218. vbi alios refert: Stephan Gratian. *tom.* 3. *cap.* 525. *n.* 36. & 37. & *tom.* 4. *cap.* 789 *n.* 9. Hermoſilla ad D. Gregor. Lop *in l.* 9. *tit.* 1. *partit.* 5. *gloſ.* 5. *n.* 9. & 10. & *à num.* 67. *vſque ad fin.* Alphonſus à Villadiego de Vaſcuña *in Polit. part.* 1. *c.* 3. *num.* 167. Manuel Mendez de Caſtro *in praxi Luſitana, lib.* 5. *cap.* 1 *§.* 5. *num.* 61. vbi ponit Luſitano ſermone modum articulandi, & interrogandi, & eo verſo in noſtrum vulgare, ita dicit: *Si ſauen que el reo en el ſegundo dia de Paſcua de eſte preſente año que ſe contaron tantos de tal mes a las diez horas del dia eſtaua en Alenquer tratando, y conuerſando con muchas perſonas, per loqual era impoſſible que a el tiempo que dize el acuſador en ſu acuſacion eſtuuiera el Reo en Liſboa.*

54 Et *num.* 62. ſuper hoc ita aduertit: *Ponitur in articulo exceptio negatiua, loco, & tempore coarctata, iuxta text. in cap. tertio loco de probation. de qua Boſſius in tit. de defenſ. var. num.* 8. *ita tamen vt ſi ſecundum facti naturam, vnum, & aliud ſtare poſſint illa non admittatur, vt in lite Simon Ferreira cum Dominico Fernandez decreuit Senatus anno* 1617. *ſcriba Didaco de Cerballo, docuit gloſſ. in cap. Bona, verb. facti, extra de electio.*

55 Aduertere etiam debet prudens Aduocatus in modo articulandi ſuper illis verbis, *El ſegundo dia de Paſcua*, quod curet articulari, ſi poſſibile eſt, aliquod notabile, vel qualitatem, ſeu factum, ſiue ſignum memorabile, quod in illa die vel hora acciderit, ad hoc, vt teſtis recordetur, & ei poſſit adhiberi fides, maximè quando interuenit temporis interuallum, quæ eſt optima, & perquam vtilis cautela deducta ex doctrina Bartoli, in *l. de ætate num.* 7. *in fin. verſ. Aduocatus autem debet eſſe multum cautus, ff. de minor.* & *in conſil.* 99. *num.* 5. *lib.* 1. vbi tenet, quod teſtes regulariter probant de tempore, quando applicant memoriam ad aliquod factum memorabile: Steph. Gratian. *tom.* 3. *cap.* 463. *n.* 26.

Et ratio eſt; Quia tempus de facili labitur ex memoria hominis, & niſi talem rationem reddat, ſuſpectus redditur: ſecus autem quando deponit de loco, quia locus magis imprimitur, & in memoria retinetur: Ioan Andr. *in cap. qualiter, & quando n.* 11. vbi etiam Innocent. *num.* 4. *verſ. Notandum eſt, quod expreſſius, & melius tenetur recordari de loco. & perſona, quam de tempore; tempus enim de facili recedit, &c.* Alexand. *conſ.* 65. *num.* 3. & 4. *lib.* 2. & *conſ.* 56. *num.* 12. & 13. *lib.* 5. Natta *in addit. ad Alexand. dict. conſil.* 65. *num* 4 *verſ. Tempus à memoria teſtis faciliter cadit; non enim imprimitur ſenſibus, prout locus, & alia inter partes geſta, &c.* Farinac. *de teſtib. quæſt.* 64. *à n.* 83. & 93. & 108. 56

Denique non debet præterire practicum Monte- 57
roſum, aut quiſquis ille ſit, *in tractat.* 4. *de las cauſas*
Criminales, fol. 47. vbi ſuper Negatiua coarctata ad
defenſionem Rei format tres articulos, ex quibus
prudens Aduocatus poteſt ſe inſtruere, vnum, ad in-
terrogandos teſtes, qui tunc temporis abfuiſſent cum
Reo in loco diſtanti ab illo, in quo delictum fuit
commiſſum, ita ſic: *Y ſi ſauen que el dia y punto, que* 58
el dicho fulano fue herido (que ſegun dizen los teſtigos de la ſumaria) fue en tal lugar y tal hora, a la miſma hora y punto, y antes, y deſpues el dicho fulano acuſado eſtaua en tal parte en compañia de fulano, y otros ſus vezinos, digan, y declaren los teſtigos que hora, y quando le vieron, y ſi ſauen que en todo aquel dia no ſe quito de con ellos, y de ſu conuerſacion, digan y declaren particularmente lo que vieron y ſauen.

Alter articulus eſt ad interrogandos teſtes, qui interfuerunt tunc temporis in loco delicti; his verbis: *Y ſi ſauen que como eſta declarado en las preguntas, antes el dicho fulano acuſado no eſtaua en la dicha queſtion, y ruido, ni en parte de ella, y que ſi lo eſtuuiera no pudiera ſer menos, ſino que los teſtigos lo vieran, y ſupieran, y aſſi ſauen que no pudo hazer, ni hizo el delicto, de que es acuſado, digan, &c.*

Tertius & vltimus articulus eſt contra teſtes aduerſus reum productos, ad eos conuincendos cum Negatiua coarctata loco, & tempore; dum ita ſcripſit: *Y ſi ſauen que los dichos fulano, y fulano teſtigos preſentados en la dicha ſumaria informacion, que declaran parecerles auer viſto a los dichos acuſados, y ſer ellos miſmos los que auian cometido el dicho delicto ſe perjuraron totalmente, porque los dichos teſtigos no eſtuuieron, ni ſe hallaron alli, ni los pudieron ver, porque todo el dicho dia, y la dicha noche, eſtuuieron y dormieron en tal parte, que ſon tantas leguas de alli, ò tanta diſtancia, digan, &c.*

Iam ergo tempus eſt deueniendi ad materiam Ma- 59
ioratus, ad eamque infero ex omnibus ſupradictis,
quod naturaliter reſultat incompatibilitas duorum
Maioratuum, quorum quilibet habeat conditionem
reſidendi in alio loco diſtincto: v. g. quando in vno
Maioratu iuſſum fuit à teſtatore, quod eius ſucceſ-
ſor reſidere debeat Hiſpali; & in alio, quod eius poſ-
ſeſſor reſidentiam habeat in Granatenſi ciuitate; &
tandem contingat, quod ad eundem ſucceſſorem
ambo deueniant Maioratus, tunc neceſſe eſt, quod 60
naturaliter ſint incompatibiles, quia de iure naturali vnuſmet homo, cum ſit quantitas, & ſubſtantia indiuidua, non valet eodem tempore in duobus ciuitatibus diuerſis, ſiue ſeparatis locis reſidere, prout ſupra in *hoc capite* ſatis concludenter probatum eſt.

Nec turbatur hæc concluſio ex *deciſ. textus in leg.* 61

Titio centum, 70. §. *Titio centum el* 2. *ff de condit. & demonſtr.* vbi oon valet conditio legato adjecta, vt teneatur legatarius in certo loco habitare, ex eo, quod ſpeciem quandam ſeruitutis contineat, & proinde legatum reiecta conditione deberi. Quia intelligitur, quando conditio habitandi in certo loco vana eſt & in nullius fauorem cedens, ſed in inſtitutione Maioratus cedit in fauorem inſtitutoris, cum ſua interſit ad eius memoriam, & honorem, quod ſucceſſor ibi reſideat, vbi domus, & familia eſt inſtitutoris; aliò enim migrante ſucceſſore, faciliùs memoria, nomenque inſtitutoris deperditur. Ita reſoluunt Mieres *p.* 1. *quæſt.* 57. *An valeat conditio appoſita in Maioratu, quod ſucceſſor teneatur habitare in certo loco per totam,* maximè *à num.* 3. *vſque ad* 40. Pat. Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 40. *n.* 2. *&* 7. Gutier. *de matrimonio, cap.* 23 *à num.* 15. *&* 20 Azeuedo *in l.* 11. *tit.* 6 *num.* 22. *lib.* 5. *Recopilat.* Molinus *de ritu nuptiar. lib.* 1. *comparat.* 23. *num.* 50.

62 Ideò igitur affiximus pro firmiſſima concluſione, quod ſi appoſita ſit conditio in inſtitutionibus duorum, pluriumve Maioratuum, de reſidendo ſucceſſore in duobus, pluribuſve locis diſtinctis, ac ſeparatis, & in vnum ſucceſſorem concurrant hi duo pluresve Maioratus, erunt incompatibiles, cum non poſſit de iure naturali in duobus locis diſtinctis ſimul, atque eodem tempore habitare.

63 Extendas primò hanc concluſionem, etiamſi ſucceſſor Maioratuum deſtinet reſidere, & reſideat dimidium anni in vno loco, & dimidium in alio, atque ex eo prætendat ſatisfacere conditioni, & præcepto vtriuſque inſtitutoris: quia qui tenetur reſidere, ſeu habitare in certo loco, non ſufficit quod medio tempore, vel ad tempus reſideat, ſed frequenter, & continuò: textus, & Gloſ. *verb. manendi,* vbi Bart. *num.* 1. *in l. cum de lanionis* 18. §. *Sabinus, ff. de inſtr legat l ciues* 7. *verſ. vbi quis larem, rerum ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit, vnde rurſus non ſit diſceſſurus, ſi nihil auocet; vnde cum profectus eſt, peregrinari videtur: quod ſi reddit, peregrinari iam deſiit, C. de Incol. lib* 10. Archidiacon *in cap. licet Canon num.* 5 *de electione. lib.* 6. Ludouic. Roman. *conſil.* 264. *num.* 3. Cephalus *conſil.* 248. *num.* 41. *&* 42. Simon de Prætis *de interpretat. vltimar. volunt lib.* 4. *dub.* 8. *num.* 32. *fol.* 396. Hieronym Gonzal. *ſuper regul.* 8. *Cancellar gloſſ.* 41. *num.* 162. Vincent. Hondedeus *conſil.* 3. *à num.* 10. *& conſ.* 4. *lib.* 2. Mieres *part.* 3. *quæſt.* 57 *num.* 66. *&* 77. & cum Menochio Riminald. Bettazola, & aliis, D. Ioan. à Caſtil. *lib.* 5. *cap.* 86. *n.* 37.

64 Aduertendo, quod continuò dicitur aliquis habitare, licèt per aliquot dies diuerterit; quia id moraliter eſt intelligendum: *l. ſi quis ita* 8 *ff. de condition. & demonſtrat.* D Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capell. lib.* 2. *cap.* 8 *n* 25.

65 Nec obſtabit, ſi de contrario opponas textum in *cap.* 2. *de ſepultur in* 6. vbi quando æqualiter quis in duabus Parochiis habitat per dimidium annum in vna, & dimidium eiuſdem anni in altera, æquale ius tribuit Parochiis, & vtraque eſt æquè Parochia iſtius; vt deducitur ex illis verbis: *Cum ab eo, qui duo habet domicilia, ſe collocans æqualiter in vtroque, &c.* Pat. Thom. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſputat.* 24. *per tot.*

66 Nam reſpondetur, quod *in dict. cap* 2. *de ſepultur. in* 6. agitur de habitatione Parochi voluntaria: at vero in noſtro caſu agimus de habitatione, ſeu reſidentia neceſſaria ex præcepto inſtitutoris, qui pro ſuo arbitrio potuit & voluit arctare ſucceſſorem præcisè vt in tali loco reſideret; & in hoc caſu ſecundum legem, & præſumptam mentem teſtatoris non ſufficit, quod dimidium anni in vno loco, & aliud dimidium ipſius anni in alio habitet, ſed quod rerum ſuarum ſumma ibi conſtituat, deſinetque perpetuò habitare.

67 At in caſu, quo ſufficeret habitare ad tempus, tunc ſaltem & ad minus requireretur, quod in quolibet loco plus temporis reſideret cum deſtinatione, ac propoſito ibi habitandi, & morandi maiore parte anni; *l. cum de lanionis* 18. §. *Sabinus ff de fund. inſtruct. leg.* vbi etiam tenet Bart. *num.* 1. Gloſ. *verb. communiter, in Clement cauſam,* 3 *de electione.* Math. de Afflict. *deciſ.* 384. *num.* 11. Mieres *part.* 1. *quæſt.* 57. *num.* 97. ſed habitare maiore parte anni in vtroque loco incompatibile eſt, quocumque modo habitatio intelligi debeat, ſiue Mathematicè, ſiue morali modo, ſecundùm Pat. Thom. Sanchez *de matrim. dict. lib.* 3. *diſp.* 24 *n.* 3. D. P. de Lara *de Anniuerſ. & Capp. lib.* 2. *cap* 8. *n.* 20. Quia ſi in vno loco reſideat plus temporis cum animo ibi permanendi, in alio neceſſe eſt quod reſideat minus, ſiue minore parte anni: Ergo non ſufficit reſidere in vno loco dimidium anni, nec minus temporis. Idcirco concludenter reſoluendum eſt, quod abſque dubio procedere debet neceſſariò hæc noſtra prima extenſio.

68 Secundò extende, licèt in vtroque Maioratu incompatibili ratione loci, ſucceſſor eſſet fœmina iam nupta cum viro habente domicilium extra vtrumque locum, vel alterum eorum: quia etſi fœmina teneatur ſequi virum ſuum, & eius domicilium, & quocumque maritus voluerit, ibidem cum eo habitare: *cap vnaquæque* 13. *quæſt* 2. Mieres *vbi ſup dict. part.* 1. *quæſt.* 57. *à n* 41. attamen non ideo ceſſat incompatibilitas, ac impotentia reſidendi in marito & vxore, in duobus diſtinctis locis, vno, eodemque tempore, quæ prouenit ex iure naturali, nec tollitur ex eo, quod velit maritus cum ſua vxore adimplere præceptum, atque conditioné vtriuſque inſtitutoris. quia ei, ſicut & vxori, naturaliter eſt impoſſibile, quod poſſint ſimul, eodemque tempore in diuerſis habitare locis.

69 Tertiò extenditur, licet ſucceſſor Maioratuum ſit abſens cauſa Reipublicæ, quia etſi abſens cauſa Reipublicæ, fingatur tanquam præſens, ac ſi verè habitaret, ac reſideret in eo loco, in quo reſidere debuerat ad obtinendum fideicommiſſum ſibi relictum ſub conditione reſidendi in illo loco, *l. Iulianus* 17. §. *fin. l. ſi quis Titio legauerit, ſi mortis ſuæ tempore in Italia eſſet: aut in annos ſingulos, quot in Italia eſſet* 41. *ff. ex quib. cauſ. maior. l. fin. Cod. de reſtit. milit.* Hæc fictio 70
non valet plus operari, quam natura; nec facere id, quod impoſſibile eſt de iure naturali, quia debet imitari naturam: *l adoptio* 16. *ff de adoption.* §. *minorem natu.* 5. *verſ. Adoptio enim imitatur naturam, Inſtit. de adopt. l filio, quem pater,* 23. *ff de lib & poſth. l.* 2. *tit.* 16. *partit.* 4. *l.* 2. *tit.* 22. *lib.* 4. *for.* Sed per naturam eſt impoſſibile, ſiue incompatibile, quod quis eodem tempore poſſit in duobus diſtinctis locis reſidere: Ergo etiam per fictionem.

71 Limitatur primò noſtra concluſio, quandocumque ceſſet ratio incompatibilitatis in vno ex duobus Maioratibus, ſic incompatibilibus ratione præcepti reſidendi in diſtinctis locis: v g ſi in vno ex duobus locis, vbi ſecundum conditionem inſtitutionis ſucceſſor reſidere debuerat, non obſtante præcepto inſtitutoris habitare ibi non teneatur, quia de nouo cauſa emergit, propter varietatem temporum, ex qua non commodè, & honeſtè, imò cum magno damno, detrimento, ſeu dedecore ibi reſidere teneretur, *leg. Gajo Sejo* 13. §. *fin. ff. de aliment & cibar leg* vbi Bart. *num. fin* & in *l. Mauia* §. 2 *ff. de ann legat.* Seraphin. *de priuileg. iuram priuileg.* 41 *n.* 3. & cum aliis Mieres *dict.* 1. *part. quæſt.* 57. *à num.* 48. *vſque ad* 54. vel quia

72 locus ſit inſalubris, vel ibi cum eo, vel aliis eiuſdem familiæ contractæ ſint inimicitiæ Capitales, & ex iſtis, vel aliis iuſtis cauſis, Iudex decreuerit cum cauſæ cognitione non debere ſucceſſorem ibi habitare, Mieres *vbi proximè, dict.part.1.queſt.57 à n.55.ad 62.* Pat Thom.Sanch *de matrim.lib.1.diſput 40.n.3. & 4.* Ioan.Gutier.*de matrim.cap.23.à n.17.*

73 Secundò limitanda eſt concluſio ex deciſione *l.27. Taur.* Si ex defectu adimplendæ conditionis de habitando in certo loco Maioratus, in vocationibus faceret tranſitum de deſcendente legitimo ad naturalem, vel de naturali ad aſcendentem, vel de aſcendente ad tranſuerſalem, contra ordinem præſcriptum in *d.l.27.Taur.* quia talis, vel quælibet alia conditio reiicienda eſt, ſi ex ea, ille ordo à Lege datus peruertatur; inter eos verò, qui ſint eiuſdem gradus, ſolummodò admittenda eſt talis conditio, quia inſtitutor potuit præferre quem ex eis voluerit, ſed facultas ei non conceſſa eſt ad anteponendos illos, qui ſunt ex ſecundo, vel tertio gradu, eis, qui fuerint ex primo gradu: Vnde tenent Regnicolæ, quod ſi in Maioratu à parentibus condito ex Tertio bonorum apponeretur conditio, quod non ſuccederet fœmina, Clericus, aut Monachus, &c. Non valeret conditio, niſi in fauorem eius, qui à parente potuit expreſsè præferri: D.Molina *lib.2.cap.12.num.53.& 55.* Tellus Fernand. *in d.l.27.Taur.num.16.* Angulo *de meliorat. in l.11.gloſ.4.num.9.*Ioan.Gutier.*Canonicar.lib.2.c.25.num.6. verſ.hoc verum intellige.* D.Paz *in l.100.Styli, num.*124 & cum aliis Additionatores ad D.Molinam, *d.lib.2.cap.12.ſuper n.53.* de aliis, quæ hic deſunt, inuenies *infrà, part.7.cap.3.*

74 Tandem limita tertiò concluſionem noſtram, quando ex aliqua iuſta cauſa, à Principe conceſſa ſit facultas Regia ad hoc, vt ſucceſſor, non obſtante conditione appoſita in Primogenio de reſidendo in tali loco, poſſit frui Maioratu, ſiue eius redditibus, licet non reſideat in illo loco, ſed in alio: quia etſi hæc incompatibilitas duorum Maioratuum, quorum quilibet requirat reſidentiam in diſtincto loco, procedat de iure naturali, & naturalia iura immutari non poſſint, nec de iis diſpenſare Princeps valeat; in hoc caſu Princeps non derogat iuri naturali, ſed conditioni à teſtatore, ſiue inſtitutore appoſitæ; quod ex cauſa fieri valet, ex his, quæ reſoluit D.Molin. *lib 1. cap.8.num.*28. Et *ibidem* Additionatores copioſè, & nos alibi latè probauimus. Hic ſat eſt comprobare argumento eorum, quæ deciſa ſunt in duobus Beneficiis incompatibilibus, ex eo, quod quodlibet eorum requirat reſidentiam in diuerſis locis, nam nihilominus diſpenſare poteſt Summus Pontifex à reſidentia: Gloſ. *in cap.dudum, el 2. de elect.* textus, & Gloſ. *verb. per Sedem in cap. de multa de prabendis gloſ. verb. Abſque diſpenſatione in cap.1. de conſuetud. in 6.* Rebuffus *in tit. de diſpenſat.ratione ætatis, verb. in Cathedralibus.* Nicolas Garcias *de Beneſic.part.11. cap.5. §.4.* maximè *à num.370.*

Tandemque finem imponimus huic Capiti; alia, quæ hic deſunt circa materiam, inuenies *infrà p.7.c.3.*

CAPVT II.

De Incompatibilitate naturali ratione temporis.

SVMMARIVM.

1 *Incompatibilitas ex iure naturali ratione temporis declaratur.*

2 *Tempus eſt numerus motus, qui diuidi & numerari poteſt; & diuiditur in præteritum, præſens, & futurum, & n.3.*

4 *Tempus futurum finitum, & tempus præſens, & futurum, ſunt incompatibilia.*

5 *Temporis præſentis vel præteriti verba non continent futurum*

6 *Teſtator ſi dicat,* lego argentum meum, *intelligitur argentum de præſenti, non de futuro.*

7 *Teſtator ſi dicat,* lego ea quæ viuus donaueram, *non comprehendit ea quæ poſt teſtamentum donata ſunt.*

8 *Teſtator ſi dicat,* Remitto id quod Titius debet, *non comprehendit id quod Titius poſtea debebit.*

9 L. ſi vſusfructus mihi in biennium, 6.ff.de vſufructu legat. *interpretatur, & n.10. & 11.*

Vſusfructus præteriti, ſeu tranſacti temporis non eſt idem, quod temporis futuri, ibid.

12 *Vſusfructus alterius temporis præteriti non continet alterius temporis futuri vſumfructum.*

13 *Vſusfructus legatum, quamuis non eſt legatum temporis, eſt legatum reſpectu temporis, & eius menſura.*

14 *Et ſic textus in* dict. l.ſi vſusfructus mihi in biennium, *procedit ex natura limitati temporis.*

15 *Colonus eiectus ante tempus ſibi conſtitutum ad fruendum, non habet actionem ad recuperandam rem locatam, vt alio tanto futuro tempore fruatur, & n.16.*

17 *Famulus, tranſacto tempore, quo conductus fuit, vt ſeruitium præſtaret, ſi fortè per infirmitatem aliudve impedimentum non præſtiterit, licet paratus ſit alio tanto tempore ſeruire ad mercedem integram habendam, non auditur.*

18 *Societas contracta ad certum tempus, licet non ſit perfecta negotiatio, eo tempore finito, inuito ſocio non debet prorogari.*

19 *Iudex Ordinarius, Decurio, vel alius Officialis electus ad certum determinatum tempus, licèt non ſua culpa fuerit impeditus, non valet prorogare in aliud futurum tempus.*

20 *Doctor promittens legere duobus annis proximis futuris, ſi ex aliqua cauſa legitima non legerit, & tempus præterierit, non tenetur legere aliis duobus.*

21 *Fructus, vel redditus ſi diuidantur ad hoc, vt ſucceſſor Maioratus fruatur per vnum, duoſve annos; & Redemptio Captiuorum, ſeu alia Cauſa pia, alio biennio fruatur; tranſacto tempore, ſi non fruatur ex cauſa litigij, vel alia, etiam abſque culpa ſua, frui non debet alio tanto tempore, licet actionem habeat ad intereſſe, & num 22.*

23 *Tempus deſignatum ad aliquid non habet functionem alterius futuri temporis.*

24 *Text. in* l ſeruus 14. §.ſeruus, ff. de ſtatu liberis, *conciliatur cum* lege, ſi vſusfructus mihi in biennium de vſufruct. legat. *& n.28.*

25 *Text. in* l. ſi ſtipulatus 14. cum l. ſequenti, ff. de verbor.obligat. *conciliatur cum* l.ſi vſusfructus mihi in biennium, *& n.30.*

26 *Text. in* l.final. C.de annal. præſcript Auth. niſi triennali, C.de bonis maternis: l.final. ff. de minoribus, *& alij, conciliantur cum* dict. l. ſi vſusfructus mihi in biennium, *n.31. & 34.*

29 *In vſufructu legato quando tempus fuit appoſitum in genere & ſimpliciter, non adiecto de quo anno circumſcripte, poteſt de alio futuro anno ſuppleri.*

32 *Legatum*

Digitized by Google

35 *Legatum quod tali anno detur domus, vel liber, vel Calix, vel quid ſimile, etiam tranſacto illo anno debet dari.*

36 *Text.* in l. Paulus 38. §. Gaius, ff. de liberal. cauſ. *conciliatur cum* l. ſi vſusfructus mihi in biennium.

Et cum ea dicimus concordare n. 37. & 38.

39 *Incompatibile ita erit trahere tempore præteritum ad futurum, ac trahere futurum ad præteritum.*

40 *Facultas Regia ad inſtituendum Maioratum, non confirmat Maioratum iam inſtitutum ex* l. 42. Tauri, n. 40.

41 *Limita niſi id expreſſè concedat, vel niſi conceſſio de futuro reſpiciat etiam Maioratum conſtitutum.*

Idem de lege, vel ſtatuto, ibid.

42 *Mandatum de mutuando pecuniam, non retrotrahitur ad pecuniam iam eidem mutuatam.*

43 *Legatum relictum mulieri in tempus liberorum, ſeu quando ſuſceperit liberos, non intelligitur de liberis præteritis, ſeu quos antea ſuſceperat.*

44 *Legatum pro maritandis puellis, non debetur iam maritatis.*

45 *Diſpenſatio ad obtinenda duo beneficia incompatibilia, non habet locum in beneficiis iam antea obtentis, niſi de eis in diſpenſatione facta fuerit mentio.*

46 *Maioratus de Tertio & Quinto per viam meliorationis inſtitutus in capitulis matrimonialibus, etiamſi in eis dicatur, quod impetranda eſſet facultas Regia, ſi poſtea concedatur ad inſtituendum Maioratum, non comprehendit iam inſtitutum ex Tertio & Quinto bonorum ſecundum diſpoſitionem* leg. 27. Tauri, *quæ patribus conceſſit facultatem meliorandi ſeruato ordine ab ea præſcripto.*

ARGVMENTVM.

De Incompatibilitate, quæ naturaliter reſultat inter præteritum, & futurum tempus: ac proinde quod vſusfructus vnius anni tranſacti per vſumfructum alterius futuri anni non ſuppletur, neque agitur niſi ad intereſſe, & æſtimationem, cùm in rerum natura eſſe deſierit: ad text. in *l. ſi vſusfructus mihi in biennium, 6. ff de vſufr. legato.*

Vnde ſuſcitatur illa quæſtio, quæ ſolet agitari ſuper Maioratu, vel Patronatu irregulari, tali conditione inſtituto, vt in eo ſuccedatur alternatim; vnus ſcilicet fruatur per tempus, vel vitam, ex linea paterna; & alter per aliud tempus, & vitam, ex linea materna; vel vnus ex parte viri, & alius ex parte vxoris inſtitutoris; An tranſacto inutiliter ex cauſa litigij, vel alia quacumque, tempore vni aſſignato abſque actuali poſſeſſione, cum effectu habendi ſibi redditus, & vſumfructum, Iudex debeat aliud tempus ei aſſignare, vel ſubrogare ad vtendum & fruendum.

Et quid ſi in patronatu alternatiuo reditus bonorum vnius anni ſint deſignati ad Redemptionem Captiuorum; & redditus alterius anni ſint aſſignati pro maritandis puellis, vel pro alimentandis pauperibus, vel pro excarcerandis debitoribus; vel in certam quantitatem, & quantitas, ſeu redditus aſſignati vnius ex annis deficiat ob ſterilitatem, vel ex eo quod conſumpti fuerunt in refectionem, vel reparationem bonorum, an debeat ſuppleri ex fructibus, vel redditibus futuri ſeu ſubſequentis anni?

Ac denique è conuerſo de incompatibilitate naturali inter futurum, & præteritum tempus: ad textum in *l. 42. Tauri*, hodie *l. 3. tit. 7. lib. 5. Recopil* vbi refertur caſus, quo priùs inſtitutus fuit Maioratus de Tertio, & Quinto bonorum, & poſtea de omnibus bonis virtute facultatis Regiæ poſtea conceſſæ abſque mentione inſtitutionis primi Maioratus; an cenſeantur duo, vel vnus Maioratus, & quid de iure ſuccedendi in eis?

RATIONE temporis naturaliter etiam reſultat incompatibilitas. Probatur; quia tempus eſt quædam fluxibilitas, & de tempore non habemus niſi inſtans, ſiquidem quod præterit, deſiit eſſe, & quod venturum eſt, nondum fuit, neque eſt: Bart. *in tract. de Tyberiad. lib 1. de inſula, verſ. quod ſi ex vno latere, à num. 3.* Antonius Bardus *de tempore vtili, cap. 2. num. 5.* At in *antecedenti num. 2.* ipſe Antonius Bardus dicit, quod tempus nihil aliud eſt, niſi numerus motus, qui diuidi, & numerari poſſit: per Gloſ. *verb. autumnali, l. 1. §. æſtatem, ff. de aqua quotid. & æſtiua.* 1 2

Cum ergo tempus diuidatur in præteritum, præſens, & futurum, *leg cum in ſecundo 16. ff. de iniuſto, rupt. & irrito teſtam.* Bart. in *l. verbum, oportebit, 8. in principio, verſ. modo quia tria ſunt tempora:* & *ibid.* Rebuf. *verſ. Notandum eſt triplex nos habere tempus, &c.* Sequitur quod ſit incompatibile tempus præteritum finitum, cum tempore futuro quod nondum eſt; cum ſecundum leges naturæ concurrere non valeant, quia quodlibet tempus continet ſe ipſum, & natura non patitur, quod vnum contineat aliud, maximè præteritum, futurum: Bart in *dict. l. verbum, oportebit 8. num. 2. & 13.* per text. in *l. ſi ſtipulatus fuerim 76. §. cùm ſtipulamur, & l. ſi à Colono 89. ff. de verb. oblig. l. nomen filiarum 164. in princip. ff. de verb. ſignificat.* Gloſ. *verb. non futurum, in l. ſi ita 7. ff. de auro & argent legat.* Alciatus in *dict. l. verbum, oportebit 8.* & Gloſ. *verb. futurum, ff. de verb. ſignificat.* 3 4

5 Vnde Rebuffus in *dict. leg. verbum, oportebit 8. de verb. ſignif.* conſtituit hanc regulam *in verſ regula ergo eſt.* Quod verba præſentis, vel præteriti temporis regulariter non continent futurum: & ex eo infert primùm, quod ſi ſeruitus ſit impoſita hoc modo; *Lumina quæ nunc ſunt, ita ſint:* de futuris luminibus nihil caueri videtur: *l. ſi ſeruitus 22. ff. de ſeruitutibus vrban prædior.*

6 Infert ſecundò, quod ſi legauero argentum meum, vel libros meos; hæc demonſtratio, *meum*, præſens, non futurum tempus oſtendit: *dict. l. ſi ita 7. ff. de auro & argent. legat.*

7 Infert tertiò, quòd ſi quis legauerit ea quæ viuis donauerat, non comprehenduntur ea quæ poſt teſtamentum donata ſunt: *l. vxori, §. 1. ff. de legat. 3.*

8 Infert quartò, quod ſi quis remiſit id quod Titius ipſi debet, non extenditur ad id quod poſtea debebit: *l. Aurelius 28. §. Titius, el 1. ff. de liberat. legat.*

l. ſi

l. ſi ita ſcripſiſſe 46. ff.de legat.2. & dict. l.ſi à colone : Decius *conſ.61.num.final.*

9 Ex his quidem venit intelligendus atque explicandus text. in *l. ſi vſusfructus mihi in biennium,6. ff. de vſufructu legat.* cuius ſpecies ita figuratur. Teſtator quidam legauit Titio vſumfructum fundi Titiani vſque ad biennium continuum à tempore mortis teſtaturis, & per eius hæredem ſtetit quominus eum daret Titio, & tranſacto biennio, Titius contendebat alio tantundem futuro tempore biennij frui dicto fundo, ſeu prædio Titiano, cùm vti-frui non potuiſſet illo præterito biennio, ex eo quod fuit impeditus facto, vel culpa hæredis; ſed ex aduerſo hæres excipiebat, non debere vti-frui alio futuro biennio, quia tempus, quod comprehendebat legatum, erat finitum, & de tempore futuro non fuit vſusfructus legatus: & Pomponius ad æſtimationem illorum duorum annorum temporis præteriti dumtaxat, & non ad refectionem aliorum futurorum hæredem condemnari debere, reſpondit.

10 Rationem decidendi reddit Conſultus, quia vſusfructus præteriti ſeu tranſacti temporis, non eſt idem, quod vſusfructus temporis futuri, & hic vſusfructus temporis futuri non fuit legatus, ſed ille temporis præteriti, ſeu iam tranſacti biennij, ibi: *Vt peti quidem iam vſusfructus, qui legatus ſit, non poſſit, quia alius futurus ſit, quam qui legatus fuerit.*

11 Quam rationem decidendi explicat ex Cujacio D.Ioan. à Caſtil. *de vſufruct.lib.1. cap.14. num.17.* his verbis: Veram rationem optimè ac verè aſſequutus eſt Cujacius in recitatione ſolemni *in lib ff ad dict. leg. ſi vſusfructus mihi,* vbi rectè probat vſumfructum tempore finiri, quoties ad certum tempus vſusfructus legatur, veluti biennio, aut triennio: quod ſi per hæredis moram & calliditatem factum ſit, vt intra biennium non cederetur, & conſtitueretur legatario vſusfructus, poſt biennium integra eſt actio ex teſtamento legatario in id quod intereſt aduerſus hæredem, quâ conſequetor vſusfructus æſtimationem bimam: nam etſi quæ alia res legata perempta eſſet (ſicut & hic vſusfructus peremptus eſt tempore biennij) poſt hæredis moram, hæres legatario teneretur actione ex teſtamento, *l.ſi ex legati cauſa, ff de verb. obligat.* Ratio eſt, quoniam res ipſa iam peti non poteſt, quæ in rerum natura eſſe deſiit, nec dari poteſt; ſed peti poteſt æſtimatio rei peremptæ; quæ poſt moram hæredis in petitionem venit. *l.eum qui, §.1. ff de iureiurando: l.cum res, § final. ff.de legat.1.* & ita etiam vſusfructus ipſe peti iam poſt biennium non poteſt: quoniam illud tempus vſuifructui præſtitutum fuit: quia ſi vſusfructus peteretur poſt biennium, alius peteretur, quam qui legatus eſt: Non petitur ergo poſt biennium, quia peremptus eſt; Sed petitur æſtimatio bima. Hactenus D Caſtillo.

12 Cui addimus rationem, quam diximus, quod non compatitur ſecundum naturam, quod præteritum finitum contineat futurum, quod nondum venerat, ideò legatum vſusfructus illius temporis præteriti non continet vſumfructum alterius temporis futuri, quod eſt diuerſum tempus, & non compatitur vnum cum alio: ideo dicimus, *ad præteritum non eſt potentia:* Petrarca *in Dialogo* 15. nam prout inquit Ouidius *1 Metamorph. Fugiunt, fræno non remorante dies;* & Seneca *in Hippolyt Sicut vnda vndam perpetue pellit, ita dies diem trudit*

13 Et licet, quod legatur non eſt tempus, ſed vſusfructus, attamen vſusfructus, qui legatur, eſt reſpectu temporis, quod eſt menſura, qua, ex voluntate teſtatoris diuiſus fuit vſusfructus ac ſeparatus inter legatarium & hæredem: *l.arbor 19. §. final. ff. commun. diuid.* vbi deciditur, quod temporibus poſſumus diuidere aquam, vt certo tempore mihi vti liceat, & tibi alio tempore, ibi: *Vt præfata iura, aut menſurâ, aut temporibus diuidantur.*

Quapropter dicendum eſt, quod reuera deciſio text. *in dict. l. ſi vſusfructus mihi in biennium,* procedit ex natura limitati temporis: Philipp.Decius *conſil.61. num. final. verſ. Et adeo eſt præciſa natura limitati temporis, quod relegatus ad certum tempus finito tempore poteſt redire abſque licentia ſuperioris, &c.* Bald. in *l.obſeruare, §. proficiſci, n.5. verſ Reſpondeo ad contrarium, quod iſtud non eſt argumentum à contrario ſenſu, ſed ex natura temporis limitati, Cod. de præſcriptionib. 30.annorum, l.ſicut, in fine, & infrà, de pactis, l. ſi vnus §.1. de vulgar. ſubſtitut. &c.* Quem ad id refert Tiraquel. *de retract. conuent.§.1. gloſ.2. num.49. & 50.* Rota *deciſ.Genuenſ.27. n.8.* Per hunc 15 igitur text. in *l. ſi vſusfructus mihi in biennium 6. de vſufructu legat.* ac eius rationes decidendi, rectè deciduntur quamplurimæ quæſtiones, & maximè ſequentes. 14

Prima, quod ſi Colonus fuit eiectus ante tempus ſibi conſtitutum aut pactionatum ad fruendum de re conducta, vel qualibet ex cauſa impeditus, tempore iam tranſacto locationis, non competit ei actio ad recuperandam rem locatam, vt alio tanto futuro tempore fruatur, ſed ſolum ad intereſſe: ex *l. ſi fundus 33. ff.locati, & conduct.* Bart. *in l. ſi vno 17. §.item cum quidam, num.9. ff.locati,* & in *dict. l. ſi ita ſtipulatus 14. num.2. ff.de verb.obligat. & in l. ſi prius, n.30. ff.de noui oper. nuntiat.* Aluarus Valaſcus *conſult.173. num.15.* vbi reddit rationem à nobis *ſuprà* allatam, quia ita dicit: *Nec iudicatum fuit; deiecto aliud tantumdem tempus fruendi prædio, quanto caruit re locata propter deiectionem, quia ſunt tempora diuerſa, & non eſt dare reſtitutionem ad illud tempus, quo fuit deiectus, &c.* Rota Genuenſ. *d deciſ.27.n.9.* & cum multis D.Ioſeph. Vela *tom.1. diſſertat.20.num.44.* Fontanel. *deciſ.99 num.9.* 16

Secunda ad idem eſt quæſtio Quod tranſacto tempore ad ſeruitium conſtituto, abſque eo quod famulus ſeruitium præſtitiſſet, infirmus quippe, vel alia ex cauſa impeditus erat, licet velit ſeruire alio tanto tempore, & mercedem integram habere, non auditur, cum non debeat ad id tempus tranſactum reſtitui: Bart. *in d. l. ſi vno 17. § item cum quidam, num 9. ff.locat.* vbi Additionatores *lit.E.* reddunt rationem, ita ſic: *Ratio, cur præſtatio operarum mutatur curſu temporis, eſt quia alia eſt illa quæ præſtatur hodie, alia illa, quæ præſtabitur Cras, imò pro illa quæ præſtabitur cras, & ſic futura, non deberet habere ſalarium; ſecus ſi eſſet propter aliud factum, quod curſu temporis non mutaretur, quia tunc ſi infirmaretur, deberet habere ſalarium, &c.* Bald in *l.liberti libertæque, num 15. Cod.de oper.libertor.* & alij *ſuprà* relati, & *infrà* referendi. 17

Tertia, quando in contractu de ſocietate inita ad certum tempus, licet nondum ſit perfecta negotiatio intra tempus præfinitum, eo finito ac præterito, non debet prorogari vlterius ad futurum tempus, renuente & inuito ſocio. Probatur ex profeſſo in Rota Genuenſi, *deciſ.27. per totam,* ex text. in *l actione 65. §.item qui ſocietatem in tempus, in fine, ff. pro ſocio.* & doctrina Bartol. in *l. ſi prius, num.30. ff.de noui oper. nuntiat.* 18

Quarta, ſi Officialis fuit ad certum & determinatum tempus electus, & etiam ſine culpa ſua impeditus fuerit pro illo, vel aliquo ex eo tempore, non valet recuperare illud tempus præteritum, quo fuit impeditus, nec ei eſt reficiendum aliud tantundem 19

de

de futuro: ſolum enim remanet eidem actio ad intereſſe: Bartol. *in dict. l. ſi vſusfructus mihi in biennium, num. final. ff. de vſufruct. legat.* idem Bartol. *in dicta l. ſi ita ſtipulatus, 14. ff. de verb. obligat. n. 2.* vbi ponit quæſtionem de electo in Prætorem Ciuitatis per ſex menſes, qui ſi caſu fortuito impediatur exercere Præturam primis tribus menſibus, non reintegratur ei tempus, ſed Præturæ officio reliquis tribus menſibus tantum fungi poteſt: idem Bartol. in *dict. l. ſi prius, num. 30. verſ. decimo quarto, quid ſi aliquis petat ſe admitti in Regimine, vel Rectoria, &c. ff. de noui Operis nuntiat.* & ſequitur Bartolum in *d. l. ſi ita ſtipulatus* 14. Angelus *num. 5.* Alexand. *num. 7.* Aretin. *num. 2.* Iaſon *num. 15.* Alciatus in *l. ſequenti, n. 5.* Bald. *in dict. l. liberti libertæque, num. 15. C. oper. libertor.* Carolus Ruinus *conſ. 27. num. 8. lib. 4.* Aluarus Valaſcus *conſult. 155.* vbi *num. 5.* affirmat, ſe in facto vidiſſe iudicatum; quod cum quidam electus ad officium Ædilium, fuiſſet impeditus ex eo quod ei opponebatur non fuiſſe ritè & rectè electum, & interim dum ſententiam ſupremi Senatus obtinuit in confirmationem ſuæ electionis, lapſum fuit tempus, ad quod erat electus, nihilominus Senatus noluit in ſententia clauſulam adiicere, quod reintegraretur per tantum temporis, quo fuerat à Tertio iniuſtè impeditus vtifrui: idem Aluarus Valaſcus *conſult. 175. n. 14.* Cabedo, *part. 2. deciſ. 84. n. 5.* Rota Genuen. *dict. deciſ. 27. num* 10. Vincentius de Franch. *deciſ. 419. & deciſ. 451.* Guzman *de euictionibus quæſt. 24 num. 26.* Amendola *in addition. ad Vincentium de Franch. deciſ. 406. n. 4.* D Garcia de Maſtril. *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 21. n. 90. & cap. 23. num. 56.* D. Salgad. *de Regia protect. part. 4. cap. 11 n. 54.* Fontanel. *de pact. nuptialib. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 10. part. 1. à num. 102.* Et magis ex profeſſo *in pulchra deciſ. 99. num. 10.* Et probatur etiam per text. in *cap. final. de Iudic.* in illis verbis: *Tempus Regiminis electi prædicti inutiliter elabatur:* vbi expreſsè docet Abb. *num. 8.* & Anton de Butrio *num. 16* Barboſ. *in collect. ad dictum cap. final. num. 7.* idem Barboſ. *de iure Eccleſiaſtic. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 177.*

20 Quinta, quando aliquis Doctor promiſit legere, v. g. duobus annis proximè futuris, ſi ex aliqua cauſa non legit, & illud tempus præteriit, non tenetur legere aliis duobus ex ſequentibus annis, ſed ſolum ad intereſſe, ſi culpâ ſuâ id acciderit: Abb. *in dicto cap. final. de iudic. num. 8. in fin.* Cabed. *deciſ. 84. n. 5.* Aluarus Valaſcus *dict. conſult. 155. n. 5.*

21 Sexta & vltima ſit noſtra excitata quæſtio in materia Maioratus & Patronatus, vel perpetui Anniuerſarij in caſu ſæpè ſæpius contingibili, de quo ita dicit Aluarad. *de coniecturat. mente defuncti lib. 2. cap. 2. § 1. num. 31. Si in maioria, vel alia diſpoſitione dicatur, (vt vidi in Anniuerſario perpetuo à marito & vxore confecto) quod ſuccedat vnus ex generatione viri, & alter ex generatione & familia vxoris.* Vel ſi in Patronatu diſponatur, quod fructus vel redditus bonorum, duobus, vel tribus annis, pertineant ad conſanguineum, vel conſanguineam ex parte mariti, vel ad Redemptionem Captiuorum, vel ad eleemoſynam alterius piæ Cauſæ, & redditus vel vſusfructus bonorum, aliis duobus, vel tribus annis, pertineat ad conſanguineum vel conſanguineam ex parte vxoris, vel ex linea paterna vel materna, vel ad diſtributionem pro maritandis puellis, vel excarcerandis debitoribus, vel ad aliam cauſam piam alternatiuè: In his enim caſibus, 22 & iis ſimilibus, & quolibet eorum, vſusfructus vel redditus vnius anni ſeu cuiuſcumque temporis præteriti, in quo ſucceſſor Maioratus, vel legatarius non fruatur, etiam abſque eius culpa, impeditus fortè ex cauſa oppoſitionis, litis, vel controuerſiæ etiam iniuſtæ, non debet ei ſuppleri, ſeu refici ex alio anno ſeu futuro tempore, alteri ſucceſſori vel legatario aſſignato; ſed ſolum ad æſtimationem & intereſſe erit ei actio atque recurſus, ex *dict. l. ſi vſusfructus mihi in biennium, 6. ff de vſufruct. legat.* Fontanel. *in dicta deciſ 99. per totam.* Nam tempus deſignatum ſeu di- 23 ſpoſitioni adiectum alterius temporis futuri functionem non recipit: dixit Bald. in *dict. l. ſi vſusfructus mihi in biennium:* & in *cap. licet, num. 3. verſ. Tu dic: de ſupplenda negligentia Prælatorum.* Iaſon *in Auth. quæ ſupplicatio, num. 5. verſ. tempus certo modo determinatum alterius temporis functionem non recipit, &c. C. de precib. Imper. offerendis,* & *ibi* etiam Salicetus, Monter de la Cueua *deciſ. 20. num. 31.* Riminaldus iunior *conſ. 821. num. 12. lib. 7.* Paulus Bellonius *de poteſt. eorum quæ incontinenti, vel ex interuallo fiunt, lib. 1. cap. 165 n. 2.*

Contrarium autem poſſet redundare in præiudicium Tertij; veluti ſi tempore præterito fuiſſet ſterilitas in fructibus, vel neceſſitas in reficiendis prædiis ex redditibus, iam ad id conſumptis, vel è contra id contingeret fieri tempore futuro; & quoties ex prorogatione ſeu refectione temporis futuri euenire poteſt, quod iniuria irrogetur, vel res deueniat in præiudicium Tertij, tempus extinctum non reuiuiſcit, nec debet prorogari, neque ex alio futuro ſuppleri: Paulus Caſtrenſ. *in l. 2. §. Iudex, num. 6 ff. de iudic.* Surd. *conſ. 56. num. 14. & conſ. 57. num. 13.* & Decius *conſ. 189. num. 23.*

Sed contra text. in *d. l. ſi vſusfructus mihi in biennium 6. ff. de vſufruct. legat.* & omnia *ſuprà* per eum deciſa, obſtare videtur primùm, text. in *l. ſeruus qui teſtamento 14. § ſeruus, ff. de ſtatuliberis.* Vbi teſtator quidam libertatem reliquit ſeruo, ſi hæredi dediſſet operas ſeptem annorum, quorum vnum conſumpſit in fuga, quam ſeruus fecerat, & licet præteriiſſent ſeptem anni, & ad libertatem deueniſſe contenderet ſeruus; nihilominus reſpondit Iuriſconſultus ſeruum non eſſe liberum, niſi totidem annos quot feciſſet in fuga, ſeruiſſet, non enim fugitiuus operas domino dedit. Ex quo textu notatur, quod famuli ſeruientes, ſi aufugiunt, coguntur, ſi dominus velit, per aliud æquale tempus ſeruire, quantum fecerunt in fuga. Et ita dicit vidiſſe iudicatum de famulis artificibus qui addiſcunt artes mechanicas. Aluarus Valaſcus *conſult. 155. n. 3.* ergo tempus præteritum, quo aliquis vtifrui non poſſit, quia impeditus, repleri debet ex tempore futuro. 24

Secundò aduerſarii poſſet text. in *dict. l ſi ita ſtipulatus* 14. cum *l. ſequenti, ff. de verbor. obligat.* Vbi ſi quis promiſit ædificare inſulam, vel damnauerit hæredem intra certum tempus domum ædificare, & ædificata aliqua parte, poſtea incendio conſumpta ſit, & tempus præterierit, non ſolum tempus, quod deerat, ſed integrum aliud tempus ex futuro ſuppleri debet ad totam inſulam vel domum inſtaurandam. 25

Tertiò, quia regula eſt, quòd quando quis eſt impeditus facto aduerſarij, tempus non currit ſic impedito: *l. 1. in fine, C. de ann. præſcript. Auth niſi trieunali, C. de bonis maternis:* & caſu quo tempus currat impedito, reſtituitur, & reficitur ei tantumdem, *l. final. ff de minoribus: l. ſed etſi 26. §. ſi feria, & §. ſequenti, ff. ex quib. cauſis maiores,* ibi: *Sed cum feriæ tempus eximunt, reſtitutio duntaxat ipſorum dierum facienda eſt.* 26

Quartò & vltimò opponi poſſe videbatur de text. in *l. Paulus 38. §. Gaius, ff de liber. cauſa.* Vbi aliquis vendidit ſeruum hoc pacto, vt cum poſt triennium manumitteret emptor, ſi triennio continuo ei ſeruierit, & nondum impleto triennio, ſeruus ab emptore fugit, 27

Digitized by Google

fugit, & emptor interim deceſſit; ſi ſeruus reuertatur, & finito triennio ad libertatem deuenire iotendat, non auditur, niſi reuerſus ſeruiat tanto tempore, quanto fuit in fuga; ergo idem in caſibus ſupra allatis dicendum eſt.

28 Quæ omnia equidem in nihilo aduerſantur deciſioni text. *in dict. l. ſi vſusfructus mihi in biennium*, nec omnibus aliis per eum deciſis quæſtionibus. Nam ad text. in *dict. l ſeruus qui teſtamento* 14. *§. ſeruus, ff. de ſtatuliberis*, reſpondetur, quod ibi tempus ſeptem annorum non fuit limitatiuè ſeu circumſcriptiuè appoſitum ad hoc vt inciperet à certo die, provt in *d. l. ſi vſusfructus mihi in biennium*, ibi; *Continuum à morte teſtatoris*; ſed in genere ſimpliciter quando ſeruus ſeptem annos operas dediſſet, non adiecto de quibus annis: ita diſtinguit Bartol. *in l. ſi vno, §. item cum quidem, num. final. ff. locat. & in l. ſi ita ſtipulatus* 14. *num.* 2. *in fine, ff. de verb. obligat.* vbi etiam Aretinus *n* 3. Iaſ. & alij communiter Doctores: hanc etiam diſtinctionem ſatis ex profeſſo explicat atqoe declarat Aluarus Valaſcus *conſult.* 155. *num.* 9. 10 *&* 11. Rota Genuenſ. *deciſ.* 27. *num.* 9. *&* 10.

29 Vnde ſit prima limitatio & declaratio ad *dictam l. ſi vſusfructus mihi in biennium*, & ad deciſionem noſtræ quæſtionis de Maioratu, vel Patronatu. quando tempus ſit appoſitum in genere ſimpliciter & incircumſcriptè, nou adiecto de quo anno, quia tunc poterit de alio futuro anno ſuppleri, vti probant Bartol. Valaſcus, & Rota Genuenſ. *vbi proximè.*

30 Ad ſecundum reſpondetur, quod text. *in dicta l. ſi ita ſtipulatus* 14. cum *l. ſequenti, ff. de verb. obligat.* loquitur in caſu qoo, illud quod eſt in obligatione, non mutatur curſu temporis, quia tunc licet tempus prætereat, ipſum quod eſt in obligatione, remanet: provt in eo, qui promiſit ædificare domum, vel ſcribere librum intra certum atque determinatum tempus; nam ſiue ædificetur domus, vel ſcribatur liber iſto anno, ſiue ſequenti, ſemper eadem erit domus, & idem liber; ideò nil mirum, quod poſſit tempus reintegrari ſeu refici aut ſuppleri ex tempore futuro. *Sed lex, ſi vſusfructus mihi in biennium*, loquitur in caſu, quo vſusfructus, qui legatur, vel qui eſt io obligatione, mutatur curſu temporis; nam vſusfructus vnius anni non eſt vſusfructus alterius ſubſequeotis ſeu futuri anni.

31 Et cum hac diſtinctione intelliguntur atque conciliantur commuoiter Doctores text. in *dicta leg. ſi ita* 14. *& in l. ſequenti, ff. de verb. obligat.* cum *dicta l. ſi vſusfructus mihi in biennium*, maximè Bartol. io *leg. ſi vno, §. item cum quidam, num. final verſ. Verbi gratia conduce operas tuas, vt facias mihi domum, vel librum ſcribas; nam eadem eſt domus, quæ ædificabitur cras, ſicut illa quæ ædificaretur hodie, ff. locat & in l. ſi prius, num.* 30. *verſ. Reſpondeo illud in iis quæ curſu temporis non pereunt, vt ecce ſiue fiat domus in illo ſolo, hoc anno, ſiue ſequenti, eadem eſt domus; ſecus in iis quæ curſu temporis pereunt, vt in l. ſi vſusfructus mihi in biennium, &c.* Et in *dicta l. ſi ita ſtipulatus* 14. *cum l. ſequenti, de verb. obligat. num.* 2. *verſ. Sed dico contra: quia quædam ſunt, quod licet tempus labatur, ipſum tamen remanet, vt in caſu propoſito; nam ſiue fiat domus in iſto ſolo nunc, ſiue poſtea, eadem domus eſt, & tunc reintegratur tempus, vt hic: Sed quandoque ipſum principale quod eſt in obligatione excurſu temporis mutatur, vt operæ vnius hominis, vt l. non ſortem, §. libertus, ſuprà, de condic. indebiti: & tunc tempus non reintegratur, vt l. ſi vſusfructus mihi in biennium, &c.* Abb. Panormitan. *in cap. final. de iudic. num.* 8. *verſ. Nam cum hoc caſu verſentur Operæ perſonales, quæ mutantur excurſu temporis, cum alia ſint operæ huius anni, alia ſequentis, &c.* & *ibidem* Anton. de Buttrio *num.* 16. Bald. *in leg. liberti libertæque, num.* 15. *Cod. de oper. libertorum.* Cabedus *part.* 2. *deciſ.* 84 *num.* 5. Fontanel. *de pactis nupt. tom.* 3. *clauſ.* 4. *gloſ.* 10. *part.* 1. *num.* 104. cum Aluaro Valaſco *conſult.* 155. *num.* 6. & *num* 7. *&* 8. diſtinguit cum Æmilio Ferreto in *leg. & ideo* 15. *de verb. obligat.* illud quod eſt in obligatione an ſit diuiduum, vel indiuiduum.

32 Hinc deſcendit ſecunda limitatio & declaratio ad text. in *dicta leg. ſi vſusfructus mihi in biennium*: & omne id quod ex eo deciſum eſt, quod non procedat, quando illud quod eſt in legato, vel in obligatione, non mutatur ex cauſa vel curſu temporis: veluti, exempli gratia, ſi teſtator iubeat quod tali anno detur domus ædificata, vel liber, calix, ornamenta, lectum, ſupellex, ad maritandas puellas; penus ad prouiſionem pauperum, equus ad bellum, vel certa ac determinata quantitas; cum non adiiciatur; quod præſtentur ex fructibus illius anni, vel temporis: quia in iis ſolum, quæ excurſu temporis variantur, locum obtinet text. in *dicta leg. ſi vſusfructus mihi in biennium*; provt tenent *ſuprà* relati, & Fontanella *dicta deciſione* 99. *num.* 11.

33 Ad tertium reſpondeas, quod non valenti agere, ex regula *l.* 1. *in fine, Cod. de annal. præſcript.* non ſuppletur tempus, nec ei reficitur ex futuro: cùm non eidem tempus currat, & ideò non currit præſcriptio contra ipſum, nec indiget reſtitutione temporis.

34 Nec obſtat, quod quando currit impedito, conceditur dilatio & prorogatio de tempore futuro per viam reſtitutionis, ex *l. final. ff. de minoribus: & leg. ſed etſi* 16. *§. Feriæ, ff. ex quibus cauſis maiores.* Quia in materia dilationum oon eſt incoouenieos, quod finita vna, detur alia, maximè cum non interſit aduerſarij: Aotonius Capycius *deciſ.* 81. *num.* 2. Paulus Bellon. *de poteſt. eorum, &c. lib.* 1. *cap.* 174. *num.* 18. *in fine*, cum Bald. *in l.* 1. *num.* 4. *Cod. de operis libertorum*: nam ſi interſit provt in *dicta leg. ſi vſusfructus mihi in biennium*, tempus ſupplendum non eſt, Aretinus in *dicta l. ſi ita ſtipulatus* 14. *num* 4 *ff. de verb. obligat.* Rota Genuenſ. *dict. dec.* 27. *n.* 10 Fontanel. *dict. deciſ* 99. *num.* 11.

35 Ex qua reſponſione fluit tertia limitatio; quando nullum ſequitur inconueniens ex prorogatione temporis, nec intereſt aduerſarij, & is aduerſus quem fluxit tempus; fuerit ex iuſta cauſa impeditus: Rota Genuenſ. *d. deciſ.* 27. *n.* 10.

36 Ad quartum & vltimum reſpondetur, quod text. in *dicta l. Paulus* 38. *§. Gaius, ff. de liberali cauſa*, non decidit, quod ſeruus reuerſus poſt mortem domini emptoris ſeruiat tanto tempore, quantum expendit in fuga, nec ibi ratio dubitandi fuit; niſi an ex eo quod non expleto tempore triennij mortuus fuit dominus, cui ſeruire Stichus tenebatur tanquam ſeruus illis tribus annis, poſſet aſſequi libertatem? & Iuriſconſultus reſpondit, quod oiſi expleto tempore triennij ad libertatem deuenire non debet. Patet ex interrogatione in *text.* facta; ibi: *Quæro an obſtet Sticho ad conſequendam ex venditione libertatem, quod ante triennium deceſſerit?* Et de reſponſo ad eam interrogationem, ibi: *Paulus reſpondit ſecundum ea quæ proponerentur, expleto tempore, poſt quod Stichus manumitti debuit, libertatem ei competiiſſe.* Et hic eſt verus intellectus traditus à Valaſco *dicta conſult.* 155. *num.* 12. *&* 13. exploſis provt diuinatoriis ſolutionibus datis à Ludouico Romano, Aretino, Iaſone, & aliis.

Digitized by Google

37 Idcirco apparet, quod textus in *dicta l. Paulus* 38. §. *Gaius*, non eſt contrarius, imò conuenit ad confirmationem deciſionis in *dicta l. ſi vſusfructus mihi in biennium*. Quod comprobatur ex *l. quæſitum* 37. *ff. de vſufruct.* vbi duo caſus proponuntur, vnus, ibi: *Quæſitum eſt ſi cum in annos decem proximos vſumfructum de te dari ſtipulatus eſſem, per te ſteterit quominus dares, & quinquennium tranſierit, quid Iuris?* alter, ibi: *Item ſi Stichi decem annorum proximorum operas de te dari ſtipulatus ſim, & ſimiliter quinquennium præterit?* Et vterque eodem iure reſoluitur in id quod ſolummodo à debitore intereſſe ſeu æſtimatio præteriti temporis præſtetur, & non quod aliud quinquennium ſuppleatur ex tempore futuro. Quod idem important illa verba: *Reſpondit eius temporis vſumfructum & operas rectè peti, quod per te tranſactum eſt quominus daretur.*

38 Ideo in Gloſſa, *verb. per te*, ita dicitur: *Vel dic; quod erat dubitatio, quia volebat ille peti per aliud quinquennium, vt ſic integrum decennium haberet fructuarius: quod non poteſt; imò æſtimationem præteriti temporis præſtauit: vt hic, & infra de vſufruct. legato, l. ſi vſusfructus mihi: & infra eodem, l. defuncta: & l. quod ſi hæres, & l. cuiuſcumque in principio, & ſupra l. proxima, §. finali.*

39 Hactenus de incompatibilitate trahendi tempus præteritum ad futurum, cùm repugnet de iure naturali, quia præteritum non continet futurum. Nunc denique videamus è conuerſo, de tempore futuro ad præteritum; & idem dicendum eſt; quia nec etiam futurum continet præteritum finitum: vt probat Petrus Rebuffus in *l. verbum oportebit* 8. *verſ. futurum vere non continet præteritum finitum, &c.*

40 Atque hinc colligi poteſt ratio decidendi ad text. de iure noſtro Regio in *l. 42. Tauri*, quæ eſt *l. 3. tit. 7. lib. 5. Recopil.* vbi facultas Regia ad inſtituendum Maioratum non confirmat, nec vllo modo facit validari Maioratum iam conditum, niſi expreſsè in facultate Regia Maioratus iam conditus confirmetur. Nam ita diſponit: *Ordenamos y mandamos que la licencia del Rey para hazer del Mayorazgo, de manera que aunque el Rey dè licencia para hazer Mayorazgo por virtud de la tal licencia no ſe confirme el Mayorazgo que de antes eſtuuiere hecho: Saluo ſi en la tal licencia expreſſamente ſe dixeſſe, que aprouaua el Mayorazgo que eſtaua hecho.* Quam legem iure comprobat atque exornat *ibidem* Antonius Gomez *in ipſamet l. 42. Tauri, num. 1. & 2.* & Velaſquez de Auendaño *n. 1. & 2.* D. Molin. *lib. 2. cap. 6. n. 53 & cap. 7. à n. 2.* Azeuedus *in d. l. 3. n. 5.* Caldas Pereyra *de nominat. emphyteut. quæſt. 21. à n. 55.* Mieres *part. 4. quæſt. 2. à n. 1.*

41 Aliter enim ſi Regia facultas confirmaret Maioratum iam conditum de præterito, daretur, quod licentia ſeu facultas conceſſa ad inſtituendum de futuro Maioratum, reſpiceret cauſam de præterito, cùm de ea facultate ac Regia licentia debeamus præſumere, quod de Statuto, vel lege, quæ non debent ferri in præteritum, ſed futuris tantum negotiis dant formam prout dicitur in *l. leges 7. C. de legibus: leges & conſtitutiones, futuris certum eſt dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocari, niſi nominatim & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit, Auth. vt cum de appellatione cognoſcitur, collat. 8. in princip. cap. final. de conſtitutionib.*

42 Facit etiam text. in *leg. ſi vero 12. §. poſt creditam pecuniam, ff. mandati*: vbi mandatum de mutuando Titio, non retrotrahitur ad mutuum iam ante factum.

43 Et confirmatur ex *leg. ſolemus 9. ff. de conditionib. & demonſtration.* vbi legatum relictum vxori in tempus liberorum, ſeu quando ſuſceperit liberos, non intelligitur de liberis præteritis, quos antea ſuſceperat, ſed de liberis futuris ſuſcipiendis poſt teſtamentum mariti.

Ex his iuribus, & rationibus à nobis adductis, 44
quod legatum relictum pro maritandis puellis, non debeatur iam maritatis, Bald. in *leg. final num. 14. Cod. de ſentent. quæ ſine cert. quant. proferunt.* Iaſ. *in l. quominus num. 133. ff. de fluminib.* Tiraquel. in *l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit, num. 178.* Palacios Rubios *in cap. per veſtras, notabil. 3. §. 12. num. 6.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordinamenti, verſ. Dubium eſt quotidianum, fol. 79.* Cardinal. Mantica *de coniecturis vltimarum volunt. lib. 12. titul. 1. num. 13.* Pat. Thomas Sanchez *de matrimon. lib. 1. diſp. 33. num. 32.* Surd. *conſil. 69. num. 26.* copiosè Caſanate, ad quem recurras, *conſil. 35. per totum.* Anton Queſad. *diuerſar. quæſt. cap. 13.* Hippolyt. Riminald. *conſil. 170. à num. 42.* D. Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capellan. lib. 1. cap. 21. num. 30.* Azeued. *conſil. 1. per totum,* Florez Diaz de Mena *in addition. ad Gam. deciſ. 125.* Iacob. Cancerius *variarum, titul. de legat. à n. 175.* Dom. D. Ioan. à Caſtil. *lib. 4. cap. 37. num. 34. & lib. 5. cap. 84. n. 49.* Hermoſill. *in l. 6. tit. 4. part. 5. gloſ. 1. num. 13.*

Præterea ex noſtra regula tenendum eſt, etiam 45
quod diſpenſatio ad obtinenda duo incompatibilia beneficia, non habet locum in beneficiis iam antea obtentis, niſi diſpenſatio faciat etiam mentionem de dictis beneficiis obtentis: nam cùm diſpenſatio reſpiciat futura, ſequitur quod futurum non contineat præteritum: Rebuffus *in tract. de nomination. quæſt. 15. n. 34. & in prax. benef. p. 2. de diſpenſat. & in l. verbum oportebit, verſ. futurum vere, ff. de verb. ſignificat.*

Et iuxta hæc omnia, reſpondi ad caſum de quo fui 46
conſultus diebus elapſis: Quidam (vt referebatur mihi) condidit irreuocabiliter Maioratū ex Tertio & Quinto ſuorū bonorum, in fauorem ſui primogeniti, in capitulis matrimonialibus, ad contrahēdum matrimonium cum perſona certa, cum qua contraxit, & ad ſucceſſionem vocauit filios & deſcendentes in perpetuum, omittens vocare poſt eos, Aſcendentes ſuos, & conſanguineos tranſuerſales, & poſtea abſque mentione fundationis huius Maioratus impetrauit à Principe Regiam facultatem ad inſtituendum Maioratum de omnibus ſuis bonis, & virtute huius facultatis inſtituit Maioratum, ad cuius ſucceſſionem poſt ipſummet primogenitum, & alios ſuos filios, ac deſcendentes vocauit extraneos, & piā Cauſam; & euenit, quod poſtquam ſucceſſerunt primogenitus, & ſecundogenitus, vterque deceſſit abſque deſcendentibus, & contendebant tranſuerſales ad ſucceſſionem prioris Maioratus conditi ex Tertio & Quinto, & de contrario extranei & Cauſa pia dicebant ſe eſſe ſucceſſores in omnibus bonis Maioratus poſtea inſtituti virtute Regiæ facultatis: Sed quia in Regia facultate non facta fuit mentio de alio primo Maioratu irreuocabiliter inſtituto ex Tertio & Quinto bonorum, ad quem tranſuerſales ius acquiſitum irreuocabile habebant, & vocationem legalem *ex lege 27. Tauri*, duos eſſe diſtinctos Maioratus reſpondi, & ſub inſtitutione vltimi Maioratus non comprehendi primum Maioratum nec eius bona, & eius primi Maioratus ad conſanguineos tranſuerſales ſuo ordine pertinere ſucceſſionem: Nam Regia facultas reſpexit ad futurum Maioratum inſtituendum, & ſic ad tempus futurum, & non ad præteritum, & quoniam non eſt incompatibile, quod potuerit duos inſtituere Maioratus; vnum ex Tertio & Quinto, & alterum virtute Regiæ facultatis: D. Molina *lib. 2. cap. 4. n. 49 in fine,* ibi: *Secque quotidie is, qui facultatem ad Maioratum*

inſtituendum

inſtitnendum obtinuit, atque illud fecit, ſi poſtea alium inſtituero voluerit, nouam facultatem ad ſecundum inſtituendum impetrare ſolet; niſi primum ex Tertio & Quinto, ſecundum autem ex Regia facultate facere voluerit: id namque ſibi permiſſum eſt.

CAPVT III.

De Incompatibilitate naturali ratione ſexus: vbi de Hermaphrodito circa ſucceſſionem in Maioratu.

SVMMARIVM.

1 Hermaphroditorum ſpecies prouenit ex natura peccato in ſexu.

2 Sexus maris, & fœmina, ſunt incompatibiles: attamen concurrunt turbata regula natura in eodem ſubiecto.

3 Sexus maris, & fœmina, non fuiſſe diuiſos ante peccatum primi parentis, ad interpretationem Geneſeos cap.1. ibi: Maſculum, & fœminam creauit eos, eſt falſa opinio, & reprobatur.

4 Hermaphroditum poſſe habere duos ſexus aqualiter perfectos ad generandum, & concipiendum, eſt incompatibile de Iure naturali.

Et comprobatur, num.5. & 6.

7 Hermaphroditos eſſe conceptos in ſeptimo ſinu, ſeu receptaculo, quod eſt in medio matricis, demonſtrat Ioan. Perez de Moya: & reprobatur contraria ſententia, & n 8 & 9.

10 Hermaphroditus primogenitus an praferatur ſecundogenito ſimpliciter maſculo, in Maioratu regulari vel Maioratu agnationis, vel ſimpliciu maſculinitatis.

11 Hermaphroditus habet qualitatem maſculinitatis.

12 Hermaphroditus poteſt concurrere ita ad agendum, ſicut ad concipiendum.

13 Mixtum ſub ſimplici comprehenditur, & diſpoſitio loquens de ſimplici habet etiam locum in mixto.

14 Mixtum in Hermaphrodito habet ſeparatum vtrumque ſexum ſimplicem, & vnumquodque iudicatur per ſe.

15 Hermaphrodito habente vtrumque ſexum aqualem, attendi debet dignior, & potentior.

16 Hermaphroditus poteſt eſſe teſtis in teſtamento ſicut alij maſculi.

17 Hermaphroditus poteſt eſſe Doctor, Aduocatus, Iudex, Arbiter, Procurator, Tutor, & Curator, tributorum exactor, delator in fiſcum; adoptare, & poſthumum haredem inſtituere.

18 Hermaphroditus poteſt fungi omni officio virili, & mulieribus prohibito.

19 Hermaphroditus poteſt contrahere matrimonium cum fœmina etiam quando in vtroque ſexu ſit aqualis, & n.20.

21 Hermaphrodito, & eius dicto, ſeu declarationi ſtandum eſt, ad cognoſcendum in quo ſexu magis praualeat.

22 Secundogenitus, qui non ſit Hermaphroditus, habet puram naturam maſculinitatis ab inſtitutore deſideratam.

23 Hermaphroditus propriè non eſt vir, ſed ſimilis viro.

24 Diſpoſitio facta in caſu ſimplici debet extendi ad caſum mixtum.

Et ſimplex non continet mixtum, ibid.

25 Certa pro incertis dimittenda non ſunt.

26 Hermaphroditi qualitates, licet in eodem ſubiecto, ſunt incompatibiles.

Et qualitates incompatibiles in mixto non continentur ſub ſimplici, ibid.

27 Hermaphroditus non eſt propriè vir, neque mulier, ſed homo mixtus.

28 Hermaphroditus, ſi in eo neuter ſexus praualeat, non debet ordinari, & ſi de facto ordinetur, non imprimitur character ad inſtar fœmina.

29 Hermaphroditus non eſt admittendus in Monaſterio virorum, nec Monialium.

30 Hermaphroditus primogenitus an praferri debeat ſecundogenito purè maſculo? reſoluitur cum diſtinctionibus, & num.ſeqq.

31 Hermaphroditorum quatuor ſunt ſpecies: Prima, ſi habeat virilem ſexum perfectum, atque potentem, tunc praferendus eſt Hermaphroditus ſecundogenito perfectè & pure maſculo, & num.32.

33 Hermaphroditus primogenitus, ſi magis vergat in ſexum muliebrem, non praefertur ſecundogenito purè maſculo: & quomodo cognoſcatur?

34 Hermaphroditus primogenitus ſi habeat vnum ſexum inefficacem ad generationem, & alium efficacem, attendi debet qui efficax fuerit ad hoc vt praferatur, vel non, ſecundogenito.

35 Hermaphroditus primogenitus, qui habeat aqualiter potentem vtrumque ſexum maris, & fœmina, non debet praferri ſecundogenito purè maſculo, & n.36. & 37.

38 Legatum de illis, qua parata ſunt causâ vxoris, non comprehendit, qua parata ſunt ad vſum promiſcuum vxoris, & viri, & n.39.

Vnde infertur ad quaſtionem inter Hermaphroditum primogenitum, & maſculum ſecundogenitum, n.40. & 41.

42 Certum quod eſt, attendi debet magis quàm incertum, & dubium.

43 Incertitudo impedit tranſlationem poſſeſſionis.

44 Hermaphroditus primogenitus, qui petit tanquam maſculus, etiam cum aqualibus probationibus, ſuccumbere debet in fauorem maſculò ſecundogeniti.

45 Mixtum non comprehenditur ſub ſimplici quando ſucceſſio defertur per Statutum, vel per Conſuetudinem & n 46.

47 Cauſa prohibitiua, & permiſſiua, concurrit in Hermaphrodito primogenito.

48 Prohibitiuum quod eſt attenditur, quando in mixto concurrunt cauſa prohibitiua ſimul, & permiſſiua.

49 Cauſa nocens prohibitiua, & non permiſſiua, debet attendi, quando ſunt inſeparabiles, & incompatibiles.

Secus ſi ſint compatibiles, ibid.

50 Qualitates ſexus muliebris, & virilis, in Hermaphrodito ſunt incompatibiles, & numero 51.

52 Mixtum quod non habet medium eſſe per ſe, denominatur ab extremo fortiori, & pars potentior trahit ad ſe aliam, ratione coniunctionis inſeparata, n.52. & 53.

54 Vtile per inutile vitiatur propter incertitudinem.

55 Mixtum in diſpoſitione ſub ſimplici non contineri, eſt verior opinio: Qua tamen ampliationes, & limitationes patitur, & numero 56.

57 *Sexus maris, & fœmina, licet ſint ſeparati in Hermaphrodito, attamen vnus de per ſe poteſt iudicari tanquam maſculinus, & alter tanquam fœmininus.*

58 *Dignum ſeparatum, quando non apparet de maiori potentia, non attrahit ad ſe aliud minus dignum.*

59 *Hermaphroditus ſi ſexum maris, & fœmina habeat in æquilibrio, tutius erit iudicari eum tanquam fœminam, quàm tanquam maſculum.*

60 *Hermaphrodito, & eius declarationi maximè cum iuramento ſtandum erit, ſi exinde non reſultet aliquod aliud inconueniens & periculum, vel præiudicium Tertij, vt n.61.62.& 63.*

64 *Virilitas, & agilitas corporis in Hermaphrodito attendi debet, vt præferatur, & n.65.*

66 *Qualitas ſexus præfertur quæ alium ſexum obumbrat.*

ARGVMENTVM.

De Incompatibilitate iuris naturalis, ad quæſtionem illam; vtrum ſecundogenitus præferatur in ſucceſſione Maioratus ſi concurrat cum primogenito Hermaphrodito? Ad explicationem illius vulgaris clauſulæ: ***Prefiriendo el varon a la hembra.*** Et quid Iuris quando competentia ſit inter Hermaphroditum, & tranſuerſales maſculos ad ſuccedendum in Maioratu agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, in quo fœmina penitus ſit excluſa.

1 ALiquando naturaliter euenit (licèt ſecundum
D.Auguſtin. *de Ciuitate Dei*, *lib.*16. *cap.*8. *in
princ.* Sit naturæ peccatum in ſexu:) quod
duæ incompatibiles, ſeu diuerſæ qualitates concur-
2 rant in eodem ſubiecto, provt in Hermaphrodito,
in quo datur ſexus maris, & ſexus fœminæ, turbatâ
regulâ naturæ: quia naturali præcepto à principio
diuiſum fuiſſe ſexum virilem à fœmineo, probat tex-
tus Geneſ. *cap.*1. ibi: *Maſculum, & fœminam crea-
uit eos.* Reprobata illa hæretica, & falſa opinione,
3 tempore Innocent. III. orta, quæ aſſerebat non fuiſ-
ſe diuiſos ſexus antepeccatum primi Parentis: Quia
verba diuini textus diſtributiuè ſunt accipienda, cùm
pluralis numerus ſcilicet eos, continuata oratione
ſubiiciatur; quaſi diceret, non ſolum vnum, ſed duos
creatos fuiſſe in duplici, diuerſoque ſexu, maſculino,
& fœminino; & hoc eſt, *maſculum, & fœminam
creauit eos*, ita explicat Diuus Auguſtinus *ad Geneſ.
lib.*3. *cap.* 22. D. Franciſc. Torreblanca Villalpando
*de Magia, lib.*2.*cap.*17. *de ſexus mutatione à num.*19.
*vſque ad num.*22. Cardinalis Hugo *dict.cap.*1. *Geneſ.*
Bauhinus, & alij, quos refert Alphonſ. à Carranza
*de monſtruoſo, & prodigioſ. partu, cap.*18. *num.*66.
verſ.Nec enim: D.Didacus Garcia de Traſmiera,
*de Polygamia lib.*3. *quæſt.*19. quæ eſt vltima, *à nu-
mero* 16.

4 Hinc dicendum iudico, de Iure naturali incompatibile eſſe quod vnus ſolus Hermaphroditus, nempe qui vtroque ſexu à natura donatus ſit, poſſit hos duos diuiſos ſexus habere æqualiter perfectos ad generandum, & concipiendum: vt negandum ſit cum Galeno *lib.*2. *de ſemine, cap.*3. quod taliter maris & fœminæ diſtincta atque diuiſa membra eſſe poſſint in Hermaphrodito, vt alia in maris, alia in fœminæ ſemine poſſint contineri.

Et vt aliquid à fabulis repetamus, fingunt Poëtæ ex concubitu Mercurij, (qui aliter dicitur Hermes) cum ſorore ſua Venere, aliàs Aphrodiſſa, natum fuiſſe neſcio quem cum vtroque ſexu, maris, & fœminæ, qui Hermaphroditus inde dictus eſt ab *Hermes, & Aphrodiſſa* eius parentibus: nam Venus alio nomine dicebatur *Aphrodiſſa*, & *Mercurius*, Græcè *Hermes* denominatur, vt iam dictum eſt: Albericus in *leg. quæritur, num.*2. *Digeſtis de ſtat. homin.* Hieronym. Gigas *de crimine læſ. Maieſt. quæſt.*16. *num.* 6. 5

6 Huc etiam referri poteſt alia illa fabula Androgyni, aliàs Troci, & Nymphæ Salmacis, vt videre eſt per Ouidium, *lib.*4. Metamorphoſeos, & latiùs per Ioan. Hieronym. Campanill. *in diuerſ. Iur. Canonici, rub.*15.*cap.*3. *n.*8. *& 9.*

7 Suffecerit tamen earum allegoriam, aut ſenſum Phyſicum referre ex Ioann. Perez de Moya *in ſuo tractata de Philoſophia ſecreta lib.*2. *cap.*24. ita dicente: *Dixeron ſer Hermaphrodito hijo de Hermes, no porque aſſi fueſſe verdad, ſino por quanto Hermes fue el primero, que moſtrò por razon a los Egypcianos que a los tales concebimientos naturales, porque antes de Hermes tenian que los tales naſcidos no eran naturalmente engendrados, mas de algun monſtruo, ò de diuerſas ſpecies. Por loqual quando naſcian eſtos los echauan como coſa mala, y no los criauan, y porque deſpues dixeron ſer hijo de Hermes, y Venus, ſignifica todo natural ayuntamiento para engendrar, y porque ſe entienda, que los Hermaphroditos no ſon por via de monſtruoſidad, como aquellas gentes primero penſauan mas de natural ayuntamiento de varon y de hembra concebidos por eſto dizen Hermes vbo a Hermaphrodito en ſu hermana, Venus dize hermana, para dar a entender que los Hermaphroditos ſon engendrados de indiuiduos de vna miſma ſpecie, porque podrian entender que la muger ayuntada con varon concebia hembra, ò varon: y ayuntada con algun animal de otra naturaleza, concebia Hermaphrodito para dar razon de ello les moſtro Hermes, que en la matriz de la muger auia ſiete ſenos, ò recibientos, tres a la parte izquierda, y tres a la derecha, y vno en medio de ellos.*

Quando la viril materia ſe reciae en alguno de los tres ſenos de la mano derecha, ſe engendra el varon: y quando en los de la izquierda, ſe engendra hembra, y quando en el de el medio, dize ſer communicantes en ambas naturalezas, llamados Hermaphroditos, que quiere dezir varon y hembra.

8 Ex quo apparet, quod Philoſophus Hermes demonſtrauit naturaliter ex viro & fœmina conceptos Hermaphroditos, ſed neutiquam docuit quod Hermaphroditus, ſeu Androgynus valeat ſecundum naturam operari in vtroque ſexu cum æquali potentia generandi, & concipiendi, nec docere hoc potuiſſet: imò ex eius doctrina & Mathematica demonſtratione, facilè deprehenditur, naturaliter incompatibile eſſe, quod vnus ſolus indiuiduus valeat operari inſimul, tanquam & fœmina.

9 Nam ſi non ratione ſeminis, ſed ratione ſeptimi ſinus, ſeu receptaculi, quod eſt in medio datur Hermaphroditus, ſequitur quod ideo concipitur Hermaphroditus, quia de extremis vtriuſque ſexus, ſiue eorum receptaculis participauit.

10 Et cum mixtum illud participans naturam illorum, ſit inſeparabile, ac indiuiduum, nihilominus efficere non valeat alteram nouam ſpeciem, quoniam natura vnius, atque alterius ſexus, non confunditur; imò tanquam repugnans interſe vnuſquiſque

ſuam

ſuam naturam ſeruare, ac retinere intendit: Ergo neceſſariò dicendum eſt, duorum alterum; Aut quod mixtus ſimplici prædominanti adiudicetur extremo, & ſolus operabitur: aut quod ſit vterque ſimplex, ſiue ſexus æqualiter participans de extremo ſinus dextri, ac receptaculi ſiniſtri, & adinuicem ſe impediunt & nullus operabitur, quia æqualiter vterque non poteſt ſeruare naturam ſui mixti.

10 Hic ſe offert examinare ſuper illa vulgari clauſula: *Prefiriendo el varon a la hembra.* Quid iuris ſi primogenitus ſit Hermaphroditus, & ſecundogenitus ſimpliciter maſculus, & ambo contendant ad ſucceſſionem perpetui fideicommiſſi, ſeu Maioratus regularis? Et quid ſi controuerſia fuerit inter Hermaphroditum, & ſecundogenitum, ſeu alios maſculos tranſuerſales, ſuper Maioratu agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, in quo prohibitum ſit fœminas ſuccedere?

11 Pro parte primogeniti Hermaphroditi faciunt ſequentia. Et imprimis quippe negari non poteſt, quin habeat Hermaphroditus qualitatem maſculinitatis, quæ requiritur per diſpoſitionem inſtitutoris, cùm in eo concurrat ſexus virilis; & non minus perfectè, quando præualet: *l. queritur, ff. de ſtat. homin. l. legatis 65. §. ſeruus. ff de leg. 3.*

12 Et idem licèt non præualeat, ſed inæqualis ſit vterque ſexus: nam in pari potentia poteſt concurrere ita ad agendum, ſicut ad concipiendum: Albericus in *d. l. queritur, ff. de ſtat. hom. num. 3.* Hieron. Gigas *de crim. læſ. Maieſt. queſt. 16. n. 7.* vbi dicit quod Androgynæ, ſint Populi in Africa vtriuſque ſexus interſe mutuis vicibus coëuntes, quibus dextera mamma virilis eſt, læua muliebris: Ioan Hieronym. Campanillus in *diuerſorio Iuris Canonici, rub. 11. cap. 3. n. 5.* vbi alios refert, ita dicens: *Nam tunc generare, & concipere valent, ſimulque & ſemel gignunt, & pariunt:* Archidiaconus *in cap ſi teſtes, §. Pater, & filius 4. q. 3.* cuius quidem Hermaphroditorum ſpeciei frequentes populi ſunt in Africa ſupra Naſamones, *Maclya* dicti interſe mutuis vicibus coëuntes, vt tradunt Calliphanes, & Herodothus. quibus dexteram mammam eſſe virilem, læuamque muliebrem, ſcribit Ariſtoteles. refertque Plinius *lib. 7. de natur. hiſtor. cap. 2.* & Zacharias Lilio *in ſuo Breuiario Orbis, v. Androgyna.*

13 Secundò, quia pro regula conſtituitur quod mixtum ſub ſimplici comprehendatur, & quod diſpoſitio de ſimplici loquens, habeat etiam locum in mixto, Gloſ. *verb. damno in l. 2. ff de verb. oblig. & in §. omnium, Inſt. de act. l. ſi ita ſcriptum 13. ff. de lib. & poſthum. l. ſi ita ſcriptum 47. §. 1. l. Clemens 81. ff de hæred. inſtit. l. Titia lexteres 39. in princip. ff. de leg. 1.* Iaſon, & Bolognetus *in l. 2. ff. de verb. oblig. num. 2. in fin.* & hic à *num. 41.*

14 Tertiò corroboratur: Mixtus qui componitur ex vtroque ſimplici ſexu in Hermaphrodito, habet ſeparatim vterque ſuum ſimplicem, & vnuſquiſque iudicatur per ſe: & quando ſimplicia ſunt ſeparabilia, & vnumquodque poteſt iudicari per ſe, ſub ſimplici venit mixtum; vt probat And. Alciatus *de verb ſign. lib. 3. in quinto principali axiomat. verſ. in ſecundo caſu; cum mixta ſunt ſeparabilia, vnumquodque ſua natura, ſuoque iure regitur: l. ſi viua in fin. C. de bon. matern Camillus Gallerius de verb. ſignif. cap. 22. à n. 3. & Dom. D. Ioannes à Caſtillo lib. 5. cap. 134 n. 18 per text. in l. ſtricto. ff. de donat. l. ſi viua matre in fin. C. de bon. matern &c.* Ergo, &c.

15 Quartò, nam etiamſi qualitates vtriuſque ſexus in Hermaphrodito vel ſint æquales, vel incompatibiles, attendi debet in concurſu huius mixti qualitas, quæ dignior, vel potentior eſt; ita per textum in *l. generaliter, ff. de fideiuſ.* tenent ex Bart. Angel. Aretino, Imola, Alex. Cumano, & aliis, Proſper Farinac. *in fragment. crim part. 1. verſ. mixtum, n. 20.* & Dom. D. Ioan. à Caſtil *cap. 134. num. 21.* Ergo qualitas maſculinitatis, quæ eſt dignior, & perfectior, *l. in multis 9 ff de ſtat. homin. l. ſi fuerit 11. in fin. ff de reb. dub. cap. Hæc imago 13. 33. q. 5.* Ideo tanquam maſculus Hermaphroditus natu maior præferri debet in Maioratus ſucceſſione.

16 Quintò confirmatur, quia ſi Hermaphroditus non pro maſculo, ſed tanquam fœmina iudicaretur, & ſimplex qualitas maſculinitatis ſub mixto non comprehenderetur, non valeret adhiberi vt teſtis in teſtamento: *l qui teſtamento 10. §. mulier, ff. de teſtam.* & nihilominus certum eſt poſſe admitti ſi ſexus maſculinus præualet, *l. repetundarum 15. §. Hermaphroditus, ff de teſtibus: cap. ſi teſtes, §. Hermaphroditus, 4. quæſt. 3.*

17 Et eadem ratione, poteſt eſſe Doctor, Aduocatus, Iudex, Arbiter, Procurator, Tutor, & Curator, Tributorũ exactor, delator in Fiſcum, adoptare, & poſthumum hæredem inſtituere, *l. ſed & quæſitum 6. §. fin. ff de lib. & poſthum.* Vincent. Filliuc. *de ſtatu Clericor. tract. 41. de benef. Eccleſiaſt. cap. 5. n. 3. & 11.* Carranza *de Monſtr. & prodigioſ. partu, cap. 18. n 68.* 18 Et fungi omni alio officio virili, & mulieribus prohibito, de quibus habes Gloſſam vnicam in *l. in multis 9. ff. de ſtatu homin.* quam repetit Decius in *l. fœmina, n... ff. de reg. iur.*

19 Atque etiam, vt vir, valet, cum fœmina matrimonium contrahere, ita reſoluit P. Thom. Sanch *de matrim lib. 7. diſput. 106. per tot.* Ioan. Gutier. *de matrim. cap. 109. per tot.* Filliuc. *tract 10. part. 2. cap. 3. q 6. n. 91.* D. Ildephonſ Perez de Lara *in compend. vita homin. cap. 11. de Concurſu diuerſa qualit n. 3. 4. & 5.* Bonacina *de impedim. q. 3. punct. 13. à n. 36. verſ Quæres, vtrum Hermaphroditus poſſit validè matrimonium inire, & iuxta quem ſexum?*

20 Quod procedere aſſerunt non ſolum quando ſexus virilis præualet; ſed etiam, ſi vterque ſexus ſit æqualis: iuxta Gloſſam *in d. cap. ſi teſtes §. Hermaphroditus 4. quæſt. 3. verb. ad teſtimonium, verſ. Sed quid ſi in omnibus eſt parilitas, &c.* Si eligat ſexum virilem, quia tunc electio datur Hermaphrodito iuxta alterutrum ſexum matrimonij contrahendi, & relinquitur eius conſcientiæ ne vtroque abutatur, exigiturque iuramentum quòd in poſterum non vtetur altero ſexu, ſed tantum ſemel electo.

21 Sextò tandem, nam in dubio quando non apparet in quo ſexu magis incaleſcat, ſtandum eſt eius dicto, ac declarationi, cùm de conſcientia eius agatur, ideoque ſi eligat ſexum virilem, quia eo vti queat tanquã validiori, vt maſculus iudicandus eſt: Bald. in *d. l. queritur: in prima repet. n. 2. & in 3. repet n 1.* Alberic *n. 5. verſ. quod ſit in eius electione, in quo ſexu velit manere, & quòd illo vtatur in quo magis ſemper ſe præualere dignoſcit.* Hoſtienſ. & alij relati à Pat. Thom. Sanchez *de matrim lib. 7. diſput. 106.*

Pro parte verò ſecundogeniti, vel aliorum tranſuerſalium ſimpliciter maſculorum, faciunt ſequentia.

22 Primò, quia cum teſtator iuſſerit præferri virum fœminæ, vel excludi fœminam, & in Hermaphrodito inueniatur illa natura fœminina, cui portas ſucceſſionis claudere voluit, niſi in defectum maſculorum; attamen in ſecundogenito, & alio maſculo tranſuerſali, reperitur ſola, & pura illa natura maſculinitatis à teſtatore deſiderata, ſequitur quod ſecundum expreſſam voluntatem, ſeu legem diſponentis, per quam ſucceſſio gubernari debet, *§. 1. verſ. diſponat. in auth. de nupt. cap. ina vos de teſtament.* Secundogenitus, ſi

Maioratus eſt regularis; ſi verò irregularis, maſculus
tranſuerſalis admittendus ſit ad ſucceſſionem, & non
Hermaphroditus.

23 Secundò, fulcitur ex eo quod Hermaphrodita pro-
priè non eſt vir, ſed ſimilis viro: *l. quæritur, ff. de ſtat.
hom.* ibi: *Comparamus*. Et ſimile non eſt idem: cum
aliud ſit eſſe ſimpliciter maſculum, aliud, eſſe maſculo
ſimilem, & ſecundum quid; prout dixit Angelus in
l. de quibus, n. 11. ff. de legib. ibi: *Sed dic quod aliud eſt
aliquid eſſe ſimpliciter, aliud eſſe ſecundum quid: Vn-
de cum Hermaphrodita non ſit ſimpliciter maſculus,
vel fœmina, ſequitur quod non eſt directo: & hoc dicit
textus in l. quæritur: dum dicit, Comparamus, & ſic
per modum ſimilitudinis.*

24 Tertiò comprobatur, quippe diſpoſitio facta in
caſu ſimplici non debet extendi ad caſum mixtum;
maximè cum regulare ſit in Iure, quod ſub ſimplici
non contineatur mixtum: *l. vim paſſam. 39. §. præſcri-
ptione, ff. ad leg. Iuliam de Adulteriis*: docet Bartol.
in l. 2. in princip. ff. de V. O. Polydor. Ripa *de nocturn.
tempor. cap. 4. n. 42. & 43.* Gonzalez *ſuper reg. 8. Can-
cell. gloſ. 9 num. 2.* Dom. D. Ioan. à Caſtil. *lib. 5. cap. 134.
num. 28.* Hermoſilla *in add. ad D. Greg. Lopez in l. 17.
tit. 5. partit. 5. gloſ. 1. n. 4.* Sed ſic eſt, quod diſpoſitio
dum ita ſe habet, *prefiriendo el varon a la hembra*, fa-
cta eſt in caſu ſimplici ſeparans maſculum à fœmi-
na: ergo non debet extendi ad caſum mixtum, quo
detur vterque ſexus maris, & fœminæ, in ſucceſſore.

25 Quartò, quia certior eſt natura virilis ſexus in eo,
qui ſimpliciter, & purè maſculus eſt, quàm in illo
qui mixtè participat de vtroque ſexu; ſed ſic eſt, quod
certa pro incertis dimittenda non ſunt; ita enim de-
ducunt pro regula Stephan. Gratian. *cap. 884. num. 28.
tom. 5.* & Aluarez à Velaſco *Axiom. iur. lit. C num. 64.*
per text. in *l. cum Titio, ff. ad leg. Falcid. l. non quem-
admodum, ff. de Iudiciis, l. ſtipulatus, ff. de fideiuſſ.* Er-
go non admittendus eſt ad ſucceſſionem ille, qui in-
certè maſculus eſt; ſed ille in quo qualitas maſculi-
nitatis certa ſit & minimè dubia.

26 Quintò & fortiùs, vt ad noſtrum inſtitutum ma-
gis ſpecialiter accedamus, confirmatur ex eo quod il-
læ duæ naturæ, & qualitates maſculi, & fœminæ, con-
currentes in eodem ſubiecto, ſunt interſe incompa-
tibiles, ſiue contrariæ: & quando in mixto concur-
runt duæ, vel plures qualitates incompatibiles, ſiue
contrariæ, tunc mixtum non continetur ſub ſimpli-
ci: Ioan. Bologuetus, in *l. 2. num. 46. de verb. oblig.* Ca-
millus Gallinius *de verb. ſign. lib. 6. cap. 22. à num. 17.
cum ſeqq.* Farinacius *part. 2. in frag. criminalib. verb.
mixtum, num. 257. verſ. mixtum non continetur ſub ſim-
plici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum in
mixto, quando in mixto concurrunt qualitates incom-
patibiles, & contraria*: Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib. 5.
cap. 134. num. 28 verſ. Si vero qualitates ſe inuicem non
compatiuntur, &c.* Auguſtin. Barboſa *axiomat. iur.
axiom. 152. num. 2.* vbi compilauit textus, & iura, qui-
bus cæteri DD. fundantur, diſtinguendo ita ſic: *Se-
cundò continetur etiam, quando qualitates in mixto
concurrentes ſunt inter ſe compatibiles: l. ſeruis vr-
banis, §. fin. ff. de legat. 3. l. Titia textores, ff. de leg. 1.
Bolognetus d. l. 2. in princ. num. 54. ff. de verb. oblig.* Se-
cus ſi in mixto concurrunt qualitates incompatibi-
les, & contrariæ, quia tunc mixtum non continetur
ſub ſimplici: vt in *l. 1. §. interdictorum, ff. de Interd.
& in l. in tribus, ff. de iudic. & in d. l. ſeruis vrbanis,
§. fin. & in d. l. Titia textores, §. 1. ff. de leg. 1. & in §.
quædam Inſt. de Action.* Bolognetus *d. l. 2. in princip.
num. 46. & 54. verſ. Sed ſi euenit, & n. 65.*

27 Sextò & vltimò quia ſecundum Bald. *in l. omnes po-
puli num. 20. ff. de iuſt. & iur.* Hermaphroditus non
eſt propriè vir, neque mulier, ſed homo mixtus: ar-
gumento *l. hoc legatum, ff. de leg. 3.* Et ideo diſpoſitio,
quæ loquitur de vna perſona, non habet locum in
perſona mixta, quæ duas repræſentet perſonas, & in
ea duas qualitates concurrant: probat Roman. in
d. l. 2. à num. 23. & Bolognetus *à num. 124. & à n. 283.
ff. de verb. oblig.* Polydor. Ripa *de nocturn. temp. cap. 4. à
num. 54.* & Farinac. *in fragm. crim. part. 2. verb. Mix-
tum, num. 232.*

Et hinc eſt, quod Hermaphroditus, maximè ſi neu- 28
ter ſexus in eo prævaleat, ſed æqualis ſit, non debet
promoueri ad Ordines; & ſi de facto ordinetur, ad
inſtar fœminæ, non imprimitur in eo character, quia
ſubiectum Ordinis Clericalis ſunt maſculi: ita tenent
Archidiaconus *in cap. Diaconiſſam 27. quæſt. 1.* & eum
referens Albericus in *l. quæritur num. 24 ff. de ſtat. hom.*
Martinus Fornarius *de Ordin. cap. 3. n. 1.* Pat. Thom.
Sanchez *de matrim. lib. 7. diſput. 106. num. 3.* Hugoli-
nus *de Irregular. cap. 48. §. 1. n. 4.* & cum aliis Bonaci-
na *de Sacr. Ordinis, diſput. 8 quæſt. vnic. punct. 5 num. 6.
& in tract. de Irregular. diſput. 7. quæſt. 2. punct. 2. n. 13.*
Ioan. Hieronym. Campanill. *in diuerſor. iur. Canonic.
rub. 12. cap. 3. n. 1. & 4.* D. Perez de Lara *in compend. vi-
tæ homin. cap. 11. de concurſu diuerſar. qualit. num. fin.*

Et non ſolum repellitur Hermaphroditus ab Ordi- 29
nibus, ſed etiam à profeſſione vitæ Religioſæ tam in
Monaſterio virorum, quàm Monialium: quia ſi in
Monaſterio virorum non debet admitti tanquam fœ-
mina, ſic in Monaſterio fœminarum repelli debet
tanquam vir: ita tenent Pat. Henriquez *lib. 14. de Ir-
regular. cap. 8 num. 6.* Nauarr. *in Summa cap. 27. n. 203.
& conſ. 47. de Irregularit.* Suarez *tom. 5. diſput. 5. ſect. 2.
num. 1.* Sayrus *lib. 6. cap. 8. n. 25.* Mayolus *de Irregular.
lib. 1 cap. 27. n. 4.* Graſſis *lib. 4. deciſ. aurear. c. 27. n. 49.*
Pat. Sanchez *de matrim. vbi ſupra, lib. 7. diſp. 106. n. 3.*
Hugolinus *de Irreg. cap. 48. §. 1 n. 4.* Filliucius *tract. 19.
cap. 6. quæſt. 4. n. 163.* Bonacina *de Irregul. dict. diſput. 7.
quæſt. 2. punct. 2. n. 13.* & *de Clauſura, & pœnis violan-
tibus ipſam impoſitis, quæſt. 2. punct. 10. difficult. 2. §. 5. n. 2.
& 3.* & antea *de Sacram. Ordin. diſput. 8. quæſt. vnica
punct. 5. n. 1.* Ioan. Hieronymus Campanillus *diuerſ.
quæſt. Iur. Canon. rub. 12. cap. 3. n. 3.* D. Perez de Lara *in
Compend. vitæ hom. cap. 11. de concurſu diuerſ. qualit.
num. 51.*

Sed in re tam ardua, ad ſolutionem huius quæſtio- 30
nis præmittenda eſt diſtinctio ad id admodum vtilis,
& neceſſaria, quam tradunt inter alios maximè Am-
broſius Paræus *lib. 24. cap. 4.* & ex eo Alphonſus à
Carranza *demonſtr. & prodigioſ. partu, d. cap. 18. n. 67.*
qui in quadruplici ſpecie, & differentia conſiderant
hoc Hermaphroditorum genus: idque ſequitur D.
Didac Garcia, *de Polygamia lib. 3. quæſt. fin. à n. 12.*

Prima ſpecies eſt illius Hermaphroditi, qui virilem 31
ſexum perfectum, & potentem retinet, in perinæo
autem & intercarpedine inter anum & pudenda, ex-
ciſam tantum, in vuluæ formam, rimam habet, mini-
mè tamen peruiam, vt à qua nihil nec vrinarij, nec
ſeminalis humoris profluat.

Hermaphroditus quidem huius ſpeciei maſculus 32
iudicandus, & abſque dubio inter viros connume-
randus eſt; ideo ſi ſit primogenitus, ſuccedit in Ma-
ioratu, ſiue fideicommiſſo perpetuo agnationis, vel
ſimplicis maſculinitatis, & præferri debet aliis ma-
ſculis ſecundogenitis, vel tranſuerſalibus; ſicut in
feudo, ex decil. textus in *d. l. quæritur, ff. de ſtat. hom.
dict. l. etſi quæſitum 6. §. Hermaphroditus, ff. de lib. &
poſthum. d. l. Repetundarum 15. § fin. ff. de teſtib.* Baldus
in *l. fin. C. de ſuis, & legitim. n. 7. verſ. quærebatur an
ſuccederet in feudo?* &c. ibi: *Nam antiqua quæſtio
erat, vtrum Hermaphrodita ſuccedat in feudum? &
terminatur*

terminatur quod ſic: ſi magis incoaleſcit in maſculo: vt de ſtat. hom. l.quæritur,&c. ipſe Bald.*conſ.*237. *in fin. verſ.Ego dico.* Iaſ.*in §.omnium num.*29. *Inſtitut.de act.* Andr. Alciatus *de verb.ſig.lib.*3.*in*5.*principali axiom. verſ.Quartò,an conſuetudo feudalis, qua maſculi beneficiario illius poſſeſſionibus, fœminis præferuntur, locum habeat in Hermaphrodito? Etſi maſculino ſexu magis incaleſcat, certum eſt conſuetudini locum eſſe.* Alciat. etiam *in comment.ad l.*2.*n.*30.*de verb.obl.verſ.Quartò infertur, an conſuetudo feudalis quæ porrigit feuda ad deſcendentes maſculos, habeat locum in Hermaphrodito,&c.* vbi dicit, quod ſi incaleſcat in ſexum maſculinum, caſus eſt clarus, per *dict.l.quæritur.* Aluarotus *in cap.*1.*an mutus vel Surdus: in vſibus feud.* Franc.Sons Bechius *ad vſus feudor.part.*9 *n.*74. Iacobus de San-Georgio *de feud.§.Marchio in Italia n.*5. Ioan.Bolognetus in *d.l.*2.*n.*93. Steph.Lambertengius *de contract.eorum,&c. gloſ.*1.*n.*2.*&* 7. Bonifacius *in tract.de furt.§.animo lucri faciendi à n.*208. Cardin. Tuſchus *lit.M. concl.*295. *verb.mixtum corpus.* Aſinius *in ſua praxi, in primo cap.n.*10. Bauchinus *de Hermaphroditis lib.*1. *cap.*4. Polydorus Ripa *de noct. tempor.cap.*4 *n.*60.Proſperus Farinac. *part.*2.*in fragm. crimin. verb. mixtum n.*262. Hieronymus Gigas *de crim.læſ.Maieſt.quæſt.*16.*n.*2. *verſ.Si magis in virilem ſexum incaleſcat,&c.* Hieron. Campanillus *in diuerſ. Iur.Can.rubr.*11.*cap.*3.*n.*2.

33 Secunda autem eſt Hermaphroditi ſpecies, quando magis incaleſcit in ſexum muliebrem: v.g. præter vuluam naturaliter conſtitutam, & ſeminali menſtruoque fluxu manantem, ſupra OS, pœnis aliquis, vel quid peni ſimile apparet, erectionis, & profuſionis ſeminis impotens, ſcroto, & teſtibus carens; & hæc abſque vllo dubio inter fœminas adnumerabitur, nam principalis tunc eſt ſexus fœmineus, qui attendi debet: *d.l.quæritur*, & Gloſ. *verb.de quibus cauſis, verſ.Item ſi non admittitur mulier, idem erit de Hermaphrodito, ſi ſexus muliebris incaleſcat:* in *l.de quibus, ff.de legib.* Bald *vbi ſuprà*, Hieronymus Gigas *de crim.læſ.Maieſt.quæſt.*16.*n.*2.*verſ.Quando Hermaphroditus incaleſcit magis in ſexum fœmineum, quam virilem, (quo caſu iudicatur vt fœmina) non ſuccedit in feudo,&c.* Et alij ſupra relati. Et in hoc caſu dicendum eſt, quod ſuccedere debet ſecundogenitus, vel maſculus ex alia linea, ſi in Maioratus diſpoſitione ſimpliciter maſculi vocati fuerint, abſque mixtione fœminarum, quæ excluſæ ſint.

34 Tertia erit ſpecies eorum, qui etſi vtriuſque ſexus expreſſam habeant imaginem, vnus tamen aduerſo ſitu poſitus inefficax ad generationem,& ſeminis profuſionem inuenitur, quo caſu alius, qui fuerit efficax, attendi debet; ex text. in *d.l.quæritur*, vt *ſuprà* dictum eſt.

35 Quarta tandem ſpecies eorum eſt, qui vtriuſque ſexus maris & fœminæ munera potenter obeunt, quod vtraque genitalia omnibus numeris completa, & perfecta habent, imò & mammam dexteram ma-
36 ris, ſiniſtram fœminæ ſimilem. Et circa vltimam hanc ſpeciem incidit noſtra non leuis difficultas, imò ſatis ardua, quia pro vtraque parte vrgent altera, atque altera fundamenta: ſed vt euadere poſſim à periculo huius turbulentæ difficultatis, & portum veræ reſolutionis attingere abſque naufragio, enauigare neceſſe mihi erit in magna authoritate Baldi *conſ.*237. *paulo ante finem,lib.*3.& Angeli in *l.de quibus num.*11. *ff.de legib & conſ.*156.

37 Ideo dicendum eſt, quod in hoc caſu, quando æqualiter vterque ſexus incaleſcit, quia ſumus in dubio, vtrum magis in vno, quam in alio ſexu præualeat, non debet in Maioratu ſuccedere Hermaphroditus tanquam maſculus, licet Primogenitus, ſed Secundogenitus, vel alius ſimpliciter maſculus, qui vt maſculus vocatus ſit, adinſtar ſucceſſoris in feudo, de quo loquitur Bald. in *d.conſ.*237. *ad fin, ex verſ.Sed quantum ad feuda attinet,&c.* quem ſequuntur Alciat. in *l.*2. *num.*30. *ff.de verb. ſign.* vbi etiam Recentiores: idem Alciatus *de verb. ſig. lib.*3. *in* 5. *principali axiomat. verſ.Quarto.* Iacob. de Sancto Georgio *de feud. §.Marchio n.*15. *& in cap.*1. *§.mutus,&c.* Aluarotus *num.*8. Præpoſitus *num.*4. Laudenſis *num.*6. & alij feudiſtæ: Philippus Corneus *conſ.*137. *n.*10. *lib.*1. & Alber. Brunus *de ſtatut. excludent. fœmin. & cognat. lineam à ſucceſſ.art.*12 *quæſt.*10.*num.*160.Sigiſmund *in lib.ſtatutor.* Bald.*verb.ſuccedere n.*12. *verſ.Statutum:* Iacob.Ardizon *in ſumma de ſucceſſione feudi,rub.*137. Petr.Nicolaus Mozius *de feud. titul. de ſucceſſ. feudi num.*74. Thomas de Marinis *de gener.& qualit. feud. tit.*3.*num.*42. *&* 43. Ioann. de Schneydevin. *part.*6. *cap.*3. *de ſucceſſ.deſcend.maſculor.ab inteſtato, num.*36. Vulteius *de feud.lib.*1.*cap.*9.*num.*61. Ant.Capicius *de feud.cap.feudatarij habiles, verſ.Hermaphrodito.* Tiraquel *de legib.connubial. gloſ.*5.*num.*70. & cum aliis Henricus Roſental. *de feudis, cap.*7. *concluſ* 28. *n.*15. *& lit.R.* Hieronym Gigas *de crim.læſ.Maieſt.quæſt.*16. *num.*13.*verſ.quid autem.* Aſinius *in ſua praxi,in princ. cap.*4.*num.*10. *verſ.Tertio infertur.* Polydor. Ripa *de noctur tempor.cap.*4 *num.*56.84. *&* 85. Franc.Molinus *de ritu nupt.lib.*1. *comparat.*1.*n.*27. & ex Baldo, Bauhino *de Hermaphrod.* & aliis, Carranza *de monſtr. part.cap.*18.*n* 68 vbi *in fine*, ita aduertit: *Et ita omnia iſta (in Hiſpania) ad ſucceſſionem primogeniorum, ex eorum inſtitutione, ſeu fundationes deferendam tantum agnatis maſculis, ſeu maſculis quibuſcumque aptè accommodes.*

Rationes autem, quibus moueor, potentiores, collectæ ex ſupradictis Authoribus,& ex *textibus* ab eo relatis, hæ ſunt. 38

Prima equidem deducitur ex *l. hoc legatum* 45. *ff. de leg.*3. vbi in legato de omnibus illis, quæ parata ſunt cauſa vxoris, ſicuti veſtes, & alia quæcumque ornamenta ad eius vſum deſtinata, non intelligitur comprehenſum illud, quod ad communem & promiſcuum vſum vxoris, & viri, paratum, niſi quod magis vxoris cauſa paratum ſit. Ita eodem modo ſub vocatione *Maſculi*, ſiue illius, qui ſit ſexus maſculi- 40
ni, non debet intelligi comprehenſus ille, qui æquè tam ad ſexum maris, quam ad ſexum fœminæ ſit communis, neque magis ad vnum, quàm ad alterum accedat. 39

Secunda deducitur etiam ex authoritate Antiquorum ſuper Gloſ. *verb.ad teſtimonium, verſ.Sed quid ſi in omnibus eſt paritas cap.ſi teſtes, §.Hermaphroditus* 4. *quæſt.*3. vbi Hugolinus; & repetunt Doctores in *d. §.Hermaphroditus*, tenet quod in paritate ſexus, Hermaphroditus iudicatur fœmina, & eos refert Hieronym.Gigas *de crim.læſ.Maieſt.n* 9.*&* 12. 41

Ex quo Tertiò infero aliam rationem, quam ego maximè pondero: nempe quia in dubio propter incertitudinem, quæ verſatur in æquali ſexu, cùm ignoretur quis præualeat, an maſculinus, vel fœmininus? ex aduerſo magis, quàm ad Hermaphroditum, attendere debemus ad maſculum, qui habeat ſexum purè & ſimpliciter maſculinū, in quo ceſſet illud dubium, & incertitudo, quæ impedit Hermaphroditum,& facit ceſſare in eo ius ſucceſſionis, vel prælationis, competens ex diſpoſitione ſoli maſculo, ſiue agere velit in iudicio poſſeſſorio, quia incertitudo impedit tranſlationem poſſeſſionis, *l.*3. *§.incertam, l.locus* 26. *in fin.* 43
ff.de adquir. vel amitt. poſſeſſ. Stephan Gratian.*tom.*3. *cap.*519 *n.*72. ſiue in iudicio petitorio, nam incertitu- 42

M 4 do

Digitized by Google

do perſonæ, vel eius qualitatis, vitiat: *l. duo ſunt Titij 30. ff. de teſtam. tut. l. idem Pomponius 5. §. fin. ff. de rei vind. l. vbi autem non apparet 75. ff. de verb. oblig. l. 2. ff. de procurat.* ibi: *Dummodo certus ſit qui datus intelligitur: l. ſi ſic. 75. §. 1. ff. de leg. 1. l. cum duo 17. in fin* cum Gloſ. fin. *ff. de in diem adiect. l. ſcientiam 45. §. cum ſtramenta, ff ad l. Aquil.* Ioan. Petr. Surd *tom. 2. conſil 151. num. 48. & 49.* vbi talem optimam affert rationem: *Incertitudo ergo reddit rem ita dubiam quod animus Iudicis non poteſt quieſcere, & in re dubia iudicium non debet eſſe abſolutum, ne veritas offendatur cap. fin. diſt. 33.* & indecens, ac graue eſt, in re dubia certam ferre ſententiam: *cap. graue 11 quæſt. 3.* Natta *conſ. 32. in fin* quem refert ad literam Stephan Gratian. *tom. 4 cap 640. num. 29. cap. 681. n. 11. cap. 705. n 8. cap. 739. n. 61. & 62. & tom. 5. cap. 913 n. 3. & cap. 1000. num 19.* Aluarez de Velaſco *lit. T n 35.* Auguſt. à Barboſ *verb. Incertitudo axiom 119. n. 1 & 4.*

44 Ad quartam ſi deſcendamus rationem, ea eſt ex mente Angeli in *d. l. de quibus, n. 12. verſ. extra quæritur, ff. de legib.* Nam ſi Hermaphroditus petat tanquam maſculus ſe admitti ad feudum, vinculum, ſeu Maioratum, emphyteoſim, Patronatum, aut Anniuerſarium perpetuum; ex aduerſo autem alius ſimpliciter maſculus excipiat contra eum quod ſit fœmina, tunc cum probationes ſint æquales ſuccumbet agens: argum. *l. ſi vero §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſd. cog.* cum Gloſ. *verb dubitetur.*

45 Quinta inſuper ratio non minus principalis ea eſt, quoniam in feudum ſucceditur per conſuetudinem, ſiue Statutum, prout ſuccceditur in Regno Hiſpaniæ: *l. 2. verſ. Y eſto vſaron ſiempre tit. 15. partis 2.* & exinde in vinculis, & Maioratibus Hiſpaniæ, quorum ſucceſſiones regulantur ex diſpoſitione *dict. l. 2. titul. 15. partit. 2.* D. Molina *lib. 1. cap 2. à n. 16 vſque ad fin.* At
46 verò in his quæ deferuntur per Statutum, vel conſuetudinem, ſub ſimplici non continetur mixtum: docet Bart. in *l. certi condictio, §. quoniam, ff. ſi cert. pet.* Baldus in *l. omnes populi, num 67. ff de iuſt. & iur. & in d. conſ. 137. lib. 3.* vbi in terminis ita dixit: *Sed contra iſtud facit, quia Statuta de ſimplicibus, id eſt de maſculo tantum, & de fœmina tantum, non includunt duplices caſus: vt ff. de leg. 1. l. Titia textores: & ideo Statutum, ſiue conſuetudo feudorum, quæ ponit feuda ad deſcendentes maſculos, non intelligitur de maſculis ſecundum quid, ſed de ſimplicibus tantum maſculis. Idem de his, quos vulgo appellat maſculos.* Alex. *conſil 116. n. 9. lib. 2. & conſ. 81. num. 17. & 18. lib. 3.* Tiraq. *de leg. connubial. gloſ. 5. num 70. & 71.* Bolognetus in *d. l. 2. à n. 69. ff. de verb.* Lancellotus *à num. 1.* & ferè omnes Scribentes in *d l. 2.* Aſinius *in pract. in princ. cap. 4. num. 7.* Craueta *conſ. 392 num. 1.* Natta *conſ. 469. num. 10.* Menoch. *conſil. 11. num. 7.* Hippol. Riminald. Roland. & alij, quos referunt Franciſc. Molinus *de ritu nupt. lib. 1. comparat. 1. num. 27.* Surd. *deciſ. 174. n. 14.* & cum aliis quamplurimis, Polydor. Ripa *de noct. tempore, cap. 4. n. 45.* Farinac. *in frag. part. 2. verb. mixtum, à num. 130.* Stephan. Grat. *tom. 4. cap. 756. num. 15.* Camill. Gallinius *de verb ſign. lib. 9. cap. 19. à num. 13. & in cap. 20. 23. & 30.* Auguſt. Barboſ. *in Axiomat. Iur. verb. Mixtum, Axiom 152. n. 13.*

47 Sexta & vltima ratio eſt, quia ſi in Hermaphrodito concurrat æqualis ſexus, eo ipſo concurrit cauſa permiſſiua & cauſa prohibitiua ſuccedendi; permiſſiua, propter ſexum maſculinum; prohibitiua, pro-
48 pter ſexum fœmininum: At quando in mixto concurrit vtraque cauſa, magis attendi debet prohibitiua, & exinde quod non ſuccedat: vt eſt text. in *l. Sabinus 28. ff com. diuid.* Vnde deduxit Bart. quod quoties concurrunt duæ virtutes paris potentiæ, tantum iuris habet vna ad reſiſtendum, quantum altera ad obtinendum: & facit *l. 3. in princ. ff. de ſuſpect. tutor.*

Quod maximè procedit; ſi qualitates cauſarum, 49
quarum vna eſt permiſſiua, & altera prohibitiua, ſint, prout hic, inſeparabiles & incompatibiles; quia tunc attenditur cauſa nocens, ſeu prohibitiua, licet aliter eſſet ſi qualitates eſſent compatibiles: ita dicit Aretinus in *l. 2. in princ. num. 2. verſ. Si vero duæ qualitates incompatibiles ſint, &c. ff. de verb ſign.* Romanus *ibidem, num 50.* Bolognetus *à n. 99.* & maximè *n. 125.* Socinus *conſ 246. n 3. verſ 3. confirmo, &c. lib. 2.* Signorolus de Homod. *conſ. 95. n. 5* Farinac. *in frag. crimin. part. 2. verbo, mixtum n. 272.* & eum referens Dom. D. Ioan. à Caſtillo *tom. 6. cap. 134. n. 21.* Auguſt. Barboſ. *Axiom. 152. n 3. & 4.*

Et probatur quod in Hermaphrodito ſint qualita- 50
tes incompatibiles, ſiue qualitas ſexus virilis, & qualitas ſexus muliebris; quoniam incompatibilia ſunt illa ex quibus reſultant contrarij effectus: *l. ſi ſeruus, ff. commod. l. fin. C. de furt.* Sed ſic eſt, quod ex qua- 51
litate ſexus maſculini reſultat effectus ſuccedendi in Maioratu, & ex qualitate ſexus fœminei reſultat effectus non ſuccedendi: Ergo ſunt incompatibiles. Ita eodem modo argumentatur Signorolus de Homodeis *d. conſ. 95. n. 12.* vbi eſt videndus in caſu ſpeciali, & practicabili.

Etiam non obſtant de contrario adducta; quo- 52
niam ad primum reſpondetur, quod ſi præualet ſexus virilis, tunc præferri debet in ſucceſſione primogenitus, licet Hermaphroditus, ſecundum text. in *d. l. quæritur, ff. de ſtat. homin.* Quia mixtum, quod non
habet medium eſſe per ſe, denominatur ab extremo 53
fortiori, & pars potentior trahit ad ſe aliam debiliorem, ratione coniunctionis inſeparabilis, Cynus, & Bald. *in 1. lectura, in d. l quæritur.* Et hinc deducunt communiter Scribentes in *d. l. 2. ff. de verb. ſign.* maximè Bart. Angel. & Alex. *num. 1.* Aretin de Imol. *n. 2.* Roman *num. 10.* Bolognetus *à num. 54.* quod mixtum regulari debet à qualitate, & ſimplici potentiori: per *l. generaliter, ff. de fideiuſ. l. & habet, ff. de tutel.* Farinac. *in frag. crim part. 2. verb. Mixtum n. 260.* Dom. D Ioan. à Caſtillo *d. cap. 134 n. 21.*

Sed quando ſumus in dubio, cùm vna, atque alte- 54
ra qualitas ſunt pares, & vterque ſexus habet potentiam æqualem, licèt in ſimul ad generandum, & ad concipiendum agere valeant, quod natura abhorret, cum irregulare ſit tunc propter incertitudinem, quæ verſatur circa vtrumque ſexum, quis eorum præualeat, an virilis, vel muliebris, ad hoc vt vnus alium ad ſe trahat, etiamſi vtilis ad generationem poſſit eſſe ſexus virilis, nihil intereſt, quia propter incertitudinem, vtile, per ſexum fœmineum, qui eſt inutilis ad ſucceſſionem, vitiatur: *l. ſi decem 32. ff. locat.* vbi probatur quod propter incertitudinem vtile per inutile vitiatur: *cap. 1. de arbitr in 6.* Surd. *conſ. 39. n. 27. lib. 1. & conſ. 235 num. 9. lib. 2.* quos ad id allegat Steph. Gratian. *tom. 4. cap. 742. num 59.* Aluar. à Velaſco *in axiom. & loc. com. iur. lit. V. num. 197. verſ. Limita.* Auguſtinus à Barboſa *in axiom. iur. verb. vtile axiomat. 231. n 4. verſ. Si verò æqualia ſunt, præualet inutile ex quo non poteſt valere pro parte.*

Non obſtat etiam ſecundum, quia licet Gloſ. in
l. 2. ff. de verb. ſign. & alij conſtituant pro regula, 55
quod in diſpoſitione ſub ſimplici continetur mixtum: ex aduerſo Bart. in *d. l. 2 in princ.* contrariam regulam conſtituit: videlicet quod regulariter ſub ſimplici non continetur mixtum, & quod reuera mixtum ſit quid diuerſum ab vno ſimplici. Quem ſequuntur *ibidem* Caſtrenſ. Alciatus Bolognetus, &
alij quamplurimi. Vnde Romanus *ibidem, n. 10.* Iaſ. 56
&

Digitized by Google

& Farinac. relati à Dom. D.Ioao. à Caſtillo, *d. c.134. num.7.* Auguſt. a Barboſ. *Axiom.152. verb. Mixtum, in prine.* aſſerunt, quod eſt materia Brocardica: & certa eſt regula quod axiomata illa nimis vaga & incerta nihil abſolutè definire poſſunt, nam plurimas ampliationes, limitationes, & diſtinctiones patiuntur.

57 Ad tertium autem reſpondetur, quòd à ſubiecto Hermaphroditi non poteſt ſeparari vterque ſexus, & licèt interſe ſint ſeparati, & vnuſquiſque poſſit iudicari per ſe, eo ipſo non debet ſuccedere tanquam maſculus, ſi ex ſexu fœmineo de per ſe poteſt etiam iudicari tanquam fœmina, quæ non debet ſuccedere.

58 Non officit quartum & quintum fundamentum, quia licet in mixto ex duobus ſimplicibus incompatibilibus dignius attendi debeat: hoc verum eſt ſi dignius, ſit etiam potentius, nam ſi præualeat, & principaliter operetur attrahit ad ſe minus dignum, ex *deciſ. expreſſa in dict. leg. quæritur, de ſtat. homin.* Sed quando non apparet de maiori potentia, quippe ſit in vtroque æqualis virtus, tunc non debet attendi ſexus virilis, licèr in ſe ſit dignior ſeparatus ab alio, cùm non ſit potentior alio, qui excludi debet; cum ad inuicem ſe impediant pari potentia: *l.3. §. fin. & l. leg ff. de Arbitr. leg. ille à quo 13. §. intempeſtiuum, ff. ad Trebell. l. ſi fuerit 11. ff. de reb. dub. cap. inuotuit 20. de elect.*

59 Et quamuis, prout dicit Alberic. in *d. l. quæritur, num.4.* & Gloſ. *verb. teſtimonium; in cap. ſi teſtes, §. Hermaphroditus 4. quæſt.3.* (quæ in terminis loquitur) ſtet res in dubio: Antiqui, maximè Hugolinus, Turrecremata, Guillelmus, & alij ſuper ea reſpondent ad quæſtionem, quod imò iudicari debeat vt fœmina, cum in tali dubio, vbi vterque ſexus eſt in æquilibrio, tutior ſit, quàm vt iudicetur maſculus: nam in dubio tutior pars eligenda eſt: *cap. iuuenis 3. de ſponſalibus*, vbi Barboſa *in collect. n.5. cap. ad audientiam de homic.* idem Auguſt. à Barboſ. *axiomat.78 verb dubium, num.2.*

60 Nec tandem reſtagatur ſextum: Quia etſi Hermaphroditus, quando nullus ſexus præualet, & res omnino verſatur in dubio, poſſit eligere alterutrum ex vtroque ſexu quo vti voluerit, & dicto eius ſtandum ſit, cum id relinquatur eius conſcientiæ, ex doctrina Bald. & Alber. in *dict. l quæritur*, & aliorum,
61 quos refert Pat. Thom. Sanchez *de matrimon. lib.7. diſput.106. num.1. & 6.* hoc intelligendum eſt in his, quæ expediri queant abſque aliquo graui inconuenienti, periculo, vel præiudicio Tertij, vt in matrimonio contrahendo, & in depoſitione ab eo facta tanqoam à teſte maſculo, poſtquam iam ſibi elegerit virilem ſexum.

Quamuis etiam in his caſibus dubitent Doctores, & in contrarium deflectant, maximè in caſu ad hoc vt poſſit eſſe teſtis maſculus, Hieronym Gigas *de crimin. læſ. Maieſt. quæſt.16. à num.9.* & in caſu ad contrahendum matrimonium, Franciſc Molinus *de ritu nupt. lib.1. comparat.3. n.25. verſ. Planè ſi inæquali potentia, &c.*

62 At verò in his, quæ habent inconueniens aliquod, ſiue periculum, aut Tertij præiudicium, non ſtandum eſt eius dicto, nec eius conſcientiæ relinquendum: prout in eo, qui ingreditur Monaſterium virorum, cùm æquè ſit fœmina; vel Monaſterium Monialium, nam ex parte, qua eſt vir, imminet graue periculum incontinentiæ. Similiter & ad Ordines ſuſcipiendos, quia tanquam fœmina incapax eſt, in qua non imprimitur character. Denique vt ſuccedat vti maſculus in præiudicium aliorum, qui abſqoe dubio purè, atque ſimpliciter maſculi ſint.

Quam diſtinctionem, licet non ita explicitè, at- 63
tamen breuiter vnico verbo comprehendit Albertus Brunus *in Commentar. ſuper ſtatutis exclud. fœminas, & cognatorum lineam à ſucceſſionibus, articul.12. num.162.* ibi: *Et licet aliqui voluerint credendum eſſe, in quo ſexu præualet, ipſi Hermaphrodito, vt refert Albericus de Roſa in dict. leg. quæritur. Iſtud eſt verum; vbi non ageretur, niſi de eius prouiſione.*

Sed noſtram hanc ſententiam temperat, & intel- 64
ligit Bald. in *dict. leg. final. num.7. Codice de ſuis, & leg. hæred.* niſi agilitate corporis in Hermaphrodito virilitas præponderet; quem ſequuntur Albertus Brunus *in comment. de ſtatut. exclud. fœm. art.12. quæſt.4. num.161.* Hieronym. Gigas *de crim. læſ. Maieſt. quæſt.16. num.13.* & alij.

Quam non vt limitationem, ſed tanquam decla- 65
rationem ad noſtram reſolutionem libenter admitto: nam tunc iam apparet extrinſecè quod præualet in virilitate, ideoque vir iudicandus eſt ſecundum deciſionem *leg. quæritur*, quia in virilitate non tam ſexus, quam agilitas corporis, & exteriores actus conſiderantur, per quos apparet quod aliquis magis ſit vir, quàm fœmina: verba ſunt ad literam relata ex Alberto Bruno *vbi proximè, dict. num.61.* & hoc bene colligitur ex Baldo in *dict. l. fin. num.7.* dum fundatur in ipſomet textu, per *l. quæritur*, dum ita dicit: *Nam antiqua quæſtio erat, vtrum Hermaphrodita in feudum? Et determinatur quod ſic, ſi magis incaleſcit in maſculo, vt ff. de ſtat. hom. l. quæritur ſupra de lib. & poſthum. l. ſed & quæſitum §. vltim. ff. de teſtament. l. repetundarum §.1. ita tenet Gloſ. ff. de legib. l. de quibus. Iac. de Ardizone in Summa ſua, & ego pro iſta parte conſului: quia etſi viſis pudendis, quæ ſunt viliſſima pars corporis noſtri, non appa-*
ret maior incaleſcentia, tamen ſi apparet in aliis ope- 66
ribus virtutis, & in agilitate corporis, & præponderat in eo virilitas, conſului eum in feudo ſuccedere. Nec dicitur omnino imperfectus, qui ſimilis eſt perfecto quia iſta imperfectio eſt occulta, quæ ſequitur: perfectio autem eſt euidens, & manifeſta, ideo eligenda; & hoc caſu qualitas maſculinitatis aliam obumbrat. Raph. Cumanus in *l.2. ff. de verb. oblig. n.7.* ibi: *Et hoc niſi vna qualitas aliam obumbret*: vt in *dict. l. quæritur: & in l. legatum, §. ſi vnus l. ſeruus vrbanus §. fin de leg.3.* quia inſpicitur tunc quæ obumbrat aliam & illi præualet.

CAPVT IV.

De Incompatibilitate naturali ratione turbati ſanguinis, ſi vidua ſtatim poſt mortem viri ſecundo nubat, & filius naſcatur infra menſem decimum vel vndecimum.

SVMMARIVM.

1 *Incompatibile eſt de iure naturali quod vnus filius poſſit eſſe genitus per duos Patres.*

2 *Vidua prohibita eſt ſub pœnis intra annum luctus ad ſecundas nuptias tranſire, ne ſi conceptus ſit filius, incertum ſit ex quo ſanguine, ſeu ſemine, primi, vel ſecundi mariti procedat, & num.3. & 6.*

4 *Vidua ſi pariat illicò, vel paulo poſt mortem mariti,*

Digitized by Google

riti, poterit ante tranſactum annum cum alio nuptias contrahere.

5 L. liberorum 11. §. 1. ff. de his, qui notant. infam. explicatur à Baldo.

7 Turbatio ſanguinis vnde dicatur: eſt idem quod diuerſorum ſeminum commixtio, vel concurſus, & num. 8.

9 Vidua hodie de Iure Canonico poteſt ſtatim poſt mortem primi mariti tranſire ad ſecundas nuptias abſque aliqua pœna.

10 Filius ſi incertus ſit propter turbationem ſanguinis, ex eo quod mater intra breue tempus cognita ſit per duos viros, vel maritos, & exinde remaneat prægnans, in quo eorum Maioratu, vel hæreditate, primi, vel ſecundi viri, ſeu mariti poſſit ſuccedere.

Referuntur decem opiniones diuerſorum, & reprobantur, num. 11. 12. 13. vſque ad n. 33.

34 Filius qui propter turbationem ſanguinis incertum habeat patrem, an in Maioratu, vel hæreditate primi viri, vel ſecundi ſuccedere poſſit, eſt difficillima queſtio, quam magiſtraliter, & cum diſtinctionibus reſoluit Bartolus, cuius opinio verior & ſequenda, & n. 35.

36 Filius ex primo, & non ex ſecundo viro iudicandus eſt filius, quando probatum fuerit quod ante mortem primi viri apparuerint ſiue demonſtrata fuerint aliqua ſigna prægnantiæ, quæ ſpeesfice referuntur, & n. 37.

38 Filius ex ſecundo viro, & non ex primo iudicandus eſt filius, quando primus erat ætate prouectus ſaltem ſexaginta annorum; & ſecundus iuuenis, vel in ætate virili, & magis aptus ad generandum, & num. 39.

Et idem ſi à contrario, n. 40.

41 Filius ex ſecundo viro, & non ex primo iudicari debet genitus, ſi primus per quadraginta dies ante eius mortem taliter infirmus eſſet, quod ſecundum iudicium Medicorum carnaliter mulierem cognoſcere non potuiſſet, dum tempus legitimum ſeptimi, noni, vel decimi menſis non ſuperſit, & n. 42.

43 Filius, qui poſt mortem primi viri natus eſt in ſeptimo menſe, reſpectu autem ſecundi in ſexto; iudicandus eſt de primo viro genitus. Et è contra, n. 46.

44 Partus intra ſextum, vel octauum menſem naturaliter eſt imperfectus, & n. 45.

47 Filius, qui poſt mortem primi viri natus eſt vndecimeſtris, & reſpectu ſecundi viri octimeſtris, præſumendus eſt genitus ex ſecundo viro.

48 Filius qui à die mortis primi viri natus eſt in nono menſe, id eſt intra 270. dies, & reſpectu ſecundi viri in decimo menſe, id eſt intra 270. vſque ad 280. dies, iudicandus eſt genitus ex ſecundo viro.

49 Tempus pariendi perfectius, quale ſit.

50 Filius, qui à die mortis primi viri editus eſt intra 270. dies vſque ad 282. vel 283. plus minuſve, reſpectu ſecundi viri natus eſt ante 270. vel poſt 283. dies, iudicandus eſt ex primo viro.

51 Filius, qui tam reſpectu primi viri, quam ſecundi, fuit editus à die 270. vſque ad 280. dies plus, minuſvè, & mater aſſerat cum iuramento, & aliqua ratione probabili, cuius ſit filius, & ſimul concurrat ſimilitudo nati cum patre aſſerto, illius erit, quem mater dixerit, & num. 52. & 53.

54 Filius, quando per coniecturas & præſumptiones non poteſt apparere à quo ex duobus viris procedat, in tali dubio iudicandus eſt genitus à ſecundo viro.

Redditur ratio per Dom. Perez de Lara, & per Carranz. ibid. & n. 55. & 56.

57 Quæſtio an filius præſumatur genitus ex primo, vel ſecundo viro copulam habente cum matre, intra breuem terminum; non ſolum procedit in caſu quo vidua intra breue tempus contrahat cum alio, ſed etiam quando diſſoluitur matrimonium vi, vel metu, vel in gradu prohibito contractum; vel vir contrahat cum alia, priore vxore viuente; vel vxor cum alio, marito eius abſente pro mortuo reputato; vel quando mulier ab amaſio relicta, vel è contra, cum alio contrahat accedente copula intra paucos dies.

Et caſus notabilis refertur, n. 58.

59 Matrimonij in fauorem præſumitur, quando recens vidua carnaliter cum amaſio ſe immiſceat, & intra tempora vtriuſque congreſſus accommoda partum edat.

ARGVMENTVM.

Eſto quod non compatitur de iure naturali quod vnus filius genitus fuerit à duobus viris; quæritur quis ſuccedere debeat in Maioratu primi, vel ſecundi mariti vltimi poſſeſſoris, quando vxor poſt mortem primi intra paucos dies ſecundo nubat, & intra ſeptimum, nonum, vel decimum, ſiue vndecimum menſem natus ſit filius, an natus ſuccedere debeat, vel conſanguineus primi, vel ſecundi mariti?

Et idem non ſolum quando poſt mortem primi, ſed etiam, eo viuente, ſi diſſoluatur matrimonium, quia contractum nulliter, per vim, vel metum, vel in gradu prohibito; vel ſi primus vir contraxerat, alia vxore viuente; aut ſi marito abſente mulier cum alio contraxerat, & ei reuerſo fuerit reddita vxor?

Incompatibile eſt etiam iure naturali, quod vnus filius duos immediatos Patres poſſit habere, quia natura non patitur niſi quod vnus tantùm per ſe & ſuo puro, atque ſeparato ſanguine poſſit generare: ex commixtione enim ſeminis fœtus confunditur, & ad inuicem ſe impediunt ad generationem plura diuerſa ſemina, cùm vnum corrumpat aliud. 1

Et hoc iure naturali pulſus, eiuſque aura vectus Iuriſconſultus Vlpianus in *l. libererum 11. §. 1. verſic. Prætor enim, ff de his qui notant. infam.* inſtinctu naturali recognoſcens quod quilibet genitus eſt ex vnius tantùm viri ſemine ſine commixtione alterius, & quod genitorem ſolummodo demonſtrare poteſt ſpatium temporis, ex quo genitus ex illo ſanguine, & natus eſt filius; ideo dixit, quod ratio qua Prætor ductus eſt prohibendi ne vidua ſecundò nubat intra annum à die mortis primi mariti, ea eſt, ne turbetur ſemen prioris coniugis, & in obſcuro ſit ex quo ſanguine fuerit filius conceptus, an ex ſanguine, ſeu ſemine primi, vel ſecundi mariti; quia cum ſpatium illius temporis, tanquam teſtis fide dignus manifeſtet, atque declaret, cuius ex his duobus ſit filius, ſine illo teſte, nempe tempore, quo prohibita fuit vidua ſub pœna ad ſecundas conuolare nuptias, remaneret 2

vtriuſque

vtriuſque mariti ſanguis taliter inuolutus, atque turbatus, hoc eſt in confuſo,& in obſcuro, ſoboles inde nata, vt non poſſet iudicari cui tribuenda foret: quod omne breuiter comprehendit in illis verbis:

3 *Prater enim ad id tempus ſe retulit, quo vir elugeretur, qui ſolet elugeri, propter turbationem ſanguinis:* vbi Albericus vertit, *ſanguinis, id eſt ſeminis.* Idem colligitur ex ſacra pagina, *Sapientia cap.7. verſ.2.*ibi: *In ventre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine.*

4 Et hic eſt verus, atque genuinus intellectus *d. l.libererum* 11.§.1.*verſ.Prator enim,ff de his qui notant.infam* quem paulo inferiùs demonſtrat ipſe textus,dum ex illa ratione infert,quod ſi vidua edat prolem illicò, poſt mortem viri, poterit antequam tranſeat annus ad ſecundas tranſire nuptias, ibi: *Vnde Pomponius eam, quæ intra legitimum tempus partum ediderit, putat ſtatim poſſe nuptiis ſe collocare: quod verum puto.* Et Gloſ. *verb.Collocare*, in eius intellectus confirmationem dicit: *Aliàs ſecundum Martinum ſtatim poſt quatuor menſes à tempere mortis primi viri poſſet nubere: quia ſi ex tunc nubat,non poterit eſſe incertum filio nato, ex quo viro ſit natus,&c.* Gloſ. *verb. Legalis infamia, in cap.fin. de ſecund.nupt.* ibi: *Ne turbaretur ſanguis & in prole dubitaretur.*

5 Atque ita intelligit, meliuſque quàm alius interpretatur hunc textum in *dict.l.liberorum* 11 §.1. Bald. *ibidem, num.1.* alias enim non ſic diceret: *Nota hic quod dua ſunt rationes, quare mulier non debet nubere infra annum luctus: vna eſt ratio cuiuſdam reuerentia, & honeſtatis; alia eſt ratio ex timore perturbationis ſanguinis: & eſt alia ratio ſcilicet præſumptionis, quia qua nimis feſtinat, ſuſpecta redditur, quod prius deliquerit, & fuerit per adulterium polluta: modo in viro non lugendo ceſſat ratio reuerentia, & ratio præſumpta fornicationis, ſeu ſuſpicionis,ſed non ceſſat ratio perturbationis ſanguinis; niſi poſtquam peperit, vel certum eſt ex priore viro parere non poſſe: tunc formantur dua quaſtiones; Prima eſt, ſi vidua ſtatim nupſit,& naſcitur filius, & dubitatur cuius filius ſit, primi mariti, vel ſecundi, &c.*

6 Quam interpretationem ad verba illa, *propter turbationem ſanguinis*, ſequuntur *l.3.tit.6 partit.6. verſ. Emouieron los ſabios antiguos de vedar a la muger, &c. La primera es porque ſean los hombres ciertos, que el hyo que nacio de ella, es del primer marido,&c.* Lancellotus Galliaula *in l.Gallus, in princ.n.41. ff. de liber. & poſthum.* & cum aliis Ioſeph. de Ruſticis in *l cum auus, lib.4. cap.8. num.21.* D.Perez de Lara *in compend. vita hom.n cap.12.n.9.*& poſt eos Ildephonſus à Carranza *de vera hum. partus naturalis, & legitimi deſignatione,cap.13. à num.13. vſque ad n.28.* vbi non ſolum interptetatur *d. l. liberum*, ſed etiam eam conciliat cum textu in *l conſenſu 8. §.hac niſi, verſ.Si vero,Cod.de repudiis*, ibi: *Ne quis de prole dubitet.* Et cùm non admitteret ſententiam Ioan Merceri *lib.2.obſeruationum,opinione* 10. tenuit quod nomen, *ſanguinis*,pro *cognatione* accipi debeat, vt in *l.vel ſanguine, ff.de manum. vindict l.dotem, § hareditatem, l.vltim ff.de Caſtrenſ.pecul l.iura ſanguinis, ff.de reg. iur.* Vnde turbatio ſanguinis, idem videtur quod confuſio progeniei, cognationes, nominis, familiæ: Quare *num.15.* inquit, Vlpianum in *d.l.libererum*,intelligendum eſſe de turbatione ſanguinis,quæ ex mixtione ſeminum prolificorum prioris, & ſecundi viri, euenire poſſet: & *ſanguinem* ſemen hominis generationem producentem, ibi denotet: *Quia ſemen, & lac, qua à ſanguine proueniant, appellatione lata & propria quidem ſanguinis, continentur,&c.* & ita con-
7 cludit *num.16. Ex quo facile percipies, turbationem ſanguinis, de quo loquitur Vlpianus, non tantum aptè, & commodè, verum neceſſariò ad ſeminis prolifici concurſum & commixtionem referendam; non vero ad incertum tantum prolis vitandum; etenim hoc euidentius fiet cuique conſideranti proprium ſignificatum dictionis illius, Turbatio, à verbo. Turbo,as. Quod admixtionem ſiue concurſum infelicem, iniquum, vel parum aptum denotat: Cicero de legibus, &c.* Et infe- 8
riùs: *Ergo Turbatio ſanguinis in d l. libererum, idem eſt quod diuerſorum ſeminum commixtio, vel concurſus.*

Sed poſito, quod hodie de Iure Canonico vidua 9
ſtatim poſt mortem primi viri abſque pœna infamiæ nubere valeat, *cap.penult. & fin. de ſecund.nupt* Gloſ. *verb collocare in fin. in d.l. libererum* §.1. *ff.de his,qui not. infam* vbi Bald.Alberic. Paul. Caſtr & communiter Scribentes, *l.3 tit.1. lib.5. Recopil.* ibi: *Mandamos, que las mugeres viudas puedan libremente caſar dentro de el año ſin alguna pena, y ſin alguna infamia, &c.* Barboſa in *l.1. part.7. à num.17. & in l.2. part.1. num.66. ff ſoluto matrim.* Cæuallos *quaſt.742.num.2.* P.Thom.Sanchez *de matrim. lib.7. diſput.87. à n 23. & 16.* Gutierrez *de matrim cap.108.n.2. & 7.* & alij, quos nouiſſimè congerit Auguſt Barboſa *in dict. cap. fin.num.2. de ſecund nupt.* Carranza *vbi ſuprà, in dict. cap.13. num.12.*

Incidit quæſtio illa, non ſolum valde difficilis, ſed 10
etiam contingibilis ſatis à quampluribus emota, licet à paucis enodata;quid ſi intra duos, pluresve dies poſt mortem primi, vidua alij ſecundo nubat, vel ſi diſſoluatur matrimonium, ex eo quod in gradu prohibito fuit contractum, & feſtinanter cum alio agat nuptias, vel fortè ſi viuente primo marito, atque eo abſente, probata falsò eius morte, cum alio contrahat matrimonium, & reuerſus ſit maritus, ſtatimque cum eius vxore copuletur; prout contigiſſe Toleti aſſerit D.Perez de Lara *de vita homin.cap.12. num.10.* & intra legitimum tempus à die mortis primi coniugis, vel reſoluti matrimonij in gradu prohibito contracti, vel à die, quo reuerſus fuit abſens maritus, filius, filiave naſcatur, & natus, natave tanquam filius ſeu filia primi mariti vltimi Maioratus poſſeſſoris, vinculi, aut Patronatus, vel aliàs tanquam filius ſecundi mariti vltimi poſſeſſoris alicuius perpetui fideicommiſſi contendat cum ſecundogenito, vel aliis conſanguineis tranſuerſalibus ſuper ſucceſſione dicti Maioratus, vinculi, aut Patronatus, allegans, quod fuit genitus ex ſanguine, id eſt ſemine vltimi poſſeſſoris: & ex contrario quod fuerit genitus ex ſanguine alterius. Hæc de turbatione ſanguinis quæſtio adeò intricata, & turbida eſt, vt mentem turbauerit omnium Scriptorum clarioris ingenij, & eos in varias traxerit ſententias.

Nam Iacobus Beluiſius in *l.1. de bon. poſſ. ſecun-* 12
dum tabulas, & in l.1. C.quorum bonorum,dixit,quod filius,ac proinde hæres vel ſucceſſor erit eius viri,cuius faciem formamque referat, atque ei cui magis aſſimiletur: & ſi vtrique viro ſimilis, aut diſſimilis ſit, ſuccedat illi, cuius reſpectu, in poſſeſſione filiationis ſe habeat: argum. text. in *l.filium eum diffinimus, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. l ſi vicinis, Cod.de nuptiis.* At verò ſi reſpectu vtriuſque viri in poſſeſſione filiationis non ſe habeat,quia poſt eorum mortem editus fuerit, & extra cuiuſlibet domum; tunc ſi alia ſubeſt ſoboles indubitata ex vtroque marito, à ſucceſſione ambotum, iſte dubius repellatur, eum debeat probare ſe filium: *dict. leg.1. Cod quorum bonorum*, ſin autem ex altero tantum extet ſoboles, vel ex neutro quod de æquitate ad illius ſucceſſionem admitti debeat de quo proles non ſuperſit,

vel

Digitized by Google

vel ſi ex neutro, ad ſucceſſionem vtriuſque, excluſis agnatis.

13 Quam opinionem ſequuntur aliqui, quos refert Tiraquellus *de leg. connub. in l.2. gloſ.1. part.7. n.52.* atque Stephanus Gratian. *tom.3.cap.567. à n.31.*

14 Sed merito reprobatur, cum ex mulieris cogitatione tempore conceptionis contingat partum alteri aſſimilari: Gloſ.fin. *in l.Quaeret aliq. n.135. ff.de verb. ſign. & in l.non ſolent liberorum. ff. de ſtat.hom.* Bart. in *l.Gallus, in princ. num.3. verſ. Sed hic quod dicit de aſſimilatione; non placet, quia ex cogitatione mulieris tempore conceptionis contingit, &c.* Ioſeph.de Ruſticis *in comment ad l.cum auus, de cond.& demonſtr.lib 4. cap.8 num.13.* Dom.Perez de Lara *de vita hom.cap.12. de ambiguo parente n.2.* Stephan.Gratian. *in d.cap.567. num.32.*

15 Bald. in *l. ſi matre C.de ſuis, & legit. hæred.num.1.* in ea fuit ſententia, quod filius ſuccedat ei viro in cuius domo natus eſt: Quæ opinio arridet Alex. *conſil.88 n.9. vol.7.* Surd.*conſ.1. num.56.* quod extendunt, licet ſeptimo menſe naſcatur partus: idem Bald.in *d.l.ſeptimo menſe in 1.lectura ad fin. ff.de ſtat. hom.* Paulus Bellon. *de poteſt. eor. quæ incont. fiunt. lib.1.cap.124 n 5.* Alex.Raudenſ *de analog.cap.30.n.25.*

16 Sed omnibus aliis diſplicet hæc opinio, & in primis Bartolo in *d. l. Gallus in princ. num.13 ff. de liber. & poſthum.*

17 Imola in *d.l.Gallus num.12.* aſſerit, quod poſteriori marito adiudicandus eſt filius, duobus ex cauſis. Prima, nam regulariter quando partus naſcitur infra tempus quo potuiſſet naſci ex viro & vxore, præſumitur eorum proles, *d. l. filium eum definimus.* Secunda, quia vltimus maritus debuit cogitare hunc caſum poſſe euenire, quòd poſſet patere infra tempus prædictum, ideo ſibi imputare debet: argum. *l. ſi quis*
18 *domum, ff.locat.* Sed reiicitur hæc opinio ab omnibus aliis Doctoribus *infrà citandis.*

19 Dynus in *l.3. §. ſi duobus, ff.de alim. & cibar. leg.* opinatus eſt quod filius ſuccedere debeat vtrique viro. Idem tenet Angelus in *l.duo ſocij 8. ff. de hæred. inſt.* & Azot *in ſuis quæſtion. Sabbathinis:* & probant ex eo quod aliquando euenit, quod quis præſumatur ſeruus duorum conſociorum, licet vnius tantum eſſe potuiſſet: *l.duo ſocij 8. ff.de hæred.inſt.*

20 Sed refutant hanc opinionem: quia etſi poſſibile ſit, aliquem duorum eſſe ſeruum, & ab vtroque libertatem conſequi; non tamen eſt poſſibile, quem duorum filium eſſe, imò impoſſibile, & incompatibile per naturam, & quoniam lex ſuper aliquo naturâ impoſſibili non fingit, Bart. in *l.eadem, in princ. ff.de duobus reis,* cum aliis, quos refert Dom. Perez de Lara *de vita hom. cap.12. de ambiguo parente, n.3.*

21 Aretinus in *d.l.Gallus n.4.* & Cynus cum Iacobo de Rauena in *l.vulgo, ff.de ſtat.hom.* ſequuntur Lambertinum de Ramponibus dicentem, quod neutri viro ſuccedere debet, cum propter incertitudinem patrem demonſtrare non valeat, idque etiam tenet Albericus in *l.ſeptimo menſe num.6. ff.de ſtat.hom.* in qua opinione reſidet Hieronym.Cæuallos *quæſt.248. num.67. & in 3. tom. quæſt.796.* vbi ex profeſſo proponit quæſtionem, Vtrum filius præſumatur primi mariti, vel ſecundi, quando vidua poſt duos dies à morte mariti ad ſecundas nuptias migrauit? & cùm multorum opiniones referat, tandem huic applaudit, in *num. fin.*

22 Sed damnatur tanquam iniqua & impia hæc opinio, & concludenti ratione impugnatur. Quia exinde ſequeretur, quod filius, qui in veritate eſt legitimus, & ex legitimo matrimonio, remaneret excluſus tanquam vulgo conceptus, & quaſi ſine patre natus; Ioſeph.de Ruſticis in *d.l.cum auus, lib.4. cap.8. num.24. & 25.* vbi reddit aliam rationem, ibi: *Non enim in ſimplici illa incertitudine verſamur, qua pater directa probatione incertus eſt, ſed in alia, ob duorum ſubſiſtentiam, cum vterque genitor eſſe poſſit.* D.Perez de Lara *in compend.vita hom.cap.12.n.13.*

Marius Salomonius in *d.l.Gallus, in princ.num.61.* 23
reſoluit dandam eſſe filio electionem, vt eius ſit, cuius ipſe volet: argum. *l. ſi fueris §. fin. & l.qui duos, §. ſed ſi filio. ff.de reb.dub.* nam in ambiguo, benignior ratio amplectenda eſt: itaque fauorabilius erit, alteri, quam neutri; & nobiliori, quam humili, itaque ditiori, quam pauperi patri filium ipſum aſſignare; nam ſufficit quod filius probet matrimonium cum matre, ex quo habet fundatam ſuam intentionem: & placere videtur hæc opinio Tello Fernandez in *l.3.Tauri, num fin.*

Sed conuincitur etiam hæc opinio, quia ex ea da- 24
retur quod eſſet in poteſtate filij eligere patrem, eum, qui in veritate pater non eſſet, & priuare ſucceſſione eius conſanguineos, mutando iura ſanguinis, quæ immutabilia ſunt: *§. ſed naturalia Inſt.de iure natur.* quam, & alias rationes refert, poſt Ioſeph de Ruſticis in *d l.cum auus, lib 4 cap.8.n.23.* D. Perez de Lara *in compend.vita hom. d.cap.12.n.3.& 4.*

Andreas Alciat. in *dict.l.Gallus à n 64.* opinatus 25
eſt, quod res ſorte dirimatur, dum ita dixit: *Ego nollem, quod talis quæſtio mihi contingeret, quia neſcirem quid dicerem; deberet fortaſſe res iudicari per ſortes: argumento notabili in l. fin. §. ſancimus, Cod.commun. de legat.*

Et ad iſtud facit quod dixit de hac quæſtione Ma- 26
rius Salomonius *in d. l. Gallus, in prin num 60. ſoluat Apollo.* Idem eſt ac ſi diceret, quod ſolus Deus poteſt eam iudicare, cuius iudicium per ſortem conſequimur; nam ſecundum Baldum in *d. l. fin. in princ.* iudicio ſortis, vtpote in fortuna poſito, Dux eſt Deus, & vocatur vis diuina: *l. flaminum §.Seruiat, ff. de damn. infecto,* & ideo quod à tali ſorte ſeu ſententia fortunæ non poteſt appellari.

Sed non admittitur hæc opinio: Tum quia iudi- 27
cium ſortis non habet locum niſi in caſibus à iure expreſſis, Bald. in *l.2. C.quando, & quib. quart. pars debeatur lib.10.* quem ad id refert Alciatus in *dict. l. Gallus, num.65.* Tum quia non habet locum, quando dubium eſt ſuper facto, & per indicia, & coniecturas, & alias probationum ſpecies poteſt probari; ſed tantummodo, quando dubium eſt ſuper iure: Gloſ. *verb. prohibebit ad fin. in l.vnica, C.vti poſſidetis.*

Alij Doctores dixerunt, quod ſtandum erit aſſer- 28
tioni Matris, ex *l. etiam, ff.de probat. l.vxore, ff. de mancum.teſtam.* Iacobus Butrigarius in *l. filium, ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur.* vbi refert, quod quædam Regina concepit filium ex quodam milite, & cum putaretur filius Regis primogenitus, ſucceſſit in Regno; Mater autem in articulo mortis dixit filio: Tu bene es filius meus, ſed non Regis: & ipſe credidit dicto Matris, & renuntiauit Regnum: Paul. de Caſtro in *l.cum quidam §. quod dicitur 1. ff.de acquir. hæred.* Ratio eſt, quia agitur de Matris facto.

Reiiciunt hanc opinionem Bart.& Iaſon in *dict.l.* 29
Gallus, ille *n.13.* ibi: *Sed hoc non videtur benè dictum, quia mater poteſt decipi: l.1. §. ſi mulier, ff. de liber. agnoſc. l.1. §. ſi per calumniam, ff. ſi mul.ventris nomine dat.* hic *num.66.* D Greg.Lopez *gloſ. verb Seyendo caſada, in l.9. tit.14. partit.3.* vbi addit, quod ex matris confeſſione poſſet etiam præiudicari aliis fratribus defuncti fortè filiis, qui peterent eius ſucceſſionem, contra regulam, quod in præiudicium Tertij, talis aſſertio non valet: *l.qui ſeruum 20. ff. de interrogat.*

*rogat. action. leg inter chartulas, C. de conueniend. fisci debitorib. lib.*10.

30 Et mihi etiam videtur quod eſt reiicienda, niſi aſſertio matris concurrat cum aliis adminiculis, & coniecturis, quia raræ, aut nullæ mulieres ſunt, quæ ex ipſo coïtu conceptionem ſentiant: *dict. l.*1. *§ Mulier, ff. de liber. agnoſc.* Marta *deciſ.*153. *n.*11. Marius Giurba *in conſuet. Senat. Meſſanenſis c.*8. *gloſ.*2. *p.*1. *n.*5.

31 Diuerſa aliorum opinio fuit, ſentientium quod in hoc caſu conſulendus ſit Princeps, vel Summus Pontifex, cui remittenda videtur deciſio huius quæſtionis: Boërius *deciſ.*186. *num.*3. Roxas *in Epitome ſucceſſion. cap.*2. *num.*30. Aluarado *de coniect. ment. defunct. lib.*2. *cap.*3. *num.*56. & alij, qui ad id referunt Lucam de Peña, in *leg. Muliebris verſ. Sed cum hæc, Cod. de Incol. lib.*10. Qui aſſerit, quod ſuo tempore euenit, quod quædam mulier, mortuo marito, intra quindecim dies ſuperduxit alios duos viros, & peperit deinde filium intra nonum menſem à morte primi viri; & cum dubium maximum oriretur cuius viri eſſet filius, ſuper filiatione, & hæreditate trium virorum quæſtio fuit deuoluta ad Sedem Apoſtolicam.

32 Attamen neque hæc placet opinio; quia cum hoc dubium non conſiſtat in iure, ſed in facto valde dubio, & turbato ob temporis breuitatem, intra quod mulier tranſiuit ad ſecundas nuptias, in adeò perplexo, & intricato facto, Princeps, vel Summus Pontifex certum quod ſit non poſſunt iudicare, niſi per probationes, indicia, & coniecturas, atque alia iuris remedia, ad quæ poteſt etiam quilibet alius Iudex recurrere.

33 Alij indeciſam hanc quæſtionem reliquerunt, & aliis cogitandum quid ſuper ea definirent: inter quos, ſunt Lancellotus Galiaula, in *dict. l. Gallus in prin. num. fin.* Dom. Greg Lopez *gloſ. verb. Siendo caſada in l.*9. *titul.*14. *partit.*3. Roxas *in Epitom. ſucceſſion. cap.*2. *num.*30. & etiam Aluaradus *de coniectur. mente defunct. lib.*2. *cap.*3. §.3. *num.*36. de quibus mentionem facit D Perez de Lara *in compend. vit. homin. cap.*12. *n* 4. *verſ. fin.*

34 Sed Bartolus Magiſter Magiſtrorum in *d. l. Gallus in prin. num.*13. docet, quod priùs inſpicienda ſunt ſigna conceptionis; etſi iſta ſigna non apparent, tunc ſtandum eſt conſuetudini mulieris, in quãto tempore conſueuit parere; & ſi non appareat, tunc eſt committendum Medicis, & Obſtetricibus peritis in arte; ſecundum *l.*1. §.1. *ff de ventr. inſpic.* nam ex qualitate perſonæ poteſt Medicus probabilia quædam elicere indicia: quod ſi nihil appareat, recurrendum eſt ad illud quod frequentius accidit.

35 Quam magiſtralem doctrinam provt magis veram amplector, ſicuti amplectuntur etiam in *d. l. Gallus, in princ.* Iaſ. *n.*2. Bolognetus *n.*190. Æmilius Ferretus *num.*24. Cœpola *in l. quod ſi nolit, §. mancipia num.*16. *ff. de ædil. edict.* Connanus *lib.*3. *commentar. iur. cap.*7. *n.*2. & 3. Ferdinandus Vaſquez *de ſucceſ. creat. lib.*2. *in* 2. *part. primæ partis, §.*20. *requiſito* 24. *declarat.*2. *num.*113. Ioſeph de Ruſticis in *l. cum auus, ff. de condit. & demonſtrat. lib* 4. *cap.*8 *n.*6. & 36. Ant. Theſaurus *deciſ.*3. *n.*60. Alex Raudenſ. *de Analog. cap.*30 *n* 25. Michaël Craſſus *in §. ſucceſſio ab inteſt. q* 2. *n.*5. *verſ. Sed quæro: quid ſi mulier ſtatim poſt mortem primi mariti accepit ſecundum virum, deinde peperit in nono menſe, &c.* Marius Giurba *in conſuet Meſſanenſ. c* 8. *gloſ.*2. *part.*1. *num.*3. *verſ. mihi verò Bartoli opinio placuit in dict. leg. Gallus num.*13. *vt conceptionis ſigna inſpici debeant, &c.* Dom Perez de Lara *in compend. vit. hom. cap.*12. *de ambiguo parente num.*5. Ildephonſ. à Carranza *de leg. part. de ſig. cap.*20. *quæſt.*6. *num.*73.

Et retenta hac, provt magis vera opinione, ad hoc vt clarius procedamus, diſtinguendi ſunt caſus ſequentes.

Primus caſus ſit, in quo iudicandus eſt filius geni- 36
tus ex primo viro, quando probatum fuit, quod ante mortem primi viri apparuerint, ſiue demonſtrata fuerint aliqua ſigna conceptionis, veluti ſi mulier menſtrua non eiecit, imò retinuit, quia poſt conceptionem retinentur menſtrua: & probatum etiam fuerit, quod affecta fuit dolore capitis, oculorum tenebroſitate, ac vertigine, pigritia, tarditate, ſiue grauitate corporis, declinatione ad ſomnum, faſtidio in cibis, atque habuerit nauſeam, ſeu redundationes ſtomachi, appetitus cibi inſoliti, & quod depreſſi fuerint oculi eius, minoratæ pupillæ, ingroſſata albedo cum maculis, vulgò *Paño*, ſeu malitia coloris in facie, quæ ſigna colligunt ex Hippocrat. *in lib. de genitura*, Auicenna *lib.*3 *fen.*1. *tract.*1. *cap.*11. Ariſtot. *lib.* 7. *de Hiſtor. anim. cap.*3. & 4. Plinio *lib.*7. *cap* 6. & ex aliis quamplurimis Philoſophis, & Medicis, Ioan. Cagnolus in *l. ſi prægnans* 42. *ff de curat. & in l ſi quis prægnantem* 187. *ff. de reg. iur* Ioſeph de Ruſticis in *d l cum auus, lib.*4. *cap.*8. *n.*31. Giurba *in conſuet. Senat. Meſſan. d c.*8. *gloſ.*2. *p.*1. *à n.*7. *vſque ad n.*19. vbi dicit cum Bald. in *l. ſeptimo menſe lect.*1. *ad fin.* Decio *in cap. per tuas de probat.* Raudenſ. *de Analog in d. cap.*30. *n.*25. Forſter. *de ſucceſſ ab inteſt. in trib. de probat. filiationis, quæſt.*1. quod ſi conceptionis talia ſigna, viuente adhuc priori marito, apparuerint, partus tribuendus ſit priori viro: Carranza *de vera human. & legitimi partus deſignat. cap.*1. *ſect.*1. *de ſignis concept. à n.*23. Et multa ex octo ſignis, quæ congeſſit Marius Giurba, reprobat tanquã perfunctoria, & eluſoria; & quia fortè conuenire etiam poſſint mulieribus non prægnantibus, ideò ea non referam; quia ſi aliquis ea ſigna legere velit, apud Giurbam inueniet, & Ildephonſum à Carranza reprobantem in *dict. cap.*1. *ſect.*1. *à num.*29. & *cap.*20. *q.*6. *num.*73.

Attamen aduertendum eſt, quod nihilominus ſi 37
tria, vel quatuor ex dictis ſignis probentur concurrere in muliere, viuente primo viro, interpretandum eſt, quod editus partus ſit eiuſdem primi viri, quia cum agatur de re difficilis probationis de ſua natura, ſingula quæ probare non poſſunt, multa collecta iuuant: Alex. *conſ.*115. *à n.*9. *lib.*4. Barboſa *axiom.*109. *num. fin.*

Secundus caſus eſt, quando primus Maritus ita eſ- 38
ſet ſenex, vt ineptus videretur ad generandum, puta ſexagenarius, in quo diminutus eſt calor naturalis, & potentia ſeminis, quod ſemen non ſicut in prima ætate eſt generationi aptum, ex quo non poteſt à natura bene coqui, quapropter exiſtens in tali ætate perraro generare valet: *l. ſi pater* 15. §. *fin. ff. de adopt.* Paul. Pariſ. *conſ.*29. *n.*28. *vol.*2. & cum aliis Surdus *deciſ.*83.
*n.*9. Ex aduerſo autem, alter maritus iuuenis, vel ſal- 39
tem non ita prouectæ ætatis, & magis aptus ad generandum: in hoc enim caſu non ex ſene, ſed ex iuuene præſumitur genitus: vti probat Ioan. Petr. Surdus videndus in *d. deciſ.*83. *n.*18.

Tertius caſus eſt à contrario, ſi primus vir ſit iu- 40
uenis, ſanior, & robuſtior; alter autem ſenex, atque morboſus, quia ex eademmet cauſa, & ratione proximè tradita à Petro Surdo *d. deciſ.*83 *n.*18. partus iuueni tribuendus eſt.

Quartus caſus eſt, quando primus vir per 40 dies 41
ante eius mortem taliter aduerſa laboraret valetudine, vt nõ potuerit carnaliter mulierẽ cognoſcere, cũ valde grauatus eſſet, & impeditꝰ humoribus, potẽtia coeundi caruerit, ſi Medici, & in arte periti hoc iudicent, quorum declarationibus iuramento vallatis ſtandum eſt.

Nam præſumitur quod licet infirmus, & morbo de-
tentus poſſit rem Veneream cum vxore habere, &
generare, Anton. Gamma *deciſ.*326. & *ibidem* etiam
42 Additionator Flores Diaz *num.*1. Si tamen per tan-
tum tempus ita ægrotus iaceret, vt detracto tempo-
re quo infirmus fuit primus vir, non ſuperſit tempus
legitimum ad partum, videlicet ſeptimi, noni, vel de-
cimi menſis; & reſpectu ſecundi viri, partus ſit intra
hoc legitimum tempus; hoc caſu non ex primo ſed
ex ſecundo viro iudicandus erit: vt tenent Fernelius
*lib.6.Pathol.cap.*7. Paulus Zachias in *Medicolegalib.*
*titul.*5. *quæſt.vlt. à num.*2. quos refert Ildeph. à Car-
ranza *de vera hum. part.natur. & leg.deſignat.cap.*20.
*quæſt.*6.*num.*73.

43 Quintus eſt caſus, quando natus primo viro ſit ſe-
ptimeſtris, ſecundo autem viro ſemeſtris, tunc refe-
rendus eſt ad primum virum: quia frequentior, &
perfectior eſt partus ſeptimeſtris, quam ſemeſtris vel
octimeſtris: *l. ſeptimo menſe naſci perfectum partum,*
iam receptum eſt propter autoritatem doctiſſimi viri
Hippocratis, ff. de ſtat hom.l.inteſtato 3. *§. fin ff.de ſuis,*
*& legitim.hæred l.*4.*tit.*23. *partit.*4. ibi: *Y porende ſi*
deſde el dia de la muerte de ſu marido faſta ſeis meſes
parieſſe ſu muger legitima ſeria la criatura que naſcie-
re, y ſe entiende que es de ſu marido, maguer en tal
tiempo ſea naſcida ſolo que ella viuieſſe con ſu marido
a la ſazon que fino. Otroſi dixo eſte Philoſopho, que la
criatura que naſciere faſta en los ſiete meſes, que ſolo
tenga ſu naſcimiento vn dia de el ſeptimo mes, que es
cumplida, y viuidera, y deue ſer tenida tal criatura
por legitima de el padre y de la madre, que eran caſa-
dos, y viuian en vno a la ſazon, que la concibio. Car-
ranza *cap.*9. & 10. *per tot.*

44 At verò ſemeſtris, vel octimeſtris non ita frequens,
& perfectus eſt, imò naturaliter imperfectus, violen-
tus, & abortiuus; quia ſecundum Aulum Gellium,
*lib.3.noct Atticar.cap.*16. ſeptimo menſe raro naſcitur
filius, octauo nunquam, ſæpiſſimè nono, ſæpenumero
decimo: Cynus cum aliis in *d.l.ſeptimo menſe*, Bald.
in *l ea quidem n.*17. *C. de accuſat.* Tiraquellus in *l. ſi*
*vnquam, verb. ſusceperit liberos n.*205.*& ſeqq.C de re-*
uocat.donat. Card Mantica *de coniect vltim vol.lib.*11.
*tit.*6.*n.*10. Matienç. *in l.*2.*tit.*8 *lib.*5.*Recopil.gloſ.*4 *n.*4.
Marius Giurba *in conſuet.Senat.Meſſanenſ.part...c.*1.
*gloſ.*4.*n.*17. Polydorus Ripa *de noctur.tempor. cap.*68.
*à num.*81. Dom D. Chriſtophor de Paz *de tenut tom.*2.
*quæſt.*68 *n.*31.& 36.& cum pluribus aliis Carranza *vbi*
*ſuprà, cap.*11 *de octomeſtribus, n.*3.

45 Et quamuis Carranza in *d.cap.*11. *à n.*48. *vſque ad*
*num.*57. teneat cum Petro Garcia *de locis affectis, di-*
*ſput.*76. *cap.*1.*n.*2. & Ambroſio Paræo, *lib.*23. *cap.*15.
& aliis, poſſe dari partum octomeſtrem vitalem, per-
fectum, & ſimul maturum, & inter naturales, & legi-
timos connumerandum, reprobans à *n.*58. Cynum,
Bald. Tiraquel. Matiençum, Giurbam, Dom. Paz, &
omnes alios de contrario: tamen in *num.*56. fatetur
ad noſtrum intentum, quod eſt imperfectior ſepti-
meſtre, & de raro vitalis.

46 Hinc ex contrario oritur ſextus caſus, quod ſi fœ-
tus ſit primo viro octomeſtris, ſecundo autem viro
ſeptimeſtris, ex eademmet ratione tribuendus eſt ſe-
cundo, non primo viro, ſi partus ſit vegetus & vitalis.

47 Septimus caſus eſt, quando partus ſit priori viro
vndecimeſtris, ſecundo autem viro octimeſtris, hoc
caſu præſumendus eſt genitus ex ſecundo viro, non ex
primo, quia fœtus, qui editur in octauo menſe, non
ſolum eſt perfectior illo, qui editur in vndecimo men-
ſe, imò vndecimeſtris partus, legitimus & naturalis
non eſt, ideò nec tribuendus viro mortuo, ſi ab eius
morte tempus vndecim menſium elapſum ſit, ſecun-
dum *l.*12.*Tabularum*, quæ diſponit in decimo menſe
gigni hominem, non in vndecimo: *l.*3. *§. poſt decem,*
ff.de ſuis, & legit.hæred.l.Gallus, ff.de liber. & poſthum.
vbi communiter Scribentes, maximè Aretin. *num.*3.
Alex.*n* 11.Iaſ.*n.*63.Accurſ.*in l. ſeptimo menſe, ff.de ſtat.*
hom. Auth.de reſt.& ea, quæ parit in vndecimo menſe:
*cap.*2.ibi: *Nondum enim completo anno, menſe vndeci-*
mo perfecto peperit, vt non eſſet poſſibile dicere, quia de
defuncto fuiſſet partus, nec enim in tantum tempus con-
*ceptionis extenſum eſt: l.*4.*tit.*23. *partit.*4. ibi: *Lo mas*
que la muger preñada puede traer la criatura en el
vientre ſon diez meſes, & inferiùs: *Mas ſi la naſcien-*
cia de la criatura tañe vn dia del onzeno mez deſpues
de la muerte de el padre, no deue ſer contado por ſu
hijo. D. Franciſc. Torreblanca Villalpando *de Magia,*
*cap.*43 *n.*35. Robles de Salzedo *de repræſent. lib.*2.*c.*2.
*num.*3. & cum aliis Carranza *cap.*14.*de Vndecimeſtri-*
*bus, à num.*12. Ac proinde ſi partus reſpectu primi
viri editus ſit in vndecimo menſe, & reſpectu ſecundi
viri in octauo menſe, referendus eſt ad ſecundum vi-
rum ex ratione *ſupra proximè allata.*

Octauus eſt caſus, quando editus ſit partus nono 48
menſe, id eſt intra ducentos & ſeptuaginta dies à die
mortis primi viri; at verò reſpectu ſecundi viri in
decimo menſe, id eſt intra ducẽtos & ſeptuaginta dies
vſque ad ducentos & octoginta: tunc enim non pri-
mo, ſed ſecundo viro referendus eſt partus: quia na-
turaliter frequentior, perfectior, atque maturior eſt
decimeſtris, quàm nonomeſtris. Quod planè dedu-
citur ex *l.Gallus, in prin.* ibi: *Intra decem menſes pro-*
ximos mortis mea natos, ff de liber. & poſthum. l. fin.
ff.de fideic.libertat. l. fin. C.de hæred. inſt. & compro-
bat ex authoritate Ariſtotelis *lib* 7. *de Hiſtoria ani-*
malium, cap 4. Tertulliani, Auli Gellij, & aliorum,
Carranza *vbi ſuprà, c* 12. *de nonomeſtribus, n* 9.15.& 16.

Demum perfectius pariendi tempus computan- 49
dum eſt à die ducenteſimo ſeptuageſimo, vſque ad
ducenteſimum octogeſimum: & in *cap.*15. Caranza,
*de decimeſtribus à n.*1. *vſque ad n.*10. Ioſeph de Ruſti-
cis in *l.cum anus, lib.*4.*cap.*8.*n.*37.

Nonus erit caſus, quando reſpectu primi viri edi- 50
tus ſit partus intra ducentos ſeptuaginta dies vſque
ad ducentos & octoginta duos, vel tres, plus mi-
nuſvè, computandos à die mortis primi viri: At
verò reſpectu alterius ſecundi viri, editus ſit partus
ante 270. dies, vel poſt 283. in iſto caſu iudicandus
eſt filius genitus ex primo viro. Quod probatur ex
ſupra proximè dictis, & ex tempore partus Virginis
puriſſimæ MARIÆ Reginæ Angelorum Dominæ
noſtræ, quod tempus continuit 270. dies, aliàs ſcili-
cet decem menſes Lunares completos, & nouem
menſes Solares, & ſex dies, à die vigeſima-quinta
Martij, qua incarnatus eſt IESVS Dominus Deus,
vſque ad 25. menſis Decembris incluſiuè, in qua na-
tus eſt ex Maria Virgine: Ideò perfectiſſimum eſt
omnium tempus huius partus: nam Chriſtus Domi-
nus Deus noſter perfectiſſimus omnium fuit etiam
ſecundum carnem, & optimæ temperaturæ, vt ad-
uertunt Chryſoſtomus *in ſermone de Sancti Ioan. Ba-*
ptiſtæ natiuitate: Diuus Thom. 3.*part.Summa, q.*46.
*art.*6. & aliquos refert Carranza *dict.cap.*12 *num.*16.
17. & 18.

Decimus erit caſus, ſi reſpectu tam primi, quã ſe- 51
cundi viri, partus ſit editus à die 270. vſq. ad 282 dies,
plus, minuſvè, & mater aſſerat cum iuramento credu-
litatis, & aliqua ratione probabili, quòd partus proce-
dit ex tali viro, & ſimul concurrat quod fœtus ſimilis
ſit huic viro, quia hoc caſu ſi aſſertio matris concur-
rat cùm ſimilitudine ad illum virum, præſumitur
ex tali viro. Nam licet coniectura, quæ reſultat
ex

Digitized by Google

ex aſſertione Matris per ſe ſufficiens non ſit, ex *l. neque profeſſio, Cod. de teſtament. cap. per veſtras, de donation. inter vir. & vxor.* Ioſeph. de Ruſticis *in dict. l. cum anus lib. 4. cap. 8 num. 21.* vbi in eius confirmationem ponderat *dict. l. liberorum §. 1. ff. de his qui*
52 *not. infam.* Neque ea quæ reſultat ex ſimilitudine, Maſcard *concluſ. 1147. num. 1.* Menochius *de arbitr. caſu 89. num. 97. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 14. num. 9.* Ioſeph de Ruſticis in *l. cum anus lib. 4. cap. 8. à num. 13. vſque ad num* 18. Dom. Perez de Lara *de*
53 *vita homin. dict. cap. 12. à num. 7.* Tamen ſi concurrant coniecturæ ambæ, vna, quæ reſultet ex aſſertione Matris, & altera quæ procedat ex ſimilitudine patris, ſufficientes erunt ex Regula, *ſingula quæ non proſunt, multa collecta iuuant.*

54 Vltimus tandem caſus erit, quando per coniecturas ſimul concurrentes; vel (ſi concurrant) aliæ ſint aliis repugnantes, & adinuicem ſe expellentes, iudicari non valeat, & partus ſit editus intra tempus, ex quo non poſſit magis huic primo, quam ſecundo viro referri, tunc in tali conflictu amplectenda eſt alia opinio Alexandri de Imola in *d. l. Gallus, in prin.* tenentis quod partus præſumitur ex ſecundo viro, cui eſt adiudicandus, quem ſequitur Galiaula in *dict. l. Gallus in princ. num. 41* Petr. Surdus *conſ. 1. num. 56.* Paulus Bellon. *de poteſtat eorum quæ in contin. fiunt: lib. 1. cap. 134. num. 5.* Dom. Perez de Lara *in compend. vita homin. cap. 12. de ambiguo parente, num. 7.* atque Ildephonſus à Carranza *cap. 20. quæſt 6. n. 76.*

55 Ratio, quam affert Dom. Perez de Lara in *dict. num. 7.* ita ſe habet: *Licet poſſibile ſit eſſe conceptum à primo viro (de quo tamen apparere non poteſt.) Secundo viro eſt adiudicandus; & hoc ſecundum doctrinam Bartoli procedit, cum id quod apparet eſt partum eſſe ſecundi viri, & licet potuerit eſſe primi, de eo non apparet, & paria ſunt non eſſe, & non apparere; l. de ætate, §. nihil, ff. de interrog. act. l. vbi autem non apparet 75. in princ. ff. de verb. obligat. & hoc caſu ſibi debet imputare ſecundus vir, qui tam intempeſtiuè contraxit, vt turbaretur, & obſcuraretur ex cuius ſanguine eſſet fœtus: & hoc eſt, quod vult textus in l. liberorum §. 1. ff. de his qui not. infam. ibi, propter turbationem ſanguinis, &c.*

56 At Carranza in *dict. cap. 20. num. 72.* ferè eandem rationem reddit, licet alio modo probet, ita dicens: *Partum huiuſmodi ſecundi viri præſumi, ita vt imputandum ei ſit, qui nimis properè vxorem duxit, argumento textus in l. 2. §. ſi quis tamen, ff. ſi quis caut. iud. ſiſti: vbi Vlpianus omnem ſiniſtri caſus culpam ei adſcribit qui cum poſſet non incidere in tempeſtatem, vel vim fluminis, ſi opportuno tempore nauigaſſet; nulla neceſſitate cogente, voluntati, & voluptati propriæ obtemperans, imbribus, & procellis ſeſe commiſit. His adde ſuſpicione non carere intempeſtiuam illam nuptiarum feſtinationem; iuxta notata per Canoniſtas in cap. cum haberet: de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. vt non immeritò Galiaula in dict. l. Gallus num. 41. hanc ſententiam omnibus æquiorem aſſeruiſſe videatur.*

57 Tandem ex Dom. Perez de Lara *dict. cap. 12. n. 10.* Carranza *dict. cap. 20. num. 76.* Paulo Bellon. *de poteſtat. eorum quæ ex interuallo, vel incontinenti fiunt lib. 1. cap. 53.* de filio nato ex ſecundis nuptiis intra nouem menſes aduertendum eſt, quod omnia ſupradicta *in hoc capite*, procedunt etiam in caſu, quo non morte mariti diſſoluatur matrimonium, ſed eo viuo ſeparetur quoad vinculum iudicio Eccleſiæ, quia contraxit per vim, vel metum, vel in gradu prohibito: *cap. porro in fin. de diuort.* Vel in caſu quo primus vir contrahat cum alia, prima vxore viuente, vel ſi marito abſente, & reputato mortuo, præmiſſa informatione, mulier in facie Eccleſiæ ſecundas contrahat nuptias; & priori viro viuenti, & reuerſo fuerit vxor reſtituta.

Vel in caſu quo mulier ab Amaſio relicta, vel 58
Amaſius ab ea relictus illicò contrahat matrimoniũ, vel cum alio mulier ſe immiſceat Amaſio, prout in facti contingentia refert Paul Bellon. *de poteſt. eorum quæ in contin. fiunt, lib. 2. c. 53 n. 2.* dum ita dicit: *Non poſſum hoc loco omittere quod in vita Philippi Archinti Archiepiſcopi Mediolanenſis refert Ioan. Petr. Gluſſianus lib. 2. cap. 2. Eo in loco narrat lepidum factum, & ſummum iudicium ipſius Archiepiſcopi commendat, non valde illi abſimile, de quo in cap. Afferte, de præſumpt. Rem habebat Romæ quidã Germanus cum muliercula, quæ, diſcedente illo, ſtatim copiam ſui fecit Hiſpano, ita vt nec puncto quidem temporis vterum vacuum reliquerit; enixa eſt filium ſtatim poſt nouem menſes: Reuerſo Germano, lis magna inter eum & Hiſpanum, vtroque acerrimè tanquam pro aris, & focis contendente, ſuum eſſe genitum: res venit ad iudicium apud Gubernatorem Romæ, quo munere tunc Philippus Archintus fungebatur. Dubia res erat, vt coniecturis à Doctoribus enumeratis, non poſſet quidquam in vnam, vel in alteram partem tribui. Dum contenditur in ædibus Archinti, iubet ille puero iam grandiuſculo afferri ientaculum, & ſimul apponi duos cyathos, vnum aqua, alterum vino plenum: ſua ſponte puerulus accurrit ad ſcyphum aqua plenum, eumque exhauſit. Quod vbi vidit Germanus, ſtatim contra ſe ipſum pronunciauit, exclamauitque non eſſe illum filium ſuum, qui Thetydem (vt poëticè loquamur) Baccho prætulerit: magni illius viri etiam hac in re, quæ leuis videtur, eluxit iudicij vis; ſolerſque & prudens eius conſilium Romæ commendauit.*

Et licet Carranza ſub dubio alium addat caſum, 59
quando recens vidua carnaliter ſe Amaſio immiſceat, & prolem intra tempora partus vtrique congreſſui accommoda ſuſceperit; tamen in hoc intrepidè tenendum eſt, quod fauore matrimonij præſumitur filius genitus ex defuncto marito, ex ratione textus in *leg. Miles 11. §. defuncto, ff. ad l. Iuliam de adulter.* cum ſimilibus: & ita in terminis tenet Paulus Bellon. *de poteſt. eorum, quæ in contin. fiunt, lib. 2. cap. 53. num. 1. in fin.* Et finem huic capiti ponentes, vtinam nos, per gratiam Dei, cœlo geniti, æternam Sanctorum hæreditatem conſequi mereamur.

CAPVT V.

De Incompatibilitate naturali ratione natiuitatis, ita vt mater vno impetu non poſſit ſimul plures edere infantes, ſed tantùm ſucceſſiuè.

SVMMARIVM.

1 Lex, Arethuſa 15. ff. de ſtat. hominum, *& ibi Iuriſconſultus demonſtrant incompatibilitatem de iure naturali, ne poſſit mater vno impetu duos, vel tres edere infantes.*

2 *Ordo in naſcendo, vt ſcilicet vnus poſt alium naſcatur, & non duo ſimul, conſtitutum eſt per naturam.*

3 *Eſaü & Iacob, non vno impetu. ſed vnus poſt alium editi fuère ex vtero Rebeccæ.*

Similiter Phares, & Zara. n. 4.

Digitized by Google

5 *Incompatibile eſt de iure naturali quod vno impetu prodeant ex vtero mulieris duo geniti.*

6 *Limitatur ſi in vna ſecundina inuoluti editi fuerint : vulgò*, Tela en que naçen enbueltos, ò encerrados dos niños a modo de zurron, *&* *n.7. & 8. Vbi declaratur authoritas Hippocratis, & corrigitur Carranza.*

9 *Gemellos duos edi vno impetu eſt contra naturam; quòd ſi includantur in ſecundina, & vno impetu naſcantur, eſt quid monſtruoſum.*

Et intelligitur locus Iulij Pauli, n.10.

11 *Mater, tempere Iulij Pauli, non ſuccedebat in hæreditate filiorum, niſi haberet ius trium liberorum, id eſt niſi tres peperiſſet naturaliter, & non monſtruosè filios, nam ſi monſtruosè, pro vno partu reputabatur, & numero 12.*

13 *Mater non admittebatur ad vſum lecticarum, & margaritarum, ex lege ſpeciali, niſi ter peperiſſet.*

14 *Mater, ſi ageret de damno, vel pœnis euitandis, etiamſi ſemel ſub ſecundina vno partu monſtruoſo tres peperiſſet infantes, excludebat fiſcum, & n.15.*

16 *Ildephonſus à Carranza iniuſtè reprehendit Iuriſconſultum Tryphoninum in* dict. l. Arethuſa.

17 *Nati duo, vel tres ſub ſecundina, vel exciſo matris vtero, vel ſi verſemur in dubio, ita vt ignoretur de primo edito, quis eorum ſuccedere debeat in Regno, vel Maioratu? eſt quæſtio difficillima.*

Et diſtinguitur inter ſucceſſionem Regni, vel Maioratus, n.18.

Et varia Doctorum ſententia notantur, n.19.

Sed nos habemus textum expreſſum de iure noſtro Regio, l.12. tit.33. partit.7. *vbi deciditur, numero 20. & 21.*

22 L.ex duobus 34. ff. de vulgar. *conuenit cum* l.12. tit.33. partit.7.

23 L.qui duos 10. ff.de reb.dub. *concordat cum* l.12. tit.33. partit.7. *& n.24. & 25.*

26 L.cum inter 14. Cod.de fideicom.liber. *conuenit cum* d.l.12.tit.33. partit.7.

27 L ſi quis in teſtamento 16. Cod.de fideic.libert. *concordat cum* d. l 12.

28 L.ſi fundus 16 §.ſi duo pariter,ff.de pignor. *conuenit cum d.lege partita.*

29 *Textus in* cap.2. de Sepulturis,*conuenit cum* ead. l. partitæ.

30 L.qui filiabus 17. §.ſi quis ita, ff.de leg.1. *concordat cum* d.l.partitæ, *cuius interpretatio traditur à Doctoribus, & n.31. & 32.*

33 L.ſi fuerit 11. ff.de reb.dub. *concordatur cum* l.12. tit.33. partit.7. *& n.34.*

35 L.12. titul fin. partit.7. *limitatur vbi intercedit fauor teſtatoris, vel fauor publicus, vel fauor libertatis.*

Et limitatio declaratur exemplis tam reſpectu teſtatoris, ſeu inſtitutoris, quam fauoris publici, & libertatis, n.36.37. & 38.

39 Lex 12. titul.33. partit.7. *Limitatur in actu reiterabili.*

L.12. tit.33. partit.7. *Limitatur, quando eſt incompatibile, quod duo, vel plures id conſequi valeant. Et declaratur exemplo, n.40.*

41 *Delictum commiſſum in medio, ſeu in finibus vtriuſque territorij, ita indifferenter, quod non magis in iſto, quam in illo territorio ſit perpetratum, quis Iudicum vtriuſque territorij cognoſcere debeat? & de competentia inter eos; & quomodo debeant recurrere ad Superiorem, & de praxi, quæ circa hoc obſeruatur, & n.42. 43. 44. & 45.*

46 L.12. tit.33. partit.7. *Limitatur, quando præmium, aut ſucceſſio non poſſit dari duobus, niſi cum maximo inconuenienti, ſeu damno publico.*

47 *Regnum diuiſum inter duos gemellos habet maximum inconueniens, & parit diſcordias, atque tragicos ſucceſſus: quod demonſtratur multis exemplis, à numero 46. vſque ad num 52.*

53 *Fratres duo gemelli ſi naſcantur ſimul, quis eorum debeat regnare? eſt maximum dubium.*

Opinio Alphonſi à Carranza eſt, quod Populus eligat, n.54.

Opinio D.Perez de Lara, quod Pontifex conſulatur, num.55.

Vera opinio, quod ſorte Iudicetur, n.56.

ARGVMENTVM.

Vtrùm incompatibile ſit de iure naturali duos, vel tres vno impetu edi infantes? ad textum in *l. Arethuſa* 15. *ff. de ſtat. homin.* Et quis eorum præferri debeat in ſucceſſione Regni, vel Maioratus, quando ambo ſub ſecundina inuoluti, aut ex ventre execto in lucem editi fuêre, vel ſi ignorari contingat, vter eorum primò natus fuerit.

TRYPHONINVS Iuriſconſultus, naturalia iura 1
ſiue naturæ leges, & conditiones circa modum naſcendi obſeruans, enodatè tenet in *leg. Arethuſa* 15. *ff. de ſtat. homin.* quod eſt incompatibile de Iure Naturali, matrem de vtero ſimul vno impetu duos, vel tres infantes edere. Et hac ex cauſa reſoluit, quod ſi quis ſuo teſtamento diſponat quod ancilla ſua conſequatur libertatem ſi tres peperit filios, & primo partu vnum, ſecundo tres peperit, exinde oritur dubium quis ex tribus ſecundo partu enixis liber ſit? Reſpondit, *Dubitari non debet, quin vltimus liber naſcatur; nec enim natura permiſit, ſimul vno impetu duos infantes de vtero matris excedere, vt ordine incerto naſcentium non appareat, vter in ſeruitute, libertateuè naſcatur. Incipiente igitur partu, exiſtens conditio efficit, vt ex libera edatur, qui poſtea naſcitur.*

Ratio eſt, quia conſtitutus fuit à natura ordo in 2
naſcendo ſucceſſiuè per prius, & poſterius, vnus poſt alium, cum incompatibile ſit quod pariter duo, vno temporis puncto, ſimul naſcantur, id eſt, vno impetu, idque etiam agnouit alter Iuriſconſultus Vlpianus, in *leg. ſi fuerit* 11. *§. final. Digeſtis de reb. dub.*

Quem ordinem in naſcendo demonſtrat Sacra 3
Pagina, exemplo natiuitatis Eſaü, & Iacob, qui non vno impetu, ſed ſucceſſiuè vnus poſt alium editi fuerunt ex vtero Rebeccæ, *Geneſ. capit.25.* ibi: *Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemelli in vtero eius reperti ſunt; qui prior egreſſus eſt, ruffus erat, & totus in morem pellis, hiſpidus, vocatuſque eſt nomen eius Eſaü: protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellauit eum Iacob, &c.*

Et

4 Et alibi in caſu natiuitatis aliorum duorum infantium Phares,& Zaræ, *Geneſ.cap.*38. ibi; *Inſtante autem partu apparuerunt gemini in vtero, atque in ipſa effuſione infantium, vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum, dicens; iſte egredietur prior: illo vero retrahente manum, egreſſus eſt alter, dixitque mulier, quare diuiſa eſt propter te maceria? & ob hanc cauſam vocauit nomen eius Phares; poſtea egreſſus eſt frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zara.*

5 Quamobrem tenendum eſt pro regula io hac materia incompatibilitatis, qood de iure naturæ eſt incomparibile, vt vno impetù poſſint ex vtero matris duo infantes produci, eamque noſtram ſententiam notant, & ſequuntur DD. per textum in *dict. l. Arethuſa*, & Gloſ. *verb eodem tempore, in l.3. ff. ſi pars hæredit. petat.* vbi Gloſ.*verb eodem tempore*, & communiter Scribentes in *dict. l. ſi fuerit* 11. *§.fin. ff. de reb. dub. & in d. l. Arethuſa*, maximè Baldus *num.*2. ibi: *Secundò nota, quod vno impetu non poſſunt duo naſci, quia natura non permittit.* Albericus etiam *n.*2. ibi: *Collige notabilia, primò, quia impoſſibile eſt de natura vno impetu duos infantes ex ventre procedere: pro hoc, infrà, de reb. dubiis, l. ſi fuerit §.fin. & argumento de adqair. poſſ. l.3. §.ex contrario,&c.* Raphaël Fulgoſius *num* 3. ibi: *Nota non poſſe ſecundum naturam duos infantes ſimul produci de vtero.* Ioann. Lecirier *de primogenit.lib.*1. *quæſt.*6. *num.*1. *verſ.Certum eſt enim quod natura non permittit.* Menoch.*de arbitr. caſu* 47. *num* 8.Paul.Belloo *de poteſt.cor.lib.*1.*cap.*146. *num.*10 *& in cap.*151. *de natis eodem tempore, num* 1. & 2. vbi dicit, quod non poteſt naturâ contingere, vt duo infantes vno impetu de vtero matris exiliant, niſi diuinitùs ſupra naturæ ordinem id eueniat. Et cum ea ſententia tranſeunt ex noſtris, recentiores grauiſſimi Senatores Dom.Perez de Lara *in compend. vit homin.cap.*12. *à n.*14. Dom. D.Ioſeph.Vela *part.*1. *diſſertat.*4. *n.*22.

6 Ex quibus iuribus, & aothoritatibus, & in defenſionem textus in *dict l.Arethuſa*, impugnandus quidem eſt Ildephonſus à Carranza *in cap* 18. *de multiplici partu, num.*27. *vſque ad num.*19. Vbi tenet erraſſe Tryphoninum Iuriſconſultum, qui in *dict. leg. Arethuſa, ff. de ſtat. hom.* aſſerit, naturam non permittere, ſimul vno impetu duos infantes de vtero matris excedere; & quòd per conſequens corruunt cætera ab iſto Iuriſconſulto ibidem tradita, ita vt in caſus per eum propoſiti deciſione, neceſſum ſit recurrere ad tradita per Iuſtinian in *l.cum inter* 14.*verſ. Sin autem, C.de fideic. libertat.*

7 Cuius aſſertum errorem deduxit Carranza contra Iuriſconſultum ex authoritate Hippocratis *in libello de ſuperfætatione*, dum dixit: *Quæ gemellos eadem die parit, vel vt concipit, habeat autem vtroſque pueros in vna ſecundina.* Et ex authoritate Iulij Pauli, *lib.*4. *ſententiarum tit.*2. *§.*2. ibi: *Quæ ſemel vno partu tres filios edidit, ius liberorum non conſequitur, non enim tres peperiſſe, ſed ſemel partum fudiſſe videtur, niſi fortè per interualla pariat.*

8 Quas authoritates Doctiſſimus equidem Carranza (ſalua pace tanti viri) oon debuit addocere ad accuſaudum erroris Iuriſconſultum; quia Hippocrates expreſsè loquitur de gemellis in vna ſecundina inuolutis, vulgò, *Tela, en que naçen embueltos, ò encerrados dos niños a modo de çurron*: quod rarò accidit; & cum ſit extra ordinem naturæ, eſt prodigioſum, ſeu quid monſtruoſum *Monſtruoſus namque partus eſt obſeſſio quædam, ſiue defectus, aut error naturæ*, ſecundùm Ariſtot. *lib.*4. *de generatione animal.cap.*4. vel prout diffinitur per textum in *l.oſtentum* 38. *ff. de verb. ſig. Eſt omne citra naturam cuiuſcumque rei genitum, factumque.*

9 Et duorum alterum præcisè fatendum eſt: aut quod eſt quid impoſſibile, aut quod eſt quid monſtruoſum: quid impoſſibile erit, ſi duo, vel tres infantes, qui non includuntur in ſecundina vno impetu naſcantur: Et quid monſtruoſum quando in vna ſecundina concluſi ſunt. Et tunc nihil mirum, ſi incluſos ambos in folliculo, vno impetu, natura expellat; & ex eo quod vnus poſt alium excedere non valeat, ambo ſimul inuoluti edantur abſque interuallo, & pro vno partu reputeotur. Aliter enim, prout dictum eſt *ſupra proximè*, eſſet impoſſibile, & contra naturam, quod ita involuti, atque incluſi ſucceſſiuè vnus poſt alium poſſent edi.

At vero Iuriſconſultus Tryphoninus loquitur de proprio, & naturali fœtu, qui genitus, & conceptus fuit ſeparatim in ſuo folliculo, ſeu receptaculo, & non extra ordinem naturæ.

10 Ex eo iam intelligendus eſt etiam Iulius Paulus *lib.*1. *ſententiarum, dict. titul.*9. §.2. qui loquitur de duobus, vel tribus editis in vna ſecundina, id eſt in caſu monſtruoſo,& quando inuerſo ordine à iure naturali conſtituto, à ſuo conſueto limite deuiaret natura in concipiendo, & pariendo; prout euenit, ſi duo, vel tres ſub pera aut carnis ſacculo vno edantur impetu.

11 In iſto caſu Iulius Paulus fuit in hac ſententia, quod non competebat matri ius trium liberorum, quia non tres peperiſſet naturaliter, ſed monſtruosè. Matres namque tempore Iulij Pauli, non admittebantur ad legitimam hæreditatem filiorum, niſi ius trium liberorum haberent ingenuæ, aut quatuor libertinæ; Inſt. *de Senat. Conſulto Tertylliano, in princip. & in §. ſed nos, verſ. Si enim ingenua ter, vel libertina quatuor*, nempe non peperit. Quod ius liberorum matribus proderat, etſi filij ſtatim deceſſiſſent, Aulus Gellius *lib.*3.*cap.*16.

Et trium vel quatuor numerum filiorum non adimplebant monſtruoſo partu, etiamſi in eo tres, vel quatuor edidiſſet: ideo dixit Iulius Paulus, *Quæ ſemel vno partu tres filios edidit, ius liberorum non conſequitur, non enim ter peperiſſe, ſed ſemel partu fudiſſe videtur, niſi fortè per interualla pariat.*

12 Et ratio erat, Tum quia ſi vno impetu eos edidiſſet, cum monſtruosè ſe haberet in filiorum conceptione, & in partu, pro vno partu reputatur. Tum quia eo caſu mater agebat de lucro captando, id eſt de captanda hæreditate filiorum, ad quam mater non admittebatur ex *l.*12. *Tabular.Inſt.in princ. de Senat. Conſult.Tertyllian.*

13 Nec admittebatur etiam ad vſum lecticarum, & margaritarum, qui lege ſpeciali prohibitus erat matronis niſi ter peperiſſent filios: neque ad præmia, quæ fœcundis mulieribus antiquitus conſtituta erant, atque etiam Ancillis, quæ tres liberos peperiſſent, vacationem, quibus plures libertatem concedebant: vt videre eſt apud Euſebium, quem refert Sylueſter Aldobrandinus Pater Clementis VIII *ſuper Inſtit. de Senatuſconſulto Tertyllian. in princ. verb.Iuris anguſtia.*

14 Secus autem eſſet ſi mater ageret de damno, vel pœnis euitandis, & de ſua conſeruanda ſubſtantia, ne fiſcus abſque eius culpa auferret; quia tunc etiamſi ſemel vno partu monſtruoſo, id eſt vno impetu filios tres, vel plures ſub ſecundina edidiſſet, ius liberorum conſequebatur, & omnia, quæ conſequi debuerat, ſi naturaliter per interualla, vnum poſt alium, tres peperiſſet filios, *leg. ter enixa*

videtur etiam quæ trigeminos peperit 137. *ff. de verb. ſignif.*& antea in *l.quæret aliquis* 135. *ff.eod.tit.* Vbi Vlpianus: *Quæret aliquis ſi portentoſum, vel monſtruoſum, vel debile mulier ediderit, vel qualem viſu, vel vagitu, nouum non humana figura, ſed alterius magis animalis, quam hominis partum, an quia enixa eſt prodeſſe ei debeat? Et magis eſt, vt hæc quoque parentibus proſint: neque enim eſt quod eis imputetur, quæ qualiter potuerunt ſtatutis obtemperauerunt: neque id, quod fataliter acceſſit matri damnum iniungere debet.*

15 Cuius diſtinctionis, & interpretationis non fuit ignarus Carranza, cùm eam agnouiſſet in *cap.*17. *de monſtruoſo & prodigioſo partu, à n.* 32. *vſque ad n.*40.ex Cujacio *lib.*4.*ſentent.Pauli, tit.*9. §.*mulier:* Ant. Faber *tom.*1. *Rationalium, ad l.non ſunt liberi* 14. *ff. de ſtat. hom.*

16 Ideò immeritò Carranza de errore reprehendit Iuriſconſultum Triphoninum in *d. l. Arethuſa:* cùm in eo caſu, quando duo infantes in vna ſecundina concluſi editi fuerint vno impetu, error non ſtat ex parte Iuriſconſulti, ſed ex parte naturæ, & ex parte Ildephonſi à Carranza, qui obſeruare debuerat, quod de portentoſis, prodigioſis, vel monſtruoſis, & de his, quæ raro accidunt, noo curare debent Iuriſconſulti: Gloſ *verb. medietatem, in l.*3. *ff. ſi pars hered. petat.* per ipſum textum *in fin.* & per *l ex his* 4. cum *l.nam ad ea* 5. *ff. de legibus.*

17 Quo ſuppoſito, opportunè cadit illa perdifficilis, atque ardua quæſtio: Quis illorum anteponi debeat in ſucceſſione Regni, vel Maioratus, quando duo, vel tres vno impetu ſub vna ſecundina, vel exciſo matris vtero in lucem editi fuerunt, vel ignoratur quis eorum primò, aut ſecundò egreſſus fuerit? fortè (provt dicit cum Alberico Ioan. Leciriet *de primogenit. lib.*1. *quæſt* 1. *num.*1. *Quia mater tempore partus erat ſola, vel caſa fuit, vel peperit in loco obſcuro, vel quia obſtetrices non curauerunt hoc notare.*

18 In hac quæſtione, diſtinguendum eſt inter ſucceſſionem Regni, & ſucceſſionem Maioratus, ſeu indiuidui fideicommiſſi. Si quæramus de ſucceſſione Vin-
19 culi, ſeu Maioratus, Patronatus, aut alterius indiuidui fideicommiſſi, in tali caſu exteri, tam antiqui, quam moderni, in varias diuiſi fuerunt ſententias, quas accuratiſſima quidem diligentia recenſuerunt Ioan. Leciriet in *d.tract.de primog.lib.*1. *quæſt.*6. *vſque ad quæſtionem* 11. Tiraquellus *de primog. quæſt.*17. Ant. Gomez in *l.*60. *Tauri, n.*68. Hieron. Cæuallos *q.*148. & alij, quos refert D Perez de Lara *in compend. vit. homin. cap.*11. *num.*19.

20 Sed nos Hiſpani habemus textualem deciſionem in *l.*12. *tit.*33. *partit* 7. ſic determinantem: *Naſcen a las vegadas dos criaturas de vna vez de el vientre de alguna muger, y conteſce que es dubda qual de ellas naſce primero. Y dezimos que ſi el vno es varon, y el otro hembra; que deuemos entender que el varon ſalio primero, pues que no ſe puede auerignar lo contrario. Y ſi fueren ambos varones, y no puede ſer ſaude qual de ellos naſcio primeramente, entonçes ambos deuen auer aquella honra, y el heredamiento que auria el que ante naſcieſſe a quien dizen en Latin primogenito.*

21 Quæ Regalis deciſio (ſingularis equidem in Maioratus materia, cùm nulla alia *Partitarum* lex de ſucceſſione Maioratus loquatur, quia lex 2. *titul.*15. *partit.*2. & aliæ, ex quibus arguitur, & infertur ad quæſtionem Primogeniorum, de ſola Regni ſucceſſione diſponunt, ſicuti aduertit poſt aliquos Regnicolas D. Molina *lib.*3. *cap.*1. *n.*10. Carranza *cap.*6. *ſectione* 1. *num.*10.) ſequuta fuit Gloſſam *verb. quæſtio ergo in l.idem erit* 16. *ff. de ſtat. homin.* per multa iura, quæ allegat.

Et ſic *dict.l.*12. *tit.*33. *partit.*7. conuenit quamplu- 22
rimis iuribus, & maximè rationi decidendi ad text. in *l.ex duobus* 34. *ff.de vulg. & pupil.ſubſt.* & *in l.qui duos* 10. *ff.de rebus dub.* Vbi in illa Africanus, in hac Tryphoninus conſulti de caſu, quo aliquis fuerit ſubſtitutus ei, qui ſupremus ex duobus impuberibus moreretur, & ſimul moriantur, quia fortè ambo in eadem naui perierunt, & non apparet vter eorum prior vel poſterior deceſſerit, & dubitatũ fuit, an ſubſtituto, & cuius hæreditas deferatur? Reſponderunt quod
vtrique ſubſtitutus & hæres erit. Quem textum in- 23
genuè interpretatus eſt D. Couarru. *variar.lib* 2. *c.*7. *num.*3. *in fin.* & Paulus Bellon. *de poteſt.eorum, quæ incontin. vel ex interuallo fiunt, lib.*1. *cap.*150. *numero* 3. & 9.

Gloſ. verò marginalis in *dict. l. ex duobus* 34. *ff. de* 24
vulg. notat, quod iuxta ſententiam *huius textus* videtur iudicaſſe Publius Scipio: is enim duobus militibus, qui ſimul, & eodem tempore murum aſcenderant, donauit coronam muralem, quam ei, qui primum aſcendiſſet, promiſerat: ex *lib.*26. *ab Vrbe condita.*

Conuenit etiam ad textum in *d.l qui duos* 10. §. *ſi* 25
maritus, ff.de reb.dub. Vbi ſi in capitulis matrimonialibus ſit ſtipulatum de dote reddenda extraneo, qui dederat eam pro muliere, ſi in matrimonio mulier deceſſiſſet, habet locum ſtipulatio, ſi maritus & vxor ſimul perierint, veluti in ruina, vel naufragio, & probari non poſſit quod mulier fuerit ſuperſtes: & de vero intellectu *huius textus*, videndus eſt D. Couarruu. *vbi ſuprà*, & Paulus Bellon. *dict. lib.*1. *cap.*150. *à num.*12.

Ad textum etiam in *l.cum inter* 14. *C. de fideicom.* 26
libert. vbi ſi fideicommiſſaria libertas fuerit relicta ei, qui in ventre eſt, facta tantummodo de vno mentione, & duo, vel plures nati fuiſſent, omnes conſequentur libertatem.

Atque ad textum in *l. ſi quis in teſtam.*16. *C.de fi-* 27
deic.libertat. Ibi enim deciditur quod ſi libertas fideicommiſſaria relicta ſit vni ex ancillæ filiis, quem hæres elegerit; hærede non eligente, omnes erunt liberi.

Ad textum itidem in *l. ſi fundus* 16. §. *ſi duo pari-* 28
ter. ff.de pign. & hypoth. Vbi ſi duo pariter de hypotheca paciſcantur, vterque in ſolidum poteſt agere pro ſuo debito aduerſus poſſeſſorem.

Ad textum etiam in *cap.*2. *de ſepult. in* 6. vbi deci- 29
ſum eſt, qnod quando quis duo habet domicilia, ſe collocans æqualiter in vtroque quod domiciliorum Eccleſiæ debebunt inter ſe diuidere Quartam Parochialem, ſiue Canonicam portionem.

Et ad *l.qui filiabus* 17. §. *ſi quis ita, ff de leg.*1. vbi 30
quando teſtator per verbum diſtributiuum ita legat: ſi qua filia mihi genita erit, ei hæres meus centum dato: & duæ vel plures natæ fuerint, videtur ſingulis tantundem legaſſe.

Ex quo textu infertur ſecundum Iacob. de Aretino 31
in § *diſcipuli in* 1. *conſtitut. Digeſtorum*, Dynum, & Bart. in *ipſamet l.qui filiabus.*§.1.& *ibidem* etiam Alex. de Imola, & alibi Bart. in *l. ſi fuerit num.*2. *ff.de reb. dub.* & in *l.hoc articulo num.*6. *ff. de hered. inſtit.* Albericus in *d.l. ſi fuerit n.*1. & idem Albericus *de ſtatut.lib.*1. *quæſt.*106. *per totam*, quod ſi præmium promiſſum ſit prius capienti vexillum hoſtium, vel primo ingredienti Caſtrum: duobus, vel pluribus primis ſimul capientibus, vel ſimul ingredientibus dabitur præmium.

Et Hieronym. Cæuallos in *dict. quæſt.*148. *num.*71. 32
& 72. poſtquam ad *d.l.*12. *tit. fin. partit.*7. pro eius ſententia allegat Gloſſam *in cap. ſi teſtes* 4. *quæſt.*3.

vbi

vbi tenet, quod ſi partes æqualiter de iure ſuo pnbauerint rem ſuam eſſe, vtrique ſit adiudicanda, & quod ita fecit Titus Imperator, aliàs Tiberius Cæſar, in *l. & hoc Tiberius*, aliàs *Titus* 41. *ff. de hered. inſt.* & Salomon, 3 *Regum.* Vt habetur in *cap. afferte mihi: de præſumpt. l. Neſennius*, vbi Glnſ. *ff. de negot. geſt.* infert etiam, quod ſi præmium fuerit conceſſum à Rege, vel Ciuitate, primo ingredienti Caſtrum, ſi duo ſimul, & vno veſtigio ingreſſi fuerint, vtrique præmium pro æqualibus portinnibus debetur.

33 Sed obſtare videtur textus in *d. l. ſi fuerit* 11. *ff. de reb. dub.* ibi enim ſi legatum relictum fuerit ei ex cngnatis qui primus Capitolium aſcenderit, & duo ſimul aſcendant, neque apparet quis prior non ambo, imò neque vnus, neque alius conſequetur legatum. Et idem eſt, ſi legatum fuerit relictum ei qui monumentum fecerit, & duo, vel plures fecerint: vel ei qui maximus natu eſt, & duo pares ætate ſint; vel Semprntio amicn, & duo ſint Sempronij æquali dilectinne coniuncti; vel duobus hominibus eiuſdem nominis, quia propter incertitudinem adinuicem ſe impediunt: *vulg. l. duo ſunt Titij* 30. *ff. de teſtam. tut.* cum ſimilibus.

34 Itaque ne detur repugnantia cum textu in *d. l. qui filiabus* §. 1. *& d. l.* 12. *tit. fin. partit.* 7. & vt optima *eius l.* 12. ratio decidendi magis clareſcat, diſtinguendi ſunt quamplurimi caſus.

35 Primus ſit, quando intercedit fauor fundatoris, ſeu Teſtatoris, vel fauor publicus, aut fauor libertatis, ſeu alterius priuilegiatæ cauſæ, ne donatio, ſeu legatum ſit caducum, aut vitiatum; tunc enim incertitudo non vitiat legatum: imò quæ de incertudine perſonæ in legatis olim diſpoſita fuerant nouo iure correcta ſunt.

36 Quod apetiamus exemplis. Et in primis vertitur fauor teſtatoris: v.g. in diſpoſitione Mainratus, Vinculi, Patronatus, vel alterius fideicommiſſi perpetui, vbi teſtatoris intereſt eius memoriam perpetuò conſeruari, taliter quòd ſi non valeat conſeruari in vno propter incertitudinem, conſeruetur in duobus, vel pluribus inſimul ſucceſſoribus. Et hæc eſt voluntas præſumpta, ideò ſeruanda eſt: provt in *d. l. qui filiabus* §. 1. cui conſonat *d. l.* 17. *tit. fin. partit.* 7. at vero in *d. l. ſi fuerit, de reb. dub.* ceſſat hæc præſumpta voluntas, & fauor teſtatnris: ideò propter incertitudinem vitiatur legatum, & remanet apud hæredem.

37 Exemplum de fauore publico erit. Quando Rex, vel exercitus Ductor exiſtens in obſidione alicuius Caſtri ordinauerit, quod qui primus intrauerit debellando ipſum Caſtrum, haberet centum, & duo intrauerint ſimul, ambo habere debent præmium. Quia & fauor publicus ſubeſt, quod nó vitietur promiſſum propter incertitudinem; quia ſi ſcirent quod ſi ſeſe impedirent concurſu, non conſequerentur præmium, multi ſe abſtinerent in damnum publicæ vtilitatis, cui expedit, vt homines inuitentur ad pugnandum præmiorum exhortatione: *l. 1. Cod. de Veteran.* Præterquam quod in hoc caſu vertitur etiam periculi remuneratio, periculum enim remunerari debet: *leg. fin. C. de Palatin. lib.* 12. Quod optimè tradunt, & comprobant Dominicus *in cap. 2. in fin. num. 3. de ſepult. in 6.* Imola *in Clem. etſi principalis de reſcript.* Bart. in *l hoc articulo n. 9. ff. de hered. inſtit.* vbi refert Statutum Ciuitatis Lucanæ, quod vult vt quicumque cœperit vexillum Florentinorum, habeat centum: Magis ex profeſſo Albericus in §. *diſcipuli in 1. conſtitutione Digeſtorum, num. 2. & 3. & in lib. 1. de Statutis, quæſt.* 106. Ant. Corſetus in *tractat. de Brauio, quæſt. 1. num.* 5. Vbi poſtquam dixit, quod ſi facta eſt ordinatio, vt qui primus cœperit banderiam inimicorum, vel primo aſcenderit muros, habeat tot nummos: & duo ſimul cœperunt, vel aſcenderunt; vterque habebit integram ſummam: etſi eſſet ſpecies danda daretur vtrique inter ipſos diuidenda: reddit rationem ibi, quia ſtatutum non intendit excludere pluralitatem, ſed potius perducere ad actum & effectum, vtilem Reipublicæ: idem Corſetus *in quæſt* 8.

Quæ quidem ratio facit ſimiliter ad textum in *d. l* 12. *tit. fin. partit.* 7. cum in eius deciſione vertatur etiam publicus fauor; quia publicæ vtilitatis intereſt creatio, & perpetua Maioratus conſeruatio, provt tenet, & probat magiſtraliter Spino *de teſtam. gloſ. 19. de Maioricatu & eius fundatione n.* 17. ibi: *Nam ratio propter quam lex permittit, & Reges concedunt facultatem conſtituendi Maioratus, & propter authoritatem publicam, & in publicum fauorem eſt introductum, vt reſpublica redditibus ditata nobilibus, & militibus, & maioricatibus abundet, l. ſuper ſtatu, C. de quæſt. l. 1. §. quamuis ſit manifeſtiſſimum, ff. de ventr inſpiciend* ibi: *Publicè intereſt partus non ſubijci, vt Ordinum dignitas familiarumque ſalua ſit:* & conſeruetur agnatio, & familia, & nomen teſtatoris, & anteceſſorum memoria recolatur, & deſcendentes Maiorum factis prouocatis, & paria, & maiora aggrediantur, argum. *l. more maiorum, C de iuriſdict. omnium iudic* Et nos alibi latiùs probabimus cum Fontanel. & aliis.

38 Quoad fauorem libertatis, alteriuſvè Cauſæ piæ neceſſe non eſt exemplificare, cum exempla proponantur in *d l. cum inter* 14. & *l ſi quis in teſtam.* 16. *Cod. de fideic. libertat.* Quarum legum ratio decidendi alia non eſt niſi fauor libertatis. Menoch. *libro 6. præſumpt. 51. in princ.* & Paul. Bellon. *de poteſt. eorum quæ incont. fiunt lib. 1. cap. 151. num. 3.* ideo tranſeamus ad alium caſum.

39 Alter caſus eſt, vbi venit limitanda Deciſio noſtri textus in *d. l.* 12. *tit. 33. partit* 7. quando ſumus in actu reiterabili: v.g. ſi promiſſum ſit, provt adſolet, in ludo publico præmium ei, qui primò peruenerit ad Brauium, & ex pluribus ad Brauium currentibus duo ante alins ſimul peruenerint, nullus eorum debet habere Brauium, ſed ſoli illi duo iterum currant, & qui ex illis duobus primus peruenerit, ipſe ſolus conſequetur Brauium: vt probat Albericus in *d. §. diſcipuli, in 1. conſtitut. Digeſt. veteris, à num. 5. verſ. Ecce.* Vbi refert aliquas opiniones, & ſequitur opinionem illorum, qui aſſerunt, quod iterato currere debeant, donec appareat vnicus print, arg. *extr. de elect. c. cum terra, & cap. Eccleſia veſtra*, quia inutiliter factum, non impedit vtiliter faciendum, *l. per ſalutem, ff. de iureiur. leg. cum de indebito, ff. de cona. indeb. cap. non præſtat impedimentum de reg. iur. lib. 6.* & alibi Albericus *de Statut. quæſt. 7. num* 2. vbi allegat etiam text. in *l. 2. §. data, & §. fin. ff. de optione legat. l. hæc conditio, ff. de cond. & demonſtr.* Ant. Corſetus *in tractat. de Brauio, quæſt. 1. n. 2, 3. & 4.*

40 Alter caſus erit, in quo venit limitanda deciſio noſtræ *l. 12. tit. 33. partit. 7.* etiam in actu non reiterabili, quando eſt incompatibile de iure quod duo, vel plures id conſequi valeant: exemplum erit, ſi Princeps polliceatur filiam ſuam in vxorem primo occupanti Caſtrum, tunc enim ſi duo ſimul occuparent, vel plures, nemini deberetur: argument. *text. in l. ſi id quod ego* 15. *ff. de duobus reis deb.* Quia non duo, ſed vnus tantum in vxorem poſſet accipere: *cap. gaudemus* 8. *de diuort.* Gloſ. *verb. æquales admittuntur, verſic. non obſtant: quia vtrique nubere non poterat, leg. vter ex fratribus* 23. *ff. de cond. inſtit.* Ant. Corſetus *de Brauio, quæſt. 1. num. 6.*

41 Cui adde aliud quod mihi in practica occurrit exemplum:

exemplum : v. g. ſi poſitus quod Reus puniendus eſt à Iudice illius Territorij, in quo deliquit, *l.1. & Authentic. qua in Prouincia, C. vbi de crim. agi oport. cap. ſi peccauerit 2. quaeſt.1. cap. placuit 6. quaeſt 3. cap.1. de raptoribus leg.32. verſ. La docena es por ierro, titul.2. partit.3. l.1 tit.16. lib.8. Recopil.* vbi Azeuedo ex *n.63.* quatuor potiſſimas congerit rationes : Si fortè in confinibus vtriuſque Territorij delictum ſit commiſſum, prout ego tanquam Patronus vidi per proceſſum ita contigiſſe, & Iudices vtriuſque territorij eodem die in cauſa proceſſerunt contra Reos in delicto homicidij, & per literas requiſitorias ad inuicem Miſſas vtrique ſibi competere cognitionem & remiſſionem intendebant, ſed cum non poſſent exequi, tandem per viam querelæ ad Superiorem recurrerunt, & in hac Regali, ac Granatenſi Cancellaria, Domini ſuperiores in criminalibus Iudices dubitarunt ſuper retinenda aut remittenda cauſa ad vnum inferiorum Iudicum, ex eo quod non compatitur, quod vterque ſimul procedat in cauſa; cùm exinde daretur inconueniens, quòd Reus non ſolum à duobus Iudicibus ſed etiam in duobus iudiciis moleſtaretur, & fortè diuerſis, aut contrariis ſententiis : quod de iure eſſe non debet, *cap. propoſuiſti de for compet.*

42 Itaque in primis examinauerunt proceſſum : an ex eo poſſet conſtare de præuentione per expreſſionem horæ : Iaſ. in *l.1. ff ſolut. mat. num.4. verſ.2. ſingulariter limita, quando talia inſtrumenta eſſent confecta eodem die, ſed in vno eorum eſſet dies, & hora, &c.* Doctores in *l. de rebus, C. de donat. ante nupt.* Salicetus in *l. debitor. C. de priuileg. fiſc.*

43 Et cùm non conſtaſſet, nec de præuentione in captura, ad hoc vt remitteretur ei qui primò præueniſſet, quia in hoc caſu eſſet locus præuentioni, ſecundum veriorem opinionem, quam refert Azeuedo in *dict. l.1. tit.16. lib.8. Recopil num.79.80 86.* per regulam textus *in l. ſi quis poſtea 17. ff. de indic. cap. propoſuiſti de for. compet. cap. cum plures 8. de offic. & poteſt indic. de leg. in 6. l.17 tit.22. partit.3.* Farinac. *quaeſt.7. num.52. 56. & 63.* vbi tenet etiam quòd ſi duo Iudices præueniant in eadem hora, ſi ſunt ſub eodem Principe, tunc ad eundem Principem recurrendum eſt, qui cauſam remittere poterit ad illum Iudicem per quem magis iuſtitiæ locus aperiri videbitur.

44 Ideò Superiores in noſtro caſu iterum examinarunt vtrum alter ex iſtis duobus Iudicibus eſſet Iudex domicilij, aut originis delinquentis : quia qui duplici iure fuerit Iudex, præferri debet, vt probat Azeued. in *dict. l.1. tit.16. lib 8. Recopil. n.84.* per text. *in Auth. itaque, Cod. commun. de ſucceſſ. cap. ex parte de for. compet.*

45 Sed licèt alter ex dictis duobus Iudicibus eſſet Iudex delinquentis, nihilominus ad alium cauſa remiſſa fuit, iuſſumque expediri Regale reſcriptum ad hoc, vt eius literas requiſitorias alter Iudex adimpleret. Nam ex actis colligebatur quod Reus habebat gratiam Iudicis ſui fori, auram popularem, atque poteſtatem in illa Republica. & huius timore, atque omiſſionis circa publicam ſatisfactionem ita iuſtè deciſum fuit, quia totum hoc pendet à bono ac prudenti Superiorum arbitrio. Quamobrem non adhæreo opinioni tenentium, quod data paritate temporis in præuentione, & cæteris omnibus æqualiter procedentibus, ſuperior ipſe compellet eos vt ſe concordent ad hoc vt vnus tantum procedat, cum iuſtum non ſit, reum à pluribus Iudicibus, & iudiciis moleſtari ; & ſi ſe non concordauerint, ſorte dirimetur quæſtio : Azeuedo *vbi ſuprà, dict. l.1. tit.16. lib 8. Recopil. n.86.* Farinacius *d quaeſt.7. n 63. in fin.* vbi quod ſi Superioribus videbitur in re valdè dubia iubere poterunt vt quæſtio ſorte dirimatur, & Iudex, cui ſors contigerit, procedat ſolus.

46 Ab hinc deſcendimus ad alterum ; & vltimum caſum, vbi limitari debet deciſio *d. l.12. tit.33. partit.7.* Quando præmium, aut ſucceſſio non poſſet dari congruenter duobus, vel pluribus : quia ex concurſu duorum, pluriumvè, reſultaret maximum inconueniens, & damnum publicum; veluti in ſucceſſione Regni, ſi duo regnare deberent, cùm recognitum non eſſet vter eorum primò natus fuiſſet, vel ambo exciſo matris vtero ſimul fuiſſent editi, tunc enim cum militer diuerſa ratio quàm in Maioratu, neutiquam Regnum diuidendum eſt inter eos duos gemellos, vel ſimul editos.

Ratio eſt ob bonum publicum, & ad vitandas diſcordias, quæ exinde oriri ſolent, cum ob id, incompatibilis ſit Regni, atque gubernationis eius diuiſio : vti Lucanus cecinit *lib.1. Bellor. Ciuil.*

Nulla fides Regni ſociis ; omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.

Et in eius confirmationem refert illud ſæpeſæpius inculcatum exemplum duorum Regum, atque fratrum, Romam diuiſim per tempus gubernantium, Romuli nempe, atque Remi : nam ita proſequitur,

Credite, nec longè fatorum exempla petantur,
Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

At verò, ex noſtris, Poëta ille Hiſpanus per anthonomaſiam celebris Lopez de Vega *in Arcadia, folio* 100. verſibus ad Romulum & Remum directis, non minus eleganter rem oſtendit, vſus argumento ab ordine naturæ deducto.

Hijos de Marte naſcimos,
Eterna Ciudad fundamos,
Siete montes ocupamos,
Y aun en ellos no cupimos.
Cielo, y tierra rige vn Dios,
No es gouierno el diuidido,
Que vn Reyno no ſufre a dos,
Ni dos paxaros vn nido.

Diuus Hieronym *in epiſtol.4. ad Ruſticum* relata in *cap. in apibus 41. 7. quaeſt.1.* vbi ad probandum quod in vna Eccleſia duo Prælati eſſe non debent : ita argumentatur : *In apibus Princeps vnus eſt, Grues vnam ſequuntur ordine literario, Imperator vnus, Iudex vnus: Roma vt condita eſt, duos fratres ſimul habere Reges non potuit, & fratricidio dedicatur. In Rebecca vtero Eſau, & Iacob bella geſſerunt, &c.*

47 Ad idque Petr. Gregor. Tholoſ. *de Republ. lib.25. cap. vnic. de interitu Regnorum per diuiſionem Principatuum, num.1. & 2.* multa cumulat, & Ildephonſ à Carranza *cap.6. ſect.1. de edicto execto ventre num.11.* vbi hanc limitationem neruosè defendit poſt P. Molinam *de iuſt. & iure, tract.2. diſput.624. n.2.* D Perez de Lara *in compend. vit homin cap.12. à n.32.* Dom. D. Ioſeph Vela *tom.1. diſſertat.4. à num.19. vſque ad n.50.* vbi quamplurimis iuribus, atque authoritatibus comprobat hanc limitationem aduerſus Tiraquellum, Dom. Molin. *lib.3. cap.1. à num.22.* & Cæuallos *dict. quaeſt.248. n.53.*

Alibi etiam antea Petr. Gregor. Tholoſan. *de Republic. lib.7. cap.5. n.1.* probat intentum per terminos magis accommodatos huic noſtro inſtituto, dum ita dicit : *Tamen experientia comprobauit, nec tutam, nec longam fuiſſe ſocietatem in Regno ; & non poſſe in vno mundo duos Soles inueniri, cum duo Domini eiuſdem rei in ſolidum eſſe non poſſint : l. ſi vt certo §. ſi duobus*

Digitized by Google

bus vehiculum, ff commodati : Et communitas proculdubio mater diſcordiarum ſit : l.cum pater §. dulciſſimis , ff.de leg.2. Et quod communiter poſſidetur, contemnitur : l.2. C.quando & quibus quarta pars. Nec poteſt Summus Pontificatus duos admittere vllo modo. Sic neque poteſtas ſumma,quæ vnius tantum eſſe poteſt, vt dominium, admittit communionem hanc : nec vtilitas populi ex diſcordiis communitatis , vel ex contemptu plurium Dominorum , pati poteſt concurſum duorum, vel plurium imperantium : proinde nec ſucceſſionem vtilem Reipublicæ. Cui addo Alex. *conſ.*25.*n.*17. & 18. *vol.*5. Rolandum à Valle *conſ.*80. *à n.*1. *vſque ad n* 15.Fabium Capytium Galeotam *tom.*2.*lib.*2.*controuerſ.*4. *à num.*15. & *à n.*19.

De Iure noſtro eſt textus qui expreſsè hoc probat: *l* 2.*tit.*15.*partit.*2. ibi : *Los hombres ſabios y entendidos catando el pro comunal de todos , y reconoçiendo que eſta particion no ſe podia hazer en los Reynos que deſtruidos no fueſſen (ſegun nueſtro Señor Ieſu Chriſto, dixo que todo Reyno partido ſeria eſtragado) tuuieron por bien que el Señorio de el Reyno no lo huuieſſe ſino el hijo mayor.*

48 Et licet Tiraquellus *de primog.quæſt.*17.*n.*10. & 33. atque D.Molina *lib.*3.*cap.*1. *à n* 22. ille ex Romanorum, hic ex Hiſpanorum Hiſtoriis, contrariam comprobent ſententiam multorum exemplis qui eodem tempore ſimul regnarunt ; tamen animaduertere debuerunt quod in ipſiſmet exemplaribus demonſtrata eſt ratio noſtræ limitationis, quæ datur ab inconuenienti , & ad euitanda tam publica , quàm priuata damna : quia quoties duo Reges ſimul regnauerunt per tempus,aut per prouincias,diuidendo inter ſe gubernationem , ſemper exortæ fuerunt diſcordiæ , & exinde ſeditiones duriſſimæ , atque calamitoſa bella, & quammulta alia mala, quibus ipſimet Reges etiam fratres, atque eorum regna , & populi nouitates huiuſmodi moleſtè ferentes, in extremum internecionis diſcrimen, ruinam, ſtragemque adducti ſunt, etiamſi præceptum , & diſpoſitio Regia atque Paterna eos adſtrinxerit , provt apparet in exemplis , quæ refert Petr.Gregorius Tholoſanus *de Repub. lib.*5. *cap.*3. & *cap.*4.vbi *num.*7. refert de Rege Albanorum,& quod non potuit Æmilius compati fratrem Numitorem, quibus pater Proca Rex Albanorum regnum annuis vicibus habendum & moderandum reliquerat : & in *lib.*25. *cap.vnico, de interitu Regnorum per diuiſionem Principatuum.*

49 Et in noſtra Hiſpania ſatis notum eſt , quod licet Ferdinandus Magnus Primus, Hiſpaniarum Rex , inter ſuos tres filios Sancium ſcilicet, Alphonſum , & Garciam, Regna diuiſiſſet,adiudicans Sancio regnum Caſtellæ, Alphonſo Legionenſe regnum, (vulgò *el Reyno de Leon* , ſic nuncupatum à Leouigildo Rege patre Diui Hermenegildi,eo quod Romanos milites in præſidio Ciuitatis Legionenſis poſitos bello extinxerat, Ioannes Rub. *de iuſt. & iure Regni Nauarra, part. .... §.7.)* & Garciæ Regnum Galiciæ & Luſitaniam, & in ſuo iuſſiſſet teſtamento ne contrauenirent ſuæ diſpoſitioni ſub pœna maledictionis ; nihilominus Sancius ægrè ferens partitionem hanc , fratres debellauit , & magno exercitu diuiſa Regna inuaſit, & vno ex duobus fratribus regno ſuo expoliato , alter captus per proditionem Bellidi de Olphos trucidatus fuit,& bellum continuatú inter alios duos fratres,donec Garcia debellato & victo,ſuperſtes Alphonſus Sextus ſolus tunc quietè abſque damno publico regnauit,qui tamen oblitus excidij atque damnorum , quæ diſpoſitio paterna per diuiſionem Regnorum excitauerat,iterum diuiſit, atque à ſua Corona Caſtellæ decerpſit prouinciam Luſitaniæ,& in dotem dedit Comiti Lothoringiæ cum naturali filia ſua Thereſia : quæ diuiſio per tempora diuerſa Hiſpaniam multis cladibus afflixit.

Quod vtique euenire ſolet, etiamſi pacto iam fœdere inter fratres , compoſitio aliqua ſiue tranſactio intercedat : provt videre eſt in Hiſtoria Thebanorum, ſecundum Plinium *de Vir.illuſtribus lib.*2.*cap.*1. vbi Etheocles non potuit pati fratrem Polynicem, quamuis fuiſſet cum eo pactus vt alternis annis regnaret, & tandem ſe mutuò interemerunt. 50

Et non ſolum inter fratres experientia demonſtrauit, quod dictum eſt,ſed etiam inter Patres.& filios : & ne ab alienis petamus exempla ; patet in hiſtoria noſtri textus in *cap.cœpit Hermenegildus Rex* 24 *q.*1. Quia Gothorum Rex Leouigildus Hiſpaniarum Regnum diuiſit inter filios ſuos Hermenegildum & Recharedum ; & poſtea diſſidio exorto inter Leouigildum & Hermenegildum,ex eorum diſiunctione animorum, excitatum fuit illud cruentum bellum, quo inuaſit Leouigildus prouinciam, quam vulgò appellamus *Andaluziam*, atque ciuitatem *Hiſpalim* , cum magna ſuorum deſolatione , & ſanguinis effuſione maximè Catholicorum.

Itaque opinio Tiraquelli, & D Molinæ, *dict.lib.*2. *cap.*1. *à num.*22. ſuſtineri non poteſt abſque magno Reipublicæ diſpendio, & calamitatibus atque publicis & priuatis diſcordiis , vt ex prædictis iam exemplis luculenter demonſtratur. 51

Ideò ſecurior atque vtilior eſt noſtra limitatio, in qua verſatur ſalus publica, provt dicebat Euripides *in Andromacha* , ibi : *Vnius poteſtas & in re domeſtica, & in Republica: verſatur enim in hoc ſalus publica, vt vnus tantum ſit Dominus, vnus Princeps , vt vna ſit conſtans, & perpetua, rectaque adminiſtratio.* Menoch. *conſ.*143.*n* 2.*vol.*2. & vt veriorem in Iure & tanquam ſaniorem eam ſecuti ſunt Par. Molina *de iuſt. & iur. tract.*2.*diſp.*624 *n.*2. Dom.Perez de Lara *in compend. vit.homin.cap.*12. *à num.*32. Alphonſ.Carranza *de vera hum. part. deſignatione cap.*6.*ſect.*1.*num. fin.* Dom. D.Ioſeph Vela *tom.*1.*diſſert.*4. *à n.*24. 52

Eſto igitur,quod non debeant inſimul Gemelli regnare, incidit maximum dubium,quis ſcilicet eorum regnare debeat ? 53

Alphonſus à Carranza in *dict.cap.*6. *ſect.*1 *de edito ex ventre exciſo, num fin.* in ea reſidet ſententia, quod cum ius Regni à Republica emanauerit , *l.*1. *in princ. ff.de conſtit.Princip.* Populus reaſſumat ſibi poteſtatem eligendi Regem , & illicò transferat in vnum, quem ex Gemellis elegerit. 54

Sed Dom.Perez de Lara, *dict.cap.*12.*n.*41. ſuo prudenti more & fideli affectu animaduertit, quod in re tam ardua, & magni ponderis cauſa , in tam dubio, & ancipiti iudicio, in quo bonum Reipublicæ Chriſtianæ aliqua ex parte verſatur , conſulatur Summus Romanus Pontifex , tanquam Catholicæ Eccleſiæ Præſul ac ſupremus Princeps : & ad ſuam confirmandam opinionem argumentatur ex textu in *cap.*17. *ex Deuter. cap.venerabilem* 13. *qui fil. ſint legit. cap. fundamenta* 17. *verſ.decet namque : de elect in* 6. & aliis iuribus,atque Doctorum authoritate : de quibus omnibus eorumque vera intelligentia latè diſſerit Dom. D.Ioſeph Vela *tom.*1. *d.diſſert.*4. *à num* 81.*in fin. cum tribus ſequentibus.* 55

Pater vero Molina *tract.*2. *dict. diſput.*624. *n.*3. & antea Petr Greg.Tholoſanus *de Republic.lib.*7. *cap.*5. *num.*8.itaque nouiſſimè eruditiſſimus Dom.D.Ioſeph Vela *dict. diſſert.*4. *à num.*78. *vſque ad n.*81. validiſſimis reſoluunt iuribus, atque rationibus, quod hoc dubium ſtatim in ætate infantili gemellorum Principum ſorte dirimatur, & ſic per viam ſortis,exemplo 56

Apoſto

Apoſtolorum conſulatur Deus Optimus & Maximus: cui tanquam veriori & religioſæ ſententiæ libenter adhæreo.

CAPVT VI.

De Incompatibilitate naturali, ratione inhabilitatis.

SVMMARIVM.

1 *Incompatibile eſt de iure naturali, quod aliquis ſit Rex, & inhabilis per naturam ad Regendum.*

2 *Regnum à* Regendo. *& Rex à* Regno *deriuatur.*

3 *Mente captus, Surdus, Mutus, vel Cœcus à natiuitate, non eſt ſucceſſibilis in Regno, ſed admittitur ſequens in gradu.*

4 *Succeſſio in Regno, Imperio, vel Principatu, eſt incompatibilis in Primogenito, ſi ſit a natura demens, mente captus, ſeu perpetuo laboret furore.*

5 *Succeſſio in Comitatu, Marchionatu, Ducatu, vel Dignitate iuriſdictionem habente, eſt incompatibilis in primogenito incapaci à natura.*

6 *Primogenitus ſi non à natura, ſed ex accidenti ſit incapax ob cauſam alicuius infirmitatis, vel maleficij, dum ea infirmitate laborat priuari debet adminiſtratione Regni, ſeu Dignitatis iuriſdictionem habentis, & ei adiutor nominari debet.*

7 *Primogenitus licet tempore ſuæ natiuitatis ſit capax ſucceſſionis in Regno, ſeu Dignitate iuriſdictionem habente, ſi tempore delata ſucceſſionis laboret furore, vel dementia, ſuccedit filius eius, vel frater ſecundogenitus, ſeu ſequens in gradu.*

8 *Mutus & Surdus vel Cœcus à natiuitate, vel ita obtuſi ingenij vt nihil intelligat, non ſuccedit in Regno vel Principatu, vel Dignitate iuriſdictionem habente; ſecus ſi aliquid intelligat, taliter quod poſſit conſentire ad contrahendum matrimonium, & n.9.*

Limita etiam in furioſo, qui habeat dilucida interualla, n.10.

11 *Succeſſio in Regno, Principatu, Dignitate, ſeu Maioratu habente iuriſdictionem, cur incompatibilis ſit in eo qui naturaliter ſit incapax?*

12 *Succeſſio Maioratus, cui non eſt annexa iuriſdictio, non eſt incompatibilis cum furioſo, vel alio incapaci à natiuitate.*

13 *Succeſſio Maioratus etiamſi ei non ſit annexa iuriſdictio, incompatibilis erit cum furioſo, ſurdo vel muto, vel alio incapaci à natiuitate; ſi ita ſit diſpoſitum & prohibitum ab inſtitutere.*

14 *Succeſſio Maioratus etiam habentis iuriſdictionem, ſi eſt de Tertio & Quinto, ſecundum legem* 17. Tauri, *non eſt incompatibilis cum filio furioſo, mente capto, vel quomodocumque incapaci à natiuitate.*

15 *Succeſſio, vel nominatio in emphyteoſi, non eſt incompatibilis cum muto, ſurdo, furioſo, vel quomodolibet incapaci à natiuitate.*

16 *Succeſſio in Commenda Indorum eſt incompatibilis in furioſo, mente capto, ſurdo, vel muto, ſeu alias incapaci à natura.*

ARGVMENTVM.

Vtrùm ſucceſſio Regni, vel Maioratus non compatiatur cum illo, qui naturâ, non autem ex accidenti, ſit demens, mente captus, ſurdus, & mutus, vel cœcus; & quid in ſucceſſione emphyteoſis, & in ſucceſſione Commendæ Indiarum.

AD Incompatibilitatem, quæ ex Iure Naturali prouenit, ſpectat, eſſe Regem naturâ, ex vna parte; ex alia verò propter defectum naturalem eſſe inhabilem ad regendum: itaque cum Regnum à *Regendo*, & Rex à *Regno* deriuetur; quippe Regnum non eſt propter Regem, ſed Rex propter Regnum, ſi Primogenitus, fortè mente captus, mutus, ſurdus, vel cœcus à natiuitate inhabilis ſit ad regendum, ac gubernandum, ſolet moueri quæſtio (vt verbis vtar Petri Gregor. Tholoſani *de Repub. lib.7. cap.6.num.*1.& cum Menchaca *controuerſ. illuſt. cap.*2. *num* 3 *&* 4. Ildeph. Guerrero *in ſpecul. Rom. Pontific. & Imperat. ac Regnm, cap.*54. *num* 52. Feliciano de Solis *de cenſibus tom.*2. *lib*.4. *cap. vnico, n.*19. D. Perez de Lara *in compend. vit. homin cap.*12 *n.*14.) quid ſtatuendum ſit, ſi filius primogenitus ſit demens, ſiue mente captus, ſurdus, vel mutus, vel cœcus, aut alio quoquomodo inhabilis ad regendum? an excludi debeat à iure primogeniture, & Regnum deferendum ſit, aut Principatus ſecundogenito ſiue ſequenti in gradu? Et quid in Ducatu, Marchionatu, Comitatu, vel alia Dignitate annexam iuriſdictionem habente? Et denique quid in Maioratibus. 1 2

Hæc quæſtio deciſa eſt à Doctoribus, maximè noſtris Regnicolis, taliter quod non eget diſputatione, neque quidquam illis addere opus eſt: nihilominus breuiter exponam per Concluſiones, ea quæ ab ipſis deciſa extant, tum vt Lectoris laborem ſubleuem, tum etiam ne quidpiam, quod ad hanc ſecundam partem pertinere videatur, deſiderari poſſit. Eſto igitur, 3

CONCLVSIO I.

Succeſſio in Regno, Imperio, Ditione, vel Principatu eſt incompatibilis quoad filium primogenitum Regis, vel Imperatoris, ſi ſit à natura demens, vel mente captus, vel perpetuo laboret atque naturali furore; & tunc ſuccedit ſequens in gradu: *leg.*2. *tit.*15. *partit* 2. ibi: *Siendo hombre para ello.* Baldus, *in cap.*1. *num* 10. *de ſucceſſione feud.* Ioan. Leciriet *de primogenit. lib.*3.*q.*4.*n.*13. Anton. Gomez in *l* 40. *Taur. num* 69. & Zyfuentes *ibid. quæſt.*17. Dom. Greg. Lop. *in dict. l.*2. *gloſ. verb. Siendo hombre para ello, in fin.* & cum aliis D. Molina *lib.*1. *cap.*13. *n.*17. Coſta *de regni ſucceſſione fol.*151. Menchaca *de ſucceſſ. creatione*, §.6. *num.*18. *&* §.21 *n.*148. Cald. Pereyra *de nom. emph. q.*13. *num.*58. Ildephonſus à Villadiego *in ſua Politica, en la forma de libellar, n.*174. *verſ. Excepto la ſuceſſion de el Reyno, &c.* Et in *n.*182. *verſ. Y eſto ſe entiende*, ibi: *Como ſi fueſſe furioſo, porque repugna a ello la diſpoſicion de la ley de la Partida.* 4

CONCLVSIO II.

Succeſſio non ſolum in Regno, & Imperio, ſed etiam in Comitatu, Marchionatu, Ducatu, vel in Dignitate habente Iuriſdictionem annexam, eſt etiam incompatibilis cum filio maiori Comitis, Marchionis, Ducis, vel alterius habentis, Dignitatem cum iuriſdictione per viam Maioratus, ſi hic filius maior, 5

ſit

ſit furioſus perpetuo, & naturali furore, ſiue mente captus, ita tenent per eandemmet rationem Feudiſtæ *in cap.1.§.mutus Epiſcopum, vel Abbatem* : & in *cap. vnico, an mutus, vel imperfectus.* Boëtius *quæſt.*204. *num.*34. Ant.Gomez *in d.l.*40.*Tauri,n.*69 D Molina *d.lib.*1.*n.*24.13 *&* 26. Velaſquez de Auendaño *in l.*40. *Tauri, gloſ.*4. *à num.*4. Henriquez Roſental *de feud. cap.*7.*concluſ.*28. Pat. Molina *de iuſt.& iur.tom.*3. *diſput.*622. *à num.*2.

CONCLVSIO III.

6 Quoad Regnum, Imperium, Comitatum, Marchionatum, Ducatum, vel alium Maioratum, ſeu Dignitatem iuriſdictionem habentem, ſi primogenitus non ex natura, ſed ex accidenti fuerit incapax, veluti ſi laboret furore, vel dementia ob cauſam alicuius infirmitatis, vel maleficij ſuperuenientis, licet ei ſucceſſio non ſit incompatibilis, quia tempore quo natus fuit, & ſucceſſit, erat capax; tamen gubernatio, vſus, atque adminiſtratio ei erit incompatibilis durante impedimento; ideò Coadjutor, ſiue Curator, qui regat, ſeu adminiſtret, creandus & nominandus eſt à Superiore, qui, quoad Regnum, vel Imperium, poterit eſſe Summus Pontifex, & quoad Comitatum, Marchionatum, vel Ducatum, ſeu aliam Dignitatem iuriſdictionem annexam habentem, erit Rex, vel Imperator, ſiue Princeps ſupremus, *cap. grandi* 2. *de ſupplenda neglig.Prælator.in* 6. Bald. *in d. cap.*1.*de ſucceſſ. feud.num.*10. Tiraquel.*de primogen quæſt.*23. *à num.*2. Dom.Molina *lib.*1. *d. cap.*13. *à num.*30. *vſque ad* 36. Dom. Ioan. à Solorzano *de Indiar. gubernat. lib.*2. *cap.*17.*num.*89.

CONCLVSIO IV.

7 Licèt primogenitus tempore ſuæ natiuitatis ſit capax, attamen tempore delatæ ſucceſſionis Regni, Ducatus, vel alterius Dignitatis annexam iuriſdictionem habentis, ſit incapax, vtpotè furioſus, vel mente captus, non debet ſuccedere in Regno, Ducatu, Marchionatu, vel alia Dignitate annexam habente iuriſdictionem: vnde etiam hoc caſu, ſucceſſio erit primogenito incompatibilis, & ſuccedet eius filius, vel nepos, qui natus erat tempore delatæ ſucceſſionis: & eo non exiſtente ſuccedet ſecundogenitus, vel ſequens in gradu: vt probat D.Molina *d.lib.*1.*cap.*13. *num.*35.36.*&* 37. & Additionatores *ſuper num.*33. vbi reddunt rationem, ex eo quod tunc vitium non eſt in linea, nec tanquam reale influit in deſcendentes, ſed perſonale & accidentale, & vbi eſt vitium accidentale non egreditur perſonam, nec vltra progreditur ad filios, & deſcendentes; ex Baldo *conſil.*389. *verſ.Item pono : lib.*2. Mieres *part.*2. *quæſt.*3. *num.*6. *& quæſt.*4. *illat.*1. *n.*13. Et Additionatores ad D.Molinam *ſuper dict n.*36.*&* 37. referunt ex Mieres *part.*2. *quæſt.*6.*num.*47. Craſſo *in* §.*fideicommiſſum, quæſt.*17. Surd.*conſ.*123.*num.*14.Franchis *deciſ.*169.*n.*5. Menoch. *conſ.*413. *lib.*5. Dom.Valenzuela *conſ.*7. *à n.*13. Dom. D.Ioan.à Caſtillo *lib.*3.*cap.*15. *à n.*2. & ex aliis *ibidem* relatis, & in *additione* ad Dom.Molinam *lib.*2.*cap.*13. *ſuper num.*16. veriſſimam eſſe concluſionem prædictam, dum intendimus quod filius primogeniti furioſi, ſi ſit natus tempore delatæ ſucceſſionis in Regno, vel Ducatu, excludit ſecundogenitum, ſiue patruum: Si vero filius primogeniti furioſi non ſit natus tempore delatæ ſucceſſionis, ſed poſt delatam, non excludit ſecundogenitum: Dom.D Ioan.à Caſtil.*lib.*5. *cap.*164.*n.*5.6.*&* 7. Dom.D.Ioan.à Solorzano *de Ind. guber.lib.*2.*cap.*17.*n.*90.91.*&* 92.

CONCLVSIO V.

Quod dictum eſt de furioſo, & mente capto, dicendum eſt etiam, atque obſeruandum, quod primogenitum qui naturaliter, & perpetuò ſit mutus & ſurdus, vel cæcus à natiuitate, hebetis ac obtuſi ingenij, aut qui nihil intelligat; quia ſecus erit quando mutus, & ſurdus, vel cæcus præditus ſit perſpicaci ingenio, & bono intellectu, cum poſſit auditus, & loquelæ, & viſus defectum, ingenium ſupplere; ex doctrina Bart. *in l.*1. *in prin. num.*7. *ff.de verb. oblig.* Dom.Molina *dict.lib.*1.*cap.*13.*num.*63.64. *&* 67. Ildephonſus à Villadiego *in ſua Politica, en la forma de Libellar : num.*174. *verſ.Sino es en caſo, que el tal mudo, ò ciego que a de ſuceder ſea de buen ingenio, viuo y perſpicaz que ſuppla el defect de el ver, ò oyr, para regir y adminiſtrar, &c.* Dom.D. Ioan.à Caſtillo *lib.*5. *cap.*164.*num.*3. 8

Hic aduertendum eſt, quod ad hoc vt reputari debeat capax, ſufficit, quod poſſit conſentire ad contrahendum matrimonium, & quod illud contrahat, Socinus iunior *conſ.*47.*n.*11.*lib* 3. Additionatores ad D.Molinam *d.lib.*1.*cap.*13.*ſuper n.*38. 9

CONCLVSIO VI.

Omnes ſupradictæ concluſiones non debent accipi de furioſo, qui habeat dilucida interualla; ſed de illo qui naturaliter, & perpetuò ſit furioſus, probat Baldus *in Rubrica, an mutus, vel aliter imperfectus, num.*1. Bartholom. Socinus ſenior *conſ.*47.*n.*11. *lib.*3. Dom.Molina *dict.lib.*1.*cap.*13.*n.*38 *&* 39. 10

Rationem autem omnium ſupradictarum concluſionum loquentium de ſucceſſione in Regno, Ducatu, vel alio Maioratu, ſeu Dignitate habente annexam iuriſdictionem, audiamus à Franciſc.Caldas Pereyra *de nominatione emphyteotica, quæſt.*13.*n.*59. vbi dicit: *Et eſt in promptu huius rei ratio, ſi conſideres, Regiam ipſam dignitatem, omnemque ſupra populum iuriſdictionem, & imperium in Republica vtilitatem principaliter inſtitutum fuiſſe, vt ſic ab vno rectius, quam à pluribus regeretur : Menchaca in quæſtionibus illuſtribus, cap.*1.*n.*2. *& cap.*42. *in prin. & cap.ſeq.n.*2. *&* 3. *& cap.*72.*n.*2. *eod.lib. & cap.*89.*n.*60. Quibus in locis hanc vti veram & indubitatam ſententiam probat, eamque vltra noſtros, ex Platone, Cicerone, & Ariſtotele deducit in *d.cap.*1.*num.*10. & *in proœm.illius libri num.*119. & Luſitanus Iacobus à Sà, *in ſua diſputatione Maioratuum.* Non eſt ergo mirum, ſi excludatur ab huiuſmodi Imperio, & adminiſtratione furioſus, & quiſquis alius imprudens, & ad tegendum inhabilis. 11

CONCLVSIO VII.

Succeſſio in Maioratu, cui dignitas, ſeu iuriſdictio annexa non eſt, inſtitutio cum facultate Regia ab Aſcendente ex bonis patrimonialibus, vel à tranſuerſali, ſeu ab extraneo, niſi ab inſtitutore prohibita ſit, non eſt incompatibilis cum furioſo à natura, vel ex accidenti, demente, ſeu mente capto, muto, & ſurdo, vel cæco, ſed ſucceſſionis eſt capax in tali Maioratu, & ei curator, qui adminiſtret, creandus erit: vt tenent ex *l.*1. *ff.de bonor. poſſ. infanti, vel furioſo compet. l.cum pater* §.*Surdo, ff.de leg.*2. *l.mutum, l. furioſus, ff.de adquir.hered. l. fin* §.*tali, C.de curat. furioſ.* Ioan. Lecirier *de primog.lib.*3 *quæſt.*4.*n.*13. Tiraquell.*de primog. dict.quæſt.*23.*n.*5. Ant.Gomez in *dict. l.*40. *Taur. num.*69. D.Gregor. *gloſ.verb.Siendo hombre para ello.* 12

ad

ad fin. in d. l.2. tit.15. part.2. D.Molina *d.lib.1.cap.13. num.21.12.& 41. & 42.* Henriq. Roſent.*de feud. p.2. quaſt.4.illat.2.n.52.* Auendaño *in l.40. Tauri, gloſ.4. à num 4.* Mieres *part.2.quaſt.4.num.15.& illat.2.n.52.* Ildephonſus à Villadiego *in ſua Politica, in forma libellandi, n.174.* ibi : *En el Vinculo, y Mayorazgo, no eſtando expreſſamente prohibido por el fundador, bien puede ſuceder, y ſucede el ſordo, mudo, loco, ò mente capto de ſu naſcimiente, a loſquales ſe les da curador, ò adminiſtrador, y ſon capaces de ſuceder, &c* Pater Molina *de iuſt.& iur. tom.3. diſput.622. à n.1.* Caldas Pereyra *de nominatione emphyteotica, quaſt..13.num.58.* Dom. D.Ioan.à Caſtil. *lib.5.cap.164.n.3.*

CONCLVSIO VIII.

13 In Maioratu ſimplici, cui annexa non eſt dignitas, ſiue iuriſdictio, erit ſucceſſio incompatibilis cum furioſo à ſua natura, vel ex accidenti, mente capto, ſurdo & muto, vel cœco, quando prohibita eſt ab inſtitutore; & fuit ordinatum, quod non ſuccedat furioſus, mente captus, ſurdus, & mutus, vel cœcus, ſi Maioratus inſtitutus ſit ab extraneo, vel ab Aſcendente cum Regia facultate: Ildephonſus à Villadiego *vbi ſuprà, num.174. verſ.No eſtando prohibido por el teſtador expreſſamente.* Et inferiùs, *verſ.Que en tal caſo.* Dom.Ioan. à Caſtillo *lib.5.cap.164.num.3.*Dom. D.Ioan. Solorzano *de Indiar. gubern.lib.2. c.17.n.86. verſ.Quod certè.*

CONCLVSIO IX.

14 In Maioratu ſimplici inſtituto ex Tertio,& Quinto bonorum à parentibus, non valet excluſio furioſi etiam laborantis perpetuo, & naturali furore, vel accidentali, mente capti, muti, & ſurdi, vel cœci, niſi prælatio inter eos, qui, ſecundum ordinem præſcriptum in *l.27.Tauri,* in eodem gradu ſint; aliter enim contraueniret diſpoſitioni *dicta legis 27.Tauri,* cuius ordo præciſè ſeruandus eſt: Dom. D.Ioan.à Caſtillo *dict.lib.5. cap.164. num.3.*

CONCLVSIO X.

Quoad ſucceſſionem emphyteoſis, certi iuris eſt, 15
admitti primogenitum, etſi naturâ furioſus ſit, vel ex accidenti, demens, mente captus, mutus, & ſurdus, vel cœcus, eodem iure, ac ratione, quod in Maioratu: quia non eſt incapax ſucceſſionis, vt probat Franciſc. Caldas Pereyra *de nominat. emphyteotica, quaſt.13. num.58.*

CONCLVSIO XI. & Vlt.

Denique quoad ſucceſſionem Commendæ Indorum, furioſi, mente capti, cœci, muti, & ſurdi non ſuccedunt in Commenda Indorum: itaque eius ſucceſſio incompatibilis eſt cum ipſis: vt probat Dom. D.Ioan. à Solorzano *de Indiar. gubern.lib.2.cap.17. à num. 81.vſque ad num 90.& in n.96.* atque ita in facti contingentia deciſum teſtatur: *Nunquam enim vidi alicui his de cauſis litem ſuper ſucceſſione, aut remotione Commenda motam fuiſſe, excepto caſu Franciſci Velaſquez de Talauera Peruani Commendatarij, qui cum poſſideret in prima vita Commendam de los Cheras, & defunctus eſſet, relicto filio Domino Franciſco de Talauera totaliter, & Domina Agnete de Soſa, vxore Petri de Vegas: dubitatum fuit, an hac, illi, ratione furoris praferenda eſſet: & à Prerege Dom. D. Franciſco à Toleto, & eius Aſſeſſeribus pro filia pronuntiatum fuit 8.Octobris, anno 1576. et ei onere iniuncto, vt furioſum fratrem alere teneretur.* Idque & maximè hoc vltimum de alimentis præſtandis furioſo, comprobat *num.87. & 88.* ex Surdo *de aliment.tit.1. quaſt.56. ex num.1.* Colerio, & aliis Doctoribus ibi citatis.

PARS

PARS TERTIA.

DE INCOMPATIBILITATE A IVRE DIVINO PROVENIENTE.

CAPVT I.

De Maioratu Paradiſi Terreſtris, incompatibili cum peccato.

SVMMARIVM.

1 *Paradiſi Maioratus fuit inſtitutus à Domino Deo noſtro incompatibilis ipſo facto, in caſu contrauentionis, in Adamo primo noſtro progenitore, & eius deſcendentibus.*

2 *Contrauentionis clauſulam per incompatibilitatem, ſeu priuationem ipſo facto incurrendam appoſuit Dominus in inſtitutione Maioratus vt recognoſceret homo, quod non ex ſuis bonis, ſed ex bonis Domini ſui Paradiſo creatis inſtitutus erat.*

3 *Lignum vitæ in Paradiſo quare in medio poſitum ſit, redditur ratio.*

4 *Contrauentionis clauſula, ſeu præceptum ſub pœna amiſſionis ipſo facto incurrenda à Deo appoſita refertur ad literam.*

5 *Et quod ſub dicto grauamine, & conditione fuit Adam miſſus in poſſeſſionem Paradiſi.*

6 *Textus in* Geneſ. cap.2. verſ. Tulit ergo Dominus Deus hominem, &c. *in duobus ſenſibus exponitur.*

7 *Præceptum Domini, & conditio appoſita Adamo, ſub pœna probationis ob contrauentionem fuit in ſignum obedientiæ, & in ſignum recordationis Domini Dei noſtri ſeu inſtitutoris, & benefactoris, atque eius gratiæ, & beneficij & n.8.*

9 *Textus* Geneſ. cap.3. *& ſpecies eius refertur, n.9. vſque ad n.14.*

15 *Textus* Geneſ. cap.2. *& eius notabilia deducuntur ad praxim, maximè ad materiam Maioratus, & iudicialia.*

16 *Adam ideo non fuit formatus in Paradiſo, ſed in campo Damaſceno, ne allegaret ius aliquod habere in Paradiſo iure Maioratus ei conceſſo cum grauamine & conditione priuationis per contrauentionem, & n 18.*

17 *Originarius ob naturalitatem habet aliquod ius ad locum, in quo naſcitur.*

19 *Maioratus inſtitutor ſi de rebus ſuis proprijs, & non alienis diſponat, poteſt apponere quæcumque grauamina, & conditiones, quas voluerit.*

20 *Commiſſarius ad eligendum, aut ſucceſſor in Maioratu, non valet apponere conditiones, nec grauamina, & num.21.*

22 *Deus noſter appoſuit Adamo conditionem, & grauamen ſub pœna priuationis Maioratus Paradiſi, in recognitionem Dei dominij, & eius memoriam in perpetuũ, & ob virtutem obediẽtiæ.*

23 *Cuius ad inſtar, & exemplum faciunt idem Maioratus inſtitutores.*

24 *Relictum in pœnam ſeu pœnæ nomine, eſt quidquid coërcendi hæredem, vel ſucceſſorem Maioratus causâ relinquitur, ad hoc vt aliquid faciat, aut non faciat.*

25 *Grauamen, ſeu conditio debet eſſe honeſta, atque iuſta, & non à iure reprobata.*

26 *Priuationis pœna quomodo intelligi debet.*

27 *Pœna priuationis differt à conditione, & hæc differentia dignoſcitur ex voluntate teſtatoris.*

Limitatur, & declaratur diſtinctio, n.28.

29 *Deus Dominus noſter ob contrauentionem Adami priuat eum à ſucceſſione, & poſſeſſione primi Maioratus Paradiſi.*

Ad cuius exemplum priuantur etiam Maioratus ſucceſſores non ſeruantes conditiones & præcepta inſtitutorum, n.30.

Et ſequens in gradu ſuccedit, n.31.

32 *Adam ne ignorantiam allegaret, de conditione, & grauamine fuit admonitus, & interpellatus à Deo, appoſita die.*

33 *Succeſſor Maioratus ad hoc vt ab eo priuari poſſit ob contrauentionem conditionis, ſeu grauaminis interpellari debet.*

Et ad id explicatur text. in Auth. hoc amplius §. ſi quis, C. de fideic. *n* 34. 35. *&* 36.

37 *Adamus ſcienter, & ex propoſito auidus ad ſciendũ bonum, & malũ, incidit in pœnã contrauẽtionis.*

38 *Succeſſor Maioratus non debet ab eo priuari ob contrauentionem conditionis, ſeu præcepti inſtitutoris, niſi ſcienter, & doloſè ſeu ex propoſito contraueniat; non autem ſi ignoranter.*

39 *Adam ſi non contraueniſſet præcepto, & conditioni, non fuiſſet priuatus ſucceſſione, & poſſeſſione Maioratus Paradiſi, etiamſi eius vxor Eua contraueniſſet.*

40 *Contrauentio per alium, quam per eum cui fuit appoſitum præceptum, ſeu grauamen, non nocet ſucceſſori.*

41 *Adam volens excuſare ſe à contrauentione fuit in dolo & calliditate, retorquendo in culpam beneficium quod acceperat à Deo faciente illi vxorem & ſociam ad eius ſolatium.*

42 *Diui Chryſoſtomi ponderatio ſuper* Geneſ. cap.3. *refertur ad literam.*

43 *Adam ſi in errore probabili, & ſine dolo, vel calliditate contraueniſſet, & ſe excuſaſſet, non fuiſſet priuatus Maioratu Paradiſi.*

44 *Contrauentio per errorem probabilem cauſatum ab ignorantia facti, vel ab imbecillitate perſonæ, ſine dolo ſcientia, ſeu voluntate, excuſat.*

45 *Contrauentio debet conſtare per plenam probationẽ, nõ non præſumatur niſi plenè probetur, & n.46.*

Digitized by Google

47 *Fragilitas ſexus muliebris, ſeu imbecillitas perſonæ, non eſt ſufficiens ad reſtituendam mulierem ob contrauentionem.*

48 *Minor, Mulier, Eccleſia reſtitutionem non habent, ſi contraueniant conditioni, ſeu præcepto inſtitutoris.*

49 *Minor non reſtituitur aduerſus ſuum proprium dolum.*

50 *Deus Dominus noſter ob contrauentionem, & transgreſſionem præcepti formauit iudicium, & ſuper eo tulit ſententiam.*

51 *Succeſſor Maioratus ad hoc vt priuari poſſit per contrauentionem, formari debet iudicium, & in eo ſententia declaratoria requiritur.*

52 *Adam ob contrauentionem condemnatus fuit etiam ad priuationem fructuum bonorum temporalium & ſpiritualium.*

53 *Condemnatio ob contrauentionem debet eſſe cum fructibus quando per viam conditionis fuit appoſitum grauamen: ſecus ſi per viam modi, & num. 54.*

55 *Sententia contra Adamum ob contrauentionem non ſolum fuit perſonalis, ſed etiam realis contra eiuſdẽ deſcendẽtes, & qua de cauſa, & n. 56 & 57*

58 *Deus Dominus noſter conceſſit atque inſtituit Maioratum Paradiſi, & ſuam diuinam gratiam in capite morali Adami, non ſolum pro ſe, ſed & pro deſcendentibus, ſub illa conditione non contraueniendi ſuo præcepto.*

Ideo per contrauentionem fuimus excluſi deſcendentes, n. 59.

60 *Chriſtus Dominus noſter non fuit comprehenſus in ſententia ob contrauentionem Adami, ex eo quod non deſcendit ab Adamo ex ſemine virili ſecundum concupiſcentiam carnis, & n. 61.*

62 *Contrauentio Patris non nocet filio anteà concepto, & nato, neque in ſententia priuationis ob contrauentionem comprehenditur filius.*

Limita niſi aliter fuiſſet voluntas inſtitutoris, n. 63.

64 *Sancta Maria Domina noſtra ob voluntatem Dei, qui fuit inſtitutor Maioratus Paradiſi non fuit comprehenſa in ſententia contra Adamum & Euam lata ob contrauentionem.*

65 *Contrauentio, & priuatio ob contrauentionem an noceat filiis, vel deſcendentibus? & diſtinctiones afferuntur ſuper hac quæſtione? num. 66. 67. 68. & 69.*

70 *Contrauentio an ſit realis, vel perſonalis, pendet ex voluntate inſtitutoris?*

71 *Contrauentio cenſeri debet realis ex voluntate inſtitutoris, quando per generationem & propagationem filius, vel deſcendens fuit comprehenſus in contrauentione, cum tunc inſtitutor velit, quod caro, & ſanguis ex tali parente contrauenïente non ſuccedat.*

72 *Contrauentio realis cenſeri debet, ſi inſtitutor ſub pœna priuationis præcipit quod ſucceſſor non contrahat cum perſona maculata, quæ deſcendat ex Iudæis, Mauris, Hæreticis, ignobilibus, vel aliis ſimilibus.*

Extenditur, etiamſi diligentiam adhibeat ad contrahendum cum perſona ſine tali macula, n. 74.

Quo caſu pater contraueniens non debet priuari, ſed filij ex tali matrimonio procreati, n. 75. & 76.

73 *Contrauentio iudicatur realis quando inſtitutor excludit filios illegitimos.*

77 *Contrauentio cenſeri debet realis ſi pater non impleuerit præceptum ſibi factum in contemptum inſtitutoris, cum tunc ſit ei odioſus, & odium cum patre nocet filiis.*

78 *Contrauentio ex eo quod non adimpleat conditionem portandi nomen, vel arma, ſeu inſignia familiæ, cenſetur realis, & n. 79.*

80 *Odioſus patri cenſetur odioſus filio.*

81 *Contrauentio cenſetur realis quando vocatus fuit filius contemplatione patris, & pater contraueniat.*

82 *Contrauentio iudicari debet realis, quando in caſu contrauentionis non vocati ſunt filij contrauenientis, ſed alius extraneus.*

83 *Contrauentio cenſetur realis quando filij ſunt vocati, vel inſtituti, ſi pater non contraueniat.*

Declaratur, & limitatur, n. 84.

85 *Contrauentionem committit, qui non in totum, ſed ſolum pro parte adimplet conditionem ſeu grauamen, n. 85.*

86 *Priuari non debet filius ob contrauentionem in caſu l. 27.* Tauri, *quando Maioratus de Tertio, & Quinto ad illegitimos aſcendentes, vel tranſuerſales, vel extraneos deueniendus eſſet.*

87 *Contrauentio patris non nocet filio concepto, vel nato ante contrauentionem.*

88 *Contrauentio patris non nocet filio, qui tacitè, vel expreſſè fuit vocatus.*

89 *Contrauentio quando fuit ob venditionem rei Maioratus prohibita alienari ſub pœna priuationis, non nocet filio.*

90 *Contrauentio patris, qui prohibitus eſt ſub pœna priuationis moleſtiam, iniuriamve inferre, vel litem mouere, nocet filiis, & n. 91. & 92.*

93 *Contrauentio patris in dubio non nocet filiis, maximè in Maioratibus Hiſpaniæ.*

94 *Excluſio patris ex eo quod ſuccedat in Maioratu incompatibili cum alio, an cenſeatur realis, vel perſonalis, remiſſiuè.*

ARGVMENTVM.

De Incompatibilitate de Iure Diuino comprobata, ex illo primitiuo, atque omnium antiquiſſimo Maioratu, Paradiſi terreſtris, per contrauentionem, ſiue Diuini præcepti tranſgreſſionem, incompatibili: cuius fuit inſtitutor Dominus Deus noſter in principio poſt creationem omnium, ſecundum Moyſem *in Geneſ. cap. 2. & 3.* Vnde inferuntur duodecim Adnotationes concernentes noſtram Iuriſprudentiam in materia priuationis ſeu excluſionis à ſucceſſione Maioratus per contrauentionem: & in duodecima atque vltima Adnotatione agitur ex profeſſo, An per contrauentionem Patris, excludi ac priuari debeat etiam eius filius, ac deſcendens; & quando ſententia ob contrauentionem cenſeatur realis, ac linealis, vel quando perſonalis?

TANQVAM ſedes ex ſelectis ad materiam Maioratus, per contrauentionem incompatibilis, poteſt aſſignari textus de Iure Diuino ad literam expreſſus in *Geneſ. cap. 2. & 3.* ibi enim fit mentio de Diuina inſtitutione Maioratus cum qualitate, clauſula, ſeu conditionibus non contraueniendi, quibus ſolemus noſtro more Maioratus inſtituere, vincula, atque Patronatus: nam caſus ſic ſe habet. 1

Decreuerat

2 Decreuerat Deus Dominus noſter inſtituere primogenitum ſiue Maioratum in primo homine, & ne ab eo, neque ab aliis ignoraretur, quod inſtitutio eſſet ex propriis Inſtitutoris bonis, in quibus ſucceſſor vocatus, ſeu grauatus, ius aliquod ſibi competens, vel poſſeſſionem allegare non poſſet, formauit eum primum ſucceſſorem in campo Damaſceno, loco diſtincto, ac ſeparato ab illo, vbi creauerat ſpecioſum, amœnum, ac delectabilem Hortum, hoc eſt Paradiſum: *Geneſ. d.cap.2.* ibi: *Plantauerat autem Deus Paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat, produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue, &c.* Nam verbum, *plantauerat autem Dominus*, eſt ad ſignificandum, Deum, verum eſſe Paradiſi Dominum, non autem hominem, vt aduertit P.Ioan.de Haye, *in Commentar. literalibus, & conceptualibus Geneſ.cap.2. verſ.9 n.177.* ex Ruperto *lib.2. in Geneſ. cap.23. verſ. Tali verbo vtendo; plantauerat Dominus*, ibi: *His namque verbis quodammodo declamat, ſolum Deum (quod verum eſt) legitimum eſſe Paradiſi Dominum.*

3 At in medio Paradiſi produxit etiam lignum vitæ, lignumque ſcientiæ boni, & mali; quod vertunt ſeptuaginta Interpretes, lignum ad ſciendum concupiſcibile boni, & mali, & ab euentu, vel effectu ſic dictum lignum ſcientiæ boni, & màli, cùm per illius vſum expertus ſit homo, quod interſit inter ſtatum bonum obedientiæ. & ſtatum malum inobedientiæ: P.Ioan.de Haye *in Geneſ. d.cap.2.verſ.19.n.105.*

4 Ex hoc fundo, nomine Paradiſi voluptatis vocato, opulentiſſimo, atque amœniſſimo quatuor fluminum, Phyſon nempe, Gehon, Tygris, atque Euphratis aquis irrigaro, inſtituit Maioriam in primo noſtro parente Adamo, ſub præcepto, & conditione, quod de dicto ligno ſcientiæ boni, & màli, non comederet: ex aduerſo autem in caſu tranſgreſſionis, ſeu contrauentionis, incideret in pœnam mortis, & Maioratus gratiæ amiſſionis ipſo facto, atque Paradiſi ipſius priuationis: *d.cap.2. Geneſ.* ibi: *Præcepitque ei dicens, ex omni ligno Paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.*

5 Sub hac conditione, & grauamine, fuit Adam poſitus in poſſeſſione *d.cap.2.* ibi: *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in Paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum.* Quæ vltima verba poſſunt referri ad Deum, & ad hominem; & in duplici accipi ſenſu. Si ad Deum referantur ſenſus eſt, vt operaretur ſcilicet Deus, ipſum hominem gratia ſua, & beneficiis perficiendo, & cuſtodiret illum, ſcilicet ſeruando eum in Paradiſ. terreſtri, donec eſſet ad cœleſtem gloriam transferendus.

6 Si autem ad hominẽ referantur, erit ſenſus, vt operaretur homo, non ad victum comparandum, ſed ad honeſtum exercitium, experimentumque ſuarum virium ſumendum: ita tenet P.Io.de Haye *d.c.2.verſ.16.*

7 Sed antequam hinc progrediamur, inquirendũ eſt, qua de cauſa Dominus Deus noſter impoſuit primo homini prædictam conditionem, & præceptum? Duplex aſſignari poteſt cauſa: Vna, quòd fuit in ſignũ obedientiæ, provt ex D.Auguſtin. *in Geneſ.* aduertit P.Ioan. de Haye *vbi ſuprà, d.cap.2.verſ.10 n.211.* ita ſic: *Ideo Deus præcepit primo Parenti, ne comederet de hoc ligno, non tanquam ei naturaliter nocino; ſed vt ex eo cognoſceret maximam eſſe virtutem obedientiæ ſi obtemperaret, vitiumque maximum eſſe inobedientiam ſi Deo foret rebellis.*

8 Altera cauſa; quod fuit in ſignum recordationis beneficij accepti, & ad memoriam Dei Dñi inſtitutoris benefactoris atque eius gratiæ, & ipſius legis, atque præcepti, provt colligitur ex D.Cyril.Alex. *lib.3. contra Iul.* ſic: *Oportebat enim per iſtud lignum ad recordationem legis ſemper vocari, & videre præcipientis excellentiam, & non ignorare ipſum legiſlatorem ac Dominum.* Et inferiùs: *Decebat ſanè, idque merito, ſemper videre eos arborem, & in illa legem nõn ignorare, ſed recordari ad quantas promiſſiones Dei vocati eſſent: & ſic ad diuinam contemplationem reſilire, abductaq; à terrenis mente cogitare quis, & quãtus, qui præceperat?*

9 Sed nihilominus primo creatus homo non paruit præcepto, & conditioni, ſub qua facta erat ſibi gratia in ſucceſſione Paradiſi Maioratus, & contraueniens tranſgreditur præceptum inſtitutoris, quia cõtra prohibitionem tandem comedit, *Geneſ.c.3.* ibi, *& tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo qui comedit.*

10 Ex eoque Adam huius Maioratus poſſeſſor ob contrauentionem, atque diuini præcepti tranſgreſſionem, incidit in pœnam priuationis: & Dominus noſter ſuper priuatione formauit iudicium cum citatione Adami, quam vulgo vocamus, *emplaçamiento*, vt colligitur ex textu ibi, *vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei, vbi es?*

11 Et poſtea, more iudiciario, interrogauit eum de ſua culpa, & contrauẽtione, ſeu tranſgreſſione diuini præcepti: & recepta fuit eius confeſſio ab eo, vt apparet per text. ibi: *Quis dixit, quis indicauit tibi, quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti?* & à Chald. vertitur: *Nũquid de arbore, de qua præcepi tibi, vt ne comederes ex ea, comediſti?*

12 Adam autem iudicialiter fuit confeſſus, attamen propoſuit exculpationem, & excepit in ſui defenſionem: ita enim apparet ex text. ibi, *Dixitque Adam, mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Quaſi diceret excuſationem habeo, & abſolui peto, quia mulier fuit mihi occaſio trãſgrediendi præceptum, ea dedit mihi de ligno; non enim ego manum extendi ad arborem vetitam, ſed illa decerpſit fructum, quem mihi tribuens, deguſtaui.

13 Sed cum excuſatio ſufficiens non fuiſſet, ob idque exceptio procedere non debuerat, ſecundùm Chryſoſt, *homil.7. in Geneſ. d.c.3.* Deus Dominus noſter per ſuam diffinitiuam ſententiam declarauit primum ſucceſſorem Adamum Patrem noſtrum præcepto ſibi facto contrauiniſſe, & legis, atque conditionis tranſgreſſorem fuiſſe, & exceptionem excuſationis non eſſe legitimam, nec illi prodeſſe poſſe & per conſequens eum in pœnam priuationis pronuntiauit incidiſſe, ibi: *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, &c.*

14 Et in executionem rei iudicatæ Adam eiectus fuit à Paradiſo, & executorem ſui iudicij, ac rei iudicatæ collocauit Dominus ante Paradiſum Cherubim cum flammeo gladio, atque verſatili ad cuſtodiendum locum ne pateret aditus ad lignum vitæ.

15 In hac diuini atque altiſſimi Senatus deciſione, exemplum Iuriſperitis, ac Iudicibus terræ dedit Dominus Deus noſter, in conſulendo, & iudicando quæſtiones, ac lites, quæ ſuper Maioratibus per contrauentionem incompatibilibus ſe offerunt: Ideo his præceptis muniti, & diuina inſtitutione formati, ſequentia ad ius noſtrum adnotamus.

NOTABILE I.

16 In hac materia notandum in primis, quòd ne primus Homo poſſet allegare ius aliquod ſuper bonis Paradiſi ſibi à Deo conceſſis ſub dicta conditione, & grauamine, ac etiam allegare quod inſtitutor non dipoſuiſſet de bonis omnino ſuis & propriis, ſed de illis, in quibus ipſe grauatus

Digitized by Google

habeɾet ius aliquod ex ſua origine, & municipio acquiſitum, vti acquiſiuit Adam in Campo Damaſceno, ſeu Rubro, vbi fuit formatus; Gloſ. *verb. non domicilium ſequitur in l. aſſumptio 6. ff. ad municipal.* & proinde tanquam originarius poſſet dicere hoc mihi competit vel ſaltem iure naturæ habeo ius prælationis, prout habere debet quilibet in loco ſuæ originis, & patria, ratione naturalitatis, quia qui naturaliter debitum habet, non illud admittit ex eo quod teſtatori non obedit: *Auth. hoc amplius*, & *ibi* Gloſ. *verb naturale, C de fideicom.*

17 Et quod Originarius ob naturalitatem habeat dictum ius, probatur ex ipſomet iure diuino, Deuter. *cap* 17. ibi: *Non poteris alterius gentis hominem Regem facere*. & *cap.* 18. ibi: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me ſuſcitauit tibi Dominus Deus tuus.* Et inferiùs: *Bene omnia ſunt locuti: Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum tuorum ſimilem tui*, & *Prouerb. cap.* 5. ibi: *Ne des alienis honorem.* Et comprobatur in *Eccleſ. cap.* 11. *in fin* ibidem: *Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet te in turbine, & alienabit te à viis propriis*: & de Iure Canonico, *cap. nullus 61. diſt.* cui conuenit *l* 13 *tit.* 15. *partit* 1. vbi Gloſ. Gregoriana *verb aquel Obiſpado*: & de iure communi probant Rochus de Curte *de iure Patronat. verb. honorificum à n* 45. & cum aliis Azeuedo in *l.* 11. & 25. *à n.* 8. *tit.* 13. *lib.* 1. *Recopil.* D. Garcia de Maſtrillis *de Magiſtratibus, lib.* 2. *cap.* 2. *ex n.* 30. Spino *de Teſtam. gloſ.* 2. *n* 31. D. Velaſquez de Valençuela *conſ.* 34. *à num.* 79 & *conſ.* 105. *à n* 87. *vol.* 2. Laurentius de Peɾignis *tractatu de ſubdito, cap.* 1 *n.* 31. § 5. *verſ Secundo probatur, &c.* Salcedo *de lege Pelitica lib.* 2. *cap* 15. *n.* 12. & 13. Dom. D Ioan. à Solorzano *de iure Indiarum, tom.* 2. *lib.* 3. *cap* 19. *à n.* 1.

18 Hac de cauſa Dominus Creator omnium non formauit hominem in Paradiſo, ſed in alio diſtincto ac ſeparato loco, ad demonſtrandum euidenter quod erat abſolutè Dominus Paradiſi, & quod homo nullum ius ſe in illo habere potuerat allegare: quapropter Deus quomodo voluit diſpoſuit in inſtitutione prædicti primi Maioratus, & apponere liberè potuit illam conditionem.

19 Ab hinc rectè erudiuntur Iuriſconſulti, ratione diuina ac naturali adducti, in conſtituendo quod plenũ atque liberum ius debet habere in bonis, ad hoc vt poſſit inſtitutor de eis diſponere, & grauamen, atque quamlibet conditionem, quam voluerit, apponere: quod non procedit. quãdo bona ſunt aliena, aut alius aliquod ius in eis ad ſuccedendum habet: *l.* 12. *Tabularum*, ſiue *Decemuirali*, ibi: *Paterfamilias vti legaſſet ſuper pecunia, tutelâve rei ſuæ, ita ius eſto.* Aduertendo *per verbum rei ſuæ*, excludi res alienas: *l filiusfamilias* 114. §. 1. & 2. *ff. de leg.* 1. *l. Imperator.* 70. §. 1. *ff. de leg.* 2. *l.* 1. *C. commun de legat.*

20 Ex quo iure deſcenditur ad regulam, quæ etiam obſeruatur inter Iuriſprudentes, quod commiſſarius, ſiue ille, qui poteſtatem habet eligendi ad ſucceſſionem in Maioratu, non poteſt electum grauare æſtimabili ſiue inæſtimabili onere pecuniario, ſiue patrimoniali, nec conditionem, ſiue grauamen aliquod iniungere, *l. vnum ex familia* 79. § *ſed ſi fundum ff de l.* 2. & *in l. plane* 12. 2. §. *fin. ff de leg.* 1 D. Molina *lib* 2. *c* 4. *n.* 9. & 18. vbi Addition *à n* 10. vſque ad *n.* 12. Caldas Pereyra *de poteſt. eligendi, & nominandi, c.* 16. *per tot.* & *conſ.* 8. *n.* 38. Dom D. Ioan. à Caſtil. *lib.* 5. *cap.* 161.

21 Et non prouenit alia ex ratione, niſi quia, vt dictũ eſt, eligens non diſponit de bonis ſuis. ſed de bonis primi inſtitutoris, qui ſibi electionẽ commiſit, à quo ſucceſſor Maioratum capit, & non ab eligente: *d l vnũ ex familia* 79. § *ſi de Falcid.* D. Molin *d. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 5. & antea in *lib.* 1 *c.* 8. *n.* 2. Menoch. *conſ.* 124 *n.* 12. *lib.* 2. & *conſ.* 316. *à n.* 4. *lib.* 4. & *conſ.* 1107. *n.* 1. *vol.* 11. Surd. *conſ.* 178 *n.* 4 & *conſ.* 264 *n* 8. P. Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 3. *diſp.* 592. *n.* 3. D. Paz *de Tenuta, c.* 59. *n.* 190 Hieron. Gabriel *conſil.* 132 *à n.* 70. *lib.* 1. Peregrin. *de fideic. art.* 32. *n.* 13. Robl. de Salced. *de Repræſ. lib.* 3. *cap* 19 *n.* 63. Dom. D. Ioan. à Caſtil. *lib.* 5. *c.* 161. *n.* 6. Vinc Fuſar. *q.* 511. *n.* 5.

Vnde ex hoc primo notabili infero pro regula ad noſtram materiam, quod nullus niſi Dominus bonorum Maioratus inſtituti, poteſt apponere aliquod grauamen ſeu conditionem incompatibilitatis, vel quamcumque aliã, & priuationis pœnã ob contrauentionẽ.

NOTABILE II.

Secundò notatur quod in primi dicti Maioratus inſtitutione Deus Dominus noſter appoſuit conditionem, & grauamen ne Adam comederet de fructu arboris, quæ in medio erat Paradiſi, Tum in recognitionem dominij, & in eius inſtitutoris perpetuam memoriam; Tum ob virtutem obedientiæ exercendam. 22

Huius præcepti exemplo obſeruatur in noſtra Iuriſprudentia, quod teſtator ſiue inſtitutor Maioratus poteſt imponere quamlibet conditionem, vel grauamen poſſibile, ac honeſtum, & pœnam priuationis contra ſucceſſores vocatos, qui ſint tranſgreſſores & inobediẽtes voluntati inſtitutoris, ſiue pœna conſiſtat in onere grauiori, ſiue in adimendis hæreditatibus, legatis, vel fideicommiſſis: *l. vnic Cod. de his, quæ pœn. nom.* § *pœnæ quoque nomine Inſt. de leg. l. multa, in princ. ff. de cond. & demonſtr. l.* 1. *ff. de pœn. legat. l.* 1. § *item ſi ita: ff ad l. Falc l. cum ſine* 19. *ff. quando dies leg. ced.* DD. in *d. l. vnica*, maximè Bald *n.* 2. & 3. Alberic. *n.* 2. Ioan. Philip Corneus *in princ.* Alex. *conſ.* 138. *n.* 12. *lib.* 1. Paul. Pariſ. *conſ.* 91. *à n.* 61. *lib.* 2. Mandell. Albenſis *conſil.* 57. *n.* 11. *lib.* 1. D. Pichard. *in d.* §. *Pœnæ quoque nomine n.* 1. & 2. Ioan. Vincent. Honded. *conſ.* 67. *à n.* 2. *vol.* 2. Fuſar. *de fideic. ſubſt. quæſt.* 582. latiſſimè Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.* 5. *cap.* 94. *à n.* 3. *vſque ad n.* 12. 23

Sed ad hanc annotationẽ pertinet animaduertere, quod in pœnam dicitur relictum ſeu pœnæ nomine, quidquid coercendi hæredis, vel ſucceſſoris cauſa alteri relinquitur, ſi nimirum aliquid faciat hæres, vel non faciat: § *fin. Inſt. de leg.* Surd. *dec.* 7 *n.* 9. Paul. Bellon. *de poteſt eor. quæ in continenti fiunt lib.* 2. *cap.* 57 *n.* 2. 24

Et ad hoc, vt in pœnam priuationis ſucceſſor non incurrat, requiritur, quod præceptum non ſolum ſit poſſibile, & honeſtum, atque iuſtum, ſed etiam quod non ſit à iure reprobatum; quia præcepto iure improbato non obtemperans non delinquit, nec pœnã incurrit, cum cenſeatur apposita in fraudẽ legis, ideò ſicut pater non poteſt filium ſuum ſpurium inſtituere, ita non valet pœnam imponere ei, qui ſpuriũ moleſtaret; & eadem iuris ratione, non valet ſubſtitutio facta in pœnam eius, qui parere recuſauit diſpoſitioni captatoriæ, cùm captatoria diſpoſitio ſit à iure improbata: Raphaël Cumanus in *l. Lucius*, § *tres hæredes n.* 4. *verſ. Pone exemplum: ff ad Trebell* Paul de Caſtro *in rub ff de his, quæ pœn. nom.* Peregr *de fideic. art.* 35 *n.* 6. Lancellot. Gall. *ad conſuetud. Alexandriæ, q.* 15 *n.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 98 *n.* 5. & eos referens Surd. *deciſ* 7. *n.* 2. & 3. Paul. Bellon. *de poteſt. eor. quæ in contin. fiunt, d. lib.* 2. *cap* 57. *à n.* 3. 25

Pœna tamen priuationis eſt, ſiue auferatur Maioratus, ſiue minuatur, ſiue ſub certis legibus, & conditionibus relinquatur, atque ſi in longum tempus differatur ſolutio Surd *deciſ.* 7. *à n.* 18. Paul. Bellon. *de poteſt. eor. quæ in cont. lib* 2. *c.* 57. *n.* 5 Conditio autem differt à pœna, & conditionem à pœna ſeparat voluntas inſtitutoris, *l.* 2. *ff de his quæ pœn. nom.* Surd. *d. deciſ.* 7. *n.* 12. copioſè D. D Ioan. à Caſtil. *d. lib.* 5. *cap.* 94. *n.* 18. 26

Et

Digitized by Google

27 Et ad cognoſcendum quando ademptio fit in vim vel coodirionis, vel modi, aut in vim pœnæ? diſtinguendum eſt ſecundùm Menoch.*conſ.78.à n.8.* Paul. Bellon.*vbi proximè,d.cap.57.n.9.* Aut enim præcedit ſimplex inſtitutio, deinde ſtatim ſequitur conditionalis ademptio ſine oneris impoſitione, & tunc dicitur ademptio in vim condirionis. Aut inſtitutor Maioratus purè diſpoſuit, hæredem inſtituendo; deinde ſubiungit onus, & poſt oneris impoſitionem, ademptio ſubſequitur; & tunc illa ademptio dicitur facta per viam pœnæ. Primo caſu, ademptio conditionalis reddit relictum conditionale ſub contraria conditione: altero caſu relictum eſt purum, ſed priuatio contingit tanquam iuris quæſiti, neque ademptio reddit relictum conditionale.

28 Attamen hæc diſtinctio non recipitur, vbi agitur de re prohibita; nam nulla eſt tunc ademptio, etiamſi fiat ſub conditione: Surd.*d.deciſ.7.n.14* Menoch.*d.conſ.78.à n.18.* Peregr.*de fideic.art.11.n.95.* Paul. Bellon. *dict.cap.58. num. fin.*

NOTABILE III.

29 Tertio notandum eſt, quod ex eo qood Adam ſucceſſor in dicto primo omnium Maioratu, non obtemperauit conditioni, imò inobediens, contra iuſtum illud præceptum in ſignum obedientiæ, & memoriam ſui conditoris ſibi impoſitum, fuit auſus inire, priuatus eſt ſucceſſione, & poſſeſſione illius.

30 Cuius exemplo Iuriſconſulti tenent quod non ſeruantes poſſibiles, iuſtas, atque hoeſtas conditiones, à reſtatore, ſiue Maioratus inſtitutore appoſitas, priuandi ſunt ſucceſſione: *Auth hoc amplius: C. de fideicom.* D.Molina *lib.2.cap.11.n 34.* per text in *l.Mænius, & l.Qui heredi,* & per totum titul.*ff.de cond.& demonſtr. l.1. per tot. ff.de cond.inſtit. l.facta §.in dando*: cum ſimilibus, *ff ad Trebell* P.Molina *de iuſtit.& iur.tract.2.diſp.612.n.1.* Dom.D Ioan.à Caſtillo *lib.5. dict.cap.94. num.11.*

31 Hinc eſt, in Maioratuum ſucceſſionibos, quod ſi conditioni appoſitæ ab inſtituente Maioratum, eiuſque præcepto poſſeſſor non pareat, Maioratu priuatur, & ſequens ſuccedit: Paulus Patiſius *conſil.16. num.127.lib.7. & conſ.26. à num.11.lib.4.* Decius *conſil.273.n.2.* Tiraquellus *de leg.connub.gloſ.1.p.6. n.27.* Mieres *part.2.quæſt.4.illat.8.* & eos referens Balthaſar Thomaſius *tract.9.de Maioratibus,cap.6.n.7.& ſeqq.* vbi ampliat, & limitat latè.

NOTABILE IV.

32 Notatur quartò, quod ne Adam ignorantiam allegare poſſet, fuit admoninis, & interpellatus à Deo, & de grauamine, & conditione adimplenda certior factus, fuitque appoſita dies in comminatione pœnæ, ad hoc vt propter contrauentionem ſciret ad priuationem deueniendum fore, ibi dicens: *Ex omni ligno Paradiſi comede, de ligne autem ſcientia boni & mali ne comedas, in quacumque enim die comederis ex eo, morte morieris.*

33 Inſtructos ex hoc credendum eſſe fuiſſe iuris Peritos ad ſtatuendum, quòd priuſquam ad priuationem hæreditatis, legati, fideicommiſſi, ſeu Maioratus deueniri poſſit, admoneri debet grauatus de conditione, ſeu grauamine, & eius pœna, ne contraueniat: *l.fin.&*
34 *Auth hoc amplius, Cod. de fideicom. §.ſi quis autem, Auth de Eccleſiaſt. titul.l.fin. tit.10 p.6.* Et text. *in d. Auth. hoc amplius*, ad intentum explicat poſt Gozadin. *conſ.34.n.6.* Aymoo Craueta *conſ.59.n.7.* D Molin.*de primog.lib.2.cap.14.à n.13.vſque ad 34.* vbi omnino eſt videndus, ſi caſus ſe offerat, quia nihil cogirandum relinquit: Felinus *conſ.34 in princ.& n.41.* Mieres *p.3. q.18.n.17.* Menoch *conſ.131.n.6.lib 2.& conſ.533. à n.1. & conſ.1011.n.7.* P.Molina *tom.2.diſp.615.n.4.* Cephal. *tom 4.conſ.497 n.5.& 6.* Burſat.*conſ.1.n.11. lib 1.* Ioan. Vincent.Honded.*conſ.68.n.25.lib.2.* Simon de Prætis *de interpret. vltim. volunt. fol.452. à n.31.* Surdus *deciſ.57.à n.2.* Stephan.Gratianus *tom 4.cap.798.à n.20.* Iacob.Cancer.*lib.3.variar.c.22.à n.87.* Dom.D Ioan. à Caſtillo *lib.5.cap.94. n.11. & cap.115 n.16.* Vincent. Fuſar. *quæſt.582. à n.10.* vbi ſe habet cum ampliationibus, & limitationibus: Additionat. ad D.Molin. *lib.2. cap.14.ſuper num.23.*

Qui ferè omnes in vnum conueniunt, quod in ma- 35
teria fideicommiſſorum, ſeu Maioratuum, poſt interpellationem non erit expectandum tempus anni, quod requiritur ex diſpoſitione dictæ Authent. *hoc amplius, C.de fideicom.* Nam ſi conditio, ſeu grauamen eſt appoſitum in vim conditionis, ſtatim cum primum potuerit grauatus, adimplere renetur, etiam non interpellatus, alioquin vlteriori vocato ſucceſſio defertur, & non tranſit in vocatum neque dominium neque poſſeſſio Maioratus, niſi grauamen, ſeu conditionem priùs adimpleat.

Si verò in vim modi grauamen appoſitum eſt, in- 36
terpellatio neceſſaria eſt, & poſt eam priuatur iure Iam quæſito, neque opus eſt annum elabi: D.Molina, *d.lib.2.cap.14. à num.13.* vbi rationes reddit, & Steph.Gratian.*d.cap.798.n.10.* Additionat.ad D.Molinam in *d.cap.14. ſuper n.23.*

NOTABILE V.

Quintò notatur, quod contraoentio facta ab Ada- 37
mo, non fuit per caſum, incautè, inſcienter, & ſine dolo, ſed ex propoſito; voluit enim ſcire, ſicut Deus, bonum, & malum: quod colligitur ex eo quod præſente Adamo, & eo audiente & ſcieute, fuit ſermocinatio inter Euam & Serpentem *Geneſ. d.cap.3.* ibi: *Quia audiſti vocem vxoris tuæ & comediſti.* Nam Adã medius erat inter eos Diu. Chryſoſtomus *tom.1. de lapſu primi hominis, fol.139. lit.F.* ibi: *Stabat Adam inter Vxorem & Diabolum, inter Euam & Hoſtem, inter mulierem & ſerpentem, &c.* Et ſic ſerpens loquens cum eis, viro & muliere in plurali numero, dixit: *Nequaquam morte moriemini, ſcit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malum. Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectùque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo, qui comedit,*

Ex hoc deduces, quod nil mirum ſi Iuriſperiti hac 38
conſideratione teneant, quod hæres, vel ſucceſſor Maioratus non debet eo priuari ob contrauentionẽ, niſi ſcienter, & dolosè, ſeu ex propoſito contraueniat conditioni, ſeu præcepto inſtitutoris; nam ſi ignoranter contraueniat, pœnam priuationis non incurrit. cum ignorans non delinquat. nec dolum, nec culpam committat: *l.3. §. ſi quis ignorans. ff.ad Syllanianum: leg.ex maleficiis §.1. verſ.Longè minus, ff.de act.& oblig.* Gloſ.*verb. reſtituitur: in l.eo tempore, ff. de public.& vectigalibus*: & vbi non eſt delictum, non debet ſubeſſe pœna: *l.ſane, C.de pœn.* & in terminis, ita probant Cephal *conſ.14. à n.14.* D.Molina *lib 2.cap.14.n.21.* Burſatus *conſ.167. à n.1. lib.2.* Mandell.de Alba *conſ.97.à n.35. lib.1.* Ioan.Vincent.Honded.*conſ.68.n.18.19.20.vol.2.* Additionat. ad D.Molinam *d.lib.2.cap.14.n.13. verſ.Hæc omnia declarantur 1.dummodò contrauentio conditionis.* Dom. D.Ioan. à Caſtil.*lib.5.d.cap.94.n.20.*

Digitized by Google

NOTABILE VI.

39 Sextò notatur ex *Geneſ. dict. cap.3.* quod quilibet, ſcilicet ſerpens, mulier, & vir, ob ſuam propriam culpam condemnatus fuit: vnde colligitur, quod quamuis Eua contraueniſſet præcepto, ſi eius vir, cui appoſitum fuit præceptum, ſeu grauamen, non etiam contrauenifſet, non fuiſſet condemnatus.

40 Ex hoc deſcendit optima illa Iuriſprudentia, quod vnus non debet priuari hæreditate, ſeu Maioratu, propter contrauentionem & culpam alterius cohæredis, ſiue conſortis vel ſocij ſimul vocati, ſeu inſtituti, *l. Paterfamilias* 44. *ff. de hared. inſtit.* vbi etiam Bart. & Scribentes: & facit tota Rubrica *C. ne filius pro patre, nec vxor pro marito.* Ratio eſt, quia nemo debet alterius odio prægrauari: *l. Quidam ita* 25. *§. ſi quis filium, in fin.* ibi, *ne factum cuiuſquam alteri damnum afferat, l. ſi quis in ſuo §. fin. C. de inof. teſtam.* Surdus *deciſ.* 101. *per tot.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo *dict. lib.* 5. *cap.* 94. *n.* 14. Vincent. Fuſar. *quaſt.* 582. *à num.* 17. *vſque ad num.* 22.

NOTABILE VII.

41 Notabitur ſeptimò, quod excuſatio, de qua excipit Adam, fuit cum dolo & calliditate, & quaſi arguendo ſuum Creatorem, & inſtitutorem de culpa, in dando ſibi ſociam, & exinde occaſionem contrauenjendi: nam ad accuſationem reſpondit, prout videre eſt *in cap 3. Geneſ.* ibi: *Dixitque Adam, mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi, &c.* Et ex beneficio ſibi à Deo facto, dum dedit ipſi ſociam cauſa adiumenti, & ne eſſet ſolus, *Geneſ. d. cap.* 2. ibi: *Dixit quoque Dominus Deus, non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Deducit ſuam defenſionem, atque quaſi culpando offenſum, & benefactorem, beneficium à Deo ſibi factum, vxorem & ſociam ad eius ſolatium formando, retorſit in Authoris iniuriam, ſuum delictum contrauentionis attribuendo ſociæ, ſiue vxori; cùm verum eſſet, quod licet ſocia fuerit in culpa, attamen Adam grauius peccauit quam Eua: Diu. Chryſoſtomus *tom.* 1. *in Epiſtol ad Roman. cap.* 16. *ſerm* 31. *fol.* 390. *lit. A. & in Epiſtol. ad Olympiam, tom.* 5 *fol.* 398. *lit. L.* vbi reddit rationem ex Apoſtolo 1. *ad Timoth. cap.* 2. *in fin.* ibi: *Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua, & Adam non eſt ſeductus, mulier autem*
42 *ſeducta in prauaricatione fuit.* Ideò excuſatio Adami venia caret: quod probat conuincens eum de dolo, & culpa, Diu. Chryſoſtomus, *tom.* 1. *ad Geneſ. cap.* 3. *fol.* 19. *lit. C.* alloquens nomine Domini ipſum Adamum his verbis: *Qua enim venia dignus es? (inquit Deus) qui mea præcepta obliuiſceris, & mulieris datum meis verbis præferendum putas? Nam licet mulier cibum dederit, ſufficiebat tamen mandatum meum, & timor ſupplicij ad fugam eſcæ prohibitæ: non ignorabas, non neſciebas? Ideo enim curam veſtri gerens prædixi, ne in hæc incideretis, vt licet mulier tibi ad tranſgreſſionem mandati miniſtraret, tu propterea inſons non fores. Maiorem fidem mandato meo te habere oportebat, & non ſolum vt ipſe ab eſu caueres, ſed vt mulierem doceres peccatorum magnitudinem; caput es mulieris, & propter te illa producta eſt; tu autem ordinem ſubuertiſti, & non ſolum illam non correxiſti, ſed & ipſe ſimul arreptus es, & oportebat corpus reliquum capiti obſequi; ſed diuerſo modo res euênit, corporique reliquo caput obſequutum eſt; & quæ ſurſum erant, in infimum locum venerunt.* Et inferiùs.

Verumtamen licet omnia hæc tibi acciderint, nulli tamen alteri cauſam culpámve adſcribe, ſed tibi ipſi, & tuæ ignauiæ. Neutiquam enim te nolentem mulier in tantam induxiſſet ruinam. Num obſecrauit? Num diſſeruit? Num decepit? Dedit tantum; & ſtatim tanquam facilis ad ſumendum cibum adductus es. Nullam mandati, vel præcepti mei memoriam feciſti; putaſti te à me deceptum eſſe, & propterea cibum hunc tibi non dediſſe, ne bonis maioribus fruereris; & quomodo rationi conſonum, quod ego te fallerem, cui tot ante beneficia contuli? & iſtud ipſum, quanta beneficij magnitudo erat, vt prædicendo diſtinguerem à quo abſtinendum eſſet, quò non incideres, in qua inceſiſti.

Alibi etiam Diu. Ioan. Chryſoſtomus *tom.* 1. *de lapſu primi hominis, fol* 139. *lit. H.* ponderando dolum & culpam Adami dixit, quod Adam maluit Diabolo perſuadenti, quam Deo comminanti obedire, ita ſic: *Proh nefas! præceptum Domini contemnitur, & perſuaſio ſerpentis auditur: deſpicitur Deus prouidens, & ſerpens auditur decipiens: ſpernuntur ſalutaria monita, & recipiuntur venenata colloquia.*

Vnde infertur quod ſi Adam non doloſè, ſed igno- 43
rantèr, vel iuſtis rationibus ductus, vel non iuſtis, ſed ſine calliditate, vel caſualiter abſque ſua voluntate contraueniſſet, vel errore probabili cauſato ab ignorantia facti, vel imbecillitate perſonæ, non debuiſſet priuari Maioratu.

Ab hoc Notabili, doctrinam accipiunt Iuriſperiti, 44
qui in ſimili caſu obſeruant, quod ſi contrauentio continet dolum, non prodeſt excuſatio: proderit verò, ſi non contineat dolum, ſcientiam, & voluntatem contrauenjendi, ſed errore probabili cauſato ex ignorantia facti, vel imbecillitate perſonæ, textus & Gloſ. *verb. errore, in l.* 4. *C. de inceſt. nupt.* & priuari non debet Maioratu, nam excuſatio cum qualibet cauſa admittenda eſt: vt probat Curtius iun. *conſ.* 19. *num.* 5. *lib.* 5. Ioan. Vincentius Hondedeus *conſ.* 68. *n.* 21. *vol* 2. per text. in *l igitur ſciendum* 12. *ff. de liber. cauſ.* vbi Vlpian non ſolum exemplis, ſed etiam generaliter hanc Iuriſprudentiam declarat ita ſic: *Poteſt & ſeruus ſine dolo malo in libertate morari, vtputà teſtamento accepit libertatem, quod nullius momenti eſſe ignorat: vel vindicta ei impoſita eſt ab eo, quem Dominum eſſe putauit, cum non eſſet; vel educatus eſt quaſi liber, cum ſeruus eſſet; & generaliter, quotiens quis iuſtis rationibus ductus, vel non iuſtis, ſine calliditate tamen, putauit ſe liberum, & in libertate, moratus eſt; dicendum eſt hunc in ea cauſa eſſe, vt ſine dolo malo in libertate fuerit, atque ideo poſſeſſoris commodo fruatur.*

NOTABILE VIII.

Octauò notatur, quod ad Maioratus, ſiue Paradiſi 45
priuationem ob contrauentionem, voluit Deus, quod per plenam probationem conſtatet de contrauentione, & tranſgreſſione præcepti, ſeu conditionis: & ideò in iudicio facto cum Adamo, voluit conſtare ex probatione eius confeſſionis.

Vnde bene inſtructi Iuriſperiti obſeruant, quod 46
contrauentio non præſumitur: & qui dicit hæredem, ſeu Maioratus ſucceſſorem non ſeruaſſe conditioné, & contraueniſſe, tenetur probare, & requiritur plena probatio: Bart. *conſ.* 137. *n.* 4. Craueta *conſil.* 1. *num.* 7. *lib.* 1. Philipp. Corneus *conſ.* 11. *num.* 8. *& ſeqq. lib.* 2. Nonius *conſ* 28. *lib.* 2. Ioan. Vincent. Hondedeus *conſil.* 68 *num* 8. *&* 9. *lib.* 2. Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.* 5. *d. cap.* 94. *num.* 10. *& lib.* 6. *tom.* 2. *cap.* 127. *à n.* 47. Vincent Fuſar. *quæſt.* 582 *num.* 23.

Digitized by Google

NOTABILE IX.

47 Nonò iudico notandum eſſe,quod fragilitas ſexus, ſeu imbecillitas perſonæ, non fuit ſufficiens ad hoc vt reſtitueretur mulier, quæ ob contrauentionem priuari debuit: Tum quia fuit in dolo,& non ignorans conditionem à Domino in diſpoſitione tradita, *Geneſ. d.cap.*3. ibi: *Cui reſpondit mulier de fructu lignorum quæ ſunt in Paradiſo veſcimur: de fructu verò ligni, quod eſt in medio Paradiſi præcepit nobis Deus ne comederemus, &c.* Tum ob contrauentionem viri ſui, quia contrauentio viri, atque prælati, cùm ſit caput, nocet ſuæ vxori; ſicuti dolor in capite nocet etiam toti corpori.

48 Secundùm hoc notabile,nil mirum quod iuris Interpretes teneant, quod non ſolum mulier,ſed etiam minor, & Eccleſia, non ſint reſtituendi ſi contraueniant præcepto, ſeu conditioni teſtatoris, ſiue Maioratus inſtitutoris, quando minor, ſiue eius pater, legitimus adminiſtrator, vel Prælatus Eccleſiæ non ignorans præceptum, ſeu conditionem, eam non adimpleat, imò doloſè verſati ſunt in contraueniendo. Et loquens de Prælato Eccleſiæ, & de minore, probat optimis iuribus Bald. *in l. pupillorum in fin. Cod. de hæredit.* Vbi tenet quod ſi relinquatur Eccleſiæ hæreditas, ſi intra annum ædificauerit Monaſterium, alioquin priuetur hæreditate, vel relicto, & in aliam perſonam transferatur; & intra annum non ædificauerit Prælatus, priuatur, nec in integrum reſtituitur, quia cum ſciret, ac poſſet conditionem adimplere, dolum commiſit non adimplendo.

49 Quod idem procedit in minore; cùm aduerſus dolum proprium minor non ſit reſtituendus: *l. Auxilium* §.*in delictis, l.ſi ex cauſa* §.*nunc videndum, verſ. Et placet, ff de minorib.l.*1. *C. ſi aduerſ.delictum.* Paulus Caſtrenſ.*conſ* 49.*lib*.2. Aretin.*conſ*.68,*n*.9. Paul.Pariſ.*conſil*.19.*num*.83.& 248. *lib*.2. Crauета *conſil*.204. *num*.23. Cephal.*lib*.3.*conſ*.356. *per tot.* vbi ex profeſſo agit de caſu, quo pater legitimus adminiſtrator filij minoris, qui doloſè fecit non adimplendo conditionem, & non paruit voluntati Teſtatoris, an tunc eius filius minor reſtitui debeat. Et reſoluit quod non, ex *num*.7. *vſque ad num*.51. Ioſeph. Ludouic. *concluſ*.16. *illat*.64. Menoch.*conſil*.425.*n*.18.*lib*.4. Oddo *de reſtitutione in integr q*.82.*art*.6. & cum aliis Dom.D.Ioan. à Caſtillo *lib*.5.*tom*.2.*cap* 127. & Vincent.Fuſar *q*.585. *per tot.* vbi *à n*.4. declarat quod debet reſtitui minor, quando non dolo, ſed errore probabili cauſato ex ignorantia facti,vel ex imbecillitate perſonæ conditionem non impleuit. Cephalus *dict.conſ*.356.*n*.46. & 51. Menoch. *d. conſ* 425. *in fin.* Oddus *de reſtitut. in integ.d.quæſt* 82 *art*. 6.*n*.60. Ioſeph Ludouicus *vbi proximè*, Vincent.Fuſar.*quæſt*.447.*n*.3. & eſt textus ad hoc, in *l*.4. *C.de inceſt.nupt.* vbi Gloſ. *verb errore*, & Gloſ.ſeq. & de aliis obſeruationibus, ampliationibus, ac limitationibus, recurrendum eſt ad Dom. D.Ioan. à Caſtil. *d.cap*.127. *à n*.26.

NOTABILE X.

50 Notatur decimò, quod Dominus noſter formauit iudicium,& ſuper eo tulit ſententiam declaratoriam, non obſtante quod impoſita fuit pœna ſtatim ipſo facto incurrenda: prout colligitur ex *Geneſ. dict. cap*.2. ibi: *In quacumque enim die comederis, morte morieris.*

51 Ab hinc edocentur Iuriſperiti,& in iudicando Iudices debent obſeruare, quod licèt ſucceſſor Maioratus contraueniat præceptis, & conditionibus in inſtitutionibus appoſitis, non valeat priuari, niſi prius formato iudicio, & per ſententiam declaratoriam iudicatum ſit contrauenisſe,& ex eo ad priuationis pœnam condemnetur. Quod procedere debet, ſiue præceptum, conditio, ſeu grauamen, cui parere, atque obedire ſucceſſor tenebatur, ſit in vim conditionis, ſiue in vim modi; dum tamen ſit in poſſeſſione, quâ priuari debeat, vti erat noſter primus pater Adam; & licet pœna priuationis in caſu contrauentionis ſit impoſita, ipſo iure, vel ipſo facto, ſeu ſtatim incurrenda, *cap. penult. de Hæretic. in* 6. Bart. *in l.eum quē delatorem, ff.de iur.fiſc.* Abbas *in cap.verum à n*.1. *de for. compet.* Bald. *in leg.quæ ſub conditione* §. *fin. ff de condit.inſtitut.* Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verb.reuocatur, à num*.400.*C.de reuoc.donat.* Curtius ſenior *conſil*.60. *num*.18. Crauеta *conſ*.239. *num*.2. Hyppol. Riminald.iun. *conſ*.72. *à n*.136. *lib*.1. Menoch. *conſil*.99. *num*.171. & *conſ*.162.*n*.5. Ant.Gabriel *conſ*.51. *num*.34. *lib*.1. Tiber.Decian. *in tract.crimin.lib*.5.*cap*.44. *à n*.1. Burſat.*conſ*.14.*n*.18. *lib*.1. Simon de Prætis *de interpr. vltim. volunt. fol*.583. *num*.88. Peregrinus *de iur. fiſc. lib*.4.*tit*.5. *num*.8. D.Gregor. Lopez *in l. fin. titul*.10. *partit*.6. *verb.Por juizio.* Humada *in l*.16. *tit*.16. *partit*.1. *gloſ*.4. *n*.2. Farinacius *de Hæretic. quæſt*.190. §.1. *num*.5. Magonius *deciſ. Florent*.16. *per tot.* Vincent. Fuſar. *de fideic. ſubſtit. quæſt*.583. *per tot.*

NOTABILE XI.

52 Notandum eſt etiam vndecimo loco, quod Adam propter contrauentionem, & inobedientiam præcepti, atque conditionis, non ſolum fuit eiectus nudus à Maioratu gratiæ, ſed etiam ab omni fructu bonorum tam temporalium, quàm ſpiritualium. Ex quo infertur, quod in pœnam contrauentionis fuit condemnatus ad priuationem rei cum fructibus, vt ab eis excluderetur, tanquam ſi nunquam fuiſſet vocatus, & ad ſucceſſionem admiſſus; ſiquidem ob tranſgreſſionem, in executionem ſententiæ, omni bono ſibi conceſſo fuit ſpoliatus, & ita nudus exiuit à Paradiſo. *Geneſ. in d.cap*.3.

53 Documentum capere ab his credendum eſt Iuriſperitos, dum tenent, Quod ſucceſſor Maioratus, qui per contrauentionem cadit à Maioratu, debet eorum bona reſtituere cum fructibus, quia cenſetur nunquã vocatus: D.Molina *lib*.2.*cap*.12.*n*.20. Peregrin. *de fideic.art*.11 *num*.133. Mieres *part*.2.*quæſt*.4.*illat*.8.*n*.37. Pater Molina *tom*.2.*diſput*.615. *num*.3. Vincent.Fuſar. *quæſt*.447. *n*.3. & *quæſt*.584. *per tot.* per text. in *l. liberto* 21. *Digeſt. de ann. leg. l. ſi hæres, ff. de cond. ob cauſ.*

54 Sed hoc accipiendum eſt cum hac diſtinctione, quod contraueniens tunc teneatur reſtituere res Maioratus cum fructibus, quando grauamen fuit in vim conditionis, vel in vim modi, qui conditioni æquiualeat: at verò ſecus erit, quando grauamen fuit relictum in vim modi: & ſic conſtitui debet differentia inter vocationem modalem, & conditionalem, ad hoc vt debeat, vel non, reſtitutio fieri cum fructibus: Additionat. ad Dom. Molin. *lib*.2. *cap*.14. *ſuper n*.23. *verſ. Declaratur tertio, vt contraueniens teneatur reſtituere rem cum fructibus, quando in vim conditionis, &c.*

NOTABILE XII.

55 Notetur denique, quod ſententia priuationis, de qua in *Geneſ. cap*.3. pronuntiata à Domino Deo noſtro ob contrauentionem, non ſolum fuit perſonalis, ſiue contra perſonam contrauenientis, & tranſ-

Digitized by Google

greſſoris, ſed etiam realis contra eius deſcendentes, ac poſteritatem; ita eſt verum ac de fide, ſecuodùm Apoſtol. *ad Roman.cap.5.* idem dicit Hieremias *c.31. v.29.* vbi dicitur: *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.* Ezechiel.*cap.18. v.2. cap. regenerante 136. & cap. ſeq. cap. placuit 153. de conſecrat.diſt.4.* Concilium Trident.*in decreto de peccato Originali, verſ.Si quis Adæ prauaricationem ſibi ſoli, & non eius propagini aſſerit nocuiſſe, & acceptam à Deo ſanctitatem & iuſtitiam; quam perdidit, ſibi ſoli, & non nobis etiam perdidiſſe,&c.* Et in *verſ. Sequenti, ſeſſ.5.*

56 Sed quare in hac ſententia priuationis de Maioratu diuinæ gratiæ ob contrauentionem noſtri primi Parentis comprehenſi ſunt eius deſcendentes, qui inobedieotes minimè fuerunt præcepto,& conditioni, nec ei contrauenerunt, nec tranſgreſſioni ſui prædeceſſoris aſſensêre? & alibi ſcriptum ſit, *Quod filius non portabit iniquitatem patris*: & quod non occidentur patres pro filiis, neque filij pro patribus, *ſed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur*, Ezechiel. *in ipſomet c.18. verſ.20.* & Ieremias *d. cap.31. verſ.Sed vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur: cap.1.& 2. cap.crimen,vel pœna paterna 6. cap Iudei.7.cap.iam itaque 8. cap.non imputantur 1. quæſt.4.*

57 Reſpondetur, quod nos deſcendentes ab Adam comprehenſi ſumus in dicta ſententia priuationis ob contrauentionem parentum noſtrorum, non ex eo quòd poſt natiuitatem & in vita noſtra inobedientes præcepto, atque contrauenientes conditioni ſumus; ſed quoniam caro noſtra tanquã caro & ſanguis contrauenientium, & ab eis per propagationem deriuata fuit ipſa contraueniens; & provt dicit Genebrardus *in Pſalmo 50.verſ.7. verb.conceptus ſum. Nempe in conceptu transfunditur per ſeminis emiſſionem. Semen enim virile eſt peccati originalis vehiculum, vt non ſit diſputandum, animáne,an corpus illud inuehat. Cap. iam itaque 8. cauſ.1. quæſt 4.* vbi ex Auguſtino, *iam itaque cum homo in ſe ipſo eſt, ab eo, qui genuit eum, alter effectus, peccato alterius ſine ſua conſenſione nõ tenetur obnoxius:traxit ergo reatum, quia vnus erat cum illo, & in illo, à quo traxit, quando, quod traxit, admiſſum, ſiue admixtum eſt. Non autem trahit alter ab altero, quando ſua vnoquoque propria vita viuente, iam eſt.* Diu. Thomas *1.2.quæſt.83 art.2.* Vbi concludit, quod dicta macula, & labes, ab ipſa generatione eſt, & ſemine. Et ex Iuriſperitis Cynus in *l. ſancimus, C.de pœn. & in l.quiſquis num.1. C.ad legem Iul. maieſtat.* reddit rationem dicens: *Quoniam à ſanguine infecto procedimus, ſumuſque Adami corporis pars, quæ quidem licet non ſit culpa formalis, poteſt tamen quodammodo dici virtualis, & contentiua, proueniens ex ſemine parentis infecto, & improbato.* Concil.Trident. *ſeſſ.5. in decreto de peccato Originali*, ibi: *Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum eſt,& propagatione, non imitatione, transfuſum omnibus ineſt vnicuique proprium, &c.*

58 Placuit equidem voluntati diuinæ facere conceſſionem Maioratus Paradiſi, atque diuinæ gratiæ in Adam tanquam in capite morali, non ſolum ſibi,ſed etiam eius filiis ac deſcendentibus omnibus, ſub illa conditione non contraueniendi ſuo præcepto,& ſub illa pœna mortalitatis; & ſic priuatus cùm fuiſſet per ſententiam hoc Maioratu ob cauſam contrauentionis, priuati etiam fuerunt eius deſcendentes, tanquam deriuati ab illa radice,& ſanguine infecto. Vnde dicitur peccatum originale eſſe priuationem iuſtitiæ originalis, ex communis ſanguinis propagatione ab Adamo deriuata: Azor *de inſt moral.lib.4.c.26. prope fin.* P.Vaſq.*tom.2.diſp.151.n.18. & 19.*

Cum itaque filij, ac deſcendentes fuerint admiſſi ex capite morali Adami ſub illa conditione, ſequitur quod ſub contraria conditione ob contrauentionem fuerunt etiam excluſi ex ipſomet capite morali Adami, quia eramus in lumbis eius, & deriuationis naturâ per ſemen virile ſecundum concupiſcentiam carnis fuimus in Adamo, vnde ſicut Adam, ita & nos etiam in pœnam contrauentionis incidimus, tanquam contrauenientes in capite Adæ. 59

Exinde ad maiorem declarationem,& enucleationem huius, quod dictum eſt, tria exiſtimo poſſe inferri. Primum,quod non erit comprehenſus filius,ſeu deſcendens contrauenientis, ſi non per ſemen virile ſecundum concupiſcentiam carnis deſcendat. Vnde ex vi huius rationis naturalis conſtanter confitendũ eſt, non eſſe comprehenſum Chriſtum Dominum noſtrum, ex eo quod non per ſemen virile ſecundum concupiſcentiam carnis deſcendit ex Adam. Quod quidem ex D Thoma, Auguſtino,& aliis concludenter probat ingenioſus ille Luſitanus Iacobus à Sà *de Primogenitura, in commentar. ad legem mentalem*, in quæſtione, quam diſputat, *An filius ſecundogenitus præferendus ſit nepoti ex primogenito mortuo, viuente Auo, ſtante legis mentalis Luſitana diſpoſitione* qui in *num.28.* multa de Chriſto Domino noſtro, de Leui, de Adam creatione, atque Euæ formatione diſſerit, reſoluens ex mulieribus ſeriem generationis nõ texi. Vnde infert quod nepos cum ſit pars corporis patris, & verè ſe primogenitum cum poſſit prædicare, excludit Patruum ab Aui ſucceſſione, & ita ad noſtrum intentum literaliter ſe habet in *d.n.28.* 60

Geneſ. cap.35. Reges de lumbis tuis egredientur, & Iob cap.40. fortitudo eius in lumbis eius, & ibi Gloſ. ordinaria, quæ dicit, Quod in animalibus maſculinis defluit ſemen à renibus ad membra genitalia. Et Apoſtolus ad Hebræos cap. 7. Adhuc enim (inquit) in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchiſedech, & ibi Gloſ & D.Thom. qui dicunt. Quod ſicut Adam peccante, qui in lumbis eius erant peccauerunt, ſic Abraham dante decimas, qui in lumbis eius erant, decimati ſunt: Quod non ſequitur in Chriſto, licet in lumbis Adæ, & Abrahæ, quia non ſecundum concupiſcentiã carnis inde deſcendit. Cum ergo & Chriſtus & Leui ſecundum carnem in lumbis Abrahæ eſſent, quando decimatus eſt, non ideo pariter decimati ſunt, quia ſecundum aliquem modum, non erat ibi Chriſtus, quo erat ibi Leui; ſecundum rationem quippe illam ſeminalem, ibi fuit Leui: qua ratione per concubitum venturus erat in matrem, ſecundum quam rationem non ibi erat Chriſti caro, quamuis ſecundum ipſam ibi fuerit Mariæ caro, Leui ſecundum concupiſcentiam carnalem, Chriſtus autem ſecundum ſubſtantiam corporalem inde venturus erat. Cum enim ſit in ſemine viſibilis corpulentia, & indiuiſibilis ratio, vtrumque cucurrit ex Abraham, vel ex ipſo Adam vſque ad Mariæ corpus, quia & ipſum eodem modo conceptum, & exortum eſt. Chriſtus autem viſibilem carnis ſubſtantiam de carne Virginis ſumpſit, ratio conceptionis eius non à ſemine virili, ſed longè aliter, ac deſuper venit. Proinde ſecundum quod de matre accepit, & in lumbis Adæ, & Abrahæ fuit: ille ergo decimatus eſt in Abraham, qui ſic fuit in lumbis eius, ſicut in lumbis ſui patris etiam ipſe Abraham fuit. Id eſt qui ſic eſt natus de patre Abraham, ſicut de ſuo patre Abraham natus eſt: vt aſſerunt Theologi in 3.ſententiarum 3. diſtinct. Et ob id in generatione non fit aliqua mentio de matre, quia totum quod filius habet, eſt à Patre, quandoquidem totum hoc intelligitur, vt ait Diu.Thom.in Epiſt.Pauli ad Hebræos, cap.7. In his, quæ in Abraham ſiue in Adam fuerunt ſecundum rationem ſeminalem, & cor- 61

pulentam

Digitized by Google

pulentam ſubſtantiam, & ob id adhuc Leui in lumbis erat Abraham, quando dedit decimas Melchiſedech. Et ſic Abraham decimato, decimatus eſt etiam Leui. Quod etiam confirmat Sapientia cap.7. vbi formaliter & ad literam dicitur: Sum quidem & ego mortalis homo ſimilis omnibus, & ex genere terreno illius, qui prius factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum, caro decem menſium coagulatus ſum, in ſanguine, & ſemine hominis. Et Gloſ. quæ dicit, Quod in generatione maſculus habet virtutem actiuam, & fœmina paſſiuam: potentia autem faciendi, & patiendi, vt inquit Philoſophus cap.9. Metaphyſicor. Eſt quodammodo vna potentia, & quodammodo non. Vna quidem eſt, ſi conſideretur ordo vnius ad aliam: vna enim dicitur per reſpectum ad alteram: Si autem conſiderentur hæ duæ potentiæ, actiua ſcilicet, & paſſiua; potentia autem paſſiua eſt in patiente: quia patiens patitur propter aliquod principium in ipſo exiſtens; & potentia paſſiua nihil aliud eſt quam principium patiendi ab alio; potentia verò actiua eſt in agente, vt calor in calefactiuo, & ars ædificatiua in ædificante; & quia potentia actiua & paſſiua, vt omnes aſſerunt, in diuerſis ſunt, manifeſtum eſt, quod nihil patitur a ſe ipſo, in quantum aliquid eſt aptum natum agere, vel pati. Per accidens autem aliquid pati contingit a ſe ipſo, ſicut Medicus ſanat ſeipſum, non vt Medicum, ſed ſicut infirmum. Cui enim ineſt principium agendi, non eſt principium patiendi. Nobis autem, vt ait Auguſtinus Cathegor c.13. regula illa ſufficiat, vt ſciamus, facere & pati, genere eſſe coniuncta, qualitate diſcreta. Etenim calidum quod frigido præſtat calorem ſui, ſub eodem genere eſt quo eſt frigidum, ſed diſcrepat qualitate, quòd calet; & doctus eum docet in doctum ſub eodem genere eſt, ſed qualiter diſcernitur: Claret ergo (inquit Auguſtinus) facere & pati, genere eſſe ſimilia; contraria, qualitate. Nam in naturalibus vitam habentibus imperfectam, vt in plantis, agens, & patiens vidimus in generatione non diſtingui, ſed in eodem actiuam eſſe virtutem, atque paſſiuam: & ideò ad organa corporis informanda, fœmina vt agens non exigitur, ſed maſculus, in quo virtus eſt actiua, & formatiua: alioquin non oportebat in animaliam generatione duo concurrere, niſi vni virtus actiua, & alteri paſſiua à natura diſtributa fuiſſet. Nam vt Hippocrates aſſerit, de humana natura lib.1. Nec quæ miſcentur, generant, niſi ſint eiuſdem generis, eandemque habeant facultatem. Licèt ergo aliqua virtus actiua, in præparanda ad genituram materia, fœminæ adſcribi poſſit, in qua ventris requiritur diſpoſitio, quæ proli fomentata præbeat, in ea tamen non eſt virtus actiua, ac formatiua conceptus, ſed in ipſo tantum ſemine, quod principium eſt actiuum. Nec tamen ad concipiendum fœtum, oportet, vt quemadmodum ſemen viri eſt actiuum principium, ita & ſemen mulieris neceſſariò adſit, vt principium paſſiuum: nam ſupra deductum eſt, & experientia (vt aſſerit Hieronymus Sabanarola de Ferrara in Triumpho Crucis, lib.3.c.8.) eſt compertum, plures mulieres abſque ſui ſeminis interuentu fœcundari; præſertim cum Apoſtolus ad Galatas, cap.4. dicat: At dum venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere. Et rurſus ad Roman. cap.1. Quia factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Et licet poſſet dicere, Natum ex muliere, ſignanter tamen dicit, Factum, & non, Natum. Naſci enim aliquid eſt ipſum produci non ſolum ex principio coniuncto, ſed fieri etiam ex principio ſeparato. Arca enim (vt ibi ait Thomas) fit ab Artifice, ſed fructus producitur ex arbore: principium autem generationis duplex eſt, ſcilicet materiale, & quantum ad hoc Chriſtus proceſſit ex principio coniuncto, quia materiam ſui corporis ſumpſit ex Virgine. Vnde ſecundum hoc dicitur naſci de ea. Matthæus cap.1. De qua natus eſt Ieſus. Aliud eſt principium actiuum, vt ſupra probatum eſt, quod quidem in Chriſto quantum ad id, quod principium habuit, id eſt quantum ad formationem corporis, non fuit coniunctum, ſed ſeparatum, quia virtus Spiritus Sancti formauit illud; & quantum ad hoc, non dicitur natus ex muliere; ſed factus, quaſi ex principio exteriori. Quæritur autem cum nos confiteamur Chriſtum natum ex Virgine, quare Apoſtolus dicat eum eſſe factum ex muliere? Et dicendum, quod illud naſcitur, quod naturali ordine producitur, ſicut fructus ab arbore, vel proles à parente; quod autem ex voluntate parentis producitur non ſecundum naturæ ordinem, ſicut domus ab artifice, non poteſt dici naſci, ſed fieri. Quia igitur Chriſtus (vt ait Thomas) ex Virgine proceſſit ex naturali ordine quantum ad aliud, ſcilicet, quod conceptus eſt ex fœmina ſpatio nouem menſium, dicitur natus; quia vero quantum ad aliud non naturali ordine, ſed ſola virtute diuina proceſſit abſque virili ſemine, dicitur factus. Et ideo Eua ab Adam dicitur facta, non nata; quoniam vt ait Chryſoſtomus, &c. Et de his ſat eſt, quæ licèt proſequatur lariùs Iacobus à Sà in d. num.28. ibi Lector curioſus videre poteſt, vt non ſit opus plura tranſcribere.

Secundum infertur, quod nec etiam comprehenderetur filius, ſeu deſcendens contrauenientis, neque etiam ſententia contra eum lata realis iudicari deberet, ſi genitus fuiſſet ante contrauentionem Patris. 62
Quapropter ſi ante tranſgreſſionem præcepti, & contrauentionem, aliquis ex filiis Adæ natus fuiſſet, admitti debuiſſet, & ei, vel ſuæ poſteritati non nocuiſſet poſtea contrauentio à noſtro primo parente commiſſa: Diu. Auguſtinus *tom.4. ſuper Deuteron. q.42. & in Pſalmo 48. verſ.5. liter F.* Magiſter ſententiar. *Pſalm.50. art.6.* ibi: *Nam in eis fuimus materialiter dum peccauerunt. Ergo ſi Adam alium filium habuiſſet dum peccauit, nullo pacto eum inficere potuiſſet peccatum Patris.* Et in noſtro Iure docent Bart. in *leg. emancipatum §. ſi quis, num.1. verſ. Primo caſu, ff. de Senator.* ibi: *Si vero quæris, an ex perſona Patris ſui, qui deliquit, filius excludatur? R. quod, aut conceptus erat ante maculam Patris, aut poſt: primo caſu, non nocet filio caſus Patris: ſecundo caſu nocet, &c.* Bald. in *l.2.n.1. C. de libert. & eorum liber.* ibi, *Delicta parentum non nocent filiis primò natis, ſed poſtea naſcituris, quia contrahunt rubiginem à linea iam infecta.* Cui conueniunt *l. emancipatum §.1 ff. de Senat. & d.l.2. C de libert. & eorum, filiis: & l.6 tit.27. partit.2. verſ. Pero eſto no ſe entiende de los hyos que huuieſſen fecho antes que erraſſen, mas de los, que deſpues heizieſſen, leg. fin tit.31. partit.7. l.3. tit.8. lib.8. nona Recopilat.*

Tertium denique infertur, quod aliter eſſet, quando ex voluntate Dei Domini noſtri, vel alterius inſtitutoris, aliquis ex deſcendentibus ex proprio capite fuiſſet admiſſus, & non in capite reali, vel morali ſui Parentis, quia tunc nonniſi contrauenien's eſſet excluſus, vti in ſpecie ſucceſſionum in fideicommiſſis, ſeu Maioratibus, apparebit ex infra dicendis *ad finem huius capitis.* 63

Vnde dicendum quod Deipara Virgo Maria Domina noſtra non fuit comprehenſa in ſententia à Deo Domino noſtro pronuntiata contra Euam atque Adamum noſtros primos Parentes, de qua *in Geneſ. dict. cap.3.* tanquam contra tranſgreſſores ſui præcepti. Quia licet ſit deſcendens ab Eua, non tamen in dolore peperit filium, prout aduertit poſt alios P. Franciſc. de Torres *in ſuo tractatu, Conſuelo de los deuotos de la Concepcion de la Virgen, lib.1. cap.1. col.6. verſ. Y aſſi la Virgen no pario a Chriſto ſeñor nueſtro con dolor antes bien con alegria, &c.* Et quamuis ſit deſcen- 64

dens

dens ab Adam, non fuit concepta ſub reatu peccati originalis, nam ex voluntate diuina pluribus ex cauſis credendum eſt immunem, atque præſeruatam fuiſſe, quod probatum extat ex profeſſo per integros libros, quos ediderunt Diuus Anſelmus *de Conceptione Virginis.* Diu. Cyrillus Alexandrinus *de ortu, & laude Sancta Mariæ.* Pat. Bernardinus de Buſtos *en ſu Marial.* P. Ambroſius Cathetino *in ſuis quatuor tractatibus* · Franciſcus Martinus *in compendio de la Concepcion:* Philip. Chesbeele *in tract. en deſenſa de la Concepcion* : Pat. Ioan. Veteriaqua *in tractatu en deſenſa del myſterio de la Concepcion.* Pat. Magiſter Sobrinus *in tractatu de la immaculada Concepcion de la Reyna de los Angeles.* Pat Loayſa *en deſenſa de la pura Concepcion* : Pat. Baptiſta Lezana *in ſua Apologia en deſenſa de la immaculada Concepcion.* Frat. Ægidius *de Præſentatione* : Ferdinandus Quirinus de Salazar *de Virginis Conceptione* : Fr. Franciſcus de Torres *in tractatu Conſuelo de loe deuotos de la immaculada Concepcion de la Virgen.* Miranda *de Conceptione Virginis* : & ſpecialiter comprobant Pat. Vaſquez *tom.2. in 3. part. S. Thomæ diſput.*116. Cæuallos *q.*346. Azor. *de inſtit. moral. part.1. lib.4 cap.34. quæſt.*3. Hieronym. Campanill. *diuerſ. Iur Canonic. rub.*12. *cap.13. num.*139. Paul Comitolus *reſponſ moralium lib.6. quæſt.*40. Pat. Martin. del Rio *diſquiſ. Magicar. lib.4. cap.1. quæſt.3. ſect.*54. Henriquez *in ſumm. lib.3. cap.*11. §.8. Emanuel Rodriguez *quæſt. regular. tom.1. quæſt.*57. Spino *in ſpeculo teſtam gloſ.5. princ. n.*17. Pat. Suarez *tom.1. lib.2. cap.8. n.2.* Alderete *de religioſa diſciplina lib.2. cap.20. num.*14. Galganetus *de iur. publico, lib 3. tit.*70. Portel. *de dub. regular. verb. Conceptio Deipara* : & referens Bullas Pontificias circa id promulgatas, P. Villalobos *in ſumma, part.1. tract.17 difficultad.25. num,*11. Don Franciſco de la Cueua y Sylua *in ſua allegatione de derecho diuino y humano por la puriſſima Concepcion de la ſoberana Virgen nueſtra Señora.* Auguſtin. à Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi, part.3 allegat.50. à num.109. & in remiſſionib. & in collectan. ad Concil. Trident ſeſſ.5. de peccato originali in fin.* Vergara *deſenſa en derecho por la immaculada Concepcion.* Guzman. *Verit. iuris Verit.1.*

65 Ab his omnibus Iuriſtæ capere debent doctrinas celebres in iudicando, & conſulendo, cùm exinde habeamus, quod priuatio per contrauentionem, inobedientiam, ſeu inobſeruantiam præcepti inſtitutoris alicuius Maioratus, non ſolum debet cenſeri perſonalis ſcilicet contra perſonam ſucceſſoris, qui non obtemperauit præcepto inſtitutoris; ſed etiam realis, ſiue linealis contra eius filios, ac deſcendentes: & ſic ſententia declaratoria in cauſa contrauentionis contra Patrem, nocet eius filiis.

66 Quod non indiſtinctè, & abſolutè accipiendum eſt: nam ſolet hæc vulgaris diſtinctio adhiberi: Aut veniunt filij ex perſona excluſa per contrauentionem, & tunc eius filij, & omnes alij ab ea perſona venientes etiam excluduntur, ex doctrina Bart. *in l. liberorum num* 16. *ff. de verb. ſignif.* Aut ex propria perſona, & proprio iure, & eo caſu licèt pater ſit excluſus ob contrauentionem admittuntur filij, in quibus contrauentio, aut delictum, ex cauſa odij ceſſat: Rolandus à Valle *lib.4. conſ.68. à n 3. vſque ad fin.* Ludouicus Gozadinus *conſ.34. à n* 11. Cephalus *conſ.*103. *per tot.* Vincent Hondedeus *lib.1. conſ.72. à n.42.*

67 Sed quamuis hæc diſtinctio communiter admittatur, & non ſit contemnenda, nihilominus ad aliam magis vniuerſalem, & magiſtralem recurrendum eſt.
68 Videlicet, aut voluntas expreſſa fuit inſtitutoris (ſi ad id poteſtatem habuit) præſumpta ſiue coniecturata, quod ob contrauentionem non ſolum pater contraueniens, ſed etiam eius filij ſint priuandi à ſucceſſione Maioratus; aut non conſtat de eius voluntate
tacita, vel expreſſa. Primo caſu, ſententia declarato- 69
ria contrauentionis, & priuationis, erit realis, ac linealis, non ſolum contra illum, qui contrauenit, ſed etiam contra eius deſcendentes. In ſecundo caſu erit perſonalis, ſiue contra perſonam tantùm contrauenientem, & inobedientem præcepto inſtitutoris, quia totum id pendet à voluntate inſtitutoris, ex doctrina Baldi in *l.1. Cod. de his quæ pœna nomine*, & aliorum Doctorum quos recenſet Alex. *conſ.138. num.24. vol.1. & conſ.52. in princ. & conſ.57. n.2.* Galganetus *de conditionib. & demonſtrationib. part.2. cap.5. q.3.* Hippolyt. Riminaldus *conſ.54. n.2. lib.1.* Surdus *deciſ.7. num.12.* Ioſeph. de Ruſticis *in l. cum Auus, de condit. & demonſtrat. lib.6 c.5.* & ex his, & aliis relatis à Dom. D. Ioan. à Caſtil. *lib.5. cap.94. n.1.*

Sed quomodo cognoſcere poſſumus, quando ex 70
voluntate inſtitutoris realis cenſeri debeat? Reſpondeo; quod recurrendo ad ea, quæ dicta ſunt in explicatione diuinæ ſententiæ, in ſpecie contrauentionis, à Deo Domino noſtro pronuntiata contra primum formatum hominem Adam, & eius primogenitum, ex illis colligemus declarationes, ampliationes, & limitationes ſequentes.

Sit prima declaratio, quando per generationem, 71
& naturalem propagationem filius, ſeu alius deſcendens, eſt comprehenſus in contrauentione à patre commiſſa, tunc quia in deſcendente ineſt caro, & ſanguis, ex diſpoſitione ac voluntate inſtitutoris prohibitus ad ſuccedendum in Maioratu, ſub conditione realis excluſionis conceſſo, & quia deriuat à ſanguine infecto, atque abſolutè excluſo, licet ipſe filius non ſit actualiter contraueniens, ſufficit quod Pater eius contrauenerit præcepto inſtitutoris, ad hoc vt ei noceat, & conſequenter priuatio non ſolum perſonalis, ſed etiam realis ac linealis cenſeri debet.

Attamen hoc exemplis aperiamus, ſit primum. 72
Quando Inſtitutor Maioratus præcipit ſub pœna priuationis, quod ſucceſſor non contrahat cum perſona maculata, quæ deſcendat ex Iudæis, Mauris, ſeu Sarracenis, Hæreticis, pœnitentiam paſſis, ſeu conuerſis condemnatis in Tribunali Sancti Officij, vel his ſimilibus; aut quod non contrahat matrimonium cum ignobili, vel alia perſona ex generatione, vel familia ſibi odioſa, vel ei, vel ſuæ familiæ inimica: quia ſi pater, vel alius ex aſcendentibus contraueniat, priuatur non ſolum perſonaliter ipſe, ſed etiam eius filius, & quilibet alius deſcendens ex illa radice infecta, reprobata, vel odioſa inſtitutori: Mieres *part.2. quæſt.4. illat.8. num.3.19. & in part.4. quæſt.23. n.44.* vbi alium refert caſum, quo inſtitutor Maioratus ordinaſſet, quod ſi poſſeſſor Maioratus contraxiſſet matrimoniũ cum ſua concubina, vel aliter indigno, ipſo facto amitteret bona Maioratus; & concludit quod ſi contraueniat, ipſo facto priuari debet, & proximus in gradu ſuccedere debet, & excludere filium, qui poſtea natus ſit ex eo matrimonio: Dom. D. Ioan. à Caſtil. *lib.5. tom.2. cap.*178. *num.2. verſ. Diſtinguendum itaque, in fin.* Dom. D. Ioan. Baptiſt. de la Rea *deciſion. Granatenſ.51. n.43.*

Aliud exemplum erit, ad demonſtrandum quod 73
per contrauentionem patris, filius, & omnis ab eo procedens naturaliter per generationem, excluditur realiter ac linealiter, quando ad hoc, vt ſucceſſores ſe abſtineant ab illicito, & luxurioſo complexu præcipit inſtitutor Maioratus, quod non ſuccedant niſi filij legitimi, & de legitimo matrimonio procreati, & non filij ſpurij, vel naturales; quia etſi nepos, & pronepos, vel alius deſcendens ſit ex legitimo matrimonio

nio procreatus, attamen pater naturalis tantum, aut
ſpurius, excluditur, & nepos, & omnis ex ea linea
procedens, eo quod procedant ex defectu legitima-
tionis in generatione per contrauentionem Patris in-
fecta: nam illegitimitatis vitium reale eſt, & totam
lineam inficit: *l. fin. C. de natur. liber.* Dom. D. Ioan.
à Caſtil. *lib. 5 part. 1. cap. 103. per tot.* Dom. D. Ioan. Ba-
ptiſta de la Rea *tom. 1. deciſ. Granatenſ. 54. num. 63. &*
tom. 2. deciſ. 51. n. 43.

74 Ampliatur primò, hæc noſtra declaratio in ſpecie
primi exempli, etiam in filio, vel alio deſcendente il-
lius ſucceſſoris, qui adhibuit diligentiam ad ſcrutan-
dum genus eius perſonæ cum qua contraxit matri-
monium, & poſt contractum apparet fuiſſe perſo-
nam maculatam ex genere Iudæorum, Sarracenorum,
vel ignobilium, vel aliorum, quorum ſanguis repro-
75 batus fuit ab inſtitutore. Nam licet Pater ſucceſſor
non debeat priuari ſucceſſione, ſi diligentias adhi-
buit, ad ſcrutandum genus, ſeu generationem illius,
cum qua contraxit, D. Molina *lib. 2. cap. 13. n. 29.* Mie-
res *part. 1. quæſt. 51. num. 55.* P. Thom. Sanchez *de ma-*
trim lib. 1. diſput. 34. n. 4. per text. *in l. ſi quis patrem,*
76 *ff. ad Macedonianum.* Nihilominus filij, ac deſcen-
dentes ex ipſo matrimonio, excluſi cenſentur, ex præ-
ſumpta mente inſtitutoris, quia naturaliter ex gene-
ratione illius ſanguinis reprobati, reſultant impediti.

77 Ampliatur ſecundò, ex ſolo odio contra patrem;
quia ſi pater eſt odioſus inſtitutori, etiam per ſolam
contrauentionem, quando in contemptum inſtituto-
ris, aut cum eius iniuria non adimplet eius præce-
ptum, ſeu conditionem, tunc cenſetur filius, & om-
nes à patre deſcendentes etiam odioſi, & ideò in ex-
cluſione patris per contrauentionem cenſetur etiam
excluſus eius filius, ac deſcendens.

78 Declaratur hæc ampliatio in caſu, quo inſtitutor
apponat conditionem aſſumendi cognomen, & inſi-
gnia, ſeu arma ſuæ familiæ; & per contemptum gra-
uatus non adimpleat, ſed contraueniat, tunc per eius
contrauentionem excluditur etiam filius, & priuatur
omnis ab eo contrauenientе deſcendens: Paul. Pariſ.
conſil. 19 num. 83. lib. 2. Tiberius Decius *conſ. 2. n. 148.*
lib. 2. Vincent. Fuſar. *quæſt. 447. n. 6.*

79 Ratio eſt; Quia cum hæc conditio aſſumendi no-
men & arma inſtitutoris, tendat ad conſeruationem
honoris, & memoriam ipſius. Paul. Pariſ. *dict. conſ. 19.*
num. 33. ſpernens talem conditionem ſeu præceptum,
& inobediens, iniuriâ maximâ afficit inſtitutorem,
cum ſit de his, qui concernunt honorem & memo-
riam ipſius; & ſic eſt odioſus ipſi inſtitutori: ex Alex.
in conſ. 138. num. 12. in fin. & num. 14. & aliis, Paul. Pa-
riſ. *dict. conſ. 19. num 52. 53 & 56.* Marta *de ſucceſſ. legal.*
part. 4. q. 12. art. 9. n. 11.

80 Et tale odium, quod ex iniuria, & contemptu na-
ſcitur, eſt tanquam vitium reale in linea, non ſolum
circa patrem, ſed etiam eius deſcendentes. Vnde di-
citur, quod deſcendentes ab odioſo, reputantur odio-
ſi: Socinus *conſ. 37 num. 6. vol. 3.* Paul. Pariſ. *d. conſ. 19.*
num. 83. vol. 2. & conſ. 43 n. 47. vol. 3. Peregrin. *de fidei-*
com. art. 18. n. 34. & cum Simone de Prætis, & aliis,
Surdus *deciſ. 41. n 8.* Pereyra de Caſtro *deciſ 8 n 9.* &
Vincent. Fuſar. *d. quæſt. 447. n. 6.* & Marta *de ſucceſſ. le-*
gal. dict. 4. part. q. 12. art. 9. n. 11.

81 Ampliatur tertiò. Quando vocatus eſt filius con-
templatione patris: tunc patris contrauentio filio no-
cet, & priuatio ad filium extenditur: Socinus iun.
conſil. 129. num. 11. lib. 2. Peregrin. *de fideic. art. 18. n. 32.*
in fin. Marc. Ant. Natta, *conſ. 470. n. 29.* Vincent. Fuſar.
quæſt. 575 num. 7. Marta *vbi proximè, 4. part. quæſt. 12.*
art. 9. num. 8.

82 Ampliatur 4. Ex præſumpta voluntate inſtituto-
ris, quando in caſu contrauentionis vocatus eſt no-
minatim, & proprio capite aliquis ex his, qui non ſint
ex filiis, vel deſcendentibus contrauenientis; quia
tunc ſi in caſu contrauentionis ſubſtituta eſt perſona
certa, hæc, quæ nominata fuit ſub nomine proprio
ſuccedet excluſis liberis ac deſcendentibus; & ſic
per contrauentionem erit realis ac linealis priuatio
contrauenientis: Alex. Raudenſ. *de Analog. lib. 1. c. 37.*
num. 121. Ioſeph. de Ruſticis *in l. cum Auus, lib 6. c. 51.*
à num. 11. & cum Ruyno *conſil. 109. num. 18. lib. 2.*
& aliis.

Ampliatur quintò. Si filij ſeu deſcendentes ſunt 83
vocati ſub conditione, *ſi pater non contraueniat*, nam
ſi contrauênerit, & per contrauentionem fuerit pater
excluſus, cenſentur etiam excluſi eius filij, ac ſi nun-
quam vocati fuerint: Alex. Raudenſ. *lib. 1. de Analog.*
cap. 37. num. 120. Surd. *deciſ. 101. n. 7.* abſque eo quod
textus obſtet in *l. paterfamilias teſtamento 44. ff. de*
hæred. inſt. vbi non licet priuare aliquem ſucceſſione
hæreditatis propter contrauentionem aut culpam al-
terius in contra faciendo: *Cum nemo* (inquit textus)
ex alterius facto hæreditati neque alligari, neque exhæ-
redari poſſit. Nam ad textum reſpondetur, quod de-
bet intelligi, & procedit in caſu quò vocatio omnium
inſtitutorum fuiſſet pura, & ademptio hæreditatis
poſt ius acquiſitum conditionalis, ſi contrauenerint,
& in vim pœnæ ſi aliquid fecerint, vel non fecerint
inſtituti; quia ſi vnus eorum contraueniat, vel non
obtemperet præcepto teſtatoris, non præiudicat al-
teri quin ſuccedere poſſit, & hæreditatem obtinere,
ſi adimpleat conditionem, & obediat præcepto te-
ſtatoris.

At verò vbi inſtitutio, vel ſubſtitutio fuit à prin- 84
cipio facta ſub conditione poteſtatiua alterius, con-
trarium tenendum eſt, prout latè dederat, atque ex-
plicat Cephalus *conſ. 52. à num 9.* & ferè *per totum,*
Menoch. *conſil. 68. à num. 7.* Hondedeus *conſil. 58. n. 7.*
vol. 1. & eos referens Marta *de ſucceſſ. legal. p. 4. q. 12.*
art. 9 n. 8. & 9. Surdus *deciſ. 101. n. 7.* & de intellectu
d. l. paterfamilias teſtam. de hæred. inſtit. agit latè Ce-
phalus *conſ. 145. à n. 21. & à n. 41.*

Ampliatur ſextò. Etiam ſi pater adimpleat pro 85
parte præceptum grauamen, ſeu conditionem; quia
non adimplens omnia, ſucceſſione debet priuari: Ita
tenent, per textum in *leg. Quamuis 32. ff de condit. &*
demonſtrat. l ſi is qui ducenta 14. §. cum ita, ff. de rebus
dub. Marta *de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 12 art. 9. n. 10.*
& 11. & Surdus *deciſ. 7. n. 36. & 37. & deciſ. 194. n. 15.*
Vbi moleſtare prohibitus ſub pœna priuationis cadit
à toto, ſi moleſtat in parte.

Sed limitatur noſtra declaratio. Primò, ſi defi- 86
ciat libera poteſtas in inſtitutore Maioratus, veluti
in parentibus, quando inſtituunt Maioratum ex Ter-
tio & Quinto bonorum: cùm ſecundum ius noſtrum
ex *l. 27. Tauri*, præcisè teneantur ſeruare formam, &
ordinem ad *l. 27. Tauri* præfixum, taliter quod in pri-
mis ſuccedere debent deſcendentes legitimi, poſtea
naturales, deinde aſcendentes, & denique his finitis,
tranſuerſales; & niſi deficientibus tranſuerſalibus,
non poſſint ſuccedere extranei. Ideoque cuilibet
grauamini, vel conditioni, & præcepto inſtitutoris,
etiam in caſu, quando prohibet ſub pœna priuatio-
nis ne contrahat ſucceſſor cum ignobili, vel cum per-
ſona ex generatione Iudæorum, Sarracenorum, &
his ſimilium, non tenentur parere ſucceſſores, niſi
inter eos, qui ſunt eiuſdem gradus, veluti inter filios,
ac deſcendentes legitimos, ac naturales; & ſi ſuper-
ſit vnus eorum, & contraueniat, non ex eo priuari
aut excludi debet à ſucceſſione Maioratus, ad hoc
vt ad alium alterius ſequentis gradus inferioris deue-
niat:

Digitized by Google

niat: ſcilicet ad alium ex gradu Naturalium, vel ex gradu Aſcendentium, vel tranſuerſalium. Et idem, ſi contraueniat aliquis ſuperſtes ex gradu Naturalium: & ſic de ſuperſtite Aſcendentium, & his deficientibus, idem de ſuperſtite ex gradu Tranſuerſalium, quia hi non poſſunt excludi in ſuo gradu per contrauentionem conditionis, vel cuiuſcumque grauaminis non impleti, ſed tantum præferuntur inter ſe; Angulo *ad leges meliorationum, l.11. gloſ.4. à num.6. vſque ad num.*10. Dom. D.Ioan. à Caſtil. *lib* 5. *cap.*128. *per tot.* Eſcobar *de puritate ſanguinis*: & alij.

87 Limitatur ſecundò. Si filius, vel deſcendens naſcatur antequam pater ſit inobediens, & contraueniens conditioni. Probatur hæc limitatio ex illis rationibus, ac iuribus ſuprà relatis ad comprobandum, quod ſi Adam antequam contraueniret, habuiſſet filium, hic non fuiſſet comprehenſus in ſententia priuationis, ex Diuo Auguſt *ſuper Deuteronom. tom* 4. *quæſt.*41. *& in Pſalmo* 84. *verſ.5.lit.F.* Petrus Lombardus Magiſter ſententiar *d.Pſalmo* 84 *verſ* 5. *l. ſi emancipatum* §.1. *ff.de Senator. l.2. C.de libert. & eorum filiis l.6.tit.*27 *partit.*2. Dom Molina *lib.*4 *c.*11. *num* 55. & cum aliis vſque ad 71. Authores *in allegationibus pro D.Petro Ponce de Leon, ſuper Comitatu de Bailem à fol.29. vſque ad fol.*33. Villadiego *in prologo del fuero iuzgo. l.*11. *à n.*29.

88 Declaratio ſecunda. Si inſtitutor, qui ſub pœna priuationis per contrauentionem excludit contrauenientem, & nihilominus tacitè, vel expreſsè vocat eius filium, vel deſcendentem; tunc cenſetur tacitè vocatus filius, vel deſcendens, quando non ex contrauentione cauſatur ipſum odium teſtatori contra illius contrauenientis filios, vel deſcendentes: Gabriel Pereyra *deciſ.8.num.9.* Vel quando non eadem cauſa parendi conditioni procedit in filio vel deſcendente, ex eo quod ſi ipſe adimpleat, & ſatisfaciat voluntati inſtitutoris, neutiquam cauſa grauaminis reſiſtat, quin patre excluſo, filius, qui ſit obediens eius grauamini, ſeu conditioni, ſuccedat; argumento *l.licet Imperator.*74. ibi: *Vel quid ſi certa cauſa fuerit, cur ab inſtituto reliquerat, quæ in ſubſtituto ceſſaret, ff.de leg.*1. & ex doctrina Bart. & aliorum. Ioan Philippus Corneus *conſil.*21. *à num.*23. *vol.*1. Mantica *de coniect. vltim volunt lib.*8. *titul.fin. à num.*45. Caldas Pereyr. *de nom.emphyteot.quæſt.*14 *num.*7. Peregrinus *de fideicommiſ.art.*27.*num.*18. Simon de Prætis *de interpret.vltim.volunt. fol.*186.*num.*15. *&* 16. Alexand. Raudenſis *de Analog.lib.1.cap.37.num.*122 cum Alba *conſil.*57.*num.*19 Dom D.Ioan. à Caſtil. *lib.3.cap* 15. *à num.*63. Dom. D.Ioan. Baptiſta de la Rea *tom* 2. *deciſ.*51. *à num* 6.

89 Quod demonſtratur duobus aliis exemplis. Primum ſit: Veluti ſi Inſtitutor prohibeat alienationem bonorum Maioratus ſub pœna priuationis, & pater contraueniat alienando res Maioratus, quia tunc ob contrauentionem patris, non videtur excluſus eius filius, vel alter deſcendens in cuius fauorem fuit appoſita pœna excluſionis, ob contrauentionem patris: Matth. de Afflictis *in cap.*1. §. *hoc quoque num.*17. *de de ſucceſſione feud.* & ex eo, Iſernia, Grato, & aliis, Tellus Fernandez *in l.27.Tauri,num.*10. Philipp. Decius *conſil.*273. *à num.*2. Matienço in *l.*11. *gloſ.*4 *n.*10. *tit.*6 *lib.5.Recopil.* Cephal. *conſil.*281. *per tot* Peregrin. *fideicommiſ.artic.*18. *num.*28. *&* 19 Burſatus *conſ.*13. *à num.*53. *lib.*1. Mieres *part.2. quæſt.4. illat.8. à n* 308. *vſque ad* 318. Additionatores ad Dom. Molin. *lib.4. cap.10. ſuper num.44. vſque ad fin verſ Prima concluſio eſt, &c.* Vincent. Fuſar. *quæſt.*560.*n* 28.

90 Secundum exemplum eſt, quando ſucceſſor in Maioratu grauatus eſt ſub pœna priuationis, ne moleſtiam, iniuriamve inferat alicui, vel litem moueat: de quo præcepto, & grauamine textus in *l. Lucius,* §. *tres, ff.ad Trebell.* vbi Doctores, *l. ſed ſi lege,* §. *ſi ante litem, ff de petitione hæred. l.vxorem* 41. §. *hæres, ff.de leg.3. l.non ſolum* §. *ſi ſtatutum, ff.de procurat. leg. Cauſas* vbi Bart. *Cod de tranſact. l.cum poſtea Cod. de pactis.* Canoniſtæ *in cap ſi diligenti, de for. compet.* Bald. *in l.1.col.8.C.de his, quæ pœna nomine*: Alexand. *conſil* 52.*lib.*2. Barbaſſia *conſil.56.col.5.volum.*3. Decius *conſil.*336. *à num.*11. *& conſ* 613. *à n.*1. Carolus Ruin. *conſil.*77.*num.*4.*vol.*2. Socin. iun. *conſil.*113.*n.*28.*vol* 1. Hondedeus *conſil.*68. *à n.*1. *vol.*2. Peregrin *de fideic. art* 35.*n.*5. Alba *conſil.*57. *à n.*10. *& conſil.*167. *num.*13. *& conſil.*172.*n.*57. Roland. à Valle *conſil.*70. *num.*70. *lib.*3. Menoch. *de recuper. poſſ. remed.*1. *n.*284. Surd. *de alim tit.9 quæſt* 26. *à n.*27 *& conſil.*143.*n.*27. *&* 28. *& conſil.*506. *à n.*12. *& deciſ.*194. *à n.*1. Marta *de ſucceſ. legal. part* 4. *q.*12 *art* 9. Galganetus *de cond. p.*2. *cap.5 quæſt.*10. *à n.*10. *& in n.*14. refert cauſas excuſationis ab huiuſmodi priuatione, Carroc. *deciſ.*36. Stephanus Gratian. *cap.*136.*n.*51. Paul. Bellon. *de poteſt. eorum quæ incontin. fiunt lib.1. cap.*76. Quia tunc non 91 ſolum priuatur ſucceſſor ſi contraueniat, ſed etiam eius filius, ac deſcendens: Alba *conſ.*57.*n.*18. Roland. à Valle *conſ.70.num.70. in fin. vol* 3. Ruinus *conſ.*150. *num.9. vol.*3. Marta *de ſucceſ. legal. part.4 q.12. art.9. num.*7. Paulus Bellon. *vbi proxime, dict.lib.1. cap.76. num.*10.

Sed hoc intelligit ſecundum diſtinctiones à nobis 92
ſupra relatas, dum dicit: *Huiuſmodi autem priuatio nocet etiam filiis*: Alba *conſ.*57.*n.*18. Nec obſtat quod tradit Hondedeus *conſ.72.num.42.& ſeqq.lib* 1. Nam reſpondetur aliud eſſe dicendum vbi adeſt & legis, & hominis prohibitio: Rolandus à Valle *conſil.*70. *num.70. lib* 3. Et maximè, vbi hæreditas applicatur certis perſonis, & propterea eſt videndum an filij ſint expreſsè vocati, necne, an ex perſona patri ſuccedant, an ex perſona propria.

Attamen pro complemento reſoluas, quod in du- 93
bio ob contrauentionem Patris in Maioratibus Hiſpaniæ non cenſetur etiam excluſus filius, nepos, neque ab eo deſcendentes, cum vnuſquiſque iure proprio ſuccedat; & ex propria perſona non ex vi tranſmiſſionis, nam in Maioratibus tot ſunt vocationes, ſiue ſubſtitutiones, ac donationes, quot ſunt perſonæ vocatæ, Dom. Molina *lib.4 cap 15 num.*88. Mieres *part.1. quæſt.*24 *num.*9. Stephanus Gratianus *tom.5. cap.*751. *à num.*23. Giurba *deciſ.*108. *num.*12. Dom. D.Ioan. à Caſtil. *lib.5. part.2. cap.*93. §.8. *num.9. & cap* 161.*num.*10. & cum aliis Additionatores ad Dom. Molinam *lib.1. cap.4. ſuper num.17. & cap.9. ſuper num.58. in fin & lib.3. cap.10. ſuper num.44. verſic. Prima concluſio, & lib.4. cap.11. ſuper num.50. vſque ad* 57. *verſ.Tandem.*

De quæſtione an per ſucceſſionem Patris in Ma- 94
ioratu incompatibili cum alio, à quo excludatur pater per incompatibilitatem, cenſeatur etiam excluſus eius filius, & omnis ab eo deſcendens, realiter, ſiue linealiter; an verò cenſeatur excluſus perſonaliter? Eſt quæſtio diuerſa alibi diſputanda, ideoque de ea hic non agitur. Ex quibus imponitur finis huic Capiti de Paradiſo Terreſtri, ad æternum cum glorioſo fine nos Deus perducat. Amen.

CAPVT

CAPVT II.

De Maioratibus Iuris Diuini, & de eorum incompatibilitate propter hæreſim.

SVMMARIVM.

1 *Primogenia ſunt de Iure Diuino, & n.2.*

3 *Primogenitus de Iure Diuino duplicatam partem omnium bonorum obtinebat, ſedebat ad dexteram patris, & aliis fruebatur priuilegiis, quæ referuntur hic.*

4 *Primogenia iuris diuini, proueniebant ex lege Diuina. Primogenia autem in noſtra Hiſpania proueniunt ex hominum inſtitutione, aut Regis conſenſu, aut ex legis permiſſu.*

5 *Primogenia in noſtra Hiſpania ſunt ad exemplum Primogeniorum iuris Diuini, attenta eius origine.*

6 *Primogeniorum ſeu Maioratuum ſucceſſio incompatibilis eſt in Hæreticis.*

Idem in ſucceſſione fideicommiſſi perpetui, Patronatus, & Anniuerſary perpetui, & numero 7.

8 *Maioratus, etſi poſſeſſor incidat in crimen Hæreſis, ſeu læſæ Maieſtatis, non confiſcatur, ſeu publicatur; niſi ſit inſtitutor.*

9 *Bona Maioratus, licet confiſcari non debeant ex eo quod poſſeſſor incidat in crimen hæreſis, an confiſcari, & publicari debeant fructus & redditus decurſi in vita poſſeſſoris? Reſoluitur pro opinione affirmatiua, quæ eſt verior, & n.10. & 11.*

Redditur ratio, num.12.

Et quod procedat in Maioratu, tam inſtituto ex Regia facultate, quàm ſine ea, n 13.

14 *Monaſterium an priuari debeat fructibus, & redditibus Maioratus, quando Monachus, per cuius caput, ſucceſſit in Maioratu, incidit in crimen hæreſis.*

Controuertitur, n.15. & 16.

Et diſtinguuntur tres caſus, numero 17. 18. 19. 20. & 21.

22 *Hæretici filius genitus antequam pater incideret in crimen hæreſis, etiam in caſu, quo pater ſit inſtitutor, ſuccedere debet filius, & non fiſcus, & num.23. & 24.*

Reprobata opinione Eſcobar à Corro de puritate ſanguinis, *n.25. & n.26.*

27 *Filius Hæretici inſtitutoris, conceptus, & natus poſtquam pater commiſit crimen, non ſuccedit in Maioratu, ſed ſequens in gradu.*

28 *Limita in illis, qui fuerint vltra primam, & ſecundam generationem inſtitutoris, id eſt vltra filios, & nepotes.*

Niſi bona Maioratus procedant ex Regia donatione; tunc enim ad Regiam Coronam reuerti debent, n.29.

30 *Filius quod non portet iniquitatem patris, nec puniatur pro peccatis, & delictis parentum, eſt de Iure Diuino, & de Iure Canonico, & Ciuili.*

Sed quomodo hoc intelligi, & conciliari debeat, num.31. & 32.

33 *Filius hæretici, & quilibet alius deſcendens ab hæretico vltimo poſſeſſore, debet ſuccedere in Maioratu, non ab hæretico inſtituto, ſed ab eius Auo, vel alio Aſcendente, & quare?*

ARGVMENTVM.

De Maioratuum, atque eorum inſtitutionum origine; & quòd proueniat à Iure Diuino. Et exinde agitur de Incompatibilitate, quoad ſucceſſionem Maioratuum, quæ ad Hæreticos pertinebat ſucceſſores, qui crimen læſæ-Maieſtatis diuinæ commiſerunt: Et quid de eorum filiis, ac deſcendentibus, cum diſtinctione caſuum, vbi incidit illa quæſtio; quid erit ſi poſtquam Monaſterium ſucceſſit in Maioratu, Monachus per quem ad Monaſterium deuenerit ſucceſſio committat crimen hæreſis: An nihilominus durante vita Monachi eam ſucceſſionem retinere poſſit? vel an ſtatim transferatur ad ſequentem in gradu.

IN ſuprà proximo capite ſatis oſtenditur; 1
quod primi Maioratus, ſeu primogenij primus inſtitutor fuit Dominus Deus noſter, & primæua pars terræ ad id fuit aſſignata, nempe Paradiſus terreſtris, & Adam primo ad eius ſucceſſionem, vt primogenitus vocatus; & ſic quod origo Maioratuum ab inſtituto diuino deriuatur. At nunc in hoc capite probare intendimus, quod primogenia ſunt de Iure Diuino *Deuter.cap.*21. Vbi lege Diuina ſancitum fuit, quod filius maior ætate, etiam genitus ab vxore odioſa, debet conſequi primogenituram; & quando pater ſubſtantiam ſuam inter filios diuidit, tenetur date huic primogenito de his, quæ habuerit, cuncta duplicia, ibi: *Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odioſam, genuerítque ex eis liberos; & fuerit filius odioſæ Primogenitus, voluerítque ſubſtantiam inter ſuos filios diuidere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ; ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque ei de his, quæ habuerit, cuncta duplicia: iſte eſt enim principium liberorum, & huic debentur primogenita.*

Et de hoc iure primogenituræ habetur in *Geneſ. cap.*25. 27. & 45. & *cap.* 48. Exod. *cap.*3. & *cap.*22. 2
Numer. *cap.* 3. Epiſcopus de Ciudad, Rodrigo, Doctor Iacobus Simancas *de primogen. lib* 4. *cap.*1. *Vtrum primogenita ſint de Iure Diuino?* & *cap.*1. *de primog. Hebræorum.* Tiraquel. *de primog. in præfatione num.*12. & *quæſt.*66. *num.*42. Dom. Molina *de primog. lib* 1. *cap.*2. *num* 2. & 3. Ioan. Brunel. *de ſponſalib. & matrimon. ampliat.*3. *num.*38. Valerius *in differentia vtriuſque fori, verbo, Maioratus, different* 1.

De hoc iure diuino, Primogeniti non ſolum du- 3
plicatam partem omnium bonorum in diuiſione obtinebant, imò etiam ſedebant ad dexteram patris, & ab eo vltimam benedictionem accipiebant, ac etiam duplicatos cibos; & in feſtis ſacrificia offerebant, & ſpeciali veſte, ſeu Sacerdotali induebantur, & multas prærogatiuas habebant, de quibus mentionem faciunt Gloſ. fin. *in cap. quam periculoſum 7. quæſt.*1. Vbi etiam Archidiacon. & Diu. Hieronym. *in Geneſim cap.*25. & *ibidem,* Diu. Thom. Martin. Garrati

ed by Google

Laudenſis, *de primogenit. quæſt.* 2. Ioan. Leciriet *de primog. lib.* 2 *quæſt.* 2. Ant Gomez *in l.* 40. *Tauri, n.* 1. Corduba de Lara *de Alimentis : in l. ſi quis à liberis, in principio, num.* 20. *&* 21. Surd *de alimentis tit.* 4. *q.* 18. *à num.* 22. Villeg *in floribus Sanctor. part.* 2. *in vita Patriarchæ Iacobi cap.* 1. *col.* 2. ibi : *El miſmo San Geronymo, y Santo Thomas, refieren las prerogatiuas, y excelencias de los Primogenitos, que eran eſtas : La primera, ſer Sacerdote loſque deſcendian de Sem hijo de Noë ; tenian particular veſtido Sacerdotal ; Otra la bendicion vltima, que ſus Padres los dauan cercanos a la muerte ; Otra que en los combitos tenian primer aſiento, bendeçian la meſſa, y ponianles doblada cada raçiō de todos los manjares; Otra, que en la herençia de ſus padres lleuauan dos partes.* De quibus, & aliis prærogatiuis, & priuilegiis, videndus eſt Balthaſ. Thom. *tr.* 8. *de primogenitura, tit.* 18 *de priuil. primog. per tot.*

4 Et quamuis Hiſpanorum primogenia, ab illis de iure diuino conſtitutis, in quampluribus differant, quia illa erant ex lege, hæc vero noſtra primogenia, aut ex hominum inſtitutione, aut ex Regis conſenſu, vel ex legis permiſſu fiant ; & ſucceſſores ad liberam voluntatem diſponentium vocentur, atque ſubſtituantur, quod de iure diuino non procedebat, quia ſolummodo filiis primogenitis neceſſariò ex legis diſpoſitione hoc ius competebat: Epiſcop. Simancas *de primog lib.* 4. *cap.* 1. 2. *&* 3. *& de inſtitut. Catholic. cap.* 9. *de bonis Hæretic num.* 125. Burgos de Paz *in proœm. leg. Taur. à n.* 95. *vſque ad n.* 110. D. Mulin. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. *in fin.*

5 Attamen negari non poteſt quin ad exemplum iuris diuini, attenta Magiſtratuum origine, introducta ſint Hiſpanorum primogenia, ex lege expreſſa, aut tacita, per conſuetudinem Regis authoritate munitam : quod probatur in *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. Ant Gomez *in d. l.* 40 *n.* 1. Dom. Molina *vbi proximè, d. lib* 1. *cap.* 2. *n.* 3. Ioan. Brunel. *de ſponſalib. & matrim. ampliat.* 3. *num.* 38. Vnde quia primogenitura fundata eſt in Iure Diuino, & naturali, ac etiam in æquitate, Tiraq. *de iure primogenit. quæſt.* 4. *n.* 13. aſſerit Menoch *lib.* 3. *conſ.* 132. *num.* 33. quod primogenitura non eſt odioſa, imò fauorabilis.

6 Iam ex his rectè inſero ad noſtram materiam Incompatibilitatis, quod non compatiuntur in hæreticis ſucceſſiones Maioratuum, ſiue primogeniorum : nam cum aberrent & ſeparentur à diuinis, & eis opponantur ac repugnent quæ ſunt à Iure Diuino, non debent capere ea, quæ ab ipſo iure diuino proueniunt, vel ad inſtar iuris diuini procreata ſunt : ex quo, ſeu ſimili argumento ſuſtinentur conſtitutiones, quibus Hæretici redduntur incapaces omnium bonorum ſucceſſionis, atque ea priuentur, & eorum bona publicentur, *l Manichæos* 4. *l. Arrianis* 10. *§. cunctis Authent. Gazaros, & l diuinam* 12. *Cod. de Hæreticis cap. vergentis* 10. *cap. excommunicamus* 13. *§. damnati, de hæreticis cap ſecundum leges, de hæreticis in* 6. *l.* 1. *tit.* 2. *de los Herejes lib* 1. *Fori Iuzgo, l.* 4. *tit.* 3. *part.* 6. *l* 4. *in fin, tit.* 26. *part.* 7. *l.* 10. *tit.* 5. *l.* 16. *tit.* 6. *lib.* 3. *Fori :* idque exornant Simancas *de Catholic. inſtit. tit.* 46. *in rubr. de pœnis, n.* 55. Petr Greg. *Syntagmat. iuris lib.* 33. *cap.* 8. *à n.* 10. Roxas *de Hæreticis, ſing.* 79. Tiber. Decian. *in tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 44. *à n.* 7. *& cap* 45. *à n.* 13. Carrer. *de hæreticis, à n* 140. Roland. à Valle *conſil.* 8. *à num* 7. *volum* 3. Pater Thom. Sanchez *in precept. Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap* 14 *à num* 1. *&* 31. *& cap.* 18 Pater Molina *de iuſt. & iur. tract* 2. *diſput* 154. Hieronym. Fernandez de Otero *diuerſor. part.* 3. *q.* 13. *à num.* 9. Zanchonus *de Hæretic. cap.* 25. Mieres *p.* 1. *quæſt.* 1. *à num.* 331. & maximè *n.* 268. 269. *&* 327. Ioſephus de Ruſticis *in l. cum auus lib.* 5. *cap.* 13. *n.* 5. *&* 33. Villadiego *in dict. l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 12. *Fori Iuzgo, à num.* 19. Farinac. *de hæretic. quæſt.* 190. *§.* 1. *& §.* 4. 5. *&* 7. Surd. *deciſ.* 247. *à num.* 1. Peregrin. *de iure fiſci, lib.* 5. *titul.* 1. *num.* 166. Vgolinus *de hæreticis cap.* 28. Pater Azor. *inſtitut. moral. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *quæſt.* 1. Santarel. *de hæretic. cap.* 21. *dubit.* 1. *à n.* 21. Auguſt. Barboſ. *in collect. cap. vergentis* 10. *de hæreticis*, vbi ſe habet per ampliationes, & limitationes ; & in *d. cap. cum ſecundum leges, à num.* 6. *de hæreticis in* 6. *& in l. Manichæos, n.* 7. *& in l. fin. Cod. de hæretic.* Caſtro Palao *in Opuſculo Moralium, tract.* 4. *de pœnis impoſitis hæretic. diſput.* 7. *punct.* 3. *à num.* 1.

Et quod idem ius procedere debeat quoad ſpeciē 7 ſucceſſionis Maioratus, ſeu fideicommiſſi perpetui, & Patronatus, cum hæretici omnis ſucceſſionis ſint incapaces, ac maximè carere, ac priuari debeant ſucceſſione Maioratus, Vinculi, & Patronatus ; & caſu quo Maioratus inſtitutor ante inſtitutionem incidat in crimen hæreſis, quod eius bona debeant etiam publicari, ac confiſcari, nemo ex ſupra relatis Doctoribus dubitat ; imò pro conſtanti, ac vulgari concluſione id ſupponunt : maximè Simancas *de inſtit. Cathol. tit.* 9 *in rubr. de bonis hæreticor. à num.* 250. Dom. Molina *lib.* 4. *cap.* 11. *à num.* 5. Mieres *part.* 1. *quæſt* 1. *à num.* 232. & maximè *num.* 268. *&* 269. Pater Molina *de iuſt. & iure, tract.* 2. *diſput.* 656. *à num.* 1. Pater Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *quæſt.* 13. *cap.* 12. Pater Thom. Sanchez *in Decalogo, lib.* 2. *dict. cap.* 18. Barboſa in *dict. cap. vergentis n.* 18. *verſ. Limita in Maioratu, qui ob delictum poſſeſſoris, qui eius primus inſtitutor non eſt, &c. de Hæreticis.*

Sed bona Maioratus, ſi eius poſſeſſor, qui in cri- 8 men hæreſis incidit, primus inſtitutor nō ſit, non debere publicari, & confiſcari, ſicuti alia quæcumque bona fideicommiſſi inducti per prohibitionem alienationis (nam confiſcatio, alienatio eſt :) non debemus dubitare ; cum id ex doctrina Bartoli & ex authoritate aliorum quampluriūm abundè probent Dom. Præſes Couarru. *in cap. poſſeſſor, part.* 3. *§.* 1 *n* 6. Simancas *de Catholic. inſtitut. titul.* 9. *in rubr. de bonis hæreticor. à num.* 252. Cantera *in ſuis quæſtionibus criminal. in rubric. de hæreticis, cap.* 1. *à num* 51. Marcarius *in Epitome de fideicommiſ. part.* 2. *quæſt.* 47. Anton. Gomez *in l.* 40. *Taur. num* 41. Peregrinus *de iure fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 98. Mieres *part.* 4. *quæſt.* 23. ferè *per totam*, maximè *à num.* 37. Villadiego *in ſua Polit. fol.* 267. *num.* 182. Menoch *conſ.* 805. *à num.* 3. *volum* 9. Dom. Molin. *lib* 4. *cap.* 11. *num.* 5. Pater Azor. *inſtitut. Moralium lib.* 8. *cap.* 12. *quæſt.* 13. Pater Thomas Sanchez *in Decalogo, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18 *de Confiſcat. bonorum alienari prohibitorum, ac Maioratuum, atque bonorum, quæ reſtitutioni ac fideicommiſſo ſubiecta ſunt.* Farinac. cum magna Doctorum copia *quæſt.* 15. *num.* 22. *in tractat. de Hæreticis quæſt.* 190 *§.* 4. *num.* 60. Surdus *deciſ.* 154 *num.* 18. Dom. Perez de Lara *de vita homin. cap.* 22. *num.* 20. Vincentius Fuſarius *de fideicommiſ. ſubſtitut. quæſt.* 529. *num.* 6. Auguſtin. Barboſa *in dict. cap. Vergentis, num* 18. *de Hæreticis :* per *leg. Imperator, in princ. ff. de fideicommiſ. libertatibus.*

Dubium quod verſatur inter Doctores, illud eſt ; 9 ſuppoſito quod in dicto caſu confiſcari non debeant bona Maioratus, an ſaltem eius reditus, fructus, & commoditates, vita hæretici poſſeſſoris durante, confiſcari, aut publicari poſſint, & ad fiſcum pertinere debeant vſque ad hæretici poſſeſſoris mortem naturalem ? an ad ſequentem ſucceſſorem pleno iure Maioratus deferatur ? Nam multi in ea ſunt opinione, quod durante vita Hæretici vltimi poſſeſſoris confiſcari poſſunt fructus, commoditates, & alia emolu-

menta

Digitized by Google

menta Maioratus,& in fiſcum tranſeant. Hi ſunt Alciatus conſil 783 num.1. Albanus conſil.1. à n.13. Anton. Gomez in leg.40. Tauri, num.91. Dom.Molina cap.10. num.9. & lib.4. cap.11. num.11. Boſſius de publicat. Bonorum, num.34. Gamm. deciſ.353. à num. fin. Peregrin de iure fiſci, lib.5.tit.1. num.101. Villadiego in ſua Politica fol.167. num.181. & cum aliis Spino in ſpeculo teſtament. gloſ.27. de fideicommiſ. ſubſtitut. num.30. Menoch.conſil.116.num.18. volum.2. & conſil.275.num.32.vol.3.Hippolytus Riminaldus conſil.50. num.109.lib.1. & conſ.131. à num.44.lib.2. Ioan.Botta conſil.39. à num.4. lib.1. Pater Molina de iuſt.& iure, tract.2.diſput.470.verſ.Præterea: & diſput.656.à n.5. Additionator Baiardus ad Iulium Clarum §.fin.q.78. num.29. Saytius de Claui Regia,lib.9.cap.7. Vincent. Fuſar. dict.quæſt.529.num.7.& conſ.59.num.3. vbi alios allegat, per text. in l.Statius Florus §.Cornelio Felici, ff.de iure fiſci, l.cum pater §.hæreditatem, ff.de leg.2. l.ex facto, §.ex facto, ff. ad Trebellianum. Vbi DD.

10 Alij ſunt in contraria ſententia, defendentes quod nec fructus.& redditus, nec aliæ Maioratus commoditates publicari debeant, etiam dum viuit hæreticus vltimus Maioratus poſſeſſor,ſed ſtatim cum ipſo Maioratu tranſeant in ſequentem vocatum ſucceſſorem, ex doctrina Bartoli in d. l.Imperator, n.1. per ipſum text. ff.de fideicommiſ. libert. Iaſon in l.filiusfamilias §.Diui, in 2.lectura, n.19. Ripa num.47. ff.de legat.1. Alexand.conſil.23.per totum,lib.1. Iulius Clar. §. final. quæſt 78.num.10. Viuius commun.opinion. concluſ.665. Anton. Gabriel lib.2. commun. opinion. in quæſtionib. criminalib. concl.24. n.3. Cephalus vol.5.conſ.670.n.9. Petra de fideicomm.quæſt.8.n.289. Thom.Gramm. deciſ.105.n.29. Farinac.quæſt.15.a n.35.vſque ad 39. Mier. part 4.quæſt.23.n.46.& 47.Pat.Thom.Sanchez in Decalogo lib.2.cap.18.n.15. Intrigliolus de ſubſtitut. Centuria 3. quæſt.73. n.91. Surdus deciſ.154.à n.18. Emanuel Mendez à Caſtro in pract.Luſitana, lib.1. cap.2. num.11. Barboſa in d.cap.Vergentis,n.19.de Hæreticis: cum aliis ab ipſis relatis, & a Vincentio Fuſar. dict. quæſt.519. num.6.

11 Quorum ſententiam pro veriori amplector, maximè in caſu in quo verſamur. Moueor, tum quia quando fit alienatio propter delictum poſſeſſoris, cenſetur impleta conditio ſequentis fideicommiſſi relicti in caſum alienationis: l.cum pater, §.libertis, ff.de legat.2. dict.l Imperator, ff.de fideicommiſſ. libertatib.

12 Tum quia hæreticus, qui à Maioratu excluditur propter crimen ab eo commiſſum, iudicatur pro monſtro, & tanquam ſi ab initio ſucceſſio ei non fuiſſet delata, ideo ad ſequentem in gradu defertur: l.pater filium,vbi Gloſ. ff de inofficioſ.teſtam.l.1. §. ſed etſi patruus, ff.de coniung cum emancipat. l.1.§.qui habebat, ff.de bonor. poſſeſſion. contra tabul. l. ſi infanti, verſ.Quaſi ab initio non eſſent ab eo delata, &c. Cod. de iur. deliberandi, & in terminis Mieres part.1. q.1. num.332. & 333. referens Dom. Molinam lib.1.cap.9. à num.27. vſque ad n.30. & lib.3.cap.2 n.13.verſ.Tertia limitatio, ibi: Vel ſi ſit hæreticus, vel proditor, vel aliàs ſucceſſionis paſſiuæ incapax; hi namque omnes tanquam mortui iudicandi erunt, ſucceſſioque ſequenti in gradu deferenda: prout lib.1.cap.9.n.27. & in l.3. cap.7.num.41. Idem Mieres part.4 quæſt.23. num.126. allegans Dom Gregor.Lopez verſ.Si dexaſſe hijo: in l 2.tit.15 part.2. Dom.D.Ioan à Solorzano de Indiar. Gubernat.lib.2 cap.19.à n.9. vſque ad n 39.

13 Sed aduertendum eſt, quod non recedimus à diſtinctione inter Maioratum Regia facultate inſtitutum,& illum qui abſque tali Regia facultate inſtituitur, de qua Dom.Molina lib.2. cap.12. num.57.& 58. Ioannes Gutierrez lib.2. pract. quæſt.66. Villadiego in ſua Politica, fol.167.num.182. Angulo de meliorat ad id videndus gloſ.2. à num.7. vſque ad n.13. in l.11. Patrei Molina de iuſt. & iure, tract.2. diſput.612. n.13. & tom.3.diſput.660. & Pat.Thom. Sanchez in Decalogo lib.2.dict.cap.18.n 38.

Ab hinc deſcendo excitare,ac reſoluere pulchram quæſtionem: Quid ſi Monaſterium, cùm ſit capax, ſuccedat in Maioratu ex capite & perſona Monachi, qui poſtea incidat in hæreſim, an bona Maioratus retinere poſſit, vita Monachi hæretici durante; vel ea ſtatim ad ſequentem in gradu deferenda, ac ſi Monachus de hæreſi damnatus mortuus naturaliter fuiſſet? 14

Et licèt Spino in ſpeculo teſtamentor. gloſ.12. n.15. ita dicat: Vſque adeò per profeſſionem ſunt bona iam quæſita Monaſterio, quod etiamſi Monachus committat hæreſim, non amittit Monaſterium bona delata ipſi Monacho: tenet Felin. in cap. in præſentia, de probationib. num.42. argumento text. in cap.cùm Venerabilis, de exceptionibus, &c. quem ſequitur Pat. Thom. Sanchez in Decalogo, part.3. de Religioſ.ſtatu, lib.7. cap.12.n.54. quippe ea bona non ipſi, ſed Monaſterio adquiruntur. 15

Nihilominus contrarium reſpondemus ad propoſitam quæſtionem: nam Spino, & Pater Thom. Sanchez, intelligi debent in caſu, de quo loquuntur,de bonis ſcilicet liberis iam per Monachi profeſſionem Monaſterio, perpetuò ac irreuocabiliter adquiſitis; non verò de bonis fideicommiſſi perpetui, ſeu Maioratus, reſtitutioni ſubiectis, & ſub conditione à lege, & ab homine delatis: in his enim bonis Maioratus,cum eius ſucceſſio ſit dependens ex perſona Monachi, ſi in hæreſim Monachus incidat, pro mortuo habetur: Ideo ſi tanquam hæreticus ſit damnatus, ad ſequentem in gradu defertur Maioratus, ac ſi naturaliter Monachus eſſet mortuus, ex ſuprà proximè allatis, cum Dom.Molina lib.3.cap.2.num.14. Mieres part.1.quæſt.1 n.333.& Dom.D.Ioan à Solorzano lib.2. cap.19. à n.9. 16

Iam ergo deueniamus ad quæſtionem aliam à quampluribus ſæpeſæpiùs inculcatam: poſito quod Maioratus non deuenit ad fiſcum, an ad filium hæretici vltimi poſſeſſoris deuenire poſſit? 17

Ad cuius quæſtionis expeditionem, atque reſolutionem,iam in conſulendo, quàm in iudicando, diſtinguendi ſunt tres caſus. 18

Primus eſt, quando hæreticus fuit conditor Maioratus ex ſuis bonis, & filius eius conceptus, & natus eſt antequam pater committeret crimen hæreſis. 19

Secundus caſus eſt, quando filius hæretici primi inſtitutoris, conceptus & natus fuit poſtquam eius pater incidit in hæreſim. 20

Tertius caſus eſt,quando Maioratus eſt de antiquo inſtitutus à Proauo, vel alio Aſcendente, vel Tranſuerſali, aut extraneo. 21

Sed antequam aggrediamur deciſionem primi caſus, præmittendum eſt, quod non loquimur de Maioratu condito poſt crimen hæreſis commiſſum ab inſtitutore, quia bona talis Maioratus confiſcanda ſunt, prout cum aliquibus declarationibus, & diſtinctionibus tenet D.Molina lib.4. cap.11. à num.18. vſ- 22
que ad num.24. Loquimur enim aut de Maioratu antiquo, aut de Maioratu irreuocabiliter condito ab ipſo hæretico, antequam incideret in delictum hæreſis. 23

Hoc itaque ſic præhabito, reſoluitur in primo caſu, quod quando hæreticus fuit inſtitutor,& filius eius genitus eſt antequam pater incideret in crimen hæreſis, filius in Maioratu ſuccedere debet, ex his 24

quæ traduntur in hac tertia Parte, cap.1. notabili 12. verſ. Secundò, infertur per textum in cap. non imputantur 1. quæſt.4. leg. emancipatum, §. final. ff. de Senatoribus, l.2. Cod. de libertis, & eorum filiis, leg.6. tit.27. part.2. & l. fin. tit.3. part.7. l.3. tit.8. lib.8. recopilat. Dom. Molina lib.4. cap.11. num.55. & 56. & eum referens, Allegatio pro domino Petro Ponze de Leon, ſuper Comitatu de Bailen, artic.2. à folio 11. vſque ad fol.43. cum Diuo Auguſtino, Petro Lombardo Magiſtro ſententiarum, Oldrado, Archidiacono, Bartolo, Andrea de Yſernia, Ancharano, Baldo, Fulgoſio, Imola, Ioan. à Platea, Rebuffo, Ioan. Lecitier, Petro Coſtalio, Eguinario Baron. Briſſonio, Balduino, Stephano Budæo, Sebaſtiano de Medicis, Dueñas, Cyno, Angelo, Fabro, Lucas de Penna, Marco Mantica, Igneo, Alciato, Iulio Claro, Iulio Scarlatino, Antonio Gallaco, Franciſco Perſonali, Dionyſio Gothofredo, Paulo Fuſco, Valentino, Forſtero, Otozio, Anton Gomez, Baptiſta Villalobos, Ioanne Ficardo, Cifuentes, Olano, Hippolyto Bonacoſa, Emanuele Suarez, Archidiacono, Ægidio Bellameta, Dominico Zabarella, Alexandro, Pariſio, Albano, Anania, Philippo Franco, Tiraquello, Hubertino, Burſato, Gabriele Quemada, Simancas, Mieres, Nauarro, Tyberio Deciano, Burgos de Paz; Quibus addimus Laram de Corduba in leg. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his, à num.46. ff. de liber agnoſcendis, Cæuallos quæſt.653. à num.14. Pat. Thomam Sanchez in Decalogo, lib.2. cap.17. à n.14. Farinac. de Hæreticis quæſt.191. num.39. Pat. Molinam de iuſt. & iure, tom.3. diſput.658. à num.16. Souſam, in Aphoriſm. lib.3. cap.12. num.2. Hieronym. Campanill. diuerſor. in rub.11. cap.26. num.20. Dom. D. Ioannem Valençuela Velaſquez, conſil.7. num.6. Dom. D. Franciſc. de Amaya obſeruat. Iuris lib.2. cap.6. à n.50. Dom. Franciſc. à Torreblanca in tract. de iure ſpirituali, lib.13. cap.19. num.46. Villadiego Fori Iuzgo, l.11. à num.29. vſque ad num.86. & in ſua Politica, fol.287. num.181. Emanuel Mendez de Caſtro, in prax. Luſitana, lib.1. cap.2. §.2. num.11. qui in fine ita dicit: Et ita iudicatum fuit in ſupremo Senatu Caſtellæ, me ibi patrocinante ſuper Maioratu de Vailen anno 1599.

25 Quod equidem veriſſimum iudico, quidquid in contrarium teneat Doctiſſimus Eſcobar à Corro de puritat. ſanguinis, quæſt.4. §.4. à num.70. cum multis ab eo relatis num.117. cuius ſententia admitti poſſet ſolummodo in caſu de quo agit, & verſatur eius inſtitutum, ad hoc vt filij hæreticorum nati, antequam pater committeret delictum, non debeant admitti ad Officia, Collegia, ac Dignitates: quod inſinuat ex aperto, num.107. & 108. maximè in verſic. Septimò, impuritatis materia, de qua loquimur, quia Statuta noſtra non tantùm expoſcunt quod puritas ſit in radice, ſed etiam in omnibus ſimul Aſcendentibus, & in vnoquoque eorum, & poſitiuè in ſingulis, &c. & probatur ex l.3. tit.3. lib.8. Recopil.

26 Sed non ita eſt in caſu, de quo nos loquimur, ad ſuccedendum in Maioratibus: & rationem differentiæ probat Villadiego in dict. l.11. fori Iuzgo, à n.75. vſque ad num.82. Vbi eſt videndus; quia ex his, quæ tradit, ſatis reſpondetur ad Eſcobar, & ad Roxas de Hæreticis, num.44. & ſingul.68. & ad alios, quos refert Philippus Paſchalis de virib. patriæ poteſt. part.4. cap.5. à num.55. qui num.58. ad aliam diſtinctionem ſe accingit.

27 Ad ſecundum caſum dicendum eſt, quod quando filius Hæretici pilmi inſtitutoris, conceptus & natus fuit poſtquam eius pater commiſit crimen hæreſis, debet excludi à ſucceſſione Maioratus, qui defertur ad alium ſequentem in gradu, quia talis filius & nepos hæretici inſtitutoris eſt incapax omnis ſucceſſionis paternæ, dict. cap. Vergentis, de hæretic. cap. ſtatutum 20. §. hoc ſanè, de hæretic. in 6. leg. quiſquis, §. filij, Cod. ad leg. Iuliam maieſtat. l.2. titul.15. part.2. l.2. titul.2. part.7. Dom. Molin. lib.4. cap.11. num.50. Tiber. Decian. in tract. criminal. lib.5. cap.45. num.12. Pater Molina tractat.2. diſput.620. & 658. num.25. Pater Thom. Sanchez in Decalogo libro 2. cap.30. quæſt.2. Emanuel Mendez in prax. Luſitana, lib.1. cap.2. §.2. num.11. poſt medium, Villadiego vbi ſuprà, in prologo fori Iuzgo, l.11. num.61. & 64. & in ſua Politica, en la forma de libelar, num.182. verſic. Y aunque como dicho es, fol.267. Mieres part.3. q.19. num.1. Menoch. conſil 805. à num.31. vol.9. Cordub. de iur. emphyteut. tit. de cauſa priuation. ob mortem ciuilem, n.28. Dom. D. Ioan. à Caſtillo lib.5. cap.103. num.3.

28 Sed hæc priuatio à ſucceſſione Maioratus ob delictum hæreſis à parentibus inſtitutoribus commiſſum, non extenditur vltra primam & ſecundam generationem, ſcilicet vltra filios vel nepotes inſtitutoris: Dom. Cregorius Lopez verb. Todos ſus hyos, quæ eſt gloſ.5. quæſt.3. in dict. l.2. titul.2. lib.7. Dom. Couarru. variar. lib.2. cap.7. num.2. in fin. & bene explicat Villadiego in prologo fori Iuzgo, l.11. numero 27. & 28.

29 Niſi in caſu, quod bona Maioratus ex Regia donatione procedant, & ob crimen læſæ-Maieſtatis ad Regiam Coronam reuerti debeant: ex deciſ. l.11. titul.5. lib.6. Recopilat. Ideo tunc priuatio ſucceſſionis Maioratus ob delictum patris inſtitutoris non ſolum ad filios, & nepotes, ſed ad omnem eius poſteritatem extenditur: Dom. Molina lib.4. capit.11. num.42. cum ſequentibus, vſque ad n.49.

30 Ratio decidendi de his, quæ dicta ſunt in hoc ſecundo noſtræ diſtinctionis caſu, difficilis redditur, ex eo quod etiam iure diuino dictum ſit, quod filius non portabit iniquitatem patris, Ezechiel. cap.18. cap. crimen 1. quæſt.4. & iure noſtro ita ſancitum ſit, quod patris delictum filio non nocet, quia filius non debet puniri pro peccatis, & delictis parentum, Leuitici cap.14. l. crimen, ff. de pœnis, l.2. verſ. Nullum, ff. de Decurionib. l. qui Originem, §. quamuis, ff. ad Municipalem: l. ſancimus, Cod. de pœnis, & tot. tit. Cod. ne filius pro patre, &c.

31 Sed poſito quod filius in dicto caſu non pœna ſpirituali in anima, nec corporali in corpore, ſed pœna pecuniaria, ſiue priuatione ſucceſſionis bonorum temporalium puniatur, ob delictum parentis; rationem decidendi ad priuandum filios, ac nepotes, ſucceſſione Maioratus, à parente, vel ab Auo inſtituti, ob delictum parentis, vel Aui, videre potes in l.11. in prologo Fori Iuzgo, quæ incipit: Aſſi como la llaga es grande en vno cuerpo non ſe puede ſanar ſe non por grandes medecinas, ò por hierro, ò por quemas, &c. Et apud Diuum Thomam in ſecunda ſecundæ quæſt.108. art.4. Dom. Couarru. lib.2. variar. cap.18. num.1. Simancus de Catholic. inſtitut. titul.19. à num.7. Alphonſ. de Caſtro de iuſta hæretic. punition. lib.2. cap.11. per totum. latiſſimè apud Alphonſ. à Villadiego in dict. leg.11. in prologo Fori Iuzgo, à num.13. Philipp. Paſchaſ. de viribus patriæ poteſtatis, part.4. cap.5. à num.7. Auguſtin. Barboſ. in cap. non debet de reg. iuris in 6. vbi refert D. Thomam in dict. quæſt.108. 2. 2. art.4. qui firmat, Hominem pœna merè ſpirituali, quæ ſcilicet animæ ſalutem directè concernat, nunquam puuiri pro peccato alterius; benè tamen pœna temporali: triplici ratione.

Prima,

Digitized by Google

Prima, quia vnus homo temporaliter eſt res alterius, & ita in pœnam eius, ipſe punitur; ſicut filij ſecundum corpus ſunt quædam res patris, & ſerui quædam res dominorum; alio modo, in quantum peccatum vnius deriuatur in alterum, vel per imitationem, ſicut filij peccata parentum aliquando imitantur, & ſerui peccata Dominorũ, vt audacius peccent; vel per modum meriti, ſicuti peccata ſubditorum merentur peccatorem Prælatum, ſecundùm illud *Iob.cap.34. Qui regnare facit hominem hipocritam propter peccata populi.* Vnde pro peccato Dauid populum numerantis, populus Iſraël punitus eſt.

Secunda ratio eſt, per aliqualem conſenſum, ſeu diſſimulationem; ſicut etiam boni interdum temporaliter puniuntur cum malis, quia eorum peccata non redarguerunt: vt Auguſt 1. *de Ciuitate Dei.*

Tertia ratio eſt, ad commendandam vnitatem humanæ ſocietatis, ex quo vnus debet pro alio ſolicitus eſſe, ne peccet; & ad deteſtationem peccati, dum pœna vnius redundat in omnes, quaſi omnes eſſent vnum corpus: ſic docente Auguſtino de peccato Achab.

32 Item Barboſa in *cap. ſine culpa de reg.iur. in 6.* vbi reſoluit, quod ita determinatur in iure ob ſalutem Reipublicæ, & bonum publicum, ex *verſ.neceſſitas vero.* Ita optimè dicit, *Neceſſitas verò boni publici poteſt eſſe iuſta cauſa vt pœna innocentes comprehendat, quatenus in illis, & delinquens condigne punitur, & Medicinæ ratio conſeruatur: hæc enim neceſſitas boni publici, eſt iuſta cauſa, vt pœna delicti aliquando comprehendat omnes partes, & res delinquentis, vt in illis omnibus condigne puniatur iuxta menſuram delicti; & inſuper ratio Medicinæ in Republica conſeruetur*, vt conſtat ex regula *l.item vulneratus, ff ad leg. Aquiliam.* Contingit autem inter delinquentes & innocentes eam eſſe connexionem, vt hi cenſeantur veluti pars, & res illorum, vt & filius reſpectu patris: *l.ſcimus, ad fin. Cod.de Agricolis & Cenſit. libro 11. lege final. C de impuber. & aliis ſubſtit.* & ſubditus reſpectu Superioris, in quibus, veluti in partibus ſuis, pater, & dominus, delinquentes condignè puniuntur, *leg. iſti quidem, ad fin. ff.de eo quod metus cauſa: cap. ſi ſententia 16. de ſent. excommunic.* & ſimul Medicinæ ratio conſeruatur, dum enim parti proximiori applicatur, magis affligit, & citiùs medetur, non ſolum delinquentibus, ſed etiam partibus ipſis, in quibus infirmitas magis timetur: *l.quiſquis, §.1. ibi: Exempla metuuntur: Cod.ad leg Iuliam maieſtatis.* Hinc fuit vt pœna ſpirituali nullus innocens pro delicto alterius puniri debeat; quia cùm pœna hæc animam afficiat, quoad illam innocens non poteſt conſiderari vt res, vel pars delinquentis, in qua delinquens ipſe puniatur; & rurſus non conſeruatur Medicinæ ratio, imò offenditur, dum pro remedio boni temporalis fit priuatio in bono ſpirituali, quod eſt dignius: *cap. ſolita de maiorit. & obedient.* & ita in pœna ſpirituali excommunicationis, probat text. *in cap. non imputantur, 1.quæſt.4. & cap.1. 24. quæſt.3.* Gloſ.4. *in cap. ſi ſententia, de ſentent. excommunicat.* D.Thomas 2. 2. *quæſt.108. art. fin.* Couarru. *libro 2. cap.8. num.1.*

33 Quoad tertium & vltimum caſum, quando Maioratus eſt antiquus, inſtitutus a Proauo, vel alio ſuperiore Aſcendente, vel à Tranſuerſali, vel à quolibet extraneo; tunc tenendum eſt, quod filius, & omnis quilibet deſcẽdens ab vltimo poſſeſſore incidente in crimen hæreſis, priuari non debet ſucceſſione Maioratus; imò nulla facta diſtinctione, ſiue poſt, ſiue ante delictum naſcatur filius, ſuccedit in Maioratu; quia filius, vel nepos hæretici, non ex eo eſt incapax alterius perſonæ hæreditatis, & ſucceſſionis; & cùm non capiat à patre, vel ab Auo delinquente, ſed à primo Maioratum conſtituente, & proinde in eo cenſeatur habere ius quæſitum, non quærendum, & mediante vocatione primi inſtitutoris, eo inſtanti, quo vocatus natus fuit, ex eo tempore illi adquiſitum fuit quoddam ius formatum, & radicatum, & in tempus, quo purificata conditio eſt, vel venit dies vocationis; in iſto inſtanti, & momento conſequutus fuit Maioriam ex propria perſona, ſublato medio, præcedente poſſeſſore: non verò ex iure ſibi tranſmiſſo: nam nullus ex vocatis habet diuerſum, vel maius ius, quàm alius, nec dependentiam à vocatione, ſiue iure alterius; ſed vnuſquiſque in ſe habet ius diſtinctum, & ſeparatum; & quia tot cenſentur donationes, & primogenia, quot ſunt perſonæ vocatæ; & quiſque ad ſucceſſionem non admittitur prout ex nunc, ſed prout ex tunc, id eſt à principio inſtitutionis, & poſt mortem vltimi poſſeſſoris; in hoc caſu non adquirit, ſed retinet. Ex quibus rationibus, quas ex quamplurimis iuribus comprobant, ita tenent Dom. Molin. *lib.4. cap.11. à n 51.* Pat. Thom. Sanchez *in Decalogo lib.2. cap.30. quæſt.2. num 6. & quæſt.3. per tot.* Mieres *part.4. quæſt.23. a num.1. vſque ad num.52.* & latè ex profeſſo Alphonſus à Villadiego *in prologo fori Iudicũ, l.11. à num.69. vſque ad num.81.* Additionatores ad D.Molinam *d. lib.4.cap.11. ſuper num.50. vſque ad 57.* vbi concludunt: *Tandem ſecundum Recentiorum ſententiam, filij proditoris, & hæretici, non ſolum in Maioratu ſimplici ſuccedere poſſunt, verumetiam in Maioratu habente iuriſdictionem annexam, quia ij ex propria perſona, & ſpeciali vocatione ſuccedunt ex adductis ſupra lib.1. cap.1. num.15. non verò ex perſona patris, vel aui proditoris, vel hæretici; nulla facta diſtinctione, ſiue poſt, ſiue ante delictum naſcantur; vt per Molinam Theologum de quo proximè, tract.2. diſput.620. & 658. à num.25. &c.* Quibus abſoluitur hoc ſecundum Caput ad Dei laudem, qui ab hæretica prauitate nos liberet.

CAPVT III.

De Incompatibilitate Iuris Diuini in Matrimonio, ratione cultus diſparis inter contrahentes.

SVMMARIVM.

1 *Coniugium inter eos, qui ſunt diſparis cultus, eſt incompatibile, ac de Iure Diuino prohibitum.*

2 *Textus in* Deuteron. cap.7. *proponitur, & exornatur.*

3 *Matrimonium inter Chriſtianos, & Iudæos, Hæreticos, vel Infideles, incompatibile eſt, quia prohibitum iure diuino, & noſtro Regio ſub pœna mortis, vel ſi carnaliter ſe immiſceant ſub figura matrimonij, & n.4.*

Et quid ſi non ſub figura matrimonij carnaliter ſe immiſceant? n.5.

6 *Conditio, quæ apponi ſolet in Maioratibus, quod ſucceſſores non contrahant nuptias cum perſona diſparis cultus, vel quæ deſcendat ex Iudæis, Mauris, vel Hæreticis, vel aliis perſonis impuri ſanguinis, aut ignobilibus licita eſt omni iure, & num.7. 8. 9. & 11.*

10 *Conditio impediens contrahendi cum perſona ma-*

culata, quæ non proueniat ex impuritate ſanguinis, non eſt impeditiua nuptiarum.

Declaratur per ampliationes, & limitationes à num.12.

13 *Conditio quod ſucceſſor non contrahat matrimonium cum perſona maculata, comprehendit coniugatum cum tali perſona maculata, antequam delata ſit ſucceſſio Maioratus.*

Redditur ratio, n.14.

Quod procedit, etſi ſucceſſor alleget ignorantiam talis conditionis, n.15.

Et comprobatur, & opinionibus contrariis reſpondetur cum diſtinctione, num.16. 17. 18. 19. 20. & 21.

22 *Conditio quod ſucceſſor non contrahat cum perſona ex genere maculato, comprehendit ſucceſſorem, etſi alleget quod tempore, quo contraxit, ignorabat quod perſona, cum qua contraxit, deſcenderet à Iudæis, ſeu ab alio maculato genere.*

23 *Conditio impeditiua contrahendi nuptias cum perſona maculata, comprehendit Virginem, ſiue puellam, etiam exiſtentem ſub parentum poteſtate, vel conſanguineorum.*

Redditur ratio, n.24.

Quod limita, n 25. & 42.

26 *Conditio, ne contrahat ſucceſſor cum perſona maculata, vel ex genere prohibito, comprehendit minorem, qui in hoc caſu reſtitutionem non habet.*

Quod limita, n.27. & 43.

28 *Conditio, ne ſucceſſor contrahat nuptias cum perſona maculata, vel ex genere odioſo teſtatori, afficit, etiam ſi ſucceſſor matrimonium non conſummauerit.*

29 *Conditio ſucceſſori apposita, ne contrahat cum perſona ex tali genere odioſo inſtitutori, comprehendit ſucceſſorem, etiamſi non in primis, ſed in ſecundis nuptiis contraueniat.*

30 *Conditio, ne ſucceſſor ineat nuptias cum perſona ex ſanguine impuro comprehendit ſucceſſorem, qui primas nuptias contrahat cum perſona maculata, & poſtea cum perſona puri ſanguinis.*

31 *Conditio, ne ſucceſſor contrahat nuptias cum perſona maculata, ſi ante delatam ſucceſſionem contrahat cum maculata, & ex ea habeat filios, & ea mortua contrahat, ſecundum voluntatem inſtituteris, non ſuccedet is, neque eius filius.*

32 *Conditio non nubendi cum ignobili, habet locum etiam ſi poſſeſſor contrahat matrimonium cum Nobili ex priuilegio.*

33 *Conditio, ne ſucceſſor contrahat nuptias cum perſona maculata, ſeu ignobili, an habeat locum in caſu* leg.27. Tauri, *diſputatur, & reſoluitur, ibid. vſque ad n.37.*

38 *Conditioni, ne nubat poſſeſſor cum perſona maculata, vel ignobili, non contrauenire dicitur quando non contraxit per verba de præſenti, ſed per ſponſalia de futuro.*

Redditur ratio, n.39.

40 *Conditio, ne ſucceſſor contrahat cum perſona maculata, ſeu ignobili, non impedit, ſi ante delatam ſucceſſionem contraxit cum perſona prohibita, & tempore delata ſucceſſionis iam ſit mortua.*

41 *Conditio prohibitiua contrahendi cum perſona impuri ſanguinis, non præiudicat ſucceſſori, ſi fuit nullum matrimonium, & ipſe habilis remaneat ad aliud contrahendum.*

42 *Conditio, ne poſſeſſor contrahat cum perſona maculata, (ſi illi contraueniat puella Virgo, & mortuo marito ſit libera, & habilis ad parendum conditioni) non impedit quin ſuccedat.*

43 *Conditioni ne ſucceſſor nuptias faciat cum perſona maculata, contraueniens minor, ſi moriatur coniux ante delatam ſucceſſionem, ſuccedere poterit, cùm non ſit impeditus tempore delata ſucceſſionis, & n.44.*

45 *Enunciatio, ne ſucceſſor contrahat cum perſona maculata, non obligat ſucceſſorem, quando per verba exhortationis vel conſilij, & non per verba neceſſaria præcepti, modi, vel conditionis fuit apposita.*

46 *Conditio, ne ſucceſſor nubat cum perſona maculata, vel ignobili, non excludit ſucceſſorem contrauenientem, quando non ſupereſt alius ex familia.*

47 *Conditio, ne ſucceſſor incat matrimonium cum maculata perſona, vel ignobili, non excludit filios natos ante matrimonium contractum cum perſona ignobili, ſeu maculata.*

48 *Conditio, ne ſucceſſor contrahat cum perſona ex genere ignobili, vel impuri ſanguinis, an noceat filiis natis ex ſecundis nuptiis contractis cum perſona ex genere nobili, vel puri ſanguinis? Diſcutitur ex profeſſo pro vtraque parte; & reſoluitur pro filiis.*

ARGVMENTVM.

Ex præcepto Diuino non compatitur coniugium inter eos, qui ſunt diſparis cultus; prout inter Catholicum, Hæreticum; fidelem, & infidelem: *Deuter. cap.7.* Vnde ex Iure huius præcepti, ſucceſſores in Maioratibus parêre tenentur conditionibus, quæ inſtitutionibus apponi ſolent, prohibentibus inire matrimonia cum perſonis maculatis ex genere Iudæorum, Infidelium, vel Hæreticorum; & quod aliter priuari debeant Maioratuum ſucceſſione non ſolum contrauenientes, ſed eorum filij, ac deſcendentes ex illo matrimonio. Hinc inſurgunt quæſtiones ſcitu dignæ, quæ breuiter reſoluuntur per Ampliationes, & Limitationes. Et tandem diſcutitur quid de filiis natis ex ſecundis ab inſtitutore deſideratis nuptiis, poſt contrauentionem, An, ex eo quod pater non paruit, ab initio conditioni, ſi Maioratus ad alium ex alia linea tranſiuerit, filius ex ſecundis nuptiis iuxta conditionem contractis, recuperare valeat Maioratus ſucceſſionem à Tertio illo, ex alia linea.

TAMETSI inter Doctores controuertatur, an de Iure Diuino incompatibile, ſeu prohibitum ſit coniugium inter eos, qui ſunt diſparis cultus; aliis Affirmatiuam, aliis Negatiuam partem propugnantibus, vt videre eſt apud Patr. Thom. Sanchez *de matrimon. lib.7. diſput.71. à n.5. vſque ad* 10. Ioan. Gutier. *de matrim.cap.*104 *num.*1. P.Henriquez à Villalob. *in Summa tom.*1. *tractat.*14. *difficult.*12. *num.*2. 1

Tamen

2 Tamen negare non poſſunt quin prohibitum fuerit ex præcepto diuino, & redditur iuſta ratio incompatibilitatis, & probibitionis, *Deuter. cap.7.* ita ſic: *Neque ſociabis cum eis coniugia, filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipias filio tuo, quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat Diis alienis.* Et 3. Regum cap. 11. *Certiſſimè enim auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos earum.* Et Numer. *cap.25.* de quo mentio fit in *cap. Nos, §.his itaque, 2. quæſt.7. cap.reos, §.Phinees quoque 23. quæſt.5.* & Diu.Paul. 2. *ad Corinth.cap.6. Nolite iugum adducere cum infidelibus: quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Aut quæ pars fidelium cum infideli?*

3 Ob quam rationem, attento hoc diuino præcepto, de iure habemus, prohibitum eſſe matrimonium inter Criſtianos & Iudæos, Hæreticos, & Infideles: & ſi carnaliter ſe immiſceant ſub figura matrimonij, puniuntur pœna capitis: *leg. ne quis Chriſtianum 5. C.de Iudæis & Cælicol. l.9. tit.24. part.7.* Menoch.*de Arbitr.lib.2. caſ.290.* Farinac.*de delict. Carnis, q.139. à num.1. cum ſeqq.*

4 Quæ eadem pœna mortis de iure diuino permiſſa fuit *Numer. dict. cap. 25. & dict. cap. reos, §. Phinees quoque Iudæum cum Madianita coëuntem gladio transfixit, quod eſt ei reputatum ad iuſtitiam 23. quæſt. 5.*

5 At quando non ſub figura matrimonij carnaliter ſe immiſcent, aliis pœnis arbitrariis puniuntur: & ſpecie caſus, quo Chriſtiana carnaliter ſe immiſceat cum Iudæo, Mauro, ſeu alio Infideli, & diſparis cultus, de iure noſtro Regio incidit, pro prima vice, in pœnam confiſcationis medietatis bonorum, & in caſu reincidentiæ in pœnam mortis, & confiſcationis bonorum: *l. fin. titul.25. part.7.* Quam ad id refert Franc.de la Pradilla *in ſuo tract. De las leyes penales, part.2. cap.6. n.2.*

6 Ab eademmet ratione Incompatibilitatis, ex mente diuinæ legis, ad illius præcepti obſeruationem, permiſſa eſt etiam in cauſis matrimonialibus, quæ ſunt de iure diuino, (& in quibus aliàs maxima libertas ac liber conſenſus ad contrahendum cum qualibet perſona requiritur, *leg.cum tale, §.reſcriptum, ff de condit. & demonſtr. cap. cum locum, de ſponſalibus: cum ſimilibus:*) Prohibitio in inſtitutionibus Maioratuum appoſita, ſeu conditio ſub pœna priuationis, non nubendi non ſolum cum ea perſona, quæ ſit diſparis cultus, ſed etiam cum perſona Chriſtiana ex ſanguine maculato deſcendente, videlicet ex Iudæis Mauris ſeu Sarracenis, vel Conuerſis; & contraueniens priuatur Maioratus ſucceſſione, Dom. Molin *lib.2.cap.13.num.28.* Qui ad hoc comprobandum præter *l.hoc modo 68. l.hoc genus 105. ff de condit. & demonſtr.* ad id etiam allegat *Geneſ cap.28.* vbi Iſaac præcepit filio ſuo Iacob vt non acciperet vxorem de genere Chanaam: Dom. Greg.Lopez *verb. con Villana, in l.3. tit.21. part 2.* Gratian. *reg.83. n.12. verſ.Vnde etiam ſuſtinetur clauſula, quæ ſolet apponi in Maioratibus vel meliorationibus, quod non contrahat matrimonium cum muliere deſcendente à Iudæis vel Saracenis ſub pœna amiſſionis Maioratus vel meliorationis, &c.* Pat. Thom.Sanchez *lib.1.de Matrim. diſput.24.num.40.* Mieres *part.1.quæſt.51. à n.1.* P.Molin. *de iuſt.& iur.tom.3.diſput.614.n.1.* Dom. D.Ioan. à Caſtil.*lib.5.cap.128.n.1.& c.178.n.2.verſ.Diſtinguendum: in fin.* Pat.Baſil. de Leon *de matr.lib.3.c.6. c.18.* Gutier.*de matr. cap.1.n.41.* Additionat. ad D.Molin. *d.lib.2.cap.13. ſup.n.28. vſque ad n.33.* D.Ioan.Eſcob.à Corro *in tract.de puritſ. ſang. part.1.q.4.§.7.n.2.& 3.*

7 Iuſtificatur autem & approbatur hæc conditio ex ratione per quam Diuinum præceptum prohibuit coniugia inter eos qui ſint diſparis cultus, ibi: *Quia ſeducet filium tuum ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat diis alienis: Deuteronom. dict. cap.7.* & ibi: *Certiſſimè enim auertent corda veſtra vt ſequamini deos earum*, cap.11. Regum 3. & Paul.2. ad Corinth. c.6. *Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? aut quæ pars fidelium cum infideli?*

Nam etſi conditio in Maioratibus non apponatur inter eos, qui ſunt diſparis cultus; apponitur inter eos qui proueniunt & deſcendunt ab illis, qui fuerunt diſparis cultus; & nemo ad ritus Iudaicos vel Mauritanos tranſit, niſi qui ex Iudæis, vel Saracenis ſeu Mauritanis parentibus deſcendit, & ab eis Iudaicam vel Mahometanam ſuperſtitionem didicit, Symancas *de iuſtit. Catholicis, tit.15.n.15.* Mieres *part.1. quæſt.51. n.26.* & *num.3.29. & 30.* tenet quod præter id, quod hæc conditio eſt de iure approbatiſſima, intereſt Reipublicæ cognoſcere ſeparatim Nationes ac familias, ne claræ puritate ſanguinis, & honeſtæ familiæ pereant, & confundantur commixtione infecti ac maculati ſanguinis, & ne deſcendentes ex impuro & ſordido genere, ſub vmbra & Clypeo claræ proſapiæ, & nominis aſſumpti mediante matrimonio, alios faciliùs decipiant, & illaqueent, ac domeſtica & familiari conſuetudine, ſenſim veteri ſuperſtione 8
inficiant ſanos credentes eos ex puro & claro ſanguine oriundos; quod vergeret in diſpendium Reipublicæ Chriſtianæ, & optimatum nobiliumque familiarum perniciem: in cuius comprobationem allegat *l.1. §.penult. ff.de ventr. inſpiciend. l.3. tit.5. l.3. tit.21.part.2. l.fin. titul.14. part.4.* ibi: *Ca no ſeria, guiſſada coſa que la ſangre de los Nobles fueſſe embargada ni ayuntada a tan viles.* 9

10 Et non obſtat id quod oppoſuimus de cauſa impeditiua libertatis contrahendi cum qualibet perſona matrimonium; quod eſt etiam de iure diuino. Quia reſpondetur, quod per dictam conditionem, & grauamen non impeditur ſucceſſor in Maioratu quin poſſit contrahere nuptias cum qualibet alia perſona, quæ non ſit ex prohibitis in dicta conditione; cùm multæ reperiantur puri ſanguinis & immaculati, cum quibus inire poſſit matrimonium; & ſic remanet in libertate contrahendi cum aliis: D.Molin. *lib.2. cap.13. num.3.* Henriquez *de matrim. lib.11. cap.6. num 6.* Pat.Thom. Sanchez *de matrim. lib.1. diſput.34.num.40.* Gutier. *de matrim. cap.21.num.fin.* Dom. D.Ioan. à Caſtil. *lib.5. cap.126. n.1. & cap.127. num.1.* Addent. ad D Molin. *vbi proximè.*

11 Ideò iuſtè tenetur ſucceſſor parere conditioni ſub pœna priuationis à ſucceſſione Maioratus, qua priuari debet ſi contraueniat, cùm ſit conditio honeſta & approbatiſſima, & tendens ad conſeruandam honeſtam generationem, bonum genus, ac familiam inſtitutoris, ſicuti omnes DD. ſupra relati aduertunt, & optimis iuribus comprobant.

12 Attamen ad declarationem huius conditionis, quæ in inſtitutionibus maioratuum conditores apponere ſolent, prohibendo ne ſucceſſores matrimonium contrahant cum perſonis ita maculatis ex genere, diſparis cultus, & deſcendentibus ab Hæreticis vel Infidelibus; & quod aliter contrauenientes ſucceſſione priuentur; operæpretium erit procedere per Ampliationes, & Limitationes ſequentes.

13 Ampliatur primò, vt licèt tempore inſtitutionis, vel delatæ ſucceſſionis adeſſet legitimus ſucceſſor & poſſeſſor bonorum Maioratus, & alius ſucceſſor ſequens in gradu, qui poſt eum, & eius deſcendentiam finitam vocatus fuit per generalem, vel per legalem vocationem,

P 4

Digitized by Google

vocationem, coniugatus eſſet cum perſona maculata ex genere Iudæorum, vel aliorum ex prohibitis in conditione; nam ſi primus decedat abſque deſcendentibus, is qui poſt eum habet vocationem generalem, ſeu legalem, qui iam reperitur coniugatus cum perſona prohibita, ſuccedere non debet.

14 Ratio eſt, quoniam cauſa finalis apponendi in inſtitutione dictam conditionem, comprehendit tam antea coniugatos, quam poſtea coniugandos: cum ſit ad conſeruandos ſucceſſores, & familiam Inſtitutoris in ſua puritate ſanguinis immaculati, vulgò *ſin raza*; & ne ratione ſocietatis coniugalis peruertat coniugem, vel ſit in periculo eum peruertendi ad ritus ſuorum Aſcendentium, Mieres *part.1. d. quæſt.52. num.26. & 48.*

15 Nec ei ſucceſſori prodeſt, ſi alleget, quod ſi tempore quo matrimonium contraxit ſciuiſſet aut præſumere potuiſſet illam Inſtitutionem ac vocationem ſub dicta conditione, quæ poſtea ſuperuenit, & quod eueniret caſus ſuæ ſucceſſionis, non contraxiſſet niſi cum alia perſona ex permiſſis ab inſtitutore: & cùm tempore delatæ ſucceſſionis reperiatur impeditus, neque vllo modo poſſit implere conditionem; grauamen debet haberi pro impleto, quia iam non ſtat per eum: & abſque contrauentione priuari non debet, imò admitti: Argumento eius quod traditur de officio Decurionatus, & de cōductore redditūum regalium: quia licèt ſit incompatibile ex diſpoſitione *leg.10. tit.3. & l.3. tit.5. lib.5. Recep.* quæ prohibent ne Decuriones, vel alij reipublicæ Officiales poſſint eſſe conductores Regalium, nec aliarum rerum ad Ciuitates pertinentium, nec eorum fideiuſſores, ſub pœna amiſſionis & priuationis Officiorum, & quartæ partis bonorum ſuorum, ſi tempore, quo in officio Decurionatus vel aliorum Officiorum ſuccedunt, erant conductores Regalium, non ex eo priuari debent, ſiquidem tempore quo ad conductionem Regalium vt principales, vel fideiuſſores ſe immiſcuêre, non erant Decuriones, nec alij reipublicæ Officiales, nec impediti ſeu prohibiti ex diſpoſitione *d. l.20. tit.3. & l.3. tit.5. lib.7.* quæ ad pœnam amiſſionis requirit, quòd poſtquam ſit Decurio, vel reipublicæ Officialis contraueniat: quia conductio de præterito in tempore habili, & non prohibito, ei non nocet, vti probat Caſtillo, & Bobadilla *in ſua Politic. lib.3. cap.4. num.39.*

16 Præterea etiamſi allegare poſſet magis in terminis, quod ſucceſſor grauatus ſub conditione contrahendi matrimonium cum perſona ex ſuis & familiæ teſtatoris conſanguineis, debet admitti ad Maioratus, ſeu feudi ſucceſſionem, ſi tempore delatæ ſucceſſionis iam erat coniugatus extra familiam cum perſona extranea, vt probat quoad feudum Cephalus *conſil.133. à num.31. lib.1.* & quoad Maioratus ſucceſſionem D. Molin. *lib.2. cap.13. num.16. verſ. Quod probabile mihi videtur.*

17 Nihilominus enim reſpondetur, quod cùm in conditionibus maximè attendi debeat tacita vel expreſſa voluntas inſtitutoris, qui conditiones regit, *leg. hac conditio 10. l. in conditionibus 19.* quæ loquitur in caſu nuptiarum, *ff. de condit. & demonſtr.* Et in caſu no-
18 ſtro militet præſumpta voluntas, quæ colligitur ex cauſa finali apponendi talem conditionem prohibitionis, & incompatibilitatis, certum eſt excludi tam antea coniugatum in vita inſtitutoris, vel ante delatam ſucceſſionem, quam qui poſtea contrahit cum perſona prohibita: nam vterque æqualiter in mente inſtitutoris tanquam contrauenìens iudicari debet, atque ita excludendus à ſucceſſione.

19 Non obſtat ergo D. Molin. *lib.2. cap.13. num.16.* nec Cephalus *dict. conſil.133. à num.31.* Quia contrarium tenent Paul. Pariſ. *conſil.17. per tot.* maximè *à num.30. vol.1.* Miet. *part.1. quæſt.50. num.72. & quæſt.51. n.405.* Qui tamen omnes ita conciliari poſſunt, vt D. Molin. & Cephalus intelligantur in caſu quo conditio nubendi ſit intra familiā, tantùm, ſiue cum aliquo, vel aliqua ex conſanguineis, vel ex familia inſtitutoris.
At verò opinio Pauli Pariſ. & Miet. accipi debet in 20
caſu quo prohibitio nubendi ſit cum aliqua perſona ex genere Iudæorum, vel cum Mauris, Sarracenis, Hæreticis, aut aliis perſonis quæ ab Infidelibus originem ducant.

Ratio differentiæ ſtat in hoc, quod in primo caſu, 21
cauſa finalis præſumitur, vocandi eos, qui ſunt ex familia, & prohibendi matrimonium extra familiā, & ſic excludi non debet qui iam coniugatus erat tempore delatæ ſucceſſionis. Sed in ſecundo, cauſa finalis eſt conſeruandi ſuam familiam in puritate ſanguinis, & ne ſucceſſores maculentur, nec habeant conſortem maculatum, nec in periculo ſeu occaſione verſentur peruertendi ad ſuperſtitionem Infidelium, & recedendi ab illis qui ſunt ex Catholico genere, puro, vel nobili.

Secundò ampliatur, etſi contrauenìens, tempore 22
contracti matrimonij, & anteà. ignorauerit, vel dicat ignoraſſe, quod coniux eſſet ex Iudæis deſcendens, Mauris, vel Conuerſis, ſeu ex ſanguine maculato. Probant latè Dom. Molin. *lib.2. dict. cap.13. n.28. & 29.* vbi Additionat. Miet. *part.1. quæſt.51. à n.390. vſque ad n.406.* Gutier. *lib.4. pract. quæſt.8. n.2.* Dom. D. Ioan. à Caſtil. *lib.5. cap.116. n.13.* Eſcobar à Corro *de purit. ſangu. part.1. quæſt.4. §.7. à n.24. vſque ad 40.* talem ignorantiam non ſuffragari ſucceſſori, qui nihilominus excluditur.

Tertiò ampliatur, quamuis contrauenìens ſit vir- 23
go aliqua puella, ſub parentum, aut conſanguineorum poteſtate exiſtens; quia ſi contrahat cum eo, qui ſimilem maculæ, (vulgò *raza*,) defectum patiatur, non excuſatur ex eo quod non teneatur viri qualitates inueſtigare ob honeſtatem & ſui ſtatus rationem, nec ex eo quod debeat ſequi votum parentum, qui in electione præſumuntur meliùs ſcire viri ſui mores, & qualitates generis & ſanguinis; Cum nihilominus militet eadem ratio appoſitæ conditionis & excluſionis, & in tali ſucceſſore ab eo procedente deficiat illa qualitas à conditore Maioratus deſiderata, ad hoc vt eius memoria ſemper conſeruetur pura, & præfulgeat in ſucceſſoribus qui ſint ſanguine puri, & eius bona nullatenus ad impuros, & maculati ſanguinis tranſeant, aliter infringeretur eius voluntas: ex his quæ tradit Mier *part.1. quæſt.51. num.60.* Eſcob. à Corro *de purit ſang. dict. part.1. quæſt.4. §.7. num.108.* Et idem ſentire videtur Dom. Molin. *dict. lib.2. cap.13. num.33.* dum ita dicit: *Quamuis in muliere non tam clarè procedat, prout optimè conſiderat Cagnolus in d. l. qui cum alio, num.20. quæ omnia cùm caſus contigerit, exactiùs examinanda erunt; propter Maioratus inſtitutoris enixam voluntatem, qui ex prædicta clauſula voluiſſe credendus eſt, ne Maioratus ſucceſſio ad perſonas generis infecti deueheretur; cuius voluntati, omnia, quæ prædiximus, aduerſari conſtat; quamuis ex æquitate admittenda videatur.*

Ideoq́ue in ea ſum opinione, quod obſeruetur ad 24
vnguem voluntas inſtitutoris, & cauſa finalis conditionis ab ipſo appoſitæ, quæ primum locum obtinet, & prædominari debet; *vulg. l. in conditionibus 19. in princ. ff. de condit. & demonſtr.* quidquid in contrarium videantur tenere Eſcob. à Correro *dict. p.1. q.4. §.7. n.108.* & alij DD. ab eo relati. Attamen hanc Ampliationem intelligas iuxta limitationē infra ſcriptā.

Ampliatur

26 Ampliatur quartò, ex eademmet ratione; quamuis contrauenıens ſit minot, & reſtitutionem in integrum petat; quia niſi denuo ſatisfacere poſſit voluntati teſtatoris ſeu inſtitutoris, & condirionem ſeu præceptum adimplere re integra; & quod alteri ius quæſitum non ſit, minor reſtitui non debet: *l. quod ſi minor, §. Scænola, ff. de minoribus*, per quem text. ita tenet in terminis Mier. *part. 1. quæſt. 50. num. 105. & part. 2 quæſt. 4. illat. 8. num. 175. verſ. Ex qua diſtinctione infertur, quod ſi minor ſit grauatus non contrahere matrimonium ſub pœna amiſſionis Maioratus, cum certo genere perſonarum, & contrauenit voluntati & præcepto teſtatoris, non poteſt petere reſtitutionem contra talem inobedientiam & contemptum; vt probatur ex regula in dict. §. Scænola, ff. de minor. & ex Dom. D. Ioan. del Caſtil. lib. 5. part. 2. cap. 127. n. 58.*

27 Ego autem iudico, quod hoc eſt tempetandum ex limitatione infra tradenda.

28 Ampliatur quintò, etiamſi contrauenıens in nuptiis contrahendis cum perſona ita maculata, vel ex genere odioſo inſtitutori, matrimoniū non conſummauerit; veluti ſi contrahat legitimè ſponſalia de præſenti, & antequam conſummauetir matrimonium coniux obierit, vel Religionem ingrediatut, & profiteatur; Mier. *part. 1. quæſt. 39 n. 1. & quæſt. 11. a n. 368. vſque ad num. 389.* Gutier. *de matrim. cap. 2. num. fin.* Eſcobar à Corr. *de purit. ſanguin. part. 1. quæſt. 4. § 7. à num. 49. vſque ad 61.*

29 Ampliatur ſextò, etſi in primo matrimonio ſucceſſot non conttauenerit conditioni, ſed omnino voluntatem inſtitutoris adimpleuerit; attamen poſtea mortuo, vel mortua coniuge, ſi ad ſecundas vel tertias tranſeat nuptias, & conttaueniat, matrimonium contrahendo cum perſona maculata, vel ex genere teſtatoti odioſo, nihilominus cadet à ſucceſſione Maioratus; quia dicta conditio cùm ſit negatiua, debet intelligi non ſolum de primis, ſed etiam de ſecundis & omnibus aliis nuptiis vſque in infinitum: *l. hoc genus legati* 106. vbi Gloſ. fin. *ff. de condit. & demonſtr.* P. Thom. Sanch. *de matrim. lib. 1. diſput. 33 n. 14. & diſp. 34. num. 42.* Gutier *lib. 4. pract. quæſt. 8 num. 5. & 6. & de matrim. cap. 21. num. fin.* Mier. *part. 1. dict. quæſt. 51. à num. 50. & à n. 340.* Gratian. *tom. 5. cap. 863. num. 2.* Eſcob. à Cott. *de purit. ſang. part. 1. dict q. 4. § 7. à n. 4. vſque ad n. 8.*

30 Ampliatur ſeptimò, etiam verſa vice; ſi ſucceſſor in primo matrimonio inobediens voluntari teſtatoris contrauenerit conttahendo cum perſona maculata, ex ſanguine impuro; nam licèt poſtea ſoluto illo matrimonio contrahat cum alia, quam, ſecundum conditionem ſeu grauamen, non prohibetur in coniugem accipere, amittit nihilominus ſucceſſionem Maioratus, & eo priuari debet, quia ſufficit quod ſemel fuerit inobediens & contrauenerit: *leg. ſi quis heredem 7. C. de inſtit. & ſubſtit. l. in ſubſtitutione 31. ff. de vulgar.* Mieres *part. 1. quæſt. 51. num. 331. vſque ad 342.* Pat. Thom Sanch. *de matrim. lib. 1. diſput. 34. num. 42.* & latè Eſcob. à Corr. *de puritat. ſang. part. 1. dict. q. 4. § 7. à num. 9. vſque ad 15.* in cuius comprobationem allegat Fontanellam *de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 3. part. 4. ex num. 32.* Gratian. *tom. 1. cap. 157. à n. 1.*

31 Ampliatur octauò, reſpectu liberorum eius matrimonij contracti cum perſona impuri ſanguinis ante delatam ſucceſſionem, etiamſi tempore delatæ ſucceſſionis mortua fuiſſet mater, & pater iuxta voluntatem inſtitutoris poſtea conttahat cum alia ab inſtitutore deſiderata; quia in hoc caſu filij ex primo matrimonio ſuccedere non debent: Pelacz de Mier. *part 1. quæſt. 51. n. 339.* ibi: *Et ita maiori ratione procederent, vbicumque iſte qui matrimonium contraxit, ex primo matrimonio filios habuit, & ſemen teſtatori odioſum, qui caſus indubitabilis eſt, vt ad ſenſum patet; & pro iſtis retorqueri poteſt text. clarus in d. l. hæc conditio, in illis verbis: & ſi teſtator de primo nuptiali iugo ſenſerit, puto defectam conditionem, ff. de condit. & demonſtr.*

Ampliatur nonò, quamuis grauatus contrahat ma- 32
trimonium cum perſona, quæ ex Principis reſcripto facta eſſet in omnibus Nobilis; quia hæc nobilitas ex priuilegio, vbi naturalis puritas in ſanguine requiritur, ei non prodeſt; latè probat Mier. *dict. 1. part. quæſt. 51. num 304. cum duobus ſeq.* Iacob. à Corr. *de purit. ſanguin. part. 1. quæſt. 4. § 7. à n. 16. vſque ad 23.* ex his quæ etiam ad id tradunt Azeued. *in l. 22. n. 4. tit. 7. lib. 1. recop. & in l. 1. num. 59. tit. 1. lib. 6. recopilat.* Villar Maldonado *in Sylua reſponſ. reſponſ. 12. n. 42.* Auguſt. Barboſ. *appellat. 164. n. 4.*

Ampliatur denique, etiam quando dicta conditio 33
fuerit appoſita in Maioratu à parentibus inſtituto ex Tertio & Quinto bonorum, iuxta deciſionem *l. 27. Taur.* tenentur enim eam obſeruare filij ſeu deſcendentes, & Aſcendentes, atque etiam Tranſuerſales; dum tamen fit per illum ordinem à *d. l. 27.* præſcriptum, & inter illos tantum qui ſint eiuſdem gradus, & aliquis ſuperſit ex eis qui huiuſmodi ſit gradus, quia nullo ſuperſtite, etiamſi is contraueniat, non faciet tranſitum Maioratus ad alium: Nam ſicut expreſsè non poteſt pater excludere aliquem ex his qui ſunt eiuſdem gradus, ita nec tacitè apponendo dictam conditionem, nec aliam, ne ſequatur ex illo grauamine quod aliquis ex gradu inferiori præferatur, & præpoſteretur ordo à *dict. l. 27.* requiſitus, Angulo *de mejoras, l. 11. tit. 6. lib. 5. recop. gloſ. 4 n. 7. 8. & 9.* & ibidem Azeued à *n. 20.* & cum aliis Dom. D. Ioan. à Caſtil. *lib. 5. part. 2. cap. 128. ferè per tot.*

Sed ego, tantum in ſpecie huius conditionis non 34
contrahendi cum perſona maculata, atque ex genere Iudæorum, & aliorum Aſcendentium diſparis cultus, abſolutè acciperem hanc limitationem, & abſque diſtinctione graduum, ſeu ordinis à *d. l. 27.* præſcripti: & non admitterem, ſicuti non admitto hanc declarationem, quæ dictam ampliationem reſtringit per ſuum ordinem inter perſonas eiuſdem gradus, & qualitatis, niſi in cæteris aliis conditionibus atque grauaminibus. Et moueor ex peculiari ratione, quia hæc conditio differt ab aliis, cùm ſit approbatiſſima, & ex præcepto diuino proueniens. Et ex eo quod ſi 35
pater, ſecundum opinionem multorum, poteſt exhæredare filium, vel filiam, ignominioſè contrahentes cum perſona indigna, ſeu ignominioſa, (indigna enim dicitur, quæ deſcendit ex proſapia Iudæorum Conuerſorum, vel aliorum diſparis cultus, Fontanel. *to. 2. clauſ. 5. gloſ. 1. part. 1 n. 103. & 104.*) multo magis poterit illos priuare ſucceſſione Maioratus.

Et cum pater honorem ſuum, & ſuæ progeniei, ac 36
puritatem familiæ conſeruare intendat, iuſtâ ac naturali æquitate, imò etiam diuino præcepto ſuadente, vt conſequatur pater tam iuſtæ intentionis effectum à filiis & deſcendentibus, poterit denegare eis dotem, vel patrimonium, & exhæredare filium vel filiam tales ignominioſas nuptias contrahentes; & à Iudicibus tam ſecularibus quam Eccleſiaſticis iuuandus eſt pater: vti latè ponderat Dom. Præſes Couar. *de ſponſal. part. 2. cap. 3. § 8. n. 7. verſ. Hæc omnia ceſſant.* Mier. *p 1. q. 50. n. 84.* Gutier. *Canonic. lib. 1. cap. 20. n. 14. 15. 17. & 25.* vbi dicit: *Exhæredes facere pater poteſt de Tertio & Quinto bonorum excepta legitima:* Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 1. part. 1. n. 88. cum ſeqq.* & alios refert Eſcob. a Corr. *de purit. ſang. part. 1. q. 4. d. § 7. à n. 94. vſque ad n. 103.*

Et

Digitized by Google

57 Et ad hanc noſtram ſententiam videtur ſe inclinare, & eam tenere Mier. *dict. 1. part. quaſt* 51. *num* 49. *&* 54. quidquid dicat Dom. D. Ioan. à Caſtil *lib*. 3. *cap*. 128. *num*. 19. *verſ. His quidem verbis, aſſequi non valeo in quo Pelaez Angulum ipſum confutare intenderit, &c.* Quod enim percipere non valet ex verbis & rationibus Pelaez de Mier. contra Angulum: hoc ipſum eſt, quod nos apertiùs in declaratione huius Ampliationis dicimus, & expoſuimus.

38 Sed hæc dicta ſint de Ampliationibus, reflectamus modò ad Limitationes. Et ſit limitatio prima quando ſucceſſor non ſponſalia de præſenti, ſed ſponſalia de futuro tantum contraxit cum perſona infecta: quia ex hoc non dicitur contrauenisſe cum effectu, & taliter quod ex eo priuari debeat ſucceſſione Maioratus: ſiquidem propter hoc non impeditur quin poſtea condignè poſſit contrahere: vt probat exactè Eſcobar à Corro *de purit. ſang. part*. 1. *d. quaſt*. 4 §. 7. *à num* 51. *vſque ad n*. 57.

39 Ratio eſt, quia ſi quis aliquas nuptias contrahere prohibitus ſit, attamen ſponſalia contrahat, non contrauenit taliter quod pœnam incurrat; Decius *conſil*. 256. Hippol. de Marſil. in *l. is qui cum telo, n*. 39. *C. de falſ.* Matienç. *in l. fin. gloſ*. 6. *num* 1. *tit*. 2. *lib*. 5 *recopil*. Gutier. *de iuram. confirm. part*. 1. *cap*. 51. *num*. 3. Pat. Thom. Sanch. *de matrim. lib*. 1. *diſputat*. 1. *à num*. 3. Narbon. *in l*. 29. *gloſ*. 3. *num* 51 *tit*. 7. *lib*. 1. *recop*. Fontanell. *de pact nupt. tom*. 2. *clauſ*. 5. *part*. 10 *gloſ*. 8. *num*. 34. *&* 35. & alios allegat Eſcob. à Corr. *vbi proximè, num*. 56. *&* 57.

40 Limitatur ſecundò, ſi ante delaram ſucceſſionem grauatus contraxerit matrimonium cum perſona ita infecta, quæ iam mortua erat tempore delatæ ſucceſſionis; nam ex eo excludi non debet, quia tempore delatæ ſucceſſionis reperitur habilis ad contrahendum ſecundum conditionem inſtitutionis, & inſtitutoris præceptum; Dom. Molin. *lib*. 2. *dict. cap*. 13. *num*. 16. per text. io *l. interuenit* 24. *ff. de legat. praſtand.* ibi: *Et placet ſufficere in ea neceſſitudine tunc eſſe, quando dies legati cedit:*

Sed ſi ex dicto matrimonio prohibito habuit filios, hi ſuccedere non debent ex ſupradictis, in *Ampliatione* 8.

41 Limitatur tertiò, quando matrimonium contractum à ſucceſſore grauato cum perſona ex genere impuro, fuiſſet nullum; quia nulliter contrahens non impeditur aliud contrahere matrimonium iuſtum, *cap. ſignificaſti* 2. *de eo qui duxit in matr. quam poll. per adult.* & ideo nihilominus poteſt adimplere grauamen, & conditionem inſtitutionis: Mier. *part*. 1. *quaſt*. 51. *à num*. 383. *vſque ad n*. 386. Eſcob. à Corr. *de puritat. ſang. dict. quaſt*. 4. §. 6. *à num*. 62. *vſque ad num*. 73.

42 Limitatur quartò, in puella Virgine grauata ſub dicta conditione, ſi poſt contrauentionem, mortuo primo marito, deueniat ad caſum quo adimplere valeat voluntatem inſtitutoris, contrahendo cum viro ex genere quod inſtitutor deſiderauerat; quia cùm habuerit cauſam excuſationis quando contraxit primum matrimonium, de qua Eſcob. à Corr. *d part*. 1. *quaſt*. 4. §. 7. *à n*. 41. ex æquitate dicendum eſt, quod in ſpecie huius caſus in quo non defraudatur voluntas inſtitutoris, & complementum conditionis ab ipſo appoſitæ, non debet priuari ſucceſſione Maioratus. Quæ æquitas conſiderata à Dom. Molin. *d. lib*. 2. *cap*. 13. *num*. 28. *in fin*. locum habere debet in hoc caſu, & in eo admittenda eſt opinio Menoch. & aliorum, quos recenſet Vincent Fuſar. *quaſt* 585. *n*. 3.

43 Limitatur quintò, eademmet ratione, de qua, *ſuprà proximè*, quando ſucceſſor, qui tempore contrauentionis erat minor, & defuncto, ſeu defuncta, maculati ſanguinis coniuge, poſtea tempore habili ad implendam conditionem nubendi cum perſona, quæ in conditione requiritur petat reſtitutionem in integrum aduerſus contrauentionem; quia in hoc caſu reſtituendus: nam iure minori ſuccurritur tempore habili, abſque eo quod implementum conditionis atque voluntas conditoris Maioratus detrimentum aliquod capiat. 44 Et ſecundum hanc limitationem accipienda eſt opinio Vincent. Fuſar. *d. quaſt*. 585 *num*. 3. *& num. fin.* & aliorum quos allegat.

45 Limitatur ſextò, ſi ſucceſſor non ſit grauatus ſub dicta conditione per verba neceſſarij præcepti, modi, vel conditionis; ſed per verba exhortationis ſeu conſilij, quæ non grauamen vel conditionem inducunt: ita tenet Mier *part*. 1. *quaſt* 50. *num*. 107. per text. *in cap. quod præcipitur*, 14. *quaſt*. 1. & Canoniſtæ in *cap*. 1. *de ſponſal. impuber.* Dom Præſ Couarr. *in rubr. cap*. 1 *n*. 12. *de teſtam.*

46 Limitatur ſeptimò, quando non ſupereſt alius ex familia præter ſucceſſorem, qui huic conditioni contraueniat, quia tunc nihilominus ſub eadem conditione inter poſteros obſeruanda ſuſtineri debet in eo, & in eius progenie, ne finiatur, atque extinguatur Maioratus, & memoria eius inſtitutoris, qui ſemper præſumitur perpetuitatem deſideraſſe, & ob neceſſitatem perpetuæ ſucceſſionis voluiſſe in hoc caſu, quod aliàs excluſus per contrauentionem dictæ conditionis ſuccederet: ex his quæ latè tradunt, propter Maioratus perpetuam & inextinguibilem naturam, Dom. Molin. *lib*. 1. *cap* 4 *per tot. & cap* 6. *n*. 176. *& part*. 4. *q*. 26. & maximè in terminis Dom D. Ioan. del Caſtillo *tom* 5. *part*. 2. *cap*. 143. §. *vnic. num* 8. his verbis: *Et inferri poteſt ad Maioratus ſucceſſionem admitti etiam eos, qui per inſtitutorem ob qualitatem aliquam, vel ob aliam rationem excluſi fuerint, ſi ex familia inſtitutoris deſcendentes omnes, & etiam tranſuerſales deficiant. Atque ita dicendum eſt, ex natura ſucceſſionis Maioratus, quæ perpetua eſſe debet, ne ſcilicet perpetua ſucceſſionis cauſa finiatur, ex tacita etiã coniectura voluntatis inſtitutoris Maioratus, &c.* Et ad id allegat text. in *l*. 1. §. *non ſolum, ff. vt legat. vel fideicom. nom.* ibi: *Quamuis iſti non ex iudicio defuncti, ſed ſucceſſionis neceſſitate, quaſi ad as alienum admittantur.*

47 Limitatur octauò, in filiis natis ante matrimoniũ contractum cum perſona ex prohibitis in dicta conditione, quia excluſi non debent cenſeri nati ex matrimonio contracto cum perſona habente illam puritatem ſanguinis ab inſtitutore deſideratam, etſi parens poſtea contrauenia tranſiens ad ſecundas nuptias, Eſcob. à Corr. de purit. ſanguin. *d*. 1. *part q*. 4. §. 7. *n*. 8. ex his quæ antea latè tradit in *d. quaſt*. 4. §. 4. *illat*. 7. *ex num*. 155.

48 Ex his pro Coronide incidimus in difficilem quæſtionem: Quid erit, ſi pater contrauenit in primis nuptiis, & propterea ad alium ex alia linea tranſiuit Maioratus, deinde in ſecundis nuptiis contrahat ſecundum conditionem ab inſtitutore requiſitam, & ex hoc ſecundo, tertio, vel quarto matrimonio habeat filios; an ex eis maior, natu valebit recuperare Maioratus ſucceſſionem à Tertio illo ex alia linea occupatam, qui iam habuerit ius ſibi quæſitum, vel etiam actualem poſſeſſionem tempore habili?

49 Aduerſus filium ex ſecundis nuptiis iuxta inſtitutoris intentionem procreatum obſtare videtur, quod eo ipſo quod eius pater fuit tranſgreſſor præcepti, ſeu conditionis inſtitutioni appoſitæ, amiſit Maioratum, & ius eius fuit taliter extinctum, quod ex poſt facto, ampliùs ſuſcitari non valet, maximè cum à ſequenti

Digitized by Google

quenti in gradu ſit illico tranſlatum : probat Eſcob. à Cort. *de puris. ſang. pars.1.dict.quaeſt.4.§.7. à num.9. vſque ad* 15. per text. in *l. in ſubſtitutione* 31. *ff. de vulg.l.ſi quis hæredem* 7. *C.de inſtit. & ſubſtit. l. inter ſtipulantem* 84. *§.Sacram, ff.de verb.oblig. & l.qui res* 98. *§.arcam, ff.de ſolut. l.cum ex cauſa* 9. *C.de remiſſ. pigner.* & aliis iuribus atque pluribus autoritatibus.

50 Ruſus quia per contrauentionem huius conditionis, non ſolum excluditur pater contraueniens, ſed etiam eius filij, & ſic excluſio non ſolum eſt perſonalis, ſed etiam realis : Pelaez de Miet. *dict. 1. part. quaeſt.*51.*n.*340. *& part.*2.*quaeſt.*4. *illat.*2. *à n.*15. *& q.*6. *à num.*220. Eſcob. *dict. 1. part.q.*4.*§.*7.*n.*8.

51 Tertiò tandem, nam quamuis admittamus quod in hoc caſu excluſus ſit tantum pater, non autem filius poſtea procreatus ex matrimonio contracto iuxta conditionem inſtitutionis, non tamen ſucceſſio Maioratus poteſt eſſe in pendenti, ſed illico in ſequentem tranſire debet : ex regula textus in *l. fin. in fin. ff.commun. prædior. l.ſi ex duobus, §. ſed & Marcellus, ff.de in diem adiect.* Dom. Molin. *lib.*1. *cap.*13. *num.*36. *&* 37. *& lib.*2. *cap.*13 *n.*16. & pleniſſimè *in lib.*3.*cap.*10. *à num.*4. *vſque ad n.*15. *& num.*38. *vſque ad num* 43. vbi Additionat. quamplurimos referunt cum Alciato *in celebri conſil.*119. *lib.*9. Dom. D.Ioan. à Caſtil. *lib.*3.*cap.*15. *ex num.*2. Gaſp.Anton.Theſaur. *lib.*1. *quaeſt.Forenſ. quaeſt.*84. Vincent.Fuſar. *quaeſt.*318. *num.*3.

52 Sed verius eſt, quod pertinet ſucceſſio Maioratus ad filium ex his ſecundis nuptiis inſtitutori gratis, & quod poſſit à quolibet ex alia linea eam ſibi auocare, probatur quia procedit à linea vltimi poſſeſſoris primo loco vocata, & in eo concurrunt omnes qualitates, & conditio ab inſtitutore deſiderata : & ſic habet prælationem ac irreuocabilem vocationem ex ſuo capite ac ex ſua perſona, independentem à patre, qui per contrauentionem ius ſuum lædere non potuit.

53 Nec refert, quod natus fuerit poſt contrauentionem, & quod interim ad alium ex alia linea, tranſlata ſit ſucceſſio, atque alteri tanquam tum temporis proximiori, & in gradu ſequenti, ius ex cauſa contrauentionis quæſitum ſit : Quia id factum fuit reuocabiliter, ſicuti in terminis de contrauentione patris conditioni de non alienando ſub priuatione Maioratus in fauorem ſequentis in gradu vocati : nam ſi eo tempore quo alienauit non erat natus filius, & poſt alienationem, atque contrauentionem dictæ conditionis, aliarumve ſimilium, filius naſcatur, etiam tempore quo Maioratus ad alium ex alia linea fuiſſet tranſlatus tanquam tunc temporis proximiorem & ſequentem in gradu vocatum, probat Dom Molin. *lib.*3. *cap.*10. *à num.*44. & *ibidem* Addit. *verſ.Prima concluſio.* Talem filium poſtea natum in ſucceſſione Maioratus admittendum, adeò vt contrauentio patris ipſi filio nocere non poſſit, his verbis : *Prima concluſio eſt, quod filius, vel nepos, ob contrauentionem Patris, vel Aui, à Maioratus ſucceſſione non excluditur, ex adductis in præſenti, & ſupra lib.*1.*cap* 9. *num.*58. *Tello Fern.in l.*27.*Taur.num.*10. *Mier.*2 *part quaeſt.*4. *illat.*8.*num.*22. Dom.Caſtill.*lib.*3.*cap.*15 *num.*56. *idque in Hiſpanorum primogenitis, communis praxis obſeruat, cum vnuſquiſque iure proprio ſuccedat, ex adductis ſuprà cap.*6.*num.*43. *& infra cap. . . . n.*73. Alioquin ſi poſtea nati non admitterentur, ſequeretur magnum inconueniens, ſcilicet quod poſſeſſor Maioratus poſſet ad libitum alienare ante natiuitatem vocatorum, & in præiudicium eorum ; inſtitutoris Maioratus voluntatem eludere : contra text. *in l. ſi id quod, ff.de liber.legat.* quem in ſpecie expendit Fuſarius *quaeſt.*318. *num.*100. poſt Peregrin. *de fideicom. art.*22. *num.*75.

Et non obſtant duo priora pro contraria opinione adducta fundamenta : Quia in hoc caſu per contrauentionem patris excluſio non fuit realis, ſed perſonalis, ex eo quod reſpectu filij ex dicto matrimonio, in quo pater paruit conditioni, non militat ratio excluſionis, ſed tantummodo reſpectu patris, & omnium aliorum filiorum, ac deſcendentium ex matrimonio, in quo fuit contrauentum conditioni ; & cauſa finalis, ac ratio excluſionis facit eam eſſe realem, vel perſonalem ; & quando eſt perſonalis, contrauentio patris non nocet filio, quia ſuccedit tunc filius ex ſuo Capite, iuxta voluntatem inſtitutoris, & ſecundum eius vocationem : Vincent. Fuſar. *d q.*318. *num.*77. *&* 78. vbi ad id allegat Roman. *conſil.*134. *dub.*4. 54

Nec etiam obſtat vltimum fundamentum, dum dicitur quod ſucceſſio non poteſt ſtare in pendenti, ex *dict. l. fin in fin. ff.commun prædior.* cum aliis. 55

Ad id namque reſpondetur, quod ex voluntate inſtitutoris effectus diſpoſitionis poteſt pendere, vt in præſenti fuit in ſuſpenſo : & diſpoſitio in *d. l. fin. ff.commun. prædior.* procedit in diſpoſitionibus puris, non autem in conditionalibus ; & circa ſubſtantiam diſpoſitionis, non verò circa effectus ex ea reſultantes ; *l. ſi ſeruum communis, §.*1. vbi Gloſ. *ff.de ſtipulat.ſeru.* Vincent.de Franch.*deciſ.*169.*n.*10. & Add. ad Dom Molin. *dict.lib.*3. *cap.*10. *ſuper num.*1. *vſque ad* 44. Vincent. Fuſar.*quaeſt.*318.*n.*79.108.*&* 109.D.Anton.Cabreros *de metu, lib.*2.*cap.*9 *n.*40. & nos latiùs dicemus *infrà part.*5.*cap.*8. *per tot.* Ex quibus difficultas ſoluitur, ad laudem Dei optimi & maximi, ac Virginis dominæ noſtræ immaculatæ Mariæ. 56

CAPVT IV.

De Incompatibilitate Iuris Diuini circa ſucceſſionem hæreditariam ratione ſexus.

SVMMARIVM.

1 *Text.* Numer. cap.26. & 27. *ſpecies, & eius caſus exponitur, & n* 2. *&* 3.

4 *Succeſſio apud filiam fœminam erat incompatibilis de iure diuino. ſiupereſſet alius filius maſculus.*

5 *Succeſſio in Maioratibus noſtra Hiſpania inter filium & filiam, regulatur ad inſtar ſucceſſionis inter eoſdem, ſecundum ius diuinum.*

6 *Fœmina, quamuis ſit primogenita reſpectu maſculi eiuſdem lineæ, & gradus, eſt tamen inſtar ſecundi gradus ad ſuccedendum in Maioratu.*

7 *Fœmina etiam in Maioratibus agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, ſuccedit ad inſtar virorum, & per ſuum Ordinem, ſi omnes tam agnati, vel cognati de familia deficiant.*

*Ne memoria inſtitutoris pereat, ſed conſeruetur in fœminis quæ ſuperſunt ex eius familia, n.*8.

Comprobatur, n 9.

10 *Fœmina in Maioratibus agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis ſuccedebant de iure diuino, per text.* Numer. cap.26. & 27. *ſi deficiebant omnes maſculi ex illa Tribu, vel familia, & num.*11.

12 *Fœmina, licèt non ſint vocata, non cenſentur excluſa* :

cluſa : probatur Numer. cap. 27.

Et ad inſtar huius de iure diuino deciſionis , idem in Maioratibus Hiſpania deciſum eſt , & obſeruatum, num.13. & 14.

15 L.13. titul.9. lib.5. Recopilat. interpretatur Dom. D. Ioſeph Vela , contra Dom. D.Ioan. à Caſtillo.

16 Maſculus ex fœmina , ſiue cognatus inferioris linea, & gradus, ſi contendat cum fœmina poſterioris linea, & gradus ſuper ſucceſſione Maioratus pura agnationis , quando deficiunt omnes agnati, an praferri debeat fœmina.

Referuntur Doctores & textus, qui ſunt pro maſculo ex fœmina, n.17. & 18.

19 Fœmina potioris linea , & gradus , praferri debet maſculo ex fœmina inferioris linea in Maioratu agnationis, quando defecerunt omnes agnati, & ſuccedunt in eo tanquam in Maioratu regulari, quod deciſum eſt , tam de iure Diuino ex cap.26. & 27. Numer. quàm de iure noſtro Regio.

20 Regula , quòd in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, quomodo intelligi debeat.

21 Reintegrationis linea quaſtio quando in Maioratu pura agnationis omnes agnati deficiunt , proponitur diſputanda.

22 Fœminam , filiam agnati vltimi poſſeſſoris debere ſuccedere in Maioratu agnationis,quando omnes defecerunt agnati , & non fœmina ex linea anteriori , tenent ac defendunt plurimi Doctores.

Iura, & rationes eorum referuntur,à num.23. vſque ad 34.

23 Succeſſio Maioratus non reſpicit retro ad gradum deſtitutum, & caducum.

24 Perſona patris vltimi poſſeſſoris auget ius ſua filia.

25 Fœmina ſemel excluſa à maſculo, ſemper remanet excluſa.

26 Succeſſio ſi deuenerit ad vnam lineam , non debet facere tranſitum ad aliam , donec ſuperſit aliquis de illa.

27 Succeſſio Maioratus ſi retrocedat ad fœminam de linea anteriori cauſat lites perpetuas inter omnes de familia.

28 Proximior vltimo poſſeſſori ſemper debet praferri.

29 Reintegratio linea quod habeat locum in fauorem fœmina potioris linea , probatur ex plurimis textib. & authoritatibus, & n.30.

31 Succeſſio Maioratus debet eſſe ad inſtar fluminis, ita vt in proximiorem canalem , non autem in ſuperiorem percurrat, & n.31.

32 Regni Aragonia ſucceſſio per mortem Dom.Martini ad lineam vltimi poſſeſſoris continuatur,& non fuit reintegrata linea anterior deſtituta per agnatum.

33 Sententia ſuper ſucceſſione Regni Aragonia , in qua vnus ex Iudicibus fuit Sanctus Vincent.Ferrer, & eam approbauit Summus Pontifex Benedictus , prout referunt Rodericus Sanctius, Petrus Herodotus, Alexander Raudenſis , & Seſſe, & n.34. & 35.

36 Linea poſtergata, quod non debeat reintegrari , & ad filiam prioris maſculi reuertere ſucceſſio ; eſt alia opinio, quam probant plurimi Doctores hic, & n.37.

Et referuntur octo fundamenta , & rationes huius opinionis, à n.38. vſque ad 45.

46 Linea poſtergata , quo caſu debeat reintegrari , & quo caſu non debeat ? cum diſtinctione refertur tertia opinio aliorum Doctorum.

Et reprobatur, n.47.

48 Linea poſtergata quod in caſu propoſita quaſtionis non debeat reintegrari ; imò quod ſucceſſio Maioratus diſcurri debeat per eos qui ſint in linea vltimi poſſeſſoris , eſt verior opinio canonizata deciſione Pontificia, & n.49.

Et referuntur rationes potentiores ad corroborandam hanc opinionem ; & res iudicata in aliquibus Senatibus, n.51. & 52.

53 Linea poſtergata non debet reintegrari non ſolum quando habet ſupereſt filia agnati vltimi poſſeſſoris, ſed etiam quando ſupereſt ſoror vltimi poſſeſſoris, & n.54.

55 Linea poſtergata reintegrari debet in caſu quo omnes illi deficiant, qui fuerint ex linea effectiua, vel contentiua vltimi poſſeſſoris.

Et redditur ratio, n.56. & 57.

Comprobatur aliquibus rationibus, & iuribus, num.58.

59 Res qualibet ad primordialem ſuam naturam facilè reuertitur.

60 Res ſpecialis ipſo iure reuertitur ad ius ſuum vniuerſale.

61 Iure poſtliminij omnia iura ciuitatis haredis inſtituti, qui erat captiuus apud hoſtes , in ſuſpenſo retinentur, & non abrumpuntur.

62 Maſculi omnes in Maioratu agnationis vera,vel ficta,vel ſimplicis maſculinitatis, faciunt quandam lineam vniuerſalem de maſculo in maſculum ; & eâ finitâ incipit alia linea de fœmina in fœminam per eundem curſum ſucceſſionis , & ordinem, quo decurſa fuit linea maſculorum, & n.63.

64 Linea poſtergata minimè reintegrari debet , ſi poſt agnatos , vel maſculos cognatos ſpecialiter aliqua fœmina fuit vocata , vel maſculus ex fœmina, & eorum deſcendentes.

ARGVMENTVM.

Ad text. *Numer. cap.26. & 27.* vbi de Iure Diuino, extantibus filiis maſculis , non eſt compatibilis apud fœminas terra Chanaan ex Dei diſpoſitione diuiſa inter maſculos de Tribubus, ſeu Iſraëlitarum familiis,cum prohibitione alienationis extra vniuſcuiuſque familiam. Sed ſi pater decederet abſque filiis , tunc fœminæ eius filiæ ſuccedebant. Vnde notatur, quod in Maioratibus regularibus , vinculis , ſeu patronatibus Hiſpaniæ, ad ſimilitudinem huius iuris , ſuccedunt filij maſculi , & non niſi his deficientibus fœminæ eiuſdem lineæ ; & gradus ; quarum ſucceſſio quando ſunt in eadem linea & gradu cum viris, regulatur ad inſtar ſucceſſionis eorum,qui ſunt in ſecundo gradu. Notatur etiam ad regulam, quæ obſeruatur in Hiſpanorum primogeniis, quod niſi expreſsè excludatur , ſeu præferatur, numquam fœmina prioris lineæ cenſetur excluſa per maſculum inferioris lineæ. Et hinc deciditur illa quæſtio ; An in Maioratibus puræ agnationis.ſi deficiant agnati, & concurrat fœmina ex ſuperiori linea, & maſculus ex fœmina lineæ inferioris,

præferri

præferri debeat fœmina, vel maſculus, in quo ficta poſſit dari agnatio; ita quod per prius ſuccedere debeant maſculi ex maſculis: deinde maſculi ex fœminis, & poſteriùs ipſæ fœminæ: vel per poſterius maſculi ex fœminis? Et tandem, ſuppoſito quod in Maioratibus agnationis, deficientibus agnatis; & in Maioratibus ſimplicis maſculinitatis, deficientibus omnibus maſculis, fœminæ ſuccedere valent; deuenimus ad aliam arduam quæſtionem. An tunc ſucceſſio decurrere debeat ad fœminam, filiam vltimi poſſeſſoris, ſeu ei proximiorem, vel an reuerti debeat ad fœminam, vel eius filium ſeu deſcendentem ex linea anteriori primi ſucceſſoris primogeniti, ſeu prius vocati? & ex profeſſo agitur de reintegratione lineæ poſtergatæ.

1 ALter textus eſt de Iure Diuino ſelectus ad noſtrum intentum, ſeu inſtitutum, *Num. c. 26. & 27* cuius diuina hiſtoria ſecundum veram intelligentiam, quæ percipitur tam ex textu quam ex Gloſſa Ordinaria, & *ibid* Nicolao de Lira, & aliis Expoſitoribus, ſic ſe habet. Per Diuinam diſpoſitionem conceſſa, atque diuiſa fuit per ſortes terra Sancta Chanaan inter maſculos ex Tribubus, ſeu familiis enumeratis in *d. cap. 26.* quorum vnus fuit Salphaad ex Tribu Manaſſe, iſte lapidatus fuit in deſerto, eo quod colligebat ligna in Sabbatho, *Numer. cap. 27. Acceſſerunt autem filiæ Salphaad, & ſteterunt coram Moyſe, & Eleazaro Sacerdote, & cunctis Principibus populi ad oſtium Tabernaculi fœderis, atque dixerunt: Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec fuit in ſeditione, quæ concitata eſt contra Dominum ſub Core, ſed in peccato ſuo mortuus eſt:* (quod allegabant ne eis opponeretur, quod priuatæ fuiſſent iure hæreditatis, ſi crimen ſeditionis commiſiſſent: de quo *Numer ſuprà, cap. 16.* ideò allegabant, quod in peccato ſuo mortuus eſſet, quaſi dicerent peccatum nulli nocuit niſi ſibi.) *Hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia ſua? Quia non habet filium, date nobis poſſeſſionem inter cognatos patris noſtri.*

2 Quem libellum ad ſenſum, & ad literam cum magna eruditione vertit in noſtro idiomate Par. Magiſt. Ioan. Marquez *in ſuo libro tit. del Gouernador Chriſtiano, lib. 1. cap 30. in principio:* alias 31. §. 1. ita ſic: *Nueſtro padre ſalio de Egypto y muerto en eſte camino, como los demas no ſe allo en la ſedicion de Core, en que fueron culpados otros muchos, ni cometio delito por donde ſus ſuceſſores deuan ſer excluidos del beneficio comun que ſe eſpera en el repartimiento de la Tierra: No dexo hijos varones, ni mas hijas que a noſotras, y parece que en la liſta que por vueſtro orden ſe ha hecho ſean eſcrito ſolamente los varones, y de las hembras no ſe haze mencion, de que nos podiamos tener por deſpedidas de la parte que a nueſtro padre le toca ſi viuiera. No es juſto que por no auerle dado Dios hijo varon ſe acaue tan en viuo ſu memoria, como ſe acauara ſi no ſenos adjudica ſu parte, porque quedando todas ſin hazienda, ò no nos caſſaremos, ò ſera con perſonas, que en la que tuuieren deſearan conſeruar ſolo ſu appellido. Sed ſeruidos demandar que en lo que ſe conquiſtare ſe nos dè la parte que nueſtra padre auia de auer ſi fuera viuo. Y por ſer mugeres no ſeamos desfauorecidas contra toda equidad, y razon.*

3 Et poſt petitionem, ſeu libellum ita proſequitur in textu: *Retuliſque Moyſes cauſam earum ad iudicium Domini, qui dixit ad eum: Iuſtam rem poſtulant filiæ Salphaad, da eis poſſeſſionem inter cognatos patris ſui, & ei in hæreditate ſuccedant. Ad filios autem Iſraël loquèris hæc. Homo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas: ſi filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos. Quod ſi & fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris eius; ſin autem ne patruos habuerit; dabitur hæreditas his, qui ei proximi ſunt. Eritque hoc filiis Iſraël ſanctum lege perpetua.*

Ecce iam conſtat ſancitum fuiſſe de iure diuino, 4
quod ſuperſtite filio maſculo, non erat compatibilis ſucceſſio apud fœminam in his ſortibus, ſeu poſſeſſionibus Terræ Sanctæ à Deo conceſſis, atque diuiſis inter filios Iſraëlitarum; & deficientibus filiis maſculis, fœminæ tunc ſuccedebant, ſub conditione, de qua *Numer, cap. fin.* & nos *infrà, in cap. fin. huius partis* latiùs dicemus. Nam hìc ſolummodo probamus ex *d. textu Numer. c. 27.* quod de iure diuino primo loco deferebatur ſucceſſio ad maſculos; & quod fœmina non ſuccedebat, niſi maſculo eius lineæ, ac gradus, deficiente: Ioan. Neuizanus *in Sylua nuptiali, §. 2. n. 169.* D. Molina *lib. 3. cap. 4. n. 1.* Mieres *p. 2. q. 6. n. 8. & 19.* Pat. Molina *de iuſt. & iur. tom. 3. diſp. 625.* Gaſp. Ant. Theſ. *in forenſ. q. 12. n. 16. lib. 2.* & Pat. Magiſt. Marquez *c. 30.* aliàs 31. §. 1. Iacob. Ortos *in prælùdio certaminis maſculo-fœminei, n. 11.* D. D. Ioſeph. Vela *tom. 2. diſſert. 49. num. 47.*

Ad normam huius diuini iuris, in iure humano re- 5
gulata eſt ſucceſſio de Maioratibus, Vinculis, ac Patronatibus noſtræ Hiſpaniæ: *l. 2. tit. 15. part. 2.* ibi: *Y porende eſtablecieron que ſi hijo varon y non huuieſſe la hija mayor heredaſſe el Reino,* & *l. 1. tit. 3. lib. 2. l. 1. tit. 9. lib. 3. Recopilat.*

Fœmina enim quamuis ſit primogenita reſpectu 6
virorum eiuſdem lineæ & gradus, redacta eſt ad inſtar ſecundi gradus ad ſuccedendum in Vinculis, Patronatibus, ac Maioratibus noſtræ Hiſpaniæ: Paulus de Caſtro *conſ. 164. n. 18. lib. 1.* Bartholom. Socinus *conſil. 227. n. 3. lib. 2. & in l. Gallus, §. quidam rectè, n. 4. ad fin. ff. de liber. & poſthum.* Curtius iun *conſ. 125. n. 5.* D. Molina *lib. 3. cap. 4. n. 12.* Iacob. Cancerius *var. reſolut. lib. 1. cap. 12. de feud. n. 47. & 33.* latè Caldas Pereyra *de nominat. ad emphyteoſ. q. 14.* Pelaez à Mieres *part. 2. q. 6. num. 9. & à num. 125. vſque ad n. 134.* Philip Paſchal. *de vir. patr. poteſt. part. 4. q. 38. 39. & 40.* Vincent. Fuſar. *quæſt. 385. num. 9. verſ. Fœmina enim ad inſtar ſecundi gradus:* Gaſp. Ant. Theſaur. *quæſt forenſ. lib. 2. q. 22. d. 24.* Addirionat. ad D. Molinam *dict. lib. 3 cap. 4. ſuper n. 4.* D. D. Ioſeph. Vela *tom. 2. diſſertat. 49. n. 50.*

Quod procedere in Maioratibus regularibus nullìbi 7
dubium eſt, maximè inter noſtros Regnicolas. In Maioratibus verò irregularibus agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, fœminæ ex eadem ratione deficientibus omnibus de familia maſculis, licèt non ſint vocatæ, ſiue ſubſtitutæ, imò expreſſim excluſæ, nihilominus hoc caſu admittuntur ad ſucceſſionem per alium ſimilem ordinem, ac lineam fœminarum, quam lex ſupplet ex præſumpta, ac tacita mente inſtitutoris, qui ſecundum naturam actus inſtitutionis, præſumitur ex eo perpetuitatem deſideraſſe: *l. cum debere 32. ff. de ſeruitut. vrbanor. prædior. l proponebatur 76. ff. de iudic. l ſicut 7. § fin. ff. quod cuiuſcumque vniuerſ. nom.* ne bona vinculata maneant libera in vltimo ex maſculis poſſeſſore: *l. quis ſolidum 78. §. prædium. ff. de leg. 2.*

Et exinde ſequatur, quod eius memoria pereat, ne- 8
que conſeruetur ſaltē in his, qui ſuperſunt in eius familia, licet ſint fœminæ; arg. *l. quæſitum 12. in princ.*

*& in §.1. ff.de inſtruct. fund. leg. l.libererum,in fin.*ibi: *Vt ex prole eorum,earumve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus*, *ff.de verbor. ſignific. l.3. Cod.de inofficioſ.teſtam.* ibi: *Caſus iniquitas per coniecturam materna pietatis emendanda eſt.* Neque hominem reperire eſt proprio ſanguini tam crudelem, & fœminino generi tam inimicum,qui, ſuperueniente tali caſu, huic æquiſſimæ deciſioni non aſſentiret.

9 Quod probant ex his, & aliis Iuris Ciuilis regulis, atque rationibus, Bartol.in *leg.fin. §.1.num.1.& 2. ff.ad Tertullianum*: Paul.de Caſtro *d.conſ.164. n.18. lib.2.* Paulus Pariſ.*conſ.72.à n* 100.*vol.4.* Dom.Greg. Lopez *gloſ. verb.Mugeres,quæſt.23. in l.3 tit.13.part.6.* Dom.Molina *lib.1.cap.6. num.22. & lib.3. cap.5.n.72.* Menoch. *conſil.*105. *num.17.&* 78. Iacobus de Puteo *deciſ.147. num.20.* Beroius *conſil.151. à n.23.* Cephal. *conſil.571 num.62.vol.4.* Tobias Nonius *conſil.8. n 6.* Pelaez à Mieres *part.2. quæſt.6. à num.176. vſque ad num.196. & part.4.quæſt.29.num.2.&* 19. Caualcanus *deciſ.6. num.4. lib.4.* Ambroſin. *deciſ.46. per totam.* Auendañus *in l.40.Tauri, gloſ.10. à num.78.* Flores Diaz de Mena ad Gammam *deciſ.27.in princ.* Simon de Prætis *conſil.22. à num.1.* Hondedeus *conſil.9.n.15. & conſil.29.num.3.lib.2.*Aguirre *in Apologia ſuper ſucceſſione Regni Luſitan. part.2. à num.57.* Hector Felicius *part.3.allegat.25.num.2. & n.4.* Hotom. *conſil.29. num.67.* Pancirolus *conſil.117. num.11.* Fabius de Anna *conſil.53. num 38. lib.1.* Coſta *de fact. & ſcient. & ignorant. diſtinct.* 100. *cenſura 1. à num 49. & in tract. de remediis ſubſidiar.præludio.1.n.15.* Molinus *de ritu nuptiar.lib.3.quæſt.24 num.196.*Dom.D Ioan. à Caſtil. *lib.5. part.2. cap.143. §.vnico, num.16.&* 17. Emanuel Mendez à Caſtro *in prax.Luſitana, lib.3. cap.11. art 3. num.7.* Additionator. ad Dom.Molioam, *lib.1.cap.6. num.22.* Dom.Ioſeph. Vela *tom.2.diſſertat.49. à n.38.* & maximè *à num.70.*

10 At verò nos concludenter inuenimus probatam dictam reſolutionem ex noſtro textu de Iure Diuino *Numer.c.27.* Et ex ratione huius textus dicimus proueniſſe, quod de iure humano ſtatutum ſit,vt in Maioratibus irregularibus agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, finitis maſculis, ſuccedere deberent in terra Promiſſionis fœminæ. Nam ſuppoſito,quod ad ſucceſſionem per diſpoſitionem diuinam ſoli fuerunt vocati maſculi, *Numer. d.cap.26.* ibi: *Iſtis diuidetur Terra iuxta numerum vocabulorũ in poſſeſſiones ſuas.* Et Gloſ. Ordinaria *Numer. d.cap.27.* ibi: *Sciendum eſt,quod quia ſuprà dixerat Dominus: iſtis ſcilicet numeratis, diuidetur Terra; & Soli viri fuerunt numerati: ideo hic oſtenditur in quo caſu mulier debeat hæreditare, videlicet quando pater eius non habet filium, &c.* Ideo allegabant filiæ Salphaad qood etſi per illam diſpoſitionem expreſsè non erant vocatæ ad ſucceſſionem, imò tacitè excluſæ, nihilominus in hoc caſu, deficientibus maſculis, ob tacitam, ac præſumptam mentem diuinam, iuſtum erat quod ſoccederent, ne periret nomen, ac memoria familiæ earum Patris, ibi: *Cur tollitur nomen illius de familia ſua? quia non habuit filium?* Et poſtea ex hac ratione dixit Dominus: *Iuſtam rem poſtulant filiæ Salphaad.* Id eſt, iuſtum eſt quod in hoc caſu fœminæ ſuccedere poſſint: *Da eis poſſeſſionem inter cognatos patris ſui,& ei in hæreditate ſuccedant.*

11 Et hoc quod ſpecialiter fuit deciſum in dicto iudicio,ad legem vniuerſalem reducit,& iubet promulgari, ibi: *Ad filios autem Iſraël loquêris hoc: Homo cum mortuus fuerit, abſque filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas. Si filiam non habuerit,habebit ſucceſſores fratres ſuos. Quod etſi fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris ſui: Sin autem nec patrues habuerit, dabitur hæreditas his, qui ei proximi ſunt.*

12 Notandum eſt etiam, quod ex hoc textu non inapertè probatur, quod licet fuerint vocati maſculi,& non fœminæ,*Num.cap.26.verſ.53.* non ex eo cenſentur excluſæ fœminæ: Imò talis vocatio maſculorum interpretata fuit ex mente,ac lege Diuina, *Numer. d. cap.27.*de maſculis qui fuiſſent in eadem linea,& gradu; at verò ſi non fuiſſent in eadem linea & gradu cum fœminis, tunc fœminas prioris lineæ & gradus ſuccedere decreuit cum prælatione, & ad excluſionem maſculorum,qui ſint inferioris lineæ & gradus.

13 Hinc dicendum eſt defluere regulam,quam noſtri inuiolabiliter obſeruãt,quod in primogeniorum ſucceſſionibus,fœminæ nunquam cenſentur excluſæ per maſculos inferioris lineæ,& gradus,& quãdo de contraria voluntate clarè non appareat,ſemper in dubio ſucceſſio Maioratus in fauorem fœminarum redigi debet ad eam legem quæ obſeruatur in Maioratibus regularibus, & niſi expreſsè caueatur in inſtitutione, de irregularibus non intelligatur:D.Molina *lib.3. c.4. à n.32. vſque ad n.40.* Mieres *p.2. q.6.n.97.* Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri,n.127.& in conſ.29.n.66.* Surdus *conſ.316.n.18.*Ioſeph.Ramonius*conſ.100.n.505.* Molinus *de ritu nupt.lib.3.q.24.à n.103. vſque ad* 106. *& à n.157.* Franc.Souſa *in l.fœmina,n.289.* D.D.Ioan.à Caſtil.*lib.5.c.129.n.55. & c.130.n.1.* Additionat ad D. Molin. *d. lib.3.c.4. à n.32. cum ſeqq.* Dom. D.Ioſeph. Vela *tom.2.diſſertat.49.n.51.& 52.*

14 Quod idem ſancitum fuit in Pragmatica Sanctione promulgata anno Domini 1615. hodie *l.13 titul.7. lib.5.Recop.* ita ſic: *Declaramos, y mandamos, que las hembras de mejor linea,y grado,no ſe entienda eſtar excluidas de la ſuceſſion de los Mayorazgos,Vinculos,Patronatos,ni Anniuerſarios,que de aqui adelante ſe fundaren,antes ſe admitan a ella,y ſe prefieran a los varones mas remotos, anſi a les varones de embras, como a los varones de varones; ſi no fuere en caſo que el fundador las excluiere, y mandare que no ſucedan expreſſandolo clara, y literalmente,ſin que baſten preſumpciones, argumentos, ni congeturas, por preciſas, claras, y euidentes que ſean.*

15 Circa *huius legis 13. tit.7.lib.5.Recopil.* Verum intellectum, videndus eſt Dom. D.Ioſeph. Vela *tom.2. diſſertat.49.n.62. & 63.* contra D. D.Ioan. à Caſtillo *tom.4.cap.56.n.100.*

16 Quod omne mihi præbet anſam diſcutiendi, authoritate huius diuini textus, illam quæſtionem, & controuerſiam inter fœminas potioris lineæ, & gradus, & maſculos ex fœminis remotiores, quando concurrunt ad ſucceſſionem Maioratus puræ agnationis,eo quod defecerint omnes agnati,ſiue maſculi ex maſculis.

17 Nam pro parte maſculi ex fœmina, contra fœminam melioris lineæ,& gradus,eſt ferè omnis communis ſchola Doctorum, qui defendunt quod in Maioratu agnationis, vbi ab inſtitutore agnatio contemplata fuit, per priùs admittendi ſint agnati, ſcilicet maſculi ex maſculis,deinde eis deficientibus maſculi ex fœminis, & non niſi his deficientibus ipſæ fœminæ: Bald.*conſ.137.lib.2.*Ancharan.*conſ.357.* Alciat.*reſponſ.25.n.5. lib.3.* Cephalus *conſ.511. n.3. & conſ 600. n.31.* D.Greg.Lopez *in l.3. tit.13. p.6. gloſ. v.Mugeres, verſ.Sed quid ſi ex diſpoſitione Maioria vocati ſunt maſculi? &c.* Ant.Gomez *in l.40.Tauri,n.93* Peregr.*de fideic.art.27.n.5,*Franç.Burſatus *conſ.228.n.19.& n.120. vol 3.* Ioan.Garcia *de Nobilitatê,initio, & in diuiſione operis n.32.* Andr.Alferius *conſil.36.n.20.* Cioſius *conſil.4.n.8. lib.2.* Petrus Surdus *conſil.349. à n.1. & conſil.407.n.35.& 36.* Additionat. ad D.Molin.*lib.3.c.8.à num.7. vſque ad* 11.

Tum

Digitized by Google

18 Tum per textum in *cap.1. de eo, qui ſibi, vel hæred. ſuis maſcul. & fœminis*, vbi omnes Feudiſtæ. Tum quia maſculi ex fœminis faciliùs ſymbolizant cum maſculis ex maſculis, quam fœminæ, & in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus: *leg. in rem actio.23. §.item quacumque, ff.de reuindicat. leg. an inutilis 8. §. acceptum, ff. de acceptilat.* Rolandus à Valle *conſ.76.num.19. volum.3.* & alios copioſè referens Dom. D. Ioſeph. Vela *tom.2. diſſertatione 49. num.11.*

19 Sed nos contrariam ſententiam defendimus, ex deciſione noſtri textus *Numer. dict.cap.27.* & ex regula prænotata, quam per eum obſeruamus in ſucceſſionibus Maioratuum Hiſpaniæ; & ſic in fauorem fœminarum dicimus, quod etiam quando in Maioratu agnationis ratio contemplata eſt, per prius ſuccedent quidem maſculi ex maſculis, deinde tamen ſuccedere debent fœminæ prioris lineæ, & gradus; & per poſterius maſculi ex fœminis remotiores, ſiue poſterioris lineæ, & gradus; quia finitis agnatis, cùm expreſsè ab inſtitutore aliud definitum, ſeu præcautum non ſit, ſed omiſſum remanet, ſucceſſio in hoc caſu, ad diſpoſitionem Maioratus regularis redacta cenſetur: ſi enim inſtitutor aliter voluiſſet, dixiſſet: ita reſoluit ex dicto iuris diuini textu, & regula, atque ex plurimis fundamentis, reſpondens ad contrarias Dom. D.Ioſeph. Vela *tom.2. d.diſſert.49. per totum*, maximè *à num.103.* & pro hac ſententia allegari poſſunt Cæſar Barzius *deciſ.4. num.4.* Menoch. *lib.5. conſil.172. per totum*, vbi *num.36* reſpondet ad textum in *cap.1. de eo qui ſibi, & hæredib. ſuis maſculis, & fœmin. & conſil.802. à num.43. lib.9.* De quo, & aliis tractant, idem reſpondentes, Dom. D.Ioan. à Caſtillo *lib.5.cap.130.n 7.* D. D.Ioſeph. Vela *d. diſſertat.49. num.82. 83. & 84.*

20 Et ad regulam, quod in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, reſpondet etiam ſatis concludenter, Dom. D.Ioſeph. Vela *dicta diſſertat.49. num.103.* quod intelligi debeat in his, quæ aliis accedunt per ſimilem materiàm, eiuſdemve ſpeciei, tunc enim facilè aſſumunt naturam, & qualitatem rerum, quibus aggregantur: at verò in caſu de quo eſt quæſtio, ab initio res certam ex iure diſpoſiöonem habet; ſcilicet quod omnes, tam maſculi quam fœminæ ad Maioratum admittantur, data tantum maſculis prælatione, ſi ſint in eadem linea, & gradu, quam naturam Maioratus ex accidenti amiſit ob contrariam Impoſitam ei legem, vt ſoli agnati in Maioratu ſuccederent ad certas lineas reſtricti, vltra quas ſuccedunt aliæ lineæ regulares, quia res ad primordialem ſuam naturam, & ei à iure regulariter tributam facilè reuertitur, & quia omiſſum ab homine in priuata ſua diſpoſitione, ex ipſa actus natura & iuris diſpoſitione ſupplendum eſt, *l. ſi extraneus 6. verſ. & veriſimile, ff.de condict. cauſ.data.* & aliis iuribus ab eo relatis, *num.104.*

21 Iam ſanè hic ſe offert alia ſe offert alia non minùs, imò magis ardua quæſtio, poſito, quod finitis maſculis ex maſculis in Maioratu agnationis, & finitis maſculis ex fœminis in Maioratibus ſimplicis maſculinitatis, fœminæ ſuccedere debeant, an tunc ſucceſſio Maioratus deuenire debeat ad fœminam ex linea anteriori maſculi primi vocati, vel ad fœminam ex linea poſterioö maſculi vltimi poſſeſſoris? Difficultas maxima, quæ rigidè torquet ingenia iuris Interpretum.

25 Nam ex vna parte, pro filia vltimi poſſeſſoris fœmina ex poſteri linea, ſtant Bald. *conſil.500. libro 5.* Paulus de Caſtro *conſil.191 num.1.& 2. vol.2.* Socinus *conſil.249. à num.21. lib.1.* & Alciatus in *l.cum ita legatur §.in fideicommiſſo num.8. ff.de leg.2. & conſ.480. aliàs 32. ex num.8. lib.9.* Socinus iunior *conſil.126. in princ. & à num.38.lib.1.* Carolus Ruinus *conſil.159. à num.9.& conſil.191.à num.4. & conſil.10. & 16. lib.2. & conſil.190. à num.4. lib.3.* Ludouicus Gozadinus *conſil.4.num 16. & 17.* Dom.Greg.Lopez *verb.mugeres,q.9.verſ.Sed pone retento eodem themate,&c.col.4.* ibi: *Reuertitur ad proximiorem ſibi fœminam eius matrem*, Peregrinus *conſil.54. à num.51.lib.5. & conſil.42. lib.3. & conſil.42. in fin. lib.5.* Bertazola *conſil. 98. à num.20.* Andreas Gail. *lib.2. obſeruatione 48.* Anton.Theſaur.*deciſ.67.num.5.* Pelaez à Mieres *p.2. quæſt.6. num.215. & 516.* Petrus Surdus *conſil.370. per totum, vol.3.* Dom. D.Ioan. à Caſtillo *lib.5. cap.91. à num.60.& cap.143.§.vnico num.17. verſ.Secunda quæſtio.* Addirionat. ad D.Molin. *lib.3. cap.5. ſuper n.75.* Et ad hanc opinionem inclinare videtur Vincentius Fuſarius *quæſt.484.n.44. verſ.Ego igitur,&c.* & Marius Cutellus *deciſ.28.& ad leges Siciliæ, cap 52. notabili 53. num.18. fol.567.* qui etiam alios allegant; ſuámque ipſimet Doctores patrocinantur opinionem hiſce iuribus, ac rationibus.

Primò, inquit Bald. *dict. conſil.200. num.1. Concluſum enim & conſolidatum fuit feudum in vltimo maſculo: Ergo tranſit per eum in filiam hæredem ſuam, & non reſpicit retro ad gradum deſtitutum, & caducum; nam quod ſemel eſt annihilatum, nunquam reſurgit: ff. de ſolution. leg. qui res, §. aream, Digeſtis quibus modis vſuſfruct. amit. leg. ſi cum in annos.* 53

Secundò, dicit idem Bald. *Quia ex perſona patris vltimi poſſeſſoris augetur ius filia, cum cenſeantur vna eademque perſona, & dominium dicatur continuari, non reuocari: nec intelligitur nouum feudum, ſed continuatio eius: l. in ſuis, ff.de liberis, & poſthum.* Et ad hoc tendit octauum fundamentum, quod refert Vincent.Fuſar. *d.quæſt.484.n.35.* 54

Tertiò, nam fœmina ſemel excluſa à maſculo, remanet ſemper excluſa, licet maſculus poſtea deficiat: Ergo fœmina ex linea præcedenti, quæ fuit ſemel excluſa, erit ſemper excluſa, & ſolummodò filia ex linea vltimi poſſeſſoris admiſſa: Vincent. Fuſar. *d. quæſt.484.num.32.* 25

Quartò, quia quandò ſucceſſio deuenit ad vnam lineam, non debet facere tranſitum ad aliam lineam, donec ſupereſt aliquis de illa; ſed ſic eſt quod ſucceſſio deuenit ad lineam vltimi poſſeſſoris; Ergo donec extat fœmina ex ea linea, non debet facere retrò tranſitum ad alium: Vincent. Fuſar. *vbi proximè, num.34.* 56

Quintò, ex D.D Ioan. à Caſtillo *lib.5. d.cap.5.n.63.* & aliis, arguendo ab abſurdo, & inconueniente; quia ſi Maioratus retrocederet ad fœminam ex linea anteriori, ſequeretur lis perpetua inter omnes de familia, & confuſio, redeundo de fœmina ad fœminam ſemel excluſam, & quæ forſan tempore excluſionis proximior erat inſtitutori, & vltimo poſſeſſori, nec eòam poſſet vnquam ſucceſſio radicari, nec certam lineam habere. 57

Sextò, vbi ferè omnes fortiùs figunt pedem; quia in Maioratibus ſemper debet ſuccedere proximior vltimo poſſeſſori, & ad id allegant maximè Mieres, *dict.quæſt.6.n.215. ex l.40.Tauri*, per quam deciditur, quod filius, ſeu filia vltimi poſſeſſoris præfertur omnibus, & ſic fœmina proximior vltimo poſſeſſori; & non alia, etiam proximior inſtitutori, ſuccedere debet. 28

Septimò, & fortiùs conuincendo, probatur ex text. in *§.cæterũ.Inſt.de legit.agnat.ſucceſ.* ibi: *Quod ideo ita conſtitutum erat, quia cõmodius videbatur ita iura conſtitui, vt plerumq; hæreditates ad maſculos confluerent.* 29

Vbi ex aperto colligitur, quod hæreditates, ſiue ſucceſſiones ad proximiores confluunt, ſicut flumen, quod naturaliter fluit & deriuatur in proximum canalem, non autem retro aſcendit, ſed curſum proſequitur ſemper ad infra, ſeu deorſum, & ſciſſo canali, ſeu eius vniuerſali vena, non vtique retrocedit ad caput, ſeu principium venæ ſed per ſemper deſcendens curſum proſequitur.

30 Quod ex eodem textu probant Herman. noſt. *in rubrica de adquir. poſſeſſ. lect 2. num. 12. verſ Non obſtat textus in §. cæterum, &c.* ibi : *Quod verbum, confluerent, denotat quod ſua natura ex diſpoſitione iuris antiqui hæreditas confluebat, prout dicitur de flumine remoto obſtacule, &c.* Andreas Knich. *de veruſtat. pact. part. 3. cap. 3. num. 30. & 31.* maximè illic : *Cum enim ſucceſſiones ad inſtar fluminum ſint §. cæterum, Inſtit. de legit. agnator. ſucceſſ. flumen autem in proximum canalem ex ſui natura diuertatur, non autem in ſuperiorem capitis fluminis, &c.* Franciſcus Niger. Cyriacus *in diſquiſit. Iuriſd. Ducatus Mantua,* ſiue *Controuerſia Mantuana, art. 6. num. 434.* ita dicens, Succeſſiones eſſe ad inſtar fluminis, ex textu *in §. cæterum,* ibi : *Hæreditas ad maſcules confluerent. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Quapropter ſicut flumen influit in proximum canalem deſcendentem, non autem regurgitat ſupra caput ſuum, ita & ipſæ ſucceſſiones confluunt ad lineas communis ſtipitis.

31 Et ad id ſpectat etiam quod dixit Bald. *d. conſ. 210. num. 2. vol. 5. Concluſum enim* (inquit) *& conſolidatum fuit feudum in vltimo maſcule : Ergo tranſit per eum in filiam hæredem ſuam, & non reſpicit retro ad gradum deſtitutum, & caducum : nam quod ſemel eſt annichilatum nunquam reſurgit : ff. de ſolut. l. qua res §. aream, ff. quibus modis vſusfruct. amit. l. ſi cum in annos.* Tiraquel. *de primogenius, quæſt. 10. num. 21.* Caldas *de renouat. emphyteot. quæſt. 9. num 31.* Palac. Rubios *in cap. per veſtras, in rubric. §. 60. num. 32.* Menchaca *de ſucceſſion. creat. lib. 3. §. 22. num. 9.* D. Gregor Lopez *l. 3. tit. 13. part. 6. gloſ. verb. Mugeres, verſ. An autem fœmina :* Mieres *part. 2. quæſt 6. num. 215.* Burgos de Paz *conſil. 29. num. 30.* Angulo *de meliorat. in l. 11. gloſ. 9. num. 5.*

32 Tandem habemus, ad confirmationem huius opinionis, illam celebrem rem iudicatam, & deciſionem Sanctiſſimi Papæ Benedicti, ſuper ſucceſſione Regni Aragoniæ, per mortem Regis Aragoniæ Domini Martini vltimi poſſeſſoris, qui ex eo quod eſſet agnatus, excluſit ratione ſexus Dominam Yolandam filiam Regis Domini Ioannis, ſui fratris primogeniti, qui deceſſit nullo relicto filio maſculo, ſed ſolummodò fœmina, Domina Yolanda, ſeu *Violante,* quæ habuit filium maſculum Dominum Ludouicum, qui fuit nepos maſculus ex primogenito, & ex matre eius Violante excluſa per patruum agnatum Dominum Martinum, qui obiit nullis relictis filiis, nec deſcendentibus. Attamen ex eo quod Rex Dominus Martinus habuerat ſororem, quæ fuit mater Domini Ferdinandi, contendebant ſuper ſucceſſione Regni ex vna parte Dominus Ludouicus nepos primogeniti lineæ poſtergatæ filius fœminæ Dominæ Violantis, quæ filia erat primogeniti, quamuis excluſa per patruum ſuum Dominum Martinum tanquam agnatum : Et ex altera, Dominus Ferdinandus tanquam filius ſororis Regis Domini Martini, ex eo quod erat ex linea vltimi poſſeſſoris, per quam debuerat continuari ſucceſſio abſque retroceſſione ad lineam poſtergatam quæ redintegrari non poterat. Et auditis hinc inde allegationibus in vita ſua Rex Dominus Martinus declarauit per diſpoſitionem inde ſequutam, quod ſucceſſio Aragoniæ Regni poſt eius mortem ad Dominum Ferdinandum filium ſui ſororis pertineret.

33 Poſt obitum autem Regis, nominari fuerunt nouem ſapientiſſimi Iudices, qui de cauſa cognoſcerent, & ſuper ea iudicium ſuum, & ſententiam proferrent, & inter nominatos Iudices fuit vnus, Sanctus Vincentius Ferrer; Et omnes per ſuam diffinitiuam ſententiam in fauorem Domini Ferdinandi iudicauerunt contra Dominum Ludouicum nepotem ex primogenito, filium fœminæ Dominæ Violantis ex Linea poſtergata.

Verba autem ſententiæ, quæ notabilia ſunt ad intentum, ita ſe habent :

Verum ſicut interciſa fontis vena, atque aliò deriuata, totius prioris curſus alueus aquâ priuatur; ita tota progenies eius, qui ſemel à ſucceſſione Paterni fontis excluſus eſt, in perpetuum exareſcit.

34 Hæc quidem ſententia diffinitiua, approbata, atque confirmata fuit per Beatitudinem Summi Pontificis Benedicti, itaque vim habet Pontificiæ deciſionis, à qua videtur quod recedere non debemus.

35 Quod omne ita ſe habuiſſe notum eſt, & aſſerunt, referuntque, Rodericus Sanchius *in Hiſtoria Hiſpana part. 4. lib. 11. cap. 83. 87. & 88.* Aguierre *in reſponſo pro Rege Portugaliæ, part. 1. num 149. & 154.* Petrus Herodotus *in tract. rerum ab antiquis indicat. lib. 5. cap. 14.* Alex. Raudenſ. *conſil. 3. num. 3. lib. 1.* & in *Analog. part. 1. num. 19.* Seſſe *in deciſ. Aragoniæ 254. à num. 15. tom. 3.*

36 Sed nihilominus contrariam ſententiam in fauorẽ fœminæ, ſeu eius filij ex linea anteriori poſtergata prouenientis; ad hoc vt reintegretur ſucceſſio, & ad filiam prioris maſculi reuertatur ſiue ad eius filium; enixè defendunt Raphaël Fulgoſius *conſil. 8. n. 2. & 3.* Ancharanus *conſ. 220. à n. 4. & in verſ. Quæ autem tempore ſuſpenduntur, eo finito, ad ſuam naturam redeunt, &c.*

37 Et pro hac ſententia allegant etiam Baldum *conſil. 185 lib. 3.* Socinus ſenior *conſ. 10. n. 70. verſ. Si ergo excluduntur quouſque extent maſculi, eis ceſſantibus, reintegrantur ad ius, à quo fuerunt excluſa, &c.* & *num. fin.* Iaſon *conſ. 105 verſ 1. & verſ. 2. vol. 4.* Albertus Brunus *de Statut. excludent. fœm. & cognat. lineas, art. 10. num. 23. 24. & 68. & art. 11. num. 93.* dum illam pulchram affert rationem, ibi : *Quia filia impeditur ſuccedere non ex eo quod ius ſuum ſit diminutum in ſubſtantia, ſed in tempore, propter extrinſecam perſonam maſculi.* Philip. Corneus *conſ. 394. n. 16. lib. 3. & conſ. 233. n. 12. lib. 4* Iacob. à Puteo *deciſ. 143. lib. 2.* Benedictus Capra *conſ. 73. n. 23.* Craueta *conſ. 950. à n. 1. lib 5.* Beroius *conſ. 61. à n. 50.* Socin iunior *conſ. 1 per tot.* maximè *à n. 18.* Ioan Bapt. Ferret. *conſ 108. à n. 1* Franc. Viuius *deciſ. 541. lib. 4.* Hieron. Gabriel *conſ. 96 per tot. lib 1.* Pancirol. *conſ. 96. per tot. lib. 1. n. 11.* Cephal. *conſ. 404. n. 32. 33. & 38.* Angel. Matheacius *in tract. de via, & ratione iur vniuerſi, lib. 2. c. 21. n. 8.* D Molina *lib. 4. cap. 5. n. 72* Tiberius Decian. *conſ. 21. lib. 3.* Tobias Nonius *conſ. 8. n 6* Riminald. iunior *conſ. 82. n. 8* Pancirol. *conſ. 170. n. 11.* Menoch. *conſ. 359. n 4. & 10. lib. 4. & conſil. 957. lib. 9.* Harman. Piſtor. *tom. 3. variar. q. 36. n. 32.* Inrrigliolus *de feudo, centur 2. à n. 108. & deciſ. 1. n 163.* Fabius de Anna *conſ. 53. à n. 38 vſque ad n. 46.* Ludou. Morotius *reſponſ 25 n. 16.* Seſſe *dec. Aragon 308. tom. 3.* Alex. Raudenſ *lib. 1 var. c. 40. n. 40.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 15 n. 17. & 18 atque 19* Aguirre *in Apolog. ſucceſſionis Regni Luſitani, p. 2 à n. 57.* Caſanate *conſ 23. per tot.* Marta *de ſucceſ. legali, p. 1. q. 4. art. 9. n 1. vſq. ad n. 33. & q. 22. art. 3 num. fin.* Coſta *de fact. ſcient.*

&

Digitized by Google

& ignorant. diſt.100. centur.1. à n.49. & de remediis ſubſidiariis. præludio 1. n.25.

38 Rationes quibus nititur eorum ac aliorum Doctorum opinio, non minus validiores ſunt, quam illæ, quæ pro aduerſa opinione adductæ ſunt: eas recenſet Vincent Fuſar. *d.quæſt.*484 *n.*22.

Prima eſt: nam quando teſtator vocat maſculos, præſumitur, & omnem eorum deſcendentiam vocaſſe, eoſque prædilexiſſe de gradu in gradum ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato: deficientibus autem maſculis dilectis, ſi ſit tranſitus ad aliam conditionem perſonarum, non poteſt conſiderari proximitas grauati maſculi prædilecti, ſed reuertitur ad affectionem teſtatoris, erga illos, quos ſcilicet ipſe prædilexit, non quos prædilexit maſculus grauatus vltimò defunctus.

39 Secunda eſt, arguendo ad id, ex textu in *l.cum ita, §.in fideicommiſſo, ff.de leg.*20.

40 Tertia, quia in ſucceſſione fœminarum eſt ſeruandus ordo, qui fuit ſeruatus in ſucceſſione maſculorum; ſed in maſculorum ſucceſſione prælati ſunt vocati, vel proximiores teſtatori; Ergo idem ſeruandum cùm ſit tranſitus ad fœminas.

41 Quarta, quia vna ſubſtitutio aliam declarat: Sed ſic eſt quod ſubſtitutio maſculorum procedit de proximiore in proximiorem teſtatori, & ſecundum ordinem eius vocationis; Ergo idem in ſubſtitutione fœminarum.

42 Quinta, quoniam eadem ratio maioris affectionis teſtatoris erga primò vocatos maſculos, & proximiores, quàm in remotiores, militat erga fœminas ex maſculis deſcendentes.

43 Sexta, nam ſicut maſculinitas non tranſit in filiam vltimi poſſeſſoris defuncti, pariter non poterit tranſire facultas excludendi fœminam proximiorem teſtatori, quæ fuerat excluſa ab alio tanquam maſculo.

44 Septima, quia fœminæ non ſunt omnino excluſæ, ſed ſolum ſuſpenſæ à ſucceſſione, extantibus maſculis; remoto autem impedimento maſculorum, remanet liber ſuccedendi locus fœminis; Ergo remoto impedimento maſculorum, ſuccedet fœmina illa, & ſic quæ erat proximior teſtatori.

45 Octaua, eo quod vltima voluntas ita interpretari debet ne abſurdum ex ea ſequatur: ſed ſic eſt quod ſequeretur abſurdum ſi daretur quod plus conceſſerit teſtator neptibus remotioribus, quam filiabus proximioribus; ergo interpretatio capienda eſt, ne remotior ſit melioris conditionis proximiore, qui ſit magis dilectus.

46 Tertia fuit aliorum opinio mediam viam eligentium, qui tenent quod admittantur ad ſucceſſionem omnes, & quod æqualiter tam proximiores quàm remotiores concurrant fœminæ: quos congerit Vincentius Fuſar. *dict quæſt.*484. *num.*36.37. & 38. quam opinionem æquiorem, & benigniorem dicit eſſe, *num.*44.

47 Sed eo quod in Maioratibus, Vinculis, ac perpetuis Hiſpanorum fideicommiſſis, non omnes ſimul, ſed vna ex fœminis ſola admittenda eſt, ideo non debemus attendere ad hanc tertiam opinionem.

48 Sed his non obſtantibus à prima ſententia non auderem diſcedere, maximè cùm ſit canonizata ex deciſione Pontificia, & iudicio Sancti Vincentij Ferrer, & aliorum nouem Virorum, qui electi fuerunt tanquam ſapientiſſimi & omnibus virtutibus præditiſſimi Arbitri ad decidendam grauiſſimam hanc cauſam ſuper ſucceſſione Regni Aragoniæ

49 Ideo ſequor Additionatores ad Dom. Molinam *lib.*1. *cap.*6. *num.*32. & maximè vbi ſunt videndi *lib.*3 *cap.*5. *ſuper num.*72. *verſ.Nos vero in hac controuerſia pro filia vltimi poſſeſſoris ſemper conſulendum, ac iudicandum duximus, &c.* Qui ex tribus potiſſimis rationibus demonſtrant motiuum huius noſtræ ſententiæ, ac verioris opinionis.

Tum primò, quia admiſſa cenſetur filia vltimi poſſeſſoris, ſeu fœmina eiuſdem lineæ, eo ipſo quòd pater eius, aut frater, aut patruus, aut alter eiuſdem lineæ rectæ, vel contentiuæ vltimi poſſeſſoris ſucceſſit in Maioratu, excludens omnes, vſquequo deficiant qui ex illa linea procedunt: Ex adductis per Dom. Molinam *lib.*3. *cap.*4. *num.*14. Et ſic quod reuerſio fiat ad aliam lineam, quovſque poſſidentis linea ſit extincta, neque ratio iuris, neque Maioratus natura patitur: Dom. Molina *dict.lib.*3.*cap.*6. *à num.*29. 50

Tum ſecundò, quia eſt proximior vltimi poſſeſſoris, cuius proximitas in Maioratus ſucceſſione ſpectanda eſt, ſecundum eundem Dom. Molinam, *dict. lib* 3. *cap.*9. 51

Tum denique tertiò, ex authoritate rerum iudicatarum in Supremo Caſtellæ Senatu, quas refert; 52
ſcilicet primò, ſuper lites pro Domino Antonio de Fonſeca Comite de Aiala, ſuper oppido de Coca, & Alaejos, aduerſus Ducem del Infantado. Alia eſt, pro Domina Ioanna de Zuniga ſorore vltimi poſſeſſoris, aduerſus Dominam Iſeam de Zuniga. Alia, in Regia Cancellaria pro Domina Agnete de Souſa vxore Domini Ioannis de Guzman, contra Dominum Gundiſaluum Vaſquez de Coronedo. Alia, in hoc Granatenſi Prætorio, pro Duce de Alcala, contra Marchionem de Montemayor, in gradu ſecundæ ſupplicationis confirmata. Et alia in hac etiam Granatenſi Cancellaria, pro Domina Beatrice de Cabrera ſorore vltimi poſſeſſoris, contra Dom. Ferdinandum de la Cerda pronepotem Dominæ Andreæ de Cardona.

Aduertunt tandem Additionatores ad D. Molinam *dict.lib.*3.*cap.*5. *ſuper num.*72. *ad vltimum*, quod idem quod de filia vltimi poſſeſſoris, dicendum eſt de ſorore. Primò, quia eſt proximior vltimo poſſeſſori. Secundò, quia licet non ſit in linea effectiua, eſt ſaltem in linea contentiua, & de linea fratris. Tertiò, quia in iudicio poſſeſſorio pari paſſu ambulant filia vltimi poſſeſſoris, & eius ſoror: Dom. Molin. *dict. lib.*3. *cap.*4. *num* 41. & 43. Quartò, quia licet in ſucceſſionibus tractum ſucceſſiuum habentibus admittatur fœmina excluſa, hoc tantum ſit ob perpetuam naturam Maioratus, quia alias ſi ſemper fœmina excluſa cenſeretur, finiretur; & ſic debet admitti omnibus deficientibus, non priùs: ex Dom. Molina, *in ipſo lib* 3. *cap.*5. *num.*72. Mieres 2. *part. quæſt.*6. *à num.*49. 53

Vnde diſtinguo duos caſus. Prior eſt, quando aliqua fœmina, vel eius filius ſupereſt ex linea vltimi poſſeſſoris, ſiue effectiua, ſeu recta, ſiue contentiua: tunc ad ſuperſtitem ex hac linea decurrit ſucceſſio Maioratus, abſque eo quod ad lineam anteriorem primogeniti retrocedat, nec ad aliam deuoluatur: ex regul. *cap.*1. *de natura ſucceſſ. feudi*, ibi: *Ad ſolos, & omnes, qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit.* 54

Poſterior caſus erit; omnibus deficientibus ex illa linea effectiua, vel contentiua vltimi poſſeſſoris, cùm ex natura Maioratus neceſſe ſit quod quæ erat ſucceſſores, & tranſeat ad alios ex alia linea; tunc ad eos, qui ſunt ex linea ſuperiori primogeniti reuoluitur ſucceſſio, admiſſa ſecunda opinione: quia in concurſu fœminarum, vel maſculorum ex fœminis, ex lineis diuerſis, ſeu diſparibus, iuſtum eſt quod præfe- 55

Digitized by Google

tantur ij, qui ſunt ex linea ſuperiori primogeniti, ſeu priùs vocati agnati, & magis priuilegiata.

56 Moueor equidem ex duabus potiſſimis rationibus. Altera eſt; nam in Maioratibus Hiſpaniæ, attenta eorum natura, ac perpetuitate, fœminæ non perpetuò cenſentur excluſæ à ſucceſſione, ſed tantummodo ſuſpenduntur ab ea temporaliter dum extant maſculi agnati, & dum extant alij ex linea effectiua, vel contentiua vltimi poſſeſſoris, in quam intrauit ſucceſſio cum illo iure, quod niſi omnibus ex hac linea deficientibus, ad aliam non faciat tranſitum: *dict. cap. 1. de natura ſucceſſ. feudi*. Et ſic alij ex aliis lineis habeant tacitam, ſeu legalem vocationem, & ſemper vocatæ, ſeu vocati cenſeantur per dictiones, *Dum, quouſque, donec*, vel *quando non extent maſculi*: Dom. Molina *lib. 1. cap 6. num. 22. & dict. lib. 3. cap 5 num. 72.* Aluarado *de coniectur. mente defuncti, lib. 2. cap 3. §. 4. num. 3.* Oſaſcus *deciſ. Pedemontana, 23. num. 42.*

57 Et quando excluſio fœminarum non eſt perpetua, ſed temporalis, ſeu correſpectiua, tunc quod reintegrari debeat ad lineam non deſtitutam, ſed tantummodo ſuſpenſam, probant etiam, qui contrarium allegant, aduerſarij, prout eſt Baldus in *l. in quibus, poſt principium, verſ. intellige hoc verum, Cod. de ſecund. nuptiis*, maximè illic: *Secus ſi requirit perſeuerantiam liberorum: (verbi gratia,) quia dicit Statutum, quod non ſuccedant quandiu extant maſculi: nam iſta eſt potius quedam temporalis ſuſpenſio, quam præciſa excluſio; & ideo maſculis deficientibus, ſucceſſio redit ad fœminam: argumento Authentic. de non eligend ſecund. nubent. §. Gregoriana: & in Authent. de Nuptiis, §. quoniam autem infirmas collat. 4. & de Curatore furioſi: l. cum alij. Et l. Titius, de teſtament. tutela: & ita eſt veritas.* Idem Baldus *in cap. 1. §. quin etiam num. final. in feud. tit. Epiſcop. & Abbatem, vel Abbatiſſam, vel Domin. plebis feud. conſtituere non poſſe.* Vbi reddit rationem: *Nam iſta non eſt excluſa, ſed ſuſpenſa à ſucceſſione*: & inferiùs, *Et eo mortuo; remotum eſt obſtaculum, quod obſtabat fœminæ, &c.* & *conſil. 69. à num. 4.* illic: *Vnde dici poteſt, quod vita maſculorum facit interim dormire feudum, ſed non expirare.* Et in num 7. *Vnde eo mortuo, reintegratur & conſolidatur.* Et in fin. ibi: *Quia eſt potius cuiuſdam impedimenti, amotio, quam extenſio ſucceſſionis, &c. lib. 1. & in dict. conſil. 185. & conſ 416. num. 3. & 4. lib 3. & conſ 52. in fin.* dum ita dicit: *Sed retrocedit ad ſuum ſtipitem non deſtitutum, ſed temporaliter intermiſſum, & vigentem in ſua radice.* Et *conſil. 202. num. 2. lib. 5.* vbi ita dixit: *Quia multum refert inter excluſionem, & ceſſationem: mulier enim, viuente maſculo, potius videtur ceſſare, quam extingui in ſpe ſua: vt in auth. de nupt. §. quoniam autem infirmas*: & *de non eligend. ſecundò nubent. §. Gregoriana. Alias ſequeretur quod ordo datus, vt primò maſculus, deinde fœmina ſuccedat, eſſet impoſſibilis; quia ſtatim maſculus excluderet fœminam in perpetuum: quod eſt falſum. Item tamdiu durat excluſio, quamdiu durat excluſionis fauor, & cauſa finalis, ſcilicet, maſculus; nam remoto obice, remouetur obſtaculum.*

58 In cuius probationem faciunt textus in *l. 3. ff. de vſufruct. accreſcend.* ibi: *Ad eam enim partem redire debet à qua initio diuiſus eſt*, l. 2. §. ſi mater, ibi: *Cum enim eſt prælatio, matre omittente, ius ſuccedit vetus*, & in §. ſio. ibi: *Matre remota, eos admitti, qui venirent, ſi mater non fuiſſet, ff. ad Tertullianum*, l. ſi ſio 25. ff. de lib. & poſthum. ibi: *Quia non tranſlatus, ſed reditus videtur*, l. item illa verba, 18. §. 1. ff. de conſt. pecun. ibi: *Quia retrorſum ſe hæc actio refert*, leg. ſi duobus §. prius, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. & l. ſi vnus 27. §. pactus in fin. ibi: *Forma ſuæ redditur, ff. de pact.* l. voluntate 10. §. fin. ibi: *Sed in priſtinam cauſam res redit, reſoluta venditione: ff. quib. modis pign. ſoluitur, l. item veniunt 20. §. cum prædiximus, ff. de petit. hæreditatis.*

Vnde promanat illud vulgare Axioma iuris, quod 59
quælibet res ad primordialem ſuam naturam facilè reuertitur, ex *dict. text. in l. ſi vnus 27. §. pactus, ff. de pactis: l. cum filius 76. §. hæres meus, in fin.* ibi: *Quod veritatis primordio adiuuatur: ff. de leg. 2.* Lap. *in cap. ab exordio, 2. diſtinct. 35.* cum Gloſ. *verb. ad extremitatem retraxit.* Iaſon in *d. §. pactus n. 5.* Carol. Ruin. *dict. conſ. 108. num. 26. lib. 2.* Menoch. *de adipiſcend poſſeſſ. remedio 4. num. 40.* Dom. D Ioſeph. Vela *diſſertat. 15. num. 32. & dict. diſſert. 49. num 72. verſ. Res autem qualibet.*

Ad quod facit optima Iuriſprudentia quod res ſpe- 60
cialis ipſo iure reuertatur ad ius ſuum vniuerſale, à quo diſceſſit, ſi finiatur cauſa per quam ſeparata fuit ab eo: docet Bartolus in *l. ſi mihi, & Titio, num. 5. & 6. ff. de verborum obligat. & conſ. 38. à n. 1.*

Et comprobatur argumento iuris poſtliminij, ex 61
text. in *l. illa inſtitutio 32. §. 1. ff. de hæredib. inſtituend.* in quantum dicit, *Is, qui apud hoſtes eſt, rectè hæres inſtituitur, quia iure poſtliminij omnia iura ciuitatis in perſonam eius in ſuſpenſo retinentur, non abrumpuntur.* Ex quo textu arguit in fauorem fœminæ ex prima linea, Ludouicus Morotius *dict. reſponſo 23. n. 16. verſ. Redit enim filia iure quodam poſtliminij ad iura ſua, &c.*

Altera potiſſima ratio eſt, quia inter maſculos 62
conſideratur quædam linea vniuerſalis de maſculo in maſculum, ſeruatâ inter eos prærogatiuâ linearum, ac ætatis; & finitâ hac vniuerſali linea maſculorum, fit tranſitus per ſaltum de illa linea in lineam ſpecialem, ſi omnes defecerint agnati, & etiam ij qui fuerint ex linea effectiua, vel contentiua vltimi poſſeſſoris, & tunc per eundem ordinem, quo agnati, ſeu maſculi cognati, incipit formari alia linea fœminarum, & ſucceſſio inter eas progreditur per eundem curſum, quo decurrerat ſucceſſio maſculorum, ex præſumpta mente inſtitutoris, qui præſumitur quod iuxta ordinem, quo prædilexit ac prætulit maſculos, per eundem prædilexiſſe ac præferre voluiſſe fœminas ab ipſis deſcendentes. Quod fateri videtur Dom D Ioannes à Caſtillo *lib. 5. cap. 92. num. 76. verſ. Lineam maſculorum finiri in vltimo maſculo, & ab eius obitu dari principium lineæ fœmininæ, ex quo maſculi non ſuperſunt, &c.*

Et indiuidualiter probat Tiberius Decianus, *dict.* 63
conſil. ſeu reſponſ. 21. vol. 3. qui *num. 6.* reddit etiam rationem ibi: *Quia ſicut dilexit primò maſculos vocatos, ita eorum omnes deſcendentes æqualiter præſumitur dilexiſſe; de gradu in gradum, ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato, &c.* Et inferiùs; *Sed quando defecerunt illi omnes, quos primò dilexit, & fit tranſitus ad alium ſtatum perſonarum, tunc non poteſt conſiderari proximitas præſentis ſtatus, ſiue gradus prædilecti, ſed res reuertuntur ad conſiderationem perſonæ teſtatoris: & conſideratur, quos prædilexerit ipſe teſtator in ſubſtitutionibus huius noui ſtatus, non quos prædilexerit vltimus defunctus prioris ſtatus; quia iam prorſus extinctus eſt.*

Aduertendum tandem, vt imponamus finem huic 64
capiti; quod hoc limitari debet, ſi poſt agnatos in Maioratu puræ agnationis, vel maſculos cognatos, in Maioratibus puræ maſcolinitatis, ſpecialiter vocata fuit aliqua fœmina, vel maſculus ex fœmina, & eorum deſcendentes: quia tunc deficientibus agnatis, ſeu maſculis, & aliis ex linea vltimi poſſeſſoris, ad

ſpecialiter

Digitized by Google

ſpecialiter nominatum ibit ſucceſſio, & ad eius deſcendentes, & non retrocedet ad eas, vel eos, ex linea anteriori, ſeu primogeniti; quia ſpecialiter priùs nominati, ſuccedere debent, & poſt eos extinctos, tunc ſuccedent eæ, vel ij, qui fuerint ex linea ſuperiori: ex text. in *leg. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2.* Et ſic ita ſoluitur, die Sanctiſſimæ Reſurrectionis Domini noſtri IESV-CHRISTI: ſit ad eius laudem, & ad hoc vt reſurgamus in eo ad vitam æternam conſequendam.

CAPVT V.

De Incompatibilitate Iuris Diuini, ratione grauaminis nubendi in eadem Tribu.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina ex Iure Diuino deficientibus maſculis ſuccedebat ſub conditione nubendi cum viro conſanguineo ex ſua Tribu, ſeu familia paterna: & traditur ratio num. 2. & 6. Vbi refertur ad literam authoritas Patr. Marquez,* in tractatu de el Gouernador Chriſtiano.

2 *Textus in* cap. 27. verſ. 3. & cap. fin. Numerorum, refertur ad literam.

3 *Et traditur interpretatio Nicolai de Lira, & Patr. Cornely à Lapide, qui reddit rationem decidendi, num. 4. & Gloſ. Ordinaria, vbi etiam additio videnda. n. 5.*

7 *Cauſa finales, quibus moueri ſolet homo, vel lex ad prohibendum ne vnus Maioratus cum alio iungatur, ſed quod per ſeparatas, ſeu diſcretas lineas, ſeu familias, quilibet diſcurrat; tres conſiderari poſſunt, quæ etiam à Iure Diuino colliguntur, & n. 8.*

9 *Cauſa vna ex finalibus probibendi, ne Vnus cum alio Maioratu iungatur, ſed quòd quilibet ſeparatim inter filios, ſeu diuerſas lineas, ſeu familias diſcurrat; ea eſt vt prouideatur vnicuique familiæ, & ne eius æſtimatio, deſtituta bonis, diminuatur.*

Comprobatur ex iure diuino, n. 10. & 11.

12 *Familiæ decus, honor, ſeu honeſtas per bonorum abundantiam conſeruantur, n. 12.*

13 *Diminutio bonorum producit diminutionem exiſtimationis, & honoris familiæ.*

14 *Genus, & virtus, niſi cum re, vilior,* Alga *eſt.*

15 Alga, *Hiſpano ſermone vocatur,* Oba y erba, que ſe cria de la eſpuma de el agua, que no tiene raices ni firmeza alguna, ni da fruto.

16 L. 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat. *intelligitur ex iure diuino, quoad rationem decidendi, & n. 17.*

Et ex iure Cæſareo, n. 18.

19 *Inſtitutor Maioratus, quando iubet quòd primogenia diuidantur inter primogenitum, & ſecundogenitum, moueri cenſetur ad accommodandum ſecundogenitum, & eius lineam, ſi primogenitus eſt iam prouiſus, & accommodatus ex alio Maioratu.*

Quod etiam ex Iure Diuino comprobatur, n. 20.

Et de Iure Communi, & Ciuili, n. 21.

22 *Inſtitutor ad diuidendos Maioratus inter filios, vel diuerſos de familia, moueri cenſetur ad hoc quod familiæ, ſeu familia amplientur, ſeu multiplicentur: quod etiam deſcendit à Iure Diuino.*

Cui conuenit ius noſtrum Regium in alia ratione decidendi, l. 7. titul. 7. lib. 5. recopilat. *num. 23. & 24.*

25 *Inſtitutor Maioratus ad diuidenda primogenia, ex eo moueri ſolet, ne ſuum primogenium, & memoria, nomen, vel arma, cum aliis confundantur, vel ſupprimantur.*

Quod etiam deſcendit ex iure diuino, n. 26.

Cui conſonat ratio decidendi l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. *num. 27. & 28.*

29 *Immixtio confuſionem affert, & confuſio fit vbi duæ materiæ, vel eiuſdem generis, vel diuerſi, coniunguntur.*

30 *Primogenia diuidendi cauſa, & vocandi ad aliũ ſecundogenitum, ea cenſetur, ob euitandam confuſionem familiæ, nominis, armorum, vel memoriæ inſtitutoris; & ne vnum primogenium alio obumbretur, ſupprimatur, vel confundatur.*

Et quòd hoc conuenit fauori publico, n. 31.

32 *Inſtitutores quando proprium Maioratum diuidunt ab alio Maioratu, vnâ ex tribus cauſis relatis moueri cenſentur, & tunc realiter vnus Maioratus eſt incompatibilis cum alio.*

33 *Inſtitutores ad ſeparandum ſuum Maioratum, & vocandum ad eius ſucceſſionem ſecundogenitum, excluſo primogenito, moueri ſolent aliquando ex odio contra primogenitum, vel amore erga ſecundogenitum: quæ cauſa probari debet, aliàs præſumitur moueri ex aliis tribus cauſis ſupra relatis, & n. 34.*

35 *Prohibitio ne Maioratus cum alio iungatur, excluſo primogenito, qui alium Maioratum habeat, & vocando ſecundogenitum, cenſetur realis, & non perſonalis, & ambo Maioratus ſimul ab vno poſſideri non poſſunt, licèt primò ſuccedat in Maioratu prohibito iungi cum alio; reprobata deciſione Luſitana Ant. de Gamma, & opinione D. Ioan. à Caſtillo, & Mieres, & num. 36.*

37 *Blaſius Flores Diaz de Mena, & maximè Pater Thomas Sanchez, (qui refertur ad literam) reprobans deciſionem Antony de Gamma, validiſſimis fundamentis, in materia prohibitæ coniunctionis duorum pluriumve Maioratuum, & num. 38.*

39 *Et in caſu, quo cauſa prohibitionis ſit, ne iungendo vtrumque Maioratum memoria inſtitutoris, nomen & arma ſupprimantur; Mieres taxat ſuam opinionem.*

ARGVMENTVM.

De iure diuinò prohibitum eſt, ne fœmina, quæ in defectum maſculi ſucceſſit in ſorte Terræ Sanctæ ſui patris, nubat, niſi cum viro ex Tribu, ſeu familia paterna; ne commiſceantur ſortes inter familias diuiſæ, ad prouiſionem vniuſcuiuſque, & contra ordinem diuinum confundantur: *Numer. cap. fin. iunctis cap. 26. & 27. ſuprà relatis.* Clauis eſt vniuerſalis (quam dicimus *llaue maeſtra*) ad materiam de Maioratibus incompatibilibus, maximè per diſpoſitiones, quibus duo plurave primogenia diuiduntur inter filios, ſiue nepotes, vel familias, etiamſi expreſsè non prohibeatur concurſus eorum primogeniorum, cum exinde deducantur

rationes, ſeu cauſæ finales talium diſpoſitionum legis, vel hominis: & per eas refutatur opinio Senatus Luſitani per Gamam *deciſ.*27. Mieres *part.*2. *quæſt.*6 *num.*210. *&* 213. D. D. Ioan. à Caſtillo, *lib* 3 *cap.*15. *à num.*1. *vſque ad n.*20. & reſoluitur quod ſi aliquis inſtituat duo, vel tria, pluráve primogenia, quæ ſeparet, atque diuidat inter primogenitum, & ſecundogenitum, pluresve deinceps, aut omiſſo, vel excluſo primogenito, qui alium Maioratum habeat, ad alium ſuum vocet ſecundogenitum, inter omnes de familia diſcurrere debent tanquam realiter incompatibilia, diuiſim, ac ſeparatim.

1 EX *Numerorum cap.*26. *&* 27. de quo nos *ſupra proximè*, conſuluit *Numer. cap. fin.* in eo autem fœminis, quæ ex lege Diuina admittuntur ad ſucceſſionem in defectum maſculorum, imponitur conditio, & grauamen non nubendi, niſi cum viris ex Tribu ſeu familia, ſui patris, ne commiſceantur, & confundantur ſortes Terræ, quæ ſeparatæ fuerunt, & diuiſæ inter Tribus, ſeu familias ad prouiſionem vniuſcuiuſque de per ſe, abſque immixtione, & confuſione, cùm inde eueniret, quod minueretur, vel ceſſaret prouiſio familiæ, atque etiam ſequeretur quod periret memoria illius Tribus, cuius bona tranſirent in aliam, contra cauſam finalem, qua motus fuit Moyſes per mentem diuinam, ad concedendam ſucceſſionem ſortis in Terra patris, filiabus Salphaad, & cœteris fœminis, quarum pater decederet abſque maſcula prole. Quod expreſsè colligitur ex *d. c.*27. *verſ* 3. ibi: *Cur tollitur nomen illius de familia ſua? quia non habuit filium?* Et ex noſtro textu *Num. cap. fin.* quem ad literam referre oportet, vt clariùs procedamus.

2 §. 1. *Acceſſerunt autem & Principes familiarum Galaad filij Machir, filij Manaſſe, de ſtirpe filiorum Ioſeph: locutique ſunt Moyſi coram Principibus Iſraël, atque dixerunt.*

§. 2. *Tibi Domino noſtro præcepit Dominus, vt Terram ſorte diuideres filiis Iſrael, & vt filiabus Salphaad fratris noſtri dares poſſeſſionem debitam Patri.*

§. 3. *Quas ſi alterius Tribus homines vxores acceperint, ſequetur poſſeſſio ſua; & tranſlata ad aliam Tribum, de noſtra hæreditate minuetur.*

§. 4. *Atque ita fiet, vt cum Iubileus, id eſt, quinquageſimus annus remiſſionis aduenerit, confundatur ſortium diſtributio, & aliorum poſſeſſio ad alios tranſeat.*

§. 5. *Reſpondit Moyſes filiis Iſraël, & Domino præcipiente ait: Rectè Tribus filiorum Ioſeph locuta eſt.*

§. 6. *Et hæc lex ſuper filiabus Salphaad à Domino promulgata eſt: Nubant quibus volunt, tantum vt ſuæ Tribus hominibus.*

§. 7. *Ne commiſceatur poſſeſſio filiorum Iſraël de tribu in Tribum: Omnes enim viri ducent vxores de tribu, & cognatione ſua.*

§. 8. *Et cunctæ fœminæ de eadem Tribu maritos accipient, vt hæreditas permaneat in familiis*

§. 9. *Nec ſibi miſceantur Tribus, ſed ita maneant.*

§. 10. *Vt à Domino ſeparatæ ſunt. Feceruntque filiæ Salphaad vt fuerat Imperatum.*

§. 11. *Et nupſerunt Maala, & Therſa, & Hegla, & Melcha, & Noa filiæ Patrui ſui.*

§. 12. *De familia Manaſſe, qui fuit filius Ioſeph; & poſſeſſio, quæ illis fuerat attributa, manſit in Tribu, & familia patris earum.*

Ad interpretationem huius textus Nicolaus de Lira, ita dicit: *Et ideo ſi fœminæ nuberent viris alterius Tribus ſequeretur quod hæreditas earum tranſiret ad aliam Tribum: quia filius natus ex illa muliere, qui debebat terram illam hæreditare, non erat imputandus in tribu Matris, ſed Patris: quia genealogia hominum non accipitur per Matres, ſed per Patres. Et ex hoc ſequeretur, quod in anno quinquageſimo Iubilei, in quo hæreditates debebant reuerti ad primos poſſeſſores, quia non poterant vendi, vel alienari, etiam vltra illum terminum, quantum ad hæreditatem prædictam, non reuerterentur, & ſic ſequeretur ſortium confuſio ex tali tranſlatione de parte hæreditatis vnius Tribus tranſlata ad aliam: quod eſt contra Domini præceptum, vt hic; & Leuit. cap.*27. 3

Pater Cornelius à Lapide *in Commentariis Num. cap. fin. verſ.*3. reddit rationem decidendi ab ipſo inconuenienti vitando, ſi fœminæ, ſeu filiæ Salphaad non nuberent viris de ſua familia; nam aliter, inquit, non diceretur eſſe hæreditas Tribus Ioſeph, ſed alterius, cuius ſcilicet erunt futuri mariti harum filiarum Salphaad: licèt enim filius aliquis ſubrogandus eſſet Auo materno defuncto, qui in nomen, & hæreditatem eius ſuccederet, vocareturque, v. g. filius Salphaad; tamen, quia hic filius patrem, & fratres habebat ex alia Tribu, hinc facilè orta fuiſſet confuſio, & permixtio nominum, vt non vocaretur filius, vel nepos Salphaad, ſed patris ſui: vnde per ſucceſſionem tẽporis in Iubileo, cum de hæreditate reuocanda, ſi ea alienata fuiſſet, agendum foret, facilè orta fuiſſet confuſio, & error, vt ſcilicet hæreditas Salphaad ad generos, eorumque cognatos & Tribum tranſiſſet. Ruſum facilè fieri potuiſſet, vt oblita ſeu obliterata maternæ ſucceſſionis memoria, de patris Tribu, & nomine, abſolutè ea hæreditas cenſeretur: hac de cauſa, ne id fiat, ſanxit Deus, vt hæ filiæ extra tribum ſuam non nuberent, ſed maritos acciperent ſuæ Tribus. 4

Additio verò ad Gloſſam Ordinariam *in iſto textu* dicit: *Quod ratio diuinæ deciſionis eſt, ne reuertatur hæreditas filiorum Iſraël de Tribu in Tribum; ſed vnuſquiſque in hæreditate Tribus Patrum ſuorum adhæreat: Similiter vbi in tranſlatione noſtra dicitur; Nec ſibi miſceantur Tribus, ſed ita maneant: Non eſt ſic in Hebræo, ſed dicitur ſic: Nec reuertatur hæreditas vnius Tribus in aliam Tribum. Et ratio huius legis teſtatur pro veritate Hebraïca. Quæ quidem ratio finalis eſt, vt diuiſio hæreditatum fienda inter Tribus perpetuò remaneret: ita quod nihil de terra, quæ in ſortem Tribus Iuda caderet, poſſet aliquando reuerti, ad Tribum Benjamin. Et ſic de aliis.* Et inferiùs, ibi: *Quia ſecundum legem, fœminæ non ſuccedebant in hæreditatem paternam, niſi illæ tantum, quæ fratribus maſculis carebant, ſupra Num. cap.*27. *Ideo de iſtis tantum dabatur lex, ne immiſcerentur alicui de alia Tribu, quia per talem commixtionem hæreditas vnius Tribus tranſiſſet in aliam; quod erat contra ordinem diuinum.* 5

Pater Marquez *in tract. del Gouernador Chriſtiano, lib.*1. *cap.*30. quem refert ad literam D. Petrus Gonzalez de Salzedo *de leg. Politica, lib.*2. *cap.*14 *num.*69. *verſ. Quia id*, ibi: *Quamuis Num. cap.*27. *ad ſucceſſionem parentum, & portiones ad eos pertinentes fuerunt admiſſæ filiæ; tamen ex petitione, & ſuffragio populi, Dei prouidentiâ, fuit conſeruationi familiarum proſpectum, ſtatuente iudicio Dei Moyſe, vt non ſic abſolutè fœminæ admitterentur ad ſucceſſionem, ſed cum* 6

illa

illa qualitate, vt agnatis nuberent, vt inde conſequerentur. & pietatis executio in admiſſione filiarum ad ſucceſſionem, & conſeruatio familiarum. Quod comprobauit ipſe Marquez *d. cap.*30. ibi : *Pero a eſte inconueniente puede obiar el cuidade del vltimo poſſeedor, que caſando la hija dentro de ſu caſa ſin diſtincion de Armas, ni appellidos, conſeguira el miſmo intento, que ſi ſucediera hijo varon en ella, que fue el remedio que dio el Gouernador, paraque las hijas de Salphaad no confudieſen la hazienda de ſu Padre con la de otra Tribu.*

7 Iam ex *hoc textu*, de iure diuino, & eius Expoſitoribus deprehenditur ratio, & cauſa finalis, quibus mouetur homo, vel lex, quando in ipſa diſpoſitione hominis, vel legis, diuiduntur duo, pluráve primogenia, ſiue perpetua fideicommiſſa inter familias, vel inter primogenitum, & ſecundogenitum, & ſic deinceps filios, vel fratres, ſiue alios ex ſua familia.

8 Ratio potiſſima eſt, nam Tribus ex cauſis finalibus præſumitur, hominem, vel legem velle in perpetuum (ſicuti menti diuinæ placuit, dum iuſſit diuidi in perpetuum Terram ſanctam Chanaan per ſortes ac hæreditates de vno in alium, inter Tribus, & familias Iſraëlitarum,) eſſe diuiſa; ac ſeparata ſimiliter fideicommiſſa, vel primogenia noſtra, ne commiſceantur, atque coniungantur, ſed quod ita diuiſa & ſeparata permaneant, & diſcurrant, atque pertranſeant per diſtinctas familias, de vno in alium, per vniuſcuiuſque lineam: ſed quia ex alia etiam cauſa fortè moueri poſſet inſtitutor, quando nimirum ad ſucceſſionem vocat ſecundò, vel tertiogenitum, omiſſo, aut excluſo primogenito, quatuor proponendæ ſunt cauſæ, quæ ſequuntur.

CAVSA I.

9 Prima cauſa, per quam præſumendum eſt potuiſſe moueri prudentes inſtitutores ad diuidenda bona per viam primogenij, ſeu perpetui fideicommiſſi inter plures familias, ſeu filios, & diuerſos ſucceſſores, ea nempe eſt; æqualiter prouidendi ſeparatim omnibus, de illis bonis: & idem, quando inſtitutor vocat ad ſucceſſionem ſecundogenitum, attendens quod primogenitus habeat alium antiquum Maioratum, ex quo ei atque omnibus eius familiæ ſuccurſum & prouiſum ſit: ideoque ne ceſſet hæc prouiſio, ſed potius illa bona ad id ſemper diuiſa in qualibet diſtincta familia permaneant, neceſſariò præſumere debemus nolle eos quòd de vna in aliam tranſeant familiam.

10 Ratio eſt, quia ſequeretur, quod familia, ex qua illa bona ad aliam tranſirent, ſpoliaretur illis bonis, ſeu terris, & ſic maneret ſine illa prouiſione. Quod manifeſtè colligitur ex noſtro diuino texto, *Numer. dict. cap. fin.* imò expreſsè probatur *in verſ.*1. 2. & 3. dum ita dicitur: *Acceſſerunt autem, & Principes familiarum, atque dixerunt: Tibi Domino noſtro præcepit Dominus, vt terram ſorte diuideres filiis Iſrael, & vt filiabus Salphaad fratris noſtri dares poſſeſſionem debitam Patris, quas ſi alterius Tribus homines vxores acceperint ſequetur poſſeſſio; & tranſlata ad aliam Tribum, de noſtra hæreditate minuetur.*

11 Idem enim eſt, ac ſi Principes, & Capita familiarum dicerent: Ratio, quâ Dominus tibi præcepit per ſortes diuidere Terram inter filios maſculos Iſraëlitas, atque eorum familias, fuit ad hoc, vt quæque familia de per ſe prouiſa eſſet de illis ſortibus terræ, vnde ſe alere poſſet honorificè, atque cum honeſtate ſe conſeruaret. Quod ceſſaret ſine dubio ſi fœmina, quæ in defectum maſculi fratris ſuccederet in illa ſorte, ſeu portione terræ, non nuberet cum viro ſuæ familiæ; quia ipſa eſt finis ſuæ familiæ: vnde cum viro alterius Tribus contraheret matrimonium, ſequeretur, quod ad aliam familiam tranſiret illa ſors terræ; & minueretur familia, à qua hæc portio eſſet ſeparata, quæ tamen ipſi adiudicata fuit in perpetuũ ad ſui honeſtam ſuſtentationem, & conſeruationem
Familiæ: namque decus, honor, ac honeſtas per bo- 12
norum abundantiam ſeu diuitias conſeruatur: Diuus Auguſtinus *de Ciuitat. Dei, lib.*3. *cap* 100. D. Thomas 1. 2. *quæſt.*105. *art* 2. *ad ſecundum.* Et de Iure noſtro, imò & Iure diuino probant Alex. *conſil.*52. *n.*4. 41. 42. & 43. *lib.*4. Tiraquell. *de primogen quæſt.*23 *num.*12. & *de Nobilitat. cap.*3. *per tot.* Albert. Brunus *in tract. de ſtatut. exclud. fœmin. & cognator. lineam, artic.*3. *à num.*7. & in *n.*13. probat ex hoc noſtro textu, dum dicit: *Imò lege diuina cautum eſt, quod vt bona remaneant in familia filiarum, quæ Patri ſucceſſerunt, non extantibus filiis maſculis, debeant in familia nubere: vt habetur Num. cap. fin. & hæc ratio complectitur, & abſorbet omnes alias rationes, &c.* Pat. Molina *de iuſt. & iure, tract.*2. *diſput.*28 *col.*200. *litera B. & C.* Ioſeph de Ruſticis *ad l. cum Auus lib.*4. *cap.*2. *num.*26. Mieres *part.*1. *quæſt.*1. *num.*24. & 25. & 38 Dom. D. Ioſeph. Vela *tom.*2. *diſſertat.*49. *n.*22. & alij relati à Mantica *lib.*7. *tit* 1. *à num.*44 *de coniect. vltim volunt.* Surdus *conſil.*375. *à num.*13. D. D. Valençuela Velaſquez *conſil.*40. *à n.*1. Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.*5. *c.*147. *à num.*17.

Vnde dicimus, quod propter diminutionem bo- 13
norum, ſeu paupertatem, ſequitur diminutio exiſtimationis, & honoris familiæ: *leg.*2. *verſ. Quid enim, Cod quand. & quib. quarta pars debeat lib.*11. Velaſco *de priuileg. pauperum part.*1 *quæſt.*6 *n.*6. & in *num.*7. refert Senecam *in Epiſtola* 116. *lib.*21. dum dixit: *Vbique tanti quiſque, quantum habuit, fuit.* Horatius *lib.*1. *Sermon. Satyra* 1. ibi: *Quia tanti, quantum habeas, ſis.* Idem Velaſco *de priuileg. paup. quæſt.*14. *n.*7. Epiſcopus Simancas *de primog. lib.*1. *cap.*17. *in fin.* Attamen Dominicus Soto *de iuſt. & iur. lib* 4. *q.*5. *artic.*1. *verſ. ad ſecundum.* Ad id allegat alibi Horatium *in lib.*2. *Sermon. Satyra* 5. *verſ.*8. vbi magis enixè explicat, atque comprehendit dum dicit:

Et genus, & virtus, niſi cum re vilior Alga eſt.

Vbi Doctor Villetm. de Viedma ſic vertit in noſtro 14
Hiſpano idiomate: *Linage, nobleza, valor, y virtud, no ſe pueden conſeruar en eſte mundo, ſino es con hazienda, porque ſin ella vieren a ſer coſa mas vil, deſpreciada, y de tampoco momento, que la eſpuma del agua, que facilmente ſe reſuelue.*

Si bien propiamente, Alga ſignifica la oba ò yerba, 15
que ſe cria de la eſpuma del agua que no tiene raizes, ni firmeza alguna, ni da fruto.

Ab hinc venit intelligenda vna ex rationibus de- 16
cidendi, quam aſſignat textus de iure noſtro Regio in *leg.*7. *tit.*7. *lib.*5. *Recopilat.* vbi dicitur: Quod ſi duo Maioratus, quorum alter habeat in redditu ducenta millia ſeſtertiorum, (vulgò, *dos quentos de Marauediſes*), & ex cauſa matrimonij iungantur, quod inter primũ, & ſecundũ filium, & ſic deinceps diuidi debent. Et inter alias rationes, quas reddit, hæc vna eſt, *Otroſi ſomos informados, que por cauſa de ſe hauer juntado en eſtos nueſtros Reinos de poco tiempo a eſta parte por via de caſamiento algunas Caſas, y Mayorazgos de Grandes, y Caualleros Principales, la memoria de los fundadores de los dichos Mayorazgos, y la fama dellos, y de ſus linages ſea diſminuido, y cada dia ſe diſminuye, y pierde, conſumiendoſe, y menoſcauandoſe las dichas caſas principales, en las quales muchos de*

ſus

Digitized by Google

ſus parientes, y criados, y otros hombres hijos-dalgo ſe acoſtumbrauan mantener y ſoſtener,&c. Y por eſto conſiderando los dichos inconuenientes,&c. quod idem dixit Epiſc. Didacus à Simancas *de primog. lib.* 1. *cap.* 11. ibi, *vt bona ſint conſanguineorum refugium.*

17 Nam hæc lex conſonat noſtro textui, *Numer. cap. fin.* etiam in verbo, *minuetur verſ.* 3. ibi: *Sequetur poſſeſſio ſua: & tranſlata ad aliam Tribum, de noſtra hæreditate minuetur*; cui correſpondet in illis verbis: *Sea diſminuido, y cada dia ſe diſminuie y pierde, conſumiendoſe, y menoſcauandoſe.*

18 Probat idem de Iure Cæſareo textus cum Gloſſa, *verb. duplici in l. hac part.* 10 *Cod. de proximis ſacrer. ſcriniorum, lib.* 12. vbi ratio, qua mouetur Imperator ad prohibendum concurſum duorum pluriumve officiorum in vna perſona, & quod ſint apud vnum incompatibilia, ea eſt; ne vnus ſolus plura commoda, & prouentus, ſeu emolumenta occupet, atque hæc ad aliorum ſuſtentationem, & remunerationem deficiant. Nam ita ſe habet: *Suprascripti autem Memoriales nullo modo duplici fungantur officio, nec geminis chartis irrepſerint: vt non occupentur plura in vnũ ſe commoda collaturi, nihilque reliquis relicturi.* Quem textum ad idem probandum allegant cum aliis Nauarret. *diſcurſu politico* 24. & 25. D D. Ioan. Solorzano *de Indiarum Gubernat. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 24. & *lib.* 2 *cap.* 5. *n* 83 & 84 vbi ex Ariſtophane *in Concionibus, verſ* 585. hæc Carmina refert: *Communicare oportet, omnes dicant, omnium participantes, & ex ipſo viuere; & non hunc quidem diteſcere, illum autem miſerum eſſe, &c. Sed vnam faciam communem omnibus vitam, & hanc aquam.*

19 Hanc autem cauſam, quam dicimus mouere inſtitutorem ad diuidenda primogenia, vel vocare ſecundogenitum, quando primogenitus de alio Maioratu eſt prouiſus, ſeu accommodatus, conſiderant Andr. Aleiat. *conſil.* 101. *n.* 17. *lib.* 9. ibi: *Quod in illo caſu potuit teſtator cogitare, quod ſatis deberet eſſe primogenito, & eius deſcendentia, de bonis paternis; ideo ipſe ſecundogenito ſua reliquit, &c.* Epiſcop. Didac. Simancas *de primogenit. lib.* 1. *cap.* 17. & *cap* 21. Franciſc. à Ponte *conſil.* 4. *num.* 32. *verſ. Habita ſecundo loco conſideratione, quod domus de Velaſco, in qua ſucceſſurus eſt primogenitus, eſt ampliſſima, &c.* Menochius *conſil.* 97. *num.* 90. *verſ. Cogitauit. Præterea teſtator, &c.* Flores Diaz de Mena *in addit. ad Gamam, deciſ.* 27. *ad fin. verſ. Quia aliud primogenium habebat, &c.* Dom. D. Ioan. à Caſtil. *lib,* 5. *cap.* 181. *n.* 8. *verſ. Item potuiſſet inſtitutorem eundem cogitare, quod ſatis deberet eſſe primogenito, de ſuo Maioratu prouiſum, & ideo ipſe ſecundogenito ſuum Maioratum reliquerit, &c.*

20 Sed quod hæc ſit cauſa finalis, dixit, de iure diuino Additio ad Gloſſam Ordinariam *Numer. cap. fin. verſ. Et ratio huius legis, &c.* ibi; *Quæ quidem ratio finalis eſt, vt diuiſio hæreditatum fienda inter Tribus perpetua remaneret, ita quod nihil de terra quæ in ſortem Tribus Iuda caderet, poſſet aliquando reuerti ad Tribum Benjamin.* Et ſic de aliis.

21 Et nos de iure noſtro idem probamus (ſi bene ponderetur) ex *l. Titio centum* 71 *in princ. ff. de conditionibus, & demonſtrat.* Vbi quando teſtator reſpicit prouiſionem, ac commodum, & vtilitatem Tertij; dicitur eum mouere cauſam finalem, ideo ſi is, cui legata fuerunt centum, ita vt fundum emat ad prouiſionem, & vtilitatem Tertij, tenetur cauere de emendo, & de non alienando, & aliter non tenetur; quia ita dicitur in textu: *Titio centum, ita vt fundum emat, legata ſunt, non eſſe cogendum Titium cauere, Sextus Cæcilius exiſtimat: quoniam ad ipſum duntaxat emolumentum legati rediret. Sed ſi filio fratris alumno minus induſtrio proſpectum eſſe voluit intereſſe hæredis credendum eſt; atque ideo cautionem interponendam, vt & fundus comparetur, ac poſtea non alienetur.* Vbi Albericus explicat ſic: *Proſpectum eſſe voluit, id eſt, prouidere voluit per emptionem fundi.* Et inferiùs, ibi: *Et facit iſta lex; an cauſa præſumatur finalis, an impulſiua? quia ſi eſt appoſita tantum gratiâ eius cui donatur, præſumitur impulſiua: ſi gratiâ alterius, præſumitur finalis: de hoc notaui, & dixi dict. leg.* 2. *§. fin. ff de donat.* Idem docet Bartolus *in d. leg. Titio centum, in princ. n.* 1.

CAVSA II.

Alia cauſa, quæ mouere potuit inſtitutores ad diuidenda primogenia inter filios, vel diuerſos ſucceſſores, eſt, ampliandi, ſeu multiplicandi familiam, ſeu familias, non per vnum ſolummodò, ſed per plures: quod deducitur ex *dict. textu Numer. cap. fin.* ibi: *Præcepit Dominus vt terram ſorte diuideres filiis Iſrael:* quia non vni, vel duobus filiis, vel tribus ſed omnibus iuſſit diuidi terram. *Numer. cap.* 26. *verſ.* 2. *Numerate omnem ſummam filiorum Iſraël à viginti annis, & ſuprà, per domos, & cognationes ſuas, &c.* Et numeratis familiis *de ſtirpe Ruben,* earum *numerus inuentus eſt quadraginta tria millia, & ſeptingenti triginta:* & *de ſtirpe Simeon, viginti duo millia ducenti.* Et ſic de aliis dicit: & *verſ.* 51 *Iſta eſt ſumma filiorum Iſraël, qui recenſiti ſunt, ſexcenta millia, & mille ſeptingenti triginta. Locutuſque eſt Dom. ad Moyſen, dicens: Iſtis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in poſſeſſiones ſuas: pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem: ſingulis, ſicut nunc recenſiti ſunt, tradetur poſſeſſio; ita dumtaxat, vt ſors terram Tribubus, diuidas, & familiis, &c.* 22

Quam cauſam diuidendi primogenia, & rationem decidendi fuiſſe etiam de iure noſtro, conſtat ex *dict. l.* 7. *tit.* 7 *lib.* 5. *Recopil.* dum dicitur: *Y anſi miſmo mucho de ſeruicio y daño, y perjuizio de nueſtros Reinos, porque deminuiendoſe las Caſas de los Nobles, de ellos no aura tantos Caualleros, y perſonas Principales, de quien nos podamos ſeruir.* Ponderando verba illa: *No aura Caualleros, y perſonas Principales.* Ecce cauſam, nempe ad hoc, vt multiplicentur, & augeantur Nobiles, & eorum familiæ. 23

Et quod eadem cauſa moueat inſtitutorem Maioratus, dixit Aleiatus *reſponſo* 101. *in fin. lib.* 9. ibi: *Sit ad finem propagandi, & conſeruandi honorem familiæ teſtatoris, &c.* Quem ad literam refert Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.* 5. *part.* 2. *cap.* 178. *n.* 15. 24

CAVSA III.

Tertia cauſa, per quam moueri præſumuntur inſtitutores, ad diuidenda primogenia, vel omiſſo aut excluſo primogenito, ex eo quod ſit ſucceſſor vel poſſeſſor alterius Maioratus, ſecundogenitum ad ſuum aliud primogenium vocant, ea eſt. Ne primogenium, & memoria inſtitutoris, vel eius primi ſucceſſoris, commiſceatur & confundatur cum alio, vel aliis primogeniis, & vnà eius nomen, ſplendor, arma, vel inſignia ſupprimantur, ſi iungerentur cum familia aliena: nam quælibet de per ſe magis fulget, atque eluceſcit, & omnimodam ſuam virtutem oſtendit, atque conſeruat, ſine vlla vmbra, perturbatione, aut confuſione, quæ ex tali coniunctione ſequi ſolet. 25

Quod inconueniens ceſſat per diuiſionem, & quando proprium primogenium permanet ſeparatum in familia inſtitutoris: quod patet ex ratione textus noſtri *Numer. d. cap. fin. verſ.* 4. ibi: *Ne confundatur ſortium* 26

Digitized by Google

tium diſtributio, & in verſ.7. illic: *Ne commiſceatur poſſeſſio filiorum Iſrael de Tribu in Tribum, omnes enim viri ducent vxores de Tribu, & cognatione ſua, & cuncta fœmina de eadem Tribu maritos accipient, vt hereditas permaneat in familiis, nec ſibi miſceantur Tribus, ſed ita maneant, vt à Domino ſeparatæ ſunt.*

27 Cui conſonat lex noſtra Regia 7. *tit.7.lib.5.Recop.* illic: *Que por cauſa de auerſe juntado en eſtos nueſtros Reinos, de poco tiempo a eſta parte, por via de caſamiento, algunas coſas, y Mayorazgos de Grandes, y Caualleros principales, la memoria de los fundadores de los dichos Mayorazgos, y la forma de ellos, y de ſus linages ſea diminuido, y cada dia ſe diminuye y pierde.*

28 Attendatur igitur illud verbum, *diminuido*, & illud, *y diminuieſe y pierde*: cui correſpondet etiam verbum *confunditur*, & aliter Doctores Regnicolæ demonſtrant per verbum; *ſupprimitur, & obumbratur.*

29 Per immixtionem enim fit confuſio: nam confuſio fit, vbi duæ materiæ vel eiuſdem generis, vel diuerſi, coniunguntur: *leg.adeò 7. §.voluntas, verſ.Sine voluntate, ff.de adquir. rerum dom. l.34.tit.28.p.3.* quos text.ad id allegat Mieres *part.2.q.4.illat.8.n.93.& 94.* & in *n.120.* dicit, quod ex tali commixtione facile eſt quod nomen Inſtitutoris obumbretur: D.Molin. *lib.2. cap.14.n.29.*

30 Et quod cauſa diuidendi primogenia, & vocandi ſecundogenitum, omiſſo, ſiue excluſo primogenito, ſit ob euitandam confuſionem familiæ, nominis, armorum, vel memoriæ Inſtitutoris, vel primi vocati, & eius agnationis: & ne per immixtionem ſupprimatur, obumbretur, vel confundatur vnum per aliud primogenium: aduertunt Ripa *in rubr. C.de ſecund.nupt. n.7. & 11.* Alciat. *d.reſponſ.101. in fin.lib.9.* Roland. à Valle *conſil.58.n.80. vol.3.* Natta *conſ.667.n.41. vol.4.* Mieres *p.2.q.4.illat.8.n.120.* Gaſpar. Ant. Theſaur. *forenſ.q.34.n.6.* & his relatis, D. D.Ioan. à Caſtil. *lib.5. cap.160 n.6. & cap.178.n.15.& 16.& c.181.n.8.* D.Ioan. Baptiſt.de Larrea *tom.2.decis.51.n.17.*

31 Quod conuenit fauori publico, atque ita expedit fieri ratione publicæ vtilitatis: Alexand. *conſil.52.n.41. lib.4.* Socin. ſenior *conſil.30.n.6.* & iunior *conſ.181.n.56. vol.2.* Paul. Pariſ. *conſ.19.à n.34.lib.2.* Roxas *in epitome ſucceſſion.cap.3.n.20.* vbi dicit: *Quod redundat in commodum publicum, quia ſucceſſores, memoriam habẽt, & antiquorum laudabiliter geſtorum retributionẽ, & maiorum factis prouocati, ad paria, vel maiora aggrediantur: leg.more maiorum: ff.de iuriſd. omnium iud.cap. fin.10 diſt.* Epiſcopus Didac. Simancas *de primog.lib.1. cap.16.* vbi tenet, quod multis ex cauſis Reipublicæ intereſt primogenia fieri: *Primò, vt ſint in regno Viri aliqui Principes, qui Regem comitentur, Patriam decorent, & prouincias regant. Deinde vt primogenitorum poſſeſſores regnum ab hoſtibus tueantur*, & in *cap.19.* ibi: *Quiſpiam primogenita inſtituat, & inſignia nobilitatis poſteris ſuis relinquat: vt & liberi eius, & cæteri ad talia facinora imitanda excitentur. Qua ratione imagines & ſtatuæ Illuſtrium Virorum olim in publico collocabantur, C. de ſtatuis, & imag. Quod Demoſthenes quidem indicat in oratione, de Rhodiorum libertate, dicens: Cogitabitis monimenta illa dedicata eſſe à Maioribus, non vt ea miremini ſpectantes dumtaxat, ſed vt eorum, qui ea conſecrarunt, virtutes imitemini.* Crauetta *conſ.328.n.6.p.3.* Tiraquel. *de primog.q.4.n.13.* D.Molin. *lib.1.c.18.n.1.* Paz *conſ.9.n.6.& 7.* Ioſeph à Ruſticis *ad l.cum Auus, lib.4.c.2.n.26. ff.de condit.& demonſtr.* Mieres *p.1.q.1.n.37.* D.Ioan. à Caſtil. *lib.5.c.145.n.37. & 38. & cap.147.n.16. & num. fin.*

32 Ex his tribus cauſis & qualibet earum, præſumendum eſt Inſtitutores voluiſſe, quòd primogenia, quæ ita diuidunt, eſſe realiter incompatibilia, & modis omnibus prohibent ne commiſceantur, nec coniungantur; imò ita ſeparata diſcurrant ad omnes in infinitum ſucceſſores in propria cuiuſque familia: nam cùm ſint cauſæ finales, quæ ſemper regunt diſpoſitionem, argum. *l.damnu, ff.de condit.indebit.* Ioan. Gutierrez *pract.lib.3.q.17.n.115.* Dom. D. Ioan. Baptiſt. de Larrea *tom.2.decis.51.n.17. in fin.* quælibet earum facit, quod talis concurſus prohibitio, ſeu incompatibilitas ſit realis, & non perſonalis, nec limitata ad aliquem gradum, lineam, vel perſonam: Quod probant ex profeſſo D.D.Ioan. à Caſtil *lib.5. cap.181.* maximè *à num.8.* & D. D.Ioan.Baptiſt. de Larrea *d.tom.2.diſſert.51.per tot.* & in *num.16.* Deciſionem huius Senatus Granatenſis refert ita ſic: *Senatus in his controuerſiis, niſi expreſſe de iudicio diſponentis appareat, voluiſſe incompatibilitatem aduerſus lineas gradus, vel perſonas limitare, vel aliquam ſubiiciat rationem, quæ ſoluta excludat perſonam, & aliam ſolum admittat, ſemper realem cenſuit, vt incompatibilitas bona comitetur.*

CAVSA IV.

Sed quia in caſu, quo, excluſo primogenito vocatus eſt ſecundogenitus ad ſucceſſionem Maioratus, poteſt etiam id fieri ex cauſa odij aduerſus primogenitum, vel ex nimio amore, & beneuolentia erga ſecundogenitum; addimus aliam cauſam, & propterea dicimus, quod limitanda ſunt omnia ſupra dicta, ſi probetur, quòd propter odium vel inimicitiam in primogenitum vocatus fuit ſecundogenitus, omiſſo, vel excluſo ipſo primogenito; quod de facili credendum eſt, ſi primogenitus aliud primogenium non habeat, neque de proximo habere ſperetur. 33

Attamen in omni alio caſu, in quo probatum non ſit, quòd propter odium excluſus fuit primogenitus, vel ex ſingulari affectu vocatus fuerit ſecundogenitus ad Maioratum, præſumptio erit, quod motus fuit Inſtitutor ex tribus ſupradictis cauſis, vel ex vna earum; & proinde cum ſint finales, excluſio realis eſt, atque in perpetuum prohibitus cenſetur concurſus Maioratuum; atque incompatibilis, ſicuti probant, quamuis (ni fallor) non ita concludenter, D.D.Ioan. à Caſtillo *d.lib 5.cap.181.* & Dom. D.Ioan.Baptiſt. de Larrea *tom.2. d.decis.51.* 34

Hinc etiam venit refutanda opinio Senatus Luſitani, ex Ant.Gama *decis.27.* quem refert, & ſequitur Mieres *part.2.q.6.n.210.& 213.* licet cum quadam declaratione, quæ ad noſtram reſolutionem tendit, eamque temperat, & ſine illa, D.D.Ioan à Caſtillo *lib.3. cap.15.à n.2. vſque ad n.20.* qui tenent, quod quando vocatus fuit ad primogenij ſucceſſionem ſecundogenitus, excluſo primogenito, qui alium habebat Maioratum, ſi per mortem primogeniti abſque liberis, concurrat ad ſecundi Maioratus ſucceſſionem, ſecundogenitus, vel eius filius, aut nepos, cum tertiogenito, debet in tali Maioratu ſuccedere etiam ſecundogenitus, vel eius filius, aut nepos, ac retinere ſimul vtrumque primogenitum, & quod non ſuccedere debet tertiogenitus frater aut patruus reſpectiuè, ex eo quòd primogenium, in quo ſucceſſerat filius maior, non habebat clauſulam, per quam prohibitũ fuiſſet, quòd poſſeſſor illius Maioratus non haberet alium Maioratum, & quia tempore delatæ ſucceſſionis habilis eſſet ſecundogenitus, vel eius filius, qui alium poſſidebat Maioratum, ideò ob caſum ſuperuenientem iure adquiſito priuari minimè debet. 35

Et Mieres *d. part.2. q.6 n.210.* proponit ſpeciem huius caſus, dicens, quòd ſi teſtator excluſit à Maioratu filium primogenitum habentem alium Maioratum, 36

Digitized by Google

tum, & vocauit ſecundogenitum, & Maioratus ad ſecundogenitum perueniat, & poſtea primogenitus defunctus ſit abſque liberis, ideoque Maioratus perueniat ad ſecundogenitum, tenentem alium Maioratum, non excluditur à tali Maioratu: & reddit rationem, ibi: *Quia conſiderari debet tempus prioris ſucceſſionis.* Et poſtea *num.*213. referens Gamam *dict. deciſ.*17. eandem reddit rationem illic: *Quia qui ſuccedit tempore habilis in Maioratu, non amittit illum Maioratum propter alium Maioratum ſuperuenientem.* Quod notat etiam ad caſum, quo ſucceſſor grauetur, vt ſi habeat alium Maioratum, relinquat vnum, ibi: *Quod eſt notandum ad filium primogenitum grauatum quòd ſi habeat alium Maioratum, relinquat vnum.*

37 Verum, vt dictum eſt, eorum ſententia neque in iudicando, neque in conſulendo ſequenda eſt, & eam iuſtè reprobat Flores Diaz de Mena *in addit. ad Gamam, d. deciſ.* 27. *in fin.* & cum ibi iudicatum fuiſſet in fauorem filij maioris ſecundogeniti contra alium eius fratrem, & contra patruum tertiogenitum, ita dicit: *Ex relatione caſus à Gama in hac deciſ. inſerta, ſatis colligitur malè iudicaſſe Authorem, & Senatores in præſenti: quia ex eo quod teſtator omnis non habendi duo primogenia, de quibus hic, alteri ex nepotibus non nominatim, ſed illi, qui ſuccederet in illo, quod ipſe fundauit, impoſuit, & quod non nominauit maiorem ex nepotibus, quia aliud primogenium habebat, ſatis colligitur quòd voluit in ſua linea duo primogenia ſeparata exiſtere, & duas domos erigere, & fundare, & quod eius memoria conſeruaretur in ſucceſſore in primogenio, quod dotauit abſque intermixtione alterius: quæ rationes in alijs ſucceſſoribus militant, ac proinde illa conditio in omnibus repetitur ex voluntate teſtatoris, & ex maiori fauore publico: contra Authorem hic.*

38 Et Mieres *dict. quæſt.* 6. *n.* 210. reprimit atque taxat taliter ſuam opinionem, vt tandem cum noſtra conueniat, dum dicit: *In quo tamen exiſtimo eſſe inſpiciendam mentem teſtatoris, & rationes quas in diſpoſitione inſeruit, quæ ſtrictiſſimè eandem interpretabuntur: quam quæſtionem vidi in practica multis præteritis annis, poſtquam hoc ſcripſi, nam ſi teſtator abhorruit confuſionem Maioratus, nominis, & Armorum, & hac cauſa duret, &c.*

39 Sed fortiùs, & magis fundamentaliter reprobat atque conuincit contrariam ſententiam Pat. Thom. Sanchez *in Decalogo, tom.* 2. *de Religioſo ſtatu, lib.* 7. *c.* 15. *num.* 30. *&* 31. vbi ita reſpondet, & ſatisfacit ad contraria.

Nec obſtant in contrarium adducta: nam ad primum, & ſecundum reſpondetur, doctrinam illam, vt actus perfectus non reuocetur ex impedimento ſuperuenienti, vel vt alij dicunt, non reuocetur, etſi perueniat ad caſum, à quo incipere non potuit; procedere, niſi ex expreſſa, aut præſumpta diſponentis voluntate colligatur, eius mentem eſſe, vt reuocetur non ſolum ex inhabilitate præcedenti, ſed etiam ex ſubſequenti: quia tunc etiam poſt actum perfectum reuocatur: vt conſtat ex leg. ſi vnquam, Cod. de reuocand. donat. vbi deciditur, bona, donatione libertis elargita à patrono non habente liberos, illis natis, redire, in donatoris arbitrio, dictionéque manſura. Et ſimilis caſus habetur in l. tale pactum, in fin. ff. de pactis: & ita tradunt Aretinus *in l. ex pacto n.* 3. *verſ. Præterea, in fin. & verſ. Sed quando actus irritatur, ff. de vulgar. & ibi Iaſon, n.* 17. *Socinus conſ.* 226. *n* 9. *vol.* 2.

Ex quo fit, vt filius primogenitus qui in feudum ſucceſſerat, ſi poſtea fiat Clericus, excludatur per ſecundogenitum, eo quòd iuxta feudi naturam Clericus excludatur: cap. qui Clericus ſi de feu. fuerit controuerſ. & ibi notauit Afflictis num. 1. *& alios allegans Caldas in leg. ſi Curatorem, verb. minoribus n.* 32. *C. de in integrum reſtitut.*

Inſuper ea doctrina procedit, quando cauſa effectus iam conſummati, eſt (vt Iuriſperiti loquuntur) cauſa ſolum fiendi, non tamen eſſendi, ſeu à qua pendet effectus non tantum in fieri, ſed etiam in conſeruari, ea ceſſante ceſſabit effectus quantumcumque conſummatus: vt optimè tradunt Monachus in proœmio fin. Decretalium: Bald. in cap. etſi Chriſtus, n. 7. *de iureiurando. Tiraquellus in tractat. ceſſante cauſa: limitatione* 12. *num.* 23.

Ad tertium dic non eſſe ſtandum deciſioni Senatus Luſitani, vt benè docet Flores Diaz de Mena, additione vltima ad eandem deciſionem 27. *Et ratio eſt, quia eo ipſo quòd prior Maioratus ratione clauſulæ ibi adiunctæ eſt incompatibilis cum quocumque poſteriori, & ſubinde quicumque poſterior, quamuis prædicta clauſula carens, incompatibilis cum illo: cum enim incompatibile ſit Relatiuum, ſtare non poteſt abſque alio extremo: At incompatibilia cum ſint contraria, non poſſunt ſimul ſtare; vt ex Baldo probat Molina lib.* 2. *de primog. cap.* 14. *n.* 27. *atque ideò ibi n.* 26. *indiſtinctè dicit, nullum ſuccedere poſſe in duplicem Maioratum, quorum alter petit inſtitutoris arma deferri, nullis alijs armis excluſis: Cùm tamen communiter non accidat ſucceſſio ſimultanea in vtrumque Maioratum, & alter ſolus clauſulam excludentem habeat.*

Ad quartum & quintum reſpondetur eodem modo, quo, ad primum, & ſecundum: quippe hæ doctrinæ verum habent in cauſa, à qua non pendet effectus, in fieri, & conſeruari, ſeu quæ eſt ſola fiendi cauſa; non tamen eſſendi.

Ad vltimum dic: eam clauſulam extenſiuam colligi ex tacita Inſtitutoris voluntate, vt probauimus numero præcedenti.

Ex quibus abſoluitur in *hoc cap.* Tertia Pars huius libri. Vtinam cedat in exaltationem noſtræ Religionis, & Dei honorem.

PARS

PARS QVARTA.

DE INCOMPATIBILITATE IN IVRE GENTIVM.

CAPVT I.

De Incompatibilitate Iuris Gentium, ex diſpoſitione hominis procedente.

SVMMARIVM.

1 *Ius Gentium eſt, quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, vſu exigente, humaniſque neceſſitatibus poſtulantibus.*

2 *Diſpoſitio hominis prouenit ex Iure Gentium, quæ pro lege, dum non ſit contra legem, obſeruari debet.*

3 *Maioratuum Diſpoſitiones proueniunt ex iure Gentium.*

4 *Primogenium incompatibile cum alio poteſt Inſtituter efficere ex Iure Gentium.*

5 *Inſtitutor Maioratus de Iure Gentium valet diſponere, quod ſi ſucceſſor in ſuo Maioratu, in alium ſuccedat, ſuum primogenium tranſeat ad ſequentem in gradu, vel ad proximiorem conſanguineum.*

6 *Sequens in gradu, quis dicatur, vel quis proximior conſanguineus, an filius ſeu deſcendens ex primogenito, an tranſuerſalis? Eſt dubia quæſtio.*

7 *Sequens in gradu, aut proximior conſanguineus, quod ſit filius, ſeu deſcendens ex primogenito, & non alius tranſuerſalis, habet quamplurima fundamenta, quæ referuntur à num. 7. cum aliis ſequentibus.*

8 *Primus in gradu ſi nolit, vel non petat bonorum poſſeſſionem, admittuntur filij tanquam ſequentes in gradu, & num. 9. 10. & 11.*

12 *Gradus idem eſt quod Perſona: & ſequens perſona reſpectu Patris, eſt filius, & numero 13. & 14.*

15 *Sequens in gradu ad ſuccedendum in Maioratibus, quod ſit filius, probatur ex legibus noſtri Regni.*

16 *Sequens in gradu intelligi debet ille, qui & immediatè vocatus, ſeu ſubſtitutus fuit, prout eſt filius, & n. 17.*

18 *Sequens in gradu eſt filius, quando ſucceſſor excluditur per deportationem, & numero 19. & 20.*

Idem ſi Pater ſit excluſus per ingreſſum Religionis, num. 21.

Idem ſi ſit excluſus propter delictum hæreſis, & num. 22.

Idem ſi ſit excluſus ex eo quòd ſit cæcus, num. 23.

Idem ſi ceſſit Maioratum, n. 24.

Idem ſi ſit excluſus ex eo quod occidit vltimum poſſeſſorem, n. 25. & 26.

Idem ſi ſit excluſus ex eo quod alienauit res Maioratus, n. 27.

28 *Sequens in gradu intelligitur ille, qui eſt immediatè vocatus, ſeu ſubſtitutus poſt primum, & num. 29.*

30 *Sequentis in gradu vocatio, idem eſt ac vocatio proximioris conſanguinei.*

31 *Filius eſt proximior reſpectu patris, & n. 32.*

33 *Sequens in gradu quod debeat intelligi de filio, probatur ex* l. 45. Tauri.

Et multorum authoritatibus, n. 34.

35 *Ius certum alicui competens de præſenti, non eſt ei auferendum propter id, quod poteſt contingere de futuro.*

36 *Sequens in gradu quod ſit tranſuerſalis, & non filius excluſi; habet multa fundamenta, quæ referuntur vſque ad n. 70.*

Et reſpondetur ad contraria à num. 71. & ſequentibus.

37 *Sequens in gradu debet intelligi de gradu differentis, ſeu ſequentis linea, & n. 38. & 39.*

40 *Sequens, idem eſt ac alter de differenti, ſeu diuerſo gradu.*

41 *Gradum primum faciunt filius & pater, licet ſint diuerſæ perſonæ, & n. 42.*

43 *Sequentis in gradu vocatio ex eo intelligi debet, quod voluit inſtitutor ſubſequenti lineæ ſubuenire, & prouidere, & n. 44. & 45.*

46 *Sequens in gradu, in materia Maioratuum incompatibilium, intelligi debet de fratre primogeniti, & ſic de altero alterius lineæ: vt probatur indiuiduali text. in* l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. *& n. 47. & 48.*

49 L. 7. tit. 7. lib. 5 Recopilat. *ad hoc vt ſequens in gradu, intelligi debeat de alio alterius, ſeu ſequentis lineæ, & non de filio; correxit* leg. 40. Tauri; *præſumendo quod hoc vellet quilibet prudens inſtituter, & n. 50.*

51 *Succeſſoris vocatio quando fit per verba æquiuoca, ſeu indifferentia, debet intelligi ſecundum ſubiectam materiam.*

Etiam impropriando verba, n. 52.

53 *Verbum,* ſequens in gradu, *eſt æquiuocum, & indifferens, & n. 54.*

55 *Succeſſio in Maioratibus incompatibilibus debet intelligi de alio ex linea ſequenti, veluti fratre; & ſic ſecundum ſubiectam materiam incompatibilium Maioratuum, intelligi debet ſequens in gradu, de fratre vel*

alio alterius linea, & numero 56. & 57.

58 *Succeſſio temporalis daretur in ſucceſſione Maioratus incompatibilis, ſi vocato ſequenti in gradu, per gradus eiuſdem linea deriuaret, & eſſet deambulatoria per ſaltum; quod eſt maximum inconueniens & contra regulas Maioratus, & n. 59.*

60 *Lineâ maſculinâ vocatâ, præfertur agnatus inferioris lineæ, & non agnatæ filiis vltimi poſſeſſoris; ne ſucceſſio ſit nimis deambulatoria per ſaltum, & n. 61.*

62 *Filius primogeniti ſi ſuccederet per repræſentationem in Maioratu incompatibili, intraret per gradum ruptum, & caducum: ſi verò per propriam perſonam, remaneret pater in poſſeſſione duorum incompatibilium Maioratuum: ideò ad euitanda hæc inconuenientia debet ſuccedere patruus, & num. 63. 64. 65. & 66.*

67 *Filius maior ſi ſuccederet in primogenio incompatibili cum primogenio patris, darentur duo inconuenientia, quæ referuntur, & num. 68. 69. & 70.*

71 *Filius quod moriatur ante Patrem, eſt de raro contingenti, & turbato ordine naturæ.*

72 *Gradus proximitas metienda eſt à conſtitutis in linea; quaſi non ſit in gradu, qui non ſit in linea.*

73 *Pater primogenitus non poteſt conſtituere filiis ſuis lineam habitualem ad ſuccedendum in Maioratu incompatibili cum alio, in quo ſucceſſerit pater; cum eius vocatio ſit ſub conditione*, Si alium non poſſideat: *& num. 74. & 75.*

76 *Ius ad rem, ſi competat ſub conditione, tunc certum non eſt, ſed reſolubile; & non impleta conditione non videtur ademptum, ſed tanquam non datum, & numero 77. & 78.*

79 *Pater primogenitus non poteſt conſtituere filiis ſuis lineam actualem ad ſuccedendum in Maioratu incompatibili.*

80 *Poſſidere, aliud eſt quàm eſſe in poſſeſſione. Et in Maioratu incompatibili verè poſſeſſor eſt, qui antè poſſidebat, n. 81.*

82 *Incompatibile eſt, duos dominium in ſolidum poſſe habere, tam titulo particulari, quàm vniuerſali, & num 83.*

84 *Incompatibile eſt, duos inſolidum eandem rem poſſidere.*

85 *Proximior vltimo poſſeſſori Maioratus, qui fuit in poſſeſſione iniuſta, non eſt attendendus; ſed is qui proximior ſit ei, ad quem legitimè ſucceſſio Maioratus pertinebat, & n. 86.*

87 *Vocatio de filio ſecundo, vel fratre primogeniti, non cenſeri debet perſonalis, ſed realis, ſeu linealis, non ſolum de illo filio ſecundo, imò etiam de eius filio & deſcendentibus.*

88 *Sequens in gradu quando vocatur in alio Maioratu incompatibili, an intelligi debeat de filio primogeniti, vel de fratre eius, ſiue ſecundogenito? remiſſiuè.*

89 *Sequenti in gradu vocato ad ſucceſſionem Maioratus incompatibilis, ſi grauatus non habeat fratrem, neque deſcendentes ex fratre, ſeu ſecundogenito; attamen ſolum habeat filios, & patruelem, & alium ex alia linea tranſuerſali; & contentio ſit inter primogenitum, & ſecundogenitum, viuente patre eorum; & ex altera parte eiuſdem grauati fratrem, patruelem; tunc ſuccedere debet filius primogenitus tanquam ſequens in gradu: vt demonſtratur exemplo, & re iudicata in lite ſuper Maioratu de Villanueua del Freſno, & num. 90. 91. 92. 93. 94. 95. & 96.*

95 *Licentiatus D. Ioan. de Herrera Pareja Aduocatus laudatur.*

97 *Vocatio proximioris conſanguinei ad Maioratum incompatibilem cum alio, idem operatur, ac ſi vocatus eſſet ſequens in gradu, & num. 98.*

99 *Vocatio ſi ita fiat ab inſtitutore*, Suceda el pariente mio y ſuyo mas cercano: *Si concurrat proximior inſtitutori ex vna parte, & ex altera conſanguineus inſtitutoris, & vltimi poſſeſſoris & proximior vltimo poſſeſſori, præfertur conſanguineus inſtitutoris, & vltimi poſſeſſoris: quod declaratur exemplo & re iudicata, vſque ad n. 103.*

104 *Repræſentatio non cenſetur excluſa, vocato conſanguineo meo magis propinquo.*

105 *Succeſſor debet eſſe in linea inſtitutoris, & grauati; quam dicimus Contentiuam: & niſi eâ finitâ, ad aliam non eſt aditus, & numero 106.*

ARGVMENTVM.

De Incompatibilitate ex Iure Gentium per diſpoſitionem hominis, qui velit, quod ſuum primogenium ſit incompatibile cum alio: veluti quando inſtitutor diſponit prohibendo concurſum duorum, pluriumve Maioratuum; ſiue quod ſuum primogenium cum alio minimè iungatur. Vnde diſcuritur: Quid ſi Inſtitutor Maioratus diſponat, quod quandocumque poſſeſſor ſuccedat in alio primogenio, tunc ſuum deueniat primogenium ad ſequentem in gradu? An Inſtitutor ſenſerit de gradu lineæ grauati, vel de gradu alterius lineæ ſubſequentis? Quod dubium maximê procedit, quando grauatus vltimus poſſeſſor habeat filium vnigenitum & fratrem vel nepotem, ſiue fratrem patruelem, vel habeat primogenitum, ſecundogenitum, & fratrem aut filium, vel nepotem ex fratre, & ſic concurrant ad ſucceſſionem patruus & nepos, aut filius primogenitus, & ſecundogenitus, & frater, vel filius fratris, ſiue patruelis, vel filius vnicus, cum alio ex linea tranſuerſali, qui non ſit patruus, nec eius filius, aut deſcendens; & idem ſi diſponat, quod tunc *Succedat proximior ex ſua familia*; vel dicat, *ſuccedat mihi proximior*, vulgò *mi pariente mas cercano*; vel dicat, *ſuccedat proximior mihi & ſibi*, vulgò, *mi pariente, y el ſuyo mas cercano*; vel abſolutè, *ſuccedat proximior.*

Digitized by Google

1 EX Iure Gentium (quod nihil aliud eſt, quàm quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, vſu exigente, humaniſque neceſſitatibus poſtulantibus: *l.1. §. Ius Gentium, ff de iuſtitia & iure, §. Ius autem Gentium, Inſtitut. de Iure Naturali, Gent. & Ciuili leg.2. titul.1.*
2 *partis.2.*) prouenit diſpoſitio hominis, quam pro lege, dum non ſit contra legem, obſeruari debere notum eſt, per textum vulgarem *in §. diſponat itaque, Authent. de nuptiis, & in §.1. verſicul. diſpoſitiones quacumque non repugnent legibus, omnibus modis impleri: Authent. de heredib. & Falcid.*

3 Ideò de iure Gentium eſt, quod inſtitutor Maioratus non ſolum poſſit diſponere, quòd bona ſua vnita iure primogenij, ſeu perpetui fideicommiſſi grauata, de vno in alium perueniant, Alexand. *conſil.12. lib. 5.* Epiſcopus Dom. Didacus Simancas *de primogen. lib.1. cap.15. de origine primogeniorum.* ibi: *Iure quodam Gentium propter publicam vtilitatem introducta ſunt:* Balthaſar Thamaſius *tractat.8. de primogenitura, titul.4.* Quo iure *inuenta ſit primogenitura?* vbi in *num.1.* dicit, *Iure veteris Teſtamenti, & Gentium, primogenitura inuenta fuit, etiam tempore legis Natura: Geneſ. cap.25 & 44.* Ex quo iure Gentium ſunt Dignitates & prærogatiuæ: vt firmatur iure Diuino, Canonico, & Ciuili, ac Conſuetudinario: de Communi, Lecitier *de primogen lib.1. quæſt.3. num.1.* Beroius *conſil 120. num.5. lib.2.* Molin. *lib.1. cap.2. num.1.* Cephalus *conſil.174. num. 7.* Craueta *conſil.135. in fin.* Intrigliol. *de feudis, centuria 2. articul.39 num.3.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. idem teſtamento, num.158. de teſtamentis*, vbi ait, iure naturali, & diuino poſitiuo voluntario, non neceſſario, eſſe inuentam primogenituram.

4 Sed etiam, quod ſuum primogenium incompatibile ſit cum alio; imò per ſe ſolum ſeparatum abſque concurſu ſeu commixtione alterius Maioratus habeatur: quia ex eodem iure Gentium inſtitutor imponere poteſt legem ſeu conditionem licitam quam velit, quæ ſecundum eius diſpoſitionem obſeruari debet; prout dictum eſt ex *dicto §. diſponat itaque, & leg. in conditionibus 19. ff. de conditionib. & demonſtrationib.* cum Gloſ. 1. Cardinal. Tuſchus *litera D. conſil 486.* Auguſtin. Barboſa *in Axiomat. verb. Diſponere, Diſpoſitio axiomate 73. num. 21*

5 Sed quia quilibet Maioratus inſtitutor, qui deſiderat, quod ſuum primogenium ſit cum alio incompatibile, ſiue ne immiſceatur cum alio, vel aliis iungatur. ad plurimum ſolent diſponere, quod quandocumque ſucceſſor ſui Maioratus in alio diuerſo ſuccedat primogenio, tunc ſucceſſio ſui primogenij ad ſequentem in gradu tranſeat; quod nos Hiſpani dicimus, *paſſe luego en el ſiguiente en grado:* aut diſponunt, quod tunc ſuccedat alter propinquior conſanguineus; vulgò *Suceda el pariente mas cercano.*

6 Dubium eſt in hoc caſu quis erit ſequens in gradu? & quis proximior conſanguineus? an filij ſeu deſcendentes grauati, in quo prohibitus fuit concurſus? an eius frater, vel quilibet alter tranſuerſalis? Et quid ſi contentio ſit inter filios, primogenitum, & ſecundogenitum grauati; vel inter patruum & nepotem, vel pronepotem; vel inter fratres patrueles, filios nempe vltimi grauati ſucceſſoris, & eius fratris, vel patrui magni?

7 Pro parte filiorum ſeu deſcendentium grauati contra tranſuerſales, & in fauorem primogeniti contra ſecundogenitum grauati, faciunt ſequentia.

Primò, quia tunc admittuntur ſequentes in gradu, quando primi in gradu à ſucceſſione excluſi ſunt, ex eo quod noluerint vel non petierint bonorum poſſeſſionem, *leg.2. §. defertur, ff. de bonorum poſſeſſion. ſecund. Tabul. l.1. §. quibus, ff. de ſucceſſ. edicto.* 8

Sed quando ita fuerunt excluſi primi, admittuntur filij tanquam ſequentes in gradu, ac ſi primi ex numero non fuiſſent, *leg.2. ff. de bonis libert.* maximè illic: *Liberi eius vel alterius patroni petere poterunt ex illa parte Edicti, qua primis non petentibus, aut etiam nolentibus ad ſe pertinere, ſequentibus datur, ac ſi priores ex eo numero non eſſent.* 9
Ex quo textu dixit Albericus *in Rubrica, eiuſdem tituli de bonis libert. num.1.* quod ſequentes in gradu admittuntur, non petentibus primis. 10

Ergo ſequens in gradu eſt filius, ſeu omnis ab excluſo deſcendens, & non tranſuerſalis, dum ſupereſt filius ſeu deſcendens. 11

Secundò, quia *Gradus*, cum agitur de vocatione ad ſuccedendum, idem eſt quod perſona: *leg. ſed ſi plures 10. § fin.* cum Gloſ. *verb. in vno gradu, id eſt in vna perſona: leg fin. §. Titius, ff de vulgari:* 12
& ſic ſequens in gradu, eſt idem quod ſequens perſona, ſiue perſona quæ ſequitur poſt excluſum. 13

Sed perſona, quæ ſequitur in ſuccedendo poſt excluſum parentem, eſt filius, ſiue eius deſcendens, *leg. filius 12. ff. de ſuis & legit. hæredib l.3. ff unde liberi:* Ergo ſequens in gradu eſt perſona filij, vel alterius ab ipſo deſcendentis. 14

Tertiò, in fauorem filiorum, maximè ſecundogeniti, eſt textus de iure noſtro Regio in *leg.7. titulo 7. libro 5. Recopilat.* vbi ex aperto probatur, quod in caſu quo debeant diuidi duo plurave primogenia, ex eo quod ſint incompatibilia ex prohibitione illius legis, quæ ſequuta fuit præſumptam & ſubintellectam voluntatem inſtituentium, quia in tali caſu ſic eos voluiſſe cenſuit; tunc diuiditur inter filios & deſcendentes illius, in quo primogenia concurrêre, & inde ſancitum quod ſuccedat ſecundogenitus in vno eorum Maioratuum cum alio incompatibili, ibi: *Y el hyo, ò hija ſegundo suceda en el otro Mayorazgo:* & ad Tranſuerſales tranſire non permittit, quamuis non niſi vnicus filius aut deſcendens ſuperſit, ibi: *Si no huuiere mas de vn hyo, ò hija, que aquel los pueda tener por ſu vida, y ſi aquel hyo, ò hija huuiere dos hyos, ò hyo y hija, ſe diuidan y partan los dos Mayorazgos.* 15

Quartò, ſpecialiter in fauorem primogeniti: quia ſequens in gradu intelligitur ille, qui eſt immediatè vocatus, ſiue ſubſtitutus poſt primum: *leg. ſi ſequens gradus 15.* cum Gloſſ. *verb. ſequens gradus, ff. ad Syllanian. leg.1. in principio, ff. de vulgari: l.2. §. defertur, verſic. Primo gradu ſcriptis hæredibus, mox illis non petentibus, ſequentibus ſubſtitutis: leg. ſi Patronus 12. §. ſi Patroni, D. geſtis de bonis libert.* 16

Sed filius, maximè primogenitus, in Maioratuum inſtitutionibus eſt ſubſtitutus poſt patrem ita excluſum; ergo primogenitus, & non alius, eſt vocatus ſub illa clauſula, *ſuccedat ſequens in gradu.* 17

Quintò, nam quando ſucceſſor excluditur per deportationem, ſuccedit eius filius; quia pater pro mortuo habetur: probatur ex textu ad rem celebrem in *leg. ſi necem 4. §. ſi deportatus patronus ſit, filio eius competit bonorum poſſeſſio in bonis liberti, nec* 18

impedimento eſt ſi talis Patronus , qui mortui loco habetur : Digeſtis de bonis libert. Alexand. *conſil.*75. *lib.*1. Socinus *conſil.*47. *num.*12. *&* 13. Philip. Corneus *conſil.*116. *num.*13. Dom. Molina *lib.*1. *cap.*9. *n.*17. Dom. Ioan. à Caſtillo *lib.*5. *cap.*160. *num.*8. Addentes ad D. Molinam *dict. lib.*1. *cap.*9. *num* 27. vbi ex Philippo
19 Corneo, & aliis, aduertit , quod tunc filius ſubingreditur in locum patris, non tantùm vt deportati , vel
20 condemnati, ſed tanquam patris ſimpliciter. Et idem quod de deportato , dicendum eſt de bannito : Alexand. *conſil.*25. *num.* 9. *lib.*1. Mieres *part.*2. *quaſt.* 3. *num.*20.

21 Sextò comprobatur , ſiquidem quando excluſus eſt ſucceſſor Maioratus ex eo quod ingreſſus fuerit Religionem & profeſſus, tunc vocatus ſequens in gradu, ſi habeat filium legitimum & naturalem, ſuccedit filius primogenitus , & non ſecundogenitus , nec tranſuerſalis : D. Molina *lib.*1. *cap.*13. *n.*69. iuncto cum *cap.*7. *num.*4. *in fin. lib.*3.

22 Septimò, quia excluſo patre propter delictum hæreſis, ſuccedit ſequens in gradu, qui eſt eius filius, & non tranſuerſalis : Dom. Molina *lib.*4. *cap.*11. *num* 52. *&* 53. vbi Additionatores.

23 Octauò, nam ſi aliquis eſt excluſus, & vocatus ſequens in gradu , ex eo quod ſit cœcus à natiuitate, ſurdus vel mutus , tunc ſuccedit primogenitus filius cœci, muti , vel ſurdi , & non filius ſecundus , nec tranſuerſalis : Bald. *conſil.*389. *num.*3. *lib.*2. per textum in *cap grandi , de ſupplend. neglig. Prælat.* Dom Molina *lib.*1. *cap.*13. *num.*35. Iacob. Menochius *lib.*5. *præſumptione* 16. *num.*18. Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.*5. *cap.*15. *num.*55. illic : *Filius primogenitus furioſi , cœci, muti, ſurdi , aut alterius aliam inhabilitatem habentis, propter quam ex fundatorum diſpoſitione ſuccedere non poteſt in Maioratu , fratrem ſecundogenitum excludit , etiamſi vocatus fuerit ſequens in gradu , &c.*

24 Nonò, idem dicendum eſt , ſi pater fuit excluſus à ſucceſſione Maioratus per ingratitudinem : argumento *legis, Diui fratres , ff. de Iure patronat.* Mieres *part.*2. *quaſt.*4. *illat.*1. *à n.*18.

25 Decimò , nam id etiam procedit quando immediatus ſucceſſor occîdit vltimum Maioratus poſſeſſorem : quia tunc ad filium eius primogeniti , qui occîdit , tanquam proximiorem , ſiue ſequentem in gradu tranſit ſucceſſio Maioratus : Dom. Molina, *lib.*3. *cap.*2. *à n.*31. Farinacius *de homicidio, quaſt.*120. *à num.*14. Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.*5. *cap.*161. *à num.*4. vbi reprobat Mieres *part.*2. *quaſt.*4. *illat.*1. *ex num.*31. *vſque ad num.*45. contrarium tenentem ; Addentes ad Dom. Molinam *lib.*3. *cap.*2. *ſuper n.*31.
26 Vbi tenent , quod in hoc caſu ad proximiorem ſucceſſio defertur , & quod proximior erit filius vel deſcendens occiſoris , non verò cognatus , vel alius conſanguineus tranſuerſalis , & ſe referunt ad tradita per eos in *lib.*1. *cap.*9. *num.*58. *in fin. & cap.*10. *num. penult.*

27 Vndecimò, quoniam ſi Inſtitutor præcipiat, quòd, ſi quandocumque ſucceſſor rem Maioratus alienet, à ſucceſſione cadat , & Maioratus ad ſequentem in gradu tranſeat ; ſi contrauenerit, ſuccedit eius filius, ac deſcendens contrauenientis : Dom. Molina *lib.*3. *cap.*10. *num.*44. Matienço in *l.*11. *titul.*6. *lib.*5. *Recopilat. gloſ.*4 *num.*10. Velaſquez de Auendaño in *l.*40. *Tauri, gloſ.*4. *num.*1. Aluarad. *de coniecturat. mente defunct. lib.*2. *cap.*3. *n.*102. Tellus Fernandez in *l.*27. *Tauri, num.*10. Mieres *part.*2. *quaſt.*4. *illat.*8 *num.*306. Burſat. *conſil.*13. *num.*6. *lib* 1. Hondedeus *conſil.* 72. *lib.*1. *num* 40. Vincent. Fuſar. *quaſt* 575. *ferè per totam, & quaſt.*730. *à num.*1. Add ad D. Molinam *in d. lib.*3. *cap.*10. *n.*44. & ſuper hac quæſtione. Vide Hermoſill. in *l.*44. *tit.*5. *partit.*5. *gloſ.*1. *n.*13.

Duodecimò ; quippe ſequens in gradu intelligi- 28
tur ille , qui eſt immediatè vocatus , ſeu ſubſtitutus poſt primum : *leg. ſi ſequens gradus*, cum Gloſ *verb. ſequens gradus , ff. ad Senatuſconſ. Syllanianum : l.*1. *in princip. ff. de vulgari l.*2. *§. defertur, verſ. Primo gradu ſcriptis hæredibus , mox illis non petentibus, ſequentibus ſubſtitutis* : ſed filius , & maximè primogenitus, 29
in ſimilibus Maioratuum inſtitutionibus , eſt ſubſtitutus poſt patrem ita excluſum ; ergo filius primogenitus, & non alius, cenſetur vocatus.

Decimotertiò , quoniam clauſula hæc , *ſuccedat* 30
ſequens in gradu , idem eſt ac *ſuccedat proximior conſanguineus.* Probatur expreſsè in *leg. hæres furioſi*, 51. *ff. de petit. hæred.* ibi : *Vel ſequens gradus* : iuncta *leg. fin. §. ſin autem in furore*, ibi : *Qui mortis tempore furioſi , propinquiores extiterint , Cod. de Curat furioſi.* Sed proximior patri eſt filius , *l.*2. *§. hac hære-* 31
ditas , §. legitima ; *leg. filius patri agnatus proximus eſt*, 12. *ff. de ſuis & legitimis hæred.* vbi verbum , *proximus* , idem eſt quod *proximior* , *quem nemo antecedit : l. proximus* 91. *ff. de verb. ſignif.* Bald. *conſ.*146. 32
*num. fin. lib.*2. Tiraquell. *de retract. linag.* §. 11. *gloſ.*1. *num.*1. Robles de Salcedo *de Repreſal. lib.*2. *cap.*11. *num.*1. Ergo filius tanquam proximior vltimi poſſeſſoris excluſi, eſt ſequens in gradu.

Decimoquartò tandem , pro hac parte eſt tex- 33
tus in *leg.*45. *Tauri* , quæ eſt 8. *titul.*7. *lib.*5. *Recopilat.* ibi : *Se traſpaſſe la poſſeſſion ciuil y natural en el ſeguiente en grado :* Vbi *ſequens in gradu* , nulli dubium eſt quin ſit primogenitus ; nam regulariter primogenitus eſt qui ſuccedere debet poſt mortem vltimi poſſeſſoris, niſi aliter & ſpecialiter dictum, ſiue cautum ſit ab inſtitutore : at cùm hic non dictum neque cautum ſit aliter ab inſtitutore, qui ſolummodo vſus fuit verbis *dict. l.*45. *Tauri : En el ſiguiente en grado* dicendum eſt , quod ſeoſit de tali vocatione legis , cum qua conformare ſe voluiſſe præſumendum eſt.

Nec impedit , ſi aduerſus primogenitum oppona- 34
tur , quod cùm de proximo ſit ſucceſſurus in alio incompatibili à parente poſſeſſo Maioratu , daretur quod eius ſucceſſio temporalis , & momentanea ſit , atque nimis deambulatoria. Quia reſponderi poteſt , quod non eſt ei auferendum ius certum ſibi competens de præſenti , propter id quòd poteſt de futuro contingere ; *l. non quemadmodum* 25. *ff. de iudiciis* : Franciſcus Souſa *in l. fœmina , ff. de reg. iuris num.*33.

Quam ſanè ſententiam tuentur , in terminis quæ- 35
ſtionis noſtræ , Ioannes Franciſcus à Ponte *tom.*1. *conſil.*4. *num.*66. Dom. D. Ioannes à Caſtillo *lib.*3. *cap.*15. *à num.*32. *& lib.*5. *cap.*178. *per tot.* licèt ſentiat difficilem eſſe reſolutionem huius quæſtionis : & in procella ſeu tempeſtate huius immoderatæ difficultatis euaſit turbidus.

Sed è contrario, in fauorem Tranſuerſalis ſiue eius, 36
quæ ſit alterius ſubſequentis lineæ , contra filios ſeu deſcendentes ex linea vltimi poſſeſſoris , non minus vrgent ſequentia.

Et in primis , nam clauſula , *ſequens in gradu* , 37
attenta proprietate verborum, non compatitur cum gradu filiorum, ſeu deſcendentium ex grauato, ergo præcisè debet intelligi de gradu alterius ſubſequentis lineæ, ſcilicet tranſuerſalis.

Probatur antecedens : Quia verbum , *ſequens*, 38
idem eſt quod *differens* , ſeu *diſtans* , taliter quod ſit homo diuerſus, diſiunctus, ſiue contrarius; prior enim ſiue antecedens, & ſequens, opponuntur : *l. ſi Pupillorum* 7.

Digitized by Google

lorum 7. §. fin. in fin. ff. de rebus eorum : l. interdum 5. ff qui potiore : leg. fin. §. quatuor, ff. de leg. 2. l. pater filium 38. in principio, verſ. à priori in ſequentem : ff de leg. 3. l. 1. §. fin. ff. de vulgari : vbi ille, qui vocatus eſt in primo gradu, differt ab illo, qui vocatus eſt in gradu ſequenti : Ideò relictum nominatim ab eo qui eſt in primo gradu, non debetur ab eo qui eſt in ſequenti gradu, ibi : Si *illo repudiante, ad ſequentem gradum deuoluta ſit ſucceſſio, eum fideicommiſſum non debere, dict. l. Pater filium 38. in princip. verſ. à priore in ſequentem, ff. de leg. 3.*

39 Itaque dicimus, *ſequens*, id eſt alter; *ſequens cauſa*, id eſt altera: *l. 1. §. habet, ff. Vſufruct. quemadmo-*
40 *dum caueat.* Et ſic idem eſt *ſequens in gradu*, ac alter de differenti, ſeu diuerſo gradu.

Sed filius excluſi, ſeu ab eo deſcendens, non eſt alter de diuerſo aut ſeparato gradu, quia pater excluſus & filius ſunt in eodem atque primo gradu: *leg. Iuriſconſultus* 10. *§. nunc ſingulos gradus, ff. de gra-*
41 *dibus : § primo gradu eſt, Inſtit. de Gradib.* vbi etiam Gloſ. 1. *verb. Pater :* aduertit, *quod ex eo pater & filius faciunt primum gradum, licet ſint duæ perſonæ, ad ſimilitudinem feneſtræ, nam duæ columnæ ex lateribus vnam faciunt feneſtram :* & in terminis Ioann. de Imol. *conſil. 114. num. 7. verſ. Si autem quærantur :* Tiraquell. *de primogen. quæſt. 40. num. 79.* ibi : *Pater &*
42 *filius ſunt in primo gradu inter ſe : dict. leg. Iuriſconſultus, ff de gradib. & §. 1. Inſtitut. eodem.* Ex quo illud ſubſequitur, quod ambo ſunt in iure primogenituræ, alioquin non eſſent ambo in primo gradu.

43 Secundum fundamentum eſt, attento vero ſenſu Inſtitutoris, & eius enixa voluntate; nam vna ex finalibus cauſis, quæ mouere eum potuit ad conſtituendum, quod ſi poſſeſſor Maioratus ſuccedat in alio, tunc ſuum primogenium deueniat ad ſequentem in gradu, ea nempe eſt, ſecundum id, quod latè probauimus *ſupr. part. 3. cap. vltimo, cauſa* 1. quoniam voluit ſubuenire conſanguineo in gradu proximiori alterius ſubſequentis lineæ, ſimili prouiſione, & remedio, & iure quo linea primogeniti prouiſa eſt, ſcilicet primogenio, & bonis in quibus ſuc-
44 ceſſit : Sed ſic eſt, quod ſuccurſum atque prouiſum fuit eum Maioratu, in quo ſucceſſit primogenitus, non ſolum ei, atque eius filiis deſcendentibus, ſed etiam eorum fratribus quos tenetur poſſeſſor alere, ſeu alimentare, & ſorores dotare, Dom. Molina *lib. 2. cap 15. à num. 56.* Mieres *part. 4. quæſt. 82. à num. 13. & à num. 35* Ioan Petr. Surdus *de aliment. tit. 1. quæſt. 25. à num. 15.* Barboſ. *in l. 1. ff. ſoluto matrimon. part. 4. à num. 125. & num. 130. atque* 131. Coſta *de remed. ſubſidiar. rem. 66 per tot.* Addentes ad Dom. Molin. *dict. lib. 1 cap. 2. à num. 56. vſque ad* 60. vbi alios plu-
45 rimos referunt. Ergo inſtitutor non ei, cui ex aliquo iure, ac remedio ſuccurſum eſt, de ſuo Maioratu prouidere vult, ſed ei qui indiget ſimili remedio atque prouiſione Maioratus; & ſic non ad filios vltimi poſſeſſoris illa conditione incompatibilitatis grauati, ſed ad eius fratres, vel compatrueles, ſiue alios ex alia linea ſequenti in gradu.

46 Tertium deducitur ex ipſamet l. 7. *tit. 7. lib 5. Recop.* dum diſponit quod Maioratus, qui propter incompatibilitatē adimitur primogenito, non ad filios ipſius primogeniti; ſed ad eius fratrem ſecundogenitum deueniat, ibi: *Et hyo mayor que en las dichas dos caſas aſſi juntas por caſamiento podia ſuceder, ſuceda ſolamente en vno de los tales Mayorazgos, en el mejor, y mas principal qual quiſiere eſcojer y el hyo, ò hya ſe-*
47 *gundo ſuceda en el otro Mayorazgo.* Quia lex in notione animi Inſtitutoris repoſuit, quod veller ex ſuo primogenio in alio capite aliam ac diſtinctam formare domum; ſed frater conſtituit ſibi & ſuis diuerſam aliam lineam, Peralt. *in rubrica, de hæredib. Inſtit. num. 130.* Dom. Molin *lib. 3. cap. 6. num. 31.* Salced. *de repræſentat. lib. 3. cap. 4. num. 6.* Marius Giurba *de feudis, cap. 118. §. 2. gloſ. 10. à n. 22.*

Ergo ex diſpoſitione *huius legis*, non ad filios 48
& deſcendentes eiuſdem grauati, ſed ad alios diuerſæ lineæ debet deuenire tale primogenium.

Quartò probatur; nam deciſio *leg. 40. Tauri*, 49
hodie, *leg. 5. titul. 7. lib. 5. Recopilat.* quæ venit ad reſoluendum in fauorem nepotis illam ita arduam, & ab vtraque parte, iuris rationibus inconuincibilem, inter patruum & nepotem quæſtionem, quam Bellico certamine & armis decidendam remiſſam antea fuiſſe teſtatur Tiraquell. *de primogen. quæſt. 40.* Azeuedo *in dict. l. 5. num. 1.* limitata fuit ac reſtricta per aliam deciſionem, quæ continetur in *dict. l. 7. titul. 7. lib. 5. Recopilat.* Vbi in caſu quo incompatibiles
ſint duo Maioratus, qui ob id diuidi debent, tunc 50
ad ſucceſſionem alterius ex duobus incompatibilibus patruus præfertur nepoti, quia præſumpſit dicta lex 7. quod in tali caſu idem vellent Inſtitutores; & quod non ſeruaretur quod deciſum extat in *d. leg. 40. Tauri*, quæ hanc voluntatem expreſſam, vel præſumptam exceptuauit, ibi : *Saluo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſto.*

Quintò comprobatur argumento à ſubiecta ma- 51
teria : nam quando vocatio ſucceſſoris fit per verba æquiuoca indifferenter prolata, tunc interpretari ac declarari debent ſecundum ſubiectam materiam, *leg. ſi vno* 15. *in princip.* cum Gloſ. *verb. ſed tranſactio : & l. in leg. 29.* cum Gloſ. *verb. vtramque,*
ff. locati. Etiam verba impropriando, vt conueniant 52
ſubiectæ materiæ : Gloſ. *verb. dederit, in § nunc admonendi, Inſtit. quib. alienar. licet, vel non :* Paulus Pariſius *conſil. 78. num. 20. lib. 3.* Hieronym. Gonzalez *in regul. 8. Cancellariæ, gloſ. 48. num. 58.* Flores Diaz de Mena *lib. 2. quæſt. 24 num. 33.* Surdus *deciſ. 2. num. 13. & deciſ. 43. num. 16.* copioſè Auguſtinus Barboſ. *in Axiomat Iuris, axiom. 222. numero* 8. *&* 9. Simon Vaz à Barboſ. *in locis communib. litera V.*
num. 9. Sed ſic eſt, quod verbum hoc, *ſequens in* 53
gradu, ſcilicet, *ſuceda el ſiguiente en grado*, eſt æquiuocum, & indifferens, ac debet intelligi ſecundum mentem ac voluntatem Inſtitutoris expreſſam, vel præſumptam per interpretationem *leg. 45. Tauri*, ibi : *Se traſpaſſe la poſſeſſion ciuil, y natural en el ſiguiente en grado, que ſegun la diſpoſicion del Mayorazgo deuiere ſuceder.*

Nam in caſu de ſuccedendo in Maioratu regula- 54
ri, ſequens in gradu intelligi debet de illo, qui ſit in gradu ſequenti ex linea vltimi poſſeſſoris, veluti filius, nepos; & cæteri deinceps ab vltimo poſſeſſore deſcendentes per lineam rectam, in *leg. 40. Tauri.*

Et in aliis caſibus intelligitur de ſequenti vocato, 55
aut ſubſtituto, etiamſi non ſit ex linea, neque in gradu conſanguinitatis, ſed ſit extraneus: *leg. 1. verſ. Primo gradu*, ibi : *Subſequenti ſecundo; vel tertio : ff. de vulgari : leg. 3. §. defertur*, ibi : *Sequentibus : & in verſ. Primo gradu, Digeſtis de bonorum poſſeſſion. ſecund. tabul. leg. 4. & 5. ff. de iniuſto, rupto.*

Et in materia de ſuccedendo in Maioratibus in- 56
compatibilibus, dicitur ex linea ſequenti, veluti frater, aut alter de linea ex tranſuerſo, *dict. l. 7. lib. 5.* ibi : *Y el hyo ò hya ſegundo ſuceda en el otro Mayorazgo.*

Igitur ex ſubiecta materia, ſequens in gradu in 57
præſenti, debet intelligi de conſanguineo illo qui

ſit in gradu ex diuerſa linea ſubſequenti, ab vltimo poſſeſſore.

58 Sextum argumentum eſt ab inconuenienti. Nam ſi ſucceſſio Maioratus incompatibilis non deriuaret ad gradum diuerſi capitis, ſeu lineæ; ſed ad gradum eiuſdem lineæ, in quo prohibitus fuit concurſus cum alio Maioratu, daretur à communiter accidentibus temporalis ſucceſſio, & quod eſſet nimis deambulatoria per ſaltum, de vno ex filiis vltimi poſſeſſoris in alium, ſcilicet ſecundogenitum, vel de primogenito in primogenitum temporaliter dum viueret, & do-
59 nec ſuccederet in alio incompatibili Maioratu. Sed hoc, tanquam inconueniens, non eſt permiſſum à iure, vt probant Alciat. *conſil.21.num.5.* aliàs 189. *& conſil.594. num.6. verſ. Et dominium fuiſſet deambulatorium & tranſlatum ad tempus; quod non eſt dicendum, &c. lib.3.* Menoch. *conſ.981.n.6.* Marius Giurba *de feudis, cap.118.§.2 gloſ.10.num.23.* & alij per textum in *l. fin. §. non autem filio, C. de bonis quæ liber.* in illis verbis: *Ne ludibrio leges ei fiant, ſæpius eandem & amplecti, & reſpuere hæreditatem cupienti*: & argumento *l. cum aliis §. fin. C. de curator. furioſ.* ibi: *Ne crebra, vel quaſi ludibrioſa fiat Curatoris creatio, & frequenter tam naſcatur, quam deſinere videatur; ergo, &c.*

60 Ad idem ſeptimò facit: Nam per eandem rationem, & argumentum ab inconuenienti vitando, ne ſucceſſio ſit temporalis contra propriam maioratus naturam, ac mentem præſumptam inſtitutoris, qui ſemper deſiderat perpetuitatem in ſucceſſione, & quod non ſit nimis deambulatoria per ſaltum, deciſum eſt, quod in Maioratibus, vbi ad ſucceſſionem vocantur ij, qui prouenient per lineam maſculinam, quando contentio eſt inter agnatam filiam vltimi
61 poſſeſſoris, & agnatum alterius lineæ inferioris, tunc cùm agnata, nonniſi ad tempus admitti debeat, præfertur agnatus, ne detur temporalis ſucceſſio; Dom. D. Molin. *lib.1.cap.6 num.38. & lib.3.cap.5.n 69 & 70.* Gaſpar Theſaur *in addit. ad deciſ.37. patris ſui.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo *tom.5.cap.91.num.84. verſ. verum.* Additionator ad D Mulin. *d lib.1.cap.6.* Dom. D. Ioan. Bapriſt. de Larrea *tom.2. quæſt.51 n.21.* licèt alij contrarium defendant, quos refert Dom. D Ioan. à Caſtillo *dict. cap 91. n.84.*

62 Octauò probatur per aliud iuris inconueniens: Nam filius primogenitus, ſiue ſecundogenitus vltimi poſſeſſoris Maioratus incompatibilis, ſuccedere poteſt, aut per repræſentationem, aut ex propria perſo-
63 na: Si velit ſuccedere per repræſentationem, (quæ eſt ius, quo filius in gradum, ſeu locum patris vocatur ad Maioratus ſucceſſionem, Aſcendentium, vel deſcendentium, Robles *de repræſentat. lib 3. cap.3. in princ. & per tot.*) daretur quod ſubintraret filius per gradum ruptum, atque caducum, & per ius quod pater, in cuius locum ſeu gradum ſubintrat, non habebat: quod iuri repugnat: *§. cum filius, Inſt. de hæ-*
64 *redit. quæ ab int. deferunt. l.4. ff. de iniuſt. rupt. l. ſi viua matre, § nepotibus, Cod. de bonis maternis: l. qui ſella 7. §. fin. ff de ſeruit. prædior ruſt* Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.5.cap.103.num.9.* Robles de Salcedo *de repræſent. lib.2. cap 16.num.41. & 42. & cap.20. num.7. verſ. Principalis ſententia non procedit, quoties pater ipſe repræſentatus non erat ſucceſſurus, cum non plus iuris eſſe poſſit in filio cauſato, quam in patre cauſante, vt loquens de repræſentatione, dicunt Bald. in l. venia num 5. Alexand. num.6 Iaſ n.6. Deci. n.7. C de in ius vocando.*

65 Præterea cum prohibita ſit vnio; atque coniunctio duorum ita incompatibilium Maioratuum apud vnũ ſucceſſorem, ſi pater vnum retineret, & alterum transferret in filium qui illum poſſideret per repræſentationem perſonæ patris, ſequeretur quid monſtruoſum contra voluntatem Inſtitutoris: quia hoc intellectu aliter, nihil differret ab actuali poſſeſſione vtriuſque, idemque eſſet ac ſi pater vtrumque haberet, quandoquidem vnum transferret qui eius repræſentatione poſſideretur, & alium ſibi retineret.

Si velit autem filius ſuccedere ex propria perſona, 66
ſequetur etiam aliud inconueniens; daretur enim quod pater excluſus remaneret in poſſeſſione duorum incompatibilium apud ſe Maioratuum, poſſidens vnum iure proprio, & alterum tanquam paterfamilias, cui competit in eo vſusfructus iure patriæ poteſtatis, *leg. placet 79. ff. de acquirenda hæred. auth. excipitur, C. de bonis quæ liber. §. igitur, Inſt. per quas perſon dom. nob. acquirit.* & perrarò contingeret illa ſeparatio atque diuiſio, quam Inſtitutor deſiderauit in quocumque caſu, & ſic eius memoria iaceret ſepulta. vel ſaltem obumbrata.

Nonò fulcitur, quia ſi filius maior ſuccedat in 67
primogenio incompatibili cum alio, quod remaneat apud patrem eius, & id poſſideat, cenſeri debet ac ſi
ambo incompatibilia primogenia poſſideat: Tum 68
quia cenſetur vna & eadem perſona cum patre, & conſequenter eadem poſſeſſio atque dominium in vita patris; *l. in ſuis 11. ff. de liber. & poſthum.* Gloſ 1.
in noſtro cap. fin. 24. quæſt. 2. Tum quia cùm de proxi- 69
mo filius ſucceſſurus ſit in alio Maioratu à patre poſſeſſo, haberi debet ac ſi iam ſucceſſiſſet, ex vulgari regula, quod accingendus de proximo, habetur pro accincto: *l. vnica, §. fin ff. de bonorum poſſeſſion. ex teſtam. militis*: Alex. *conſil.129. à num.7. vol.7.* Barboſ. *axiom.6.* Aluarez à Velaſco *in axiom. iuris, lit. A. n.57.*
& lit. F. num.114 Sed hoc, quod eſt ambos habere 70
ſimul Maioratus, repugnat menti Inſtitutoris, qui prohibuit ſuum primogenium ſimul cum alio ab vno & eodem ſucceſſore poſſideri; ergo, &c.

Et non obſtat ſi de contrario arguatur, poſſe eue- 71
nire, quod filius moriatur antequam pater. Quia reſpondetur, quod non debet eſſe in conſideratione id quod rarò contingit, turbato ordine naturæ, cum daretur præſumptio de morte præmatura, atque extra ordinem naturalem, *l. nam etſi parentibus, ff. de inoff. teſtam.* Imò debemus præſumere, & iudicare ſecundum id, quod frequentius, & ſecundum ordinem naturæ accidere ſolet, *l. ex his 4. l. nam ad ea 5. ff. de legibus l. Iulianus 6. ff. qui & à quibus*, ibi: *Neque aduentitij caſus computandi ſunt, l. ſi quis ab alio 13. ff de re iudic. l.5. ff de in ius vocand.* vbi Gloſ.1.

Decimò, tandem ac fortiùs argumentatur; nam 72
etiam ſi filij ſint ſequentes in gradu & proximiores reſpectu patris, nil refert, ſi non ſint in linea, per quam ad ſucceſſionem deuenire valeant: quia proximitas gradus metienda eſt à conſtitutis in linea; quaſi non ſit in gradu, qui non ſit in linea; ſicuti aliàs non conſideratur ſexus, niſi in gradu, neque ætas niſi in ſexu: Dom. Molin. lib. . . . Ozaſcus *deciſ.23. n.30. & 34.* Caſanate *conſil.38.num.114.* Gabriel Pereyra de
Caſtro *deciſ.57.n.7.* At quod non ſit in linea, proba- 73
tur: nam pater non potuit filiis ſuis conſtituere lineam habitualem, nec actualem.

Non quidem lineam habitualem, quæ eſt illa, quam 74
conſtituit primogenitus ex eo tantum, quod in aliquo tempore ſit habilis, & capax ad ſuccedendum in Maioratu, iuxta *l.40. Tauri.* Nam pater tanquam primogenitus, vocatus fuit ſub conditione iſta, quod ad vnum tantum ex duobus incompatibilibus Maioratibus fuit vocatus; nam omnia incompatibilia,
quæ vniri, ſeu iungi non poſſunt, neceſſe eſt quod 75
reſoluantur adueniente conditione, cùm vnum ex duobus,

Digitized by Google

duobus, tribúſve incompatibilibus eligi debeat, & aliud reiici,& reiectum ita remaneat ac ſi nunquam eſſet admiſſum; *l.1. C.de furtis, l.fin. C.de Codicillis*, ibi: *Vnius electione, alterius ſibi aditum præcluſiſſe, &c.*

76 Et quando ius ad rem competit ſub conditione, tunc certum quidem non eſt, imò reſolubile etiam in vita eius, qui illud habet, & deficiente conditione, ſub qua ad illud ius vocatus fuit, cenſetur ac ſi nunquam vocatus fuiſſet,& illud ius non ademptum, ſed tanquam non datum fingitur: *l.1. ff.de his quæ in teſt. delent.* illic: *Non tam adempta, quam non data videtur hæreditas:* Bart.in *l.commodiſſimè,num.11.* vbi etiam Aretinus *in princ. ff.de lib. & poſth.* Signorolus de Homed.*conſil.227. num.5. verſ.Præterea euentus, ſeu defectus conditionis, ſemper habet oculos retro,*
77 *videlicet ad tempus diſpoſitionis: vt dict. l.neceſſario, §. ſi pendente, ff.de pericul. & Comm. rei vendit. l.potior, in princip. ff.qui potior. in pignor. hab. l.proinde, ff. ſi certum petatur: l. ſi pupillus, ff.de condit.inſtit.*

78 Ideò pater primogenitus, qui ſub illa conditione fuit grauatus, nunquam fuit habilis capax ad ſuccedendum in Maioratu illo incompatibili; quia hoc caſu eſt in ſuſpenſo, & non deſinit Maioratus, ſed pater deſinit eum acquirere, tanquã ſi à principio ad eum non fuiſſet vocatus, nec ei fuiſſet datus, nec delatus, nec in numero vocatorum: *l.1. §.quibus, ff.de ſucceſſorio edict.* ibi: *Si quis eorum,aut dari ſibi noluerit, aut in diebus ſtatutis non admiſerit, tunc cæteris bonorum poſſeſſio perinde competit,ac ſi prior ex eo numero non fuerit, l. ſi tibi homo 86. §.cum ſeruus*, ibi: *In ſuſpenſo eſt; nam ſi legatarius repulerit a ſe legatum, nunquam eius fuiſſe videbitur, ff.de leg.1.*

79 At verò in quantum ad lineam actualem, quam conſtituit actualis poſſeſſor Maioratus, quòd eam non potuerit conſtituere ſibi, nec ſuis filiis, patet; cùm verè non ſit poſſeſſor: quia interim dum pendebat conditio, non fuit ſibi ius vllum acquiſitum, neque ad eum tranſlatum aliquod dominium, nec poſſeſſio: *l. legata ſub conditione 41. ff.de condit. & demonſtrat.*

80 Nec refert quòd is primogenitus, pater ſcilicet, fuiſſet in poſſeſſione Maioratus: nam aliud eſt poſſidere, aliud eſſe in poſſeſſione, quod eſt longè diuerſum: quia ille qui eſt in poſſeſſione, verè non poſſidet, *l.ſi quis autem 10. § idem Pomponius, ff.de acquir. vel amitt.poſſeſſ.*

81 Ex quo ſanè ſequitur, quod verè poſſeſſor ille fuit qui antea poſſidebat, & poſt eum, is ad quem ſucceſſio Maioratus liberè pertinebat; & ex miniſterio *l.45.Tauri*, ſtatim quod defecit conditio, tranſlata fuit poſſeſſio ciuilis ac naturalis in legitimum ſucceſſorem ab Inſtitutore vocatum.

82 Vnde neceſſariò dicendum eſt, quod nec dominium tranſlatum ſit in illum, qui fuit ſub dicta conditione vocatus, quia defecta conditione tranſlatum fuit in alium, & vterque eodem tempore dominium bonorum conſequi impoſſibile fuit: incompatibile enim eſt, ambos dominium inſolidum poſſe habere, neque titulo particulari, *l. ſi vt certo, §. ſi duobus ve-*
83 *hiculum, ff.Commod.* neque titulo vniuerſali, *l. quod contra 183. §.vnius duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt, ff.de reg.iuris.*

84 Ex eadem vtique cauſa grauatus non fuit poſſeſſor, cùm non poſſint duo inſolidum eandem rem poſſidere, quod eſt incompatibile etiam ſecundùm naturam, *l 3.§.ex contrario,ff.de acquir.poſſeſſ.* vbi Iuriſconſultus ita dicit: *Ex contrario plures eandem rem inſolidum poſſidere non poſſunt: contra naturam quippe eſt, vt cum ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris.* Et inferiùs; *Non magis enim eadem poſſeſſio apud duos eſſe poteſt, quam vt tu ſtare videaris in eodem loco, in quo ego ſto; vel in quo ego ſedeo, tu ſedere videaris.* Dom. Greg. Lopez in *l.16. titul.26. part.4. gloſ. magna, col 4. verſ.Si bene.*

Aſſignamus itaque pro Regula, quod in omni caſu, 85
in quo qui eſt in poſſeſſione Maioratus iniuſtè, ſeu iniquè, vel nulliter poſſidet, is ad quem Maioratus legitimè pertinet, attendendus eſt, vt qui ei proximior ſit, ad illum admittatur, non qui proximior ſit iniuſto poſſeſſori, aut ei, qui fuit in poſſeſſione: ita in terminis tenet ac probat Matienç.in *l.5.gloſ.3. n.2.*
tit.7.lib.5 Recopil. Neque hæc ſententia caret autho- 86
ritate: multi enim Doctores illam, tuentur, & nominatim Roland. à Valle *conſil.59 volum.3.* Marc. Ant.Natta *conſil.676. & 677.* Robles de Salcedo *de Repræſent.lib.2.cap.6.* Dom. D.Ioan. à Caſtillo *lib.5. cap.178.* Dom.D Ioan.Baptiſt. de Larrea *tom.2.q.51.*

Sed ego in conflictu harum opinionum, hac di- 87
ſtinctione adhibita, vtramque ſequor & explico ſententiam, in qua ſemper reſideo: Aut vocatio, ſiue ſit facta à lege, ſiue ab homine, eſt de ſecundogenito, ſeu filio aut fratre ſecundo, ita ſic: *Suceda en el otro Mayorazgo el hijo ſegundo, ò el hermano ſegundo;* & tũc, vocato filio ſecundo, vel fratre ſecundo, ſolummodo ſecundogenitus, ſiue filius ſecundus, aut frater ſecundus,& eius filij, ſeu eiuſdem lineæ deſcendentes ſuccedere debent, & non filij primogeniti, nec alij ex primogeniti linea. Quia vocatio de filio ſecundo, in eo,& in eius deſcendentibus eſt linealis & realis, ad excluſionem primogeniti, & eorum deſcendentium; prout validiſſimis probat fundamentis Dom. D.Ioan. Baptiſt. de Larrea *tom 2. quæſt.51. per totam,* vbi ita iudicatum fuiſſe in Regali ac Granatenſi Cancellaria teſtatur: & *in num.1.* in confirmationem huius iudicij multorum authoritatem allegat.

At verò,ſi vocatus fuerit in alio Maioratu incom- 88
patibili ſequens in gradu; tunc filij primogeniti ſuccedent, & præferentur patruo ſecundo, vel tertiogenito: quia ſpeciale eſt in hoc caſu, quod patruus præferatur nepoti: prout expreſsè deciſum eſt *in dict. l.7. tit.7. lib.5. Recop.* Et ſuprà latius probauimus *hoc cap* num.15. & 46. quod etiam probatum inuenies *in hoc lib. part.4. cap.1. & part.7. cap.7.* & maximè *part.8. cap.7.* quò te remitto.

Vnde etiam aduerto, quod ſi grauatus, ſiue pri- 89
mogenitus poſſeſſor non habuerit fratres, neque nepotes deſcendentes ex fratre, attamen ſolum habeat filios, & aliquem patruelem, vel alium ex alia linea tranſuerſali, & contentio fuerit inter primogenitum, & ſecundogenitum, patre eorum viuente; & ipſius grauati fratrem patruelem, tunc non patruelis, nec alius ex alia linea tranſuerſali, neque ſecundogenitus,
ſed primogenitus ſuccedere debet. Et ita iudicatum 90
fuit in hac Regali Cancellaria in lite ſuper quodam Maioratu incompatibili, ex diſpoſitione Inſtitutricis, cum Maioratu alio principali nuncupato *de Villa-*
nueua del Freſno y Vacca Rota. Species enim huius 91
caſus ſic ſe habet: Domina Maxima de Morales olim Marchioniſſa de la Guardia, poſtea de Villa-noua del Freſno, fuit Inſtitutrix ſui Maioratus, ad cuius ſucceſſionem primo ſuum primogenitum inuitauit, qui fuit Dom. Ildephonſus Portocarrero eius filius ex Marchione de Villanueua del Freſno eius marito, ita ſic:

Y quiero, y es mi voluntad, que primeramente ſu- 92
ceda en el dicho Mayorazgo el dicho D.Alphonſ. Portocarrero mi hijo, &c. Et poſtea ſpeciali clauſula in ſua inſtitutione ita dicit: *Item quiero, y es mi voluntad, que ſi el dicho D.Alphonſo Portocarrero mi hijo,*

Digitized by Google

ò alguno de ſus deſcendientes, que huuieren ſucedido en eſte dicho mi Mayorazgo, y le tuuiere y poſſeyere, viniere à ſuceder en la Caſa y Eſtado del Marqueſado de Villanueua, que no pueda tener, ni tenga, ni poſſea eſte dicho mi Mayorazgo, ſino que luego ſuceda en el, el ſiguiente en grado, como ſi el ſuſodicho fuera muerto.

93 Succeſſit in hoc Maioratu à Marchioniſſa inſtituto eius filius primogenitus Dom. Ildephonſus à Portocarrero, qui deceſſit relictis duobus filiis, ſcilicet Dom. Ildephonſo Portocarrero eius primogenito, & Dom. Ioanne Portocarrero eius ſecundogenito, qui ſecundogenitus deceſſit relicta filia, nempe D. Franciſca Thereſa Portocarrero; at verò primogenitus Dom. Ildephonſus, qui fuit frater Dom. Ioannis, cùm ſucceſſerit in hoc Maioratu, poſtea deceſſit, relicto Dom. Franciſco Portocarrero eius vnico filio, pronepote ſcilicet Inſtitutricis, qui cum ſucceſſerit in dicto Maioratu, poſtea euênit, quod etiam ſucceſſit in alio Maioratu principali nuncupato *de Villanueua del Freſno y Varca-Rota*, & habuit duos filios, primogenitum nomine Dom. Ioannem Ignatium Portocarrero, & ſecundo-genitum Dom Ildephonſ. Portocarrero.

94 Domina autem Franciſca Thereſa, litem aduerſus patruelem ſuum D. Franciſcum Portocarrero Marchionem de Villanueua del Freſno inſtituit, ſuper Maioratu ab eius Auia condito, intendens ad ſe pertinere, & ex eo quod erat incompatibilis cum Maioratu nuncupato *de Villanueua del Freſno y Varca-Rota*, & fuerunt oppoſitores ſeu contradictores in hac lite, ſcilicet Dom. D. Ioan. Ignatius Portocarrero, atque Dom. Ildephonſus eius frater ſecundogenitus filij Marchionis de Villanueua, & relata lite, & ob diſcordiam ad aliam Aulam remiſſa, iudicatum fuit per nouem ex Regiis Senatoribus contra ſecundogenitum, atque eius amitam patruelem, in fauorem primogeniti, qui erat ſub patrocinio prudentiſ-
95 ſimi Licentiati D. Ioannis de Herrera Pareja huius Regalis Cancellariæ Aduocati meritiſſimi, etiam Iudicis Fiſci Sanctæ Inquiſitionis huius Regni Granatenſis, qui non ſolum eloquentia eſt præditus, imò etiam veritatis amantiſſimus, intentione ſanus, animo atque anima Candidus, & ſic inter omnes cauſarum patronos tanquam Princeps meritò primum locum obtinere ſatis eſt notum, & quod magis eſt, ſua naturali, & ſine exemplo illuſtratus humilitate, cum in Regium Fiſcalem Conſilij Regalis Patrimonij promotus eſſet, munus hoc reuerenter, omnium cum admiratione, ſola contentus, ſed inæquali nobilitati & meritis fortuna, recuſauit.

96 Sin autem controuerſia ſit inter fratrem primogenitum, & fratrem ſecundogenitum, viuente patre, qui in poſſeſſione ſit alterius Maioratus; per eandem rationem vincet primogenitus. Et idem erit, ſi ſit vnigenitus, & patre viuente competentia vertatur cum aliquo ex Tranſuerſalibus conſanguineo, qui non ſit patruus, nec patrui filius ſeu deſcendens.

97 Sed operæpretium erit inquirere, An idem quod in ſpecie huius quæſtionis reſoluimus, reſoluere etiã debeamus, quando clauſula, per quam diſponitur, quod ſi poſſeſſor Maioratus ſuccedat in alio primogenio, quod tunc ſuum primogenium ad alium tranſeat, non per dicta verba, *ſuccedat ſequens in gradu*, caueat; ſed per alia, nempe, *ſuccedat proximior conſanguineus*, ita ſic: *Si el ſucceſſor ſuccediere en otro Mayorazgo; paſſe el mio al pariente mas cercano.*

98 Et quod idem conſulendum, atque iudicandum ſit, ſuadent eædemmet rationes, atque iura; & maximè quia incompatibilitas reſpicit, atque de ſua eſſentia, ac propria natura deſiderat aliam lineam; prout ex iuribus, rationibus, atque multorum authoritatibus probat Dom. D. Ioan. Baptiſt. de Larrea *tom. 2. dict. quæſt. 51. à n. 19.*

Attamen hic ſe offert dubium: Quid ſi inſtitu- 99
tor dixit, quod ſuum primogenium eo caſu ob incompatibilitatem quam conſtituit, ad ſuum, & ad excluſi proximiorem conſanguineum deferatur, & cum caſus ſuccedendi in alio Maioratu incompatibili ex diſpoſitione Inſtitutoris euenerit, concurrant aliquis ex parte tantum Inſtitutoris conſanguineus, attamen ei proximior; & alter remotior, & ex alia linea, attamen ſanguine coniunctus tam Inſtitutori quàm grauato; quod exemplo iſto explicabo.

Pone quod quidam binas contraxit nuptias; pri- 100
mas cum Iſabella, ex qua habuit filium Gaſparem ſcilicet nomine; & ſecundas deinde iniuit nuptias cum Catharina, quæ ex alio matrimonio habebat filium nomine Chriſtophorum, & ex ea Melchiorem habuit filium, qui Maioratum inſtituit, & ad eius ſucceſſionem vocauit Gaſparem fratrem ſuum conſanguineum, atque eius filium Petrum & eius deſcendentes. & ita dicit: *Y a falta del, y dellos*, id eſt, *à falta de ſu Sobrino, y de ſus deſcendientes, ſuceda mi pariente, y el ſuyo, mas cercano*, cui Latinus Sermo ita correſpondet, *& decedente Petro mei fratris filio, atque eius deſcendentibus, ſuccedat mihi atque ipſi proximior conſanguineus.*

Obiit Inſtitutor, & ſucceſſit Petrus eius fratris 101
conſanguinei filius, relicto nepote, qui deceſſit abſque liberis, quam ob cauſam ad ſucceſſionem contendebant nepos ex fratre vterino Inſtitutoris, & ex alia linea paterna filius conſobrini Inſtitutoris, atque vltimi poſſeſſoris, qui erat in ſexto vel ſeptimo gradu cum Inſtitutore, atque cum eius conſanguinei fratris nepote vltimo poſſeſſore, itaque nepos eius fratris vterini, proximior erat Inſtitutori; ſed nihilominus quia filius conſobrini ex parte patris Inſtitutoris, tam erat ſanguine coniunctus Inſtitutori, quàm vltimo poſſeſſori, & ei conueniebant illa verba, *mi pariente y el ſuyo mas cercano*, & proximior vltimo poſſeſſori, cum quo nepos ex fratre vterino nullam habebat conſanguinitatem; iudicatum fuit in hac Regali Cancellaria in fauorem filij, ſeu deſcendentis ex conſobrino Inſtitutoris, atque vltimi poſſeſſoris, contra nepotem ex fratre vterino Inſtitutoris, quamuis proximiorem.

Moti autem fuerunt Domini Senatores, tum quia 102
erat conſanguineus vtriuſque, tum quia proximior vltimo poſſeſſori, cui nepos ex fratre vterino, ſanguine coniunctus non erat: & ſic pro hac parte planè 103
atque clarè aſſiſtebat Regula, quam inuiolabiliter obſeruamus, vt ſuccedat proximior vltimo poſſeſſori, qui ſit conſanguineus ex parte Inſtitutoris & vltimi poſſeſſoris: Ant. Gama *deciſ. 7.* Franciſc. Viuius *deciſ. 295.* Tiber. Decian. *conſil. 100. à n. 15. vol. 3.* Vaſquez *de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3 tit. de fideic. ſubſtit. §. 26. n. 11. in fin.* Peregrin. *conſil. 50. num. 2. & 3. lib. 1.* Ceuallos *quæſt. 390. à num. 6.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib. 5. c. 93. §. 13. à n. 9.* Qui etiam tenent, quod per hæc verba,
Suceda el pariente mio mas cercano, excluſa non eſt 104
repræſentatio: Mieres *part. 2. quæſt. 9. num. 22. & 23.* Robles de Salcedo *de Repræſent. lib. 3. cap. 11. num 34.*
& 35. Tum quia erat in linea Contentiua vtriuſque, 105
ſcilicet Inſtitutoris, & Grauati, ex parte Inſtitutoris; & niſi finitâ iſtâ lineâ, non potuerat dari aditus alteri: *cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* qui textus loquitur de linea contentiua, vt ibi notat Bald. Paul. de Caſtrenſ. Iaſon, & alij. Marc. Anton. Natta *conſil. 22. vol. 1.* Oſaſcus *deciſ. Pedemont. 22. num. 34.* Mieres *p. 2. quæſt. 6. num. 7.* Dom. Molina *lib. 3. cap. 9. n. 10.* Peregrin.

de

de fideicom.art.27.num.14. Vincent.Fuſar. *q.484.n.34.* Quæ Concluſio abſque contradictione procedit in ſucceſſionibus Maioratuum, vti à nobis *ſuprà, part.1. cap.6. à num. ....* latè probatum eſt.

Ideoque iam finem, ad Omnipotentis Dei laudem, huic Capiti imponamus.

CAPVT II.

Vtrùm Incompatibilitas Maioratuum ex diſpoſitione hominis, odioſa ſit vel fauorabilis.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio hominis prohibentis concurſum duorum, pluriumvè Maioratuum tanquam incompatibilium, vtrum ſit odioſa, vel fauorabilis? quæſtio eſt, diſputanda ex Iure Gentium.*

2 *Hominis diſpoſitio quæ prohibet Petrum, verbi gratia, vel alium, nomine proprio vocatum, habere alium Maioratum, vtrum cenſeatur perſonalis, vel extendi debeat ad Petri ſubſtitutos.*

Et quid ſi talis prohibitio ſit appoſita in vno gradu, vel in vna linea, an extendi debeat ad alios gradus, vel aliam lineam, n.3. & 4.

5 *Grauamen appoſitum instituto, non extenditur ad ſubſtitutum niſi expreſsè ſit repetitum in ſubſtituto.*

6 *Conditio reſpiciens certas perſonas, ad eas tantum, & non ad alias referri debet.*

7 *Grauamen appoſitum in fideicommiſſo ei qui ſit de primo gradu; eo repudiante, non debetur ab alio de ſecundo gradu.*

8 *Excluſio à ſucceſſione niſi expreſſa ſit de certa perſona, gradu, vel linea, non præſumitur cum cenſeatur odioſa.*

9 *Prohibitio ſuccedendi in altero Maioratu facta illi qui alium poſſideat, eſt excluſio ſucceſſionis in illo altero Maioratu.*

10 *Conditio, ſeu grauamen adiunctum perſonæ, ſeu gradui ſeparato, in perfecta oratione diuerſa, non cenſetur repetita quo ad aliam perſonam, gradum, vel lineam ſubſtitutorum.*

11 *Conditio prohibitiua non extenditur de perſona ad aliam perſonam in oratione ſeparata.*

12 *Conditio, ſeu qualitas agnationis non extenditur etiam ex ratione conſeruandæ agnationis ad alias perſonas, gradus, vel lineas; imò ad perſonas nominatas reſtringitur.*

13 *Grauamen, conditio, ſeu prohibitio toties eſt realis, quoties appoſita eſt in rem, abſque mentione perſonarum.*

Demonſtratur exemplo, n 14.

15 *Specialis prohibitio tradita per legem 7.tit.7.* lib.5. Recopil. *tanquam exceptio firmat regulam in contrarium.*

16 *Hominis diſpoſitio prohibentis concurſum vnius cum alio, aliiſve Maioratibus, quòd cenſeri debeat perſonalis, & tanquam exorbitans à iuris regulis reſtringenda, & ad alios non extendenda, defendunt multi Doctores, & maximè Conſulentes ſuper ſucceſſione in Baronia de Eſpes, & Comitatu de Caſtago.*

17 *Grauamen, ſeu conditio extendi debet ad alias perſonas, gradus, & lineas, præter nominatas, quando tendit ad alimentandum alios, & ad prouiſionem eorum.*

18 *Conditio quæ prohibet concurſum vnius cum alio Maioratu, tendit ad prouiſionem alimentorum, cum præſumere debeamus quod inſtitutor motus eſt charitate, & affectu ſubueniendi aliis ex fructibus ac reditibus bonorum alterius Maioratus: & ideo fauore alimentorum extendi debet, & n.19.*

20 *Conditio prohibitionis concurſus vnius cum alio Maioratu, quamuis ſit ob cauſam, & rationem, ne inſtitutoris nomen, Inſignia vel Arma obumbrentur, vel eius memoria pereat, extendi debet ad alias perſonas, lineas, vel gradus, ob identitatem rationis, & cauſæ finalis.*

21 *Repetitio conditionis, & extenſio de perſona ad perſonam, de gradu ad gradum, & de linea ad lineam, datur, ſi militet eadem ratio, & cauſa.*

22 *Repetitio conditionis ſeu grauaminis procedit non ſolum per expreſſam, ſed etiam per tacitam, & coniecturatam voluntatem inſtitutoris, & num.23.*

24 *Prohibitio concurſus ſui Maioratus cum alio, vel aliis, vtrum cenſeatur realis, vel perſonalis, non dependet ſolum à verborum conceptione, & proprietate; ſed à mente, & inſtitutorum voluntate.*

25 *Prohibitio concurſus ſui, cum alio Maioratu, non ſolum perſonas, ſed etiam bona reſpicit, & ideo cenſetur Realis.*

26 *Repetitio de vno ad aliud toties datur, quoties id quod continetur in vno gradu, ſeu Capitulo, non eſt diuerſum, & contrarium, & incompatibile cum illo, quod continetur in primo.*

27 *Prohibitio concurſus duorum pluriumve Maioratuum, etiam appoſita in vno capite, gradu, ſeu perſona, non eſt incompatibilis in alia perſona, vel gradu, ergo poteſt dari repetitio.*

29 *Prohibitio concurſus vnius cum alio Maioratu, fauorabilis eſt, & non odioſa.*

29 *Repetitio, & extenſio de vno ad aliud datur in fauorabilibus.*

30 *Prohibitio concurſus cum alio Maioratu, ius commune non corrigit.*

Ideo admittenda eſt repetitio & extenſio, n.31.

32 *Prohibitio concurſus vnius cum alio Maioratu, quod Realis cenſeatur, & fauorabilis, & quod debeat extendi de vna perſona ad aliam, & de vno gradu, vel linea ad aliam, tenent, ac defendunt alij duo grauiſſimi Doctores: & eſt verior opinio.*

33 *Prohibitio concurſus de vno cum alio Maioratu, non habet locum contra voluntatem expreſſam, vel tacitam, ſeu coniecturatam inſtitutoris:*

Et quod ab eius mente ſeu voluntate dependeat eſſe, vel non eſſe realem, aut perſonalem.

35 *Prohibitio concurſus de vno cum alio vel aliis Maioratibus, quod non ſit odioſa nec exorbitans à iure communi, probatur, & defenditur pro veriori ſententia.*

36 *Prohibitio concurſus de vno cum alio Maioratu, realis cenſeri debet etiamſi ſit appoſita nominatim vni ex vocatis ſucceſſoribus: veluti, ſi Pe*trus ſuccedat in alio primogenio.

37 *Prohibitio concurſus de vno cum alio Maioratu realis cenſeri debet, quamuis ſit appoſita ſecundo, vel tertio vocato, vel in clauſula ſecunda, vel intermedia.*

38 *Prohibitio concurſus de vno cum alio, aliiſve Maioratibus,*

Digitized by Google

ieratibus, realis cenſeri debet, licet appoſita in vltima clauſula, vel in vltimo vocato.

39 *Prohibitio concurſus de vno cum alio Maioratu, tunc cenſebitur perſonalis, & non realis, quando expreſsè atque verbis taxatiuis inſtituere voluit, quod ad vnam tantum perſonam, gradum, vel lineam, & non ad aliam referatur.*

ARGVMENTVM.

Incompatibilitas, ſeu prohibitio concurſus duorum, pluriumvè Maioratuum, quæ prouenit à Iure Gentium ex diſpoſitione hominis, ſitne odioſa, vel fauorabilis? Et in dubio an cenſeatur realis, vel perſonalis, ſiue reſtricta ad certas tantum illas determinatas perſonas, quas Inſtitutor expreſsè nominauit? Quæſtio perutilis ad plurimos caſus.

1 PRoſequendo hanc quartam partem de Incompatibilitate per diſpoſitionem hominis de iure Gentium proueniente, hic opportunè ſe offert occaſio diſſerendi, An diſpoſitio hominis prohibens concurſum duorum, pluriumve Maioratuum, ſit odioſa, vel fauorabilis? Eſt in dubio, num iudicari debeat realis, vel perſonalis, atque reſtringenda, ad illas tantum perſonas, quas teſtator expreſsè nominauit? Nam multoties euenit, quod Maioratûs conditor diſponit, quod ſi Petrus v. g. ab eo vocatus ſuccedat in ſuo Maioratu, alium extraneum Maiora-
2 tum habere non poſſit; & ſi fortè habere velit extraneum, ſuus Maioratus ad alium deueniat: quod grauamen, ſeu prohibitionem eiuſdem concurſus, quoad alios ſubſtitutos omittit, non prohibendo, nec permittendo; vnde redundare poteſt, quod ſi moriatur Petrus relicto filio, vel nepote, qui contendat cum fratre, vel alio, qui ſuccedere prætendat in alio Maioratu, quod illa prohibitio perſonalis fuit, atque reſtricta ad perſonam patris, vel aui; & non realis ſeu linealis: ideoque non cenſeatur repetita, nec extendenda ad filium, nepotem, vel alium ſucceſſorem: At è contrario, frater, vel alius immediatè ſucceſſurus dicit, quod realis ac linealis fuit, & quod debeat cenſeri repetita in cæteris minùs dilectis ſucceſſoribus.

3 Et quid ſi prædictum grauamen, ſeu conditio prohibitiua concurſus duorum pluriumve Maioratuum, ſit appoſita in vno gradu ex ſubſtitutis, vel in vna tantum linea, an extendi debeat ad alios gradus, vel ad alias lineas ſubſtitutorum?

4 Quæſtio hæc, cùm ſit vna ex clauibus huius materiæ, requirit exactiſſimam diſſertationem, maximè cum ſit perdifficilis, & reuera tot pro vtraque parte concurrant iura, rationes, & Doctores, vt ſemper remaneat ambigendi locus vtra verior ſit. Nam ſi multa ſuadent pro parte Affirmatiua, alia etiam multa inducunt pro Negatiua, vt ex ſequentibus patebit.

5 Imprimis ergo, ad hoc vt cenſeatur perſonalis, & quod dictum grauamen, ſeu conditio prohibitiua vnionis, ſiue concurſus primogeniorum, non debeat extendi ad aliam perſonam, gradum, ſeu lineam, præter illam, quæ ſpecialiter, atque expreſsè ſit grauata; probatur ex *leg. ſub conditione 73. ff. de heredib. inſtit.* vbi Iuriſconſultus Caius ita dixit: *Sub conditione herede inſtituto; ſi ſubſtituamus, niſi eandem conditionem repetamus. pure cum heredem ſubſtituere intelligimur,* vbi Gloſ. *verb. repetamus*, aduertit & addit, *expreſſe.*

Idem confirmatur ex text. in *l. quæ conditio 39. ff. de condit. & demonſtrat.* dum dicit: *At quæ conditio ad* 6
certas perſonas accommodata fuerit, eam referre debemus ad eum dumtaxat gradum, quo hæ perſonæ inſtitutæ fuerunt: l. ſi ita 69. ff. eodem tit. ibi: *Quia conditio perſonæ iniuncta videtur.*

Cæterum in terminis grauaminis, ſeu fideicom- 7
miſſi, eſt textus, qui apertè vrget in *leg. Celſus 29. §. quod alicuius, ff de legatis 2. l. 1. §. illud. ff de leg. 3.* his verbis: *Illud* (inquit Vlpianus) *certè indubitatè dicitur, ſi quis inteſtatus decedens, ab eo, qui primo gradu ei ſuccedere potuit, fideicommiſſum reliquerit: ſi illo repudiante ad ſequentem gradum deuoluta ſit ſucceſſio, eum fideicommiſſum non debere: & ita Imperator noſter reſcripſit. Sed etſi à Patrono ſit relictum, & aliquis ex liberis eius, mortuo eo, admiſſus ſit ad bonorum poſſeſſionem idem erit dicendum.* Quem textum explicat *ibi* Gloſ. *verb. non debere*, quæ dicit: *Imò videtur quod ſic. vt ſupra, de Codicillis, l. ſi quis: eum primo reſponſo. Solutio, hic nominatim, & ſpecialiter ab eo, qui erat in primo gradu, & ita a certa perſona; vt infra eodem, l. qui grauis. & l. is qui in principio. & l cum pater, §. cum exiſtimaret, & l Celſus, §. penult. & §. fin. &c.* cui etiam adde *leg. ſi plures, ff eod. tit. de legat. 3.*

Secundò, nam excluſio à ſucceſſione, niſi expreſſa 8
ſit à teſtatore certa perſona, vel gradu, vel linea, non procedit, cum cenſeatur odioſa: *leg. cum quidam 19. ff. de liberis, & poſthum.*

Sed prohibitio ne ſubſtitutus, vel alius ex alio 9
gradu, aliiſve primogeniis præterquam in ſuo ſuccedat; vel quod ſi ſuccedat in alio non habeat primogenium inſtitutoris, eſt excluſio à ſucceſſione illius primogenij, vel aliorum primogeniorum: Ergo hæc prohibitio excluſiua ſucceſſionis tanquam odioſa non debet extendi ad aliam perſonam, vel gradum, vel lineam ſubſtitutorum: *§. nos igitur, in Authent. de reſtitut. fideicom. cap. odia, de Regul. iuris in 6.*

Tertiò, quippe regulare eſt, ex doctrina Bartoli in 10
leg. in repetendis, verſ. Quod quando orationes, ff. de leg. 3. & in *l. Seia, §. Gaio, ff de fundo inſtruct.* Ripa in *cap. ex parte, num. 56. de reſcript.* quod ſi conditio, aut grauamen fuerit adiunctum perſonæ, lineæ, ſeu gradui ſeparato, in perfecta oratione diuerſa, tunc non cenſeatur repetita conditio quoad aliam perſonam, lineam, vel gradum ſubſtitutorum in alia diuerſa oratione. Quam doctrinam amplectuntur communiter Doctores, maximè Marian. Socin. *conſil. 118. num 98. & 111. lib. 1.* Pariſ. *conſ. 38. lib. 2.* Roland. à Valle *conſ. 38 à n. 56. vſque ad fin.* vbi copiosè probat, quod qualitas, ſeu conditio appoſita, non dicitur repetita in alio capitulo ſeparato claro, & non dubio, continente orationem perfectam, & diuerſas perſonas: cùm ſolum conſiderari debeat in caſibus prouiſis, non autem in aliis omiſſis: Menoch. *conſil. 158. n. 43. & conſil. 500. n. 8. & conſil. 585. n 7. & conſil. 668. n. 15.* & *de præſumptionibus lib. 4. præſumpt. 178 n. 17.* Peregrin. *de fideicom. art. 16. n. 8. & 45. & conſ. 57. à num. 11. lib. 5. & deciſ. 143. à n. 2.* Mieres *part. 2. quæſt. 4. illat. 8. num. 215.* Surdus *conſil. 164. num. 7.* Hondedeus *conſ 4. à num. 32. lib. 1.* Sfortia Oddo *conſil. 95. à n. 53.* Caſanate *conſil. 58. num. 104.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo *tom. 2. cap. 4. à num. 43.* copiosè Vincentius Fuſar. *quæſt. 450. verum conditio, modus, & qualitas appoſita primæ ſubſtitutioni, dicatur repetita in ſequenti, num. 5. & à num 10.*

Quarto, quia per eandem regulam dicimus, quod 11
conditio prohibitiua non extenditur de perſona vna ad alias perſonas in oratione ſeparata: Socin *conſ 63. num. 19. volum. 3.* Pancirolus *conſ. 159. à num. 10.* D. Molina

lina *lib.1.cap.6. num.22. & lib.3.cap.5.n.21. 56. & 57.* Peregrin. *de fideicom. art.19. num.90.* Dom. D.Ioan. à Caſtillo *lib.5. cap.117. à num.28.* Caſanate *conſil.55. num.14.* Vincent.Fuſat *quæſt.450.n.10.*

12 Hinc eſt, qualitas agnationis ſeu conditio appoſita quòd ſucceſſores in Maioratu ſint agnati, vel maſculi ex maſculis; non extenditur etiam ex ratione conſeruandæ agnationis, ad alias perſonas, vel gradus, vel lineas, quàm in quibus expreſsè requiratur illa qualitas in ſucceſſoribus, nec cenſetur repetita in cæteris; imò ſemper præſumitur quòd fuit limitata ad illas tantum perſonas, gradus, vel lineas in quibus expreſsè, atque nominatim inſtitutor requirit dictam agnationis qualitatem: docet Bald. *in l.1. C.de ſucceſ. edict.* Imol. *in l ſi vero, § de vire in fin. ff. ſolut. matr.* Ripa in *l.1. n.8. Cod de Pactis.* Albert.Brunus *de ſtatut. exclud. fœmin. propter maſculos, art.12. quæſt.5. in fin.* & ex aliis Dom.Molin. *lib.1.cap.5. n.37. & lib 3. cap.5. à n.10.* Menochius *lib 3. conſil.143.n.52.* Seſſe *in deciſ. Aragonia, 374.* Franciſc.Molinus *de ritu nupt. lib.3. quæſt.24. n.128.133. & 139.* Anton.Theſaur. *deciſ. Pedem.118 n.10.* Andr.Fachin *conſ.35 n.5.* Dom.Perez de Lara *de vita hominis, cap.40.num.85.* Dom.D Ioan. Baptiſta Valençuela Velaſquez *part.2.conſ.113. num 8.* Vincent.Fuſar. *de fideicom. ſubſtit quæſt.385. n.21.* vbi exemplificat illic: *Secus, ſi ratio conſeruandæ agnationis ſit adiecta certis perſonis, ſeu gradibus; vt ſi dictum eſſet, quia voluit in Titio, & eius deſcendentibus conſeruare bona: quia tunc ad perſonas nominatas erit reſtringenda agnationis ratio, nec ad alias poterit extendi.* Additionatores ad Dom.Molinam *lib.1.cap.5. ſuper num.37. & lib.3.cap.5. ad num 18.19. & 20. vſque ad 25.* & plurimos referens Dom.Ioan. à Caſtillo *lib.2.cap.4.n.128. & lib 5 cap.92 n 4. & 5.*

13 Quintò, nam conditio, vel prohibitio toties eſt realis, quoties appoſita eſt in rem abſque mentione perſonarum, cùm à re ipſa grauata dicatur realis: Aliter, cenſeatur perſonalis: *leg. ſeruus ſi heredi 34. ff. de ſtatulibe. l. pete 69. §. fratre, in princ. ff. de legat 2.* vbi docet Bartolus: Mich. Craſſus *in §. fideicommiſſum quæſt.5. à num.10.* ibi: *Prohibitio alia eſt perſonalis, alia realis: perſonalis eſt, quando facta eſt certæ & nominatæ perſonæ, & hæc non extenditur ad alias: realis, &c.* Et inferiùs, *n.12.* ibi: *Si verò onus eſt reale, ſiue prohibitio iniuncta rebus, & hæreditati, dicetur realis, & quæſt.19. in princ.* Menoch. *conſil.85. num.13. & conſ.753. num.1.* Ant.Petra *de fideicommiſ. quæſt.2. à num.2.* & cum aliis quampluribus Vincent. Fuſat *de fideicommiſ. alienationis prohibit. q.673. à n.1.* & ferè *per totam.*

14 Sed quando inſtitutor apponit conditionem vt non ſuccedat, nec retineat ſucceſſor ſuum Maioratum, ſi in alio ſuccedere velit; non eam apponit rei; ſed perſonæ; quia ad hoc vt ſit appoſita in rem, neceſſe erat quod dixiſſet, quod ſuum primogenium non concurreret cum alio apud eundem poſſeſſorem; ſiue dicat, *Maioratus à me inſtitutus cum alio ſimul non iungatur, aut vniatur:* Ergo ſi conditio, vel prohibitio ſit quandocumque ſucceſſor in alio ſuccedat Maioratu, non erit realis, ſed perſonalis, Dom. Garcia de Maſtrillo *part.3. deciſ.266 n.55.*

15 Sextò & vltimò probatur magis in indiuiduo, ſi pondeſetur text. *in l.7.tit.7. lib.5. Recopil.* vbi ſolum in caſu ſpeciali prohibitus eſt concurſus duorum Maioratuum apud eundem ſucceſſorem; ſcilicet, quod vnus eorum excedit quotam ab illa lege præfinitam; ſi causâ matrimonij iungantur: ergo regula eſt in contrarium, quod de iure non cenſeatur prohibitus, & incompatibilis, imò permiſſus: & ſic dicta prohibitio tanquam exorbitans atque odioſa iuri, non debet extendi, ſeu repetita cenſeri; ſed reſtringenda eſt ad caſus, perſonas, vel gradus, de quibus tantum expreſsè inſtitutor loquatur, *l.2. C.de condit. inſert. cap. cum dilectus 8. §. quamuis, verſ. cæterum, de conſuetud.* & *ibi* Gloſ. *verb. iure communi, cap.1. in fin. de filiis presbyterer. in 6.*

Pro hac etiam parte ſtare videtur Anton. Gama 16
deciſ.27.num.7. Ant. de Amatis *reſol.40.num.17.* Ioan.
Franciſc. à Ponte *conſ 4. à num.50.* Tiberius Decian.
conſil.4.lib.2. Maſtrillo *part.3.deciſ.266. à n.30.* Marcus Ant Natta *conſ.676.lib 4.* Menoch. *conſil 802. à n.95.* Roland. à Valle *conſil.59. lib.3.* maximè à *n.38.* & alij, qui conſuluerunt ſuper ſucceſſione de Baronia Deſpes, & Comitatu de Saſtago in Regno Aragonenſi, quia in caſu, illius controuerſiæ inter Dominum Artaldum de Alagon primogenitum, & eius fratrem Dominum Petrum de Alagon ſuper Baronia Deſpes, fuerunt inſtituta duo primogenia; alterum Caſtris, villis, & locis dicti Comitatus de Saſtago, ad cuius ſucceſſionem fuit vocatus filius primogenitus Domini Blaſij de Alagon, & Dominæ Annæ Deſpes coniugum: alterum de Caſtris, villis, & locis Baroniæ Deſpes, in quo ſuccederet filius ſecundogenitus dictæ Dominæ Annæ Deſpes, & Domini Blaſij. Et dubium fuit, an hæc diuiſio, & vocatio de filio ſecundogenito, debeat extendi ad nepotes, ſeu deſcendentes Domini Blaſij de Alagon & Dominæ Annæ Deſpes: Et reſoluunt quod poſſunt concurrere, & vnire in Comite de Saſtago Domino Artaldo de Alagon eorum nepote, contra eius fratrem, alium nepotem ſecundogenitum.

E contrario autem, non minus alia multa vr- 17
gent ad hoc vt cẽſeatur realis dicta prohibitio vnionis primogeniorum, taliter quod comprehendat omnes alias perſonas, gradus, & lineas ſubſtitutorum. Et in primis, quia nunc cenſetur relata, & repetita conditio, ſeu grauamen quoad alias perſonas, lineas, & gradus; & omnes æqualiter ſucceſſores in Maioratu, grauati dicuntur, quando conditio, ſeu grauamen tendit ad alimentandum alios, & ad prouiſionem eorum, propter fauorem alimentorum, & prouiſiones neceſſarias aliorum, *l.4. §. fin.* & Gloſ fin. & etiam Bart. *ff. de alimentis, & cibar. legat. l.1. C.de*
legat. Peregrin. *de fideicommiſ. art.16 n.60. & 66.* Sed 18
conditio, quæ prohibet vnionem, & concurſum ſui Maioratus cum alio, tendit ad prouiſionem alimentorum aliorum; cùm præſumere debeamus quod teſtator motus ſit ea charitate, & affectu ſubueniendi, ac prouidendi aliis, ex fructibus, ac reditibus bonorum ſui Maioratus, cogitando quod ſatis eſſet primogenitus de alio Maioratu prouiſus, Dom D.Ioan. à Caſtillo *lib.5.cap.181.num 8.* quod nos ſæpeſæpiùs referimus *in hoc Tractatu*, maximè *in part.8. cap.1. à num.5.* & probatur per *dict. l.7. in princip. tit.7. lib.5.*
Recop. Ergo hæc conditio, licet ſit appoſita in vna 19
perſona, gradu, vel linea, repetenda eſt etiam in aliis.

Secundò, ex eo quod licet inſtitutor motus ſit ex 20
alia cauſa finali, ne ſuum primogenium cum alio iungatur, obumbretur, ſeu confundantur eius nomen, & Arma, vel eius memoria ſepulta iaceat, nam eadem ratio prohibitionis militat in vno, quæ in cæteris ſucceſſoribus: provt in terminis probant Dom. Caſtillo *d cap.181.n.8.* Dom. Larrea *tom.2. quæſt.51. à num.10. vſque ad 37.*

Et quando eadem ratio militat in cæteris ſucceſſo- 21
ribus, ac in illo ſpecialiter grauato, tunc fit repetitio conditionis, & extenſio de perſona ad perſonam, de gradu ad gradum, & de linea ad lineam; provt vnanimiter confitentur Bald. *conſ.33. n.2. in fin. vel num.5.*

Socin.

Socin. iunior conſil.71.vol.3. Menoch.conſ.116. n.285.
& conſ.585. num 6. & eos referens Peregrin de fidei-
commiſ.art.16 num.26. & art.25.n.32. & conſ.30 n.13.
lib.5.Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.10.tit.7.n.14.
Galganetus de condit. & demonſtrat. part.2.cap.6.q.7.
num.2. & à n.28. Vincent.Fuſar.quaeſt.403.num.23. &
Dom. Caſtillo in d.cap.181. n.30.31. & 32. per multa
iura quæ expendit. Ergo, &c.

22 Tertiò confirmatur, nam regulariter repetitio
procedit non ſolum per expreſſam inſtitutoris vo-
luntatem, ſed etiam per tacitam & præſumptam.
Quod colliges ex celebri textu in leg.duos 70. & leg.
Auia 76. ff.de condit. & demonſtrat. leg licet Impera-
tor.74. ff.de legat.1. l.Pater 29. in princ. & leg cum pa-
ter 77. §.ab inſtituto, ff.de legat.2. l.cum ſeruus 18. ff.de
haeredib.inſt.l.4. Cod. ad Trebellian. l.vnica §. pro ſe-
cundo, verſ.Sed & omnes, Cod.de caduc tollend Dom.
Caſtillo dict.cap.181.n.11. Dom.la Rea part.2.quaeſt.51.
23 num.11. ex multorum copia. Sed ex veroſimili men-
te Inſtitutoris præſumere debemus quod voluit re-
ferre, ſiue repetere ſuam prohibitionem in alio quo-
cumque ſucceſſore, gradu, vel linea ſubſtitutorum:
Ergo, &c.

24 Rurſus,& quartò probatur; nam eſſe,vel non eſſe
prohibitionem realem, non dependet ſolùm à verbo-
rum conceptione, & proprietate, ſed etiam ab Inſti-
tutorum mente, ac voluntate: l.Iuris Gentium, §.pa-
ctorum, ff de pactis. Vtrum autem in rem, aut in per-
ſonam pactum factum ſit,non minus ex verbis,quàm
ex mente contrahentium æſtimandum eſt: leg.Iulius
Paulus 81. l.cum ſeruus 82 ff de condit. & demonſtr.
Peregrin. de fideicommiſ.art.16.n.10. & 28. Maſcard.
de probationibus, tom 3.concl.1265. Vbi repetitio præ-
ſumitur, quando menti,& voluntati diſponentis con-
gruit: Dom. D.Ioan. à Caſtillo d cap.181.n.9.

25 Sed mens, & voluntas Inſtitutorum, quæ non in
aperto eſt, colligitur,quando impedit concurſum ſui
Maioratus cum alio, ea eſt (vt ſæpè diximus) ne pri-
mogenium ſuum, & eius memoria, cum alio, atque
alia confundatur,& obumbretur, vel quod alia linea
prouideatur, quod ad bona reſpicere neceſſario vel-
le, negari non poteſt,& probat latè Dom. D.Ioannes
Baptiſta de la Rea tom.2. dict.quaeſt.51. n.10. 36. & 37.
ergo realis,& non perſonalis iudicari debet talis pro-
hibitio, quamuis reſpectu certæ perſonæ gradus, vel
lineæ appoſita ſit.

26 Quintò, toties eſt repetitio de vno ad aliud, quo-
ties id quod continetur in vno gradu, ſeu capitulo,
non eſt diuerſum, contrarium, ac incompatibile cum
alio, quod continetur in primo: ita ex Paulo Pariſio
conſil.95.num.19.& 30. vol.2.Tiber.Decian reſponſ.34.
num.110. volum.3. Carolo Ruyno, & aliis tenet Ma-
27 ſcard. d.conſ.1265. num.14. Sed prohibitio concurſus
duorum, pluriumve Maioratuum, etiam appoſita in
vno capite,gradu, perſona, vel linea, non eſt incom-
patibilis in alia; Ergo bene procedit in vtraque re-
petitio.

28 Sextò & vltimò, hæc cauſa incompatibilitatis, ac
prohibitio concurſus vnius cum alio Maioratu,fauo-
rabilis eſt, & non odioſa; patet ex l.7.tit.7.lib.5. Re-
cop. in princ. Siquidem redundat in fauorem Reipu-
blicæ, communis, ac priuatæ vtilitatis, abſque præ-
iudicio primi vocati, cui relinquitur bonorum pro-
uiſio alterius primogenij,& in fauorem inſtitutorum,
29 ne confundatur eius nomen, & memoria. Sed in fa-
uorabilibus datur extenſio, ac repetitio de vno ad
alium, quia fauores debent ampliari ex Regula.Odia
reſtringi,fauores conuenit ampliari,15.de Reg.iuris.Ma-
ximè in hoc caſu, vbi verſatur fauor publicus, & fa-
uor priuatus, Dynus ibidem, n 5. fauor publicus,qua-
tenus publicam vtilitatem, & familiæ conſeruationē
reſpicit, hoc enim fauorabile eſt, & ampliandum:
Dom.Molina lib.1.cap.18.n 18. Gonzalez in reg. Can-
cellariæ, in procemio, §.6.n.70. Marius Giurba de ſuc-
ceſſione feudor. cap.118.§.2. gloſ.8.n 10. & 14. verſ.Alij
verò. Et fauor priuatus, quia quatenus verſatur ius 30
vtile primogenituræ, latè debet interpretari, cum ſo-
lum tunc agatur de virtute comprehenſiua, hoc eſt
reſpectu eorum, quæ expreſsè ſub primogenio com-
prehenduntur, & quoad perſonas ad illud vocatas;
maximè quippe in hoc, ius commune non corrigi-
tur, nec inæqualitatem parit, imò æqualitatem vt vi-
dere eſt apud Marium Giurbam, de ſucceſſione feud.
dict. cap.118. gloſ.8. n.16. In cuius comprobationem 31
allegat doctrinam Abbatis in cap. Epiſcopi, ad finem,
de reb.Eccleſiæ, non alienand. Felin.in rubr.de reſcript.
col.2.Benet.conc.134.n.15. Ergo in hoc caſu debet dari
repetitio, & quoad omnes vocatos extendi prohibi-
tio concurſus vnius Maioratus cum alio.

Quam ſanè ſententiam ex nonnullis aliis funda- 32
mentis defendunt Dom. D.Ioan. à Caſtillo lib.5. p.1.
dict.cap.181.& Dom.D.Ioan.Baptiſta de la Rea tom.2.
quaeſt.51. & eam tanquam probabiliorem iuribus ac
rationibus magis conſonam libenter amplectimur.

Et non obſtant de contrario adducta. Nam ad pri- 33
mum, ſecundum, tertium & quartum; imò etiam ad
cætera argumenta reſpondetur,quod non procedunt
contra voluntatem expreſſam, vel tacitam,coniectu-
ratam,ſeu præſumptam Inſtitutoris,& ſecundum eam
interpretari debemus: l.ſub conditione 73. ff.de hære-
dibus inſtitu. & l.qua conditio 39. ff.de condit. & de-
monſtr. l.Celſus,§.quod alicuius, ff.de legatis 2. l.1.§.il-
lud l.ſi plures, ff.de legat.3. ad idque tendit interpre-
tatio,& reſponſio, quam affert Dom. D Ioan.Baptiſt.
de la Rea part.2.dicta quaeſt.51. à n.37. ad text. in dict.
l. ſub conditione 73. l. qua conditio 39. & d. l.1. §.illud
certò, ff.de legatis 3. & alia iura quæ oppoſuit in dict.
quaeſt.51. n.3. & ſatisfacit in d. num.37. interpretando
dicta iura, atque in id tendit etiam Dom. D.Ioan. à
Caſtil. d.cap.181. à n.28.

Vnde reſpondemus eadem ratione ad quintum ar- 34
gumentum: quod etiam à voluntate inſtitutoris de-
pendet prohibitionem eſſe realem, vel perſonalem;
vti ex l.Iuris Gentium, §.pactorum, ff.de pactis, & aliis
Iuribus probat D.Caſtillo d.cap.181.num.9.& 301. At
cum cauſa huius prohibitionis ſit,ne aliud primoge-
nium cum ſuo miſceatur, & ſic inſtitutoris memo-
ria, nomen, & Arma confundantur, aut ſuppriman-
tur, & quod eius bona ad prouiſionem aliorum de-
ſeruiant; ſatis apparet, quod eius inſtitutoris inten-
tio eſt, quod talis prohibitio ſit realis, cum ad bona,
& lineas reſpiciat principaliter, ad perſonas non niſi
incidenter attendat.

Ad ſecundum & ſextum ſiue vltimum reſponde- 35
mus,negando quod talis prohibitio ſit exorbitans at-
que correctoria iuris, & ſic odioſa: nam prohibitio
concurſus primogeniorum non operatur exhæreda-
tionem,ſed diuiſionem, non ex cauſa abſoluta exhæ-
redationis, ſiue ſucceſſionis priuatione, ſed ex alia
diuerſa cauſa: & maximè ex cauſa æqualitatis ſer-
uandæ inter vocatos, ac proinde non eſt correctoria
iuris communis, imò iuri communi conformis, quia
tendit ad diuiſionem, ac primogeniorum ſeparatio-
nem inter ſucceſſores, & ſic ad ſeruandam æquali-
tatem: ſiquidem quod teſtator deſiderat, illud eſt,
quod duo, plurave primogenia diuidantur inter vo-
catos ad ſucceſſionem ſui primogenij: Et quod pro-
hibito alium habere Maioratum, ſufficiat vnum ha-
bere, non plura; ne ſcilicet ipſe bonis turgidus in-
tumeſcat, cæteris præ inopia tabeſcentibus. Qua-
propter

Digitized by Google

propter hæc prohibitio concurſus vnius cum alio Maioratu, tantum eſt facultas diuidendi primogeniæ, non vero inducta eſt ad vnum ſolùm locupletandum, cæteros autem excludendos ſeu exhæredandos: & ad hoc vt eſſet exorbitans à iure communi, & ſic odioſa, neceſſe erat quod repugnaret æqualitati ſeruandæ inter ſucceſſores, *l. tater filios, Cod. famil. herciſcunda*: Bald. in *leg. noa ſine, ante finem, Cod. de bonis, qaa liber.* Gonzalez *ad Reg. Cancellar. in proœmio*, §. 6. *aam.* 45. Dom. Caſtillo *lib.* 4. *cap.* 41. *à num.* 95. & cum aliis Marius Giurba *de ſucceſſione feads*, *cap.* 118. §. 2. *gloſ.* 8. *nam.* 10. *&* 16. Sed non repugnat æqualitati, ſed potius illi conuenit, ex *dict. l. iater filios*, §. *fia.* Ergo non eſt correctoria, & exorbitans à iure, & ſic noo odioſa, imò fauorabilis, & in odium inæqualitatis à iure reprobatæ. Nam odioſum illud eſt, vbi odium, eſt cauſa fauoris; & è contra, fauorabile illud eſt vbi fauor eſt cauſa odij; quæ conſideratio à priori, non à poſteriori formatur; vt dixit Baldus *conſil.* 433. *aum.* 2. *verſ. conſiderandum eſt*, *vol.* 3. Peregrinus *de fideicommiſ. art.* 1. *n.* 24. Alex. Raudenſ. *de Aaalog. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 28. Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.* 4. *cap.* 41. *à num.* 94. Marius Giurba *de ſucceſ. fead. cap.* 118. *gloſ.* 2. *gloſ.* 8. *numero* 12. *&* 13.

36 Ex his itaque venit amplianda reſolutio huius noſtræ, ac Dom. D Ioan. del Caſtillo *dict. cap.* 181. & D. D. Ioan. Baptiſt. de la Rea *dict. quaſt.* 51. ſententiæ; etiam ſi Inſtitutor non ſolum concipiat prohibitionem præcipiendo abſolutè, quod ſuum primogenium non iungatur cum alio, vel tali primogenio; ſed etſi iniungat prohibitionem nominatim vni ex vocatis, ſeu ſucceſſoribus, præcipiendo quod ſi *Petrus*, verbi gratia, ſuccedat in tali primogenio, quod ſuum primogenium ad ſequentem in gradu tranſeat.

37 Secundò ampliatur, etſi non primo vocato, & in prima clauſula iniungatur dicta conditio, aut prohibitio vnionis, ſeu concurſus ſui Maioratus cum alio; ſed ſecundo, vel tertio vocato, vel in clauſula ſecunda, vel intermedia ſubſtitutorum, vel poſita inter vnum capitulum, & aliud: ad text. in *l.* 3. §. *filius inter medias, & in verſ. inter duos autem gradus exhæredatus*, *ff de liber. & poſthum.* de cuius vera intelligentia videas Magiſtrum Magiſtrorum Dom. D. Melchiorem de Valentia *lib.* 3. *ia tract. de ſuor. heredum iur. & ſucceſſ. cap. vltim. de exhæredatione ab vno vel a pluribus gradibus, facta, &c.*

38 Tertiò, denique ampliatur: Quamuis ſolum vltimo vocato, vel in vltima clauſula inſtitutionis primogenij impoſita ſit conditio, ſeu prohibitio concurſus cum alio Maioratu: ad text. in *l. fin. ff. de rebus dubiis*: *l. talis ſcriptura*, §. *fin. ff. de leg.* 1.

39 Quapropter ſolummodo limitabis, quando expreſsè atque verbis taxatiuis velit Inſtitutor, cauſam aſſignando, quod dicta prohibitio ad ſolam vnam ex ſubſtitutis perſonam, vel gradum, vel lineam referatur, & non ad aliam. Ex quibus ſoluitur hoc Caput, vtinam ad gloriam omnium Creatoris, ac Deiparæ Mariæ Virginis.

CAPVT III.

De Incompatibilitate Iuris Gentium, ex diſpoſitione hominis, & concurſu duorum Maioratuum per matrimonium vnitorum.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio concurſus de vno ſuo, cum alio Maiorata, vtrum comprehendat caſum in quo maritus, vtrumque Maioratum incompatibilem ex diſpoſitione hominis poſſideat, vnam iure proprio, & alterum iure mariti.*

2 *Maritus & vxor, pro vna perſoaa, & tanquam vna caro per indiuiduum matrimonij vinculum reputantur.*

Ideo ſuum, & vxoris Maioratum cum eo incompatibilem poſſidere aon poteſt, n. 3.

4 *Vxor per matrimonium tranſit in familiam mariti.*

5 *Matrimonium contractam inter virum & vxorem, facit, non ſolum qaod duo Maioratus incompatibiles vniantur ratione vnionis perſonarum, & familia, ſed etiam ratione bonorum.*

6 *Maritus, dum viuit vxor, poſſidet bona vxoris tam allodialia, quam bona Maioratus.*

Et in eum tranſit etiam dominium, n. 7. *&* 8.

7 *Succeſſor & poſſeſſor Maioratus eſt dominus, & vſufructuarius.*

9 *Argumento ab vnitis, idem ius habet vnitum, quod competit ei, cui vnitur.*

10 *Maritus ſi habeat propriam Commendam Indiarum, & aliam eius vxoris, non poteſt ſimul poſſidere.*

11 *Prohibitio concurſus de vno cum alio Maiorata, debet intelligi de concurſu per ſucceſſionem; noa autem de concurſa titulo adminiſtrationis, vel fruendi ex capite & nomine alterius.*

12 *Maritus & vxor pro vna eademque perſona reputantur, quoad communicationem diaini atque humani iuris, & mutuam cohabitationem, & participationem fructuam: non verò quoad ſucceſſiones. Et reuera non ſunt vnica perſona, ſed realiter dua, & n.* 13. *&* 14.

15 *Vxoris primogenium, & eius ſucceſſio non communicatur viro, ſed ſolum communicantur fructus atque commoditates.*

16 *Mariti patrimonium non prodeſt nec nocet vxori, nec vxoris dos, atque bona extra dotalia, non proſunt, neque nocent marito.*

17 *Dotalia bona ſiue æſtimata, ſiue non æſtimata, non releuant ab oneribus municipalibus, nec proſunt marito ad honores in Republica aſſequendos.*

18 *Mariti magnum patrimonium non prodeſt, nec nocet vxori pauperi, quin conſequi debeat alimenta ſeu litis expenſas.*

19 *Vxor non efficitur de familia mariti quoad progeniem, nobilitatem, vel agnationem; ſed de familia illorum, qui vnius poteſtati, aut natarâ, aut iure ſubiecti ſunt, & n.* 20.

21 *Maritus non eſt verè dominus, atque ad omnes effectus, bonoram dotalium nec extradotaliam.*

22 *Maritus habens Commendam Indorum, quod ſimul noa poſſit habere aliam vxoris iure mariti; ſpecialiter prouiſum fuit à Rege, vel lege: ſed in Maioratibus regula eſt contraria.*

Digitized by Google

23 *Paterſamilias vtrum poſſidere valeat duos incompatibiles Maioratus; vnum iure proprio, alium iure patriſfamilias.*

24 *Pater & filius vna eadémque perſona reputantur ſecundum effectum naturalem vnionis, &* num.25.

26 *Patris & filij patrimonium, & dominium bonorum vnicum videtur, &* n.28.

27 *Dominium patris continuatur in filium abſque noua inueſtitura & poſſeſſione, non ſolum in bonis liberis, ſed etiam in grauatis atque feudalibus.*

28 *Pater id, quod habet & filius, cenſetur habere.*

29 *Poſſeſſio inter patrem & filium cenſetur promiſcua; & ideo quod ab vno poſſidetur, cenſetur ab alio poſſideri.*

30 *Pater poteſt poſſidere duos Maioratus incompatibiles iure proprio, & iure patriſfamilias.*

31 *Pater non dicitur habere duas Indorum Commendas incompatibiles, quando vnam poſſidet iure proprio, aliam, in qua filius ſucceſſit.*

32 *Pater & filius vna eademque perſona reputantur fictione iuris.*

Sed non quoad omnia, n.33.

34 *Pater acquirit fructus in Maioratu filij ratione patriæ poteſtatis, & non ſucceſſionis.*

35 *Pater quoad bona aduentitia filij non habet dominium ſed ſolam adminiſtrationem*, n.35.

36 *Pater in aduentitiis poſſidet nomine filij*, n.36.

ARGVMENTVM.

Ex diſpoſitione hominis, quid ſi Inſtitutor prohibeat, ne Maioratus concurrat, ſiue iungatur cum alio; & eueniat, quod per viam Matrimonij copuletur cum alio; verùm maritus vtrumque Maioratum retinere poſſit, & poſſidere vnum iure proprio, alium iure vxoris? Et an data in patrefamilias dicta prohibitione, poſſit ſimiliter poſſidere vtrumque Maioratum, vnum iure proprio, alterum tanquam paterfamilias, nomine filij primogeniti?

1 Reſoluimus equidem *Cap. præcedenti*, quod prohibitio concurſus vnius Maioratus cum alio, quam homo præcauet in ſuo primogenio, cenſeri debeat realis, ac linealis. Nunc verò ſuccedit inquirendum, ſuppoſita tali prohibitione vnius Maioratus cum alio, ab inſtitutore præcauta, quid erit, ſi accidat (quod non raro contingit) vt ſucceſſor in Maioratu contrahat matrimonium cum vxore quæ etiam ſucceſſerit in alio Maioratu, & exinde, cauſâ matrimonij, iungatur vterque Maioratus, & ſic duos incompatibiles maritus poſſideat, vnum iure proprio, & alium iure mariti; an ex eo cenſeatur contrauenire prohibitioni, itavt Maioratus mariti deuenire debeat ad ſubſtitutum, & maritus poſſidens teneatur cedere, aut ſe abſtinere à poſſeſſione Maioratus vxoris?

2 Ratio etenim dubitandi maxima eſt. Primò, quia maritus & vxor pro vna perſona reputantur, & ita inuicem vniri, & facti vna caro per indiuiduum matrimonij Sacramentum, vt licet ſint duæ perſonæ, iudicentur tamen eſſe in carne vna, *Geneſ. cap.3. l.1. ff. de ritu nupt.* ibi: *Coniunctio maris, & fœmina, & conſortium omnis vitæ, Diuini & humani iuris communicatio.* D. Matthæus *cap.19 cap. fraternitatis 35. quæſt.10. cap.1. cum ſequentibus, 27. quæſt.2. cap.1. de coniug. lepreſor.* Concil. Trident. *ſeſſ.24. de Sacram. matrimonij.* Et ſic videtur, quod duo prædicta incompatibilia primogenia, mariti, & vxoris iunguntur apud vnum, contra prohibitionem Inſtitutorum. 3

Secundò, nam vxor per matrimonium, tranſit in familiam mariti: *l. quicumque* 10. *C. de re milit. lib.* 12. 4
vbi notat Bart. *l. penult. §. Iulianus, verſ. Et magis probat, patri ignoſcendum eſſe, qui familiam ſuam maturius in familiam ſponſi producere voluit: l. pronuntiatio* 195. *§. mulier, ff. de verb. ſignif.* vbi ponit Rebuff. exemplum in muliere de familia *Rebuffi*, ſi nupta eſt cum viro de familia *Solatij*, quod efficitur de familia Solatiorum: probat copioſè Tiraquell. *ad l. connub. l.1. gloſ.1. part.1. n.31.* & ad id refert D. Molin. *lib.3. cap.5. n.2.* ex Euripide:

Mulièr egreſſa parentis ædibus,
Non amplius eſt parentum, ſed coniugis.

Fuſarius *de ſubſtit. quæſt.351. n.10.* ergo contra mentem inſtitutoris vniuntur hoc caſu duo incompatibilia primogenia, & non debent in duas diuidi familias.

Tertiò, quia ex cauſa matrimonij contracti inter 5
virum & vxorem, non ſolum vniuntur apud maritum duo eorum incompatibilia primogenia, ratione vnionis perſonarum, & familiæ, ſed etiam bonorum, quæ conſiſtunt in Maioratu à muliere in dotem tradito, & etiam non tradito, ſi poſt contractum matrimonium mulieri obueniat; nam omnia dotalia, & extradotalia, ſiue paraphernalia, atque eorum fructus, & commoditates marito communicantur; & eorum habet legitimam adminiſtrationem, maximè attenta noſtra lege Regia 3. 4. & 5. *tit.9. lib.5. Recopilat.* prout vtrumque probat Gomez *in leg.50. Tauri, num.2. ad fin. & num.30. verſ. Quarto extende, etiamſi bona dotalia conſiſtant in Maioratu, vel in rebus vinculatis, &c.* & *verſ. Hodie tamen.* Palac. Rub. *in rubr. de donat. inter virum & vxorem, §.61. n.10.* Suarez in *l.1. tit. de las ganancias.* Baëza *de Decima Tutoris, c.24. num.15.* Greg. Lop. in *l.17. tit.11. partit.4. gloſ.2. verſ. de iure Regni:* & in *gloſ.6. tit.11. partit.6. gloſ.4. q 4. verſ. in Regno.* Azeued. *in d. l.3.4. & 9. lib.5. Recop. n.22. & 25.* vbi refert Afflict. *deciſ.44 n.1. & 5.* agens de feudo, quod obuênit mulieri poſt contractum matrimonium: Dom. Vela *tom.1. diſſert.1. à n.2 & diſſert.4. à n.13.* idem Azeued. *in n.17. verſ Item & fructus primogenij communicantur.*

Quod fortius videtur procedere, tum ex eo, quod 6
maritus durante vxoris vita poſſidet bona Maioratus, in quo ſucceſſit ipſa vxor, & verè penes eum, & non apud vxorem exiſtit poſſeſſio, *l.1. & 2 ff pro dote, l.1. C. eodem, l. Pomponius, §. in dotem, ff de acquirend. poſſeſſ.* D. Caſtil. *de vſufruct. lib.1. c.4. n.47.*

Tum quia per matrimonium non ſolum tranſit in 7
maritum poſſeſſio bonorum Maioratus vxoris, ſed etiam dominium ad illam pertinens, dum viuit: Nam ſecundùm magis receptam opinionem, poſſeſſor Maioratus per tempus vitæ ſuæ eſt verè dominus, & fructuarius: D. Molin. *lib.1. cap.19. n.4.* vbi Additionat. cum Gutier. 1. *pract. q.17. n.2. & lib.3. q.89. n.7.* Barboſ. in *l. diuortio, part.1. n.6. ff. ſoluto matrim.* Giurba *deciſ.69. à n.37.* D. Caſtil. *lib.1. cap.5. n.3.* Ergo conſtante 8
matrimonio, maritus eſt etiam Dominus. Patet conſequens, quia non ſolum habet dominium in rebus dotalibus æſtimatis, ſed etiam in non æſtimatis, *l. dotale 13. verſ. dotale, ff. de fundo dotali: l. ſi prædium 23. C. de iure dot. l. doce ancillam, C. de rei vindic. Inſtitut. quib. alien. licet, vel non: in principio,* vbi Pichard. *n.10. gloſ. verb. naturali: in l. in rebus, C. de iure dot.* D. Caſtil. *de vſufruct. c.4. n.9.* D. Vela *tom.1. diſſert.1. n.3.*

Sequitur

9 Sequitur ergo argumentum ab vnitis, ex *leg. quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt*, 43. *ff. de rei vindicat.* & aliis relatis à Dom. Vela *tom. 1. diſſertat. 4. n. 12.* quod ſicut maritus contraueniret, ſi habens vnum primogenium cum prohibitione poſſidendi aliud, in alio etiam ſuccederet, ne illud cum alio coniungatur; ita eodem modo contraueniret ſi aliud primogenium poſſideat, licèt ex perſona & nomine ſuæ vxoris ex cauſa matrimonij cum ea contracti poſſideat.

10 Quartò & vltimò, quia in Indiorum Commendis, quarum pluralitas eſt incompatibilis apud vnum; nam prohibitus eſt concurſus duarum in vno & eodem poſſeſſore: adeò vt expreſsè prouiſum ſit, quòd ſi vxor habeat vnam Commendam, maritus non poſſit habere, nec retinere aliam ex ſuo capite; & quando vir, qui vnam Indorum Commendam habebat, contrahit matrimonium cum muliere habente alteram, eligere debet vnam earum, & aliam dimittere, non alia ex cauſa & ratione, niſi quia ſunt incompatibiles, *tom. 2. de las Reales Cedulas, y Prouiſiones, de las Indias, fol.* 203. ibi: *No quiſiere, ò no pudiere ſuceder por entrar en alguna Religion, o por tener otros Indios, ò por ſer caſado con muger que los tenga*: conſtat ex Schedula edita *anno* 1542. *&* 1552. & alia, *anno* 582. *fol.* 204. quas & alias ad id refert Dom. Solorzan. *de Indiar. iure & Gubernat. tom. 2. lib. 2. cap. 5. num. 79. & cap. 18. num. 1. & in ſua Politica, libro 3. cap. 20. in princ.* Ergo idem tenendum eſt in caſu, quo incompatibilia ſunt primogenia ex diſpoſitione hominis.

11 His tamen non obſtantibus, maritus, licèt ſit grauatus ſub dicta conditione, non contraueniet, ſi vnũ iure proprio, & aliud ex capite vxoris habeat primogenium, valent enim ambo concurrere hac ratione abſque contrauentione; quia hæc conditio, atque prohibitio concurſus alterius cum altero Maioratu, intelligi debet de concurſu per ſucceſſionem, iure proprio; non autem quando concurrit alter eorum per titulum adminiſtrandi ac fruendi alieno, & non proprio ac ſucceſſorio nomine. Quod probatur ex *l. 7. titul. 7. lib. 5. Recopilat.* vbi vidimus quod duo primogenia aliàs incompatibilia, vnum ex parte viri, alterum ex parte vxoris, licet iungantur apud maritum, & ab eo poſſideantur per viam matrimonij, non iudicantur incompatibilia vſque ad caſum ſucceſſionis poſt mortem coniugum: quod quidem lex diſſoluit, quia præſumpſit quod id vellent Inſtitutores, qui prohibuerunt concurſum, ſi de eo interrogati fuiſſent, & quod duo primogenia per viam matrimonij vnita non cenſerentur incompatibilia.

12 Ideò nos dicere debemus, quod hæc prohibitio ex diſpoſitione hominis, accipienda eſt de concurſu per viam ſucceſſionis in alio Maioratu iure proprio, & non per cauſam matrimonij iure mariti.

13 Idcirco reſpondemus, quod non obſtant de contrario adducta pro ratione dubitandi, dum in ſumma diximus, quod maritus & vxor ex cauſa matrimonij vniuntur, non ſolum quoad perſonas, ſed etiam quoad familias, & quoad bona. Nam quoad vnionem perſonarum reſpondemus, quod in *cap. 3. Geneſis, & cap. 19. D. Matthæi*, & in Concil. Trident. *ſeſſ. 24. in princ.* non negatur quin maritus & vxor realiter ſint duo, & quod ibi dicitur, intelligi debet de conſummatione matrimonij per copulam quâ vniuntur, & ſunt duo in carne vna, ibi, *quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.*

14 Et licet ſecundum prædicta iura diuina, & ex *l. 1. de ritu nuptiar.* per matrimonium, maritus & vxor vniantur etiam quoad communicationem Diuini atque humani iuris, non tamen communicantur quoad ſucceſſiones: nam in ſucceſſionibus ſunt diuiſi, & quilibet ſibi acquirit diſtinctè, & de per ſe id, in quo ſuccedit, abſque vlla proprietatis communicatione, ſeu participatione; quia in ſocietate coniugali, quæ cenſetur contracta virtute Sacramenti matrimonij, non venit communicanda ſucceſſio hæreditatis legati, fideicommiſſi, nec donationis: *leg. nec adiecit*: cum tribus ſequentibus: *l. duo, § fin. ff pro ſocio*: *l. 3. tit. 9 lib. 5. Recopilat.* ibi: *Si el marido alguna coſa ganare de herencia de padre, ò madre, ò de otro propinquo, ò donadio de Señor, ò de pariente, ò amigo, o en la hueſte del Rey, ò de otro que vaya por ſu ſoldada ayalo todo quanto ganare por ſuyo*, & ibi: *Eſſo que dicho es de ſuſo de las ganancias de los maridos eſſo miſmo ſea de las mugeres.* Et ſic patet quod primogenium ex parte vxoris, & eius ſucceſſio non communicantur viro; ſolum enim communicantur fructus, atque commoditates, vt *infrà* demonſtrabimus.

15 Et tandem dicimus, quod dicta vnio quæ fit per matrimonium, non eſt abſolutè phyſica & legalis inter coniuges, ſed tantum phyſica in effectu, id eſt in commixtione carnis, hoc eſt ſeminis, & vnio moralis in effectu, & per pactum, ſiue vnio ſpiritualis & moralis per Sacramentum; quia aliàs phyſicè & legaliter ſunt duo, maritus, & vxor.

16 Hinc dicitur, quod patrimonium mariti non prodeſt, nec nocet vxori; nec bona dotalia, ſiue extradotalia vxoris non proſunt, nec nocent marito ad prægrauanda, vel ſubleuanda onera municipalia, & alia. Exemplum pones, quando aliquis grauatur ad ſubeundum aliquod munus municipale, ſi in bonis habeat ſummam illam taxatam à lege, vel ſtatuto, non tenetur maritus ſubire illud munus, ſi ex bonis propriis, quæ faciunt proprium patrimonium, non habeat illam quantitatem, licet in bonis dotalibus habeat & amplius, *l. Lucius* 21. *§. idem reſpondit, ff. ad municipalem*: Iaſ. *in l. ſcieadum, §. ſi fundus, num. 2. ff qui ſatiſd. cogant.* Alberic. *de ſtatut. quæſt. 109. num. fin.*

17 Vnde tenet Dom. Caſtill. *de vſufruct. lib. 1. cap. 4. num. 51.* ad explicationem *leg. 11. 12. & 13. titul. 1. lib. 6. Recop.* quod dotalia bona æſtimata vel inæſtimata non computantur in ſumma mille ducatorum, quam dictæ leges requirunt ad hoc, vt aliquis teneatur ſubire munus armatæ militiæ militum, (Hiſpanè dicimus, *de Caualleros de quantia*) quia non ſunt bona propria patrimonij viri, ſed vxoris.

18 Aliud præterea poteſt figurari exemplum in vxore, quæ eget alimentis, aut litis expenſis: quia diuitiæ, vel magnum patrimonium mariti non prodeſt, nec nocet vxori pauperi, quin conſequi valeat alimenta, aut litis expenſas: Gratian. *tom. 1. cap. 55. n. 51.* Dom. Caſtil. *lib. 3. cap. 17. à n. 15.*

19 Quoad vnionem familiæ reſpondemus, quod quando dicitur quod vxor efficitur de familia mariti, intelligitur de familia comprehendente omnes illos, qui in ſeruitio vel poteſtate noſtra ſunt: *l. pronuntiatio. 195. §. iure proprio, ff. de verb. ſignif.* familiam dicimus plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut naturâ, aut iure ſubiectæ, & de illis loquitur textus de contrario allegatus in *l. quicumque, Cod. de re militari*: *lib. 12.* idque euidenter demonſtrat, ad explicationem dicti textus, Rebuff. in *l. deteſtatio, § familia, ff. de verb. ſignificat.*

20 Non autem vxor efficitur de familia viri, id eſt de progenie nobili, vel ignobili agnatione, ſeu de domo mariti & propinquorum, qui portant nomen & arma, ſeu agnationem paternam; tunc enim nomen

Digitized by Google

familia accipitur pro agnatione, domo, ſeu progenie qualificata: *dict. l. pronunciatio, §. communi iure*, Gloſ. *verb. Communi iure, ff de verb. ſign.* vt Bart. & Rebuff. *verſ. Si verò diſpoſitio reſpiceret nobilitatem aut aliam qualitatem*: Peregrin. *de fideicom. art.* 12. *n.* 83. Gratian. *tom.* 2. *cap.* 118 *n.* 15. 17. & 22. Fuſarius *quæſt.* 351. ferè *per totam*: nam vxor, ſiue fœmina, familiæ propriæ caput & finis eſt.

21 Præterea, quoad vnionem bonorum, etiam dicimus quod non procedit: quia reuera maritus non eſt dominus bonorum dotalium, nec extra dotalium; ſed ſolum habet dominium emolumenti: & ſic non eſt ſimpliciter dominus; ſed tantum quoad promiſcuum vſum: Alberic. *de Statutis, quæſt.* 109 *num.* 4. & ſic quoad fructus & emolumenta bonorum: ſiquidem talia bona non tradita ſunt marito, vt dominium quoad omnes effectus tranſeat in eum, ſed tantum quo ad ius adminiſtrandi & lucrandi fructus conſtante matrimonio, *l. dotis* 8 *in princ. l. quamuis* 78. *in fin. ff. de iure dot.* latè Barboſa in *l. dotalem* 62. *num.* 3. 8. & 9. *ff. ſolut. matrim.* Fontanella *de pactis nuptialib. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſ.* 1. *part.* 1. *num.* 15. 16. 19. 22. 23. 24. 32. & 33.

22 Nos tandem turbare non debet, quod diximus de Indorum Commendis, ex Dom. Solorzano *tom.* 2. *c.* 5. *à num.* 79. & *cap.* 18. *n.* 1. & *in Politica, lib.* 3. *cap.* 20. *in principio*, vbi ex eo quod incompatibiles ſunt duæ Commendæ Indorum apud vnum, ſi vxor habeat aliam, debet maritus dimittere vnam ex duabus, propriam ſcilicet, vel vxoriam, neque vtramque retinere poteſt vnam iure proprio, & alteram ex capite vxoris. Quia reſpondeo, quod hoc eſt ſpecialiter prouiſum à Rege, vel lege, in illis Commendis, quæ magis beneficiis Eccleſiaſticis, & feudis, quàm Maioratibus æquiparantur, Dom. Solorzan. *dict. cap.* 5. *num* 8. & *cap.* 16. *n.* 92. & *aliis ſeqq.* ex quibus reſoluitur propoſita quæſtio.

23 Sed an idem, quod reſoluimus in caſu, quo ex cauſa matrimonij iunguntur duo primogenia incompatibilia ex diſpoſitione hominis, vnum ex parte viri, alterum vxoris; reſolui debeat in caſu, quo iunguntur ex cauſa patriæ poteſtatis, ſi eueniat, quod paterfamilias habeat primogenium incompatibile cum alio, in quo eius filius in poteſtate patria conſtitutus ſucceſſerit; adeo vt apud patremfamilias vtrumque concurrat primogenium?

24 Ratio dubitandi ea eſt: nam ſecundum effectum naturalem vnionis inter patrem & filium, pro vna perſona reputantur; *l. fin. C. de impuber. & aliis ſubſt.* Paſchalis *de virib. patriæ poteſt.* 4. *part. cap.* 1. *per totum*, Alberic. *de ſtatut. quæſt.* 71. *n.* 1. & *quæſt.* 109. Maſcard. *concl.* 1151. *per totam*, D. Caſtil. *lib.* 1. *cap.* 40. *n.* 22. & *cap.* 163. *n.* 9. Surd. *conſil.* 327. *n.* 12. ex pluribus relatis à Giurba *de ſucceſſ. feud. cap.* 118. §. 2. *gloſ.* 1. *num.* 11.

25 Ergo idem eſt, ac ſi apud vnum eorum concurrant duo ita per diſpoſitionem hominis incompatibilia primogenia.

26 Secundò, nam tanta eſt coniunctio inter patremfamilias & filium, vt vnicum videantur habere patrimonium, & bonorum dominium; ſiquidem per obitum patris, filius non acquirit nouum nec aliud diſtinctum, ſed idem quod prius habebat continuatur, *l. in ſuis, ff. de liberis & poſthum.*

27 Et hæc dominij continuatio de patre in filium, non ſolum procedit in bonis liberis, ſeu allodialibus, ſed etiam in grauatis atque feudalibus, abſque noua inueſtitura, Bald. *in leg. cum antiquioribus, num.* 1. *Cod. de iure deliber.* Iaſon in *l. quoties, num.* 32. *Cod. de rei vind.* & Coſta *in memorabilibus, verb. feudum viuo etiam patre*: quos refert Paſchalis *vbi ſup. num.* 10. Ergo idem tenendum quoad bona Maioratus.

Denique & fortior proponitur ratio dubitandi: quia quod pater habet, & filius cenſetur habere: *leg. cum ſcimus, §. fin. C. de agricol. & cenſit. lib* 11. Maſcard. *concl.* 1151. *n.* 2. 28
Et inter patrem & filium eſt promiſcua poſſeſſio bonorum, & quod ab vno poſſidetur, cenſetur ab alio poſſideri: Bald. in *l.* 2. *in fin. C. de legitim. hæred.* Paſchal. *vbi ſuprà, n.* 1. Et ſic paterfamilias non ſolum poſſidet bona primogenij in quo ipſe ſucceſſit, ſed etiam illud in quo ſucceſſit filius eius, & ſimul cum poſſeſſione, & legitima adminiſtratione, quæ patri competit, habet vſumfructum, & omnes commoditates, non aliter quam ex aliis bonis filiorum aduentitiis. Ita reſoluit D. Molin. *lib.* 1. *cap.* 19 *à n.* 18. per *legem, cum oportet, C. de bonis quæ liber.* Mieres *part.* 4. *quæſt* 30. *à n* 3. D. D Ioan. à Caſtil. *de vſufruct. cap.* 3. Dom. D Ioan. à Solorzano *de Indiarum Gubernat. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 2. vbi quamplurimos alios refert. 29

Sed nihilominus, idem, quod in ſuperiori caſu reſoluas: Ideoque dicendum eſt, quod inſtitutor non ſenſit de vnione ſeu concurſu, qui obuenit quando pater habet vnum primogenium ex iure proprio per titulum ſucceſſionis, & aliud ex capite ſui filiifamilias, tanquam protector, ſeu procurator, atque legitimus eius adminiſtrator per titulum protectionis; ſed tantum quando vtrumque concurrit & retinetur titulo atque iure ſucceſſionis. Et licèt hanc quæſtionem non diſcutiat, ita eam reſoluit Didacus Rodriguez de Aluarado *de coniecturata mente defunct. lib.* 2. *cap.* 1. §. 1. *n.* 39. & 40. Vbi dicit, quod licèt quis maioriam inſtituat ea conditione, vt poſſeſſor aliam maioriam habere non poſſit, poterit tamen habere aliam, ſiue ſecundam tanquam tutor, vel pater ſui filij adminiſtrator: argumento *l.* 4. *tit.* 16. *part.* 1. Ibi enim dicitur quod quis poteſt habere duo beneficia incompatibilia, quando vnum eorum in titulum, aliud vero in Commendam ſibi datum fuit, *cap. dudum* 54. *prope fin. extr. de elect.* ibi: *Cum nullus potuerit plures parochiales Eccleſias obtinere, niſi vna penderet ex altera, vel vnam intitulatam, & alteram commendatam haberet: vnde cum idem vtramque intitulatam illarum haberet, ipſas nequiuit Canonicè habuiſſe.* Idem deciditur in *cap. qui plures*, 21. *quæſt.* 1. vbi titulatus in vna Eccleſia, alteram ſibi Commendatam poteſt habere; dum dicitur: *Qui plures Eccleſias retinet, vnam quidem titulatam, aliam verò ſub Commendatione retinere debet.* Et Gloſſa *verb. ſub Commendatione*, aduertit, quòd qui habet Eccleſiam ſub tali Commendatione, non eſt Prælatus illius Eccleſiæ, ſed potius procurator: *cap. obitum, in fin.* 61. *diſtinct.* 30

Et hanc noſtram ſententiam, & Didaci Rodriguez Aluaradi, confirmant ea quæ latè tradit Dom. D. Ioan. de Solorzano, *dict. lib.* 2. *cap.* 15. & *in cap.* 19. *n.* 46. vbi tenet, quod Commendas plures non dicitur habere pater quando filius ſuccedit in ea, quam ipſe pater ob incompatibilitatem relinquit. 31

Itaque iam non obſtant rationes dubitandi. Quia ad primam reſpondetur, quod pater & filius pro vnica perſona reputantur, non propriè, ſed quadam fictione iuris: ſic enim notant Scribentes in *d. l. fin. C. de impub. & aliis ſubſt.* in illis verbis: *Pater & filius eadem eſſe perſona penè intelliguntur.* Maximè Alberic. in *d. l. fin. num.* 2. dum dicit, *Sed licet iuris fictione prædicta ſint vera, tamen ſecundum rei veritatem, ſunt duæ diuerſæ perſonæ: & in his, quæ facti ſunt, pro diuerſis reputantur: vt dicto cap. contra dicimus, §. hac authoritate,* 35. *quæſt.* 3. & *de Conſecratione diſtinctione* 4. *cap. Si quidquid. Item quoad ius* 32

publicum

Digitized by Google

publicum ſunt diuerſa perſonæ: vt ff. ad Trebellian. leg. nam quod &c.

33 Verè igitur Magiſter noſter Bart. in *l. ſi dubitetur, §. vltim. in principio, ff de fideiuſſorib.* docuit, quod ad quid, & non quoad omnia, pater & filius ceoſentur vna eademque perſona. Maſcardus *de probationibus, vol. 3. concl. 1151. n. 19.*

34 Ideò in hoc caſu cenſentur pater & filius vna eademque perſona, quoad adquiſitionem vſusfructus Maioratus, quem pater adquirit ratione patriæ poteſtatis, & non quoad alia: Dom. D. Ioan. à Caſtill. *de vſufructu, lib. 1. cap 63. n. 9.*

35 Ad ſecundum, vbi diximus, quod vnum & idem eſt dominium inter patrem & filium, etiam durante vita patris: Reſponderi poteſt, quod procedit quoad bona paterna: nam quoad bona aduentitia pater non habet dominium, ſed filius, & pater ſolam adminiſtrationem, & vſumfructum eorum, *l. 1. in princip. Cod. de bonis maternis: l. cum oportet, & l. fin. C. de bonis quæ liber. §. 1. Inſtit. per quas perſonas nob. acquirit. l. 5. tit. 17. partit. 7.* Dom. Molin. *lib. 1. cap. 19. n. 19.* Dom. Caſtillo *de vſufructu, lib. 1. cap. 5. num. 2. & 6.* Philip Paſchal *de viribus patriæ poteſtat. part. 1. cap. 3. à num. 31.* Dom Vela *tom. 1. differt. 7 n. 33.*

36 Tandem ad Tertium, de promiſcua poſſeſſione inter patrem & filium; & quod vnus poſſidet, alter quoque habere videtur: Dicas, quod non procedit in aduentitiis: & ſic quoad primogenium ex parte matris, vel aliorum, in quo ſucceſſerit filius, quidquid poſſidet pater, poſſidet nomine filij ſolum tanquam legitimus adminiſtrator, & ad percipiendos ſibi fructus, & non iure nec titulo ſucceſſionis, neque ad alios effectus: *l. 1. §. parentes, C. de bonis maternis: l. fin. §. vbi autem in vnum, C. de bonis, quæ liber.*

Ex quibus, iam duabus hiſce quæſtionibus in *hoc*
37 *cap.* exciratis finem imponimus ad honorem Dei, ac Deiparæ Virginis Immaculatæ.

CAPVT IV.

Vtrùm prohibitio concurſus Maioratuum ex diſpoſitione hominis, extendatur ad Dignitates, & inducat incompatibilitatem cum Ducatu, Comitatu, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas Ducatus, aut Marchionatus, vel Comitatus, vtrum concurrere poſſit cum Maioratu; quando prohibitus eſt per diſpoſitionem hominis concurſus de vno cum alio Maioratu.*

Referuntur Doctores qui hanc quæſtionem mouent, num. 2. 3. 4. 5. atque 6.

7 *Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, eſt quædam dignitas ratione muneris, & Officij præeminentis: & quid ſit Dux, & vnde dicatur, & num. 8.*

9 *Marchionis nomen vnde deriuetur: & quid ſit Marchionatus dignitas, ſeu officium, & num. 10.*

11 *Comitis nomen vnde dicitur, & quæ ſit eius officium, ſeu dignitas, latè declaratur, & numero 12. & 13.*

14 *Dignitas, ſeu munus, aut officium Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, non eſt primogenium, cum aliter definiatur, quam talis dignitas; ideo prohibitus concurſus de vno cum alio Maioratu, non cenſetur prohibitus concurſus cum dignitate, & n. 15.*

16 *Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, ſunt propriè Dignitates Regales: Primogenium autem non eſt talis Dignitas, nec ex ſua natura habet aliquid dignitatis, & n. 17. & 18.*

19 *Dignitas Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, ſi ſimpliciter à Principe concedatur, non cenſetur conceſſa in perpetuum, nec iure primogenituræ, & n. 20.*

21 *Dignitas Cardinalatus non eſt incompatibilis cum Epiſcopatu, iuxta quorundam ſententiam. Sed vid. infrà n. 26.*

22 *Dignitas Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, eſt tranſitoria ad heredes iure perpetuo Maioratus, maximè quando conceditur cum aliquo Oppido, vel Caſtro.*

23 *Ratio prohibitionis concurſus de vno cum alio Maioratu, militat etiam in concurſu Maioratus cum dignitate Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, & n. 24.*

25 *Prohibitio concurſus duorum Maioratuum ex diſpoſitione* legis 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat. *habet locum in concurſu Maioratus cum dignitate Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus.*

26 *Dignitas Cardinalatus cum Epiſcopatu, vel aliis beneficiis curam animarum habentibus, quod ſit incompatibilis, eſt verior opinio.*

27 *Prohibitio concurſus de vno cum alio Maioratu, habet locum quando Maioratus concurrit cum dignitate Ducatus, &c. conceſſa iure primogenituræ, vel quod in ea ſuccedatur iure Maioratus; aliter ſecus. Cum qua diſtinctione componuntur opiniones Doctorum, & n. 28.*

29 L. 6. tit. 16. part. 4. & l. 12. tit 2. part. 2. *concordantur, & earum concordia probat diſtinctionem ſupra relatam in quæſtione, an prohibitio concurſus de vno cum alio Maioratu habeat locum, ſi concurrat Maioratus cum Dignitate; & num. 30. & 31.*

32 *Dignitas Baroniæ, licèt inferior, æquiparatur dignitati Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus: & idem ius, eademque diſtinctio circa eam obſeruari debet, & n. 33.*

ARGVMENTVM.

An prohibito ex diſpoſitione hominis concurſu vnius cum altero Maioratu, ex eo cenſeatur prohibitus concurſus cum dignitate Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus? Et quid de Baronia?

AD hanc quartam Partem de Incompatibilitate 1
Iuris Gentium per diſpoſitionem hominis, pertinet etiam illa quæſtio: Quid ſi aliquis inſtituat Maioriam ſub ea conditione, & grauamine, ne ſucceſſor poſſit aliam habere ſimul, nonne abſque contrauentione valeat etiam habere dignitatem Ducatus, aut Comitatus, vel Marchionatus, & vtramque retinere? Siue an prohibitio dicti concurſus de vno primogenio cum alio, debeat intelligi de tali magna Dignitate, ſicut de alio primogenio.

Inter Scriptores quidem, ſiue Doctores, quos 2
ego legerim, nullos inueni, qui hanc quæſtionem in terminis tractent, præter Didac Rodrig. de Aluarad. *de coniecturat. ment. defunct. lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 39.* Dom. D. Ioan. Baptiſt. Valenç. Velaſq. Epiſcop Sal-

mantic. *conſil. 69. num.31.* Balthaſ. Thomaſ. *variar. tractat.9. de Maiorat titul.24. de fin. excluſione, & priuatione, cap. 6. conditione non parens priuatur, num. 23.*

3 Sed cum hæc quæſtio non minus grauis, atque difficilis ſit, quàm quælibet alia de materia Incompatibilitatis, miror equidem, quod abſque diſputatione præcitati Doctores, illotis manibus, eam pro parte affirmatiua breuiter reſoluant. Nam Didacus Rodrig. de Aluarad. hoc tantum profert: *Præterea infertur, quod licet quis Maioratum inſtituat ea conditione, vt poſſeſſor aliam maioriam habere non poſſit; ſi concurrat cum magna Dignitate, Ducatus, ſcilicet, vel Comitatus, vtramque retinere poſſe videtur; ex his quæ tradit Gregor. Lopez in l.3. titul.19 part.1. verbo, vaca el primero.*

4 Dom. Valenç. Velaſq. ita ſic: *Pro quo facit reſolutio Aluaradi lib.2. de coniectur. ment. defunct. cap.2. §.1. num.39. quod licet quis Maioratum inſtituat ea conditione, vt poſſeſſor aliam maioriam habere non poſſit, ſi vna ſit cum magna dignitate Ducatus, aut Comitatus, vtramque retinere poteſt, ex Gregor. Lopez in l.3. titul.19. partit.1. gloſ.10.* vbi ait: *Quod ſi Epiſcopus promoueatur in Cardinalem, non amittit ipſo iure Epiſcopatum, ſed retinet illum: ſicut quando ad inuicem coniunguntur duo Officia, quia vtrumque retinet iura ſua, vt poſt DD. in cap.1. ne Sede vacante, vt in l.1. ff. de legat.1. Bart. in l. ſi conuenerit, §. nuda, ff. de pign. action. tradit Ioan. Baptiſt. Ferret. conſil.242. num.13. tom.2. Dom. Solorzan. de iur. Indiar. tom.1. lib.2. c.21. num.11.*

5 Denique Balthaſ. Thomaſ *in dict. tract.9. de maior. titul.24. cap.6 n 23.* Sequitur eos, quos allegat, & ad literam refert Rodriguez de Aluarad.

6 Ideoque ex profeſſo quæſtionem hanc examinare vtile erit, arguendo pro vtraque parte. Pro Affirmatiua igitur quam ſupra relati DD. ſequuntur, in-
7 uehunt ſequentia. In primis, quia Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, eſt quoddam munus ſeu officium honorificum, ſeu quædam Dignitas ratione muneris ſeu officij præeminentis: quod probatur ex *l.11. titul 1. partit.2.* vbi Dux dicitur ille, cuius officium eſt, exercitum ducere ſeu dirigere, & in pugna præire, ibi: *Y Duque tanto quiere dezir como Cabdillo, Guiador de gueſte, que tomo eſte oficio antiguamente de mano del Emperador, y por eſte oficio, que era mucho honrado heredaron los Emperadores a los que los tenian, de grandes tierras, que ſon aora llamados Ducados.*

8 De cuius Dignitate atque officio videndus eſt Salazar de Mendoza *in tract. del origen de las Dignidades Seglares de Caſtilla, lib.3. cap.15.*

9 Et Marchio dicitur à *Marchia*, id eſt Terra quæ ſit in confinibus alicuius regni, ſeu *Comarca*, vbi exercebat ſuum officium iuſtitiæ, *d.l.11.* ibi: *Y Marques tanto quiere dezir como Señor de alguna Tierra, que eſta en Comarca de Reinos.* Salazar de Mendoza *vbi ſup. lib.3. cap.14.* ibi: *Otros deducen la palabra*, Marchia, *que es lo miſmo que Tierra que eſta en frontero, como la Marchia de Ancona en Italia: y de aqui ſe dixo Marquio el Marques. Eſto tuuo la Gloſſ y Andres del Yſernia, Baldo, Iacome Albaroto, Preteyo, y otros muchos con quien concuerda la ley de la Partida.* At in ea Dom. Gregor. *verb. Y Marques.* Et D. Thomas *in opuſculo de regimine Principis, lib.3. cap.21.* ita refert: *Dicitur enim Marchio à Marchia, quod eſt ſingulare diuinum pondus, per quod ſignificatur directa & rigida iuſtitia: & hoc apparet, quia communiter iſta dignitas reperitur in locis montuoſis, vel prouinciis laſciuis, quorum vtrumque genus rigore iuſtitia conſeruatur.*

Attamen Salazar de Mendoza *vbi ſuprà dict. lib.3. cap.14.* refert opinionem aliorum, dum dicit: *Marques importa lo miſmo que* March-Graph, *diccion Tudeſca, que quiere dezir Capitan de Frontera, compueſta de* March, *que ſignifica limite, o termino; y de* graph, *que es Iuez, Gouernador, ò Capitan: deſte parecer fueron Iacome Cujacio, y Pedro Daſſy-Podio en ſu Dicionario Germanico.* 10

Comes denique deriuatur à comitando; quia eius officium erat continuo aſſiſtere tanquam Comes perſonæ egregiæ, Regis ſcilicet, vel Imperatoris: *d.l.11. tit.1. partit.2.* ibi: *Y Conde, tanto quiere dezir como compañero, que acompaña cotidianamente a el Emperador ò a el Rey; haziendole ſeruicio ſeñalado. Y algunos Condes auia à que llamauan* Palatinos, *que mueſtra tanto como Condes de Palacio, porque en aquel lugar los acompañauan, y les hazian ſeruicio continuamente, y los heredamientos que fueron dados a eſtos Officiales, ſon llamados Condados.* 11

Salazar autem *in ſuo tractatu del origen de las dignidades Seglares, lib.3 cap.5.* ita dicit: *La dicion Latina,* Comes, *quiere dezir Compañero, con deſigualdad, a diferencia de la palabra,* Socius, *y* Sodalis, *que ſon compañeros iguales. Otros lo toman en paſiua, y quieren, que* Comes, *ſea el, que es acompañado de muchos: Lucas de Penna la deduce del verbo Latino,* Como, is: *que ſignifica adornar, porque los Emperadores, y Reyes, ſe honrauan, y adornauan con los Condes, por eſto ſe llamaron* Comitia, *las Cortes, Congregaciones, y Iuntas, porque ſe hallauan en ellos muchos Condes,* in Comitatu ſacro, *lugar en que ſe hallaua el Emperador: el oficio de los Condes,* Comitum, *ſus liberalidades,* Comitatenſes, *como lo prueua Pardulpho Prateyo en ſu Dictionario: Sant. Thom. ſi es ſuyo el tratado de Regimine Principum, que* Comes, *ò* Comites, *ſe dixeron à* Commeando, *verbo Latino, que es ir, ò conuenir, porque guiaua y regia el pueblo. Deducenlo tambien de* Κομίζω, *verbo Griego, que es procurar, anteponer, ò transferir: y aſſi, Conde, dira perſona que procura el bien publico, y lo antepone a el ſuyo particular. La primera etymologia es conforme a el derecho de el Codigo Theodoſiano, y de las leyes de la partida, 2. tit.1. que llaman Condes, a los que acompañauan a los Emperadores y Reyes, y aſſi la ſiguen muchos Authores, &c.* 12

Et in *cap.6.* ita dicit Salazar: *Los Reyes de Aſturias, Ouiedo, y Leon, a exemplo de los Godos ſus legitimos Anteceſſores, tambien ſe ſiruieron en ſu Caſa y Corte de Condes, con tanta authoridad, que no determinauan coſa de importancia ſin ſu conſejo, y parecer: ellos elegian los Reyes: caſauan con ſus hijas, y los Reyes con las ſuyas; gouernauan las Prouincias y Ciudades; armauan Caualleros, criauan Eſcriuanos y Notarios; legitimauan baſtardos, y tuuieron en todo tanta mano, que algunas vezes aſpiraron a la Corona, &c.* 13

Sed horum munus, ſeu officium, aut dignitas non eſt primogenium: Quia primogenium eſt, *ius prioris ætatis honorificum & vtile, competens filio, qui primus eſt in ordine naſcendi.* Dom. Molin. *lib.1. cap.1. n.5.* Mar. Giurb. *de ſucceſſ. feudor. cap.118. §.2. gloſ.8. n.2.* Micr. *de maior. in initio, n.4.* vbi ita definit: *Maioratus eſt quoddam vinculum perpetuum relictum à patre, vel matre, vel ab alio extraneo, onere adiecto quod bona titulo Maioratus relicta, indiuiſibilia & inalienabilia ſint, & vt ad maiores natu deueniat, & vt tandem bona vinculata perueniant ad ſucceſſorem in infinitum.* 14

At officium, & Dignitas, eſt quidquid à Principe iniungitur: *l nemo, in fine. C. de dignit. lib* 10. D. Molin. *lib.1. cap.13 n 5.* vbi quod Dignitates à ſolo Principe, ſeu ab eo poteſtatem habente creari, ac obtineri poſ- 15

ſunt:

ſunt:*l.*1. cum ſimilibus.*ff ad l.Iul.de ambit.*ſiue dicas, quod Dignitas nihil aliud eſt quàm authoritas alicuius honeſta, cultu & verecundia & honore digna: Lucas de Penna *in l.obſiſtere,C.de anu.& tribut.lib.*10 Cicer.*lib.2.Rhetorica.*Ojeda *de incompatib.beneficior.*
15 *p.*2. *c.*10 *n.*13. Ergo ex prohibitione concurſus vnius cum alio quocumque Maioratu, per diſpoſitionem hominis,non eſt incompatibile primogenium cum dignitate Comitatus, Ducatus,& Marchionatus, &c.

16 Rurſus ſecundò confirmatur. Nam in nullo ſymbolizantur,neque conueniunt primogenium cum dignitate Ducatus, vel Comitatus, & Marchionatus, etiam ratione dignitatis: quia Ducatus, Marchionatus, & Comitatus ſunt propriè dignitates Regales: *c.*1.*de feud.Marchia.d.l.*11.*tit.*1. *p.*2. Mier *p.*1.*q.*1.*n.*11.
17 Sed Primogenium non eſt talis Dignitas; imò neque ex ſua propria natura habet aliquid dignitatis, niſi eam capiat ex Ducatu, Marchionatu, vel Comitatu, quando conceditur iure Maioratus, & vnita eſt talis dignitas cum iure primogenituræ: D.Molin.*lib.*1. *cap.*13.*n.*4. *vſque ad n.*6. Mier.*part.*1.*q* 1 *n.*10.Barboſ. in *l.cum Prætor*, §. *fin. ff de iudic. ex n* 175. D.D.Ioan. del Caſtill.*lib.*5.*cap.*147 *num.*8. Mar.Giurb. *de ſucceſ.*
18 *feud.cap.*118.§.2.*gloſ.*8 *n.*7. Ergo talis prohibitio concurſus de vno cum alio quocumque Maioratu, non debet intelligi de Maioratu cum dignitate Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, & Vice-Comitatus.

19 Tertiò in dignitate Ducatus Marchionatus, &c. non ſucceditur, nec in perpetuum, nec iure primogenituræ, prout in Maioratu; nam ſi ea dignitas à Principe ſimpliciter concedatur, talis dignitatis conceſſio non ad hæredes, nec ad filium ipſum maiorem eſt tranſitoria,ſed morte donatarij expirat: *cap.*1. *de feud.March.l.*6. *in fin.tit.*16. *partit* 4. Roder.Xuar.*in l.quoniam in prioribus,limitat.*11.*dub.*1.D Molin *lib.*1. *c.*11.*n.*12. D. D Ioan. del Caſtil.*lib.*5. *c.*159 *n.*5. Ergo
20 cum talis Dignitas nō ſit Maioratus, nec in ea ſuccedatur iure Maioriæ,ſequitur quod non eſt incompatibilis cum Maioratu; nec prohibitio concurſus cum alio Maioratu, afficit illas Dignitates.

21 Quartò & vltimò confirmatur ex argumento, in quo videtur appoſita per Didac. Rodrig. de Aluarad. & D Valenç.Velaſq. tota vis huiuſce opinionis,dum ſe referunt ad ea quæ dixit D.Greg Lop. *in dict.l.*3. *tit.*16.*partit.*1.*gloſ.pen. verb.vaca el primero*, *verſic. Item an diſpoſitio*: vbi videtur tenere quod dignitas Cardinalatus, non eſt incompatibilis cum Epiſcopatu,quamuis ex diſpoſitione *cap.de multa*, *de præbendis*, duo, apud vnum, beneficia Eccleſiaſticā incompatibilia ſint; ita enim dicit: *Item an diſpoſitio d. cap. de multa: procedat in Epiſcopatibus, Cardinalatibus, & ſimilibus? vide Abbatem in cap. bona, el* 1. *tertio notabili, de poſtulatione Prælator. vbi dicit quod plerique conſuluerunt, quod cap. de multa,non habet locum in Epiſcopatibus & Cardinalatibus; & quod nouiſſimis temporibus ſeruatum eſt, quod Epiſcopus promotus in Cardinalem, non perdit ipſo iure Epiſcopatum; imò retinet illum titulum,vt priùs,niſi Papa aliter diſponat.*

22 Sed contrarium non caret ſuis non minùs firmis, ac validis fundamentis: 1. Quia verior & receptior opinio eſt quod dignitas Ducatus,Marchionatus, vel Comitatus ſit tranſitoria ad hæredes iure perpetuo Maioratus, maximè quando conceditur cum aliquo Oppido, vel Caſtro; ita tenet Ant.Gomez in *l.*40. *Taur.n.*12. D.Greg.Lop. in *d l* 11. *tit.*1.*partit.*2. *Gloſ. verb.heredamiento, verſ.Ex hoc infertur, quod quando Rex donat alicui villam, ſeu oppidam cum ſuo territorio, faciendo eum Comitem,vel Ducem,eo ipſo videtur conſtituiſſe maioria,vt ſic iure & titulo maioriæ ſuccedatur: quod etiam probatur in §.præterea Ducatus: de prohibit.feud alienat per Federic.* D.Molin.*lib.*1.*c.*11.*à n.*15. Padilla de Meneſes in *l.cum quidam, n.*24. *ff.de legat.*2. Burg de Paz *conſ.*9.*n.*3. & in *proœm. l.Tauri, n.*78. Menchaca *de ſucceſ.creat.lib.*3.§.16.*n.*92.P.Molin.*tom.*3.*diſp.*581. Bobadill.*in ſua Polit.lib.*2.*cap.*16. *n.*7.D.Garcia Maſtril *de Magiſtrat.tom.*2.*lib.*4.*cap.*12. *n.*2.& 13. Parlador.*p.*3. *different.*18. §.1. *à n.*4. Mier. *part.*1.*q.*12.*à n.*10.& 11. Robl.de Salced.*de Repræſent. lib.*3.*c.*13.*n.*2. D.D.Ioan. de Caſtil *lib.*5.*c.*159.*à n.*4.

Hinc infertur pro ſecundo fundamento,quod cauſa finalis, quæ mouet inſtitutorem ad prohibendum 23
concurſum ſui cum alio Maioratu,ea præſumitur; ne ſuum primogenium,& eius memoria, quæ abſque alterius commixtione magis relucet atque conſeruatur, cum alio vnitum confundatur; & ne intermoriatur familiæ ſplendor,ſimulq; Arma & inſignia obumbrentur vel ſupprimantur: Vti ſæpeſæpiùs diximus in hoc noſtro Tractatu,atque latè probatur, maximè in *part.*3.*cap.*1. & *vlt. cauſa* 3. *per totam.* Sed hæc ipſa ratio etiam militat in concurſu dignitatis maioris:
vnde ſequitur quod non videtur voluiſſe Inſtitutor 24
quod ſuum primogenium iungatur, nec vllo caſu concurrat cum tali dignitate Ducatus,Comitatus,aut qualibet alia, in qua iure primogenituræ ſuccedatur.

Tertiò arguitur à diſpoſitione legis ad diſpoſitio- 25
nem hominis: nam ex diſpoſitione *l.*7.*tit.*7.*lib.*5. *Recop.* prohibitus eſt concurſus duorum Maioratuum, etiam conſiſtentium in dignitate Ducatus, vel Marchionatus, ſi vnus eorum ſit *de dos quentos de renta*: nam *d.l.*7. expreſsè etiam loquitur de talibus Maioratibus conſiſtentibus in Dignitatibus,ibi: *Por cauſa de auerſe juntado en nueſtros Reinos de poco tiempo, a eſta parte, por via de caſamiento algunas Caſas y Mayorazgos de Grandes,y Caualleros principales:* ponderando illud verbum,*Grandes*, hoc eſt *Magnates*, qui habent tales dignitates Ducatus, vel Marchionatus, aut Comitatus,in quibus ſuccedunt primogeniti,iure primogeniorum.

Quartò & vltimò,quia contra Abbatem,& D.Greg. 26
Lop.*in d l.*3.*tit.*16. *partit.*1.*gloſ verb.vaca el primero*: verior opinio eſt,quod ſit incōpatibilis dignitas Cardinalatus cum Epiſcopatu, & aliis beneficiis curam animarum habentibus: Alph. de Ojed. *de Incompat. benef p.*1.*c.*2.qui aduertit in *n.*1 quod non loquitur de Cardinalibus exiſtentibus Epiſcopis in Curia Romana,prout Card.Oſtienſ. Tuſcul.& alij;ſed loquitur de Cardinalibus qui non ſint Epiſcopi in Curia Romana.

Ego autem perpenſis pro vtraque parte fundamen- 27
tis relatis,in alia ſum media ſententia,& cum hac diſtinctione primam amplector, quando ſcilicet in Dignitate Ducatus Marchionatus,Comitatus, vel Vice-Comitatus, non ſucceditur iure Maioratus, veluti ſi conceſſa fuerit Dignitas tanquam officium ad vitam, abſque Oppido, Villa, vel Caſtro; quia tunc non eſt tranſitoria ad filium maiorem, nec ad alios hæredes, nec habet aliquid de iure primogenituræ, cum quo procedat incompatibilitas, ſeu prohibitio concurſus vnius cum alio primogenio; prout reſoluimus *infrà part.*8.*cap* 3.*quæſt.*5. vbi videas.

At verò quando in tali dignitate Ducatus,Marchio- 28
natus,vel Comitatus,ſucceditur iure primogenituræ, & tanquam in Maioratu: tunc amplector ſecundam ſententiam ex fundamentis pro ea allatis:quia nemo in hoc caſu dubitare poteſt, quin adſit ratio prohibitionis & cauſa finalis, qua motus fuit Inſtitutor ad prohibendū concurſum,ne ſcilicet eius memoria,nomen,& Arma,atque eius primogenium cum alio confundantur & obumbrentur; vel ſupprimantur; & omnes aliæ rationes.atq; cauſæ finales,quæ excogitari poſſunt eum mouiſſe, de quibus latè egimus in 3.

Digitized by Google

parte huius Tractatus , cap.5. & vltime , ferè per totam.

29 Hanc noſtram diſtinctionem probant duæ leges
Partitarum , quæ niſi admitteretur hæc conciliatio,
inter ſe eſſent contrariæ ac repugnantes : vna eſt, *l.6.*
tit.16.partita 4. vbi talis Digniras non eſt tranſito-
ria ad filium , nec ad hæredes , quia ceoſetur data à
Rege , vel Imperatore , tanquam adminiſtratio eius
30 muneris atque Officij. Altera eſt *l.12. titul.2.partit.2.*
vbi talis Dignitas Ducatus , vel Comitatus conceſſa
cum territorio , eſt tranſitoria ad filium , & ad alios
hæredes iure Maioratus. Ideò eas hac ratione con-
31 cordant Regnicolæ, maximè Dom.Gregor.Lopez *in*
dict.l.12. verb.heredamiento. Ita enim dicit : *Innuit*
ita lex, quod dignitas Ducatus, Marchionatus, Comi-
tatus, tranſeat ad heredes; & videtur obſtare cap.1.de
feud. March. vbi habetur quod hares non ſuccedit in
tali Dignitate : ad idem eſt lex 6. tit.26.partit.4. Sed
videtur quod ita lex loquitur,quando conceditur Mar-
chionatus , vel Ducatus reſpectu territorij , & rerum
mobilium : Contraria loquitur quando daretur Digni-
tas, vt adminiſtratio officij : vt declarat Andreas de
Iſernia in dict.cap.1. de feud. March. Et ex hoc infer-
tur, quod quando Rex donat alicui villam , ſeu oppi-
dum cum ſuo territorio , faciendo eum Comitem , vel
Ducem ; eo ipſo videtur conſtitui Maioria,& ſic iure,
& titulo maioria ſucceditur : quod etiam probatur in
§. præterea Ducatus, de prohibita feud. alienat. Idem
tenet ipſemet Dom Gregor.Lopez *in dict.l.6.tit.26.*
partit.4.verb.Comarca : Bobadill. *in ſua Polit. lib.1.*
cap.16.n 5. & 6. vbi eſt videndus.

32 Sed an idem, quod dictum eſt de Ducibus, Mar-
chionibus, Comitibus, & Vice-Comitibus , dicen-
dum etiam ſit de Baronibus , cùm Baronia ſit etiam
dignitas,licèt inferior dignitate Comitatus; imò Ba-
rones Comitibus æquiparentur, ſecundum notata in
cap. fundamenta, ad fin. de elect.lib.6. Purpurat.in *l.1.*
num.244. ff.de offic. eius : & Marius Giurb.*de ſucceſ-*
*ſion.feud. cap.*118. *§.1.gloſ.4.num.*1.1. *& 6.*

33 Quod reſoluere poteris ex his quæ latè ad id cu-
mulat Marius Giurba in *dict. tractat. de ſucceſſ.* §.1.
gloſ.4. per totam, poſt Cabedum , *part.2. deciſ.*204.
Pacian.*de probat.lib.2.cap.37.num.*14. & alios;& apud
nos clariùs inuenenies tractatum *infrà , part.8. cap.3.*
in quæſt.5. ſuper declaratione *legis* 7. in illis verbis,
dos Caſas de Mayorazgos : ideò huic Capiti finem
imponimus in laudem rerum omnium Creatoris,qui
eſt ſine principio & fine.

CAPVT V.

De Incompatibilitate Iuris Gentium ex diſpoſitione hominis ratione perplexæ conditionis & grauaminis.

SVMMARIVM.

1 *Contrarietas, repugnantia, ſiue incompatibilitas in legibus nulla dari debet, nec datur.*

2 *Hominum diſpoſitiones multoties continent contrarietates , & perplexitates, ſeu conditiones incompatibiles,quæ concordari non poſſunt ; & ſic aliter ſe habent, quam in diſpoſitionibus legum.*

3 *Contrarietas,repugnantia, ſeu perplexitas in diſpoſitione hominum, ad hoc vt ſuper ea diſputetur, vtrum primis, vel ſecundis conditionibus , vel qualitatibus ſtari debeat , & quid tenendum ? Debet eſſe præciſa , & indiſſolubilis contrarietas, vt impoſſibile ſit eas concordare , & num.3. 4. & 5.*

6 *Perplexitas, ſiue contrarietas in conditionibus, vocationibus , & aliis incompatibilibus diſpoſitionibus, an debeat vitiari, vel diſſolui ?*

7 *Perplexitas, ſiue contrarietas in conditionibus,vocationibus , & aliis incompatibilibus diſpoſitionibus,ex coniecturata atque præſumpta mente defuncti poteſt diſſolui : vt demonſtratur exemplis, ad explicationem text. in* l.qui quadraginta, ff.ad leg.Falcid. *& n.8. & 9.*

10 *Perplexitas poteſt diſſolui per probationem teſtium, qui deponant de voluntate inſtitutoris.*

11 *Perplexitas, ſiue contrarietas in conditionibus, vocationibus,& aliis incompatibilibus diſpoſitionibus, poteſt diſſolui diuidendo , vel diſtinguendo , vel ſubdiſtinguendo caſus , vel perſonas conſiderando.*

12 *Contrarietas, ſiue perplexitas poteſt diſſolui,quando vnum ex contrariis poteſt referri ad generale diſpoſitum ; & aliud, ad id, quod eſt ſpeciale.*

13 *Perplexitas , ſiue contrarietas poteſt diſſolui , aut concordari, etiam impropriando verba, ex aliqua cauſa rationi , & præſumpta menti inſtitutoris congrua.*

14 *Perplexitas, ſeu contrarietas diſſolui poteſt, quando vnum ex contrariis , ſeu incompatibilibus continet abſurdum.*

15 *Perplexitas, ſeu contrarietas diſſolui poteſt, quando vnum ex incompatibilibus non eſſet iuri, legibus, aut ſtatutis conforme.*

16 *Ius ſingulare facilius tollitur , quam ius commune.*

17 *Perplexitas, ſeu contrarietas diſſolui poteſt,quando cadit inter conditiones , ſeu diſpoſitiones , quæ non ſint pariter fauore digna, ſed vna ſit digna maiori fauore.*

18 *Perplexitas , ſeu incompatibilia poſſunt diſſolui, quando perplexitas,ſiue incompatibilitas poteſt conſiderari ſub diuerſis reſpectibus.*

Declaratur exemplis, n.19. & 20.

21 *Perplexitas, ſiue contrarietas poteſt diſſolui reſpectu diuerſi temporis, vel loci.*

22 *Contrarietas, ſiue perplexitas diſſolui poteſt, ſi reſultet ex vi alicuius Alternatiua , quæ reſolui debet in copulatiuam,vt contrarietas euitetur.*

23 *Perplexitas,ſiue incompatibilitas poteſt diſſolui,ſi ſit cum dictione taxatiua , quæ non operatur inter caſus concordes, & conducibiles.*

24 *Corrigere ſe incontinenti nemo velle præſumitur : quod limitatur in perplexis , ſeu incompatibilibus ; cum tunc vltimum præualere debeat.*

25 *Perplexæ , ſeu incompatibiles conditiones , & diſpoſitiones , quæ diſſolui , aut concordari non poſſunt , vitiant actum ; neutrique attenditur, cum inuicem ſe impediant, & n.26.*

27 *Contrariæ, perplexæ, ſiue incompatibiles conditiones, vocationes , & aliæ diſpoſitiones, ſi in diuerſis Maioratuum inſtitutionibus ſint appoſitæ , per eadem iura , & rationes, quibus deciduntur quando ſunt in eadem diſpoſitione , decidi debent, & n.28. & 29.*

30 *Si contrariæ conditiones,ſiue perplexæ,aut incompatibiles fuerint ſuper bonis aggregatis in diuerſis Maioratuum inſtitutionibus ; tunc an diuidi, vel ſeparari debeant aggregata ? Reſoluitur cum diſtinctione caſuum, & n.32. & 33.*

34 *Aggregationes, ſiue vniones Maioratuum triplici-*

ter

citer fieri contingit ; per incorporationem , vel acceſſoriè, vel æquè principaliter.

35 *Aggregatio per incorporationem cenſeri debet, tanquam vna met diſpoſitio facta in vna met charta, & vno contextu, & n.36.*

Et redditur ratio decidendi, ibid. & n.37.

38 *Aggregatio quando fit acceſſoriè, ſequitur naturam ſui principalis.*

39 *Aggregatio, quando fit æquè principaliter , tunc qualibet diſpoſitio remanet in ſuo ſtatu.*

ARGVMENTVM.

De Maioratu, ſeu Patronatu, qui per diſpoſitionem hominis contineat perplexitatem, vel in eius clauſulis habeat conditiones, vel grauamina, aut vocationes contrarias, atque incompatibiles. Et de duobus, pluribuſvè Maioratibus , vinculis , ſiue Patronatibus æquè principalibus , vel altero principali, altero acceſſorio aggregatis , vel vniri iuſſis, quorum quilibet per diſpoſitionem hominis habeat contrariam , ſiue repugnantem , atque incompatibilem conditionem, vocationem , vel aliud quodlibet grauamen ; ſeu de aggregationibus , & vnionibus Maioratuum cum conditionibus incompatibilibus.

1 QVamuis in diſpoſitione legum contrarietas nulla, ſiue repugnantia, & incompatibilitas dari debeat, *l.1. §.nulla*, & *ibi* Gloſ.1. & *l.2. in princ. C.de vet.iur. enucle.* Contrarium enim nullum in legibus inuenitur , ſi quis ſubtili ingenio, diuerſitatis rationes excutiat ; *dict. l.2. §.contrarium, C.de vet.iur.enucl.* & Gloſ. *verb.propter quam,in l.1. C.de nou. Cod.facien.*

2 Aliter tamen eſt in diſpoſitione hominis, maximè in Maioratibus perpetuis, fideicommiſſis, vel Patronatibus, vbi Inſtitutores aliquando apponunt conditiones & vocationes inter ſe repugnantes, & grauamina incompatibilia ; & propter contrarietatem, ſeu perplexitatem , quam inter ſe habent, ſolemus dubitare , cui earum conditionum debeamus ſtare ; an prioribus, vel poſterioribus , vel ei, quæ ſit minus damnoſa, ſeu fauorabilis, vel quæ agit de damno vitando, vel de lucro captando , vel quæ magis vtilis videtur vel iuri conformis ? vel tandem nulli earum ſtandum ſit, ſeque inuicem impediant.

3 Sed cum hæc quæſtio ſit de implicatiuis , perplexitatem continentibus, & admodum obſcuris, atque indiſſolubilibus , neceſſe eſt eam inueſtigare atque enucleare. Itaque ad hoc vt caſus , qui ſe offerent, expediri valeant in iudicando, & conſulendo, & vera poſſit reddi reſolutio, obſeruare oportet ſequentia.

4 In primis notandum eſt id quod generaliter ſuper hac quæſtione obſeruandum docet Philipp. Dec. in *l.vbi repugnantia* 148. *num.4. ff de reg.iur.* dum dicit: *Et quæ ſupradicta ſunt de contrarietate , procedunt, quando eſt præciſa contrarietas, quæ tolli non poteſt ; ſecus ſi remoueri poteſt, diſtinguendo: quia diſpoſitio , ſi fieri poteſt, ita intelligi , & interpretari debet , ne contradicat , vt in inſtrumento probatur in cap. inter dilectos de fid.inſtrum in §.cæterum: & in contractibus notat Bart. in l.fin. §.idem quæſiit. ſupr.de cond.indeb & in poſitionibus notat Bald.in l.cum falſa,in fin. C de iur. & fact. ignor. cum ſimilibus : vt tradit Alexand.in l.1. ſuprà ne quis eum,&c. Et in Statutis notat Abb.in cap. gratum, in princ. in cap. ſuper quæſtionum, in prin.in 3. notabili de offic. deleg. Et in verbis ſententiæ notat Bartol. in conſ.111. incipit , Quæritur colum.4. verſ.Super ſecundo. Et de ſecunda inueſtitura ſcribit Paul. de Caſtr.conſ.162. Circa id quod primo quæritur : col.2. verſ.Circa ſecundum : & in omnibus diſpoſitionibus hoc habet locum , vt per diſtinctionem , ſi fieri poteſt, contrarietas remoueatur ; vt Alex. concludit conſ.141. Viſo teſtamento colum.4. lib.2. vbi ad hoc plura inducit.* Idem tenet Euerard. *in loc.115. de perplexis , ſeu implicit. num. fin. verſ.Et idem generaliter,&c.*

Itaque quemadmodum debemus, quantum poſſibile ſit, iura iuribus concordare, ne detur contrarietas in diſpoſitione legum, & cum diſtinctionibus , & ſubdiſtinctionibus ad concordiam eas reducere : ita eadem ratione debemus, quantum fieri poteſt, concordare conditiones, & diſpoſitiones hominis, ne inducatur repugnantia , vel contrarietas , ſiue incompatibilitas : argum. *d.l.1. §.nulla , & l.2. in prin. C.de vet.iur.enucl. l.vnic. C.de inoffic.dot.* Gloſ.1. *verb.Neque enim alias corrigi, quæ ſaluari poſſunt,&c. cap. cum expediat concordare iura iuribus , & eorum correctiones, ſi ſuſtineri valeant, euitare,&c. de elect.in 6. cap. cum contingat cap. Capitulum Sanctæ Crucis 6. de Reſcript.c.1. & 2. diſt.13.* Bart. in *l.omnes populi,in fin 37. quæſtion. princip. ff.de iuſt. & iur. & in l.1. §. parui, ff.quod vi aut clam.* Bald.*in l.fin col.6.C de liber præter.& in l.1. num.fin C.de cond.indeb.* Alex. *conſil.36. num 8 & 9 & in conſ.123. à num.9. & in conſ.141. à num.5. lib.2. verſ. Præterea ſalubriter prouidemus vt vnum capitulum per aliud diſtinguatur,&c.* Rom.*conſil.104.num.2. & conſ.392.n 23 & conſ.438.n.6.& 14.* Dec. *in l.fin in princ. Cod.de edend.* Iaſ.*conſ.38. lib.1.* Crauet.*conſil.70 n 15.* Surd.*conſ.426. à num.38.& conſil 443. n.34. verſ.Et teſtator erit ſibi contrarius , &c.* Azcu.*in l.53 tit 19 n.1.lib.9 Recop.* Matth Coler *de proceſſ.execut.part.1.cap.5.n.88.* Sim.de Præt.*de interpret.vltim. volunt. lib.1.inter part.1. dub.4.ſolut.7. à num.3. fol.31.* copioſè Dom. D.Ioan à Caſtil. *lib 3. cap.10. à num.18. vſque ad n.23.* Steph.Gratian.*tom.3. cap.522 n.3. & cap.539 à n.5. & tom.3. cap 839.à n.17. & cap.922.n.18.* Barb. *in axiom.38 n.1. & Axiom.60. num.2.* Aluar. à Valaſc. *in axiom. verb. Contrarietas.* Alderan.Maſcar *de gener. Stat interpret. concluſ.8. de duob. Statut. contrarium ad inuicem diſponentibus, num.63.* 5

Sed in quibus caſibus conditiones, vel vocationes, atque aliæ incompatibiles diſpoſitiones non debeant vitiari ; imò diſſolui , & ad concordiam deduci valeant ? hoc opus hic labor eſt. Et vt hoc bene percipiatur , operæpretium erit per ſequentes declarationes , præfatam obſeruationem diligentiùs ita diſcutere. 6

Declara primò noſtram obſeruationem, poſſe diſſolui , ſeu dirimi perplexitatem, ſiue talem ſupra traditam incompatibilitatem, ex præſumpta, atque coniecturata mente inſtitutoris, quando perplexitas conditionum , ſeu aliarum diſpoſitionum contingit ex accidenti , præter voluntatem defuncti , ſiue propoſitum inſtitutoris *l.qui quadringenta 38. ff.ad l Falcid.* vbi in 1.*part.* dicitur, quod qui 400. habebat in bonis, 300. vni, vel pluribus legauit , & alteri 100. ſi in teſtamento ſuo locus non eſſet Falcidiæ : ex qua conditione, (quæ debet intelligi, ſtante hoc legato , cui eſt adiecta conditio,) reſultat perplexitas, contrarietas , ſiue incompatibilitas. Nam ſi dixeris legatum deberi , falſum concludes ; quoniam Falcidia locum habet. Si dixeris non deberi , falſum etiam concludes: quoniam in teſtamento non erit locus Falcidiæ, quo caſu legatum debetur. Quæ perplexitas diſſolui- 7

tur

tur ex præſumpta voluntate teſtatoris, ex qua non debetur: Ita enim reſoluit *text.* & rationem reddit, dum dicit: *Cum autem voluntatem teſtatoris eam, fuiſſe appareat, vt propter tuum legatum cæterorum legata minui nollet; magis eſt, vt ſtatuere debeamus tui legati conditionem defeciſſe.*

8 In ſecunda autem parte *illius legis* proponitur: quid ſi habens 400. in bonis, teſtator 200. legaſſet ſimiliter ſub eadem conditione? Et ex coniecturata mente defuncti dicitur, quod debeatur legatum in id, quod ex eo ſupereſt, deducta ex eo Falcidia nomine ipſius legati, & etiam cæterorum. Itaque ſi aliquid ſupereſt vltra Falcidiam, in illo quod ſupereſt, dumtaxat, tenet legatum; ſecundum præſumptam voluntatem defuncti.

9 Ex quo textu ſanè deducitur, quòd perplexitas, ſeu incompatibilitas conditionum dirimitur, atque diſſoluitur ex coniecturis & animo proferentis: ita docet Bartol. *in dict. l. qui quadringenta, in princ. & in d. l.1. d.cond. inſtit n.6.* quem refert, & ſequitur Pet. And. Gamar. *in tract. de dialect. leg lib.3. cap.12. de perplexitate, num.1. verſ. Diſſoluitur autem huiuſmodi ex coniecturis, &c.* Paul. de Caſtr. *in d. leg. qui quadringenta, num.1.*

10 Huic proxima eſt altera, atque ſecunda declaratio: dum dicimus, quod perplexitas poteſt diſſolui per probationem teſtium, qui deponant de voluntate inſtitutoris, exponentes id quod intellexerunt, ſiue audierunt ab Inſtitutore voluiſſe fieri, & prævalere per tales incompatibiles, ſeu perplexas conditiones, aut vocationes; ſiue de qua ſenſit, & de qua non? *l. duo ſunt Titij 30. ff. de teſt. tut.*

11 Extende, ſeu Declara Tertiò obſeruationem noſtram, etiamſi ad euitandam perplexitatem, ſiue contrarietatem diſpoſitionum, conditionum, vel vocationum, neceſſe fuerit diuidere caſus, vel perſonas diſtinguere, vel ſubdiſtinguere; quia interpretatio fieri tunc debet, diuidendo, diſtinguendo, vel ſubdiſtinguendo, admittendo aliquid ex contrariis reſpectu vnius perſonæ, vel caſus, & non reſpectu alterius: ita extendunt & aduertunt omnes ſupradicti DD. & maximè Ctauet. *conſil. pro Genero, à num.305.* Surd. *conſil.487.n.4. & 5.* Auguſtin. Barboſ. & Aluarad. Valaſc. *ſuprà* relati, & *infrà* referendi.

12 Extende ſiue declara quartò, quando vnum ex contrariis poteſt referri ad id, quod eſt generale; & aliud ſpecialiter diſpoſitum, vel prouiſum: Bald. *conſil.281.* incipit: *Iudex formauit num.1. lib.2.* Cardinal. Tuſch. *lit.C. concluſ.1008. num.37.* vbi, quod quando vnum eſt ſpeciale, aliud generale; ſpeciale prævalet, ſiue ſit poſterius, ſiue anterius compilatum; & eum referens Barboſ. *dict. axiomat.58. verb. Contrarietas, num.1.*

13 Extendas quintò, etſi concordiam contrarietatis neceſſe fuerit impropriare verba, & ex aliqua cauſa, rationi, & præſumptæ menti inſtitutoris congrua, aliquid ſupplere *cap inter dilectos, §. cæterum, de fid. inſtrum, cap cum expediat, de elect. in 6.* Ctaueta *conſil.70. num.5.* Menoch. *conſil.2.n.61.* Surd. *conſil.220. num.28. & conſ.299.n.14.* Steph. Gratian *tom.5. c.839. num.17. & cap.946. n.28.* Auguſt. Barboſ. *axiomat.58. verb. Contrarietas num.1.* Aluar. à Valaſc. *in axiom. iur. lib.1. verb. contrarietas num.120.*

14 Extende, ſeu declara ſextò, Quando vnum ex contrariis, ſeu incompatibilibus, continet abſurdum: tunc argumento ab abſurdo vitando, ſtandū eſt alteri incompatibili, ſeu contrariæ conditioni, ſeu diſpoſitioni: quia abſurdum, quam maximè poſſumus, eſſe euitandum in omni diſpoſitione, docet Bald. *in l.2. C. de cond. inſert. & conſ.446. in fin. vol.1.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.3. tit.7. num.3.* & copioſè cum multis aliis Surd *conſil.443.n.27.* vbi ex Bald. *conſ.29. num 4. vol.1.* & Sim. de Præt. *lib.1. interpret.1. dub.4. ſolut.4.* refert, quod hoc argumentum ab abſurdo vitando deducitur à diſcretione naturali: Ant. Mangil. *de imput. quæſt.55.n.13.*

Extende ſeu declara ſeptimò. Quando vnum ex incompatibilibus non eſſet iuri, legibus, aut Statutis conſorme: quia tunc prævalet contrarium, quod magis iuri fuerit conſentaneum: *l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. l.2. C. de nox. act. cap. cum dilectus,* vbi Gloſ. *verb. nec iuri communi de conſuet. cap. cauſam quæ de reſcriptis.* Per quos textus, & alia iura ita tenent Gaſp. Anton. Theſaur. *lib.2. quæſt. for q.59. num.6.* Alder. Maſcar. *de gener. ſtat. interp. concluſ.8. num.16.* DD. Ioan. à Caſtil. *de Tertiis, lib.7. cap.36. num.10.* Et eſt ratio, quia facilius tollitur ius ſingulare, quàm ius commune; *l. eius militis 34. §. militia miſſus, ff. de teſtam. milit.* 15 16

Octauò extende, ſeu declara. Quando perplexitas cadit inter conditiones ſeu diſpoſitiones, quæ non ſunt pari fauore dignæ, ſed vna ſit digna maiori fauore; quia tunc præfertur fauorabilior: ſic docet Bart. in *l 1. num.6. in fin. ff de cond. inſtit.* argum. *l. inter pares, ff. de re iudic.* & ad interpretationem textus in *l. fin. §. Titius, verſ. Quid ergo, ff de vulg & pupil.* 17

Declaratur nonò. Si ſub diuerſis reſpectibus reſolui poſſit perplexitas, ſeu incompatibilitas; quia duo contraria, ſiue perplexa poſſunt procedere, ſiue exiſtere ſub diuerſis reſpectibus: *l.1. ff. de rer. permut. l. pupillus 5. §. item ipſe tutor, ff. de auctor. tut.* In quibus, & aliis iuribus, licèt ſit incompatibile, quod vnuſmet ſit emptor & venditor, & quod vna, eademque res & veniat, & pretium ſit emptionis, tamen poteſt procedere diuerſis reſpectibus; veluti ſi tutor vendat tanquam tutor, & emat palam, & bona fide tanquam priuata perſona cum Iudicis auctoritate: *dict. §. ipſe tutor, l.4. tit.5. part 5. l.13. tit.11. lib.5. Recopil.* Gutiert. *de tut. part.2. cap.15. n.13. & 19.* Ex quibus, & aliis iuribus, ita tenent Tiraq. *de Nobilitate, cap.18. n.13. & de leg. connub. l.9. gloſ.1. part.9. num.157.* Card. Tuſch. *lit.C. concl.1008. n.37.* Farinac. *in Crimin. conſil.30. num.62.* Scaccia *de commerc. §.6. gloſ.1. n.25. & num.77.* Auguſt. Barboſ. *axiom.58. verb. Contrarietas, n 3.* Aluar. à Valaſc. *in Axiom. lit.C. n.210.* 18

Exemplificat Scaccia, quando vnus eſt fortior & debilior alio; fortior nempe in palæſtra, & debilior in curſu; & vnus maior altero, vno reſpectu; & minor alio reſpectu: & quando vna perſona poteſt repræſentare plures, veluti Legatus, ſeu Ambaſſiator, qui poteſt in legatione fungi munere perſonæ priuatæ, & munere perſonæ publicæ Legati; quod omne multis iuribus & auctoritatibus comprobat Mar. Giurb. *de ſucceſſ. feud. cap.118. §.2. gloſ.10. n.24.* ideo literaliter refero, ita ſic: *Certique iuris eſt, Maiorem & minorem diuerſo tamen reſpectu, quem cenſeri poſſe: cap quæritur 2. quæſt.7. Lanar. conſ.88. n.14. vbi enim diuerſa iura in vnam perſonam concurrunt, tunc perſona duarum vices agit: l. ſi fundum ſub conditione, §. ſi ſeruo, ff de leg.1. l. fin. C. de euict. l. Modeſtinus, ff. de except. l. tutorem, ff. de his quib. vt indign. Bart. in leg. quidam eſlogio, n.1. C. de iur. deliber Bald. in cap.1. n 14. de Allodial. Gam. deciſ 5. n.14. Card. de iur accreſc. illas.14. n.2. Grat. diſcept.718. n.19. & diſc.948 num.39. Surd. deciſ.211. nec ius vnius perſonæ confunditur cum perſona alterius: Surd. deciſ.110. n.8. conſ 300. num.13. conſil 183 num.41. conſ.91. n.19. & diſtinctè conſideratur: Surd. dec.155. n.3. conſ.365. n.22. Grat. diſt.718. n.20. & diſc.948 n.49.* 19

Sed ego, quoad noſtrum inſtitutum, exemplum 20
do

do in eo, qui prohibitus eſt habere duo primogenia, quia diuerſo reſpectu, & officio poteſt ea habere; veluti ſi vnum habeat iure proprio, & aliud tanquam tutor, vel paterſamilias, ſeu adminiſtrator: ex his quæ latè dicta ſunt *in hac quarta part. cap.3. à n. . .*

21 Declara decimò. Ex eademmet cauſa & ratione, quando diſſolui poteſt reſpectu diuerſi temporis, vel loci: Scaccia *de commerc. dict.§.6. gloſ.1.num.77.* ex aliis *ſuprà* relatis.

22 Declara, ſeu extende vndecimò. Etiamſi contrarietas, aut repugnantia reſultet ex vi alicuius Alternatiuæ, quia debet reſolui in Copulatiuam, vt contrarietas euitetur, vel poſſit diſſolui: Ita equidem tenet per text.in *l.ſæpe* 53. cum *ibi* notatis, *ff.de verb. ſignif. l.vtrum, §.fin. ff. de reb. dub. l.Lucius Titius, ff.de hæred.inſt. l.generaliter, in princ. C de inſtit. & ſubſt* Paul.Pariſ.*conſ.*44 *à n.*10. *lib.*1. Alder, Maſcar. *de gen. ſtat. interp. concl.*8. *de duob. ſtat. contrar. adinuicem diſponent num.*67. At ego ad id allego *leg. ſi Titio fundus, ff.de vſuſ. legat.* Simon de Præt. *de interp.vltim.volunt.lib.*1.*dub.*1.*reſol* 2. *fol.*149. & antea *fol.*32.*num.*7. Vincent.Fuſar.*quæſt.*455.*n.*11.

23 Extende, ſeu declara duodecimò. Etſi perplexitas ſit cum dictione taxatiua, veluti, *tantum, dumtaxat,* & his ſimilibus: quia nihilominus ſi aliquo modo poſſunt concordari, & correctio vitari, dictiones prædictæ non obſtabunt. Quippe dictio taxatiua non operatur inter caſus concordes, aut conducibiles: Alder. Maſcar. *vbi proxime, n.*66. ex Roman. *conſ* 312.*n.*2. & Gloſ.*in l non tantum, verb.nec vlla exceptio: ff de petit. hær.* & aliis.

24 Extendas vltimò, ſeu declara, quòd licèt correctio incontinenti vitanda ſit; quia corrigere ſe incontinenti nemo velle præſumitur, maximè in vna eademque diſpoſitione: *l.non ad ea* 89. *ff.de condit. & demonſt. l. pen.* vbi Bald.not. *in fin. Cod. per quas perſonas nob.acquir.* attamen ſecus erit ſi ex interuallo, nam poſteriora derogant prioribus, & ſic ſtatur vltimæ diſpoſitioni incompatibili: probatur in *d. l. non ad ea*: qui textus ad intentum noſtrum eſt melior de iure: Card.Tuſch *lit.C. concl.*108.*num.*37. Albert.Brun.*concl.*3. *princ. n.*53. Auguſt.Barb.*axiom.*58. *verb.contrarietas n.*5. Aluar. à Valaſc.*in Axiom.lit.C. verb.contraria plura incompatibilia, ſi concurrant, præualent vltima, n.*112.

25 Iam ſit altera, atque vltima obſeruatio. Si conditiones, aut diſpoſitiones perplexæ, ſiue incompatibiles ad concordiam reduci non valeant, aut diſſolui non poſſint; tunc vitiant actum, & neutri attenditur; quia ſunt incompatibiles ratione perplexitatis: imputet ergo ſibi inſtitutor, qui voluit facere perplexitatem: *l. ſi Titius* 16. *ff.de cond.inſt. l. qui ſoluendo* 42. *cum l. ſeq. ff.de hær.inſtit.* Cagnol. *in l.vbi repugnantia, n.*4 *ff.de reg.iur.* Mandel.de Alba *conſ.*24 *num.*3. & cum aliis Dom. D.Ioan. à Caſtillo *lib.*5. *cap.*10. *num.*22.

26 Ratio eſt; quia inuicem ſe impediunt: quam rationem reddidit *lex, inuicem* 43. *ff de hær. inſtit.* dum dicit: *Inuicem enim eos ſibi obſtare.* Et vno poſito, remouetur alterum: Et ad remotionem, vel admiſſionem illius, ſequitur remotio, vel admiſſio iſtius: *l Mutius, ff.pro ſocio: l. ſi inter, ff.de except.rei iudic. l.*1. *C.de furt.* Surd.*deciſ.*24.*num.*10. *& deciſ.*92. *n.*11. *& conſil.*211 *n.*16. D.Gregor.Lop.*in l.*5. *tit* 4. *part.*6. *& in l.*16. *tit.*11. *part.*5. *gloſ.*2. Barboſ. *dict. Axiom.*58. *num.*4.

27 Hactenus de conditionibus, vocationibus, vel aliis diſpoſitionibus perplexis, atque incompatibilibus in eadem inſtitutione Maioratus. Nunc vero quid dicemus de diuerſis Maioratuum inſtitutionibus, quarum vna ſit antiquior, & alia per voluntatem alterius inſtitutoris ei adiecta, ſeu vnita, attamen cum vocationibus, vel conditionibus, & clauſulis primæ inſtitutioni ex diametro contrariis, repugnantibus, ſeu incompatibilibus. Vel de caſu, in quo poſſeſſor Maioratus, propria bona libera alteri antiquo Maioratui addidit, cum legibus, ſeu conditionibus contrariis, atque ita aliis antiqui Maioratus repugnantibus, quod minimè compatiantur? Nonne nihilominus vitiatis atque reiectis conditionibus his, ſeu vocationibus ita incompatibilibus, vltima Maioratus inſtitutio debeat ſequi conditiones ſeu vocationes antiquæ inſtitutionis? aut bona ipſa diuidenda ſint ab antiquo Maioratu, & ſeparata ad alium ſucceſſorem, (ſi id neceſſariò petant vocationes) transferenda, vt vterque Maioratus ſecundum proprias cuiuſque conditiones poſſideatur?

28 In qua difficili quæſtione, non minus quàm superiore, teneas idem, & ſic diſtinguas: Aut poſſibile eſt quod conditiones, aut vocationes huius aggregati Maioratus poſſint reduci ad concordiam cum antiqui Maioratus legibus, conditionibus, ſeu vocationibus; aut nullo modo poſſunt conformari, ſiue ad concordiam reduci: 29 Si aliquo probabili modo poſſibile eſt quod perplexitas, atque incompatibilitas diſſoluatur, & ſic quod poſſint conciliari, atque conformari leges, conditiones, ſeu vocationes vtriuſque Maioratus, ex vero ſimili mente diſponentium, aut per quamlibet ex cauſis *ſuprà in hoc capite* relatis; tunc diuidi non debent Maioratus, nec reiiciendæ ſunt diſpoſitiones aggregati, neque eius cui aggregatur, ſed tanquam vna, eademque diſpoſitio, ſiue vnicum primogenium haberi, ac in eo ſuccedi poſſe, reſoluunt D Molin. *lib.*1. *cap.*8.*n.*35. Flor.Diaz de Mena ad Gam. *deciſ.*262. D. D.Ioan. à Caſtillo *cap.*10. *à num.*17. Addent. ad D.Molin. *lib.*1. *cap.*8. *ſuper n.*35. *verſ.Secundus caſus eſt.*

50 Sin verò nullatenus concordari valeant prædictæ incompatibiles conditiones, vel vocationes appoſitæ in bonis aggregatis, ſiue in Maioratus inſtitutione, qui aggregatur ſiue vnitur alteri priori; tunc fiet diuiſio, & ſeparatim poſſideri, atque gubernari debent: ita tenent Addent. ad D.Molin.*lib.*1. *dict.cap.*8. *ſuper num.*35. vbi prænotant hos ſequentes caſus.

31 Primus eſt, quando poſſeſſor Maioratus propria bona antiquo Maioratui addidit ſimpliciter & abſolutè, & nullas conditiones, ſeu vocationes adiecit: Et reſoluunt quod in hoc caſu ita ſuccedendum ſit, ac ſi bona priori maioratui vnita, primi fundatoris eſſent: ex Mier. *part.*2. *quæſt.*5. *à num.*43. *vſque ad num.*64. *cum aliis.* Et quod cenſeatur vterque Maioratus vnus & idem: per text. *in l. ſi inter virum* 24. *ff.de pact. dot.*

32 Secundus caſus, quando nouæ conditiones, & vocationes, etſi alioquin ſint contrariæ, & repugnantes prioribus, aliquo tamen modo poſſunt conformari, atque in concordiam reduci. Et in hoc caſu, quod non ſequatur diuiſio, reſoluunt præfati DD. & quod vocatio ſpecialis antiqui Maioratus præualeat generalibus vocationibus factis in Maioratu vnito priori; ex reg. in *leg.qui hæredi, § qui patrem, ff. de vulg. l.alimenta, §.Baſilicam, ff.de alim.& cib.leg.*

33 Tertius caſus, & noſter, ſiue pertinens ad noſtrum inſtitutum, eſt, quando poſſeſſor Maioratus, ipſis bonis liberis, quæ vniuntur, nouas conditiones addidit, ac leges antiquis contrarias, atque ita repugnantes quòd minimè compatiantur: & in hoc caſu reſoluunt, quod diuiſio prædictorum Maioratuum facienda ſit.

34 Attamen ad maiorem declarationem, animaduertendum

tendum eſt, quod aggregationes, atque vniones poſſunt fieri tripliciter, primò per incorporationem: ſecundò acceſſoriè: tertiò æquè principaliter. De quibus agit Gloſ. *in cap. & temperis 16. quæſt.1. verb. vnire: & in capa. verb. vniendo, ne Sede vacant.* Hieron. Gonzal. *in reg. Cancell. gloſ.5.§.7.art.2.* Nicol. Garc. *de benef tom.2. part.12, cap.2 n.7. & 11.*

35 Prima ſpecies vnionis, ſeu aggregationis, quando per incorporationem aggregantur bona vnius diſpoſitionis ad alia alterius, ita fortior eſt aliâ, quod diſpoſitio illius, cui facta eſt vnio, ſeu aggregatio confunditur, & efficitur vna maſſa, ſeu vnum corpus: quia eſt ad inſtar metalli quod infunditur in aurum, vel argentum: & veluti quando aqua infunditur in vinum, & è contra: *l. in rem 23. §. item quacumque,* & *ibi* Gloſ. *verb. materiam,* & communiter DD. *ff. de rei vind. l. vn. C de priuileg. Corpor. vrb. Rom. lib.11.* Luc. de Pen. *in Rubr. de bon. vacant. lib.... n.2.* Nic.
36 Garc. *de Benef. tom.2. part.10. cap.2. de Vnion. n.14.* Et in hoc caſu, cenſetur vna diſpoſitio, licet habeat in ſe conditiones contrarias; & vnio, ſeu incorporatio facta fuerit cum incompatibilibus conditionibus, ſeu vocationibus; & dicendum eſt de ea quod ſupra diximus in principali quæſtione *ſuprà* relata *in hoc capite.*

37 Ratio eſt, quia talis aggregatio bonorum per incorporationem facit vniri taliter bona inter ſe, quod non poſſint diuidi, aut ſeparari: quia vniuntur inſtar metalli confuſi, aut quando miſcetur aqua cum vino; ſiquidem diuidi non poſſunt, niſi deſtruantur: Bald. *in l. vn. §. in principio, n.16. C. de cad. toll.* Roman. *conſil 100. n.129.* & probat latè Bobad. *lib.2. cap.16 n.6.* Quia tunc non datur diuerſitas inter vinum, & id quod ei vnitur: Angel. *conſ.247.*

38 Secunda eſt. Quando aggregatio venit acceſſoriè, tunc id quod aggregatur, ſeu vnitur, ſequitur naturam ſui principalis, cui vnitur; Oldradus *conſil.257. num.15.* Felin. *in cap. in noſtra, de Reſcript.* Nic. Garc. *de benefic. tom.2, part.12. d. cap.2. de Vnion. n.12.* Azeu. *in l.6. tit.7. lib.5. Recopil.* Mier. *part.3. quæſt.8. num.17. & quæſt.5. num.43.*

39 Tertia denique, quando aggregatio fit æquè principaliter; tunc vnio, ſeu aggregatio remanet in ſuo ſtatu, ſicut quælibet diſpoſitio remanet quemadmodum antea erat: Gloſ. *in cap. & temporis, 16. quæſt.1. & in d. cap.1. nè Sede vacante:* Ojed. *de incompatib. part.1. cap.25. n.2. & 8. & 2. part. cap.3. n.2.* Nic. Garc. *de benefic. part.12. d. cap.2. de vnion. n.37.* Et cum his annotationibus finem imponimus huic capiti, ad laudem, & gloriam Dei, & immaculatæ Virginis Deiparæ.

CAPVT VI.

De Incompatibilitate ex diſpoſitione hominis ob concurſum lineæ ſucceſſibilis & non ſucceſſibilis in eadem perſona.

SVMMARIVM.

1 *Linea ſucceſſibilis ſuperior, & linea inſucceſſibilis ſiue perpetuò excluſa, ſi concurrant in aliquo, & in alio linea purè ſucceſſibilis, attamen inferior, quis eorum præferri debeat in ſucceſſione Maioratus? Difficilis eſt quæſtio.*

Declaratur exemplo in facto, n.3. & 4.

2 *Exemplis res magnas lucidiùs oſtendi dixit Plato.*

4 *Linea ſucceſſibilis, & linea inſucceſſibilis, ſunt incompatibiles, atque priuatiue contraria, & num.6.*

5 *Incompatibilia ſi apud vnum ſubiectum concurrant, vnum deſtruit aliud.*

7 *Bonum ex integra cauſa, malum ex peculiari defectu.*

8 *Peccator offendens in vno, factus eſt omnium reus.*

9 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis, & inſeparabilibus, & n.10.*

11 *Linea, quæ eſt vtilis ad ſuccedendum, vitiatur per lineam inutilem ad eandemmet ſucceſſionem.*

12 *Vtile per inutile vitiatur ratione incertitudinis, & num.13.*

14 *Cauſæ duæ quando concurrunt, vna, quæ nocet, & altera, quæ prodeſt, attenditur ea quæ nocet, magis quàm ea quæ prodeſt, & n.15.*

16 *Mixtum non comprehenditur in vocatione ſucceſſorum ex præſumpta voluntate inſtitutoris, & num.17.*

Quod maximè procedit in incompatibilibus, n. 18. & 19. atque 20.

21 *Mixtum non comprehenditur ſub ſimplici in materia indiuidua.*

22 *Duplici in ſtatu contrario quis ſtare non poteſt, quia tunc magis attendendum ad ſtatum liberum, & fauorabilem, & n.23.*

24 *Accidentia duo contradictoria non poſſunt ſimul informare ſubiectum, & n.25.*

26 *Vtile ab inutili fit ſeparabile, etiam in indiuiduis ex voluntate teſtatoris.*

Quod intellige intellectualiter, non verò quoad diuiſionem corporalem, n.27.28. & 29.

28 *Vtile per inutile non vitiatur in his, quæ ſunt ſeparabilia.*

30 *Vtile per inutile non vitiatur ratione incertitudinis, vel difficilis ſeparationis.*

31 *Textus in* cap. ſacris 12. de ſepulturis: *proponitur, & declaratur, & n.32.*

Et fit illatio, n.33.

34 *Mixtum continetur ſub ſimplicibus, in fauorabilibus, & n.36.37. & 38.*

35 *Appellabilis cauſa, & non appellabilis, ſi concurrant attenditur ad eam, quæ eſt appellabilis.*

39 *Licitum, & illicitum, ſi concurrant; attenditur ad id quod eſt licitum, & reprobatur illicitum.*

40 *Textus in* l. ſi filius 42. in princ. ff. de bonis libertorum: *ponderatur.*

41 *Textus in* l. emancipatum 7. §. fin. ff. de Senatoribus: *refertur.*

42 *Feudum, quod filius retinere non poteſt ob culpam patris, poteſt retinere ex perſona Aui.*

43 *Filius, qui eſt excluſus, & admitti non poteſt ex capite,* Vnde liberi, *admitti poteſt ex alio capite,* Vnde agnati.

44 *Perditum ex vno capite ſpeciali, poteſt recuperari ex alio capite generali.*

45 *Adiunctus gaudet priuilegio coniuncti in inſeparabilibus, ſeu indiuiduis.*

46 *Linea ſucceſſibilis, & linea inſucceſſibilis, ex voluntate inſtitutoris metaphyſicè, ſiue intellectualiter poſſunt ſeparari, & fieri compatibiles.*

47 *Contraria ſiue incompatibilia ſimul eſſe poſſunt ex voluntate inſtitutoris, accipiendo eam metaphyſicè ſiue intellectualiter & in abſtracto, non in concreto: quod declaratur.*

48 *Bonum*

48 *Bonum ex integra cauſa, malum ex peculiari defectu intelligi debet in moralibus, non autem in Phyſicis: quod declaratur exemplis.*

49 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis, ſeu inſeparabilibus: intellige in moralibus; non verò in Phyſicis.*

50 *Vtile per inutile quando vitietur, vel non, ratione incertitudinis; & quando concurrunt cauſa quæ nocet, & cauſa quæ prodeſt; & quando ſub ſimplici comprehendatur mixtum? Vide remiſſiuè cum diſtinctionibus.*

51 *Excluſo aliquo, ex eo quod ex ſanguine maculato ducat originem, vel quod cum muliere impuri ſanguinis matrimonium contraxerit, cenſentur quoque eius deſcendentes in perpetuum excluſi, etiamſi ex alia parte in eis concurrat alia linea ex vocatis ſucceſſibilis; ſecus in dubio, vel ſi excluſio ſit ex cauſa odij perſonalis, & num.52.*

ARGVMENTVM.

Quid ſi in vno ſuperioris lineæ concurrant duæ lineæ ex diſpoſitione hominis incompatibiles, alia ſucceſſibilis, & alia expreſsè per inſtitutorem à ſucceſſione Maioratus excluſa, atque reprobata: & in alio ex ſucceſſoribus inferioris lineæ concurrant lineæ purè ſucceſſibiles, quis eorum præferri debeat? verbi gratia. Pone quod aliquis habens quatuor, pluresve fratres, inſtituat maioratam, ad cuius ſucceſſionem vocet in primis fratrem primogenitum, atque expreſsè excludat in perpetuum ſecundogenitum fratrem, & omnem eiuſdem fratris poſteritatem; & fortè eueniat quod aliquis ex deſcendentibus fratris primogeniti contrahat matrimonium cum alio ex deſcendentibus excluſi fratris ſecundogeniti, ex quo matrimonio procreatus ſit filius, qui ex vna parte habeat lineam ſucceſſibilem atque vocatam, & ex alia parte lineam odioſam atque excluſam, & ſuper ſucceſſione Maioratus contendat cum alio deſcendente ex tertiogenito fratre inſtitutoris, qui ex omni latere habeat lineam ſucceſſibilem.

1 INTER difficiles, ac maximæ ſubtilitatis quæſtiones, quæ in materia Incompatibilitatis poſſunt ſe offerre, quæ in *hoc capite* continetur, primas vices obtinere nemo dubitare debet.

2 Sed vt clariùs percipi valeat eius in iure difficultas, factum ipſum, vnde ius oritur; (arduum enim eſt abſque exemplis res magnas lucidè oſtendere, vt dixit Plato lib 6. de Republ.) aliquo exemplo demonſtrare oportet. Ideoque ita caſus figurari debet.

3 Iſidorus tres habebat fratres, Petrum, Ioannem, & Franciſcum: inſtituit ex propriis bonis maioriam, ad cuius ſucceſſionem imprimis vocauit Petrum ac eius deſcendentes; & à ſucceſſione in perpetuum excluſit Ioannem, atque eius filios, & deſcendentes: ſucceſſit Petrus, & eius filius, atque nepos ſucceſſiuè, ex quo proceſſit proneptis, Maria ſcilicet, quæ etiam ſucceſſit, & contraxit matrimonium cum Antonio, qui erat nepos, aut pronepos ex Ioanne expreſsè excluſo à ſucceſſione Maioratus. Maria, & Antonius ex eorum matrimonio genuerunt Caſſiodorum, qui poſt mortem Mariæ eius matris, (quæ fuit vltima ex poſſeſſoribus) intendit ſuccedere in Maioratu: attamen ex aduerſo Dionyſius, filius, aut nepos ex Franciſco alio fratre inſtitutoris ſe opponit, intendens ſe eſſe legitimum ſucceſſorem, & præferri debere Caſſiodoro; quia licèt Caſſiodorus ex parte matris procedat ex meliori linea admiſſa, attamen ex parte patris prouenit ex linea excluſa, atque odioſa inſtitutori; Dionyſius verò licèt ſit deſcendens ex linea inferiori, tamen ex linea purè ſucceſſibili ducit originem: Dionyſius igitur, vt in hac controuerſia victoriam conſequatur, iuribus & rationibus ſequentibus vtitur.

Primò, quia linea ſucceſſibilis, & linea inſucceſſibilis, & reprobata, quæ in Caſſiodoro concurrunt, ſunt incompatibiles, atque priuatiuè contrariæ, & repugnantes; & cùm ad inuicem ſe impediant, atque elidant; ſequitur ex regulis Incompatibilium, de quibus nos latè ſuprà *part.1. cap.1.* quod neque ad illam, neque ad aliam attenditur lineam, & iudicare eum debemus ac ſi in linea non fuiſſet. 4

Nam in Incompatibilibus apud vnum ſubiectum exiſtentibus, deſtruitur vnum per aliud, & neutrum tenet, *leg. vbi repugnantia* 148. *ff. de reg. iur. l. ſed & ſi, §. item ſi plures*, vbi Gloſſa & Doctores, *ff. de inſtit. action. l. Titia ſi non nupſerit* 100. ibi: *Ridiculum eſt enim, eandem, & vt viduam, & vt nuptam admitti: ff. de condit. & demonſtrat. l. ancillam 4. verſ. Sin vero*, & ibi Gloſ. *verb. pro ſuo: id eſt bona & mala fide, cum ſint oppoſita, ff. pro ſuo: l. Mutius 30. ff. pro ſocio, l. ſi inter me, & te: ff. de except. rei iudic. leg. Pomponius, §. ſed & ſi is, in fin. ff. de procuratoribus: l. non codicillis, Cod. de teſtam. l. 1. C. de furtis, cap. cum expediat, de elect. in 6.* 5

Ergo cum in linea non exiſtat Caſſiodorus; quia idem eſt in nulla, ſeu finita linea exiſtere, vel in linea eſſe incompatibili ac repugnanti; ſequitur quod ſucceſſio pertineat ad Dionyſium, qui poſt illam lineam finitam, ſiue ex commixtione deſtructam, inuenitur in linea ſubſequenti expreſsè, vel tacitè, aut legaliter vocata. 6

Secundò, nam ad hoc vt excludi debeat Caſſiodorus, ſufficit quod ex vna parte ſit excluſus: nec ei prodeſt quod ex alia ſit admiſſus. Bonum enim dicimus (ſecundum vulgare axioma) ex integra cauſa, malum ex quocumque defectu; Diuus Dionyſius Areopagita *de diuin. nominib. cap.4.* Dom. D. Perez de Lara *de Anniuerſar. & Capellan. lib.1. cap.11. num.12. & lib.2. cap. 4. num.73.* quia omnis virtus detrimentum patitur ab vno vitio, *cap. dolendum, de pœnitent. diſtinct.5. cap. defleat peccator, quia offendens in vno factus eſt omnium reus, de Reg. iur.* Gloſ. *verb. vita puritates, in extrau. execrabilis, de præbend. & dignitatib.* 7 8

Tertiò, quia in indiuiduis, atque inſeparabilibus, vtile per inutile vitiatur, *l.1. §. item quæritur.* Iuncto etiam §. *Trebatius, ff. de aqua quot. & æſtiu. l.1. §.1. & leg.3. §. aqua publica, ff. de aqua pluu. arcend. leg. tutor. 49. §. curator, ff. de minorib. leg. ſi id quod 28. §. ſi ex decem, ff. de Donationib. inter vir. & uxor. leg. ſi libertus 16. §. ſi quis plures, ff. de iur. Patronat.* Dynus *in cap. vtile, num.7. de Reg. iur.* Surdus *deciſ.7. num.35. & in tractat. de aliment. titul.7. quæſtione 17. num.17.* Stephanus Gratian. *tom.4. cap 757. num.62.* Barboſa *axiomate 231. verb. vtile, num.3.* 9

Gabriel Aluarez de Valaſco *in Axiomat. iuris, lite-*
10 *ra V. num.194.* Sed in caſu præſenti patet, quod eſt
quid indiuiduum, atque inſeparabile, linea Caſſiodori
admiſſa ſucceſſibilis, & linea reprobata inſucceſſibilis.
11 Ergo linea, quæ eſt vtilis ad ſuccedendum in Maio-
ratu, vitiatur per lineam inutilem, & prohibitam ſuc-
cedere.

12 Quartò, itidem confirmatur, nam ratione incer-
titudinis vtile per inutile vitiatur: *l. ſi libertus 16.*
§. ſi quis plures, ff. de iurepatronat. l. ſi decem 92. ff.
Locati: Iaſon in *l.... §. Sed & ſi metu, num. 7. ff.*
de verbor. ſignificat. Surd. *conſil.39. num.27.* Stephan.
Gratian. *tom.4. cap.742. num.59.* Gabriel Aluarez à
13 Valaſco *in Axiomat. iur. liter.V. num. 197.* Sed de
incertitudine in præſenti patet, nam incertum eſt per
confuſionem, & immixtionem linearum, quæ linea
debeat attendi. Ergo in hoc caſu, ratione incertitu-
dinis, vtile per inutile vitiatur.

14 Quintò: Nam quando duæ cauſæ concurrunt,
vna quæ nocet, & altera quæ prodeſt, attenditur po-
tiùs cauſa, quæ nocet, quam ea, quæ prodeſt: *leg.3.*
§. fin. ff. ad Senatuſconſult. Sylanian. l.3. § fin. ff. de le-
gat. præſtand. l. antepenult. §.1 ff. mandati: maximè in
indiuiduis: *l. Fulcinius 7. §. ſed is, qui: verſ. Quid er-*
go ſi duas cauſas, ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur
Alberic. in *l.3. §. fin. num. 2. verſ. Secundo caſu, ff. ad*
Sylanian. Mieres *part.2. quæſt.4. illation.8. num. 97.*
& 98. Gabriel Aluarez de Valaſco *in axiom. liter.C,*
num.58. Polydor. Ripa *de nocturn. tempor. cap.4. de*
15 *Mixto, num.94. & 95.* vbi ita dicit: *Quod vero ma-*
gis arbitror, quoties materia indiuidua eſt, atque inſe-
parabilis, quoniam in eo caſu ſi duæ concurrant cauſæ,
quarum alia noceat, proſit autem alia, ea attenditur
cauſa, quæ nocet, non autem illa, quæ prodeſt: Iaſon
in l. ſi mater, num.9. verſ.2. ex iſta: Cod. de inofficioſ.
teſtament. &c. Ergo cum hîc concurrant duæ cau-
ſæ, vna quæ prodeſt ad ſuccedendum, altera quæ no-
cet, attendi debet ea, quæ nocet, & ſic ſuccedere
non debet Caſſiodorus ex cauſa quæ prodeſt.

16 Sextò & vltimò, nam de iure præſumpta volun-
tas inſtitutoris ea eſt, ne ſub ſimplici vocatione ſuc-
ceſſorum comprehendatur mixta, id eſt, ſucceſſor ille
qui admixtam habeat qualitatem ſanguinis, & li-
neæ reprobatæ; quia ex tacita atque præſumpta di-
ſponentis voluntate, diſpoſitum in caſu ſimplici,
non extenditur ad mixtum, & ſub ſimplici non com-
prehenditur mixtum habens aliam diuerſam qualita-
tem: *leg. hoc legatum 43. ff. de leg.3.* Vbi in legato fa-
cto de rebus alicuius cauſa paratis, comprehendun-
tur dumtaxat res, quæ ſimpliciter ad eius vſum para-
tæ ſunt, non quæ mixtim ad eius vſum, & al-
terius.

17 Idem probat textus in *l. legatis vxori, ff. de legat.2.*
& alia iura allegat Surdus *deciſ.329. num.12. & 13.*
Dom. D. Ioannes à Caſtillo *cap.89. num.160.* Farinac.
in fragment. criminal. part.2. litera M. numero 219.
& 220.

18 Quod maximè procedit ſi in mixto concurrant
qualitates incompatibiles, & inſeparabiles: allegat
ad hoc quamplurima iura, Auguſtin. Barboſ. *in axio-*
19 *mat.152. verb. mixtum num.3,* ibi: *Secus ſi in mixto*
concurrunt qualitates incompatibiles & contraria, quia
tunc mixtum non continetur ſub ſimplici: vt in leg.1.
§. interdictorum ff. de Interdict. & in l. in tribus, ff. de
iudic. & in dict. l. ſeruis Vrbanis, §. final. ff. de legat.3.
& in dict. leg. Tuia textores, §.1. ff. de legat.1. & in
§ quadam. Inſtit. de actionib. Bolognet. in l.2 in princ,
num.46. & n.54. verſ. Sed ſi eueniat, & num.65. ff. de
verbor. obligat.
20 Et in num.6. proſequitur Barboſa, ibi: *Secus verò*
ſi qualitates in mixto concurrentes ſunt inſeparabiles,
tunc enim diſpoſitio loquens de ſimplici non habet lo-
cum in mixto continente inſeparabiles qualitates, vt in
l. vim paſſam, §. proſcriptione, ff. de tutel. & in leg. ſi
adulterium cum inceſtu, ff. de adulter. Bolognetus in
dict. l.2. in princip. num.47. & 186. Alciatus in repe-
tit. ſub num.23. Cardinal Tuſchus, tom.5. litera M.
concluſ.244 num.31. Vbi, quod quando materia eſt 21
indiuidua, mixtum non continetur ſub ſimplici, etiam
quod diſpoſitio loquatur de pluribus ſimplicibus: Po-
lydor. Ripa, cap.4 num.14. vbi ampliat in odioſis. Er-
go, &c.

Hactenus de iuribus, quæ pro Dionyſio dimicant:
Sed è contrario, in defenſionem Caſſiodori propu-
gnant ſequentia.

Imprimis, etiam in materia Incompatibilitatis: 22
Nam quis non poteſt eſſe ſimul in duplici ſtatu con-
trario, quia tunc magis attendi debet ad ſtatum li-
berum, & fauorabilem, ſicuti notatur in text. in
leg. vnica, §. cum igitur in fin. de Latina libert. tollend.
Vbi apud eandem perſonam ſimul libertas, & ſerui-
tus, non ſunt compatibiles: ideò magis ad ſtatum li-
bertatis attenditur, ibi: *Quis enim patiatur talem* 23
eſſe libertatem, ex qua, ipſo tempore mortis, in ean-
demque perſonam ſimul libertas & ſeruitus concur-
rant, &c. Et ſuper his verbis, dicit Baldus, *num. fin.* 24
Nota quod duo accidentia contradictoria non poſſunt
ſimul informare ſubiectum: Sic infra eadem l. §. illud,
& l. ancillam, ff. pro ſuo Ergo ex hoc iure concur- 25
rente apud Caſſiodorum duplici illo ſtatu, vnus ad
liberè ſuccedendum, alter ad non ſuccedendum;
magis ad illum ſtatum de liberè ſuccedendo attendi
debet, tanquam ad ſtatum libertatis, & magis fauo-
rabilem.

Secundò, Quia ex voluntate Teſtatoris, vel In- 26
ſtitutoris fit ſeparabile vtile ab inutili, etiam in in-
diuiduis: *leg.2. ff. de his quæ pro non ſcript. habent.*
& probat Iaſon in *l.2. §. Sed & ſi mihi, num.12. ff. de*
verbor. obligat. verſ.4. ad text. notabilem, in l.2. ff. de
his quæ pro non ſcript. habentur. Vbi præſentatur vnum
inſtrumentum, in quo ſunt aliqua quæ non poſſunt le-
gi, nec intelligi; aliqua ſic: & tamen non vitiatur in
totum inſtrumentum. Et pondera illum textum con-
tra doctrinam omnium, qui dicunt quod teſtamentum
eſt indiuiduum, leg. furioſum, vbi Bartol. & omnes,
Codices qui teſtamenta facere poſſunt, & tamen valet
teſtamentum, & vtile per inutile non vitiatur: ad
idem, leg. hac conſultiſſima §. ex imperfecto. Vbi ali-
quando dixi, Cod. de teſtament. & in l. fin. in fin. Cod.
familia erciſcundæ. Vbi ſi pater faciat teſtamentum
inter liberos, coram duobus teſtibus valet: Sed ſi re-
linquatur aliquid extraneo, in eo, vitiatur. Guillel-
mus Benedictus *in cap. Raynuntius, verb. reliquit,*
num.12. de teſtament. Simon de Prætis *de interpre-*
tat. vltimarum volunt. folio 306. num. 28. in fin. &
cum aliis Vincentius Fuſarius *quæſtione 463. nu-*
mero 12.

Et antequam hinc abeamus, id quod dicimus vo- 27
luntatem Inſtitutoris poſſe eſſe diuiſibilem, intelli-
ge quoad intellectualem, non verò quoad corpora-
lem diuiſionem, cùm id non poſſit fieri realiter,
bene tamen per abſtractionem intellectualem: Bald.
in l.1. Cod. de ſeruis fugit. num.4. ibi: *Corporali con-*
ſideratione vna res non cenſetur diuerſimodè, ſed in-
tellectuali conſideratione intellectus diuidentis, vbi
concurrunt plures intelligendi formæ, tunc vnum, &
idem æquipollet pluribus, vt hic: & argumento, ff de
adopt. leg. ſi conſul. Menoch. *de recuperand. poſſeſſ.*
remedio 1. num.37. Surdus *de aliment. tit.2. quæſt.15.*
num.152.

Sed

28 Sed ſic eſt quod vtile per inutile non vitiatur in his
quæ ſunt ſeparabilia, *cap.vtile 39. & cap non debet,de
regulis iuris, in 6. l.2. §. ſed & ſi mihi, ff.de verbor.
obligat. leg.ſi duobus §. hæres, ff. de legat.1. leg.certi
conditio.9. §.quoniam, ff. ſi certum petatur: l.1. §. pu-
blicani, ff.de Public.& Vectigal. cap. ad diſſoluendum
de deſponſ.impuber. cap. ſi confirmationem,de election.*
29 *in 6.* Ergo vtilis quæ eſt linea ad ſuccedendum in vl-
timis voluntatibus, & diſpoſitionibus hominum, non
debet vitiari per inutilem lineam de non ſucceden-
do ſimul concurrentem.

30 Tertiò, nam etiam ratione incertitudinis, & diffi-
cilis ſeparationis, vtile per inutile non vitiatur. Pro-
31 batur ex textu notabili in *cap.ſacris 12. de ſepultur.*
vbi quod ſi in Cœmeterio Eccleſiaſtico ſunt ſepulta
excommunicatorum, & non excommunicatorum
corpora, ſi fidelium oſſa non poſſunt diſcerni ab oſ-
ſibus eorum qui ſunt excommunicati, relinqui debent,
licet deciſum ſit quod excommunicati, qui ab vnita-
te Eccleſiaſtica præciſi ſunt, careant Eccleſiaſtica ſe-
pultura. & *ibi* Gloſ. penult. dicit: *Nota argumentum,
quod ratione dubietatis aliquid admittitur quod aliter
non admitteretur 11. quæſt.3. cap.noliſe 7. & 13. quæſt.2.
cap.non æſtimemus, & ff.de adimendis legat. l.3. §. ſi
32 duobus. Idem contingit ratione connexitatis 14. quæſt.5.
cap.denique & 81. diſtinct. cap.cum omnibus: & ff.de
ſolut. leg. ſi alieni nummi: & ff.de minorib. l. etiam.
Item ratione difficilis ſeparationis, ff de negot.geſt.l.cum
actum: ff.de adminiſtr. l.tutorum qui tutelam.* Ergo
33 cum ſeparari non poſſit linea, & ſanguis ſucceſſibilis,
à linea inſucceſſibili, linea vtilis ad ſuccedendum non
vitiatur per lineam inutilem de non ſuccedendo.

34 Quartò, quia in fauorabilibus, ſub ſimplicibus con-
tinetur mixtum: *l.Titia textores 39. ff.de leg 1.l.2 §.fin.
ff.de excuſat.tutor.* Iaſon in *d.l.Titia textores, n.19. &*
20. Baldus *conſ.141.n.7. vol.1.* vbi quòd quando ſunt
35 complicatæ duæ cauſæ, quarum altera ſit appellabi-
lis, altera autem non ſit appellabilis, nihilominus præ-
ponderare debet appellabilis, & ſic vtraque erit ap-
pellabilis: per text. in *leg.Arbitro.9. ff. qui ſatiſdar.
cogant.* Albericus poſt Gloſſam, in *l.2. ff.ad leg.Aqui-
liam:* vbi dicit, quod in mixtis ſequimur naturam
eius, quod eſt fauorabilius. Et quod in fauorabili-
36 bus, ſub ſimplicibus contineri mixtum, proponit
pro Regula, Ludouic. Roman. in *leg.2. in princip.
num.20.* & *ibi* ferè omnes Scribentes, *ff. de verbor.
obligat.* Carolus Ruyn. *conſ.145. num.14. lib.3.* & cum
aliis, Polydor. Ripa *de nocturn. temp. cap.4. de mixto,
num.92.* & copioſè D. Ioan. à Caſtil. *lib.5. cap.134. n.16.*
37 *& 21. & 22.* Sed ſic eſt, quod inſtitutio, ſiue admiſ-
ſio ad ſuccedendum, eſt fauorabilis; at verò exhære-
datio odioſa: *vulgari l.cum quidam 19. ff de liberis &*
38 *poſthum.* Ergo ſub ſimplicibus debet contineri mix-
tum de linea ſucceſſibili, & non ſucceſſibili.

39 Quintò, confirmatur argumento text. *in cap.dile-
ctus filius 19. de præbend. & dignit.* in illis verbis: *Nos
facto eiuſdem Legati illicito reprobato, quod eſt licitum
approbantes, quia videtur indignum, vt receptus in Ca-
nonicum, præbendæ beneficio defraudetur.*

40 Sextò & vltimò probatur, ex text. in *l. ſi filius 42.
in princ. ff. de bon.libert.* cuius caſus ſpecies ea eſt:
Quod pater, qui duos filios habebat, vnum inſtituit
in bonis liberti, & alterum exhæredauit: filius inſti-
tutus fratrem ſuum exhæredatum adrogauit, atque
ita hærede eo relicto defunctus eſt. Dubitatur an ad-
mitti deberet ad bonorum poſſeſſionem? nam ex vna
parte frater erat admiſſus, ex altera excluſus: & vi-
debatur ſecundum opinionem quorumdam, quod ad
id, quod ei nocebat, deberet attendi: ſed Paulus Iu-
riſconſultus hoc corrigit, & ita dicit: *Ei, qui alio iu-
re venit, quàm eo quod amiſit, non nocet id quod perdi-
dit, ſed prodeſt id quod habet. Sic edictum eſt, Patrono,
eidemque Patroni filio non obeſſe quod quaſi Patronus
deliquit, ſi vt Patroni filius venire poſſit.*

Ad idem eſt textus in *l.emancipatum 7. §. fin. ff.de* 41
Senator. vbi filius, & ſimul nepos Senatoris, licet ex
vna parte non debeat admitti vt filius, quia pater ami-
ſerit dignitatem ante conceptionem eius, & ex alte-
ra parte poſſit admitti tanquam nepos Senatoris: ni-
hilominus debet admitti: prout reſpondit Vlpianus
ibi: *Et magis eſt vt debeat, vt Aui potius dignitas pro-
ſit, quam obſit caſus patris.* Quod aliis Iuribus confir- 42
mat *ibid.* Gloſ. fin. dum dicit: *Idem notatur hoc argu-
mento pro feudo, quod licet filius per culpã ſuam debeat
amittere feudum, nepos tamen retinet ex perſona Aui
ſui. Sic infrà, de Interdict. & relegat. l.3. & infrà de
Iurepatronat. l.Diui fratres, &c.* Ad idem eſt *l.1. §. Sed* 43
videndum, ff de ſucceſſ.edicto. Vbi licèt filius, tempo-
re, vel repudiatione, ſit ex vna parte excluſus ex capi-
te, *Vnde liberi*; admittitur tamen ex alio capite, *Vn-
de Agnati, & Cognati:* quod quidem in honorem ſan-
guinis eſt ſtatutum. Vnde Gloſ. *verb.ipſe ſibi.* ita di-
cit: *Ergo admittitur vt alius: vt argumento ſupra de
adoptionib. l.emancipatum §. fin. & ſuprà, Vnde liberi,
l.2. in princ. & C. de adulteris, l.iure mariti: & ſup.
qui potiores in pigner habeantur l.3. in princ.*

Comprobatur argumento caſus, quem proponit 44
& reſoluit Baldus in *cap. ſtuduiſti n.4. de officio Dele-
gati.* vbi dicit: *Pone, quod Papa concedit mihi quod-
dam Caſtrum ſub quibuſdam conditionibus, non ſerua-
tis, Caſtrum debet reuerti ad Papam: deinde concedit
mihi ciuitatem, cum omnibus Caſtris ſuis, inter quæ il-
lud Caſtrum reperitur: ſed ob non ſeruatas conditio-
nes, Papa dicit Caſtrum ad ſe reuerſum: Ego dico ad
me pertinere tanquam partem ciuitatis; vt ff.de iudic.
l.inſula: partem dico diſtrictualem, ſeu ſubiacentem.
Quæritur quid Iuris? Reſpondeo, quòd id quod perdidi
ex vno capite ſpeciali, recupero ex generali, &c.*

Confirmatur denique ex aliis relatis à Ioanne Pe- 45
tro Surdo *de Alimentis, tractat.2. quæſt.15. à num.147.
cum ſeptem ſequentibus,* vbi *in num.149.* dicit: Quod
Adiunctus gaudet priuilegio Coniuncti, quando agi-
mus de re inſeparabili, vel indiuidua: *l. præcipimus,
§.eodem iure, Cod. de appellation.* Et ibi latè Apoſtil.
ad Bartol. Barbatia *conſil. 36. num.18. volum.2.* Iaſon
latè in *l. ſi emancipati, num.3. Cod. de Coll.* Decius *in
cap.accepta num.3. de appellat. & in l. fœmina, num.7.
Digeſtis de regul. iur.* Hippolyt. de Marſill. *in ſingu-
lar.* 180.

Ex quibus omnibus videtur, quod pro parte Caſ- 46
ſiodori ſit clarius atque magis conuincens ius, &
exinde pro eo iudicandum. Maximè ſi ad primum
argumentum in contrarium reſpondeas, quod ex vo-
luntate inſtitutoris Metaphyſicè, ſiue intellectualiter
poteſt eſſe ſeparabilis, & exinde compatibilis linea
ſucceſſibilis, & linea inſucceſſibilis: & ſic ex vna
parte independenter ſuſtineri id, quod ſucceſſibile
eſt: nam licèt corporaliter non poſſit eſſe diuiſibilis,
& ideo quoad corporalem diuiſionem ſit incompa-
tibilis; tamen quoad intellectualem eſt diuiſibilis, &
compatibilis, prout ſupra diximus in *hoc cap.num.27.*
ex Baldo in *l.1. num.4. verſ. corporali conſideratione,
Cod. de ſeruis fugitiu.* Menochio, & Surdo, quos *ibi*
citamus.

Cum eadem diſtinctione accipitur axioma noſtrũ, 47
dum dicimus quod Contraria ſiue Incompatibilia ſi-
mul eſſe non poſſunt. Nam tunc procedit ſi ſimul, eo-
dẽ tempore, in eodemque ſubiecto, ſeu concreto, con-
currant; quod ſecundum Logicos dicitur, in habitibus
moralibus, aut Phyſicis, ſeu realibus: nõ verò procedit

in abſtracto ſpeculatiuis, aut metaphyſicè conſideratis: ſic ex Thom. de Thomaſet. *in floribus legum, regul.*101. & Sigiſmundo Scaccia *de commerc.* §.6. *gloſ.*1.*num.*77. Gabriel Aluarez de Valaſco *in Axiomat. iuris, lit.C. num.*209.

48 Ad ſecundum reſpondetur, quod illud vulgare Axioma; *Bonum ex integra cauſa, malum ex quocumque defectu*, non verificatur in phyſicis, ſed in moralibus; quia phyſicè poſſunt habere infirmitatem, ſeu malum in vna parte corporis, veluti in manu, vel auricula, quæ ſit cæſa; & nihilominus ceteræ corporis partes eſſe in ſua bonitate, & ſanitate. Et ſic phyſicè poteſt concurrere, & comparibilis eſt linea, quæ ex vna parte ſit cum illa qualitate admiſſibili, & linea, quæ ex alia parte ſit non admiſſibilis.

Idem reſponderi poteſt ad tertium argumentum.
49 Sed ad quartum & quintum atque ſextum, quibus
50 difficile videbatur reſpondere, ſatisfacies ex ſecundo,
tertio, & quarto argumentis pro hac vltima ſententia *ſuprà* relatis à *num.*16.

51 Quid tenendum in quæſtione ita dubia, ardua, & intricata, tot vrgentibus pro vtraque parte rationibus? Indiſſolubilis quidem videtur, adeò vt plerique exiſtiment reſpondendum quod dici ſolet, *ſoluat Apollo.* Sed ego vtinam verum attingam, fauore diuino implorato, audeo interponere meam ſententiam, videlicet, quod in dubio vltimam amplector. At verò ſi cauſa excluſionis, quâ motus fuit inſtitutor Maioratus ad excludendum fratrem, atque eius deſcendentes, fuiſſet in odium alicuius maculæ quam frater contraxiſſet in matre, vel patre alterius coniugij, vel in contrahendo matrimonium cum muliere ex ſanguine infecto Iudæorum, Sarracenorum, vel Maurorum, vel hæreticorum; tunc ex eo quòd ratio excluſionis ea fuit conſeruandi puritatem ſui ſanguinis, decorem ſeu nobilitatem ſuæ familiæ. & ne ſucceſſores in ſuo Maioratu ſint illa macula infecti, ſufficit ad excluſionem quod etiam in minima parte ſucceſſor ex illa infecta radice maculatus reperiatur, & ex ſanguine illo reprobato; licet ex alia parte proueniat ex ſanguine puro, & habeat lineam ſucceſſibilem, quia tunc bonum ex integra cauſa, malum ex quocumque defectu conſurgit moraliter, ſecundùm Diu. Dionyſium Areopagitam *de diuin. nominibus, cap.*4. & D.Perez de Lara *de Anniuerſar. & Capell. lib.*2. *cap.*4. *n.*72. Et facit id quod Apoſtol. 1. *ad Corinth. cap.*5. dicit: *Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit.*

At vero ſi odium ex alia cauſa procedat, veluti ſi 52
ex iniuria perſonali, offenſa, vel ingratitudine, tunc pro ſecunda opinione iudicandum eſt, prout vidi iudicatum in hac Regali Cancellaria inter conciues Guadixenſes, ſiue Accitanos in Aula, in qua præſidens erat inſignis ille, eminentia magna præditus, ac decus Senatorum Dom. D. Gregor. de Contreras Diui Iacobi Eques, cuius erat Collateralis, ſiue coniudex Regius, Dom. D. Marcellinus Faria de Guzman, quem candor, diſcretio, & prudentia propria laudant, vt non ſit neceſſe partes meas interponere. Laudo Deum, ad cuius honorem & gloriam noſtra omnia tum animi tum corporis bona referenda ſunt.

PARS

Digitized by Google

PARS QVINTA.

DE INCOMPATIBILITATE IN IVRE CIVILI.

CAPVT I.

In diſpoſitione Incompatibili de Iure Ciuili, incluſio vnius eſt excluſio alterius.

SVMMARIVM.

1 *Incompatibile eſt in Phyſica, duo plurave entia, ſiue ſubiecta, ſimul eodemque tempore vnam ſedem, ſiue vnum tantum* Vbi *occupare.*

2 *Incluſio vnius, eſt excluſio alterius, & n.3.*

4 *Textus in* l.ait Prætor.7.§.ſed quod Papinianus, ff.de minoribus, *interpretatur, & ex eo non bene infertur axioma, quod incluſio vnius ſit excluſio alterius, & n.5.*

Et quod procedit præſumptiuè, non autem concludat de neceſſe, n.6.

Sed declaratur numeris ſeqq.

7 *Incompatibile eſt quod minor hæres inſtitutus, & alius ei ſubſtitutus, poſſint directò eſſe ſimul & eodem tempore hæredes in ſolidum, & n.8. & 9.*

10 *Hæres qui fuit ſemel, nunquam deſinit eſſe hæres, directò titulo, & nomine.*

11 *Textus in* l.ait Prætor.7. §.Sed quod Papinianus, ff.de minoribus. *In quo Vlpianus, & Papinianus ſiunt in contrariis ſententiis, componuntur, & num.12.*

13 *Incompatibile eſt valere teſtamentum iure militari, & iure communi, ſimul, & n.14.*

15 *Incompatibilis eſt gradus inſtituti, & gradus ſubſtituti; & ſecundus gradus ſubſtituti, cum tertio.*

16 *Incluſio vnius, eſt excluſio alterius, quando in vtroque inſunt contraria.*

17 *Vocato Petro ad ſucceſſionem vnius Maioratus ex pluribus incompatibilibus, neceſſario cenſetur excluſus à ſucceſſione aliorum, & n.18.*

19 *Incluſio vnius lineæ, eſt excluſio aliarum.*

20 *Succeſſio ſeu vocatio maſculorum, eſt excluſio fœminarum.*

Quod explicatur ex plurimorum authoritatibus, & declaratur fuſius, n.21. 22. 23. 24. 25. & 26.

27 *Incluſio, ſeu vocatio agnatorum, an inducat excluſionem cognatorum ſeu maſculorum ex fœminis?*

28 *Incluſio, ſeu vocatio fœminarum, eſt excluſio maſculorum.*

ARGVMENTVM.

Quando vtrumque eſt contrarium, ſeu incompatibile, incluſio vnius, eſt excluſio alterius, ex diſpoſitione Iuris Ciuilis, in *l.ait Prætor.7. §.Sed quod Papinianus, ff.de minorib. l.Tribunus 20. §.fin. ff.de teſtamento militis, l.cum in teſtamento 37. ff.de hæredibus inſtituend.* Axioma, quod deducunt communiter Scribentes ex *leg.cum Prætor.12. ff.de Iudic.* conſideratur, nempe quòd incluſio per vocationem ad ſucceſſionem vnius ex pluribus Maioratibus incompatibilibus, erit excluſio aliorum. Et quid de incluſione vnius lineæ, an, & quando ſit excluſio alterius. Et tandem breuiter, & in aliquibus remiſſiuè, atque vtiliter tractatur de incluſione per vocationem maſculorum, & an inde ſequatur abſoluta excluſio fœminarum? Et quid è contra?

SICVTI Incompatibile eſt in Phyſi- 1
ca, quod duo, plurave entia, ſiue ſubiecta, ſimul, eodemque tempore poſſint concurrere, & vnam ſedem, ſiue vnum tantum *Vbi* occupare, nam per incluſionem vnius in illo *Vbi*, ſeu ſede, ſequitur neceſſariò excluſio alterius: ita ex eadem causâ & ratione, in noſtro Iure Ciuili, inter incompa-
tibilia per incluſionem vnius ſequitur excluſio alte- 2
rius. De quo Axiomate copioſè tractant Thomas de Thomaſet.*reg.*148. Pichard *priue.Inſtit.de exhæredat. liberor n.*10. Aluarez de Velaſco *in Axiomat. & locis comm.liter.I.n.*43. Barboſ.*axiom.*120.*verb.Incluſio.* D. Vela *tom.*2.*differt.*49.*n.*2.qui quidē plurimos referunt.

At quod hoc axioma procedat inter Incompatibi- 3
lia, patet: Nam id non in aperto probant leges, & Iura Ciuilia, ex quibus DD. dictum axioma deducunt.

Et in primis, text. in *l.ait Prætor.7. §.Sed quod Pa-* 4
pinian. ff.de minorib. vbi ex eo quod Papinian interrogatus de duobus, ad vnum affirmatiuè reſpondit; ad aliud negatiuè fuit viſus reſpondiſſe, notant DD. ex *ipſa lege*, & per text.in *cap.nonne, de præſumpt. c.qualis, diſt.*25.vbi Gloſ. copioſè, *v.negatur*: & reddunt hanc rationem, quia incluſio vnius, eſt excluſio alterius.

Sed ſalua pace eorum, non bene inferunt prædictū 5
axioma, ex eo quod interrogatus de duobus, ſi reſpondeat ad vnum affirmatiuè, videatur ad aliud reſpondiſſe negatiuè: nam dictum axioma non habet locum niſi inter Incompatibilia: & reſpondendo ad vnum affirmatiuè, non eſt incompatibile de neceſſe, quin etiam ad aliud affirmatiuè reſpondere poſſit, ſed tantum ex præſumptione; ideò præſumptiuè, & non neceſſariò intelligitur, quod ad aliud præbeat reſponſum negatiuum.

Digitized by Google

6 Et quod hoc procedat præſumptiuè tantum, & non concludat de neceſſe, tenet Bald. *in explicat. dict. §. Sed quod Papinianus*, dum dicit: *Nota quod quando inſtitutus incipit à repudiatione, tunc dicit Papinianus quod reſtitutio eius ad adeundum ex primo gradu, non reuocat libertatem ſubſtituti: & in hoc bene, quia contra libertatem ſe non extendit reſtitutio: Sed quia erat quæſitum a Papiniano, an remaneret hæres? Et omiſit hoc dicere, tacito intellectu colligitur quod intendebat negare: quia tunc de duobus quæritur, & ad vnum affirmatiuè reſpondet, & ad aliud non reſpondet; illud videtur tacite eſſe negatum, & è contra. Quod eſt multum notabile inter Doctores.* Et inferiùs, ibi: *Sed Iuriſconſultus authoritate huius legis in hoc tacito intellectu, reprobat Papinianum, dicens; quod reſtitutio non affert iura directa inſtituto; ergo nec affert nomen hæredis ſubſtituto: remanet ergo hæres nomine propter inſeparabilem ipſius nominis adquiſitionem.*

7 Ideò aliter ego pondero text. in *dict. § ſed quod Papinianus*, & ex alia eius parte deduco veram atque genuinam comprobationem axiomatis noſtri. Nam ſententia Papiniani, in id quod dicunt tacitè reſpondiſſe, quod ſeruus teſtatoris pupillo ſubſtitutus, non remanet hæres, ſed ſolum liber, ſi repudiante hæreditatem pupillo qui fuerat hæres inſtitutus, poſtea fuerit in integrum reſtitutus, ex eo poſſet habere locum, quia eſt incompatibile, quod minor inſtitutus, & ſeruus ſubſtitutus, poſſint directò ſimul eodémque tempore eſſe hæredes inſolidum, & effectu, *l. cum in teſtamento, 36. in princip. l. ei qui ſoluendo non eſt, 88. ff. de hæred. inſtit. l. ſi Titius hæres erit 16. ff. de condit. inſtit. lege 3. ff. de adquir. hæredit.*

8 Quapropter incluſio vnius tanquam hæredis directi, eſt excluſio alterius, qui velit ſimul etiam eſſe hæres directò; quia hoc eſt incompatibile, quod duo poſſint eſſe directò hæredes, quorum vnus eſt tantum alteri ſubſtitutus: & quamuis ſubſtitutus, minore repudiante, adiuerit hæreditatem; ex quo tamen minor fuit reſtitutus in integrum, abſtulit hæreditatem ſubſtituto, qui propterea deſiit eſſe hæres quoad emolumentum hæreditatis, ſed non quoad denominationem hæredis: & in hoc conueniunt Papinianus, & Vlpianus author *dicti §. Sed quod Papinianus*,
9 Tantumque igitur differunt in eo, quod Papinianus, dum tacito intellectu negat, quod ſubſtitutus ſeruus, poſt reſtitutionem minoris contra repudiationem vel abſtentionem hæreditatis, remaneat hæres, intelligitur de hærede vtiliter in re, ſiue quoad effectum.
10 At verò Vlpianus in *dicto §. Sed quod Papinianus*, intelligitur de hærede directo, quoad titulum & nomen hæredis: nam ſemel hæres nunquam deſinit eſſe hæres directo titulo, & nomine: *dict. l. ei qui ſoluendo non eſt, 8. ff. de hæred. inſtit.* at hæres per reſtitutionem non eſt hæres directò, ſed vtiliter in re, ſiue ef-
11 fectu. Et ſic cum hac diſtinctione compoſiti Papinianus, & Vlpianus, bene dixerunt; vt affirmat Bald. *in dict. §. Sed quod Papinianus*, ibi: *Dic quod Papinianus intellexit de hæreditate quoad effectum; ſed Author legis, quoad titulum: & ſic vterque bene dixit.*

12 Ex quibus iam ergo patet, quod in ſpecie text. in *dict. §. ſed quod Papinianus*, in primo caſu, quando minor, qui repudiauit, poſtea fuit reſtitutus, eſt incompatibile, quod directo titulo, & nomine ſit hæres ipſe minor inſtitutus, & ſeruus ſubſtitutus ſimul, quia per incluſionem ſubſtituti, qui directo titulo, & nomine fuit neceſſarius hæres, ſequuta fuit excluſio reſtituti minoris quoad titulum & nomen hæredis; & ſolum reſtitutio ei prodeſt quoad effectum in re ſiue ad vtiles actiones hæredis, in hoc enim caſu ſolùm eſt compatibile, quod habeat vnus iura directa, titulum & nomen hæredis; alter verò iura vtilia in re, ſiue in effectu: Bald. *in dict. §. Sed quod Papinianus: verſ. In contrarium, &c.* Sed quod vterque habeat iura directa, fieri non poteſt, cùm hoc ſit incompatibile. Et ſic benè interpretatur text. *in dict. §. Sed quod Papinianus*: ex regula noſtri axiomatis, quia de Iure Ciuili in Incompatibilibus incluſio vnius, eſt excluſio alterius.

Idem non obſcurè probat text. in *l. Tribunus 20. §. fin. ff. de milit. teſtam.* vbi ex eo quod eſt incompatibile, valere teſtamentum iure militari, & iure communi; nam ſi miles velit vt teſtamentum factum antequam militare cœperit, valeat tanquam paganicum teſtamentum, non debet valere tanquam teſtamentum militis: *leg. Titius 25. ff. de teſtament. militari.* 13

At ſi velit quod iure militari valeat, (id enim ex eo præſumitur, ſi tempore militiæ tabulas legerit, ac rurſus ſuo ſigno ſignauerit, vel ſi aliquid interleuerit, induxerit, adiecerit, vel emendauerit) tunc non valebit iure ordinario. Sed iure ſeu priuilegio militari, ex noua voluntate ſuperueniente. Ratio eſt; quia incluſio vnius ex his duobus teſtamentis incompatibilibus, eſt excluſio alterius. 14

Quibus adſtipulatur etiam text. in *leg. cum in teſtamento, 37. ff. de hæred. inſtit.* Vbi ex eo non admittitur concurſus inſtituti & ſubſtituti, quia gradus inſtituti eſt incompatibilis cum gradu ſubſtituti; & ſecundus gradus huius ſubſtituti cum tertio gradu alterius ſubſtituti; & hic tertius gradus ſubſtituti, cum primo gradu inſtituti: ratio eſt, nam cum concurrete non poſſint ex dicto text. in *l. 3. ff. de adquir. hæredit.* ſequitur quod incluſio inſtituti primi gradus, eſt excluſio aliorum; quia in incompatibilibus, incluſio vnius, eſt præciſa excluſio alterius. 15

Et ita intelligunt hoc axioma Alexander Trentacinq. *variar. reſol. de Conſuet. reſol. 1. num. 13.* Thomas Thomaſet. *regul. 148* & eos referens Aluarez de Velaſco *in axiomat. Iuris, liter. L. verb. incluſio num. 44.* dicens quod procedit, quando vtrumque eſt ad inuicem contrarium. 16

Infertur ergo quod ſi aliquis inſtituat plures incompatibiles Maioratus, & ad vnum eorum, Petrum v. g. vocauerit, neceſſario cenſetur Petrus excluſus à ſucceſſione aliorum: quia in incompatibilibus incluſio vnius eſt excluſio alterius. Et ita intelligendum eſt id quod dici ſolet, vnius admiſſionem eſſe alterius expreſſam excluſionem: *l. ſi vt certo, §. ſi duobus, l. 3. § ex contrario, ff de adquir. poſſeſſione: l. hæreditate 19. §. Pater peculij, ff. de Caſtrenſ. peculio:* cum aliis relatis à Pichardo *Inſtit. de exhæredat. liberorum in princ. n. 10.* 17

Per eandem rationem cum ſit indiuiduum quodlibet primogenium, ſiue Maioratus, & non niſi apud vnum ſucceſſorem compatibilis; Sequitur, quod ſi aliquis ex pluribus perſonis vocatus ſit, & ex eo incluſus ad eius ſucceſſionem, ſuccedit neceſſariò aliorum excluſio, & exinde vocatio illius eſt remotio alterius: Giurba *de ſucceſſion. feu. cap. 118. §. 2. gloſ. 10. num. 22.* 18

Hinc eſt etiam, quod in Maioratuum ſucceſſionibus, in quibus ſuccedītur de linea in lineam, non compatitur concurſus duarum, pluriumve linearum; regulare enim eſt, quod incluſio vnius lineæ, ſit excluſio aliarum linearum: Ita probat ex noſtro axiomate, Marius Giurb. *de ſucceſſion. feudi cap. 118. §. 2. gloſ. 10 n. 22. verſ. Tum quia incluſio vnius lineæ, eſt alterius excluſio, &c.* cum Menoch. *volum. 2. conſil. 106. num. 350. & aliis.* 19

Ex

Digitized by Google

20 Ex quibus dicimus etiam, quod ex ſimplici, atque abſoluta vocatione Maſculorum ad ſucceſſionem Maiorants, ſequitur excluſio fœminarum: nam incluſio maſculi ad ſucceſſionem primogenij, eſt excluſio fœminarum. Quod per noſtrum axioma probat ex *vulgat. l.cum prætor, in princ. ff de Iudiciis: & l.Gallus §.cum de lege, in fin. ff de liber. & poſthum. l.1.* ibi: *Quæ cum maſculis iure mariti facultatem accuſandi detuliſſet, non idem fœminis priuilegium, &c. ff. ad leg. Iul. de adulteriis*, text. *in cap. Raynutius, verſ. Si abſque liberis maſculus: de teſtamentis*, vbi Canoniſtæ *l.cum ita 63. §.1.* ibi: *Quæ enim Titio nubere iubetur cæteris omnibus nubere prohibetur, ff. de condit. & demonſtr. l. ſicut certi 9.* ibi: *Tacitè eum exhæredari intelligi: C. de teſtam.* Padilla de Meneſes in *l.cum acutiſſimi num.31. C. de fideicom.* D.Molin. *lib.3. cap.5. n 30. & 37.* Peregrin. *de fideicom. art. 25. n.11.* latè Auendañ. in *l.40. Taur. gloſ.9. n.47. & 48.* Menoch. *conſ.1099. num.20. vol.12.* Vincent. Fuſarius *quæſt.27. num.20. & quæſt.311. n.12.* Ant. Faber *de error. pragmat. tom.2. decad.28. error.8 num.2.* & Valent. Forſter. Videndus *in tract. de ſucceſſione. lib.3. cap.22. axiomat.7. n.18.* Dom. D. Ioan. del Caſtillo *lib.5. cap.92. n.2.* Addent. ad Dom. Molin. *in dict. lib.3. cap.5. n.30. vſque ad 38.* Barboſ. *de appellat. verb. Vtriuſque Iuris ſignificat. verſ. maſculus, appellat. 141 n.1.* Dom. D. Ioſeph. Vela *tom.2. diſſertat.49. num.2.*

21 Hinc etiam ſequitur, quòd ſoli filij aut deſcendentes maſculi excludunt ſubſtitutum, qui fuerit vocatus ſub illa conditione, *ſi deceſſerit ſine filiis maſculis*, aut *ſine deſcendentibus maſculis*; non autem cum excludit fœmina, etiamſi ei aſſiſtat deciſio legis, *cum auus, ff. de condit. & demonſtr. & l.cum acutiſſim. C. de*

22 *fideicom.* quæ in hoc caſu limitantur. Nam ex incluſione virorum diſpoſitiuè, aut conditionaliter ex propria vi vocabuli, atque incompatibilitate in ſexu maſculorum cum fœminis, ſequitur neceſſariò excluſio fœminarum: Ant. Gabriel. *lib 4. com. opin. tit. de fideicom. concl.1. n.83. limit.23.* Dom. Molin. *lib 3. cap. 5. num.30.* Ant. Gomez. *tom.1. cap.5. de ſubſtit. fideicom. num.38.* Dom. Greg. Lop. *in leg.3. titul.13. part.6. gloſſ. verb. Mugeres, col.1. verſ. An autem ex eo:* Ioſeph. de Ruſticis *dict. l. cum auus, lib.6 cap.4. n 16.* Peregrin. *de fideicom. artic.25. n.11.* Addent. ad Molinam *dict. lib.3. cap.5 num.30. vſque ad 38. verſ. Et tunc eſt, quod etſi in l.cum auus, regulariter fauore liberorum ſuppleatur conditio,* Si ſine liberis, *hoc non procedit, ſi dictum eſſet,* Si deceſſerit ſine filiis maſculis, &c. Additionato-

23 tes tandem in *dict. lib 3. cap.5. num.30. vſque ad 38.* ad Dom. Molin. breuiter ac magiſtraliter ſe habent, & has Concluſiones deducunt ad noſtrum intentum, quas referre lubet.

24 *Prima concluſio eſt: Quando maſculus ſimpliciter vocatur, nulla facta fœminarum mentione, tunc fœmina omni tempore, & in quocumque caſu excludi debent, quia incluſio maſculorum, eſt perpetua excluſio fœminarum &c.* Quibus addo Vincentium Fuſarium *quæſtione 311. n.13.*

Secunda concluſio eſt. Quandò fœminarum excluſio ita concipitur, Donec maſculi extabunt: Hoc enim caſu vita maſculorum facit interim dormire, ſed non expirare legitimam ſucceſſionem fœminarum: Vnde amoto impedimento per maſculorum obitum, ipſamet impedimenti amotio retrò fingit impedimentum non fuiſſe. Bald. *conſil.426. num.3. & 4. volum.3.* Petrus Anchar. &c.

25 *Tertia & vltima concluſio eſt. Quando fœmina excluditur ſimpliciter & abſolutè, non conditionaliter, nec ad tempus, vt in ſecunda concluſione, quo caſu omnes fatentur, non ſuſpendi, ſed eradicari omnino, à ſexu fœmineo potentiam ſuccedendi, & conſequenter etiam deficientibus maſculis, non eſt talis ſexus idoneus, nec ſucceſſibilis: nam verbum importans impedimentum temporale, diuerſum eſt ab eo, quod importat impedimentum perpetuum, & præciſum: quia primum curſu temporis, vel ſimplici, vel qualificato, amouetur; ſecundum autem non. Bald. conſil.67. num.1. Curtius, &c.* Et tandem aduertunt, quod hoc fortiùs procedit, vbi præceſſit vocatio maſculorum; deindeque ſubſequitur negatiua ad excluſionem fœminarum: & ad id allegant Mieres *part.4. quæſt.29. n.2.*

Hinc incidit, quod etiam aduertit Vincent. Fuſar. *dict. quæſt.311. num.18.* vbi addit; vel quando vocaſſet maſculos, *vt bona in agnatione conſeruentur*, quia tunc fœmina eſſet ſemper excluſa: ex Menoch. *conſil.926 num.36.* 26

Ad id quod ſuprà diximus, vt ex incluſione maſculorum, quando ſimpliciter maſculi vocantur ad ſucceſſionem Maioratus, & exinde ſequitur excluſio fœminarum, an cenſeantur etiam excluſi maſculi ex fœminis? Et breuiter atque remiſſiuè reſoluitur, quod in Maioratibus Agnationis, vbi expreſsè de agnationis conſeruatione agitur, tunc maſculi ex fœminis non ſuccedunt; ſed in Maioratibus, in quibus non expreſsè ac neceſſariò agitur de Agnationis conſeruatione, tunc veniunt maſculi ex fœminis: & ad hoc vt non præſumatur conſiderata Agnatio, maximè ex *leg.13. titul.7. lib.5. Recopilation.* videndi ſunt Dom. Molin. *lib.3. cap.5. à num.45. vſque ad num.50.* Menochius *conſil.1218. à num.16. & conſil.1229. à num.30. lib.13.* Ioſeph. de Ruſtic. in *leg. cum auus, lib 6. cap.16. Digeſtis de conditionib. & demonſtration.* Surdus *conſilio 317. volum.3.* Dom. D. Ioann. del Caſtillo *lib. 5. cap.129. 130. 131. 132. & 133.* Vincentius Fuſar. *quæſtione 404. per totam*, Addent. ad Dom. Molin. *vbi ſuprà dict. lib.3. cap.5. ſuper num.45. vſque ad n.50.* Auguſtin. Barboſ. *de appellat. verb. iur. ſignificat. verbo, Maſculus, appellat.141. num.2. & 3.* qui quamplurimos allegat, & nouiſſimè Dom. Ioſeph. de Vela *tom.2. diſſert.49.* 27

E contrario tamen dicendum eſt, quod ſicuti per ſimplicem vocationem, ſeu incluſionem maſculorum, ſequitur remotio, ſeu excluſio fœminarum, quia incluſio vnius, eſt excluſio alterius in incompatibilibus; ita eodem iure ex dicto noſtro Axiomate, ex vocatione ſeu incluſione fœminarum, ſequitur neceſſariò excluſio maſculorum: *l. ſi ita ſcriptum 45. ff. de legat.1.* Vincentius Fuſar. *q.312.* Et ita ad concluſionem huius Capitis deuenimus ad gloriam Dei Opt. Max. 28

CAPVT II.

De Incompatibilitate Iuris Ciuilis circa diſpoſitiones morientium, & vtrùm ius ſuccedendi poſſit eſſe in ſuſpenſo pro parte, & pro parte non.

SVMMARIVM.

1 *Actus humani an poſſint eſſe in pendenti de Iure Ciuili? Magna eſt controuerſia.*

2 *Textus in* l.vſusfructus 26. ff de ſtipulatione ſeruorum, *& text. in* leg. fin. ff. Comm. prædior.

dior. videntur habere repugnantiam.

Nam per l.Vſusfructus, videtur deciſum quod actus viuentis non poteſt eſſe in ſuſpenſo; per l.fin. dicitur quod actus viuentium poſſunt eſſe in ſuſpenſo, & num.3.

4 Nicolas à Genoa opinio in conciliandа l. vſusfructus, cum l.fin. ff. communia prædiorum, refertur.

5 Bartols opinio in concilianda d. l. vſusfructus, cum l.fin. commun. prædior. refertur, & n.6.

7 Stipulationis ſubſtantiam non poſſe eſſe in ſuſpenſo, ſed tantum cui adquiratur, dixit Bartol. in reſponſione ad d. leg. ſi ſeruus, § ſeruus capto Domino.

Quod reprobat Raphaël Fulgoſius, n.8.

9 Actus morientium non poſſunt eſſe in ſuſpenſo.

Declaratur exemplo, n.10. & 11.

12 Fictio fundari non poteſt ſuper impoſſibili, ſeu incompatibili; vt ibidem declaratur.

13 Incompatibile eſt, quod poſt aditam hereditatem defuncti, ſtatim ex vna parte valeat, ex altera ſit in pendenti, & n.14.

15 Succeſſio Maioratus an poſſit eſſe in ſuſpenſo, donec impoſſibilis ſit, quod ex linea ſuperiori aliquis naſcatur? Quæſtio eſt à plurimis agitata.

Declaratur exemplo, n.16.

Et ex caſu in facti contingentia, qui refertur, n.17. 18. 19. & 20.

21 Natus tempore delatæ ſucceſſionis, quod ſuccedat in Maioratu irreuocabiliter, tenent quamplurimi Doctores contra nondum natum ex linea vocata, qui poſtea naſcatur.

Et referuntur eorum fundamenta, n. 23. 24. 25. & 26.

27 Conditio negatiua, ſi vocatus filios non habuerit, ſi ſit limitata, & ad certum tempus reſtricta, ſolum ad illud tempus attendi debet, ad hoc vt ex defectu illius, ſubſtituto locus fiat, & n.28.

29 Vocationes, & conditiones regulariter ſunt reſtrictæ ad tempus mortis vltimi poſſeſſoris, ex diſpoſitione l.45. Tauri.

30 Dominium non debet eſſe deambulatorium, & ad tempus.

31 Inſtitutor non poteſt apponere conditionem, per quam impediri valeat effectus l.45. Tauri.

32 Natus tempore delatæ ſucceſſionis, quod ſuccedat in Maioratu reuocabiliter, non autem irreuocabiliter, tenent, & hanc opinionem tanquam veriorem defendunt quamplurimi Doctores pro nondum nato ex meliori linea vocata, qui poſtea natus eſt.

33 Filius naſciturus inſtitui, atque ei legari rectè poteſt: & ad ſucceſſionem feudi, & Maioratus vocari poteſt, & n.34.

35 Filiis naſcituris ius adquiri poteſt in perpetuum iure primogenituræ, & n.36.

37 Primogenituræ ius tranſit ordine ſucceſſiuo de vno in alium, non quod vnus ab alio cauſam habeat, ſed à primo inſtitutore.

38 Primogenituræ ius non tranſit à die natiuitatis, ſed à die celebrati actus.

39 Actus morientium, quod non poſſint eſſe in pendenti intelligi debent ex facto Tertij, non verò ex natura relicti, & n. 40.

41 Pendere poteſt aliquid ratione futuri euentus.

42 Actus morientium, quod non poſſint eſſe in pendenti, intelligi debet interim donec vocatus cum qualitate requiſita adierit, & non vltra; quia vel ſequenti in gradu reuocabiliter defertur ſucceſſio, vel bonis (donec conditio purificetur) curator dandus eſt.

43 Sequens in gradu non admittitur donec eſt ſpes, quod proximior ſuccedat.

44 Nepotes, qui nec nati, nec concepti ſunt tempore mortis Aui, nihilominus in locum patris ingredi adhuc poſſunt.

45 Actus morientium quod non poſſint eſſe in pendenti intelligi debet, quoad eſſentiam Maioratus, qui non poteſt non exiſtere poſt inſtitutionem.

46 Succeſſionis effectus bene poteſt eſſe in pendenti ſecundum accidentia, & quomodo hoc intelligi debeat, & n.47.

48 Actus morientium poſſunt eſſe in ſuſpenſo in diſpoſitione conditionali.

49 Actus morientium poſſunt eſſe in ſuſpenſo ex voluntate diſponentium.

50 Naſcituris in ſucceſſione Maioratus eſt ius quaſitum in ſpe à iure approbata.

51 Conditio illa negatiua, ſi liberos inſtitutus, vel vocatus non habuerit: non verificatur quouſque impoſſibile ſit, filios poſſe habere, & ſic vſque ad mortem.

52 Res manet in ſuſpenſo donec ſubeſt ſpes, quòd aliquis naſcatur, & interim penes adquirentem remanet dominium bonorum alienatorum; reuocabiliter tamen.

53 Dominium quòd poſſit eſſe ambulatorium, & ad tempus, eſt verum.

54 Lex 45. Tauri interpretatur ſuper axiomate, quòd actus morientium non debent eſſe in pendenti, ſeu in ſuſpenſo; & ad id refertur ad literam Dom. Cabreros, Auendaño, & num.55. 56. 57. & 58.

59 Actus morientium poſſunt eſſe in ſuſpenſo, ſeu in pendenti, quando Maioratus vacat per contrauentionem, & n.60.

Et tunc pro tempore quo vacat, ſuccedit natus reuocabiliter, n.61.

Probatur iuribus & Auctoribus, n.62.

63 Actus morientium poſſunt eſſe in ſuſpenſo, quando Maioratus vacat per contrauentionem, etiamſi verbis reſtrictiuis Inſtitutor vocaſſet aliquos: veluti ſi dixeris, quod facta alienatione ſuccedant, qui reperientur tempore alienationis.

64 Actus morientium poſſunt eſſe in pendenti quamuis proximiores conſenſerint tempore alienationis.

Et de aliis ampliationibus remiſſiuè, n.65.

66 Actus morientium non poſſunt eſſe in ſuſpenſo in ſucceſſione Maioratus per contrauentionem, quando filius contrauenientis, vel de linea ſuperiori natus ſit poſt ſententiam, ſeu rem iudicatam.

Sed Author hanc opinionem reprobat.

67 Sententia, quæ declarat quod poſſeſſor Maioratus fuit contraueniens, nihil de nouo dat, & n.68.

Sententia declaratoria in caſu contrauentionis quid continere, & quibus Verbis Iudex eam formare debeat, à n.69. vſque ad 71.

72 Sententia declaratoria in caſu contrauentionis licet omiſerit cautionem, non ideo præiudicat naſcituro.

73 Actus morientis in Maioratu, qui vacat per mortem vltimi poſſeſſoris, ſi appareat de voluntate inſtitutoris, poteſt eſſe in ſuſpenſo, ſeu in pendenti, fauore eius, qui poſtea eſſet naſciturus, & num.74.

Quæ voluntas colligi poteſt quando requiritur, quod tempore vacantis ſucceſſor habere debeat certam qualitatem, quæ non reperiatur in nato, ſed erit in poſtea naſcituro, n.75.

Vel

Digitized by Google

Vel quando ſubſtitutus vocatus ſit ſub verbis negatiuis, num.76.

Et reſpondetur ad contraria, n.77.

78. *Actus morientium non poſſunt eſſe in ſuſpenſo in ſucceſſione Maioratus, quando non apparet de contraria voluntate inſtitutoris, vel diſpoſitione Iuris.*

ARGVMENTVM.

Incompatibile eſt de Iure Ciuili quod ex vna parte actus morientium, ſtatim vt aditur hæreditas, valeant, ex altera parte ſint in ſuſpenſo; ex *l.fin. in fin. ff.commun. prædior.* Vbi dicitur quod non poſſunt eſſe in pendenti. Vnde infertur, an compatiatur quod ſucceſſio Maioratus poſſit eſſe in ſuſpenſo? Et quis præferri debeat, vtrum natus tempore vacantis, vel qui ſit melioris lineæ, vel qualitatis, natus poſt delatam ſucceſſionem, vel lite pendente, ad hoc vt poſſit habere regreſſum ad Maioratus ſucceſſionem, & eam auocare à poſſeſſore?

1 VErſatur non leuis controuerſia inter Iuriſperitos, an de Iure Ciuili actus humani poſſint eſſe in pendenti? Et ex eo naſcitur, quod videtur quædam antinomia ſeu repugnantia inter *l. vſusfruct.26.* 2 *ff de ſtipulatione ſeruor. & l. fin. ff.commun. prædior.* taliter quod aliqui affirmant dictas leges vix poſſe conciliari.

3 Nam in *d.l.vſusfr.* non in obſcuro decidit, quod actus viuentis non poteſt eſſe in ſuſpenſo, ibi: *Stipulatio autem pura ſuſpendi non poteſt*; ſed *dict. l. fin. ff.commun. prædior.* contrarium aſſerit, cum expreſsè teneat, quod actus viuentium poſſint eſſe in ſuſpenſo, ibi: *Neque enim ſicut viuentium, ita & defunctorum actus ſuſpendi receptum eſt.*

4 Verùm Nicolaus Genoa *in conciliatione legum, ad fin. in tractatu, de confutatione opinionum leges in Iure Ciuili contrarias arguentium, à num.5. vſque ad n.8.* nullam ait expreſſam verborum repugnantiam eſſe inter reſponſa Iuriſconſultorum in *dictis legibus*; & ſic quod non ſunt oppoſita, ſed diuerſa, cùm eorum quodlibet loquatur in caſu diuerſo.

5 Bartolus verò apertiùs ſe habet, magiſtraliter docens, quod textus in *d. l. fin. in fine*, procedit quoad adquiſitionem iuris realis; tunc enim, actus inter viuos poſſunt eſſe in pendenti, provt in ſpecie caſus *dicta l.fin.* vbi ad hoc vt poſſit adquiri ſeruitus per fundum, cuius ſint duo, pluresve domini, neceſſarium eſt, quod omnes ſimul concedant ſeruitutem: at ſi in diuerſis temporibus ſeparatim quilibet ceſſit, aut conceſſit, nihil agit, donec nouiſſimus concedat, & dum vltimus non cedit, eſt in pendenti ceſſio aliorum: *leg. per fundum 11. ff. de ſeruitut. prædior. ruſticor.*

6 Textus autem in *d. l. vſusfructus 26. ff.de ſtipulat. ſeruor.* procedit quoad obligationem perſonalem, ad cuius validitatem actus viuentis non poteſt eſſe in pendenti, quia ſtatim obligat promiſſorem, & ſic quando obligat, illicò valet, & ad hæredes tranſit; nam ſtatim cedit dies ſtipolationis, ſiue ſit pura, ſiue in diem, ſiue etiam ſub conditione quantùm ad vinculum obligationis; ſecùs in legato: *l.ſi ſeruus communis Manij 18.* & *ibi* Gloſ. *verb. ſtipulatio, ff.eodem* 7 *tit. de ſtipulat. ſeruor.* Et cum videatur eſſe in contrarium, *d. lex ſeruus communis Manij, 18. §. ſeruus capto domino, in fin.* ibi: *Nam & ſi filius captiuo patri ſuo ſtipulatus fuerit dari, res in pendenti erit: & ſi pater apud hoſtes deceſſerit, nullius momenti videbitur fuiſſe ſtipulatio, quoniam alij, non ſibi ſtipulatus eſt: ff.de ſtipulat.ſeruor. l.eius 41. §.quod ſi ſtipulatus, ff.de rebus credit.ſi cert.petat.* Ad has leges reſpondit Bartol. quod ſubſtantia ſtipulationis nunquam poteſt eſſe in ſuſpenſo; ſed poteſt eſſe tantùm in ſuſpenſo cui adquiratur, provt in *d. §. ſeruus capto domino*: & in *d. §.quod ſi ſtipulatus.*

Sed Raphaël Fulgoſius in *d. l.fin. num. fin. ff.commun.prædior.* cùm ſibi non ſatisfaciat reſponſum Bartoli, ita dicit: *Sed ſecundum veritatem, non eſt bona reſponſio: quia ibi eſt reſponſio quantum ad ſubſtantiam ſtipulationis, præterea quæ poſſet reddi ratio inter perſonalem, & realem obligationem? Vos ita conſiderabitis, in leg.vſusfructus infrà, de ſtipulat.ſeruor. ius perſona agentis erat inhabile, nec vnquam ſperabatur fieri habile: ſeruus hæreditarius, iacente hæreditate, ſtipulatur vſumfructum, certum eſt, quod ex perſona ſeruorum non eſt ius ſtipulandi, ſed ex perſona Domini, vt Inſt. de ſtipulat. ſeruor. in princip. ex perſona ſerui non eſt ius ſtipulandi, nec etiam ex perſona Domini; quia hæreditas eſt iacens, quæ non poteſt ſtipulari, nec hæreditas vſumfructum adquirere poſſit in æternum; tamen bene poteſt mutari Dominium: ſed in prædicta materia actus ceſſionis primæ eſt ſimdiùs nullus; poteſt enim cedere, ſed non in plenum: item iſte actus poteſt fieri habilis, quia cedentibus aliis cum eo, efficietur habilis: leges igitur hunc actum nolunt facere nullum, ſed volunt in ſuſpenſo tenere, donec alij cedant. Et per hunc modum videtur mihi reſpondendum ad l vſusfruct ff.de ſtipulat. ſeruor.&c.* Idem tenet Raphaël ipſe Fulgoſ. in *dict. leg vſusfructus num.6. verſ.Dic eodem obſtare l. ſi ſeruus, &c.* 8

Hactenus de viuentium actibus. Sed quoad actus 9 morientium expreſsè decidituṛ in *dict. l. fin. ff.commun.prædior.* quod actus morientium non poſſunt eſſe in ſuſpenſo, *in l.2. in fin.* & *ibi* Gloſ. fin. *ff de donationib.cauſa mortis, l 1. §.pendeat, ff.ad Senatuſconſ. Maced.* Dom. Molina *lib.1.cap 13.num.36 & 17.* Hippolyt.Rimin. *in conſil.741.num.26.* Marta *de ſucceſſione legal. part.3.quæſt.1.art.2.n.19.* Coſta *de portion.Rat. quæſt.30.num.5.* & alios referens Marius Giurba *de ſucceſſion. feudi, §.2. gloſ.4.n.49.* ſi ſunt duo Domini, & per vltimam voluntatem in ſuis teſtamentis legent alicui ſeruitutem, & diuerſis temporibus hæredes adeant hæreditatem, vel ſi vnus ex dominis per vltimam voluntatem leget ſeruitutem, prius, & poſt hæreditatem alius Dominus cedat inter viuos, tunc non valet, neque in vno, neque in alio caſu: nam actus defunctorum non poſſunt eſſe in pendenti.

Exemplum pone in *dict. l.fin. ff.commun. prædior.* 10 vbi ratio eſt à materia incompatibilitatis mutuata: quia quando ſumus in indiuiduis, provt eſt ſeruitus, quæ eſt indiuidua, quæ pro parte adquiri, aut cedi non poſſit, *l. pro parte, ff.de ſeruitutib.* ideo conſen- 11 ſus omnium dominorum fundi communis requiritur; & ſic diuerſis temporibus conſentiant, tunc quod actus primus factus in vno tempore confirmetur per nouiſſimum factum in alio tempore, ex ea cauſa euenit, quia fingitur, vno tempore, omnes dominos ſocios ceſſiſſe, ſiue conſenſiſſe: Si ergo actus fiat illo tempore, à quo, vel ad quod cedere aut conſentire non valent, non eſt compatibile de Iure Ciuili quòd fictio poſſit operari, nam in fictione tranſlatiua requiritur habilitas in extremis, de tempore à quo, & in tempore ad quod, *leg.ſciendum 18.* cum duabus ſequentib *ff.ex quib.cauſ.maior. l. ſi is qui, pro emptore, ff de vſucap.* Bartol. *in dict. l.fin.*

Digitized by Google

l. fin. num. 4. & Raphaël Fulgoſius *num* 2. *ff. commun. prædior.* & *ibi* Paulus de Caſtr. *n.* 2. Philipp. Decius in *l. omnia ferè* 153. *num.* 3. *ff. de reg. iuris.*

12 Ad terminos autem incompatibilitatis videtur quod reducit hanc rationem Paulus de Caſtro in *d. l. fin. ff. commun. prædior.* quia loquitur per terminos *Impoſſibilium*, quod idem eſt quod *Incompatibilium:* & in *num.* 2. ita dicit: *Secundo nota quod quando actus factus vno tempore, fingitur factus alio tempore, requiritur quod illo tempore quo fingitur factus, poſſit fieri; aliàs ſi impoſſibile eſt fieri, non poteſt hoc fingi, quia fictio non fundatur ſuper impoſſibile; vt hic eſt textus notabilis cum Gloſſa: & notatur infrà, de liberis & poſthu. l. Gallus, §. ſi eius: nam cum fictio eſt in re certa poſſibili contraria veritati, pro veritate, à iure facta præſumptione habetur: ita notatur per Bartol. in l. ſi is qui pro emptore, infrà de vſucapionib. fingatur quod tempore quo vltimus cedit, omnes qui antea ceſſerunt, vel ille, qui primo ceſſit, mortuus eſt, nec poſſet verè cedere eo tempore, quo vltimus actus non valet, quia extrema coniungi non poſſunt, ergo nec poteſt hoc fingi. Et hoc vult dicere iſte textus: facit lex, bonorum, infra, ff. rem ratam haberi. Ex hoc dicemus quod in fictione requiruntur extrema habilia; & quod omnia remaneant in eodem ſtatu, quo erant, tempore quo actus fuit perfectus: facit lex, potior, in principio, l. qui balneum, §. Titia, ff. qui potior. in pignor. habeant, & per Bartol. in l. ſciendum, quibus ex cauſ. maiores: plenius in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap.*

13 Sed quæ eſt ratio, quòd actus defunctorum non poſſunt eſſe in ſuſpenſo? Reſpondeas quia eſt incompatibile, quod poſt aditam hæreditatem defuncti ſtatim ex vna parte valeat, & ex altera ſit in pendenti; & cùm Iure Ciuili ſtatutum ſit, quod verè à die aditæ hæreditatis, & fictè à die mortis teſtatoris cedat hæreditas, & ſtatim valeat & tranſeat dominium ad hæredem, *l. hæres* 54. & *ibi* Gloſſa fin. *ff. de adquirend. hæred. l. ſi tibi homo* 86. *§. cum ſeruus, ff de legatis* 1. *l. ſi ex re* 18. *§. fin. ff. de ſtipulat. ſeruorum, l. omnia* 153. *l. omnis* 180. *ff. de reg. iur. l. in eo l. hæredi-*
14 *tas* 33. *&* 34. *ff. de adquir. rer. domin.* cum aliis; ſequitur quod verè à die aditæ hæreditatis, & fictè à die mortis teſtatoris non poſſit eſſe in pendenti, ſeu in ſuſpenſo.

15 Vnde deuenimus ad illam ſæpè ſæpiùs agitatam quæſtionem, an ſucceſſio Maioratus poſſit eſſe in ſuſpenſo donec impoſſibile ſit quod ex linea ſuperiori aliquis naſcatur, licèt ex linea inferiori alter natus ſit, aut dum naſci poſſit aliquis ex priùs vocatis ex prædilectis ab inſtitutore? Et quid ſi tempore quo deceſſerit vltimus Maioratus poſſeſſor natus ſit aliquis ex linea inferiori, & poſtea naſcatur alter ex prima linea ſuperiori, an debeat retrocedere ſucceſſio Maioratus ad eum, qui poſtea natus fuerit ex linea ſupe-
16 riori priùs vocata, & magis dilecta? Exemplum dat Dom. Molin. *lib.* 3. *cap.* 10. *in principio.* Veluti quando ad ſucceſſionem Maioratus vocatur aliquis ſub ea conditione; videlicet *ſi ex aliqua fœmina filij maſculi non ſuperfuerint*, vel genericè in defectum filiorum maſculorum, à fœminis, quæ vocatæ non erant, deſcendentium; in qua ſpecie, ſi tempore mortis hæ fœminæ filios maſculos non habuerint, poſtea autem naſcantur; ſed is, qui tempore mortis proximior erat, prætendat ſe fuiſſe ſemel admiſſum, perpetuoque eius admiſſionem durare debere; filius autem maſculus, qui poſt mortem vltimi poſſeſſoris natus eſt, contendat, vocationem eius qui tempore mortis proximior erat conditionalem fuiſſe; ideoque pendente conditionis implemento, ius irreuocabile ſibi adquirere non potuiſſe; imò purificata conditione, Maioratus ſucceſſionem ſibi maſculo poſteà nato deferendam eſſe, & à primo auferendam.

Et in facti contingentia vertitur lis, quæ adhuc ſub Iudice eſt, inter quemdam Dom. Ludouicum ex vna parte, & ex altera D. Franciſcum: cuius caſus ſpecies ſic ſe habet. 17

Quidam inſtituit Maioratum, & ad eius ſucceſſionem vocauit fratrem ſuum Petrum, & eius filios, ac deſcendentes maſculos; & his deficientibus vocauit filios maſculos alterius ſororis nempe Beatricis; & ſi filios, aut deſcendentes maſculos non habuerit, quod ſuccederet filius maſculus maior ex Catharina altera quoque ſorore, & eius deſcendentes maſculi; & euênit quod poſt mortem inſtitutoris ſucceſſit in Maioratu eius frater Petrus vltimus poſſeſſor, qui deceſſit abſque liberis tempore quo ex Beatrice nullus filius natus erat, quia nondum nupta; attamen ex Catharina, quæ iam nupta erat Ludouicus iam natus Iudicialiter fuit admiſſus ad poſſeſſionem Maioratus; quia tempore delatæ ſucceſſionis, habilis & abſque impedimento ſe habuit; poſtea autem Beatrix contraxit matrimonium cum Antonio, & ex eo matrimonio natus, atque procreatus fuit Franciſcus, qui contra Ludouicum eius patruelem petit, ſe ad Maioratus ſucceſſionem reſtitui, ex eo quod Ludouicus eius patruelis, erat vocatus ſub conditione ſi Beatrix non haberet filium maſculum, & quod dum fuit poſſibile, quod haberet, erat ſucceſſio in pendenti ſeu in ſuſpenſo. At de contrario, Ludouicus allegabat, quod non potuit eſſe in ſuſpenſo, & quod ſolum debebat attendi ad tempus delatæ ſucceſſionis, quo tempore fuit habilis ad ſuccedendum, prout ſucceſſit, & ad eum tranſlata fuit ſucceſſio irreuocabiliter, & naturalis, ciuiliſque Maioratus poſſeſſio, maximè ex diſpoſitione *l.* 45. *Tauri*, quæ per obitum vltimi poſſeſſoris Maioratus ſtatim transfert poſſeſſionem ciuilem & naturalem in ſucceſſorem purè, perfectè, atque irreuocabiliter, non autem conditionaliter. 18

Aliud ſubdit exemplum D. Molina in *lib.* 1. *cap.* 13, 19
num. 36. *&* 37. Quando tempore Maioratus vacantis, non erat natus nepos ſanæ mentis ex furioſo filio primogenito excluſo à ſucceſſione Maioratus, & poſt delatam & adquiſitam ſucceſſionem alij ex conſanguineis proximiori, natus fuerit.

Idem Molin. *dict. lib.* 3. *cap.* 10. *in princ.* tradit etiam 20
aliud exemplum in caſu contrauentionis, veluti quando inſtitutione Maioratus inſtitutor prohibuit alienationem, vel quid aliud; & velit, quod ſi ſucceſſor contraueniat, cadat à ſucceſſione, & ſtatim ad proximiorem, ſiue ad ſequentem in gradu tranſeat; & fortè contingat quod poſſeſſor Maioratus contraueniat tempore quo carebat filiis, nepotibus, ſeu deſcendentibus; & hoc ipſo tempore ſit aliquis ex conſanguineis de familia, qui tunc ſuccedat, attamen poſtea tranſacto aliquo tempore natus ſit contrauenienti aliquis filius, vel nepos, qui contendat ad ſe pertinere & deuolui debere Maioratum, contra dictum conſanguineum, licet tempore contrauentionis non eſſet in rerum natura. Sed conſanguineus de contrario dicat, quod ſucceſſio Maioratus non potuit eſſe in ſuſpenſo, & ideò quod tempore habili ad eum tranſlata fuit poſſeſſio irreuocabiliter.

Difficultas huius quæſtionis, & eius reſolutio ab 21
eo quidem pendet, an ſucceſſio Maioratus poſſit eſſe in ſuſpenſo, vel non? Quia Doctores, qui prò parte negatiua, contra nondum natum defendunt, quod ſuccedit irreuocabiliter ille qui tempore delatæ ſucceſſionis, vel contrauentionis erat iam natus & habilis ad ſuccedendum; ſuam ſententiam ſuſtinent ex eo quod actus morientium non poſſunt eſſe in pendenti:

denti : per textum in d. l. fin. in fin. ff.commun. prædior. & quia dominia rerum non poſſunt eſſe in ſuſpenſo, leg. ſi ex duobus, §. Sed & Marcellus, ff de in diem adiect. §.1: Inſtit. de Vſucap. Gloſſa & Doctores in l. ſi ego , ff de ſolut. Hi ſunt Paulus de Caſtr. conſil.16.a num.1.volum.2. Alexand.conſil.14 num.8.lib.4. Curt.iunior conſil. 57. num.11. & 12. Paulus Pariſ.conſil.83. à num.11.lib.2. Carol.Ruyn. conſil.88.n.2. lib.3. Ant Rub. conſil.8. à num.1. Aymon Craueta conſ.212. num.6. Mandell Albenſ. conſil.109.n.1. Flamin Chartar. conſil.16. Andreas Aleiat. conſil.119. lib.9. ſuper cauſa Marchionatus de la Andrada,& Maioratus Comeſtabilis Dom. Aluari de Luna ; Rodericus Suarez allegat.27.num.13. Palacios Rubios in cap. per veſtras, in rubrica, §.69. num.33. D.Greg.Lopez gloſſa , verb. Otorgado, in d.l.11.tit 13. partis.3. D.Molina dict.lib.3. cap.10.Didacus Perez in l.1.tit.6.lib.1.ordinam.col.138. quæſt.9. verſ.Probatur etiam, &c. Peregrin. de fideic. art.22.num.72.Menoch.conſil.106. Mieres part 2.q.6. num.204. Aluarad.de coniectur.ment.defuncti lib.2.c.3. à num.13. & n.102. in fin. Azeued.conſil.9 n.18. & 26. Griuellus videndus deciſ.108. Tiber. Decian. conſil.1. num.194. vol.1. Hieron.Torniel. in quæſtionib.ad leg. Gallus, n.47.ff.de liberis & poſthum. Albert. de Leon conſ.97.n.33. Flores Diaz de Mena in addit. ad Gaman, deciſ.27.n.4. Ioan-Gutier. conſ.1.& 2. Auendañ. in l.40. Taur.gloſ.6.num.13. & gloſ.8.n.1. Pat.Molin. de iuſtitia & iure,tom.3. diſp.634. Cæuallos quæſt.693. num.17. & 25. Michaël.Graſſ.in §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt.4 n.4. Roſental.de feudis lib.1.cap.7. à num.2. vbi quamplurimos recitat,Farinac. deciſ.73.n.3.tom.1. in nouiſſimis , Gaſpar Ant.Theſaur. lib.3. quæſt. forenſ. quæſt.84 Stephan Grat.tom.2. cap.218. n.72. D.Perez de Lara de Anniuerſ.lib.2 cap.9.n.59. D.Ioan.à Caſtil. lib.3.cap.15. à n.2. & lib.5.cap.91. à n.45. Vincent.Fuſar. quæſt.318. à num.29. Addent. ad D. Molin. lib.3. cap.10. Maſtrill.in Scholiis ad Petrum Gregor. de con-
22 ceſſione feudi,part.4.quæſt.8. lit.B. Quam quidem opinionem magis veram eſſe,aſſerunt ex multis iuribus: & in primis, quia vt dictum eſt ſuprà,actus morientium pendere non poſſunt : d.l. fin. in fin. ff.commun. prædior.

23 Secundò , quia ex eodem iure , & ratione ciuili, primogenituræ ius in ſuſpenſo eſſe non poteſt, ſeu in pendenti , etiam momento, prout ex Alberico in dict. l. fin. ad fin. tenet Theſaur. lib.1. forenſ. quæſtionum quæſt.34. num.25. quos refert Marius Giurba de ſucceſſ. feudi, dict.§.2. gloſ.4.n.49.

24 Tertiò, nam ius ſuccedendi, ſicut dominium, non poteſt eſſe in pendenti. l. ſi ex duobus,§. Sed & Marcellus de in diem adiect. Dom. Molin.lib.2.cap.19.n.10. & dict.lib.3. cap.10.n.6. & Giurba vbi ſup.

25 Quartò, quoniam ſucceſſio filiorum ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato , eſt actus legitimus : Alex. conſil.73. num.4. Cardin.Tuſchus lit. A. concluſ.118. n.6. Sed actus legitimi in ſuſpenſo eſſe non poſſunt, l.actus legitimi, de reg.iuris ; ergo,&c.

26 Quintò & vltimò præcipuè procedit in Maioratuum ſucceſſionibus : & ad id Regnicolæ præcipuè
27 hoc argumento vtuntur ; quod quando conditio negatiua , veluti ſi inſtitutus dicat , ſi vocatus filios non habuerit,eſt limitata, ſeu ad certum tempus reſtricta, ſolum ad illud tempus attendi debet,ad hoc vt in defectum illius, ſubſtituto locus fiat : l. ſi peculium 20. §.fin. ibi : Quod ſi tempus adiectum fuerit,illud ſpectabitur, ff.de ſtatuliberis : l.quidquid 99. §.fin. ff.de verb. obligat. Paulus de Caſtro conſil.16. num.9.lib.2. Dom. Molin.d.lib.3.cap.10.n.39.

28 Quia tunc & eo caſu idem ius , quod obſeruatur quoad ſucceſſionem in fideicommiſſis puris , debet obſeruari quoad ſucceſſionem in fideicommiſſis,quæ contineant conditionem negatiuam.ſi adueniat tempus & caſus conditionis in quo purificata ſit , leg fin. §.Titius, ff.de vulg. & pupil. vbi Doctores , maximè
Iaſ. notabile 2. Sed in Maioratuum ſucceſſionibus , ex 29
diſpoſitione l.45. Tauri , vocationes & conditiones regulariter ſunt reſtrictæ ad tempus præfinitum mortis vltimi Maioratus poſſeſſoris ; in eo enim tempore purificantur : & ſic ex ſua peculiari natura,ſecundum tempus mortis vltimi poſſeſſoris attendi debent omnes conditiones & vocationes ; ergo ille qui fuerit in rerum natura tempore mortis vltimi poſſeſſoris, debet ſuccedere ; quia eo tempore purificatur conditio ; & non ille qui poſtea ſit natus,ſicuti in fideicommiſſis puris, vel conditionalibus,quæ habent conditionem limitatam ad tempus certum,l.cognatis, ff de reb.dubiis : l.qui filiabus, ff.de leg.1. Vincent.Fuſar. quæſt.318. n.2.

Præterea quia dominium non debet eſſe deambu- 30
latorium, & ad tempus, l.cum aliis in fin C. de curat. furioſ Anton de Petra de fideicommiſſ. quæſt.11. n.589.
in fin. Et addunt Doctores , quod per diſpoſitionem 31
inſtitutoris non valent impediri effectus l.45. Tauri, etiamſi apponat inſtitutor , qualeſcumque impeditiuas conditiones ; Dom.Gregor.Lopez gloſ.2. in l.17. tit.4. partit.5. D.Molin. lib.2. cap.14.n.11. Mieres p.3. quæſt.12. à num.161. Dom.Paz de Tenut. cap.48 n.28. per textum in l.nemo poteſt, ff.de leg.1. l.3. §. ſi ſub conditione l. filius, ff.ex quib.cauſ. in poſſ. eat. l.1. §.Sed & ſi ſub conditione, ff.de ventr. in poſſeſſ.mitt.

Contrariam tamen ſententiam pro nondum nato, 32
contra natum tempore Maioratus vacantis , ad hoc vt tantùm reuocabiliter ſuccedat , & quod ſucceſſio poſſit eſſe in ſuſpenſo ad fauorem filij poſtea nati ex meliori linea , tenent & defendunt etiam multi non inferioris notæ Doctores , limitando dict. l. finalem, in fin ff.comm. prædior. Hi ſunt Ludouic.Roman.conſil.134. à n.4. & conſ.488.n.1.& 13. Paul.de Caſtro conſil.247.à n.3.vol.1.Soc.ſen.conſ.86.n.12.lib.3.& conſ.11. num.42.lib.4. Anchar.conſil.220 à n 4. Carol.Ruyn. conſ 22.lib.2. Paul.Pariſ.conſ.171.lib.4. Philip.Decius conſ.445. à num.46. Ant.Rubeus conſ.57.n.3. Burſat. conſ.63. Tiber.Decian. conſ.fin. num.12. vol.1. Franc. Curtius de feudis,part.3 quæſt.16. Schrader.de feudis, 7. parte cap.4. à num.61. Iacob.de San.Georg. in tractatu de feudis, verb.& fœmina,num.17. Celſus Hugo conſil.26. num.48. verſ.Et hoc vſque adeo verum eſt , fol.72.Iacobus de Nigris de gradib.ſucceſſ.cap.28.n.33. Socinus iunior conſ.126.n.53.lib.1. conſ 172.n.24.& 28. lib.2. Roland. à Valle conſ.70. n.48. lib 3. Natta conſil.75.n.6. Hippolyt. Rim.iun. conſ 564 à n.13. vol.1. Boërius quæſt.172.num.6. Guid Papa quæſt.511. & 512; Chriſtoph.Torniel conſ 87. in fine, & ex profeſſo Andreas Fachineus lib.4.controuerſ.iuris, cap.88. Surdus conſ.125. à num.36. & Dom. D Ioan. Baptiſt. Valent. Velaſq. conſ.7. à num.25. Alex Raud.de Analog. lib.1. cap.34. ex num.313.vſque ad 382. Vincent.de Franchis deciſ.169. à num.9. Valentin.Forſter.de ſucceſſ. ab inteſtato, lib.3. cap.19 n.12. Marta de ſucceſſ.legal. part.1. art.3. à n.10.D.Anton.Cabreros de Auendaño de metu lib.2.cap.9. à num.22. Marius Giurb. de ſucceſſ. feudi, cap.118. §.2. gloſ.4. à n.46. vſque ad n.54.

Et ipſe Marius Giurba ibid. à n.50. dixit veriorem 33
eſſe hanc opinionem motus. Primò,quia ſicuti filius naſciturus,hæres inſtitui poteſt, & ei legari, vt & reliqui deſcendentes poſthumi omnes,ex l.Gallus,§.ille caſus, vbi Bartol ff.de liber.& poſthum. quem ſequuntur ibi Doctores, & l.placet, ff.eodem titul. de lib. & poſthum. Guid. Pap. deciſ.262. & deciſ.457. Boërius
deciſ.172 n 4. Rota Auenion.deciſ.56.num.7.Ita etiam 34
eodem

Digitized by Google

eodem iure naſcituri ad feudi Maioratus ſeu fideicommiſſi ſucceſſionem vocari poſſunt: ad textum, vbi Gloſſa, *verb. ex familia in l. peto, §. fratre; ff. de leg. 2. l. quotiens ab omnibus*, vbi Doctores, *C. de fideicomm. l. diui, verſ. Pactis, C. de naturalib. lib.* Paul. Caſtrenſ. *conſ. 164 n. 6. in 2.* D. Molin. *lib. 1. cap. 1. num. 18. & lib. 3. cap. 10. num. 30.*

35 Secundò; nam filiis naſcituris ius adquiri poteſt: Crauet. *conſ. 19. n. 10.* Burg. de Paz *conſ. 32. n. 22.* Rota Auenion. *deciſ. 56. n. 7.* D. Valent. Velaſquez *d. conſ. 7. num. 33.*

36 Et hoc ius adquiritur in perpetuum pro ordine primogenituræ ad Maioratus, *cap. licet, de vot. l. cum ita, § in fideicommiſſo, ff. de leg. 2.* notat Bart. in *l. quod dicitur, ad fin. ff. de verb. obligat.* ex textu in *l. Paulus, ff. de bonis libert. l. ſi quis operas, ff de oper. libert.*

37 Tertiò; quoniam hoc ius tranſit ordine ſucceſſiuo de vno in alium: Decius *conſil. 139. num. 4.* Philip. Corn. *conſ. 47. volum. 4.* Peregrin. *conſ. 4. n. 4. volum. 3.* non quod vnus ab alio immediatè in feudis, primogeniis, Maioratibus, & fideicommiſſis cauſam habeat, ſed à primo inſtitutore, & feudi adquiſitore, *l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulgar. l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia, ff. de leg. 2.* Iſernia *cap. 1. col. 3. de inueſtitur. de re aliena*: Lauarius *conſil. 8. num. 12. & conſ. 15. n. 3.* Peguera *deciſ. 113. n. 3.* Peregrin. *d. conſ. 4. n. 5.*

38 Quartò; quia hoc ius non tranſit à die natiuitatis; ſed à die celebrati actus: latè Guid. Papa *deciſ. 267. deciſ. 505* Bellamera *deciſ. 7.* Boërius *deciſ. 172.* Vrſil. ad Matthæum de Afflict. *deciſ. 393. n. 6.* Craueta *conſ. 19. n. 19.* & alij quos refert Marius Giurb. *dict. §. 2. gloſ. 4. num. 51.*

39 Ad noſtrum verò axioma quadrupliciter reſpondet Giurba à *num. 52. vſque ad n. 54.* provt ſequitur.

40 *Non obſtat, morientium actus pendere non poſſe. Quia id verum ex facto Tertij: at ex natura relicti, ſecus: l. vſusfructus, ff. de ſtipulat. ſeruor.* D. Valent. Velaſquez *dict. conſ. 7. n. 38.*

41 *Reſpondeo ſecundo, id verum, ex Baldo in d. l. exceptum num. 4. in actu puro, qui vel nullus eſt, vel ab initio valet vt ſuſpenſionem non recipiat, ſed feudi natura cum ſit, vt deſcendentes ſuccedant, non mirum ſi conſiderato euentu futuro, diſpoſitio, quæ à primo ſortita fuit effectum, temporis ſubſequentis ratione ſuſpendatur, & pendeat, cum futuri euentus ratione, aliquid pendere poſſit, l. quid ergo: l. ſed & ſi quis, §. inter diem, vbi Gloſ. verb. in pendenti, ff. de vſufruct. gloſ. verb. pendet, in §. ſed ſi ab hoſtibus, Inſt. quib. mod. ius patria pot. ſoluit. D. Molina d. cap. 10. n. 33.*

42 *Reſpondeo tertiò, quod ſi regula illa ſpectanda ſit, intelligi ſolum interim debet, donec vocatus cum qualitate requiſita, adierit, & non vltra; quia vel ſequenti ſucceſſori reuocabiliter deferendum eſt; vel eiſdem bonis, dum conditio purificetur, curator dandus erit: ex l. ſi hæres inſtituatur, §. item ſi conditioni, ff. de hæred. inſt. Bald. in l. Gallus, §. inſtituens, num. 2. ff. de liberis & poſthum. D. Molin. d. lib. 3 cap. 10. n. 35. & 71.*

43 *Reſpondeo quartò, quod ſequens in gradu non admittitur donec eſt ſpes, quod proximior ſuccedat: Natta conſ. 246. num. 7. & conſ. 147. num. 1. Surdus conſil. 125. num. 31. 42. & conſil. 549. num. 11. Coſta de portione, cap. . . . &c.*

44 Ex his Marius Giurb. infert, quod licet nepotes, mortis Aui tempore nec nati nec concepti erant, nihilominus in locum patris ſubingredi adhuc poſſunt: ex Menochio *conſ. 124. n. 111.*

45 Sed re vera, cùm contraria opinio præcipuè in eo conſiſtat, quod actus morientium non poſſunt eſſe in ſuſpenſo, ex *dict. leg. fin. ff. commun. prædior.* ideò aduertunt Doctores, qui ſequuntur hanc vltimam opinionem, maximè Cabrer. de Auendaño *de metu, lib. 2. dict. cap. 9. à n. 38.* quod hoc axioma intelligi debet quoad eſſentiam Maioratus, quæ non poteſt eſſe in pendenti. hoc eſt exiſtere, aut non exiſtere Maioratum, poſt inſtitutionem, fundationem, ſeu eius erectionem, nam ex tunc in ſuo eſſe productus illicò perfectè exiſtit.

At verò effectus ſucceſſionis poteſt eſſe in ſuſpen- 46
ſo ſecundum accidentia, quæ ſe offerant, ad ſuſtinendam intentionem inſtitutoris in fauorem perſonæ magis dilectæ, ac priuilegiatæ, & melioris conditionis, ſeu qualitatis, quæ tempore futuro ſuperuenire valeat, quæ ideò iuſtè ex voluntate inſtitutoris excludet illum, qui propter eius defectum, dum eſſet minoris prærogatiuæ, hæreditatem occupauerat: Cabreros *de metu, dict. cap. 9. num. 26.* quod verum fatentur Addit. ad D. Molinam in *dict. lib. 3. cap. 10. ſuper num. 36. vſque ad 44. verſ. Verum quidquid in fin.* illic, *& quòd diſpoſitio textus in d. l. fin. procedat circa ſubſtantiam diſpoſitionis, non verò circa effectus ex ea reſultantes, probant textus & Gloſ. in d. l. ſi ſeruus communis, §. ff de ſtipul. ſeruor. & in ſpecie Vincent. de Franch. deciſ. 159. num. 19. Pater Molina de iuſt. & iur. diſput. 634. dicens quod ex voluntate teſtatoris, maximè, effectus diſpoſitionis pendet: vt comprobant Authores ſuprà, num. 31. Tiberius Decian. reſponſo 60. per totum, Proſper Pazethus, conſil. 54. num. 11. Achilles Perſonal. tractatu de adipiſcenda: num. 176. Mieres part. 3. quæſt. 13. n. 4.* Quibus addo Cabreros de Auend. 47
de metu, lib. 2. cap. 9. num. 40. & in n. 41. vbi dicere videtur, quod tunc effectus ſucceſſionis ex voluntate diſponentis tardiùs producitur: *vulg. l. in conditionibus 19. ff. de condit. & demonſtrat.*

Præterea comprobant. Quia *d. l. fin. in fin. ff. com-* 48
mun. prædior. limitatur in diſpoſitione conditionali, tunc enim ſucceſſio poteſt eſſe in ſuſpenſo, & de futuro pendere. Ratio eſt; nam tunc non dependet à ſubſtantia actus; ſed ab alia qualitate intrinſeca, ſcilicet, à conditione: *l. & ſi quis 15. §. interdum, ff. de vſufruct.* Et ſic dicimus quod ea, quorum dies ſecundum teſtatoris voluntatem ſtatim cedit, non poſſunt eſſe in ſuſpenſo; ſecùs ſi non cedit per appoſitionem conditionis: Ita docet Bald. in *l. vſusfructus, ff. de ſtipulat. ſeruor.*

Ad hoc attinet quod refert Vincent. Fuſar. *d. q. 318.* 49
num. 79. ita ſic: *Nam reſpondent alij, quod voluntates defunctorum poſſunt ſtare in ſuſpenſo, cum ſperatur ſuſpenſionem ceſſare poſſe: veluti per natiuitatem filiorum naſcendorum ex ſpe probabili; vt quando conſtat ex voluntate teſtatoris, qui vult ſtare in pendenti: leg. qui hæredi, § fin. ff. de condit. & demonſt. cum aliis adductis per Doctores citatos ſuprà, num. 66. verſ. Ad hoc tamen, cum Menoch. conſ. 1213. num. 18. Ruyn. & Peregrino.*

Accedat quod naſcituris ius erat quæſitum in ſpe 50
à iure approbata, *l. poſt emancipationem, §. 1. ff. de liberatione legat.* & *ibi* Bartol. Tiraquell. *de legib. connubial. gloſ. 2. num. 36.* Effectus autem huius ſpei eſt, vel quod ſuſpendatur tranſlatio, donec ex futuro euentu certificetur an hæc ſpes euaneſcat, iuxta *l. ſi duobus 16. in princ. & §. fin. ff de leg. 1.* & *ibi* Bartol. vbi ius competens naſcituro ex teſtamento, impedit & ſuſpendit ius accreſcendi: & ſi non ſuſpenditur tranſlatio adquiſitionis, ſaltem ius transfertur non pleno iure, & irreuocabiliter, ſed tantum reuocabiliter, itavt ſi illud ius incipiat competere naſcituro, reſoluatur, & ad eum deuoluatur: iuxta notata in *l. ſeruo legato, §. 1. ff. de leg. 1.* Bart. *in l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2.* Paul. de Caſt. *conſ. 147. n. 3. lib. 1.* Magon. *deciſ. Florent. 91. n. 23. verſ. Et dato: cum num. ſeq.*

Tandem

Digitized by Google

51 Tandem confirmant, quia conditio illa negatiua, *ſi liberos inſtitutus, ſeu vocatus non habuerit*, non verificatur quovſque impoſſibile ſit filios poſſe habere, & ſic vſque ad mortem; nam vſque ad eam durat ſpes: *l. Lucius* 85. *ff. de hered. inſtit. l. quidquid adſtringenda, §. fin. ff. de verbor. obligat. l. ſi ſubſtitutione* 31. *ff. de vulgari: l. ſi quis hæredem* 7. *C. de inſt. & ſubſtit.* Vincent. Fuſar. *quæſt.* 415.

52 Et ad contraria, Doctores multa reſpondent fortiter & concludenter: & ex ſelectis, in primis referam ad literam id, quod Vincent. Fuſar. *d. quæſt.* 318. *num.* 108. dicit ita ſic: *Secundò, inconueniens non eſt, quod res remaneat in ſuſpenſo interim donec ſubeſt ſpes, quod aliqui naſcantur, l. ſi duobus, in princip. ff. de leg. 1. gloſ. in l. 2. ff. ſi pars hæreditatis petatur, & interim penes adquirentem remanebit dominium bonorum alienatorum, reuocabiliter tamen: l. vltima, §. ſin autem ſub conditione, C. commun. de legat. & ita dicunt Paulus de Caſt. Natta, Roland. & Benetus locis citatis num. antecedenti: & hos refert & ſequitur Petra de fideicom. quæſt.* 11. *num.* 586. *Peregrin. de fideicommiſ. art.* 22. *n.* 75.

53 Ex hoc reſpondent ad aliud inconueniens, ſcilicet quod aliter Dominium eſſet ambulatorium, & ad tempus, quod eſſe non debet: quod abſolutè negant; quia verum eſt quod dominium poteſt eſſe ambulatorium, & ad tempus: *d. l. fin. §. Sin autem ſub conditione, C. commun. de leg.* Petra *de fideicom. dict. q.* 11. *num.* 589. *in fin.* & eum referens Vincent Fuſar. *dict. quæſt.* 318. *n.* 111.

54 Et ad id, quod neruosè opponitur ex *l. 45. Tauri*, reſpondet, & videtur quod concludenter ſatisfacit Cabreros de Auendaño *de metu, d. lib. 2 cap. 9. à n. 30. vſque ad num. 42. ex ipſamet l. 45. Tauri*, quam explicat atque declarat: & ex illis verbis, *Que ſe traſpaſe la poſſeſſion ciuil y natural en el ſiguiente en grado, que ſegun la diſpoſicion del Mayorazgo deuiere ſuceder en el, aunque otro aya tomado la poſſeſſion de ellos en vida del teneder del Mayorazgo, &c.* Vnde infert Cabreros in *n.* 36. quod dare tranſlationem legalem in gradu ſequenti, in defectum primi, non impedit ſuum conceptum, videlicet, quod intelligatur tranſlatio reuocabilis, ſi filius naſceretur, vel nepos lineæ anterioris, qui ſecundum clauſulas inſtitutionis, ſi natus eſſet, deberet ſuccedere.

55 En igitur (dicit Cabreros) quod *l 45 Tauri attendit ordinem graduum conſtitutorum in Maioratu: hic ſenſus naſcitur ab ipſa lege: ſicuti vidimus in quæſtione quam proponit Iſernia in cap. 1. de eo qui ſibi, vel hæredib ſuis maſcul. poſt Gloſſam ibi, in caſu, quo ſunt prælati maſculi fœminis, dubitat ſi ſuccedente fœmina in defectum maſculorum, ſuperueniente poſtea maſculo amittet ſucceſſionem adquiſitam? Et reſoluit quod ſic: Martin. Laudenſ. ibidem, cap. 1. num. 11. Præpoſitus, num. 3. vbi affirmat, quod exiſtente vocatione graduali, vt in defectum cuiuſdam lineæ qualificata admittatur alia inferior ſemper ſequens in gradu, cuius ſucceſſio fuit anticipata propter non exiſtentiam in præcedenti linea hæredis viui, nec nati, adquirit dominium cum propria conditione graduum & linearum factarum à defuncto; ſcilicet quod donec primi deficiant, non admittantur poſteriores, & ſic admiſſio, donec dilata fuit conceptio & natiuitas hæredis ſuperioris. procedit limitatè. vt naſcendo deuoluatur feudum, aut Maioratus ad primum ordinem, & recuperet naſcens, quod ad diuerſam perſonam tranſlatum fuit, qua non potuiſſet cum ea concurrere, ſi tunc natus vel conceptus eſſet. Valent. Forſter. de ſucc ab inteſt. lib 3. cap. 19. Iacob. de Sancto Georg. in tractat. de feud. verb. & fœmina, num. 17. vbi hanc opinionem in ſecreto iuris, veriorem eſſe profitetur, Celſus Hugo conſil. 26. num. 48. verſ. Et hoc vſqueadeo verum eſt, folio 72. Franciſc. Curtius de feudis, part. 3. quæſt. 16. Petra conſil. 230. num. 11. & 12.*

Et in *ipſo num.* 37. replicat ad Dom. Molin. ita ſic: 56
Et idem agnouit Molina dict. lib. 3. cap. 10. num. 25. ſed ſtatim inuoluit, num. 36. vſque ad num. 42. cum l. 45. Tauri, quæ non permittit pendere poſſeſſionem Maioratuum, ſed protinus eam transferre ad gradum ſubſequentem, & ſi reminiſceretur natura feudorum, videret in illis propriam regulam: quoniam poſſeſſio feudalis continuatur in ſequenti ſucceſſore ipſo iure, Bald. in leg. cum in antiquioribus, num. 18. verſ. Decimo, Cod. de iure deliber. Iaſon, in l. quotiens, n. 32. Cod. de rei vend. Ioſeph. Cumani. de ſucceſſ. feudi, in cap. ſi aliquem, num. 101. fol. 333. Pater Molin. tom. 3. diſput. 634.

In *numero* autem 39. notat, quod Doctores conſi- 57
derant non eſſe incompatibile, operari legem, & tranſire poſſeſſionem ad fœminam immediatam & proximiorem patri, cum qualitate reſtituendi eam maſculo cuiuſcumque lineæ, quæ ſuperuenerit; dummodo ſit deſcendens à fundatore; quia inueſtitura fuit quod ſuccederent fœminæ in defectum maſculorum: quam doctrinam acutiſſimè exornat Martin. *de ſucceſſ. leg. 1. part. quæſt. 1. art. 3. num. 10. vſque ad* 15.

Quid in iudicando & conſulendo obſeruari de- 58
beat in praxi? difficile eſt reſolui: ſed nihilominus ſic diſtinguendum cenſeo.

Aut Maioratus vacat per mortem; aut per con- 59
trauentionem vltimi poſſeſſoris. Si vacat per con-
trauentionem, indiſtinctè ſequenda eſt vltima opi- 60
nio, & ſic licet tempore contrauentionis Maioratus poſſeſſor, qui incidit in contrauentionem non habeat filium natum, vel deſcendentem, vel alium immediatum ſucceſſorem ex ſua linea ſuperiori, ſi poſtea naſcatur, reuocat ad ſe ſucceſſionem tanquam ſequens in gradu: quia in hoc caſu ſequens in gradu eſt filius, & quilibet alius deſcendens ab vltimo poſſeſſore contrauenienti, vel ei proximior ex eius linea, qui poſt contrauentionem naſcatur, iuxta *dict. l. 45. Tauri.* ibi: *En el ſiguiente en grado que ſegun la diſpoſicion del Mayorazgo deuen ſuceder en el, aunque otro aya tomado la poſſeſſion.*

Et ſic interim ille ex linea inferiori, qui ſit in re- 61
rum natura tempore contrauentionis, ſeu declarationis, quæ requiritur, ſuccedit reuocabiliter, præſtita cautione de bonis Maioratus reſtituendis alij naſcituro, qui ſit de ſuperiori linea contrauenientis. Aliter, ſi poſteà nati non admitterentur, ſequeretur maximum aliud inconueniens, quod grauatus poſſet ad libitum contrauenire ante natiuitatem vocatorum, & ſic deludere voluntatem inſtitutoris, quod tamen in eius poteſtate eſſe non debet: *l. ſi id quod, ff. de liberat. leg. l. cætera, ff. de leg. 1. cap. ſi Ciuitas, de ſentent. excom. in* 6.

Quapropter, ne ſequatur deſtructio voluntatis 62
inſtitutoris, tenent hanc opinionem & ſententiam tanquam magis receptam, ex textu, cum Gloſſa, *verb. ex familia, in leg. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. l. ſi duobus, in princip. & §. fin. de leg.* 1. Raphaël Fulgoſ. Philipp. Corn. & Iaſon in *leg. quoties, Codice de fideicommiſſ.* Ripa *num.* 17. & Crotus *num.* 164. *in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de leg.* 1. Paul de Caſtr. *conſ.* 247. *num. 4. lib.* 1. Philip. Decius *conſil.* 468. *num.* 29. Paulus Pariſius *conſil* 23. *num.* 203. *lib* 1. Carol Ruin. *conſil.* 22. *num. penult & conſil.* 112. *num.* 16. *lib.* 2. Natta *conſil.* 675. *num* 6. Aymon. Crauet *conſil.* 59. *à num.* 12. Alba *conſil.* 106. *à num.* 17. Cephalus *conſ.* 318. *per tot.*

Digitized by Google

Tiberius Decian *conſ. fin. lib.1.* Tellus Fernandez in *l.27.Tauri, n.10.* Matienço in *l.11.tit.6. lib.5. gloſ.4. num. fin.* Menoch.*conſ.97.à n.81. & conſ.822. à n.10.* Surdus *conſ.125. à n.21. cum ſeqq. & conſ.545. à n.15. lib.4.* Dom.Molin.*d.lib.3 cap.10.n.44.*Mieres *part.2. quæſt.4. illatione 8. à n.312.* Petra *de fideic. quæſt.11. à num 584.* Simun de Præt. *de interpretat.vltim.volunt. fol.514. à n.79.* Aluaradus *de coniecturat.ment.defunct. lib.2.cap.3 num.102. verſ.Si verò tempore alienationis,* Hieronymus *deciſ.Florentina* 91.Albert.de Leon *conſil 97.* Iacob.Berret.*conſ.27.* Franciſc.Decius *conſ.391.* Marius Giurba *ad conſuetud.Meſſanenſ. cap 1.gloſ 4. part.1.n.106.* Coſta *de retrotract.cap.3.n.17.*Robles *de Repræſentat.lib 2.cap.2.n.19.* Matt.*de ſucceſſ.legal. p.1. quæſt.22.* D. D.Ioan. à Caſtil. *lib.5. cap.91. n.51. & 55.* Vincent Fuſat.*d.quæſt.318. à n.107.* Add. ad D.Molin. *lib.3 cap 10. ſuper n.44.*

63 Quod ampliant primò, etiamſi verbis reſtrictiuis maioratus inſtitutor vocaſſet aliquos: veluti ſi dixiſſet, quod facta alienatione,tunc ſuccedant qui reperientur tempore contrauentionis, Vincent.Fuſar. *vbi ſup. d.q.318.n.112.* Add.ad Molin.*d lib.3.c.10.in fin.*

64 Ampliatur etiam ſecundò, quamuis proximiores conſenſerint tempore alienationis: quia talis conſenſus non præiudicat poſtea natis: Vincent. Fuſar. *vbi proximè, d quæſt 318 à n.113.* & Add.ad Molin.*d.lib.3.*
65 *cap.10. in fin.* Alias ampliationes inuenies apud Vincent Fuſar. videndum in *d.quæſt.318. à n.114.*

66 Sed limitant ex D Molin. *dict.lib.3.cap.10.num.fin. verſ.Cæterum ſi iam res fuiſſet à proximiore ſibi vendicata*, quando filius contrauenientis, ſeu de linea ſuperiori natus ſit poſt ſententiam, ſeu rem iudicatam in fauorem illius ex linea inferiori,qui natus erat tempore contrauentionis, & non antea lite pendente; itaque niſi naſcatur ante ſententiam lite pendente, & nondum finita, non admittitur.

67 Quæ limitatio mihi non placet,& contra eam inſurgo, ex eo quod nullam ſufficientem inter vtrumque caſum, rationem differentiæ inuenire poſſum. Nam idem ius in ſpe fuit adquiſitum naſcituro poſt ſententiam, quod ante ſententiam declaratoriam, quæ non dedit nec ademit ius; ſed declarauit,quod per contrauentionem, adquiſitum fuit illi,qui tempore contrauentionis natus erat, omittens,& ſub diſpoſitione iuris relinquens, ſi fuiſſet acquiſitum reuocabiliter, necne: nam ſententia ſolum illud ius, quod competebat, declarat, & non tribuit aliud de nouo: *l ſicut 8. §. ſed ſi quæritur, verſ.Quia per ſententiam non debet ſeruitus conſtitui, ſed quæ eſt, declarari: ff ſi ſeruit. vendic. l.adeo 7. §.cum quis, in fin. verſ.Qui excuſſit ſpicas, non nouam ſpeciem facit, ſed eam quæ eſt detegit: ff.de adquir.rerum dom. l.hæredes palam, §. ſi quid, ff.de teſtam.* Gloſ.*verb.de nouo, in cap.per tuas, de donat.* D Paz *de Tenuta tom.1.cap.8. num.28.*

68 Cæterum quod ſententia, quæ in hoc caſu contrauentionis requiritur, debeat eſſe declaratoria, nulli dubium eſt; per textum in *cap.ſecundum leges, de Hæretic. in 6. l. poſt contractum 15. ff. de donationibus, l.eius qui, ff.de iure fiſci: l.non tantum, §.Senatus, ff de fideicommiſ. libert. cap.ſuſceptum, in fin. de reſcriptis:* Aluarad. *de coniectur.ment.defunct. d. lib.1. cap.1. n.102. verſ.Si verò:* D. Paz *de Tenuta,cap.39. n.11. & 16.*

69 Vnde dicimus,quod in dicta ſententia,ſi adhuc eſt in pendenti ſpes vel poſſibilitas de alio naſcituro,qui ſit filius,ſeu deſcendens ex ſuperiori linea vltimi poſſeſſoris, qui contrauentionem fecerit, debet Iudex declarare, contraueniſſe vltimum poſſeſſorem, & exinde, quod Maioratus fecit tranſitum ad illum qui tunc reperitur natus & iubeat ei dari actualem poſſeſſionem iudicialiter, cum fructibus à die litis conteſtatione, præſtita priùs cautione de Maioratu, & eius bonis reſtituendis poſteà forrè naſcituro. Quia quando aliquis ſuccedit pendente conditione,maximè negatiua, præſtare debet dictam cautionem, *l.3. §. ſi quis ita, ff. de adimendis leg. l. Mutiana, 7. ff.de condit. & demonſt. l.2. & authent. cui relictum, C.de indict. vidnit. toll. l.7. titul.4. partit.6.* & *ibi* Gloſſa, *verb. a tal recaudo.*

Ratio eſt; quia ſubſtituti ſub negatiua conditione ſunt vocati, ea ſcilicet, *ſi vltimus poſſeſſor contrauenniens non habuerit filios, vel deſcendentes*; & dum poſſibile eſt quod habere poſſit, non eſt locus ſubſtitutis irreuocabiliter, & ideo vt ad praxim habeat formam ſententiæ in hoc caſu, ſic formari debet. 70

En el pleyto que es entre partes de la vna accion demandante Don Pedro Trillo de Aualos y ſu procurador en ſu nombre, y de la otra, Don Aluaro de Trillo R. demandado y ſu procurador en ſu nombre, vezinos de la Ciudad de Baeza ſobre el Mayorazgo que fundo Don Alonſo Trillo de Aualos viſto,&c. 71

Y a loqual dicho Don Pedro Trillo de Auales, prouo ſu accion y demanda, como prouar le conuino, pronunciola por bien prouada: Y el dicho Don Aluaro no prouo ſus excepciones y defenſas: En cuya conſequencia deuo declarar, y declaro, que el dicho Don Aluaro contrauino à la condicion y precepto del fundador del dicho Mayorazgo, por auer vendido, y enajenado tal fundo, ò tales bienes, ò por no auer cumplido con el precepto de traer tales armas, ò llamarſe tal apellido, ò re nombre, y por la dicha cauſa auer paſſado el dicho Mayorazgo y bienes del en el dicho Don Pedro Trillo de Aualos, a quien declarò por ſucceſſor del: y mandò que iudicialmente ſe le dè la poſſeſſion actual de los dichos bienes con los frutos y rentas dellos, deſde la conteſtacion de la demanda deſte pleyto haſta la real reſtitucion, à razon de a tantos ducados en cada vn año, ò lo que ſe liquidare en que condeno al dicho Don Aluaro de Trillo paraque dentro de nueue dias de como ſea requerido deſpues de paſſada eſta ſentencia en coſa juzgada los dè, pague y reſtituya al dicho, con que el dicho Don Pedro dè caucion y fiança de reſtituir los bienes del dicho Mayorazgo al hijo, ò deſcendiente, que a caſo ſe naciere, y tuuiere el dicho Don Aluaro ò otro pariente mas cercano de ſu linea. Y por eſta mi ſentencia difinitiuamente juzgando aſſi lo pronunciò y mandò ſin coſtas, &c.

Aduertendum autem eſt, quod licet Iudex omiſerit cautionem in ſententia,non ideo præiudicat naſcituro; nam omiſit quod debuit, & quia ſententia, & res iudicata, vel vlla temporis præſcriptio nocere non debet nondum nato, ſeu naſcituro: D.D.Ioan. à Caſtil. *lib.5.c.93.§.8.n.8.* cũ pluribus ab eo *ibid.* relatis. 72

Sin verò Maioratus vacat per mortem vltimi poſſeſſoris, tunc ſubdiſtinguendum eſt: Aut apparet de voluntate inſtitutoris qui expreſsè voluit quod ſuccedat ille qui natus ſit poſt delatam ſucceſſionem, aut non conſtat apertè, ſeu ex diſpoſitione iuris. 73

In primo caſu, ſi apparet de voluntate inſtitutoris, tunc natus poſt delatam ſucceſſionem poterit eam auocare ab eo qui natus ſit tempore delatæ ſucceſſionis qui illam occupauit, quod deciſum videtur ſtare in *ipſamet l.45. Tauri*, dum dicit: *ſe traſpaſo la poſſeſſion ciuil y natural en el ſiguiente en grado que ſegun la diſpoſicion del Mayorazgo deuiere ſuceder en el: aunque aya otro tomado la poſſeſſion dellos en vida del tenedor del Mayorazgo.* Et tunc dicimus apparere de voluntate inſtitutoris ſecundum eius diſpoſitionem,& Maioratus inſtitutionem hiſce caſibus. 74

Primò,

Digitized by Google

75 Primò, quando voluit inſtitutor, quod in ſucceſſore concurrat aliqua qualitas, & eam ſemper in ſuo primogenio durare; & quod ille, qui eam non habeat, temporaliter ſuccedat, interim quòd alius non appareat eam habere; quia nondum natus, ſed ſperatur naſciturus cum illa qualitate, Flores Diaz de Mena in *add. ad Gamam deciſ.27.n.4. verſ. Niſi in nato de nouo concurrat aliqua qualitas, quam voluit teſtator ſemper in ſuo primogenio durare, &c.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.5.cap.91.n.47.*

76 Secundò, quando ſubſtitutus vocatus ſit ſub conditione negatiua, veluti *ſi Catharina non habuerit filium maſculum, ſuccedat Petrus, & eius deſcendentes:* nam licet tempore vacantis non ſit in rerum natura aliquis filius Catharinæ, ſed filius ſolum Petri, ſi poſtea natus ſit maſculus ex Catharina, auocabit ſibi ſucceſſionem à filio Petri, quia non fuit locus ſubſtituto irreuocabiliter, dum erat ſpes fore vt naſceretur filius maſculus ex Catharina: *d. l. Lucius Titius* 85. *ff. de hered. inſtit. l. quidquid adſtringenda, §. fin. ff. de verb. oblig.* cum aliis *ſuprà* relatis n..... vbi retulimus Vincent. Fuſat. *quæſt.*415.

77 Et non obſtat quod non ſit natus tempore vacantis Maioratus, & quando cedere debuit dies fideicommiſſi: nam non ex eo eſt inutile, nec deſinit adquiri eius naſcituro, *l. placet* 4. *ff. de liber. & poſth. l. ſi duobus,* 16. *in princ. & § fin. ff. de leg.* 1.

78 Cæterum in aliis caſibus, quando non apparet de voluntate inſtitutoris ſecundum eius diſpoſitionem, veluti quando poſt mortem vltimi poſſeſſoris vocatus eſt proximior conſanguineus, tunc admittenda eſt prima opinio: prout aduertit Dom. D. Ioan. à Caſtil. *d. lib.5. cap. 91. à num.*45. & ita reſoluimus. Vtinam hic labor Deo placeat, cui ſit honor & gloria.

CAPVT III.

De Incompatibilitate Iuris Ciuilis ratione Actus & Potentiæ circa idem, in ſenſu compoſito.

SVMMARIVM.

1 *Actus, & potentia, ſunt incompatibilia, cum ſimul eſſe non poſſint.*

Quod autem intellige in ſenſu compoſito, non autem in ſenſu diuiſo, n.2.

Declaratur n.3.

2 *Potentia actum impedit, & Actus potentiam reſoluit in ſe.*

4 *Actus, & potentia ſimul eſſe poſſunt ſecundum diuerſas rationes; ſecus ſecundum eaſdem.*

5 *Actionem, qui habet ad Maioratum, an poſſit ſuccedere in alio cum eo incompatibili.*

6 *Potentia habetur pro actu in vocationibus ſub conditionibus factis ad ſucceſſionem.*

7 *Potentia exigendi de iure, vel de facto, ſufficit ad hoc, vt imputari debeat ac ſi in bonis maritus habeat, & n.8.*

9 *Actionem qui habet ad rem, ipſam rem habere videtur, ac in bonis eius adnumeratur, & n,10.*

11 *Habere qui poteſt, ipſo actu habere dicitur.*

12 *Potentia ſufficit licet non deueniatur ad actum.*

13 *Patronus qui præſentare tenetur Sacerdotem ad Capellaniam, ſufficit quod præſentet eum qui de proximo ad Sacerdotium promoueri poſſit.*

14 *Explicatur* l.45. Tauri, *ad hoc vt tranſeat ciuilis & naturalis poſſeſſio per mortem vltimi poſſeſſoris in ſequentem ſucceſſorem, procedit ex eius miniſterio etiam abſque actuali poſſeſſione, ſeu apprehenſione, & abſque acceptatione.*

Ideo ſufficit habere actionem, & eſſe in potentia, n.15.

16 *Dominium qui habet ad rem, rem ipſam habere videtur.*

17 *Verbum,* ſi habeat, *refertur ad ciuilem poſſeſſionem: Verbum,* ſi poſſideat, *refertur ad naturalem poſſeſſionem.*

18 *Habere ſufficit ciuiliter & naturaliter, licèt non actualiter quis habeat.*

19 *Conditio nuptiarum debet impleri per actum, & rem ipſam; & non ſufficit per habitum, ſed potentiam, & n.20.*

21 *Potentia quæ non reducitur ad actum, vana eſt.*

22 *De potentia ad actum non valet conſequentia: de actu ad potentiam valet, & n.23.*

24 *Verbum,* habeat, *ſicut verbum;* poteſt. *ſi reſpiciat commodum, vel intereſſe Tertij; tunc requiritur potentia cum actu, nec ſufficit ſola potentia, & num.25.*

26 *Verbum* habeat *importat perfectionem, & ſic non ſufficit habere in potentia, & n.27.*

28 *Actus humanus dependet à poteſtate, & voluntate, & n.29.*

30 *Incompatibile non eſt quod quis habeat vnum Maioratum in actu, & alium in potentia.*

31 *Incompatibile non eſt quod apud vnum ſubiectum concurrant duo Maioratus incompatibiles, ſi vnum habeat in potentia, & alterum in actu, & è contra.*

32 *Textus in* l. qui habeat, ff de vulgar. *interpretatur, & declaratur.*

33 *Textus in* l facere poſſe 29. ff. ſoluto matrim. *interpretatur.*

34 *Verbum,* videtur, *denotat fictionem & imperfectionem.*

35 *Maioratus ademptio tunc habet locum, quando eſt in potentia, & voluntate grauati adimplendi conditionem habendi vel non alium incompatibilem Maioratum, & n.36.*

37 *Incompatibilem fore ſuum Maioratum cum alio, tunc præſumitur inſtitutor voluiſſe: quando concurrunt in actu, non verò in potentia, & n.38*

39 *Teſtator, ſi iubeat per verbum negatiuum, quod Capellaniam non habeat præſentatus niſi ſit Sacerdos, tunc neceſſe eſt quod præſentatus ſit in actu Sacerdos: ſecus ſi per verba affirmatiua, tunc enim ſufficit quod ſit in potentia intra annum aſcendendi ad Sacerdotium.*

40 *Prohibitio ne proprius Maioratus cum alio iungatur, formatur per verba negatiua.*

41 *Succeſſoris voluntas, & animi declaratio ex verbis aut facto requiritur, ad hoc vt poſſeſſio ciuilis & naturalis tranſeat in ſucceſſorem ex miniſterio* l.45. Tauri, *vſque ad n.46.*

Et reprobantur contrarium tenentes, n.47.

48 *Succeſſor Maioratus ſi ſit prohibitus aliũ Maioratũ habere, & poſſidens vnum, petat iudicialiter alium, an ſtatim priuari debeat primo Maioratu incompatibili cum altero?*

Reſoluitur, num.51.

49 *Potentia proxima actui pro actu habetur.*

50 *Patronus qui Clericum præſentare tenetur poterit præſentare de proximo clericandum.*

51 *Succeſſor Maioratus prohibitus alium habere, ſi poſſidens vnum petat iudicialiter alium, non cadit à primo, donec iudicialiter, & irreuocabiliter alium habeat, ac poſſideat.*

52 *Accingendus de proximo, habetur pro accincto: & axioma,*

Digitized by Google

axioma, quod potentia proxima actui, pro actu habeatur; quomodo intelligi debet, & n.53 & 54.

ARGVMENTVM.

De Iure, & Ciuili Philoſophia, eſt quid Incompatibile, *potentia*, & *actus*, cum ſimul eſſe non poſſint, ex §. *ſic itaque diſcretu, in princ. verſ. nec res quæ iam actoris, &c. Inſt. de Actionib.* cum concordantibus. Vnde diſcutitur, quid ſi institutor Maioratus caueat, quod in ſuo primogenio non ſuccedat ille, qui habeat aliud primogenium, & ſub hac conditione primogenitus ſit vocatus, & eueniat quod ſucceſſor ita vocatus habeat actionem ad aliud primogenium, non vero actualem poſſeſſionem eius, an hæc potentia habendi alium Maioratum ſufficiat vt excludatur à primo? Et quid dè potentia actui proxima? veluti quando ab iſto, qui habet actionem fuerit lis incepta in petitorio, aut poſſeſſorio iudicio?

1 AXioma aliud de Iure Ciuili nobis ſe offert in
præſenti ad materiam Incompatibilitatis: hoc
eſt, quod *Actus & Potentia ſimul eſſe non poſſunt.*
Quod deducunt Scriptores ex §. *ſic itaque diſcretis,*
in principio, verſ. Nec res quæ iam actoris eſt, &c. In-
ſtu. de Actionib. Gabriel Aluarez de Valaſco *in axio-*
2 *mat. iur. lit. P. n.* 114. Auguſt. Barboſ. *axiom.* 184. *n* 2. Po-
tentia enim actum impedit: *l. multum intereſt, C. ſi*
quis alteri vel ſibi: & actus potentiam excludit: aut
ſi ita dicam, actus potentiam reſoluit in ſe: *l. ſi ita*
fuerit, verſ Non enim, ff. de manumiſſ. teſtam.

3 Quod axioma intelligi debet in ſenſu compoſito,
non autem in ſenſu diuiſo, ex eo quod in ſenſu diui-
ſo poteſt eſſe potentia & actus, ſed non in ſenſu com-
poſito, quia tunc non valet manere potentia deter-
minata cum actu, & ſimul indeterminata: quia actus
habet ſimultatem potentiæ, non verò potentia ſimul-
tatis: ſimultatem potentiæ, id eſt, habet potentiam
ad ponendum actus oppoſitos, non ſimul potentia ſi-
multatis poteſt ponere duos actus oppoſitos ſimul,
v. g. Petrus currens habet potentiam ad currendum
& non currendum, etiam quando currit, ſed non ha-
bet potentiam ad curſum & quietem ſimul, quod eſt
incompatibili.

4 Cæterum diſtinguendum eſt etiam, actus & potentia ſimul eſſe non poſſunt, ſecundum diuerſas rationes, nego: ſecundum eaſdem, concedo. Hoc eſt, actus & potentia non poſſunt eſſe ſimul ſecundum rationẽ formalem & actualem potentiæ, & ſecundum rationem formalem & actualem actus; quia potentia eſt radix operationis; actus autem eſt ipſa operatio actualis. Sicut ignis, qui dum calefacit actualiter, non dicitur propriè & formaliter potens calefacere, quãuis radicaliter ſic dicatur, ſed dicitur actualiter calefaciẽs, in qua formalitate diſtinguuntur Potentia & Actus.

Et iterùm diſtinguo inter potentiam Logicam, & phyſicam: potentia Logica eſt incompatibilis: tum quia potentia logica conſiſtit in priuatione actus, & exiſtente actu deſtruitur potentia: ſed potentia phyſica, quæ eſt illa quæ conſiſtit in principio actus, non deſtruitur, ſed potiùs perficitur ipſo actu: nam qui poteſt videre, videndo actualiter, perfectionem adquirit: vnde D. Thom. loquendo de iſta potentia phyſica in Diuinis, aſſerit, Potentia ſignificat id quod eſt principium, non autem relationem eius.

5 Quapropter hic non inutiliter ad praxim in hac noſtra materia Incompatibilitatis, ſuper hoc axiomate, & ad eius peculiarem intelligentiam, inquiremus de quæſtione ita formanda. Pone quod aliquis habeat actionem (ſi agere velit in poſſeſſorio vel petitorio iudicio) ad Maioratum quendam obtinendum, & is ſit vocatus ad alium Maioratum, ſub tali conditione, *quod aliud primogenium non habeat*, an ex eo quod actionẽ, (non autem actualem poſſeſſionem habeat) ad alterũ illum Maioratum, cenſeri debeat excluſus ab hoc primogenio, quod habet, incompatibili cum alio? numquid in iſto caſu ſufficiat potentia habendi in actu, cum in eius voluntate conſiſtat; an verò requiratur addictio & actualis poſſeſſio?

Pro vtraque parte quamplurima vrgent. Et in pri- 6
mis pro parte affirmatiua, vt ſufficiat quod ſucceſſor
ſit in potentia habendi Maioratum, ad cuius ſucceſ-
ſionem ſit vocatus, vt exinde ſit excluſus â ſucceſſio-
ne alterius. Nam in conditionibus, ſeu vocationibus
ſub conditione factis ad ſucceſſionem, potentia ha-
betur pro actu, ad excluſionem eius, qui eſt ſubſtitu-
tus, ſeu ſub conditione vocatus, *l. qui habebat, ff. de*
vulg. & pupill. ſubſtit. vbi ad hoc, vt cenſeatur excluſus
ſubſtitutus ſub illa conditione, *ſi filia teſtatoris nupſe-*
rit, ſufficit ad excluſionẽ ſubſtituti, quod filia decedat
nubilis, id eſt, in potentia nubendi, licèt non in actu
decedat nupta; ergo idem dicendum in vocato ad
ſucceſſionẽ Maioratus, qui ſub cõditione ſit excluſus.

Secundò confirmatur ex textu in *l. facere poſſe* 29. 7
ff. ſolut. matr. Vbi id quod maritus habet de iure &
de facto exigibile ab vxore, licèt in actu non ſit, ſed
in potentia exigendi, ſufficit ad hoc vt computari de-
beat, ac ſi in bonis ſuis haberet. Ideo Gloſ. *v videtur,*
dum text. dicit: *Facere poſſe maritus etiam id videtur,*
quod à muliere conſequi poteſt. Ita aduertit, *Quaſi dicat*
id computatur in facultatibus viri, &c. & Bald. *ib. n. 1.*
ita ſic, *Nota quod illud quod eſt in iure & in obligatio-*
ne intelligitur eſſe in patrimonio. Et eſt bene notandum,
quod illi qui habent iura debitorum, non dicuntur ſu-
ſpecti, nec dicuntur inopes, Aluarez de Velaſco *de pri-*
uileg. pauper p. 1. q. 4. §. 2. n. 139. Ergo idem dicendum 8
eſt de ſucceſſore, qui de iure & de facto poteſt ſuc-
cedere in Maioratu, ad hoc vt computetur in facul-
tatibus ſuis. & ſit excluſus à ſucceſſione alterius in-
compatibilis cum eo Maioratu.

Tertiò, nam qui actionem habet ad rem, etiam 9
ipſam rem habere videtur, ac in bonis eius adnume-
ratur: *leg. bonorum 49. §. in bonis autem noſtris*, ibi:
Æquè bonis adnumerabitur etiam ſi quid eſt in actio-
nibus, petitionibus, perſecutionibus; nam hæc omnia in
bonis eſſe videntur, l. id apud ſe 142. ibi: *Id apud ſe*
quis habere videtur, de quo habet actionem, habetur
enim quod peti poteſt. ff. de verb ſignif. l. qui actionem 15.
ff. de regul. iur. Ergo is, qui habet actionem ad Maio- 10
ratum, ad cuius ſucceſſionem eſt vocatus, ipſum Ma-
ioratũ habere videtur, ac in bonis eius adnumeratur,
licèt non ſit in actu, ſed ſolum in illa potentia habẽdi.

Quartò, quia idem eſt poſſe habere, ac in actu ha- 11
bere, *l. qui poteſt. 134. ff. de regul. iur. l. hac venditio 7. in*
princ. verſ. Si igitur, l. Labeo 50. ff. de contrah empt. vbi
conditio faciendi, quæ eſt in poteſtate alicuius, habe-
tur pro impleta, ac ſi illud actu factum ſit: *l. iure ci-*
uili 24. ff. de condit. & demonſt. vbi Iulian. dixit: *Iure*
Ciuili receptum eſt, quoties per eum cuius intereſt con-
ditionem impleri, ſit quo minus impleatur, vt perinde
habeatur, ac ſi impleta conditio fuiſſet: quod plerique
& ad legata, & ad hæredum inſtitutiones perduxerunt.
Idem dixit in *l iure ciuili* 121. *ff. de regul. iur. l. 3. ff. de*
condit. inſtit. Vbi conditio poteſtatiua habetur pro
impleta, ſiſtat per eum, in cuius perſonam debet im-
pleri: ergo cùm ſucceſſor Maioratus poſſit habere

Maioratum,

Digitized by Google

Maioratum, & ſtet per eum, ſequitur quod idem eſt, ac ſi in actu habeat.

12 Quintò confirmatur ex eo quod ſufficit potentia, licet non deueniatur ad actum. Quod probatur ex text. in *l.1.§.item fluminum,ff.de flumin.& in l.1.§.quotidiana,ff.de aqua quotidian.& æſtiu.* & in Gloſ.*verb. æſtimaretur,§.his autem verbis,Inſt.ad l.Aquil.* vbi reſpondens ad argumentum quod deduxit ex ratione text. in *dict. §.his autem:* dicit quod cum actio legis Aquiliæ, ſit pœnalis,ex eo quod damnum æſtimatur, quanti in eo anno plurimi fuerit ſeruus , non tranſit contra hæredes : vnde opponit Gloſ. ergo ſi hodie plurimi vel tanti eſſet ſeruus occiſus, quàm olim,debet tranſire contra hæredes. Ad id reſpondet , quod eſt falſum, & non procedit conſequentia , nam ſufficit aptitudo, & quod ſit in potentia, quod damnum plurimi fuerit in eo anno, licet actualiter; ſiue in tali caſu non ſit plurimi hodie , quam olim : & ponit exemplum , v. g. Aliquis non videt , vel non ridet actualiter,tamen ſufficit quod ſit aptus ad videndum vel ridendum naturaliter. Similis eſt Gloſ. *verb. præiudicialis , in l.vendicatio 56. ff.de rei vindicat.* & in Gloſ. *verb. præiudicialis , verſ.Item quod ſi nulla , in §. præiudicialis, Inſt. de action.*

13 Ex quibus, & aliis iuribus infertur, quod ſi Inſtitutor alicuius Capellaniæ, ſimpliciter diſponat.quod præſentetur Sacerdos,licèt aliquis non ſit in actu Sacerdos , ſufficit quòd ſit in potentia de proximo : Oxed. *de incompatibilit. benefic. part. 1. cap.final. à num.15. vſque ad num.20.* Spino *in ſpecul. teſtament. gloſ.4. num.66. & 67.* Cæuall. *quæſt.393.num.13.& 14.* Dom.Perez de Lara *de Capellan. lib.2. cap.5. num.15.* Aluarez de Velaſco *de priuileg.pauper. part.1.quæſt.4. §.2.num.131. & in axiom.iur.liter.P. num.121.* vbi pro axiomate ponit, quòd potentia in habitu,idem quod potentia in actu operatur : Auguſtin.Barboſ. *in axiomat.184. num.4.*

14 Sextò & vltimò vrget textus in *l.45.* dum ex eo deciditur , quod ſi quis vocatus ſit ad ſucceſſionem Maioratus per mortem vltimi poſſeſſoris,ipſo poſſeſſore mortuo , tranſit in eum non ſolùm dominium tanquam in verum & legitimum ſucceſſorem , ſed etiam poſſeſſio ciuilis & naturalis,abſque vlla actuali poſſeſſione, vel apprehenſione,& abſque acceptatione, quia non eſt neceſſaria in caſu *l.45.Tauri*, aditio, ſeu acceptatio, prout reſoluit Mieres *3. part. quæſt.13. Acceptatio vtrum requiratur in l.45. Tauri :* Balthaſ. Thomaſius *in tract. de Maiorat. titul.13. de effectibus Maioratus,cap.11.n.17. verſ.Primò amplia.* vbi quod quando lex transfert poſſeſſionem abſque facto ſucceſſoris Maioratus , non ſit neceſſaria illius acceptatio : & Doctores *ſuper conſuetudine le mort ſaiſis le vif:* id eſt *mortuus ſaiſit viuum hæredem*, per quam, prout ex *dict. l.45. Tauri* transfertur & continuatur poſſeſſio in hæredem,ac ſi ſtatim ex manu teſtatoris fuiſſet hæredi res tradita, & ſuper hac conſuetudine, & ſimili ſtatuto reſoluunt , quod non eſt neceſſaria aditio : & exinde inferunt quod non habet locum in Gallia, vbi obſeruatur dicta conſuetudo , ſubſtitutio vulgaris,quia talis hæreditas non poteſt dici non adita : eos refert Nicol.Bellon. *ſupput.iur.lib.4.c.15.n.7.*

15 Sequitur ergo,quod hic ſucceſſor,qui poſt mortem vltimi poſſeſſoris, habet actionem ad vnum Maioratum,non ſolum habet in potentia hunc Maioratum, qui concurrere cum alio non valet,ſed etiam tanquã in actu , & inter alia bona ſua , quæ actualiter poſſidet : in eum enim tranſlatum fuit dominium & poſſeſſio ciuilis & naturalis , & continuata abſque apprehenſione, acceptatione ſeu aditione.

16 Et ſat erit quod habeat dominium ; quia qui habet dominium ad rem, verè rem ipſam habet in bonis : & idem ſi habet poſſeſſionem ciuilem & naturalem continuatam, *l.rem in bonis noſtris 52. ff.de adquir.rer. dom.l.benè.49. §.in bonis,l.habere 188. ff.de verb. ſignif. l.ſtipulatio iſta 38. §.habere, ff de verbor. oblig.* vbi Vlpian dixit : *Habere , dupliciter accipitur, nam & eum habere dicimus qui rei dominus eſt , & eum qui dominus quidem non eſt, ſed tenet.*

Et quando ſtatutum onerat,vel priuat aliquem habentem, vel poſſidentem certam rem : verbum , *qui habeat*, refertur ad ciuilem poſſeſſionem ; & verbum, *poſſideat*, ad naturalem: *l.ſi in emptione 24. §.omnium,* cum Gloſ. *verb.habere :* & Gloſ. *verb. poſſidere , ff.de contrah.empt.* vbi Bald. & Alex. in *l.3. §.ex contrario, num. penult. ff.de adquir. poſſeſſ.* 17

Ergo dicendum eſt de inſtitutore , ſeu teſtatore, qui oneret vel priuet aliquem ſuo Maioratu,ſi alium habeat vel poſſideat, & ſic ſufficit quod habeat ciuiliter & naturaliter , licèt actualiter ſiue in actu non apprehenderit. 18

Pro parte autem negatiua & veriore,eſt textus in *l. ſancimus 24. C.de nupt.* vbi requiritur quod conditio nuptiarum adimpleatur per actum & rem ipſam ; & non ſufficit per habitum vel potentiam : Et ad idem eſt text. in *l.quod ſeruus, ff.de condict.ob cauſ. & in l. Stichum 39. §.Stichus, ff.de ſtatulib.* vbi hæres grauatus ſoluere creditoribus,aut eis ſatisfacere,& ſub hac conditione & in tali caſu ſeruus iuſſus ſit eſſe liber, non ſufficit quod ſit in potentia ſoluendi , & quod hæres locuples exiſtat ; imò etiam requiritur quod in actu ſoluat pecuniã,& verè actualiter ſatisfaciat creditoribus.Igitur in præſenti,nec ſufficit eſſe in potentia habendi actualiter Maioratum,ſed requiritur quod in actu habeat eum, ad hoc vt cenſeatur excluſus ob illam conditionem, ſi habeat alterum Maioratum. 19 20

Secundò : nam potentia quæ non reducitur ad actum, vana eſt , *l.hæ enim 4. §.penult. & fin. ff.de ſuſpect. tutor.& curat. cap. paſtoralis 13. §.quoniam :* vbi etiam Decius *in 2. notabili, de reſcriptis :* Surd. *tom.3. conſ.375.n.2.* Barboſ.*in axiom.184.n.1.* Aluarez de Velaſco *in axiom.iuris, lit.P. n.123.* 21

Tertiò : nam ſecundum Philoſophum, non valet conſequentia de potentia ad actum. Veluti ſi dicas, *poteſt currere*, non enim inde ſequitur; *ergo currit*, è contrario autem , de actu ad potentiam benè valet conſequentia,veluti : *currit actualiter,ergo potuit currere*, id eſt habuit potentiam currendi: & ſic ad hoc vt dicatur quod aliquis currit , non ſufficit potentia ad currendum : ergo ad hoc vt dicatur quod aliquis habeat, non ſufficit potentia habendi,ſed etiam ſimul requiritur actus. 22

Quartò comprobatur ; nam quando verb. *habeat*, ſicut verb. *poteſt* , reſpicit commodum vel intereſſe Tertij,ſiue alicuius perſonæ,tunc requiritur potentia cum actu , nec ſufficit ſola potentia : *l.3. §.ſi quis ſic acceperit, ff.de ſtatuliber.* vbi Iuriſconſultus caſum refert ita,atque reſoluit : *Si quis ſic acceperit libertatem: cum decem dare poterit, liber eſto. Trebatius ait, licèt habuerit decem, vel idoneus fuerit ad adquirendum,& conſeruandum peculium , tamen non aliàs ad libertatem perventurum, niſi dederit,aut per eum non ſteterit quominus det : quæ ſententia vera eſt.* 23

Ad intentum Bartol. in *l.1. n.1. ff.de iniuſt.rupt. irritoque teſtam.* ita docet : *Sed contra videtur , quod hæc dictio,*poteſt*, requirat cum potentia actum, l.3. § ſi quis ſic acceperit, ff de ſtatuliber. Pro ſolutione ſcias :* quod, poteſt , *tria importat : primum eſt , poſſibilitas naturæ : ſecundum eſt, potentia : tertium eſt , actus : hoc præmiſſo, dic : aut verbum ,* poteſt, *in oratione poſitum , non refertur ad actum certa perſona,* 24

Digitized by Google

& tunc ſignificat poſſibilitatem naturæ, vt hic; dicit enim textus, ex teſtamento ex quo poteſt adiri hereditas, nec curat per quem: quandoque refertur ad actum certæ perſonæ, & tunc, aut ille actus cum explicatur continet commodum certæ perſonæ, aut non: primo caſu, aut ille ad quem refertur ex hac potentia vult agere, & requiritur potentia cum actu, vt in l.3. §. ſi quis acceperit, ff. de ſtatu libero aut ex hac potentia vult aliud cum conuenire, & intelligitur quod habeat potentiam & commoditatem deducendi ad actum: vt in l. nepos Proculo, infrà, de verbor. ſignific. Secundo caſu, quando actus explicandus, non reſpicit commoditatem certæ perſonæ, tunc requiritur potentia deducendi ad actum illius perſonæ, nec requiritur poſſibilitas naturæ, vt in l. inter illam, infrà de verbor. ſignificat.

26 Quintò probatur, quoniam verbum, *habeat*, importat perfectionem, & ſic quod habeat in actu, non verò ſufficit habere in potentia: *l. nomen filiarum 164. §. fin.* ibi: *Habere ſicut, peruenire, cum effectu accipiendum eſt, ff. de verb. oblig.* Cardinalis *in Clement. 1.*

27 *q. 10. de Offic. Vicar.* Ergo ad hoc vt poſſit in quæſtione præſenti priuari ſucceſſione Maioratus, qui prohibitus eſt habere illum Maioratum cum alio, neceſſe eſt quod habeat in actu vtrumque nec ſufficit in potentia.

28 Sextò & vltimò denique, quia omnis actus humanus dependet à voluntate & poteſtate ſimul: ad idque Philoſophus aſſerit, actum omnem humanum poteſtate & voluntate coofici & perfici: *cap. cum ſuper Abbatia,* vbi Panormitan. & Decius *de officio Delegati: l. cum te,* vbi Bald. *num. 2. C. de donation. ante nupt. l. nolle,* vbi etiam Bald. *ff. de adquir. hereditat.* & alibi in *l. 2. C. commun. de legat.* D. Molin. *lib. 3. cap. 24. num. 24.* & quamplurimi alij relati à Domino Caſtillo

29 *lib. 4. cap. 5. & per tot.* maximè *num. 9. & n. 12.* Ergo ad hoc vt actus humanus habendi, fiat in ſucceſſore, non ſufficit poteſtas, ſeu potentia, ſed etiam requiritur eius voluntas habendi formaliter in actu.

30 Idcirco teſoluas, in iudicando & conſulendo, quod non ſufficit habere in potentia alium Maioratum, quamuis cum certa atque indubitata actione; cum verum ſit quod requiratur eius voluntas, & ſic quod actualiter habeat, adeundo ſeu ſe immiſcendo, ex ſupradictis.

31 Tum quia ad hoc vt duo poſſint eſſe incompatibilia io eodem ſubiecto, requiritur quod concurrant in actu, & non ſufficit concurſus in potentia: quia incompatibilia ſeu contraria, concurrere valent in potentia: provt ex Iacobo de Rauenna aduertit Alberic. in hac materia de incompatibilitate, in *l. 1. C. de furt. num. 10.* ibi: Dicit enim quod obligationes hic in actione mandati, & in actione furti, non ſunt contrariæ actu, ſed potentia & habilitate tantum: & contraria potentia tantum, benè poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, ſed in actu non poſſunt.

Non obſtant ergo de contrario adducta: quia ad

32 primum reſpondetur quod text. in *l. qui habebat, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.* Ideò dicit quod ad excluſionem ſubſtituti ſufficit, quod filia decedat in potentia nubendi, licet in actu non nupſiſſet, quia teſtator ſenſit de ſubſtitutione pupillari: & deueniendo ad nubilem ætatem, expirauit ſubſtitutio pupillaris, & conditio illa, *ſi nuberet,* id eſt ſi ad ætatem nubendi deueniret; præcisè intelligenda eſt de pupillari ſubſtitutione, & non de vulgari; quia filia fuit exhæredata, & ſic ei pater vulgariter ſubſtituere non valuit, aliter enim illa conditio, *ſi nuberet,* non adimpleretur ex eo ſolum quod deueniret ad potentiam nubendi, ſed requireretur quod verè in actu nupſiſſet: *leg. ſancimus, Codice de nupt.* Bartol. in *dict. leg. qui habebat, num. 13. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.*

Ad ſecundum reſpondeas, per ipſummet textum in *l. facere poſſe 29. ff. ſolut. matrim.* Quod nomina 33
debitorum, ſiue ea quæ nobis debentur, de iure & de facto exigibilia, ideò computantur in bonis noſtris, quia de facto noſtro & de voluntate noſtra ea habemus; & quandiù noo interuenit factum noſtrũ, ſeu noſtra voluntas in adquirendo, ſeu exigendo, talia iura, & actiones nomioum debitorum non computantur io bonis noſtris, veluti in nominibus hæreditariis, ſeu ab alio ceſſis, quia ſi non adeantur, agnoſcantur, ſiue acceptentur ex voluotate noſtra, non in bonis noſtris cenſeri debent, & ſic valet ea repudiare, & ex eo nihil dicetur fieri in fraudem creditorum, cum in patrimonium noſtrum ſine facto & voluntate noſtra non redigantur: *l. qui autem 6. l. patrem 19. ff. qui in fraud. creditor.*

Non etiam refragatur tertium argumentum, dedu- 34
ctum ex *l. bonorum 49. §. in bonis, l. id apud ſe, 143. ff. de verbor. ſignificat. l. qui actionem 10. de regul. iur.* vbi qui actionem habet ad rem, etiam ipſam rem habere videtur. Nam hæc regula formatur per verbum, *videtur,* quod denotat fictionem, & imperfectionem; & ſic non propriè, realiter, & verè, ac perfectè habet in actu: *l. 1. §. deieciſſe videtur, ff. de vi & vi armat. l. naturaliter, in principio, ff. de adquir. poſſeſſ.* Philipp. Decius in *dict. l. qui actionem habet 15. num. 3. & 4. ff. de regul. iur.* Alciat. in *dict. l. id apud ſe 143. ff. de verbor. ſignificat.* vbi ita ait: *Procedit autem hac regula, non ex veritate, ſed ex interpretatione legis: alioquin minus eſt actionem habere, quàm rem: quod propter litium anfractus introductum eſt.* Et in *l. Labeo 14. ff. de verbor. ſignificat.* prædixerat, & in hac iuris interpretatione verum eſt; alioquio in executione facti, aliud eſt; nam propter litis fruſtrationes, & dubios euentus, tutius eſt rei incumbere; & ideò minus eſt actionem habere, quàm rem *l. minus 205. ff. de regul. iur.* Barboſ. *in Dictionar. verb. videtur, dict. 424. n. 1. & 2.*

Ad quartum reſpondetur, quod in quæſtione pro- 35
poſita ſucceſſor Maioratus non fuit vocatus ſub conditione poteſtatiua, imò excluſus ſub conditione illa, ſi habeat alium Maioratum: itaque tunc procedit ademptio Maioratus, quando erit in potentia & voluntate habendi alium Maioratum, & ſic oon ſufficit ſola poteſtas.

Quapropter ceſſat argumentum ex textu in *leg. qui* 36
poteſt 134. ff. de regul. iuris, l. iure ciuili 24. ff. de condic. & demonſtrat. l. 3. ff. de condit. inſtitution. vbi conditio poteſtatiua habetur pro impleta, ſi ſtat per eum in cuius perſonam debet impleri.

Ad quintum dicas, quod in præſenti non ſufficit 37
aptitudo ſeu potentia habendi Maioratum, tum quia quando ex voluntate tacita vel expreſſa inſtitutoris requiritur quod ſucceſſor habeat in actu, non eſt ſufficiens potentia ſeu aptitudo: Dom. Perez de Lara *de Anniuerſar. & Capell. lib. 2. cap. 5. num. 20. &* ar. vbi poſtquam dixit, qood ſi fundator ſimpliciter diſponat, quod ad Capellaniam præſentetur Sacerdos, ſufficit præſentare aptum, & in potentia proxima ad Sacerdotium, ſiue præſentare eum qui de proximo ſcilicèt intra annum poſſit ordinari: hoc limitat, niſi aliud poſſit colligi ex voluntate tacita vel expreſſa inſtitutoris: Et in quæſtione propoſita colligitur, 38
quod inſtitutor voluit, quod ad hoc vt ſucceſſor priuetur ſucceſſione Maioratus, alium habeat Maioratum: provt ex ſuprà adductis probatur.

Tùm quia etiam limitatur, quando per verba ne- 39
gatiua, requiritur quod ſit Sacerdos, veluti, *non præſentatur niſi Sacerdos,* in hoc enim caſu non debet

præſentari

præſentari niſi ſit Sacerdos in actu: Spino *in ſpecul. teſtamentor. gloſ. 4. num. 67.* & cum Lambertin. & aliis D. Perez de Lara *lib. 2. cap. 5. n. 12.*

40 Quod facit ad quæſtionem noſtram, quia per verba negatiua non adimitur Maioratus, nec priuatur ſucceſſor, niſi habeat alium primogenium: ideoque regula quæ deducitur ex *l. 1. §. item fluminum, ff. de flumin. l. 1. §. quotidiana, ff. de aqua quotid. & æſtiua*: & ex celebri Gloſ. *verb. æſtimatur, in §. his autem, Inſtit. ad leg. Aquil.* dum obſeruat, quod ſufficit potentia ſeu aptitudo, nec requiritur actus: procedit quando diſpoſitio tam legis quàm hominis ſimpliciter loquuntur; non verò quando colligi poſſit quod non ſufficiat potentia, ſed requiratur actus.

41 Ad ſextum tandem (ex eo enim pendet lex & Propheta) reſpondeas, quod licèt ex miniſterio *l. 45. Tauri*, tranſeat dominium & poſſeſſio ciuilis ac naturalis, nihilominus verum eſt quod requiritur ſucceſſoris voluntas & animi declaratio, ex verbis, aut facto, per immixtionem, vel acceptationem: & dum non ſe immiſcet, vel acceptat, non transfertur: at ſi animus acceptandi declaratur, transfertur & retrotrahitur: quod eſt maximè notandum ad veram & genuinam intelligentiam *leg. 45. Tauri*, contra Mieres *in d. part. 3. quæſt. 13.* & Balthaſar. Thomaſium *de Maioratibus, tit. 13. cap. 11. n. 17.* & probatur ex iuribus & autoritatibus ſequentibus.

42 Primò ex Tiraquello *in tractat. le mort ſaiſit, &c. part. 7. declarat. 1. num. 1.* dum dicit: *Primò declara, vt ſtatutum procedat in fauorem ipſius hæredis, vt ſcilicet poſſit ſe dicere ſaiſitum aduerſus alium, ſi velit; quod ſi alius id allegaret aduerſus ipſum hæredem, id certè non procederet, vt expreſsè voluit Laurent. Calcanus loquens de ſtatuto Cremenſi, huic noſtro ſimili, conſil. 76. col. 3. hac ratione motus, quod id ſtatutum factum eſt in fauorem filiorum, vel aliorum hæredum, l. quod fauore, C. de legibus: Igitur (inquit) quatenus tendit ad eorum læſionem, non debet continuari in eis poſſeſſio: quatenus autem tendit ad fauorem, dicitur continuari, ne inducta ad vnum effectum, operentur contrarium: l. legata inutiliter, ff. de adim. legat.*

43 Et in num. 4. Tiraquellus ad id proſequitur, *Quia beneficia legis & conſuetudinis, recipiunt eam conditionem, ſi is, in cuius fauorem fuerunt conceſſa, eis vti velit: l. vltima, C. de execut. rei iudicat. l. debitoribus, & ibi Alexander & alij, ff. de re iudicata: l. vniuerſa & ibi latè Iaſon, C. de precib. Imperatori offerend. & leg. ſcimus, in princip. iuncta Gloſ. C. de inofficioſ. teſtam. & facit l. inuito, ff. de regul. iur. tunc eſt, vt ſubdit, ex regula, quod quilibet renuntiare poteſt ſuo fauori: l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis*, cum ſimilibus. Et à *num. 5. cum ſequentibus*, hoc confirmat, cum aliis exemplis, iuribus, & authoritatibus. Et idem quoque tradit Chaſſaneus *in conſuetudinib. Burgund. Rubric. 7. §. 1. num. 1.*

44 Quod etiam agnoſcit, & his & aliis iuribus interpretatur *legem 45. Tauri*, ipſe Mieres *part. 4. quæſt. 23. num. 142. verſ. Non obſtat deciſio l. 45. Tauri, quæ magis vrget, quia ad illam reſponderi poteſt ex doctrina huius Gloſſæ Pariſienſis: vltra quod conſiderandum, quod illa eſt facta in fauorem & conſeruationem bonorum Maioratus, & illorum qui in illis ſuccedere debent, in quos transfertur poſſeſſio quando illis id vtile eſt, non aliàs: & cum lex principaliter ſit facta in fauorem ſucceſſorum Maioratuum, non debet in illorum odium retorqueri: l. quod fauore, C. de legib. cum concordantibus. Qui eſt nouus intellectus ad d. l. 45. Tauri.* Et allegat Tiraquell. *vbi ſuprà*, Antonium Gabrielem, & alios.

45 Idem tenet Matienço in *l. 8. gloſ. 1. num. 23. verſic. Cui autem abſque eius animo & voluntate res quæri non poteſt, erit neceſſaria animi declaratio, &c. titul. 7. lib. 5. Recopilat.* Proſperus Faſethus *conſil. 140. num. 7.* Vincentius Fuſarius *quæſt. 318. num. 100.* Qui rectè inferunt, quod dum ſequens in gradu non declarat animum ſuum, nec agnoſcit fideicommiſſum, legitimè poſſidet remotior, & quilibet alius ex inferiori gradu, vel ſexu: at ſi Maioratum agnoſcat, & eum petat, & quocumque tempore declaret animum ſuccedendi, retrotrahitur ad diem mortis vltimi poſſeſſoris: *leg. ſi tibi homo, 86. §. cum ſeruus, ff. de legat. 1.* & per doctrinam Baldi in *l. licèt, à num. 3. Cod. de adquir. poſſeſſione.*

Sed inter omnes, quos viderim ad intentum, optimè defendit Nicolaus Bellonius *ſupputation. iur. lib. 4. cap. 15. à num. 6.* vbi ad omnia contraria reſpondet, dum ita dicit: *Contra prædicta modò venit hæc conſuetudo per quam ſtatuitur, vt quemadmodum adita hæreditate tranſeunt alia iura, ita tranſeat poſſeſſio ipſo iure ſine apprehenſione, & ſic in effectu nihil aliud intendit quam diſponere contra d. l. cum hæredes, ff. de adquir. poſſeſſ. Vt hodie non ſit neceſſaria apprehenſio poſſeſſionis, ſecundum omnes in dictis iuribus & Modernos vbi ſuprà. Et hoc nota, quia iidem Moderni alibi latiùs intellexerunt conſuetudinem iſtam, & malè, vt infrà dicam: transfertur autem poſſeſſio virtute conſuetudinis, ita demum ſecuta immixtione à ſuo hærede, vel aditione in extraneo. Non autem credat aliquis ſtatim mortuo teſtatore continuari poſſeſſionem, nam requiritur immixtio ſeu aditio, quâ ſuperueniente retrotrahitur aditio ad tempus mortis reſpectu adquiſitionis poſſeſſionis, ſicuti aliorum iurium: leg. hæredes quicumque, ff. de adquir. hæredit. l. omnia ferè iura, ff. de reg. iur. vt probatur per dictam l. cum hæredes, iuncta conſuetudine: ſi quidem adita hæreditate tranſibant Iura excepta poſſeſſione: nunc per conſuetudinem transfertur etiam poſſeſſio intelligas retento eodem themate, ſcilicet adita hæreditate: & hoc etiam ſuadent verba conſuetudinis, quæ volunt mortuum ſaiſire viuū hæredem. Et is non poteſt dici hæres cum effectu, vt requiritur, ante aditam hæreditatem, vel immixtionem nunc in ſuo, propter ius abſtinendi: iuxta notata in leg. neceſſarius, ff. de adquir. hæredit. Eſt enim hoc generale, vt qualibet diſpoſitio faciens mentionem de hærede, intelligatur, adita hæreditate: vt per Alexand. conſ. 1. col. 4. vol. 1. & pluribus modis comprobat Decius conſil. 35. col. 2. & in l. hæredem, in fin. ff. de regul. iur. Siquidem non ſufficit quem eſſe inſtitutum, & hæredem ſcriptum, vt diſpoſitio loquens de hærede habeat in eo locum, ſed requiritur aditio ex teſtamento. Concludit notabiliter Socinus conſ. 91. Viſa diligentia, col. 2.* 46

Ex his poteſt reprehendi, quam inaduertenter & præiudicialiter loquuti ſunt Moderni prædicti, conſil. ſuo 19. dub. 12. qui auſi ſunt dicere, per hanc conſuetudinem, ita mortuum ſaiſire viuum, vt ſine aditione quis fiat immediatè, ſtatim, mortuo teſtatore, poſſeſſor & hæres: & ideo non habere locum in Gallia ſubſtitutionem vulgarem, cum hæreditas non poſſit dici non adita. Imò ſunt penitus ſomnia vigilantium, quia intentio huius conſuetudinis alia non eſt, quam prouidere circa poſſeſſionem: & nullum verbum in ea reſpuit aditionem ſeu adquiſitionem aliorum iurium. Ideò tene vt ſuprà dixi. Eſt benè verum, quod adita hæreditate, retrotrahitur etiam adquiſitio poſſeſſionis ad tempus mortis: & ideo ſi aliquis poſt mortem teſtatoris occupauit res hæreditarias, competunt hæredi remedia poſſeſſoria, & nouitatum, ac ſi ſtatim ex manu teſtatoris fuiſſet res tradita hæredi, & in eum continuata poſſeſſio. 47

Sed ab hac reſolutione ſurgit alia difficultas: quid 48

Digitized by Google

ſi ſucceſſor Maioratus in caſu propoſito petat iudicialiter actualem poſſeſſionem Maioratus, ex eo quod ciuilis & naturalis in eum tranſlata fuit ex miniſterio *l.45. Tauri*, & ao antequam deueniat ad actualem poſſeſſionem, ſiue cum alio contradictore, ſiue ſine illo, poſſit iudicari quod iam habeat illum Maioratum, ſiquidem iam in hoc caſu declarauit animum, & non ſolum potentiam, imò & voluntatem habendi: & quod de proximo quis habiturus, facturus, vel adquiſiturus eſt, habetur pro adquiſito actualiter, facto, vel habito: ex regula illa, quod de proximo faciendum habetur pro facto, & potentia actui proxima pro actu habetur: *l. penultima, ff. de milit. teſtam. l. veſtimentum* 22. *ff. de auro & arg. leg.* Alex. *conſ.* 129.
49 *à num.* 6. *cum ſeq. lib.* 7. Bartholom. Socio. *conſ.* 70. *n.* 8. *vol.* 8. vbi quod *paria ſunt, quid in actu exiſtere, vel eſſe in via deductionis ad actum*, latè Phanutius *in tractat. de momento temporis, c.* 28. Caualcanus *deciſ.* 44. *à num.* 18. Palac. Rub. copioſè *in rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 38. *per totum*, Steph. Gratian. *cap.* 96. *num.* 19. Medices *in tract. de reg. iur. regul.* 5. Aluarez de Velaſco *de priuileg. pauper. part.* 1. *quæſt.* 4. §. 2. *à num.* 121. *cum ſeq.* idem Velaſco *in axiomat. iur. lit. P. num.* 122. Paul. Bellon. *de poteſtat eor. quæ incontinenti fiunt, lib.* 1. *cap.* 69. *num.* 14. Auguſt. Barboſ. *axiom.* 61. *num.* 1.

50 Et non inutiliter notat Barboſ. *in hoc axiomat.* 61. *num.* 9. quod Patronus poterit præſentare eum qui de proximo ad Clericatum promoueri poteſt, in hunc modum: *Præſento Petrum de proximo clericandum, & peto eum ordinari*: ex Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 5. Et aduertit quod ſic recipitur, ſi taliter præſentatus ſeu nominatus intra tempus ad præſentandum præſtitutum Ordines ſuſcipiat. Quod alibi dixit Barboſ. *de off. & poteſtate Epiſcopi, allegatione* 72. *num.* 78.

51 Sed nihilominus dum non verè & actualiter ſucceſſor Maioratus alium habeat, & poſſideat, licèt eum poſtulet tanquam ſibi delatum, & de proximo habendum, tamen quandiu ſub iudice lis eſt, qui iubeat iudicialiter illum in poſſeſſionem mitti, non eſt impeditus ex tali diſpoſitione, nec priuari debet ſucceſſione alterius Maioratus, niſi formaliter, verè & actualiter habeat, ſiue poſſideat.

52 Et non obſtat de contrario, regula, quod potentia proxima actui, pro actu habetur: Quia eſt Brochardica, & rationibus contrariarum opinionum inuoluta, & non eſt verum quod potentia proxima actui ſemper habeatur pro actu, Felin. *in cap. cum adeo, num.* 4. 5. *&* 6. *de reſcript.* Cardin. Tuſchus *lit. A. concluſ.* 83. *num.* 19. Stephan. Gratian. *tom.* 1. *cap.* 96. *à n.* 18. Paul. Bellon. *de poteſtat. eor. quæ incont. fiunt, lib.* 1. *cap.* 101. *num.* 2. *&* 3. *& cap.* 169. *num.* 1. Barboſ. *axiomat.* 6. *num.* 4.

53 Tandemque reſpondeas, quod dicta regula procedit impropriè & fictè, quia de proximo accingendus, verè non eſt accinctus; & res non iudicatur ex eo quod erit, ſed ab eo quod eſt: maximè vbi agitur de forma diſpoſitionis, vel de pœna incurrenda, prout in præſenti: Felin. *in cap. cum te de reſcript. n.* 16. *ſuper verbo, erat iſte: verſ. Tamen diuerſis modis limitantur prædicta, quos ratione impertinentiæ omitto. Sed inter alias limitationes, vna eſt, niſi lex requirat certum actum pro forma completum, per l. ex eo, ff. de militari teſtam. vbi non ſufficit quod ſub militari ſtipendio iter fiat, niſi etiam militum numerus referatur, ſupple, vel ſit iuſſus cogi, &c.* Et verſ. *Alia eſt limitatio, niſi agatur de pœna incurrenda.* Cardinal. Tuſch. *lit. A. dicta concluſ.* 83. *num.* 31. Barboſ. *dict. axiom.* 6. *num.* 4.

Sed an ex eo quod ſucceſſor Maioratus petat alium Maioratum, videatur eum eligere, & alium incompatibilem repudiare, ſeu renuntiare? alibi in ſuo loco inuenies. Interim conſule textum in *l. fin. in princip. verſ. Tantum enim abeſt, vſque ad* §. 1. *C. de Codicill.* Et ſic ſoluitur propoſita quæſtio in laudem Dei Opt. Max. 54

CAPVT IV.

Vtrùm propter Incompatibilitatem iuris Ciuilis, Copulatiua, Et, reſoluatur in Diſiunctiuam.

SVMMARIVM.

1 *Copulatiua, Et, inter incompatibilia, reſoluitur in Diſiunctiuam.*
2 *Incompatibilis eſt vſusfructus formalis, qui eſt ſeruitus perſonalis, cum dominio, ſeu proprietate alicuius fundi.*
3 *Res ſua nemini ſeruit.*
4 *Textus in* l. ſi Tirio 10. ff. de vſufructu legat. *&* l. vti frui 5. ff. ſi vſufruct. petat. *declarantur & interpretantur, & n.* 5. *&* 6.
7 *Coniunctio poſita inter incompatibilia, reſoluitur in Diſiunctiuam.*
8 *Copulatiua poſita inter incompatibilia, non ſolum inter res, ſed etiam inter perſonas, reſoluitur in Diſiunctiuam.*
9 *Vocati coniunctim per copulatiuam plures, veluti,* ſuccedat in Maioratu *Philippus, Dionyſius, & Gregorius, & poſt eos, alios vocauit: an ſimul eodémque tempore concurre poſſint ad ſucceſſionem, vel vnus ſuccedat poſt alium?*
10 *Copulatiua ex ſua natura coniungit, vt ſimul omnes copulati ſuccedant.*
Quod procedit etiam cadens inter perſonas, n. 11.
12 *Inſtituti, & ſubſtituti coniunctim per copulatiuam,* &, *omnes ſimul pro virili portione ſuccedent.*
Quod an procedat in ſucceſſione Maioratus? numero 13. *&* 14.
Et reſoluitur pro parte negatiua à n. 15. *cum aliis.*
15 *Incompatibilium virtus maior eſt ad diſiungendum, quàm Copulatiua ad coniungendum.*
16 *Maioratus natura eſt indiuiſibilis, & non compatitur cum diuiſione, & inſimul duorum, pluriumve ſucceſſione.*
17 *Copulatiua appoſita inter incompatibilia, & repugnantia, maximè in Maioratuum ſucceſſionibus, reſoluitur in diſiunctiuam, ad hoc vt diſiunctim, & ſuo tempore ſuccedere debeat, & num.* 18.
19 *Textus in* l. 12. tit. fin. part. 7. *& eius deciſio eſt ſpecialis, & ſingularis, ideo non venit in conſideratione.*
20 *Vocati iunctim in Maioratus ſucceſſione, poſito quòd ex natura Maioratuum ſucceſſionis, non omnes ſimul, ſed quilibet diſiunctim, & ſuo tempore ſuccedere debeat, quis primus eorum ſuccedet?*
Et quòd primò nominatus debeat eſſe ſucceſſor, probatur, n. 21.
22 *Vocati plures nomine proprio ad ſucceſſionem Maioratus, an tum vocatio cenſeatur realis, vel perſonalis.*

23 *Vocatio*

Digitized by Google

23 *Vocatio plurium nomine proprio ad ſucceſſionem Maioratus, videbatur perſonalis, & non realis.*

Sed contra, num.26.

24 *Vocati quando ſunt ad fideicommiſſum duo, pluresve, nomine proprio, filius vnius eorum non ſubintrat locum patris, nec eum repræſentat ad obtinendum fideicommiſſum, ſed alter nominatus, vel nominati, qui ſuperſtites fuerint, excluſo filio præmortui.*

25 *Subſtitutus à teſtatore præfertur ei, qui venit ex repræſentatione.*

Secus in Maioratibus Hiſpaniæ, n.26. & 27.

28 *Vocatio ad ſucceſſionem Maioratuum in noſtra Hiſpania, non cenſetur perſonaliter, ſed realis.*

Et refertur quædam res iudicata, n.29. & 30.

ARGVMENTVM.

De Iure Ciuili in *l. ſi Titio* 10 *ff. de vſufr. legato*, dictio copulatiua, ſeu coniunctiua, inter Incompatibilia, reſoluitur in diſiunctiuam, ſiue alternatiuam: quod procedit reſpectu perſonarum, rerum, atque conditionum incompatibilium, quæ ſimul concurrere non poſſint. Vnde quid ſi inſtitutor Maioratus, ad ſucceſſionem eius vocauit cum dictione, *Et*, copulatiua, duos, vel plures; veluti ſuccedat Philippus, & Dionyſius, atque Gregorius, an omnes ſimul eodémque tempore ſuccedere valeant, vel vnus tantum per ſuum ordinem, ac ſi per diſiunctiuam fuerint vocati? Et ſi vnus tantùm, quis eorum? Et an hæ vocationes ſint reales, ſeu lineales; an perſonales, itavt deficiente primo relictis filiis, ſeu deſcendentibus, ſuccedat alius nominatim tanquam ſubſtitutus ſubſequenter vocatus, vel deſcendentes ex primo vocato?

1 IN hac materia Incompatibilitatis deciſum extat ex Iure Ciuili, in *l. ſi Titio* 10. *ff. de vſufruct. legat.* quod dictio copulatiua, *Et*, ſeu coniunctiua, inter Incompatibilia, reſoluatur in diſiunctiuam.

2 Ad intelligentiam huius textus ſupponendum eſt, quod de Iure Ciuili eſt incompatibilis vſusfructus formalis, qui eſt ſeruitus perſonalis, cum dominio ſeu proprietate alicuius fundi, vel alterius rei: *l. vti*
3 *frui* 5. *ff. ſi vſusfruct. petat.* In quo textu Iuriſconſultus ex aperto concludit, eſſe incompatibilem vſumfructum formalem, cum proprietate, & quod apud vnum & eundem non poſſunt concurrere: rationem reddit, quia vſusfructus formalis, eſt ſeruitus perſonalis, & qui habet talem vſumfructum, ſuper fundo aliquo, habet ſeruitutem; quam ſeruitutem Dominus proprietatis habere non valet in ſua re; quia de Iure Ciuili repugnat, quod res ſua ſibi ſeruiat, res enim ſua nemini ſeruit: *l. in re communi* 25. *ff. de ſeruit. vrban. prædior. l. ſi rem alienam* 29. *ff. de pignorat. act. l.*24. *tit.*21. *partit.*3. Surdus *in deciſ.*76 *num.*2. Barboſ. *verb Res, axiom* 199 *n.*10. *verſ. Res ſua nemini ſeruire poteſt.* Dom. D. Ioan. del Caſtillo *de vſufruct. lib.*1. *c.*1. *num.*39 *&* 54.

4 Quas rationes, ad demonſtrandam incompatibilitatem & repugnantiam concurſus apud Dominum fundi, proprietatis, & ſeruitutis ſeu vſusfructus for-
malis, tradit Vlpianus in *d. l. vti frui*, dum dixit: *Vti* 5
frui ius ſibi eſſe, is ſolus poteſt intendere, qui habet vſumfructum: Dominus autem fundi non poteſt: quia qui habet proprietatem, vtendi fruendi ius ſeparatum non habet: nec enim poteſt ei ſuus fundus ſeruire: de ſuo enim, non de alieno iure, quemque agere oportet.

Cum hac ſuppoſitione clariùs intelligitur textus 6
in *d. l. ſi Titio* 10. *ff. de vſufruct. legat.* cuius caſus ſic ſe habet: Quidam ſuo teſtamento legauit Titio fundum, & eiuſdem fundi vſumfructum. Dubitatum fuit, an Titius conſequi poſſit, vtrumque, ſcilicet fundum in proprietate, & vſumfructum formalem eiuſdem fundi? Et Iuriſconſultus Iulianus ita reſpondit: *Si Titio fundus, & eiuſdem fundi vſusfructus legatus fuerit, erit in poteſtate eius, fundum, an vſumfructum vindicare malit: & ſi fundum elegerit, neceſſariò plenam proprietatem habebit, licèt vſumfructum à ſe repulerit: ſi verò vſumfructum habere maluerit, & proprietatem fundi repulerit, ſolum vſumfructum habebit.*

Ex quo reſponſo Bartol. in *d. l. ſi Titio*, & alij de- 7.
duxerunt pro Regula, quod coniunctio poſita inter incompatibila, reſoluitur in diſiunctiuam: idem Bart. in *l.*1. *in princ. verſ. Opponitur ad hoc, &c. ff. de iuſt. & iur. & in conſ.*10. *in fine*, Alberic *in d. l. ſi Titio, num.*1. dum dixit: *Copulatiua cadens inter res, inter quas non eſt compatibilitas, reſoluitur in diſiunctam:* Gloſſ. fin. & DD. *in Authent. hoc locum, C. ſi ſecundò nupſer. mulier.* Rubeus *conſ.* 129. *n.*3. Philip. Corneus *conſ.*295. *col. penult. lib.*1. Alciat. in *l. ſæpè* 53. *gloſ. verb. coniuncta, verſ. Quid ergo ſi repugnantia copulentur, tunc dubium non erit quin coniuncta, pro diſiuncta accipiatur, ff. de verbor. ſignif.* Rebuffus *in l. coniunctionem* 29. *verſ. Sextè, quando ponitur copula inter incompatibilia, &c. ff. de verbor. ſignif.* Ioannes Franciſc. de Pauinis *de officio & poteſt. Capituli, Sede vacant. prælud.*3. *n.*3. Mandoſ. *gloſ. facultatum*, §. *& proprium, verb.* Et, *fol.*312. Oldrad. *conſ.*12. *n.*13. Cened. *ſing.*50. *num.*7. *verſ. Nam quando ponitur inter incompatibilia, &c.* D. D. Ioan. del Caſtil. *de vſufruct. lib.*1. *cap.*47. *num.*36. *&* 37. Auguſt. Barboſ *de Dictionib. dict.*110. *num.*28. & cum Simone de Prætis *de interpret. vltim. volunt fol.*149. *num.*111. *& aliis.* Vincentius Fuſar. *de fideicommiſ. ſubſtit. quæſt.*455. *num.*11.22. *&* 24. & anteà *num.*6.

Idem quod de Copulatiua poſita inter Incom- 8
patibilia, cadente inter Res, dicendum eſt de Copulatiua poſita inter Incompatibilia, cadente inter Perſonas, quæ non debeant ſimul & ſemel eodem tempore concurrere: quod probatur ex eodem iure, & ratione decidendi, in *dict. l. ſi Titio* 10. *ff. de vſufruct. legat.* Bartol. *in l.*1. *ff. de iud.* Rebuf. in *d. l. coniunctionem, verſ. Sextò quia ponitur copula, & ff. de verbor. ſignificat.* vbi ponit exemplum in compromiſſo in Arbitrum, & Arbitratorem; quia Arbiter, & Arbitrator, ſunt incompatibiles, cum ille ſecundum ius procedere debeat; hic autem non.

Vnde venit reſoluens hæc quæſtio: Pone, quod 9
aliquis inſtituat Maioratum, ſiue per verba expreſſa dicens: *Quod Maioratum voluit inſtituere, & inſtituit:* Siue per clauſulas, quæ neceſſariò inducant Maioratus inſtitutionem, & ad eius ſucceſſionem primò vocauit per Copulatiuam, coniunctim duos vel plures, veluti *ſuccedat in hoc Maioratu Philippus, Dionyſius, & Gregorius.* Et poſt eos, alios vocauit; nonnè Philippus, Dionyſius & Gregorius ſimul atque eodem tempore concurrent ad ſucceſſionem Maioratus, itavt ſic copulati faciant ſibi partes per concurſum; vel an vnus poſt alium, per ſuum ordinem, ſuccedere debeat; & ſic primò nominatus, & poſt eum ſecundò vocatus ſuccedat?

Ratio

Digitized by Google

10 Ratio dubitandl naſcitur ex vi Copulatiuæ, *Et*, quæ ſuâ naturâ coniungit, & vtriuſque coniuncti concurſum requirit, *l. ſi hæredi, ff de condit. inſtitut. l. ſi quis ita* 129. *in princ. de verbor.obligat. l. ſi reo* 70. & *ibi* Gloſ. *verb coniungam, ff. de fideiuſſor.* Anton. Bard. *de tempor.vtili, cap.*19.*n.*16. Plotus *de in litem iurando,* §.6.*n.*33. Cened. *ſingul.*53.*n.*8. Barboſ. *dub.*110. *num.*3. Vincent. Fuſar. *quæſt.*340.*n.*16.

11 Copulatiuæ enim poſitæ inter perſonas æqualiter atque principaliter, faciunt ſibi partes per concurſum, ita quod idem ſit de vno quod de altero ex copulatis. *l. vnica.* §. *his ita, C. de caduc. tollend. l. Titia* 36. § *nihil, ff. de legat* 1. *l. ſi quis Attium* 7. *ff. de vſufr. accreſc. l. reos* 11. §. *in tabulis, ff de duob. reis*: Iaſon. *in l. Gallus,* §. *quidam rectè, n.*21. *ff de deliber. & poſth. & in dict. l. Titia textores,* §. *nihil, n.*2. *&* 3. *& in l.*1. *à num.*3. *ff. de iuſt. & iur.* Felin *in cap.*2.*n.*32. *de reſcript.* Natta *conſ.*563.*n.*5. Cened. *ſing.*50. *n.*20. Steph. Gratian. *tom.*3. *cap.*563.*n.*5. Auguſt. a Barboſ. cum plurimis, *dict.*110.*n.*3. *&* 9. Vincent Fuſar. *quæſt.*379.*n.*7.

12 Idcircò ſi aliquis, qui non habeat neceſſitatem inſtituendi, vel ſubſtituendi, inſtituat hæredes Titium, Mæuium, & Sempronium; vel inſtituat Petrum & eius filios, vel fratrem & eius filios omnes æqualiter, pro virili portione ad hæreditatem concurrere debent: ex & Gloſ. fin. *in lege finali, C. de impuber. & aliis ſubſt.* Doctores in *l. Gallus,* § *quidam rectè, ff. de liber. & poſth.* maximè Imola *num.*20. Iaſon *num.*22. Socin *num.* Galiaula *n.*20. Dom Præſes Couarr. *in cap. Raynutius,* §. 2. *per totum, de teſtam.* Menchaca *de ſucceſſ. creat.* §. 20. *n.*120. D. Molin. *lib.*1. *cap.*6.*n.*4. Ozaſcus *deciſ.*81. Cæſar. Graſſ. *deciſ.*2. *à num.*3. *& deciſ.*4. Hieronym. Gonzal. *in regul. Cancell. gloſ.*3. *n.*18. *&* 19. Menoch. *lib.*4. *preſ.*70. *à n.*7. 10. *&* 17. Anton. Faber *lib.*9. *coniectur. iur. cap.*12. *prope fin. & tom.*2. *de errorib. pragmaticor. decade* 33. *errore* 8. Robles de Salzedo *de repræſ. lib.*3. *cap.*40.*n.*17. *& n.*18. *verſ. Si tamen Petrum filium, & Ioannem, & Iacobum eius nepotes nominatim vocauit, tunc ſine controuerſia ſimul admittuntur: Rubeus in dict.* §. *quidam rectè, num.*48. *& Torniel. n.*15. *&c.* Stephan. Gratian. *tom.*1. *cap.*70. *num.*20. Barboſ. *dicta dict.*110.*n.*24.

13 Vrget denique ratio dubitandi: nam ſi de contrario opponatur, quod procedere non valeat in materia Maioratus, quippe ex ſubiecta materia & ſecundum naturam Maioratus, ipſe eſt indiuiduus, in coque vnus tantum ſuccedere poteſt, non plures ſimul, atque vno eodemque tempore vidêris ſatisfacere, ſi reſpondeas, quod propter incertitudinem poſſunt duo pluresvè ſuccedere coniunctim, vno eodemque tempore in maioratu: prout in caſu, quo vxor duos filios maſculos vno partu peperit, & ignoretur quis eorum ſit primò editus, nam tunc duo ſimul ſuccedere debent in Maioratu: *argumento l. cum inter, C. de fideicom. hereditat.* vbi habetur quod ſi libertas fuerit relicta poſthumo naſcituro, & ſimul plures naſcantur vno partu, omnes erunt liberi: *l. ter enixa* 137. *ff. de verbor. ſignificat.* Et indiuidualiter in ſpecie Maioratus, *l.*12. *titul. fin. partita* 7. dum dixit: *Nacen a las vegadas dos criaturas de vna vez del vientre de alguna muger, y aconteſce, que es dubda qual dellas nace primero? dezimos, que ſi el vno es varon, y el otro hembra, que deuemos entender que el varon nacio primero, pues no ſe puede aueriguar lo contrario: y ſi fueren ambos varones, y no puede ſer ſauido qual dellos nacio primeramente, entonces ambos deuen auer aquella honra y heredamiento que auria el que antes naciéſe, a quien dizen en Latin, Primogenito.* De qua lege & eius interpretatione nos latè egimus *ſuprà part.*2. *de incom-*
14 *patibilitate de Iure naturali, cap.*5. Ergo etiam hoc caſu, propter incertitudinem quam affert copulatiua *Et*, inter duos pluresve primò vocatos idem diffinire debemus, & ſic quod debeant ſuccedere æqualiter & pro virili portione vno eodemque tempore.

Sed nihilominus, maior vis ineſt in Contrariis ſeu Incompatibilibus ad diſiungendum, quàm in Copulatiuis ad coniungendum; prout ex aperto colligitur in *dict. l. ſi Titio,* 10. *ff. de vſufruct. legat.* Qui ſenſus concludenter id probat. Ideoque in quæſtione propoſita tenendum eſt, quod in Maioratu etiam ſi duo pluresve, per coniunctiuam nominatim, vel collectiuè fuerint vocati, non omnes ſimul coniunctim, ſed ordine ſucceſſiuo vnus poſt alium ſuccedere debet. 15

Nam verè natura Maioratus, quæ eſt indiuiſibilis, non compatitur cum diuiſione, neque vt ſuccedant ſimul duo, pluresve, qui faciant ſibi partes, nihil enim eſt tam contrarium vnioni, per quam conſeruatur & perpetuatur Maioratus, quàm diuiſio, per eam enim deſtruitur: ſecundum illud Euangelij *Matthæi c.*12. Omne regnum diuiſum deſolabitur: *l.*2. *tit.*15. *partit.*1. Epiſcop. Dom. Didacus Simanc. *de primogen. lib.*1. *c.*6. 16
Et ſic eſt quid incompatibile & repugnans. Cum au- 17
tem inter Incompatibilia & repugnantia ſit appoſita Copulatiua, reſoluenda eſt in Diſiunctiuam, ad hoc vt quilibet diſiunctim, & ſuo tempore ſuccedere debeat. Et ita in ſpecie huius propoſitæ quæſtionis eam reſoluunt Dom. Molin. *lib.*1. *cap.*6 *n.*5. Hieron. Gonzal *in regul.*8. *Cancellar. gloſ.*3. *n* 20. Auguſt. à Barboſ. *dict.*110. *ſup. Copulatiua, Et, n.*23. *in fine.*

In quo caſu accipitur pro veriori, doctrina Bartoli in *l. Gallus,* §. *quidam rectè, n* 4. *ff. de liber. & poſthum.* Hieronym. Gonzal. *vbi proxime dict. num.*10. *verſ. In materia tamen Maioratuum, vel emphyteoſis, opinio Bartoli verior eſt, & tenenda, &c.* 18

Et non obſtat text. in *dict. l.*12. *tit. fin. partit.*7. quæ loquitur in caſu ſpeciali, & eius deciſio, & ius eſt ſingulare & cum peculiari ratione introductum, ideo non venit in conſideratione, nec ad conſequentiam trahi debet: *leg. ius ſingulare* 16. cum *duabus antecedentibus, ff. de legib. l.*1. *ff. ad Municipal. cap. quæ à iure, de regul. iur. in* 6. *cap. præſenti,* §. *loca,* cum Gloſ. *de præbend. lib.*6. 19

Poſito igitur quod vnus ex duobus vel pluribus coniunctim vocatis per copulam, *&*, ſuccedere debet, quis eorum in Maioratus ſucceſſiurus ſit, venit 20
in dubium? Sed quod primò nominatus debeat eſſe 21
ſucceſſor, & poſt eum ſecundo loco vocatus per ordinem literæ ſeu ſcripturæ, qui deſignet ordinem voluntatis, probatur in *l. qui ſoluendo* 60. *ff. de hæredib. inſtit.* Vbi per legem Æliam Sentiam, qui ſoluendo non eſt, non niſi vnum tantùm ſeruum in fraudem creditorum inſtituere poteſt: & ſi aliquis duos pluresve hæredes ſeruos tali caſu nominauerit copulatiuè, Celſus reſpondit, primo loco nominatum hæredem eſſe, probatur etiam in *l. quoties* 34. *ff. de vſufr.* vbi Iulianus dixit: *Quoties duobus vſusfructus legatur ita, vt alternis annis vtantur fruantur, ſiquidem ita legatus fuerit, Titio & Mæuio, poteſt dici prius Titio, deinde Mæuio legatum datum.* Similiter in *leg. ſi non lex alia* 83. *ff de hæredib. inſtit. & l. generaliter* 24. §. *quid ergo ſi plures,* ibi: *Et fortaſſe quis rectè dixerit ordinem ſcripturæ ſequendum: ff. de fideicom. libertat.* § *inordinatum, &* §. *idem nullus Auth. de hæredib. & Falcid. l. hæredes mei,* §. *fin. ff. ad Trebell. l. cum pater,* 77. §. *à te peto,* 32. *ff. de legat.*2. (de quorum textuum genuino intellectu videas Melchiorem de Phœbo *deciſ.*38 maximè à *n.*11. vbi eos limitat in Maioratibus electionis.) *cap. licet* 16 *q.*3. *cap. cum dilecta, & ibi* Gloſ. *de reſcript.* Aluar. de Velaſco *in axiom. iur. lit. O. à n.*30. Barboſ. *axiom.*172. *à n.*1.

Cæterum

Digitized by Google

22 Cæterum aliud reſtat dubium. An hæc vocatio de Philippo & Dionyſio atque Gregorio cenſeatur realis, vel perſonalis? v. g. Philippus tanquam primò nominatus ſucceſſit in Maioratu, atque deceſſit relictis filiis, nonne eius maior filius ſuccedere debeat, an Dionyſius ſecundo loco vocatus nominatim poſt Philippum?

23 Et quamuis videbatur, vocationem eſſe perſonalem, & quod præcedere debet Dionyſius tanquam nomine proprio vocatus poſt Philippum ex *leg. cum ita legatur* 32. *§. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. cum
24 Gloſ. *verb. nominati ſunt.* Aduertunt enim in *hoc text.* Doctores communiter, quod ſi duo pluresve ſiot nominati ad fideicommiſſum, & vnus eorum moriatur relicto filio, quod filius non ſubintrat locum patris, nec eum repræſentat ad obtinendum fideicommiſſum, ſed alter nominatus qui ſuperſtes fuerit, ſolus illud fideicommiſſum obtinebit, excluſo filio defuncti ſpecialiter nominati, quia pater defunctus, & ſuperſtes, ex ſpecialiter nominatis, ambo cenſentur inuicem reciprocè ſubſtituti: Alciatus in *d. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, n.* 4. Dom. Præſes Couarr. *practicar. cap.* 38. *num.* 4. *verſ. Sextò conſtat.* Michaël Graſſus in *§. fideicommiſſum, quæſt.* 16. *n.* 5. *verſ. Et hoc adeò verum eſt, vt ſi ex duobus primò delectus alter deceſſerit, filius tamen iſtius præmortui, cum altero nominato non admittatur, ſed alter ſolus nominatus obtinebit fideicommiſſum; cenſetur enim rogatus alteri reſtituere, &c.* Menochius *conſ.* 200 *n.* 16. & 17. vbi rationem reddit
25 his verbis: *Secundò accedit efficax hæc ratio & argumentum, quod ſubſtitutus à teſtatore præfertur ei, qui venit ex repræſentatione: quandoquidem ſubſtitutus venit ex expreſſa diſpoſitione, vt re ipſa conſtat; qui verò venit ex repræſentatione, venit ex tacita, cum ſit ex diſpoſitione legis, quæ tacita dicitur: Decius in leg. cum quid, n.* 4. *ff. ſi certum petat, &c.* Et inferiùs, *Atqui quando plures ſunt vocati & ſubſtituti ſub nomine proprio, dicuntur inuicem à teſtatore ſubſtituti, ergo ſubſtitutus iſte præfertur huic nepoti, qui ex repræſentatione venit.* Curtius iunior *conſ.* 22. *à num.* 8. & *conſ.* 161. *num.* 4. & cum aliis Peregrin. *de fideicommiſ. artic.* 21. *num.* 23. & 31. Robles *de repræſentat. lib.* 3. *cap.* 9. *n* 46. Vincent. Fuſar. *de fideicom. ſubſtit. quæſt.* 359. *num.* 6. & *quæſt.* 485. *n.* 70.

26 Sed nihilominus tamen, in Maioratibus noſtræ Hiſpaniæ, ſeu vinculis perpetuis aliter iudicandum eſt, per ſpecialem diſpoſitionem in *l.* 2. *tit.* 15. *partit.* 2. *l.* 45. *Tauri, l.* 5. *tit* 7. *lib.* 5. *Recopil.* dum ſtatutum eſt, quod ſemper in Maioratibus per repræſentationem ſuccedatur, & filius cuiuſcumque vocati repræſentet eius patrem primò nominatum, & in perſona nominati includuntur omnes filij & deſcendentes per lineam, quam vnuſquiſque conſtituit, niſi aliter expreſſis verbis ex aperto contrarium velit inſtitutor, cum non ſufficiant præſumptiones, argumenta, vel coniecturæ, *l.* 13. *tit* 7. *lib.* 5. *Recopil.*

27 Aliter enim hodie in Maioratibus, & perpetuis vinculis, quàm antè, in fideicommiſſis temporalibus familiæ relictis obſeruatur apud nos, ex rationibus de quibus Dom. Molin. *lib.* 3. *cap.* 3. *à num.* 40. & *in cap.* 6. *à num.* 36. & *cap.* 41. & *cap.* 7. *num.* 2. Auendan. in *l.* 40. *Tauri, gloſ* 2. *n.* 40. Flores Diaz de Mena ad Gamam *deciſ.* 93. *verſ.* 1. 2. & 3. Dom. Caſtill. *tom.* 3. *cap* 19. *n.* 221. Robles *de repræſent. lib.* 3. *cap.* 4. *à n.* 5. & *in cap.* 8. *n.* 1. & *in cap.* 13. *n.* 10. Additionat. ad Dom. Molin. *lib.* 3. *cap.* 97. *num.* 20.

28 Quamobrem vocatio quæuis in Maioratibus non cenſetur perſonalis, ſed realis, ac linealis ex perſona, ſiue nominatim, ſiue collectiuè vocata. Vnde ſi Philippus decedat relicto filio, vel alio deſcendente, filius eius per repræſentationem patris, & non Dionyſius, etiam ſi coniunctim ſeu cumulatiuè ſit vocatus, ſuccedet in Maioratu.

Quod tene menti: nam in hac Regali Cancellaria vidi, quod in ſimili caſu Senatores ex tribus Aulis, in lite propter diſcordiam de vna ad aliam remiſſa, ducti iuribus & authoritatibus de contrario relatis, ſequentes Dom. Couarru. *d. cap.* 38 *n.* 4. *verſ.* 6. & Michaëlem Graſſum, Menoch. & alios, iudicauerunt in fauorem Dionyſij. 29

Sed poſtea recuperati ſe reuertentes ad iura noſtri regni, per *dict. l.* 40. *Tauri*, (cum qua, licèt humiliter venia petita, pro roſtris clamabat contra ſententiam doctus quidam Aduocatus, meus compatronus, in actu coram Dominis facto ſuper ipſa lite, ad hoc vt admitteretur, & in numero, ſeu matricula Aduocatorum deſcriberetur, prout laudabiliter fuit ſcriptus) contrarium decreuerunt in vltima reuiſionis ſententia, annullantes vnanimiter primam atque inferioris Iudicis ſententiam. Ex quibus Deo auſpice, ſub eius præſidio, finem huic capiti imponimus. 30

CAPVT V.

De Incompatibilitate iuris Ciuilis, in cumulatione iudicij poſſeſſorij & petitorij, ratione ordinis, vel contrarietatis.

SVMMARIVM.

1 *Cumulationes iudicij poſſeſſorij & petitorij maximè pertinent ad materiam Incompatibilitatis, & vtiles ad praxim ſuper Maioratibus vacantibus per mortem vltimi poſſeſſoris, quæſtiones continent: maximè cum non recurritur ad ſuperiores Regios Senatores ſuper remedio Tenuta.*

2 *Poſſeſſio iudicialis, exhibito titulo inſtitutionis, & præcedente ſummaria informatione, dari debet ſine præiudicio Tertij.*

3 *Poſſeſſio iudicialiter data, ſemper debet intelligi ſub clauſula,* ſine præiudicio Tertij.

Et in miſſione, Iudex debet dicere, ſine præiudicio, *vel* ſaluo iure Tertij, *n.* 4.

Quæ eſt clauſula præſeruatiua, conſeruans ius tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio, n. 5. & 6.

Et rem integram ſine præiudicio alterius præſeruat, ac ſi data non fuiſſet, n. 7.

Et per contradictionem, ſeu oppoſitionem in vim ſimplicis citationis reſoluitur, n. 8.

Et redditur ratio, n. 9. & 10.

11 *Oppoſitorum concurſu, ex remedio* l. 45. Tauri, *& per accumulationem actorum, formatur inter eos iudicium poſſeſſorium, & quando aliquis eorum intentat petitorium, alter repugnat ex eo quod ſint incompatibilia, quid iuris?*

12 *Accumulationis materia de poſſeſſorio cum petitorio, integrum tractatum deſiderat: & referuntur quamplurimi Doctores, qui de ea ſelectè agunt.*

13 *Poſſeſſorium, & petitorium, vtrum cumulari poſſint vel non; & an ſint incompatibilia?*

14 Interdictorum *vox componitur ex dictione,* interim, *& verbo,* dico, dicis.

Interdicta diuiduntur in interdicta adipiſcendæ, recuperandæ, & retinendæ poſſeſſionis, ibid.

15 *Inter*

15 *Interdictum* Adipiſcendæ *ſubdiuiditur in tres alias ſpecies, ſcilicet, Quorum bonorum: Quorum legatorum: & Saluianum. Et cui competat quodlibet eorum, declaratur, & explicatur, & num.*16.

17 *Interdictum* Recuperandæ, *datur ei qui per vim, vel iniuriam à poſſeſſione deiectus eſt, vt eam recuperet.*

18 *Interdictum* Retinendæ *in duas quoque ſpecies ſubdiſtinguitur, ſcilicet* Vti poſſidetis, *&* Vtrobi.

19 *Poſſeſſorium Retinendæ, & petitorium, an ſint incompatibilia, & an cumulari poſſint vel non? referuntur opiniones Doctorum, & n.*20.

21 *Poſſeſſorium Retinendæ, eſt incompatibile cum petitorio, ex communi omnium Schola, & n.*22.

*Et traduntur quatuor decidendi rationes à num.*23. *cum aliis vſque ad n.*30.

25 *Rei vindicationem intentans, fatetur eo ipſo poſſeſſionem eſſe penes aduerſarium.*

26 *Ciuilis atque naturalis ratio vult, vt alius poſſideat, & alius à poſſidente petat.*

27 *Petitorium, & poſſeſſorium Retinendæ, ſi concurrere poſſent, Iudex diſcernere non valeret, quis ex litigantibus eſſet Actor, & quis eſſet Reus, & cui eorum incumbat onus probandi, & n.*28.

29 *Poſſeſſorium, maximè habens admixtam cauſam proprietatis, ſi cumulari poſſet cum petitorio, daretur quòd per ſententiam abſolutoriam latam in vna parte, obſtaret exceptio rei iudicatæ in alia, & n.*30.

31 *Sententia quando lata in vno iudicio primò intentato, parit exceptionem rei iudicatæ in ſecundo: & condemnatoria lata in ſecundo parit Reo præiudicium in primo; tunc ob incompatibilitatem, cumulatio, ſeu concurſus non admittitur.*

32 *Interdictum Retinendæ reſpectu diuerſæ poſſeſſionis, ciuilis nempe, & naturalis, cum vnus ciuiliter poſſideat retinendo rem animo, & alius naturaliter detinendo eam corpore, poteſt cumulari cum petitorio.*

33 *Poſſeſſorium, & petitorium, in remedio* l.45.Taur. *cumulari non debent.*

34 *Poſſeſſorium remedium ex* l.45. Tauri, *differt ab aliis remediis, quæ habent admixtam proprietatem, & n.*35.

36 *Poſſeſſorium, & petitorium, in materia primogeniorum, quod nō poſſint cumulari, reſoluit D Chriſtophorus de Paz, potiſſimè ex duabus iuris rationibus, & n.*37.

*Quod etiam de iure noſtro Regio veriſſimum eſt, cum diſtinctione in tribus caſibus, qui referuntur, num.*38. *&* 39. *cum aliis.*

40 *Poſſeſſorio pendente, ſi vnus ex poſſeſſoribus ſuper Maioratu deducit proprietatem, adhuc inſiſtendo in poſſeſſorio; & aduerſarius opponat, quod non tenetur reſpondere, Iudex interloquendo dicet, quod ſi deſiſtat à poſſeſſorio, reſpondebit aduerſarius; ſin autem non deſiſtat, non tenebitur reſpondere, & exemplo ad praxim demonſtratur, & n.*41.

42 *Proprietatem ſi deducat in iudicio vnus ex oppoſitoribus ad Maioratum, habebit vicem actoris, & aduerſarius vicem Rei.*

43 *Spoliatus tacendo, & patiendo, quod de dominio ſpoliatoris diſcutiatur, in effectu videtur conſentire quod de dominio, & poſſeſſorio ſimul agatur.*

44 *Petitorium poteſt quis deducere per viam declarationis ſimul cum poſſeſſorio.*

*Quod limita in caſu, de quo num.*45.

46 *Petitorium poteſt deduci ſimul cum poſſeſſorio, non ſimpliciter, ſed conditionaliter, in defectum poſſeſſorij, petendo quod declaretur ad ſe Maioratum, eiuſque bona cum fructibus pertinere, & aduerſarium ad omnium reſtitutionem condemnari, ſi ſuper poſſeſſorio obtinere non debeat.*

Quod procedere non valet in interdicto Retinendæ, *ſed in interdicto* Recuperandæ, *aut* Adipiſcendæ, *num* 47.

48 *Interdictum* Retinendæ *competit in remedio poſſeſſorio, ex* l.45. Tauri.

*Ideo non compatitur cum petitorio, n.*49.

50 *Poſſeſſorio pendente iudicio, ex remedio* l.45. Tauri, *ſi vnus ex oppoſitoribus deducit proprietatem ſimpliciter, & abſque aliqua proteſtatione, etiam ſi non deſiſtat a poſſeſſorio, videtur ei renuntiare.*

*Ideo in hoc caſu cautè ſe habeat aduerſarij Aduocatus, n.*51.

52 *Regula textus in* l.dolo facit, qui petit quod reſtitutus eſt: *non procedit in interdicto* Retinendæ *in poſſeſſorio, cum ſit incompatibile cum petitorio, & redditur alia, atque alia ratio.*

*Et confirmatur de iure Regio, n.*53.

Impugnanturque opiniones aliquorum Doctorum, ibid.

ARGVMENTVM.

De Iure Ciuili eſt incompatibile ratione ordinis, vel contrarietatis, iudicium poſſeſſorium per interdictum *Retinendæ*, quod aliter dicitur, *Vti poßidetis*, & *Vtrobi*; & iudicium petitorium: ex text. in *l. exitus*, 35. *ff. de adquir. poſſeſſ. l.* 1. *§. huius, ff vti poßidetis: l. de vi*, 37. *ff. de iudic.* iuncta Gloſ. vnica, *verſ. Si vero retinendæ.* Vnde diſcutitur ad materiam Maioratus, de remediis poſſeſſorijs; & an cumulari poſſint, & concurrere ſimul in vno iudicio proprietas, ſiue iudicium petitorium, & interdictum *Retinendæ*, in remedio *l.45. Tauri.*

MATERIA cumulationis iudicij poſſeſſorij cum petitorio, verè, atque propriè ad noſtrum inſtitutum de Incompatibilitate pertinet: quia quoties poteſt conſiderari incompatibilitas ratione ordinis, aut repugnantiæ ſeu contrarietatis, prohibetur cumulatio; at vbi ceſſat, admitti debet: ideò neceſſariò nobis erit hîc de ea agendum: & inde etiam, quia vtiliter ad praxim, & in foro ſæpeſæpiùs agitatur quæſtio inter illos, qui ſuper ſucceſſione Maioratuum contendunt, vt quotieſcumque decedit vltimus poſſeſſor Maioratus, prætermiſſo remedio Tenutæ, ex *leg.* 9. *&* 10. *tit.* 7. *lib* 5. *Recopil.* recurratur ad ordinarios Iudices inferiores, qui ſunt magis de proximo, & ſine illis expenſis itineris, & aliis, quas facere neceſſe erat, ſi recurriſſet ad Curiam pro Tenuta apud ſupremos Dominos Regios Conſiliarios, qui priuatiuam de ea habent cognitionem, & quilibet pretendens, qui legitimum ſucceſſorem ſe dicat, petat, quod iudicialiter mittatur in actualem poſſeſſionem; tunc enim exhibita ſcriptura inſtitutionis Maioratus, cum ſummaria informatione ſuper morte vltimi poſſeſſoris, & gradu conſanguinitatis ſine citatione, prout tenet Menoch. 1

de

de adipiſcend. poſſeſſ. remed.4. à n.450. vſque ad 466.
D.Ioan. del Caſtil. tom.3 c.24.n.61. Iudex iubet quod,
abſque præiudicio Tertij, in actualem poſſeſſionem
2 mittatur; quæ poſſeſſio, dubium non eſt, quin ſit con-
ditionalis, ſi nimirùm alius non adſit verè poſſeſſor,
vel eandem poſſeſſionem non petat, vel contradicat,
& ſe opponat, intendens quod habet potiora iura:
Iacob. de Puteo lib.2.deciſ.32.n.1. per text. in leg.teſta-
mento Centurio, 51.§.1. ff.de manum. teſt. Peregrin. de
fideicommiſ. art 47. n.29. Marta de clauſul. p.1. clau-
ſula 157.n.70. Mieres part.3.q.16.n.40. Mareſcot.lib.1.
var.c.55.n.31. Bocatius de interdicto, Vti poſſidetis, c.2.
n.92. Barboſa de clauſul. vſufrequent. clauſ.157.n.9. D.
Ioan. Bapt. de Larrea tom.1 diſput.6.n.9. & 13. & tom.2.
diſp.58.n 13. Ludouic. Poſtius obſeru.50.
Quæ clauſula, ſine præiudicio Tertij, ſemper cenſe-
3 tur appoſita, l.2. §.ſi quis à Principe, ff ne quid in loco
publico: cap. ſuper eo, de officio Delegati: Bald. in leg.
fin. C. de edicto, Diu. Adrian. tollend. n.42. verſ. Tamen
Iudex debebit in miſſione dicere, ſaluo iure legitimi
poſſeſſoris; quæ verba vim conditionis habent, id eſt, vt
4 ſi alius legitimè poſſideat, miſſio facta non ſit, &c. Bar-
boſa dict. clauſ.157. à n.1. vſque ad 4. & per eam con-
ſeruatur ius alterius: itaque eſt præſeruatiua in fauo-
5 rem illius, qui ſecundum l.45. Tauri, verus & legiti-
mus ſit poſſeſſor, ciuiliter atque naturaliter: Menoch.
de adipiſc. poſſ. remed.4 n 467. vbi tenet, quod talis
clauſula, (quæ de iure debet ſubintelligi ſemper) re-
ſeruat iura legitimi contradictoris, Iacob. de Puteo
deciſ.191.n.17.lib.1. Barb. d. clauſ.157.n.8.
6 Et quod præſeruet ius tam in petitorio, quam in
poſſeſſorio, tenet Peregrin. de fideicommiſſ. d.art.47.
num.29. & art.48 n 36 & conſ.21 n.63. conſ.54. in prin-
cip. lib.2. Mareſcot. var. reſol. lib.1. cap.55.n.31. Cæſar.
Graſſis deciſ.3.n.3. Hondedeus conſ.86.n.52.tom.2. Ste-
phan. Grat. tom.5. cap 867.n.35. & eis relatis Barboſa
d. clauſ.157. à n.11. vſque ad n.13.
7 Operatur etiam tanquam clauſula reſolutiua:
nam ſi Tertius ſe opponat, conſtito de eius præiu-
dicio, & iure, poſſeſſio reſoluitur ac ſi data non fuiſ-
ſet à Prætore, & rem integram reſtituit, ita quòd al-
teri non inferat præiudicium: leg. quæ abſentis 38. §.1.
ff de acquirend. poſſeſſ. Iacob. de Puteo dict. deciſ.32.
num.1. lib.2. Peregrin. dict. artic.47. num.29. Mieres
dict. part.3. quæſt.16. num.40. Barboſ. dict. clauſ.157.
num 9. Bocatius de Interdicto, Vti poſſidetis: cap.2.
num.92.
8 Tandem talis poſſeſſio, & immiſſio abſque cita-
tione, contradictione, & alterius oppoſitione, in vim
ſimplicis citationis reſoluitur: Mieres dict. 3. part.
quæſt.16. num.40. ex Baldo, Iaſon & aliis: Ludouic.
Poſtius de manutent. obſeruat.50. D Ioan. Baptiſt. de
Larrea tom.1. diſput.6. num.9 & 13. & tom.2. diſput.58.
num. 13.
9 Aliàs enim, niſi reſolueretur in vim ſimplicis ci-
tationis, daretur quod in præiudicium Tertij abſque
eius citatione à Prætore data poſſeſſio eſſet manute-
nibilis: quod abſit, prout latè probat Ludouic. Po-
10 ſtius de manut. obſeruat.12. num.57. Ratio eſt, quia li-
cèt poſſeſſio authoritate Iudicis apprehenſa, repute-
tur iuſta, vulg. leg. iuſtè poſſidet, ff. de adq. poſſeſſ. hoc
debet intelligi ſecundùm Gloſſam in dict. l. iuſte: ſi
Iudex ritè & rectè proceſſit cum cauſæ cognitione,
& partis citatione: aliàs enim nec conſtituit poſſeſ-
ſorem, nec priuat alium ſuà poſſeſſione: Ludouicus
Poſtius dict. obſeruat.12. à num.36. Dom. Petr. No-
guer. allegat.25. num.189. & 190. cum D. Franciſc. Sal-
gad. de protect. Regia, part.3. cap.7. num.10. Et cum
hæc immiſſio ſeu poſſeſſio non ſit attendenda, quia
ſolum dat cauſam liti inter oppoſitores, Gloſ. in cap.
commiſſa, de electione, lib.6. verbo, pacificam, quam
ibi ad huc notant Archidiacon. num.1. Socinus con-
ſil.76. num.4. Cancerius lib.3. variar. cap.4. num.95. &
96. Fontanel. de pact. nupt. tom.2. clauſ.7. gloſ.3 part.10.
num.56. & 57. Ludouic. Poſtius obſeruat.17. num.44.
D. Pet. Noguerol. allegat.25. num.192. & allegat.34.
num.37. Ideò aut per accumulationem actorum, aut 11
per oppoſitionem formatur inter oppoſitores ad ſuc-
ceſſionem Maioratus quoddam iudicium poſſeſſo-
rium, ex remedio dicta l.45. Tauri, & multoties eue-
nit, quod aliquis eorum intentat petitorium, alter
autem repugnat, & ex inde naſcitur contentio, an
poſſit, vel non, accumulari poſſeſſorium, & petito-
rium? cuius controuerſiæ ſolutio dependet ab alte-
ra, an in hoc caſu ſit incompatibilitas ratione ordinis
aut contrarietatis?
Huius autem controuerſiæ deciſio integrum tra- 12
ctatum deſideraſſet, niſi de ea latè atque magiſtrali-
ter ſe habuiſſent Bartol. in leg. naturaliter, §. nihil
commune, ff. de adquir. poſſeſſ. à num.18. maximè n 37.
Ioan. Franciſc. Ripa à num.141. Alexander à num.44.
Ferdinand. Berengarius cap.3. maximè à num.45. Bo-
lognet. à num.370. Paul. de Caſtro in leg. ſi de vi 34.
num.3. ff de iudiciis: & conſil.79. lib.1. Lanfranc. ab
Oriano in rubric. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis,
concluſ.20. cum ſeqq. Tiraquel. in tract. le mort ſaiſit:
part.6. declar.3. Iacob. Menoch de adipiſcend. remed.4
à num.502. Bald. Salicet. & Alberic. in l. ordinarij, C.
de rei vindic. & in l. incerti, C. de Interdict. Canoni-
ſtæ in cap. Paſtoralis, de cauſa poſſeſſion. & proprieta-
tis, Rebuffus ibid. ex num.115. & Matthias Colerius in
repetit. dict. cap. Paſtoralis, Cardinalis Tuſchus lit. C.
concl.1095. & 1096. Ioan. Garcia de Nobilitate, gloſ.11.
per totam, Villadiego in Politica, in exordio forma li-
bellandi, ex num.23. Petrus Barboſa in dict. l. ſi de vi,
37. à num.369 ff. de iudic. Bocatius de interd. vti poſ-
ſidetis: per diuerſa capita. D Chriſtoph. de Paz de te-
nut. tom.2. cap.42. & cap.70. Henricus Roſental. de
feud tom.2. cap.12. concl.12. maximè à num.38. Steph.
Gratian. tom.4. cap 681. à num.22. Ludouic. Poſtius
de manut. obſeruat.7. iterum Villadiego vbi ſuprà,
fol.206. maximè num.26. & 18. & de cumulatione
vnius remedij poſſeſſorij cum alio, Surd. conſil.273.
lib.2. Sed nihilominus ſumma cum breuitate me ex-
pediam in his quæ ad punctum huius capitis pertinet.
Ad hoc vt apertius atque faciliùs percipi poſſit 13
illa contentio, quæ verſabatur inter antiquos Gloſſa-
tores, Ioannem Boltianum nempe, Azonem, Pe-
trum, Bulgarum, & Martinum, ſuper quæſtione, An
ſit necne incompatibile iudicium poſſeſſorium cum
Iudicio petitorio, taliter quod cumulari valeant, vel
non, in eodem libello inter eoſdem litigantes, atque
eodem tempore? de quorum variis opinionibus vi-
dendus eſt Paul. de Caſtro in leg. ſi de vi, 37. num.3.
de iudiciis; operæpretium erit prænotare quod de
iure Ciuili remedia poſſeſſoria, ſeu Interdictorum 14
(hæc enim vox, Interdictum, componitur ex dictio-
ne, interim, & ex verbo, dico, dicis: cum ab eo dica-
tur, quia interim, & antequam de petitorio agatur,
dicere, atque declarare debemus quis ſit rei poſſeſ-
ſor: §. Summa, in fin. Inſt. de Interdictis, & ibi Theo-
philus: Barboſa in dict leg. ſi de vi 37. num.7. ibi:
Interim, hoc eſt, donec ſuper proprietate pronuntietur,
ff. de iudic.) in tres ſpecies diuidi, ſcilicet Adipiſcen-
dæ, Recuperandæ, atque Retinendæ poſſeſſionis.
Interdictum Adipiſcendæ, ſubdiuiditur in tres 15
alias ſpecies, videlicet Quorum bonorum, quod
competit ei, cui bonorum poſſeſſio conceditur
de plano, ſine vlla cauſæ cognitione, ex teſta-
mento, vel ab inteſtato, ex edicto Prætoris,
X &

& datur aduerſus eos qui pro hærede, aut pro poſſeſſore poſſident: *l.1. & per tot. titul. ff quorum bonorum*, *& §. adipiſcend. Inſtitut. de Interdict. leg.1. ff. de Interdict. l.2. Codice eodem: leg.final. Cod. de edict. D.Adrian. tollend.* & huic interdicto conuenit ad poſſeſſionem ex teſtamento, totus titulus *ff.de bonorum poſſeſſ. ſecund. tabul.* & *de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* & ab inteſtato, totus titulus, *ff.vnde liberi*: & *vnde cognati*: & *vnde vir & vxor.* latè D.Pichard. *in §. ſequens 2. à n.5. Inſtitut.de Interdict.* & de iure noſtro *l.3.tit.13.lib.5.Recop.l.2.& 3. tit.14. partis.6.*

16 Secunda ſpecies eſt, *Quorum legatorum*, quod competit hæredibus aduerſus legatarios, qui legata occupant propria authoritate, non ex manu hæredis: *l.1. ff.Quorum legatorum.*

Tertia ſpecies eſt, Interdictum Saluianum, quod datur locatori pro rebus coloni in prædium conductum inuectis, aut illatis, contra colonum, vt locator adipiſci valeat poſſeſſionem earum rerum quæ in fundum locatum inuecta illataque fuerunt, idque pro penſione fundi locati præſtanda, *l.1. & 2. ff. & C.de Saluian. interdicto.*

17 Interdictum *Recuperandæ*, ſubdiuiditur etiam in alias tres ſpecies, primò in interdictum, Vnde vi, 2. in interdictum recuperandæ poſſeſſionis, quod competit pro rebus immobilibus. Et 3. in interdictum, Vi bonorum raptorum, quod competit pro mobilibus: quæ tamen omnes ſpecies ſub interdicto, *Vnde vi*, continentur, quod datur ei qui per vim atrocem à poſſeſſione, vel quaſi, deiectus eſt; neque propriè datur pro mobilibus niſi occaſione immobilium quæ erant in fundo tempore deiectionis, *l.1.§.illud 6. ff.de vi, & vi armat.*

18 Interdictum *Retinendæ*, ſubdiſtinguitur in duas ſpecies, ſcilicet, *Vti poſſidetis*, quod competit pro rebus immobilibus: & *Vtrubi*, quod competit pro rebus mobilibus: *§. ſed interdicta*: & ibi Gloſ. *verb. vti poſſidetis, in §.retinendæ, Inſt. de Interdictis.*

19 Quo ſic præhabito, Ioannes, & Azor, in ea fuerunt ſententia, quod omne iudicium poſſeſſorium & petitorium tanquam incompatibilia in eodem libello, vno eodemque tempore inter duos pluresve litigātes cumulari non poſſint: Petrus autem è conuerſo, in ea fuit ſententia, quod quodlibet poſſeſſoriū poſſit concurrere cum petitorio, dicens quod *l.ſi de vi, 37. ff.de indic.* & concordantes non prohibent concurſum, ſed prohibebant vt inciperetur à poſſeſſorio: de qua ſententia mentionem fecit Cinus in *l.Ordinarij, C.de rei vindic.* relatus à Paul.de Caſtr. in *d. l. ſi de vi 37. n.3.*

20 At verò Martinus aſſerebat poſſe cumulari interdicta poſſeſſoria *Adipiſcendæ*, & *Recuperandæ*, cum iudicio petitorio: in remedio autem ſeu interdicto *Retinendæ*, concedebat incompatibilitatem remedij huius interdicti *Retinendæ*, cum petitorio.

21 Vnde habemus, quod omnes Antiqui Gloſſatores, præter Petrum, conueniebant in eo, quod eſſet incompatibile iudicium poſſeſſorium *Retinendæ*, cum petitorio.

22 Ideoque, quoad noſtrum inſtitutum, apud Antiquos Interpretes, tam Claſſicos quàm Pragmaticos, nullū dubium eſt quin ſit incompatibile vtrumq; iudicium, nempe poſſeſſorium Retinendæ, & iudicium petitorium: & ſic firmiſſimum eſt de iure Ciuili abſque contradictore, quod poſſeſſorium per interdictum Retinendæ, & petitorium, in eodem libello, vno eodemque tempore inter actorem & reū cumulari non valeant, propter repugnantiam, & incompatibilitatē, quam de iure Ciuili habent inter ſe. Quod probatur ex hiſce iuribus Cæſareis, & Pontificiis, atque aliis authoritatibus, in *l naturaliter*, *§.nihil commune*, cum Gloſ.fin. *l exitus 33. ff.de adq. poſſeſ. l.1.§ huius: ff vti poſſidet. l.de vi 37. ff.de iudic.* iuncta Gloſ.vnic. *verſ.Si verò retinendæ: l.ordinarij 13 C.de rei vindic. l.incerti, 3. C.de Interdict.§.retinendæ, Inſt.de Interd. c.Paſtoralis, 5* maximè *poſt medium de cauſa poſſeſſ. & propriet.*

Rationes autem decidendi ſi ab Imperatore Iuſtiniano repetamus *in §.retinendæ, Inſt.de Interdict.* omnes tendunt ad euitandam incompatibilitatem, atque illam maximam repugnantiam, quam ſi cumulatio inter iudicium poſſeſſorium & petitorium concederetur; inuenires inter regulas atque præcepta iuris Ciuilis, atque naturalis Philoſophiæ, cùm in primis Iuſtinianus eam reddat rationem in *dicto § retinendæ, Namque niſi ante exploratum fuerit, vtrius eorum poſſeſſio ſit, non poteſt petitoria actio inſtitui.* Quaſi diceret, impoſſibile eſt de iure, id eſt non compatitur de iure Ciuili, quod vterque litigator contendat tanquam poſſeſſor, & tanquam petitor: Nam de iure Ciuili alius debet eſſe qui contendat pro poſſeſſione ex remedio Retinendæ, ſiue interdicto vti poſſidetis, alius qui contendat pro dominio per actionem rei vindicationis: & vtraque remedia ſibi inuicem aduerſantur: nam qui contendit ſuper proprietate tanquam dominus ad illam vindicandam, neceſſariò præſupponit aduerſarium, poſſeſſorem eſſe; quia ad rei vindicationem duo extrema requiruntur, dominium ſcilicet ex parte actoris, qui tanquam dominus agat; & poſſeſſio ex parte rei conuenti: *l.officium 9.* iuncta *l.in rem actio 23 ff.de rei vindicat.* Et qui contendit ex interdicto Retinendæ, ſiue Vti poſſideris, neceſſariò dicit ſe poſſidere: *§.quorum, Inſt.de Interdictis*, ergo ſi fateatur ipſe ſe poſſidere, non poteſt rem vindicare ab aduerſario tanquam poſſeſſore, vt fit in iudicio petitorio; vnde patet incompatibilitas: Quod mirificè probat Matthias Colerus in *cap Paſtorales 5. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* dum dicit: *Obſtat regula contrarietatis: agendo namque petitorio, dico aduerſarium poſſidere: ſin verò poſſeſſorium intendo, dico contrarium, id eſt, me eſſe in poſſeſſione*: cap. *examinata 15. de iudiciis: igitur non ſum audiendus tanquam mihi ipſi contrarius. Bartol. in d.§.nihil commune, n.8. per l.1.C.de furt. l. vbi repugnantia, 188. ff.de reg.iuris: & facit cap.ſolicitudinem 54. in finalib.verbis, infrà, de appellationibus.*

Bene ergo infertur, quod hæc duo iudicia, poſſeſſorium & petitorium, non ſunt ſimul compatibilia, ex quo actor probare debet in Retinendæ interdicto poſſeſſionem penes ſe eſſe, & in illa turbari: *l.1. ff.vti poſſidetis*: è contra in petitorio probare debet aduerſarium eſſe poſſeſſorem, *d.l in rem actio, ff.de rei vind.* 24

Et exinde infertur, quòd ſi priùs intentaſſet rei vindicationem, foret ſibi contrarius, ex quo præſupponit poſſeſſionem eſſe penes aduerſarium, vt dictum eſt; quapropter non eſſet audiendus: *l.1. C de furt. cap. examinata 15.de iud.verſu, Quia tu poſſidebas, ideo nec rei vindicationem intentare, nec fundi reſtitutionem poſtulare poteras, &c.* 25

Secunda ratio, quam reddit Iuſtinian in *d. §.retinendæ*, hæc eſt, *Quia ciuilis & naturalis ratio facit, vt alius poſſideas, & alius à poſſidente petat*: Id eſt, incompatibile eſt de iure ciuili, & de iure naturali, quod idē ſit poſſeſſor & petitor; quia repugnat quod quis petere poſſit à ſeipſo, prout fieret ſi vterq; ageret dicēdo ſe poſſeſſorem, & rei vindicatorem: ideo qui dicit ſe poſſidere, neceſſariò conſtituit ſe reum, & alium actorem, ad hoc vt non ipſe, ſed alius ſolummodò in iudicio proprietatis ad rem vindicandam agere valeat, *l. vnic.C.de alienat.iudic.mutand cauſ.fact.* ibi: *Cum in rem actionē poſſeſſio pariat aduerſario.* & ſic quòd à ſe ipſo non petat, quia ratio naturalis non patitur quod 26

aliquis

aliquis à ſeipſo petere poſſit; imò impoſſibile demonſtrat Iuriſconſultus Marcianus, *in l. penult. ff. de recept. arbitr.* ibi: *Quia ſe facere iubeat, aut petere prohibeat: neque autem imperare ſibi, neque ſe prohibere quiſquam poteſt.* Gloſ. *verb. naturalis, in d. §. retinendæ.* Quæ ratio potiſſima indicatur à Villadiego *in ſua Politica*, in exordio, *de la forma de libelar, num. 26. fol. 208.* Siquidem aliam non reddit, dum ita dicit: *Y en realidad de verdad en quanto à l'interdicto, Adipiſcendæ, & Recuperandæ poſſeſſionis, no ay duda ſino que pueden concurrir y proponerſe el petitorio y poſſeſſorio juntamente. La duda es ſobre el interdicto y remedio Retinendæ, en elqual no pueden concurrir juntamente, el petitorio y poſſeſſorio, pues repugnen entre ſi, porque en tal caſo el que intenta el petitorio, ò vendicacion, por el miſmo caſo dize y confieſa ſer poſeedor de la coſa pedida el aduerſario. Y anſi en eſte caſo no pueden concurrir el petitorio, y poſſeſſorio por razon de la repugnancia y contrariedad, que es la primera regla impeditiua de la acumulacion.*

27 Tertia ratio eſt ob impoſſibilitatem, perplexitatem, & incomparibilitatem, quæ adeſſet in concurrentia vtriuſque iudicij, poſſeſſorij & petitorij, quia Iudex diſcernere non valeret, quis ex litigantibus eſſet actor, & quis eſſet reus; & cui eorum incumberet onus probandi; & ratione huius incertitudinis atque perplexitatis, neceſſarium eſt quod priùs de poſſeſſorio Retinendæ, quàm de proprietate agatur, & terminetur: quod maximè Vlpianus oſtendit in *l. inter litigantes 62. ff. de iudiciis. Inter litigantes* (inquit) *non aliter lis expediri poteſt quam ſi alter petitor, alter poſſeſſor ſit; eſſe enim debet, qui onera petitoris ſuſtineat, & qui commodo poſſeſſoris fungatur:* Et in *l. exitus 35. ff. de adqu. poſſeſſ. Exitus controuerſiæ poſſeſſionis hic eſt tantum, vt prius pronuntiet Iudex vter poſſideat: ita enim fiet, vt is, qui victus eſt de poſſeſſione, petitoris partibus fungatur, & tunc de dominio quæratur.*

28 Et circa hanc tertiam rationem dicit Imperator Iuſtin. *in dict. §. Retinendæ. Et quia longè commodius eſt, & potius, poſſidere quàm petere:* Et inferiùs *in verſ. Commodum autem poſſidendi*, aduertit, quod commodum poſſeſſoris illud quidem eſt, transferre onus probandi in aduerſarium, & quod in eius poſſeſſoris fauorem aſſiſtat præſumptio iuris, taliter quòd ſi partium iura ſint obſcura, contra petitorem iudicandum ſit: quia poſſeſſor eſt quaſi dominus, *l. bonæ fidei 48. in princip. l. bona, 178. ff. de reg. iuris*, habeturque pro domino tamdiu, quamdiu contrarium non demonſtratur, *l. fin. C de rei vindicat.* & ſic ab onere probationis releuatur, *l. 2 C de probationibus*, latè D. Pichard. *lib. 4. tit. 15. in princip. tituli, Inſtit. de Interdict. articul. 5. à num. 109. vſque ad num. 115.* vbi commoda poſſeſſoris refert.

29 Quarta & vltima ratio, quia ſi concedatur concurſus vtriuſque iudicij poſſeſſorij & petitorij, maximè vbi poſſeſſorium haberet admixtam cauſam proprietatis, daretur, quòd per ſententiam abſolutoriam latam in vna parte, obſtaret exceptio rei iudicatæ in alia: Bartol. *in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 20. ff. de adqu. poſſeſſ.* Vbi docet, quod vbicumque poſſeſſorium habet cauſam dominij admixtam, tunc non concurrit cum petitorio, obſtante illa regula, quod abſolutoria lata in vna parte, parit exceptionem rei iudicatæ in alia: per text. in *l. 2. §. quædam interdicta, ff. de Interdictis*: vbi interdictis poſſeſſoriis habentibus admixtam cauſam proprietatis, prout ſunt interdicta de locis ſacris, & religioſis, de libero homine exhibendo, de itinere reficiendo, de itinere actuque priuato, & ſic de aliis, in quibus non ſufficit probare vſum poſſeſſionis, aut quaſi, niſi ſimul etiam probet de titulo, vel iure proprietatis, prout aduertit Gloſ. *verb. priuato, in d. l. 2. §. quædam, ff. de Interdictis*: & probat *l. 3. §. vtilitas. verſ. Duo debet docere, & hoc anno eſſe vſum, & ius reficiendi competere.* Et ibi Gloſ. *ff. de itinere actuque priuato, l. loci corpus, §. ſi quis mihi, ff. ſi ſeruitus vindicetur*, & idem de remediis poſſeſſoriis, quæ pro beneficialibus cauſis intentantur, pro quibus obſtat agenti exceptio de notorio defectu proprietatis, vel tituli, *cap. ad Decimas, 2. de reſtitut. ſpoliator. cap. Epiſcopum, de præſcriptionibus in 6.* cùm in his requiratur probatio, non tantum poſſeſſionis, ſed etiam tituli, quia beneficium Eccleſiaſticum ſine titulo, ſiue canonica inſtitutione obtineri nequit: *cap. beneficium. de reg. iuris in 6.* Et ſequuntur Barto- 30
lum omnes Scribentes in *dict. l. naturaliter, §. nihil commune*, maximè Alexand. *n. 75.* & Ripa *n. 40. & 41.* Bald *in l. edita, C. de edendo*: & Canoniſtæ *in cap. Paſtoralis 5.* & maximè Matthias Coler. *à n. 51. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Ratio eſt, quia proprietatis cauſa, iſto caſu, tanquam maior, trahit ad ſe minorem: *cap. cum Eccleſia 3. & cap. cum dilectus 6. extr. de ord. cognit.* iuncta *l. fin. C. eod. tit.* Mathias Coler. *in d. cap. Paſtoralis, 5. n. 52. de cauſa poſſeſſ. & propriet.*

Et quia quando duo iudicia ſic ſe habent, quod 31
Abſolutoria lata in vno iudicio, primò intentato, parit exceptionem rei iudicatæ in ſecundo: & condemnatoria lata in ſecundo, parit reo præiudicium in primo tunc ob incompatibilitatem concurſus non admittitur, *l. fundum 16. cum duabus ſeqq. ff de exceptionib.* Ioan. Garcia *de Nobilitate, gloſ. 11. n. 6. verſ. Tertia regula que impedit cumulationem poſſeſſorij & petitorij, &c.* Villadiego *in ſua Politica*, in exordio, *de la forma de libelar, fol. 108. n. 28.* ibi: *La otra regla que impede la acumulacion, y concurſo del petitorio y poſſeſſorio, de que tambien quedara dicho, y por ella ſe induze la ſuſpenſion de la vna de las aciones, es, quando la abſolutoria dada en la vna, produce excepcion de la coſa juzgada en la otra; y aſſi, pues el petitorio y poſſeſſorio Retinendæ, ſon de eſta calidad no pueden acumularſe, y neceſſariamente ſe ha de induzir la ſuſpenſion del vno de ellos: Y aura lugar eſta regla principalmente reſpecto del interdicto Retinendæ, ſi el reo en el petitorio ſe ofrece à prouar pediendo que ſe declare pertenecer a el la coſa pedida, l circa ff. de probationib.* Quod omne minimè fallit, niſi quando ceſſent prædictæ rationes incompatibilitatis, ratione ordinis & contrarietatis inter vtrumque iudicium: Bartol. *in d. §. nihil commune, num. 18. & 19.* Alex. *à n 75.* Iaſon *num. 54. & 129.* Corraſius *part. 2. n. 98.* Iacob. de Sancto Georg. *in l. videri, n. 9. ff de iudiciis*, Iacob. Menoch *de retinend. poſſeſſ. remed. 3. n. 522.*

Vnde quando Interdicta proponuntur reſpectu 32
diuerſæ poſſeſſionis, ciuilis nempe & naturalis; v. g. ſi actor intendat ex interdicto Retinendæ poſſeſſionis ciuilis, & petitorium contra reum, qui habet detentationem, ſeu poſſeſſionem naturalem, duo enim inſolidum poſſunt eandem rem poſſidere, vnus ciuiliter & alius naturaliter, *l. 3. §. ex contrario, ff. de adqu. poſſeſſ. l. 3. ff. vti poſſidetis: l. & habet 15. §. 1. ff. de precario*, quia vnus poteſt ciuiliter rem poſſidere, retinendo eam poſſeſſionem animo, & aduerſarius eam corpore detinendo: *l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de adqu. poſſeſſ.* tunc bene poſſunt concurrere poſſeſſorium, & petitorium; quia ceſſat incompatibilitas ſeu repugnantia, eò quod actor intendit ex interdicto Retinendæ, propter poſſeſſionem Ciuilem, quam habet; & iudicium petitorium, ex eo quod aduerſarius habeat poſſeſſionem naturalem, ſeu detentationem, contra quem intendit tam

recoperare, ſiquidem ad obtinendum ex interdicto
Retinendæ. ſufficit poſſeſſio Ciuilis, ex Gloſ. *in l.1.*
§. fin. verſ. Poſſideri: vbi Bartol. *n 2. & in §. qui inter-*
dictum n 8. ff. vti poſſidetis: Bald. *in l.1. n.8. Cod. vti*
poſſidetis: Iacob Menoch *de retinend. poſſeſſ. remed. 3.*
à n.21. Ant. Faber *in ſuo C. Fabrian. lib. 8. tit. 4 diffin. 9.*
Caualcan *deciſ. 2. num.* 10. Ludouic Poſt. *de manut.*
obſer 11. num. 25.

33 Ab his omnibus deſcendit, quod propter ſuprà di-
ctis rationes incompatibilitatis & contrarietatis non
poſſunt cumulari iudicium poſſeſſorium & petito-
rium, quando ad ſucceſſionem primogeniorum ali-
qui contendunt, & in hoc caſu nulla ex rationibus
ſupradictis ceſſat, ſiquidem concurrit etiam ratio
tertia, quam diximus de Interdictis, & remediis poſ-
ſeſſoriis, quæ habent admixtam proprietatem, con-
tentis in *l. 2. §. quedam, ff de Interdictis.* Nam ad in-
ſtar eorum, remedia poſſeſſoria ad ſucceſſionem Ma-
iotatus, ex *leg. 45. Tauri*, habent iridem admixtam
proprietatem, quod ex *ipſo textu* probat D. Molin.
lib. 3. cap. 13 n 9.

Attamen aduertendum eſt, quod remedium poſ-
34 ſeſſorium ex *l. 45. Tauri*, differt ab aliis remediis, quæ
habent admixtam proprietatem, in eo, quod poſſeſ-
ſorium ex *l. 45. Tauri*, ſolummodo habet admixtam
proprietatem ad iuſtificandam per aliquem titulum,
ſeu colorandam poſſeſſionem, non ad probandum
directè ſuper proprietate: prout colligitur ex *l. 9. &*
10. *tit. 7. lib 5. Recop.* & ex his quæ ad id allegat Hen-
ric. Roſental. *de feud. tom. 1. cap. 12 concl. 12 n. 81.*

35 Taliter itaque ſunt incompatibilia poſſeſſorium &
petitorium in Maioratuum ſucceſſionibus, & in re-
medio *l. 45. Tauri*, quod non poſſunt recipere illam
limitationem, quam ſuprà adduximus de poſſeſſoriis
ſub diuerſis reſpectibus, dum ſcilicet vnus, ciuiliter,
& alter naturaliter poſſident, nam ex diſpoſitione
l. 45. Tauri, vtraque poſſeſſio ciuilis & naturalis tran-
ſit in Maiotatuum ſucceſſores; ideoque non poteſt
dari caſus, in quo alter eorum qui contendit, ſit in
poſſeſſione Ciuili tantum, & alter in naturali poſſeſ-
ſione.

Vnde veriſſimum eſt, quod reſoluit D. Chriſtoph.
36 de Paz *de Tenuta tom. 2. cap. 70.* quod nequit cumu-
lari petitorium cum poſſeſſorio in hac materia pri-
mogeniorum, ductus tantummodo ex duabus ratio-
nibus: prima, dum dixit, *vt conſtet quis partes Acto-*
ris, quis verò Rei debeat ſuſtinere: regulariter enim
qui in poſſeſſorio vincit, in victum onus probandi
transfert: ratione itaque ordinis impeditur cumulatio,
& coniunctio Interdictorum cum iudicio proprietatis:
l. ordinarij, Cod. de rei vindicat. Vincent. de Franchis
deciſ. 90. num 3. in fin. & quod idem procedat de iure
feudali, Dom. D. Ioan. de Solorzano *de Indiar. guber-*
nat. tom. 2. lib. 2. cap 29. n. 7.

37 Eſt & alia ratio *ibid. n* 8. illic: *In ea verò ſum ſen-*
tentia, cumulationem horum duorum iudiciorum nul-
latenus faciendam, ex alia quidem ſuperiori ratione:
nam actio realis non datur niſi contra poſſidentem; leg.
vnica, C. de alienat. iudic. l. in rem, ff. de rei iudic. cap.
examinata, de iudiciis: pendente igitur poſſeſſorio, pro-
prietas non poteſt proponi niſi quis aduerſarium poſſeſ-
ſorem conſtituat: alioquin repugnantia reſultaret, &
ideo coniungi hæc duo iudicia nequeunt. Bartol. in leg.
naturaliter, §. nihil commune, num. 18. Alex. n 72. Ripa
num. 151. Berengar. n. 14. ff de adqu. poſſeſſione, Beroius
in cap literis, n. 39. de reſtit. ſpoliat. Menoch. de reti-
nend. remed 3. n. 512. Ioan. Garcia de Nobilitate, gloſ. 11.
num. 20. & in n. 72. Quibus addo omnes à nobis re-
latos *ſupra, hoc Capite.*

38 Confirmatur de iure noſtro Regio *in leg. 9. & 10.*
tit. 7. lib. 5. Recop. ex quibus patet, firmiſſimum eſſe &
indubitabile, quod non debeant cumulari poſſeſſo-
rium & petitorium, quando ad ſucceſſionem Maio-
ratus contenditur.

Sed ad praxim neceſſe eſt oſtendere, quod hoc 39
debet intelligi, & in foro practicari cum diſtinctio-
ne in his tribus caſibus. Aut vnus ex oppoſitoribus, 40
qui ad ſucceſſionem Maiotatus contendunt, penden-
te iudiciu poſſeſſorio deducit atque proponit pro-
prietatem adhuc inſiſtendo in poſſeſſorio, & cumu-
lando vtrumque iudicium; veluti ſi petat ſe in actua-
lem poſſeſſionem iudicialiter mitti, & in ciuili & na-
turali tueri, & ſimul petat quod declaretur ad ſe per-
tinere cum fructibus; ſi aduerſarius ſe opponat di-
cendo quod non tenetur reſpondere ad petitorium,
quia is eſt qui poſſidet, & non poſſunt cumulari;
tunc ex eo, quod adhuc inſiſtit in poſſeſſorio, & ab
eo non deſiſtit, debet Iudex per ſuam ſententiam in-
terloquutoriam determinare, quod ſi deſiſtit à poſ-
ſeſſione reſpondeat aduerſarius; ſi autem non deſi-
ſtat, non teneatur reſpondere ad iudicium proprie-
tatis. Ideò Hiſpano ſermone ſic formetur: *Dixo que* 41
deſiſtiendoſe N. de la poſſeſſion que pretende en el jui-
zio poſſeſſorio reſponda M a la peticion y demanda de
la propriedad; y no deſiſtiendoſe dentro de ſegundo dia,
no ha lugar reſponder a la propriedad intentada por el
ſuſodicho, ſino que ſe proſiga en el juyzio de la poſſeſ-
ſion. Sin autem aduerſarius non ſe opponat, nec con-
tradicat, nec minimè reſiſtat, reſpondere tamen con-
ſentiat, & reſpondeat ad petitorium, tunc Iudex iu-
beat reſpondere, & superſedere in iudicio poſſeſſo-
rio, quod in hoc caſu non attenditur, & tantum ſu-
per proprietate ſententia debet pronuntiari: Dom.
D. Chriſtophor. de Paz *de Tenuta, tom. 2. dict. cap. 70.*
num fin.

Et ſic ad iudicandum in petitorio hoc in caſu, ad- 42
uertat Iudex, quod ille qui deducit, aut proponit
proprietatem, habebit vices actoris, aduerſarius au-
tem vices rei: Ratio eſt, quia de voluntate ſpoliati 43
bene poteſt agi de proprietate, quo caſu præualet
dominium: *cap. 1. de reſtit. ſpoliat. cap. cum dilectus,*
de cauſa poſſeſſ. & propriet. vbi ſpoliatus tacendo, &
patiendo, quod de dominio ſpoliatoris agatur, in ef-
fectu videtur conſentire quod de dominio & poſſeſ-
ſorio ſimul agatur, & cum non poſſint concurrere
ſimul in eadem ſententia, præualet iudicium petito-
rium, ad hoc vt ſententia feratur ſuper dominio, quod
tanquam dignius abſorbet & ad ſe trahit cauſam iu-
dicij poſſeſſorij, vt expreſsè probatur in *dicto cap. cum*
dilectus, de cauſa poſſeſſ. & propriet. iuncta *gloſ. final.*
Barboſa *in leg. ſi de vi 37. ff. de iudiciis, n. 58. 76. & 77.*
com Ferreto, Burſato, & aliis.

Hic aduertandum eſt, quod licèt verum ſit quod 44
per viam declarationis poteſt quis deducere petito-
rium ſimul cum poſſeſſorio, petendo ſe declarari do-
minum, ſeu ad eum res pertinere, & poſſeſſionem,
& quod ab aduerſario turbatur in poſſeſſione, quia
poſtquam me turbas in poſſeſſione, poſſum petere
declarari ius mecum: Gloſ. *verb. ſed qualiter, in leg.*
duo patroni, ff. de iureiurand. & leg. ſi contendas, ff. de
fideiuſſoribus, & argum. *leg. diffamari, ff. de ingen. &*
manumiſ. Paulus de Caſtro in *dict. leg. ſi de vi, n. 4.*
ff. de iudiciis. Bartol. *in leg. vti frui, §. vtrum autem, in*
fin. ff. ſi vſuſfructus petatur. Guido Papa *deciſ. 219.* Ti-
raq. *in tract. le mort ſaiſit: part. 6. declarat. 2. num. 9.*
Bellon. *lib. 1. ſupputat. iur. cap. 19* Menoch. *de retinend.*
remed. 3. num. 53.

Attamen hoc non procedere valet, ſi vterque ex li- 45
tigantibus contendat ſe eſſe reum & poſſeſſorē, & in
poſſeſſione tuendum & manutenendum: quia vnus
dicit,

Digitized by Google

dicit, *Ego poſſideo, ſi tu nunc intendis petitorium, vel quid aliud, agas ſimpliciter, & reſpondebo:* alter quoque dicit; *imò ego poſſideo, ſi tu prætendis aliquid, agas, & ego reſpondebo.* Et ita contendunt ad inuicem, vt alter aſſumat onus petitoris: Nam tunc eſt neceſſarium quod præcedat poſſeſſorium, vt cognoſcatur, quis ſit in poſſeſſione per interdictum Retinendæ, ſeu Vti poſſidetis: & quis debeat eſſe actor, vel reus: Bolognet. in §. *nihil commune, part. 2. n. 76.* per text. *in d. l. exitus. ff. de adqu. poſſeſſ. & d. l. 1. §. inter litigantes, ff. vti poſſidetis:* & alios *ſuprà* relatos.

46 Aut vnus ex oppoſitoribus ad ſucceſſionem Maioratus (ſi ad ſecundum caſum accedant) deducit ſeu proponit petitorium, non ſimpliciter, ſed conditionaliter in defectum poſſeſſorij, petendo quod declaretur Maioratus, eiuſque bona cum fructibus ad ſe pertinere, & aduerſarius ad omnium reſtitutionem condemnetur, ſi ſuper poſſeſſorio obtinere non debeat: tunc in hoc ſecundo caſu, idem quod in primo iudicandum eſt. Nam quamuis conditionaliter, ſubſidiariè, alternatiuè, aut ſubordinatè poſſit intentari remedium petitorium cum poſſeſſorio; aut eo pendente; & duo hæc remedia ſic conditionaliter vnó tempore quis proſequi poſſit, ex *l. 1. §. 1. ff. quorum legator.* Bald. *in l. quo tempore, n. 4. C. de teſtam. milit.* Philip Decius in *l. edita, n. 63. C. de edendo*, vbi Bolognet. *n.* 106. Ioan. Garcia *de nobilit. gloſ. 1. §. 2. n. 25. & gloſ. 11. num. 7. 29. & 67.* vbi in *verſ. confirmo ſingulariter, &c.* reddit rationem; Quia contraria ſeu incompatibilia poſſunt proponi alternatiuè & conditionaliter, per text. *in l. Papinianus, §. Sed ſi quis irritum, ff. de inoffic. teſtam. & cap. conſtitutus, de reſtitut. in integrum:* Gloſ. 1. *in cap. Abbates, de re iudicat. in 6.*

47 Attamen hoc non procedit vbi remedium poſſeſſorium ſit de interdicto Retinendæ, ſiue Vti poſſidetis: ſed in remedio ſeu interdicto Recuperandæ, aut Adipiſcendæ, & Quorum legatorum, de quo loquitur *d. l. 1. §. 4. ff. Quorum legatorum.* Ioann. Garcia *de*
48 *Nobilit. d. gloſ. 11. n. 7.* Et ei qui intendit Maioratus ſucceſſionem ex remedio *l. 45. Tauri*, competit interdictum retinendæ poſſeſſionis, vt probant Ant. Gomez in *d. l. 45. Tauri, n.* 120. D. Molina *lib. 3. cap. 13. n. 6.* Matienço *in l. 3. gloſ. 2. n. 8. tit. 7. lib. 5. Recopil.* Villadie-
49 go *in ſua Politica*, & alij: Ideo hoc interdictum Retinendæ non compatitur cum petitorio, licèt conditionaliter proponatur, ex §. *retinendæ, Inſtit. de Interdict.* & ex aliis *ſupra* relatis.

50 Aut denique is, qui contendit ad ſucceſſionem Maioratus (deueniendo ſcilicet ad tertium vltimum caſum) pendente iudicio poſſeſſoris proponit proprietatem ſimpliciter abſque aliqua conditione, vel proteſtatione; & tunc cùm videatur deſiſtere à poſſeſſione, & neceſſariò tacitè fateri aduerſarium eſſe poſſeſſorem, & hac ratione poſſeſſorem cum conſtituat; nam proponendo petitorium, poſſeſſorio videtur renuntiare, Bart. in *l. naturaliter. §. nihil commune, n. 21.* & *ibi* Iaſon *n.* 129. & alij, *ff. de adqu. poſſeſſ.* D. D. Chriſtoph de Paz *de Tenut. tom. 2. cap. 42. à n. 3. & cap. 70. num. 8.*

51 Quapropter Aduocatus aduerſarij cautè ſe habeat, acceptando ad proprietatem reſpondere, dummodo ante omnia Iudex iubeat, ſi non eſt miſſus in actualem poſſeſſionem, quod mittatur; & ſi in poſſeſſionem ſit miſſus, quòd in ea manuteneatur: & quod ille qui intendit petitorium, declaretur à poſſeſſorio deſtitiſſe, tunc etenim tanquam reus conuentus proteſtatur reſpondere & conteſtari iudicium ſuper proprietate, & non aliter; & iuxta hunc libellum Iudex debet articulum determinare.

52 Denique cùm nos loquamur tantum de interdicto Retinendæ, incompatibili cum remedio petitorio, aduertendum eſt, quod in hoc caſu non ſufficit ad cumulationẽ petitorij & poſſeſſorij, ad hoc vt deutroque cognoſcatur, opponere de notorio defectu iuſtitiæ in proprietate, nec de regula, *Dolo facit, qui petit quod reſtituturus eſt:* quia nihilominus concurrere non poſſunt, nec de eis ſimul cognoſci propter incompatibilitatem ratione ordinis, vel repugnantiæ, aut contrarietatis: & ſic reſeruato iure ſuper proprietate, iudicandum eſt tantum in poſſeſſorio. Probat Rebuffus ex Bartol. Abbate, & aliis, in *cap. Paſtoralis, de cauſa poſſeſſ. & propriet. circa fin. fol. 350. col. 1. & 2. & fol. 351. col. 1. & 2. & 352. col.* 1. vbi reſpondet ad regulam, *Dolo facit, &c.* ita ſic: *Et ad regulam legis Dolo facit: poteſt reſponderi dupliciter, 1. vt non habeat locũ in poſſeſſoriis: ita Bart. poſt Gloſ. in l. fin. C. quor. bonor. l. 1. quor. legator. l. 1. C. de edict. D. Adrian toll. & in l. ſi quis conductionis, C. locati: in l. 3. §. qui vi à me, ff. de vi, & vi armat. Vel 2. quod illa regula non poteſt cadere in iſto caſu, nam qui intentat interdictum, vti poſſidetis, nihil petit ſibi reſtitui, tantummodo petit vt poſſeſſionẽ, quam habet, habeat pacificam.* Barboſa in *l. ſi de vi 37. ff. de iudiciis, n. 406. & 407.* & ad id poteſt etiam allegari Gloſ. celebris in *verb. transferatur, in authent. item poſſeſſor, C. qui potiores in pign. habeantur:* quæ loquitur de remedio incompatibili ratione Contrarietatis: & ita dicit, *An autem ſi incontinenti velit probare, audiatur poſſeſſor, ex regula, Dolo facit, &c. vt ff. de doli except. leg. Dolo: reſponde non in poſſeſſorio iſto: vt ff. quorum legator. l. 1. in principio.*

Et de Iure noſtro, in ſpecie, de Maioratuum ſuc- 53
ceſſionibus eſt text. in *l. 9. & 10.* ibi: *La remiſſion ſe haga a las nueſtras Audiencias tan ſolamente quanto a la propriedad, y no aſſi miſmo quanto a la poſſeſſion, como haſta aqui ſe ha hecho, de manera que la ſentencia y determinacion del Conſejo ſea, y ſe entienda ſer en poſſeſſion, y que ſobre lo aſſi ſentenciado, no aya ni pueda auer otro pleito y juizio de poſſeſſion, tit. 7. lib. 5. Recop.* Ex quibus legibus apertè probatur, quod in iudicio poſſeſſorio ſolum cognoſcatur de interdicto, & remedio poſſeſſorio, abſque combinatione ſeu accumulatione cum petitorio, quod debet reſeruari, & ad alium iudicium ſuper proprietate remitti.

Et hinc eſt, quod in remedio *l. 45. Tauri*, ad obtinendam ſucceſſionem cuiuſcumque Maioratus, ſeu fideicommiſſi perpetui in fauorem familiæ inſtituti, ſuſtineri non poteſt opinio eorum, quos refert D. D. Ioan. de Solorzano *de Indiar. guber. tom. 2. lib. 2. c. 29. n.* 8. vbi ex Sarmiento *lib. 2. ſelect. c. 13. n. 5. & 6.* Gutier. *conſ. 6. n.* 12. Hieron. Gonzal *reg. 8. Cancellar. gloſ. 1. §. 5. n. 96.* dixit quod vbi poſſeſſorij & petitorij fundamenta eadem ſunt, & ſtatim de illis in vtroque iudicio conſtare poteſt, non debet duplex iudicium formari, & quod tam litigantes quam Iudices, Aduocati, & Procuratores, qui ex meritis cauſæ agnoſcunt notorium defectum proprietatis, mortaliter peccant, & ad omnes expenſas, damna, & intereſſe partis tenentur, ſi inſiſtant, & pronuntient in remediis poſſeſſoriis, & ius proprietatis Parti cui competit reddere ſuperſedeant. Quia ſi ſuper ſucceſſionibus Maioratuum poſſent cumulari iudicium poſſeſſorium & petitorium, etiam ſi de proprietate notoriè poſſet conſtare, in iudicio poſſeſſorio, contrauenirent, expreſsè diſpoſitioni *d. l. 9. & 10. tit. 7. lib. 5. Recop.* & omnibus iuribus à nobis *ſuprà* relatis, in caſu quo cumulari non poſſint iudicium poſſeſſorium, & petitorium ob incompatibilitatem ratione ordinis aut contrarietatis. Ex quibus finis imponitur huic Capiti, ad laudem Dei Omnipotentis, atque Deiparæ Virginis Mariæ conceptæ abſque macula peccati originalis.

Digitized by Google

CAPVT VI.

De Incompatibilitate actionis de Euictione, & rei vindicationis, in Iure Ciuili, reſpectu eiuſdem perſonæ.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, qui tenetur de euictione, licèt ex noua cauſa effectus ſit Dominus ei, quam vendidit, non valet illam vindicare.*

2 *Rei vindicationis materia magiſtralem & vulgarem regulam habet,* Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.

Quæ pertinet ad incompatibilitatis tractatum.

3 *Defendere, aut approbare qui tenetur, non debet impugnare.*

4 *Approbationis obligatio, & facultas reprobandi, non poſſunt concurrere apud eundem ſimul.*

5 *Facto proprio, vel facto alterius, cui ſucceſſit, vel quem repræſentat, contrauenire quis non debet.*

6 *Maioratus poſſeſſor non valet euincere, ſeu reuocare rem Maioratus à ſeipſo alienatam.*

7 *Alienatio rei Maioratus facta per eius poſſeſſorem, eſt nulla.*

8 *Alienatio, quando eſt ipſo iure nulla, poteſt quis contrauenire ſuo proprio facto, & illud impugnare.*

9 *Nullitas, quæ reſultat ex venditione rerum Maioratus, facta à poſſeſſore, non eſt inducta in fauorem ipſius poſſeſſoris alienantis, ſed in fauorem ſucceſſoris.*

10 *Facto proprio contrauenire quis poteſt, quando prohibitionem alienationis lex inducit expreſsè in eius fauorem, vel alterius, vel in fauorem publicum; quia tunc non ſuo, ſed alieno nomine agit.*

11 *Facto proprio contrauenire poteſt pater legitimus adminiſtrator bonorum filij, Prælatus, Maritus, Tutor, vel Curator, & quilibet alius, qui non proprio, ſed alieno nomine agat.*

12 *Succeſſor Maioratus, ſi ſit hæres vltimi poſſeſſoris, qui rem Maioratus alienauit, an contrauenire poſſit.*

Aliqui defendunt partem affirmatiuam; alij verò negatiuam, quorum opinio eſt verior, num. 13. & 14.

15 *Euictionis regula,* Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio: *habet declarationes, & limitationes, quæ referuntur à num. 15. cum aliis ſeqq.*

16 *Facto proprio contrauenire poteſt, quando lex prohibet alienationem.*

17 *Facto proprio contrauenire poteſt, quando prohibitio alienationis facta eſt in fauorem publicum, per legem, cui hæres non valet renuntiare.*

18 *Facto proprio contrauenire poteſt, quando prohibitio fuit per contractum.*

19 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio: *limitatur, ſi venditio fuit nulla propter defectum conſenſus.*

20 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio: *limitatur, ſi aliquis alienam rem Maioratus ſine conſenſu domini directi vendidit, & poſtea hæres venditoris in Maioratu ſuccedat.*

21 *Prohibita rei alienatione, vel diſmembratione ſine conſenſu domini directi, poteſt reintegrari ab ipſo alienante.*

22 *Statutum quod habemus in bonis confiſcatis in hoc Granatenſi Regno, quorum cognitio pertinet ad Dominos Præſidentem, & duos Regios Senatores ex antiquioribus, iubet aggregari diſmembrata: quod inter cohæredes non procedit.*

23 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *limitatur quando venditio fuit facta nomine eius, cuius res erat; attamen ſine eius mandato, licèt dominus rei, hæres extet venditori.*

24 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *limitatur quando alienatio procedit ex præſcriptione rerum feudalium, vel Maioratuum.*

25 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *Limitatur quando, qui contrauenit, non eſt hæres vniuerſalis, ſed tantum pro quota; nam tunc pro ea parte, pro qua non eſt hæres, contrauenire poteſt facto anteceſſoris.*

26 *Poteſt filius primogenitus ſucceſſor in Maioratu, contrauenire facto patris & reuocare alienationes ab ipſo factas in fraudem primogenij, licèt ſit hæres patris.*

27 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *limitatur quando teſtator non reliquit hæredi id quod relinquere tenebatur.*

28 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *limitatur quando poſſeſſor Maioratus non alienauit, ſed ſolum conſenſit alienationi, quia hæres ex perſona propria poterit contrauenire.*

29 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *limitatur quando poſſeſſor Maioratus promiſit non contrauenire per ſe, non per alios.*

30 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *limitatur per textum in* l. fin. Cod. de euictionibus.

Et redditur ratio differentiæ, n. 31.

32 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *limitatur quando emptor ſciebat rem eſſe Maioratus, & prohibitam alienari.*

33 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *limitatur quando res vendita eſſet antiquioris Maioratus.*

34 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *limitatur quando quis non habet lucrum iure hæreditario, ſed iure particulari.*

35 *Regula prædicta limitatur, quando alienatio eſt prohibita ſub pœna amiſſionis rei.*

36 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *limitatur quando nullus alius de familia ſupereſt.*

Et quomodo hoc debeat intelligi, ibid.

Et ſequens in gradu, veluti filius, viuente patre poterit reuindicare, n. 37. & 38.

39 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *limitatur quando eſt hæres cum beneficio inuentarij.*

Alij contrarium tenent, n. 40.

41 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *limitatur in caſu ſpeciali, quando grauatus rem reſtituere ſi ſine filiis decederet eandem rem vendidit matri illius, cui res erat reſtituenda, tunc filius qui tanquam hæres matris, in rem ſucceſſit poterit conſequi pretium.*

42 *Regula,* Quem de euictione tenet actio, &c. *habet alias limitationes adnotatas in* l. cum à matre, Cod. de rei vindicat. *& per alios DD. relatos.*

43 *Euicta ſi fuerit res Maioratus, an ſucceſſor agere poſſit de euictione contra inſtitutorem, vel eius hæredes?*

Digitized by Google

hæredes? reſoluitur quæſtio cum diſtinctionibus, & ſubdiſtinctionibus, à num.43. vſque ad num.53.

55 *Maioratus, Patronatus, vel Capellania ſi ſint inſtituta ex certo reditu pro quolibet anno, ſuper fundo, vel aliquibus rebus immobilibus deſignatis, & bona, vel fructus diminuantur, vel euincantur, vtrum hæres inſtituentis teneatur ad complementum?*

Reſoluitur cum diſtinctionibus, & ſubdiſtinctionibus, n. 54.55.56. & 57.

Et hoc de Maioratu inſtituto in teſtamento n.58.

Quid de Maioratu facto in contractu? & diſtinguitur à n.58. vſque ad 68.

69 *Poſſeſſor Maioratus incompatibilis cum alio ratione quota, ſi bona, vel reditus huius Maioratus deficiant, vtrum ad alium Maioratum poſſit redire, ſeu eius bona vindicare?*

Diſcutitur quæſtio pro vtraque parte, & reſoluitur, num.70.

71 *Datum purè, ſi adimatur ſub conditione, ſub contraria conditione videtur datum, num.71. 72. & 73.*

74 *Cauſa finalis ademptionis ceſſante, datur repoſitio, ſeu regreſſus ad rem datam ob aliam finalem cauſam, & n.75. & 76.*

77 *Ademptio Maioratus per alium incompatibilem ratione quota, cenſeri debet temporalis.*

Immunitas conceſſa ob paupertatem, auctis facultatibus ceſſare debet, ibid.

78 *Euicta re data in permutatione, datur vindicatio alterius rei permutatæ, & n.79.*

80 *Textus in* cap. ſi beneficia 20. de præbend & dignitatib. *exponitur, & ex eo arguitur à num.80. vſque ad 83.*

83 *Subrogatione facta ex cauſa permutationis, eo quod res permutata, atque in locum antiquæ ſubrogata, vendicata fuit, Maioratus poſſeſſor poterit antiquam recuperare.*

84 *Facultate Regia conceſſa ad alienandam rem Maioratus, vt ex eius pretio alia res ſpecialiter deſignata in facultate emeretur, ſi res empta euincatur, poterit ſucceſſor Maioratus ad rem venditam redire, & eam vindicare, & numero 85. & 86.*

87 *Legatarius, ſi in optione duarum rerum eligat illam, quæ ſit aliena, poterit reuertere ad aliam, & eam ſibi vindicare, & n.88. & 89.*

83 *Electa vna via inutilis non tollit aliam vtilem.*

90 *Res, actus, vel diſpoſitio, ſi deueniat ad caſum à quo incipere non potuerat, ex eo quod poſtea deficiat eius cauſa finalis, ita irrita fit, ac reſoluitur, & ad ſuum priſtinum ſtatum reuertere debet, ac ſi nunquam fuiſſet incepta, & numero 91. & 92.*

Et demonſtratur in exemplo de priuilegio, de certa quota Decimarum ſuper Terris, vel aliis rebus, quæ poſtea deficiant in parte, vel in totum pereant, à n.93. vſque ad 97.

98 *Adquiſitionis cauſa, & conditio exiſtens, quamuis poſtea ceſſet cauſa, non ceſſat eius effectus iam conſummatus, & n.99.*

100 *Conditionem ſufficit ſemel impleri, licèt non duret implementum.*

101 *Datum contemplatione certæ cauſæ, non repetitur, licèt illa reſoluatur.*

102 *Feudum deuolutum ad ſecundogenitum, eo quod primogenitus illo tempore non erat capax, quia erat rebellis, vel habebat aliud impedimentum, ſi poſtea primogenitus reſtitutus ſit, non recuperat feudum ſemel amiſſum.*

Et declaratur, n.110.

103 *Maioratus, vel fideicommiſſum non reintegratur de bonis alienatis pro dote, etiamſi filia decedat ſine liberis.*

Declaratur n.111.

104 *Quarta coniugalis, quæ ad vxorem, vel maritum pauperem pertinet, non reuocatur etiamſi poſtea fiat diues.*

Declaratur, n.112.

105 *Maritus, qui adminiſtratione priuatur ex eo quod ad inopiam vergat, non recuperat adminiſtrationem, etiamſi ad pinguiorem fortunam perueniat.*

Alij contrarium tenent, n.113. & 114.

106 *Ea quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durant, licèt ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerant.*

Declaratur, n.115. & 116. atque 117. & 118.

107 *Primogenitus habet pro ſe præſumptam inſtitutoris voluntatem, ad hoc, quod ſi ab eo euincatur Maioratus incompatibilis cum alio ratione quota, poſſit reuertere ad alium Maioratum contra ſecundogenitum.*

108 *Primogenitus ſi ſit proviſus vno ex duobus Maioratibus incompatibilibus, ſi ceſſet proviſio, reuertere debet ad alium Maioratum prius incompatibilem.*

Quia proviſio fuit cauſa finalis, n.109.

119 *Qualitas ſuperueniens, licèt regulariter non mutet effectum antea introductum; attamen in his, quæ ſunt incompatibilia, mutat effectum antea introductum, & n.120.*

121 *Primogenitus poteſt reuertere ad alium Maioratum incompatibilem, ſi bona eius Maioratus, quem poſſidebat, deficiant aliquo caſu fortuito, incendio, vel ruina.*

122 *Res donata vel legata ſi pereat caſu fortuito, vtrum donatarius, vel legatarius poterit reuertere contra donantem, vel hæredem, & n.123.*

124 *Primogenitus habet regreſſum ad alium Maioratum incompatibilem ratione quota, ex voluntate inſtituentis, quando bona Maioratus in totum, vel pro parte perierunt.*

125 *Diſpoſitio legis, vel hominis, prouidens alicui de quota bonorum integrè habenda, dicendum eſt voluiſſe vt ſi bona deficiant, ex aliis bonis ſuppleantur.*

Licèt perierint caſu fortuito, n.126.

127 *Periculum rei, quæ caſu fortuito perit, ad eum ſpectat, cuius gratiâ res data, vel promiſſa fuit, & cuius non minus principaliter intereſt, ne res periret, ſi aliter perempta fuiſſet.*

128 *Secundogeniti principaliter intereſt ne pereant etiam caſu fortuito bona Maioratus incompatibilis ratione quota cum alio, quem primogenitus poſſideret.*

129 *Primogenitus non valet recurrere ad Maioratum alium incompatibilem ratione quota, ſi bona eius Maioratus, quem poſſidebat, ſuâ culpâ perdiderit.*

130 *Primogenitus ſua culpa poteſt perdere Maioratum, & eo priuari, vel quòd ſit euictus ob contrauentionem, & aliis quamplurimis cauſis.*

Et an hæc priuatio, ſeu ademptio erit perſonalis, an realis? ibidem remiſſiuè.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De Incompatibilitate, quæ datur de Iure Ciuili in ipſo venditore, vel eius hærede, ad hoc vt ex vna parte teneatur de euictione, & ex alia poſſit vindicare id, quod ipſe alienauit; iuxta regulam, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*: deductam ex *leg. vendicantem 17. ff. de euictionib.* Vnde agitur de euictione rerum Maioratus, quæ poſt inſtitutionem vindicantur. Et quid ſi vindicetur vnus ex duobus Maioratibus incompatibilibus ratione quotæ, ille nempe, quem retinuit primogenitus, vel alter eiuſdem lineæ. Vel ſi vindicetur ob culpam, ſeu contrauentionem poſſeſſoris? Et quid ſi aliquo fortuito caſu bona deficiant abſque culpa, vel facto poſſeſſoris, an detur regreſſus ad alium Maioratum ſeparatum ab alia linea, quia erat incompatibilis ratione quotæ?

1 DEciſiones quamplurimas paſſim inuenies in Iure Ciuili, quæ Regulas & axiomata certa conſtituunt, ob incompatibilitatis rationem, qua moti fuerunt Iuriſconſulti. Vnam propono *hoc cap.* ex Vlpiano in *l. vendicantem 17. ff. de euictionib.* Vbi venditor, qui tenetur de euictione, licèt ex noua cauſa effectus ſit dominus rei venditæ, non valet reſcindere alienationem, nec ex ea, noua ſuperueniente cauſa rem ab emptore vindicare: maximè ſi emptor non aſſentiat, nec alia cauſa ſtipulationis in duplum agere poſſit.

2 Vnde pro generali deducitur regula, quòd *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*: eaque comprobatur *l. 1. ff. de except. rei iudic. l. cum vir 42. de vſucap. l. ſi quis alienam 46. de act. empt. l. filium 31. de lib. cauſa: l. ſi ab eo, C. eod. titul. l. cum à matre, C. de rei vindic. l. ſi venditrici, C. de reb. alien. non alienand. l. 1. & 2. C. ne fiſcus rem, quam*
3 *vendidit, euincat: lib. 10.* quia ius non admittit, vt qui debet defendere, valeat ſimul impugnare: *l. frater à fratre 38. §. porro, ff. de condict. indebiti: l. altius 15. ff. ſi ſeruitus vindicat. cap. vnico,* vbi Gloſ. fin. *de natis ex liber. ventre.*

4 Ciuilis namque, & honeſta ratio, atque iuris æquitas non patitur, quod ipſe ſit venditor adſtrictus de euictione, & rem venditam poſſit euincere, improbando ipſummet actum, quem tenetur comprobare; quia daremus quod poſſent dari ſimul & apud eundem obligatio approbationis, & facultas reprobationis: quod eſt incompatibile: vt colligitur ex text. in *d. l. vindicantem*, ibi: *Improbè enim rem à ſe diſtractam euincere conatur*: & *l. 2. C. ne fiſcus rem: lib. 10.* dum dicit: *Retractare fiſcum, quod ſemel vendidit, æquitatis, honeſtatiſque ratio non patitur.*

5 Ad idque eſt, quod facto proprio, vel eius, cui ſucceſſit, quis contrauenire non debeat: *l. poſt mortem 25. ff. de adoption.* vbi etiam Gloſ. *verbo, factum ſuum: l. per fundum 11. in fine, ff. de ſeruitut ruſticor. præd* & *ibi* Gloſ. final. *leg. ex qua perſona, 191. ff. de regul iuris: leg. 4. C de reuoc. donat. auth contra, qui propriam, & l. generaliter, in fin. C. de non numerat. pecun. l. ſicut 5. ff de act. & oblig l ſi creditoribus 5. C. de ſeruo pign dat.* Gloſ. *verb. referas,* in *l. 1. C. ne fiſcus rem: &c. lib 10.* Surd. *conſil. 15 num. 3 & conſ 67. num. 3. & conſil. 284. n. 5.* Caballin. *de euict. §. 5. num. 2.* D Valençuela Velaſquez *conſil. 18. n. 100.* Hermoſilla *tom. 1. in l. 37. tit. 5. part. 5. gloſ. 5. num. 41.* Guzman *de euictionib quæſt. 38. n. 5.* Ioan Ant. Mangil. *de euiction. quæſt. 32.* maximè *à n. 5. & quæſt. 48. quæſt. 44. & q. 56.* & meliùs *quæſt. 59.*

Vnde tenendum eſt ex eadem regula, quod poſſeſ- 6
ſor Maioratus non poteſt euincere, ſeu reuocare rem Maioratus, ſeu reſtitutioni ſubiectam, à ſe alienatam, cùm non valeat impugnare ſuum proprium factum, *l. ſeruo legato 72. §. 1. l. filiusfamilias 114. §. cum pater, ff. de legat. 1, l. vnum ex familia 69. §. ſed ſi fundum, in fine ff. de leg. 1.* & poſt Roderic. Suarez & Dom. Greg. Lopez, D. Molin. *de primogeniis, lib. 4. cap. 1. à num 16.* Ioan Gutier. *lib. 3. practic. quæſt. 41 num. 3.* Vincentius Fuſar. *quæſt 717. ex num. 5.* vbi allegat Tiraquellum *de retract. §. 1 gloſ. 9. num. 33. & 40.* Boſſium *tit. de Principe, n 334.* Cephal. *conſ. 261. num. 36.* Afflict. *deciſ. 140. num. 8.* Nattam *conſil. 144. num. 13.* Burſatum *conſ. 173. num. 16.* Grammat. *deciſ. 93.* Surd. *conſ. 184.* Magonium *deciſ. Florent. 91 num. 30.* Viuium *deciſ 85. n. 8.* Anton. Gammam *deciſ. 111. num. 1. in princip.* Marciat. *Epitom. de fideicom. part. 2. quæſt. 37.* Petram *de fideicommiſſis, quæſt. 14 num. 111.* Phanutium *de Inuent. part. 7. n 149. & 50* Hondedeum *conſil. 3. à num. 61.* Balthaſ. Thomaſ. *titul. 9. de alienat. & reuocat. n. ....* Cald. Pereira doctiſſimè *in tractat. de renouat. Emphyt. quæſt. 16 à n. 35.* Ioan Ant. Mangil. *de euiction. quæſt. 56. num. 11. & 13. & quæſt. 111. n. 1.* cum pluribus aliis, per text. in *l. vnum ex familia, §. Sed ſi vno, & ſeq ff. de leg. 2. l. filiusfamilias, 7. §. cum pater, de leg. 1.* vbi Gloſſa, *verb. exhæredatus,* & *ibid.* Bartol. & alij: Fanno *deciſ. 73 num. 70.* cui addo Additionat. ad Molin. *lib. 4. cap. 1. n. 16.*

Neque obſtat, quod talis alienatio rei Maioratus 7
facta per eius poſſeſſorem ſit nulla, cum prohibita ſit ab inſtitutore: Gloſſ. & DD. in *l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2.* Bart. in *l. filiusfamilias 114. §. Diui fratres, num. 6. ff. de leg. 1.* & communiter *ibidem* Scribentes, Petra *de fideicomm. quæſt. 8. n. 4.* Petrus Surd. *conſil. 284. num. 1.* Vincent. Fuſar. *quæſt. 217. num. 1. & 18.*
Et quod quando alienatio eſt ipſo iure nulla, poteſt 8
ei quis contrauenire, & ſuum proprium factum improbare, *l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* vbi venditor vendicat, vel reuocat, quod vendidit: Gloſ. *verb ſuum conatum, verſ. Sed contra hanc regulam, &c. in d. l. vindicantem, l. 1.* & *ibi* Gloſ. *C. de liberal. cauſ.* Gloſ. *etiam verbo, factum ſuum, in leg. poſt mortem, ff. de adoption. cap. vnic. titul. de feudis, Quid iuris ſi poſt alienationem feudi Vaſſallus id recuperanerit.* Ex quo id tenet Gamma *deciſ. 111. num. fin. cap. diuerſis, de Cleric. coniugat. cap. magna, 22. quæſt. 4.* Albertic. Salicetus & Iaſ. in *l. iusiurandum, §. procurator, de iureiur.* Ioan. Gutier. *d. lib. 3. quæſt 41. num. 6.* Petrus Surd. *conſil. 98. num. 97. & conſil. 133. num. 26 & conſil. 183. num. 43. & conſ. 196. num. 53. & d. conſil ſpeciali ad hanc regulam, & eius limitationes. 284. n. 3. & 4.* Giurba *in conſuetud. Meſſan. cap. 14. gloſ. 5 n. 11.* Vincent. Fuſar. *d. quæſt. 717. n. 3.* & alios referens Barboſa *axiom. 93. n. 24.* Gabriel Aluarez de Velaſco *in axiom. iur. lit F. num. 50.*

Quia reſpondetur quod nullitas, quæ reſultat ex 9
venditione rerum Maioratus facta à poſſeſſore, non eſt inducta in fauorem ipſius poſſeſſoris alienantis, ſed in fauorem ſucceſſoris in Maioratu: D. Molin. *dict. lib. 4. cap. 1. num. 22.* Petrus Surd. *conſ. 284. n. 6. 7. & 8.* Caldas Pereira *de renouat. emphyt. d. q. 16. n. 32. verſ. Cæterum in poſſeſſore Maioratus, &c.* ibi: *Quia nullitas eſt inducta in fauorem ſucceſſoris, non ipſius alienantis.* Cui addo, quod poſſeſſor Maioratus, dum viuit, eſt dominus, & non eſt prohibitus pro vita ſua alienare, ſed ſolummodo prohibetur in præiudicium

ſucceſſoris:

Digitized by Google

ſucceſſoris: Dom. Molin. *lib.1. cap.19. num.4. & 12. cap.21.n.25 & fin.* & ſic quamuis factum contra ius, pro non facto habeatur, *cap. quod contra ius, de reg. iur. in 6. l.iubemus, §. prædiu, C de ſacroſ. Eccleſ.* Barboſa *axiom.43. n.19.* Gabriel Aluarez de Velaſco *in axiom. iuris, lit. F. num.28. & 81.*

10 Nihilominus ratio Incompatibilitatis, quæ prouenit ex honeſtate atque æquitate ciuili, impedit contrauenire proprio facto, non ſolum permiſſo, ſed etiam nullo, ac prohibito, niſi prohibitionem lex inducat expreſsè in fauorem ipſius legis, vel ob fauorem publicum, & ratione intereſſe alterius, quia tunc non nomine ſuo contrauenit, ſed nomine legis, vel nomine, & ex intereſſe alieno ob bonum publicum. Colligitur ex ratione differentiæ, quæ datur ad limitationem *legis, Vindicantem*, per Gloſſam, *verbo, contrahatur*, *in d. l. Vindicantem* dum dicit, ibi: *Ideò quia contra legem erat facta venditio*: vbi etiam Alberic. *n.2.* ibi, *Quia ibi contractus fuit nullus, & alieno nomine venit contra*, Cephal. *conſil. 303. num.110.* Aluar. Velaſc. *conſult.69. num.14.* ad hæc etiam videndus Petrus Barboſa in *l. Lucius Titius 39. num.20. vſque ad fin.* Petrus Surdus *d. conſil.284. num.10. & 11. verſ. Reſpondeo itaque contrarium procedere, quando actus eſt in fraudem legis reſiſtentis, tunc enim quia emolumentum prouenit à lege, non autem ab homine, poteſt agens impugnare, &c.* & *verſic. Reſpondeo etiam contrarium procedere, quando actus annullatur fauore publico, &c.* & in *num.12.* ibi: *Sed hoc non obeſt, quia locum habet in præcepto legis, vel in nullitate actus, à lege inducta; ſecus in præcepto teſtatoris: Nam videmus, quod prohibitus alienare, poteſt fauori ſuo renuntiare ſi non ſit minor, &c.*

11 Hinc eſt, quod Maritus, Pater, & Prælatus, Tutor, & ſimiles perſonæ alienantes res, à lege, vel à Canone alienari prohibitas, poſſunt eaſdem res vendicare, nomine mulieris, Eccleſiæ, vel minoris; quia tunc diuerſæ cenſentur perſonæ: *l. tuterem 22. ff. de his quibus vt indignis: l. Polla, C eodem tit.* vbi etiam Gloſſa, *verbo, pupilli nomine: l. ſi tibi; & l.7. Cod. de euict.* Gloſſa, *verb. interdicta, Inſtit. quibus alienar. licet, vel non, in princip. cap. ſi quis presbyterorum, de reb. Eccleſ. non alien.* Gloſ. & ex ea Baldus, Salicetus, & alij, in *l. cum à matre, C. de rei vindicat. l. fin. tit.14. part.1.* ibi: *Bien puede el miſmo demandarla a aquel a quien la huuieſſe enagenado, non por razon de ſi miſmo, mas per razon de ſu Igleſia; y el otro no puede poner defenſion, ante ſi que no deue reſponder diziendo, que el ſe la dio, ò vendio*: Arias Pinellus *de bonis maternis, in l.1. part.3. num.3.* Petrus Surd. *d. conſil.184. num.15. 16. 17.* Gabriel Aluarez de Velaſco *in axiom. iur. lit F. num 81.* Hermoſilla in *d.l.37. tit.5. part.5. gloſ.5. num.44. & 45.* Ioan. Anton. Mangil. *de euiction. quæſt.35. num.16.* & magis ex profeſſo *quæſt.62. à n.3. vſque ad 12.*

12 Sed an quod dictum eſt de poſſeſſore, rem Maioratus vendente, quod non poſſit eam vindicare, cùm non patiatur ius ipſum proprio facto contrauenire, debeat id ipſum dici de eius hærede? controuerſum eſt inter Doctores. Nam Petrus de Peralta *in rubric. de hæred. inſtit. à num 95.* Arias Pinel. in *d.l.1. Cod. de bon. matern. part.3. num.99.* indiſtinctè defendunt, quod ſucceſſor in Maioratu hæres prædeceſſoris poteſt ex ſua perſona rem alienatam vindicare, & quando res fuit prohibita alienari, idem tenent Paul. de Caſtro in *l. filiusfamilias, §. Diui: ff. de leg.1.* Raphael Cuman. *conſil.33.* Decius *conſil.185. n.7.* Natta *conſil.470. num.16. & 17.* Carol. Ruinus *conſ.220. lib.1.* Cephalus *conſil.393. num.25.* Alexand. Raudenſ. *conſ.38. à n.39. lib...* Ozaſcus *deciſ.67. & deciſ.180. in princ.* Viuius *deciſ.59. num.12.* Marciat. *de fideicomm. q.46. verſ. Poſtremo*: Rota Romana *in nouiſſimis part.2. deciſ.110.* & cum aliis Ioan. Anton. Mangil *de euict. q.59. num.8. & quæſt.112. num.9.* alij quos refert Mieres *de Maiorat. part.4. quæſt.16. à num.2. vſque ad 14.* admittunt eandem ſententiam, quando facto inuentario fuit hæreditas adita ab hærede cum beneficio inuentarij.

13 Sed aliorum verior opinio eſt, quod hæres non poteſt rem Maioratus alienatam à prædeceſſore vindicare: nam ſicut in prædeceſſore eſt incompatibile ſecundum noſtram regulam, deductam ex *l. vindicantem*: quod valeat contrauenire ſuo proprio facto, ita in eius hærede, cùm hæres cenſeatur eadem perſona cum defuncto, quem repræſentat: *l. cum à matre, Cod. de rei vindicat. l. vnum ex familia 67. §. ſed ſi vno, & §. ſequenti, ff. de leg.2. l. filiusfamilias 113. §. cum puter*: vbi etiam Gloſſa *verb. exhæredatos, ff. de leg.1.* vbi docent Bart. & alij DD.

14 Et hanc vt veriorem in puncto iuris ſententiam obſeruarunt Ferdin. Loazes *in l. filiusfamilias, §. Diui. num.191.* & Ripa *num.58.* Curt. ſenior *conſil.63 colum. penult.* Decius *conſil.39. num.5.* D. Molin. *de primogen. dict. lib.4 cap.1. à n.16.* Natta *conſil.474. num.10. lib.2.* Peregrin. *de fideicom. art.33. n.6.* Mieres *dict. 4. part. quæſt.16. à n.1. vſque ad n.33.* Vincent. de Franch. *deciſ.83. n.2. & deciſ.153. n.17. & deciſ 355 num 4* Caldas Pereira *de renouat. emphyteuſ. quæſt.16. à num.32.* Rimnald. iunior *conſil.64. à n.16.* Tiber. Decian. *conſil.55. lib.3.* Simon de Prætis *de interpr. vltim. volunt. fol.513. à num.58.* Flores de Mena ad Gamam *deciſ.67.* Cæſar Barzius *deciſ. Bonon.42 & 64.* Dom Maſtrillo *deciſ. Siciliæ 56. à num.34.* Surd. *dict. conſ 284. n.5. & 20. lib.2.* Menoch. *conſil.1204. num.10. & conſil.1234. n.14. lib.13.* allegans Baldum in *l. qui ſe patris, n.9. C. vnde liberi*: Guzman *de euiction. quæſt.38. n.19.* Vincent. Fuſar. *quæſt.557. n.9.* Additionatores ad D. Molin. *dict. lib.4. cap.1. ſuper num.16.* Mangil. *de euiction. quæſt.32. à num.3. vſque ad num.8. & quæſt.35. à num.3. vſque ad num.16. & quæſt.54. à n.4 & quæſt.112. à n.1.*

15 Sed hæc ſanè regula ex *l. Vindicantem*, admittenda eſt cum aliquibus declarationibus ſeu limitationibus.

16 Prima ſit, ex ſupradictis, quando contra prohibitionem legis res vendita fuit, quia tunc ipſemet venditor ſub nomine alieno, illius ſcilicet in cuius fauorem lex alienationem prohibuit, valet rem ipſam vendicare; ideo Pater, Prælatus, Tutor, vel Maritus, ſi rem filij, Eccleſiæ, vel vxoris vendat, eam poteſt ipſemet nomine alieno vendicare, *dict. leg. Quemadmodum C. de agric. & cenſit. cap. ſi quis presbyterorum, de reb. Eccleſ. non alien.* Gloſ. *verb. alienari, in l. vnica, §. cum lex, C. de rei vxor. act. l. fin. titul.14. part.1.* Gloſ. in *d. l. cum à matre, C. de rei vendicatione*, vbi Bald. Salicet. & alij; Bartol. *in l. poſt mortem, in principio, ff de adoption* & in *l. cum vir, num.13. de vſucap.* Ant. Mangil. *de euict. quæſt.62. à num.3. vſque ad num.12.* poſt Surd. *conſil.196. num.53. & deciſ. 99. num. 6.*

17 Huic proxima eſt ſecunda limitatio, quando venditio eſt nulla propter diſpoſitionem legis. cui hæres non poteſt renuntiare, veluti ſi prohibitio à lege facta, eſt principaliter in fauorem publicum: nam quemadmodum expreſſim ei renuntiare non poteſt, ita nec fictè etiam per aditionem hæreditatis: Sic probat Petrus Barboſa In *l. Lucius Titius 39. num.20. ff. ſolut. matrim.* per textum in *dict. l. quemadmodum, Cod. de agric. & cenſit. lib.11.* cum aliis pluribus ab eo relatis.

18 Tertiò limitat Ruinus *conſil.132. num.13. & 14. lib.4.*

relatus

relatus à Mieres *de Maioratib. part.4. quæſt.16. n.52.* quando alienatio fuit prohibita per contractum; quia tunc etiam hæres poteſt contrauenire per rationes ab eo adductas.

19 Quartò limitatur, ſi venditio fuit nulla propter defectum conſenſus: nam tunc hæres planè contra illam venire poteſt: Bart. in *l. poſt mortem, ff.de adoptionibus:* Menoch.*conſil.346.n.23.lib* 4. Petr.Barboſ. in *d. l.Lucius Titius* 39. per ipſum text. & *ibi* Gloſſ. fini *ff.ſolut.matrim. n.*20. Ioan Ant.Mangil. *de euict. quæſt.*112.*num.*12.

20 Vnde ex eadem ratione alia deſcendit Quinta limitatio: Ecce quod aliquis alienam rem Maioratus ſine conſenſu domini directi vendidit, & poſtea hæres venditoris, in Maioratu ſucceſſit, poterit contrauenire facto defuncti, & rem Maioratus vendicare; quia fuit nulla venditio propter defectum domini conſenſus, quem hæres adiens ſupplere minimè poteſt, vt tenet ex Andrea de Yſernia *in cap.Imperialem, in princip. num.6. de prohibita feudi alienatione, per Federicum:* Matthæus de Afflictis, & cum aliis Petrus Barboſa in *dict l.Lucius Titius* 39. *ff.ſolut.matrim. num.*25. Franchis *deciſ.*665. *num.*3. *&* 4. Surd. *deciſ* 11.*num.*15.

21 Hinc eſt, quod res prohibita in partem alienari, ſeu diſmembrari ſine conſenſu domini directi, poteſt reintegrari ab ipſo alienante, vel eius hærede: veluti vidimus in bonis confiſcatis, in feudum, vel in emphyteoſim conceſſis, in hoc Regno Granatenſi, quæ vulgò vocantur, *bienes de ſuerte de poblacion del Reyno de Granada que ſe confiſcaron a Moriſcos, que ſe reuelaron, y ſe leuantaron, por cuya cauſa, quedaron caſi deſpoblados muchos Lugares, y las haziendas al principio ſu Mageſtad las arrendaua a quien las poblaſſe en muy commodos precios, y deſpues ſe las vendio a cenſo, y ſe repartieron en ſuertes, que ſe dieron a pobladores.* Et ſi aliquis ex his diſmembrato fundo vel domo, partem vel partes aliquas ex diuiſis, atque aſſignatis alienet, *que las diuididas y aſſignadas vulgarmẽte llamamos Suertes de poblacion que ſe compone cada vna de quatro tranzes, y vna caſa, y ſin ella ſe dize ſuerte Ventaja:* tunc ipſe venditor, vel illius hæres valet eam partem, vel partes diſmembratas reintegrare, & vendicare, petens, quod vniantur, & iubeantur incorporari, iuxta leges, Capitulationes, & Ordinationes in *capitulo* 14. *&* 15. quibus gubernare, ac conſeruare hæc bona iuſſum eſt, propterea quod poteſt ipſe venditor, vel eius hæres contrauenire proprio facto, & rem vendicare in hoc caſu, vt redintegretur, & incorporetur: vt colliges ex Giurba *deciſ.*100. *n.*44. ibi: *Exemplum eſt in feudo diſmembrato, quod alienans ipſe ad Baroniam reintegrari petit, & poſſe inquit Ann. in Conſt. Diu. Memor. n.*211. *&* 231. *Petrus Gregor. de conceſſ. feud. part.*8.*quæſt.*13. *num.*2. *&* 3. *Intrigliol. de feud. artic.*5.*n* 723. *&c.*

22 Sed aduertendum eſt, quod hoc non admittit Senatus Granatenſis, deputatus ad cognoſcendum de omnibus ad hæc bona confiſcata pertinentibus, vulgò, *Conſejo y junta de la poblacion del Reyno de Granada:* quando hæc bona diuiduntur inter cohæredes, ſed ſolummodo quando diſmembrata ſunt per venditionem.

23 Sexta limitatio eſt, quando venditio fuit facta nomine eius, cuius res erat, idque ſine mandato: licèt enim dominus rei, hæres extet venditori, poterit contrauenire; quia alienatio ex defectu mandati fuit nulla, nec venditor id fecit nomine ſuo: probat Arias Pinellus *de bonis maternis, leg.*1. *part.*3. *num.*83. *limitat.*10 *&* 14.

24 Septima limitatio eſt, quando alienatio procedit ex præſcriptione rerum feudalium, vel maioratuum, quæ ſucceſſoribus ex tenore inſtitutionis deferuntur; tunc enim præſcriptio completa contra vnum, non excludit eius hæredem, cui citra ius hæreditarium ſucceſſio Maioratus defertur: quia tunc non venit contra factum defuncti, nec militat ratio *l vendicantem, & l.cum à matre:* vt docet ex Ripa in *l. filiusfamilias, §.Diui, num.*116. *de leg.*1. Arias Pinellus *de bonis maternis, in dict. l.*1. *part.*3. *d.num.*83. *limitat.*5. Dom. D. Ioannes del Caſtillo *tom.*5. *cap.* 93. §.8. *num.*8. *&* 9.

Octaua limitatio, quando non ſit hæres vniuerſitatis, ſed tantùm pro Quota: nam ſi eſt hæres pro parte, pro ea, qua non eſt hæres, contrauenire poteſt facto ipſius anteceſſoris, & reuocare quod ipſe eius anteceſſor vendidit, & in eo quod ſibi deeſt agere contra ſuos cohæredes. Ratio eſt quia hæres repræſentat perſonam ſui anteceſſoris pro ea parte quâ eſt hæres; quo verò ad alias partes, dicitur extraneus: Gloſ.*verb. ex parte, verſ.Sed huic poteſt dicere, in l.*2. *§. final.* vbi etiam Bartolus, *ff.de præter. ſtipulation.* & Gloſ. in *d. l.cum a matre.* vbi Bart.Bald. & Angelus, *Cod.de rei Vindicat.* Bald. in *l fin.§.in computatione, num.*14. *C. de iure deliberandi.* Tiraquel. *de retract.* §.32.*gloſ.*1.*n.*50. Ex quibus, & aliis probat hanc limitationem Menoch.*conſil.*1204.*à num.*10. *& conſ.*1234. *à num.*13. *vſque ad fin. lib.*13. Mieres, licèt non tam ex profeſſo, *in* 4. *part. dict.quæſt.*16.*n.*46. Vincentius Fuſar. *quæſt.*557.*n.*20. *vſque ad* 23. Ioan.Ant. Mangil. *de euict. quæſt.*112.*num.*27. *&* 28. 25

Nona limitatio: quando anteceſſor alienaſſet, rem, vel res ad Maioratum pertinentes, in fraudem filij primogeniti, vel alterius ſucceſſoris in Maioratu, qui poſtea ſit ſucceſſor, & hæres patris anteceſſoris, probat Mieres *dict.* 4.*parte, quæſt.*16. *à num.*34. vbi ponit exemplum de quodam Magnate huius regni, qui hoc animo fraudandi primogenitum, ditauit ſecundogenitum cum pecuniis, quas habuerat de quibuſdam rebus ex Maioratu diſtractis ad fraudandum ipſum primogenitum: & ne fraus & dolus proſit, permittitur ſucceſſori in Maioratu ſic defraudato, licèt ſit etiam eius alienantis hæres, rem alienatam vendicare, cùm ex propria perſona poſſit hoc caſu contrauenire: ita tenent ex antiquis Bart. in *l. ſi pater, num.*5. *C.de inof.teſtam.* Bald. in *l.*1. *num.*8. *C. ſi in fraud. patron à libert.alien. facta ſit:* vbi etiam Salicet. & Alberic. *num.*2. Viuius *deciſ.*56.*num.*2. Natta *conſil.*470. *num.*16. *&* 17. Valaſco *conſult.*69.*n.*5. Surd. *conſil* 384. *à num.*66. Raudenſis *conſil.*38. *à num.*43. *lib.*2. Vincent.Fuſar. *d. quæſt.*557. *num.*26. *&* 27. vbi aduertit, quod fraus colligitur vbi factus eſſet magnus exceſſus in alienando, vel eſſet facta donatio, vel legatum ſine cauſa; quod deſumpſit ex Alex.Raudenſ. *d.conſil.*38.*n.*44.*lib.*2. per text. *in l.omnes, §* 1. *ff. quæ in fraud.credit.* Mangil. *de euict. quæſt.*112.*n.*24. *&* 25. 26

Decima ſuccedit limitatio ex Mieres *dict.* 4. *part. quæſt.*16.*n.*41. ita dum dicit: *Limitatur etiam quando teſtator non relinquit hæredi, quod relinquere tenebatur:* quia poteſt venire contra factum eius, ſecundum Bald. in *l. ſi pater, num* 5. *C. de inoffic. teſtamento,* & in fideicommiſſis Paulus de Caſtro *conſil.*448. *colum. vltim. verſ.Tertiò facit:* Aymon Crauetta *conſil.*200. *num.*7. quos refert & confirmat Menoch. *conſil* 87. *num.*83.*lib.*1. *& conſil.*1.*n.*100. *cum ſeqq.* 27

Vndecima limitatio eſt, quando poſſeſſor Maioratus non alienauit, ſed ſolum conſenſit in alienatione, quia hæres ex perſona propria poterit contrauenire: tenet ex Raudenſ. *dict.conſ.*38 *n.*45 *lib.*2. Surd.*conſ.*15. *num* 30. *& conſ.*105 *num.*39 *&* 40 Peregrin. *de fideicom.art.*51.*n.*91. *&* 94. Vincent.Fuſar. *d.quæſt.*557 *n.*28. 28

&

Digitized by Google

*& in quæſt.*560. *num.*12. reddit rationem, ibi: *Ratio eſt, quia conſentiens, & renuntians, cenſetur renuntiare iuri in eius fauorem introducto, non autem iuri ſpectanti ſuo hæredi ex perſona propria: Gloſ. verbo, renuntiauit, in l.iubemus, § ſcientes, 6. de Sacroſanct. Eccleſ. Rumus conſil* 38.*num.*10.*lib.*1. *& conſil.*138.*n.*10. *lib.*2. *Natta conſil.*470.*num.*12.*& ſeq. &c.* Mangil.*de euict. d.quæſt.*112.*num.*33.*&* 34. & *ex num.*33. *vſque ad num. final.* ampliat, & limitat, & ſubdeclarat aliquibus diſtinctionibus hanc limitationem, vbi videri poteſt.

29 Duodecima limitatio ſuperiori proxima eſt, quando poſſeſſor Maioratus non ſolum conſenſit alienationi, ſed etiam ſi promittat de non veniendo contra, pro ſe tantum, aut pro ſuo facto tantùm; quia tunc hæres poteſt contrauenire ex ſua perſona: Peregrinus *de fideicomm. art.*52. *n.*95. Vincent. Fuſarius *dict. quæſt* 560. *à num.*16. *vſque ad* 18. Vincent. Fuſar. præterea *dict. quæſt.*560. *num.* 19. extendit limitationem etiam ad caſum, quo conſentiens promittat non contrauenire per ſe, nec per alios: quia non cenſetur promiſiſſe pro filiis, etiam hæredibus; niſi expreſsè dixiſſet, *pro me, filiis, & hæredibus promitto de non contrauenirendo*: Bald. *in l.qui ſe patris, num.*11.*&* 12. *Cod. vnde liberi*: Peregrinus *de fideicommiſſ. art.*52.*n.*95.*ad finem,* Mangilius *d. q.*112.*n.*35.

30 Decima-tertia limitatio eſt, & deducitur ex *l. fin. C.de euictionib.* quando aliquis tanquam hæres non tenetur de euictione nomine principali, ſed acceſſorio nomine, prout in hærede illius qui non vendidit, ſed tantùm fuit fideiuſſor alienantis: itaque ſi ſucceſſor in Maioratu ſit hæres illius, qui tantum fuit fideiuſſor alienantis rem Maioratus, poteſt ex ſua perſona rem vendicare.

31 Et ratio differentiæ inter hanc limitationem, & noſtram regulam, deductam ex *leg. vindicantem, de euictionibus, & l.cum à matre, C.de rei vindicat. leg. ſiue poſſeſſio, C.de euict.* hæc eſt, quia hæres principalis obligati factum illius approbare debet, ex *dictis iuribus*: & ex *l.ex perſona, ff.de reg. iur.* Sed non ſic in hærede obligati acceſſoriè, veluti fideiuſſoris: nam licèt de euictione teneatur, attamen acceſſoriè tantùm, cùm nihil fideiuſſor fecerit, ſed facto à principali obligato ac promiſſioni acceſſit, *§ fideiuſſoris, Inſtit. de fideiuſſor.* cum qua ratione differentiæ componunt hunc textum cum aliis, Bald. & Salycet. *in d. leg. fin.* Caballin. *de euict.* § 5 *num.*2. Surd. *conſ.*70. *à num.*16. Barboſa *in d. Lucius Titius, à n.*25. Guzman *de euiction. quæſt.*38.*n.*8. Hermoſilla *tom.*1. *in l.*37.*tit.*5. *partit.*5.*gloſ.*5.*n.*47.

32 Decimaquarta limitatio eſt: quando emptor ſciebat rem eſſe Maioratus, & prohibitam alienari, & non expreſsè ſibi prouidit de euictione, *l. ſi fundum* 27. *C.de euictionibus,* Gama *deciſ.*20. & *ibi* Additionator Flores de Mena; Mieres *dict.* 4.*part. quæſt.*36. *num.*24. Stephan. Gratian. *tom.*1. *cap.*205.*n.*14. *&* 28. Ioan. Ant. Mangil. *de euict. quæſt.*60. *à num.*23. *vſque ad num.*28. cum Tiraquello *de retract.* §.12. *gloſ. n.*11. poſt Bartolum in *l.qui Romæ, §.duo fratres, n.*25. *ff.de verb. oblig.* Surd. *deciſ.*243. Ozaſcus *deciſ.*18.*n.*1. *&* 6. & alibi: Mangil. *quæſt.*151. *à n.*14.

33 Decimaquinta limitatio, ſi in re alienata conſiderari poſſit aliqua particularis affectio teſtatoris putà ſi eſſet res antiqua ſuorum Maiorum, & inde graue damnum ei reſultaret, non ſolum ex eo quod res eſſet Maiorum ſuorum, ſed etiam quòd aliquid honoris, & munificentiæ haberet, vel etiam quia hæreditaria bona non æquiualeant valori totius rei alienatæ, & ſic pretioſior res fuerit alienata; tunc enim licebit hæredi rem vendicare: Albericus in *l. fin. §. in computatione, n.*20. *verſ. Si autem emptori, C.de iure deliberandi*: Anton. Gabriel *conſil.*125. *num.*12. *lib.*1. Menoch. *conſil.*89.*lib.*1. *& conſ.*599.*num.*7.*lib.*6. Mangil. *de euict. d.quæſt.*112. *num.*20. *vſque ad* 23.

Decimaſexta limitatio eſt quando quis non habet 34 lucrum iure hæreditario, ſed iure particulari; vti declarat Gloſſ. in *d. l.cum à matre, C.de rei vindic.* veluti ſi quis ſit inſtitutus in quota bonorum; vel in re certa. tunc enim habetur loco legatarij: *leg. quoties, C.de hær. inſtit.* & cùm in ipſum non deſcendat obligatio defuncti tanquam in hæredem, ideo non habet locum regula *l.vendicantem, ff.de euictionib.* Vincent. de Franch. *deciſ.*127. & probat ex profeſſo Mangil. *de euict. quæſt* 32. *à num.*12. *vſque ad* 21. vbi declarat, dummodò alius vniuerſaliter fuerit ab eodem teſtatore hæres inſtitutus; non autem ſi ſolus ſit in re certa, ſiue in quota bonorum inſtitutus: *l.*1. *§.in fundo, ff.de hæred. inſtituend.*

Decimaſeptima limitatio eſt: quando alienatio 35 eſt prohibita ſub pœna amiſſionis rei ipſius; tunc non habet locum Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio,* ex *d. l.vendicantem.* Ita tenet Afflictis in *cap.vaſſallus, ſi de feudo defuncti fuerit controuerſia inter domin. & agnat. n.*56. & ex eo Mangil. *de euict.q.*60.*num. fin.*

Huic proxima eſt ferè eadem limitatio; quando 36 nullus alius de familia ſuperſit, niſi is qui rem Maioratus tenuit, vel eius hæres, quod tunc poſſit ipſe, vel eius hæres rem alienatam vendicare: ex Dom. Molin. *lib.*4.*cap.*1.*num.*20. vbi Additionatores *num.*16.*in fin.* aduertunt, quod intelligi debet ſi in Maioratu adeſt clauſula priuationis, & quod tranſeat in ſequentem in gradu; quia ſtatim dominium rei alienatæ in ſequentem in gradu transfertur: ex Vincentio Fuſario *quæſt.*717.*num.*20. Et eo caſu ſequens in gradu ad reuocandum alienata, erit filius, vel nepos alienantis: quod probant ex adductis in *addit. ad lib* 3. *cap.*10. *num.*44. Et quod ſit ſequens in gradu filius ad rem alienatam vendicandam, tenet ac probat etiam Stephan. Grat. *tom.*2.*cap.*205.*num.*30.31. *&* 32. *verſ. Hoc enim facit non tanquam hæres, ſed vt alius, videlicet tanquam proximior, &c.*

Attamen optima cautela, & vtiliſſima eſt, quòd fi- 37 lius, vel nepos, tanquam ſequens in gradu vendicet rem à patre alienatam, viuente patre, & non eo mortuo: Pinellus in *l.*1.*part.*3. *num.*58. *C.de bonis matern.* Gamma *deciſ.*67. & cum aliis ſic tenet Mier. *d.* 4. *p. quæſt.*16.*n.*54. & antea, *part.*3.*quæſt.*9. *num* 4. reſoluit, quod filius viuente patre poteſt ſtatim petere rem Maioratus à patre alienatam.

Aliam limitationem obſeruant plurimi Doctores: 38 Bald. in *l.fin. §.in computatione, num.*12. vbi etiam Iaſ. *num.*10. *C.de iur. delib.* & in *l.cum à matre*: Paulus de Caſtro, Romanus, Gratus, Pariſius, Natta, Gozadinus, Crauetta, Pinellus, Cephalus, Burſat. Menoch. Puteus, Boërius, Ant. Gabr. Ioſeph. Ludouic. Simon de Prætis, Peregrinus, & alij relati à Mieres *d.* 4. *p. quæſt.*16. *à num.*6. Ioan. Ant. Mangil. *d.quæſt.*112.*n.*14. videlicet, quando hæres capit hæreditatem cum beneficio Inuentarij, quod tunc poſſit rem ab authore alienatam vendicare.

Sed eam non admittunt alij, quamplurimi relati à 39 Mieres *d. part.*4.*quæſt.*16. *à num.*22.*verſ. Et quod confectio inuentarij, non proſit hæredi, & petere poſſit rem à defuncto alienatam, probant Roland. conſil.*44. *per totum, lib.*1. *Quintilianus ad Caſtrum, conſil* 45. *n.*18. *lib.*3. *Celſus conſil.*113.*n.*5 *Michael Graſſus lib.*2.*comm. opinion. cap.*2. *quæſt.*25. *& alij quos citat Burſatus, vbi iſtam vocat communiorem opinionem, conſil.*49. *lib.*1. *qui, in numeris ſequentibus plura ad propoſitum ſcribit,*

præcipuè

Digitized by Google

præcipuè n.58. &c. Ioan.Ant.Mangil. *de euict. q.111. à num.16. vſque ad 21.*

41 Aliam denique notate potes limitationem ex ſingulari caſu,de quo conſuluit Raphaël Cuman. *conſ.13.* vbi grauatus rem teſtituere, ſi ſine liberis deceſſerit, eandem rem grauatam vendidit matri illius, cui res erat teſtituenda: & dubium fuit, an filius institutus, qui tanquam hætes matris in re ſucceſſit, poſſit conſequi pretium rei venditæ, eligens habere potius illam rem iure emptionis, quam fideicommiſſi, & ſic agere ad æſtimationem, ex teſtamento,quaſi non haberet ex fideicommiſſo? quia ſuccedendo matri, ipſe ſibi quaſi euincit ex cauſa fideicommiſſi: *l. non tamen, l. ſi cui §.1. & l. ſi venditoris, ff.de euiction. l.huiuſmodi, §.qui ſeruum, ff.de leg.1.* Ergo ex perſona matris pretium repetere poteſt, ratione euictionis dato quòd rem ſubiacentem teſtitutioni mater emerit: *l.fin. C.commun.de legat.* & conſequenter & pretium, ſi agat ex ſtipulatu. Et maius dubium erat, quia ſi hæreditas matris erat ſoluendo,concurrerent duæ cauſæ lucratiuæ: *l. ſi ſeruum, § Stichum,ff.de leg.1.* & ſic ex fideicommiſſo, quod eſt etiam cauſa lucratiua,non poſſet petere: *l Mauius,§.duorum, ff.de leg 2. l.omnes, ff.de act. & oblig.* Concludit ergo agere ex empto ad pretium conuentum: & quod non obſtat, quod vtraque cauſa lucratiua ſit; Quia non ad idem concurrunt, ſed vna ad rem, alia ad pretium ratione euictionis: *l. plane,§.1 ff.de l.1.l.2. § fin. de dote prælegata: l. fundum, de nouationibus.*

42 Ad colligendas alias limitationes aduertit Vincent. Fuſar *dict. quæſt 557. num. fin.* quod conſulendi ſunt Doctores in *l.cum à matre,C.de rei vindicat.* Ioſeph. Ludouic.*concluſ 16. illat 82.* Peregrinus, & alij,quos *ibidem* refert; quibus addo Ariam Pinellum *in l fin. C.de bonis matern part.3. num.83.* vbi quatuordecim coacetuauit limitationes, & Petrus Barboſa in *dict. l.Lucius Titius 39. a n.20. ff. ſolut.matrim.*

43 At hic non erit abs re alienum breuiter reſoluere, quid ſi res Maioratus ſit euicta, poſſitne ſucceſſor agere de euictione contra inſtitutorem, vel eius hæredes?

44 Reſpondeas cum diſtinctionibus,& ſubdiſtinctionibus, quæ deduci poſſunt ex diuiſionibus,quas conſtituit in creationibus Maioratuum Dom.Molina, *de primogen. lib.1. cap.10. num.5. & cap.11. per totum.* Aut enim inſtituuntur in teſtamento, aut in contractu. Si in teſtamento, aut Regia facultate, aut ſine ea; atque aut vniuerſaliter de omni hæreditate, vbi ſucceſſor Maioratus inſtitutus eſt hæres. Aut de quota hæreditatis abſque alio vniuerſali hærede. Aut eſt inſtitutus de aliqua portione, vel parte hæreditaria, alio, vel aliis inſtitutis. Aut eſt de quota bonorum, ſeu certa re ſpeciali,alio dato vniuerſali hærede. Aut de re ſpeciali hypothecata aliquove onere grauata. Aut de certa quantitate, quam teſtator iuſſit deduci, ac dari ad emenda immobilia in quibus ſuccedatur iure Maioratus, ſeu patronatus. Aut de certo reditu præſtando in quolibet anno ſuper tali fundo,vel aliis rebus immobilibus.

45 In primo & ſecundo caſu quando per teſtamentũ inſtitutus eſt Maioratus de vniuerſali hæreditate,vel de quota hæreditatis abſque alio hærede,tunc non eſt locus euictioni, quia cùm Maioratus inſtitutus ac eius ſucceſſores repræſentẽt inſtitutorem,incompatibile eſt, quod ipſimet teneantur, & poſſint euinci, cùm non compatiantur actio & paſſio in eodem ſubiecto: *l ſi vxor 7. ff. de bon authaudic. poſſid.l.debitori 7. C.de pactis: l Stichum 95. § adeo, ff de ſolut.l.ſi ab eo 7. Cod de neg. geſt. l. Vranius 71. ff.de fideiuſſor. l.ſi is qui 40.& l.ſi ei 41 ff.de euict.* Natta *conſ.474. num.10. verſ.Vnde non poteſt à ſeipſo conſequi,&c.* & ad id faciunt omnia iura à nobis relata in comprobationem rationis regulæ deductæ ex *d. l. vindicantem, ff de euictionibus.*

In tertio caſu. Quando inſtitutus eſt Maiotatus 46
de aliqua portione,ſeu parte hæreditaria,alio,vel aliis etiam hæredibus inſtitutis, & res aliqua ex Maiotatu euincitur, tunc aduerſus cohæredem, vel cohæredes pro rata poteſt agere de euictione,non pro parte quâ Maioratus ſit hæres, ſed pro aliis portionibus hæreditariis in quibus alij ſunt hæredes, *l.2. C.de euictionibus,d.l. ſi ab eo 7. C.de negot. geſt. l. ſi vxor 7. C.de bon auth.iud.poſſid. l. ſi adulta 6. C. de hæred. action. l. licet 14. C.ad l.Falcid.l.ſi familia 14. C.familia herciſcunda:* vbi etiam Gloſſa magiſtralis *verb. pro parte:* Angulo *de meliorat. Tertij, & Quinti, l 3. gloſ.1. num.8.* Mangil.*de euict.quæſt.112. à n.27.* cum aliis relatis *ſuprà in hoc capite, limitat.8.*

In quarto caſu, ſi inſtitutus ſit Maioratus de re 47
ſpeciali, ſeu quota bonorum legata, & poſtea euincatur, an hætes inſtitutus teneatur, vel non, de euictione? cum diſtinctionibus & ſubdiſtinctionibus reſoluunt Bart. in *l.ſi domus,§.de euictione, ff.de leg 1.* vbi etiam communiter Scribentes, Rodericus Suarez in *l.quoniam in prioribus, in declarat ad l.Reg. quæſt.3.* Ant.Gomez *var.tom.1.cap.12.de leg.num.13. & tom.2. cap.2. num.36.* & magis in ſpecie Dom Greg.Lopez *in l.10.tit.9. part.6.gloſ.3.verſ.De la comprar.*Michaël Graſſus *§ legatum,quæſt.71.*Azeuedus in *l 3 tit.6.lib 5. Recopil. à num.4. vſque ad n.10.* Angulo *de melioration. l.3. gloſ.1.num.8.* vbi loquitur de re aſſignata pro melioratione Tertij, & Quinti, ſi euicta ſit: & in *d. l 3. gloſ.2 num.1.*copioſè Menoch.*lib.4.præſumpt.118.* Caballin. *in tract. de euictionib. §.4. à num 9.* Aluar. Valaſc.*de partition.cap.37. à num.8. cum ſeq.* Montealegre *in praxi lib.2.cap.2. §.30. à num.75.* & alios allegans Alphonſ. de Guzman *de euict. quæſt.17. per totam,* per textum in *d. l. ſi a ſubſtitute 45. §.1. leg. ſi legati ſerui nomine 56. dict. l. ſi domus, §.de euictione, ff.de legat.1. l.cum pater 77. § euictis, ff.de leg. 2. l qui concubinam 19. §.ſi hæres, ff.de leg.3. l.ſi is qui 40. ff.de euictionibus:* vbi Gloſ. & communiter Scribentes, *l.cum rem alienam, C.de legat. d. l.10. titul.9. part.6.* Mangil. *de euict. quæſt.63. 64. 65. & 66.* vbi ex abundanti reperies quidquid ad hunc caſum pertineat decidendum, in iudicando, & conſulendo.

In quinto caſu, quando inſtitutus eſt Maioratus 48
de re ſpeciali, quæ exiſtat obligata hypothecata, ſeu alio cenſu vel onere grauata, an hæres inſtitutoris teneatur eam luere, ac cenſum, vel grauamen redimere? Vide *l.ſi res obligata 60. ff de leg.2. l. Mauius 66. §. fundo, ff.eodem tit. l.licet 5. de dote prælég. l.qui poſt teſtamentum,C.de legat. l. prædia 6. C.de fideicommiſ.* cui conſonat *l.11.tit.9.partit.6.& §.ſi rem obligatam 6. Inſtit. de legat.* vbi Domin.Pichard. qui magiſtraliter ex his iuribus docet, quod ſi teſtator ſciebat grauamen, ſeu hypothecam, tunc eius hæres tenetur rem redimere,& liberam legatariò præſtare; ſecùs ſi ignorabat: Mangil. *de euict. quæſt.1647. à num.10.* Niſi 49
veroſimiliter cognoſcatur, quod etiam ſi ſciuiſſet, rem legatam fuiſſe pignoris nexu obligatam, nihilominus legaſſet, vel quia legatum factum eſt coniunctæ perſonæ, vel admodum dilectæ. vel ad pias cauſas vel pro libertate, quia etiam in his caſibus initio oneris ſpectat ad hæredem, *d. l. prædia, & d. l. cum rem alienam. Cod. de legat.* Mangilius *dict. quæſt.64. num.2. & 3.* cum Baldo in *d.l.1. num.44. C.de Sacroſanct. Eccleſ.* Menoch *lib.4.præſump.116.n.30.*Mantic. *de coniect.vltim.volunt. lib.9.tit.9. num 4* Et hac ratione idem iudicandum eſt, quando titulo Maiora-

tus

Digitized by Google

tus res legatur, etiam extraneo, quia nihilominus vertitur intereſſe inſtitutoris in eius memoriam perpetuò conſeruandam; maximè ſi ei adſiciatur aliquod perpetuum Anniuerſarium, vel pia cauſa.

50 In ſexto caſu, ſi Maioratus inſtitutus ſit ex certa quantitate, quam inſtitutor iuſſit deduci ad emenda immobilia, & ſuper his Maioratum inſtitui, ſeu patronatum: in hoc inquam caſu, ſi res ab aliquo vindicentur, ſemper hæres inſtitutus tenebitur de euictione, *leg. ſi à ſubſtitute* 45. *§. heres, ff. de leg.*2. *l. qui concubinam* 29. *§. ſi heres, ff de legat.*3. quia eſt
51 legatum de certa quantitate in genere, & in legato generis, ab hærede euictio debetur: *dict. leg. ſi res quam, ff. de euictionib.* Bart. *in dict. §. ſi heres*: & communiter Scribentes: Guzman *de euictionibus, dict. queſtione* 27. *à numero* 3. *vſque ad numerum* 12.

52 Idem quod de legato in genere, iudicandum eſt de legato Optionis, ſeu alternatiuo, quando duæ res alternatiuè legantur, & vna præſtatur quæ euincitur: quia eodem modo debetur euictio: ſicuti quando legatur aliquid in genere: Gloſ. in *l. hæres, ff de euictionibus*: per textum in *l qua de legato, ff de leg.*1. Guzman *de euictionibus, d. quaſt.*27.*n.*35. poſt Caballinum *de euictionib. in d. §* 4. *n.*32.

53 In ſeptimo & vltimo caſu, quando inſtitutus fuit Maioratus, Patronatus, ſeu Capellania ex certo reditu præſtando quolibet anno ſuper fundo; vel aliquibus rebus immobilibus deſignatis; ſi bona, vel fructus diminuantur, vel euincantur, vtrum hæres inſtitutus teneatur de euictione, vel ad complemen-
54 tum? Dic, quod aut ſufficit reditus, aut deficit ipſa res aſſignata: ſi deficit in reditu, diſtinguendum eſt; aut diſpoſitio reſtricta fuit taxatiuè ad reditus alicuius fundi, ſeu alterius rei immobilis, veluti ſi aſſignati fuerint fructus, ſiue reditus qui ex fundo, ſiue alia re immobili procedent, vel certus numerus amphorarum vini, olei, vel certa menſura tritici, ſiue aliorum fructuum qui ex vinea, vel fundo procedent ſingulis annis; & tunc ſi minus ex fructibus naſcatur, non debet aliunde ſuppleri, niſi ex fructibus ſequentis anni: *leg. cum certus* 5. *leg. ex ee vine, ff. de tritice, vino, oleo legato*: *l. legatum* 17. *§. vini falerni, ff. de annuis legat.* Domin Perez de Lara *de Anniuerſar. & lib.*1, *cap.*15. *à numero* 18. *vſque ad finem.*

56 Aut diſpoſitio non fuit reſtricta taxatiuè, ſed demonſtratiuè; & tunc hæres tenetur ſupplere, & ſoluere ex aliis bonis, quia deſignatio vnde legatum ſoluatur, non facit ipſum conditionale: *l. Lucius* 12. *ff. de alim. & cibar. legat. l. quidam, in principio* 96. *ff. de leg.*1. *& l. Firmio* 16. *in principio, ff quando dies legati cedat*: *leg. Paulo Callimacho* 27. *§. Iulius Seuerus, ff. de leg.*3. Dom. Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capell. dict. lib.*1.*cap.*15.*num.fin.* Angulo *de Meliorat. in l.*3.*gloſ.*1. *num.*8. Guzman *de euict.q.*27 *n.*25.

57 Si autem deficit ipſa res aſſignata, tunc hæres tenetur ſupplere ex aliis bonis: ex *iuribus ſupra proximè relatis*, Angulo, & Guzman *vbi proximè*, Caballinus *de euict. d. §* 4. *n.*43.

58 Hactenus de Maioratu inſtituto in teſtamento: quid autem de inſtituto Maioratu in Contractu? iterum diſtinguendum.

59 Aut fuit per donationem mere gratuitam, aut per donationem remuneratoriam; aut per donationem ob cauſam dotis, vel aliam oneroſam, vel ob causã piam.

60 In primo caſu quando inſtitutus fuit Maioratus per donationem gratuitam in contractu, ſeu alio actu inter viuos, ſubdiſtinguendum eſt; aut incepit à tradnione, vel à promiſſione.

Si incepit à traditione, & donator expreſsè non 61
promiſit de euictione, tunc de illa non tenetur: Sed ſi promiſit, tunc abſque dubio tenebitur de euictione, ſicut in aliis contractibus.

Si incepit à promiſſione, etiam donator tene- 62
tur de euictione, licet expreſsè de ea non promiſerit.

Hanc diſtinctionem probant Gloſ. final. in *leg Ariſto*, 18. *§. fin. ff. de donation. & leg. ad res donatas* 62. 63
ff. de adilit. edict. Gloſ. etiam, *verb. venditionis, verſ. Sed nunquid donator de euictione teneatur? in §. alia: Inſtit. de donat.* Anton. Gomez *variar. tom.*2. *cap.*2. *num.*35. Caballin. *de euictionibus*, §.4. *à num.*2. Angulo *de meliorationibus in l.*3. *num* 8. *verſ. Quod autem*: latiſſimè Hippolyt. Riminaldus *in §.*1. *Inſtitut. de donat. à num.*135. *vſque ad num.*300. Lambert. *de Iurepatronat. artic.* 8. *quaſt.*1. *principal. part.* 1. *lib.*1. *num.* 11. Boërius *deciſ.*67. Alexand. Trentacinqnius *variar. lib.*3. *titul. de donationib. reſolut.*2. *à num.*1. Guzman *de euictionibus, quaſt.*25. Fontanell. *tom.*2. *clauſul.*5. *gloſ.*3. *part.*14. *à num.*31. Aluar. Valaſc. *in praxi partition. cap.*37.*num.*6. Hermoſilla in *l.*32. *tit.*5. *partit.*3. *gloſ.*1. *à num.*65. Ioan. Ant. Mangil. *de euict. quaſt.*66. *&* 69.

Ratio eſt, quia donans tradendo non habet ani- 64
mum ſe obligandi, ex eo quod per traditionem magis diſtrahat, quam contrahat, & ideo de euictione non tenetur: At verò quando donatio incipit à promiſſione, quoniam hæc intelligitur promiſſio faciendæ donationis, quæ quidem donatio perfecta non dicitur, niſi dominium transferatur, *leg. Senatus §.*1. *ff. de donation. cauſ. mort.* Si res aliena tradatur; promiſſio non impletur, & per conſequens actio non tollitur; quapropter tunc de euictione tenetur.

Ampliationes, & limitationes videbis omnes apud 65
Riminaldum Guzman Hermoſillam, & Ioan. Anton. Mangil. *vbi proximè* allegatos.

In ſecundo autem caſu, quando inſtitutus fuit Ma- 66
ioratus in contractu per donationem remuneratoriam; nemini dubium eſt, quin ſi res ſit euicta, donans, vel eius hæredes teneantur de euictione, licèt à traditione ceperit: Tum quia intereſt donatarij rem ſibi non fuiſſe euictam propter obligationem antidoralem ſublatam: & ſicut fideiuſſori liberato ex cauſa remunerationis mandati, datur actio contra principalem debitorem ad totam quantitatem, perinde ac ſi pecuniam ſoluiſſet; *leg. idemque, §. final. ff. mandati*; ſic & donatario remunerationis cauſa actio de euictione dari debet. Tum quia remuneratio non eſt propriè donatio, ſed quædam permutatio: *leg. Sed & ſi lege, §. conſuluit*, vbi Baldus, *Digeſtis de petit. hæredit*, & in permutatione, euicta re agitur de euictione: *leg. ſi permutationis, Codice de euictionibus*: quæ donatio remuneratoria potiùs ſimilis eſt dationi in ſolutum in qua ſi res euincatur, ſemper euictio competit: *leg. libera, Codice de ſentent. & interlocut iudic.* Hermoſilla *dict. leg.*32.*tit.*5.*part.*3.*gloſ.*1.*num.*60. & moti his, & aliis rationibus id tenent Bart. & Iaſon, & alij in *lege Iulianus, §. qui fundum, Digeſtis de verbor. obligation.* Tiraquellus in *leg. ſi vnquam, verbo, donatione largitus, num.*31. *&* 39. *Codice de reuocand. donat.* Caballin. *de euictionib.* §.4. *numero* 4. Menochius *conſil.*422. *numero* 119. *libro* 5. *& conſil.* 610. *numero* 4. *libro* 7. Axeuedo in *leg.*1. *numero* 43. *titulo* 6. *lib.*5. *Recopilat.* Caldas Pereyra *de emption. & vendition.*

cap.31. num.44. Alexand. Trentacinq. variar. lib.3. tit.
de donat. reſolut.2. num.9. Hippolytus Riminald. in d.
§.1. Inſtit. de donat. à num.169. Guzman de euict. dict.
quæſt.25. à num.38. Stephan. Gratian. tom.4. cap.657.
num.53. Hermoſilla in d.l.32. tit.5. partit.5. gloſ.1. n.72.
Ioan. Ant. Mangil. de euict. dict. quæſt.69. à num. 26.
vſque ad finem, vbi declarat cum ampliationi-
bus, & limitationibus, ad quas quiſque recurrere
poteſt.

67 In tertio ac vltimo caſu, quando inſtitutus Maio-
ratus fuit in contractu per traditionem, vel per do-
nationem ob cauſam, ſiue per promiſſionem, tene-
tur etiam inſtitutor de euictione, ſecundum doctri-
nam Bartoli in dict. l. Iulianus 13. §. qui fundum, ff. de
verb. oblig. Gaſpar Caballin. de euict. d. §.4. n.4. & 5.
Roland. à Valle conſil.50. num. 28. vol.1. Fontanella
dict. tom.2. clauſula 5. gloſ.8. part.14. à num.23. Her-
moſilla d.l.32. tit.5. partit.5. gloſ.1. num.74. & alij ex
ſuprà relatis.

68 Sed quid in donatione ob cauſam oneroſam do-
tis? ad l.1. Cod. de dotis promiſſ. Videas Fontanellam
de pactis nuptialib. tom.2. dict. clauſul.5. gloſ.8. part.14.
per totam: vbi maturè ac vtiliter reſoluit quæſtio-
nem: Gaſpar Caballinus de euict. §.4. num.7. Guz-
man de euictionibus, quæſt.16. à num.2. & cum pluri-
mis Hermoſilla dict. l.32. tit.5. partit.5. gloſ.1. à n.83.
cum ſequentibus. Mangilius de euictionibus quæſt.70.
71. & 72.

69 At in facto examinanda hîc ſe offert pro coroni-
de ardua quæſtio, quæ ad noſtrum inſtitutum neceſ-
ſariò pertinet; Quid Iuris, quando vnum ex duo-
bus incompatibilibus ratione Quotæ Maioratibus,
primogenitus optauit, atque retinuit, ſi eius bona
vindicentur, an huic primogenito, vel eius ſucceſſo-
ribus detur regreſſus ad alium Maioratum, ad hoc
vt reintegrari debeat in linea primogeniti, & recu-
perari Maioratus à ſecundogenito, ſiue alio alterius
70 lineæ occupatus, ad quem tranſitum fecerat? Quæ-
ſtio eſt, quæ diſſertatione ab vtraque eget parte, cum
à nemine legerim, nec viderim agitatam, nec vtique
tactam; quinimò pro parte primogeniti, vel alterius
illius lineæ cui Maioratus, vel eius bona fuerunt eui-
cta, vrgent ſequentia, ad hoc vt redeat ad alterum
Maioratum, qui iam ad alium alterius ſequentis li-
neæ fuit tranſlatus: ſit hoc primum & principale
fundamentum.

71 Quod purè datur, ſi adimatur ſub conditione, ſub
contraria conditione videtur datum; l. quod ſi 7. vbi
etiam Gloſ. fin. ibi: Quod enim ſub conditione adimi-
tur, tale eſt, ac ſi ſub contraria conditione legatum ſit:
leg. ſi legatum purè datum 6. ff. quando dies legati ce-
dat: l. pecuniam 36. ff. de rebus credit. ſi certum pe-
72 tatur. Sed ſic eſt, quod Maioratus ſecundus, ſeu mi-
nus principalis, de quo controuertitur, datus eſt pu-
rè primogenito, vel alteri eius lineæ, quæ primo lo-
co vocata eſt cum præcedentia, & ei non adimitur,
niſi ſub conditione illa, nempe ſi concurrat in pri-
mogenito alter Maioratus, cuius reditus excedant
certam quotam, ſiue quantitatem, quam inſtitutor
73 aſſignauit. Ergo ſub contraria conditione videtur
datum, & eo caſu conceſſum quòd primogenitus
poſſit redire ad ſucceſſionem, & eam inſtaurare, ac
ſi Maioratus non fuiſſet ei ademptus.

74 Secundò, ſic argumentor: ceſſante cauſa finali
ademptionis, datur repetitio ſeu regreſſus ad rem da-
tam ob aliam cauſam finalem, l.1. & 2. ff. de condi-
ctione cauſa data, cauſa non ſequuta: l.2. l. dictum 8.
C. de condict. ob cauſam dator. Tiraquellus in tractatu
ceſſante cauſa limitat.1. num. 26. Auguſtin. Barboſa
axiomat.40. num.3. & cum plurimis infrà citandis
Dom. D. Ioann. Baptiſta de la Rea tom.1. diſput.33.
num.13. & diſput.46. num.14. 25. & 35.

Sed ſic eſt, quod illicò ac Maioratus retentus eui- 75
ctus fuit ceſſauit cauſa finalis ademptionis, quam
neceſſariò fatendum eſt eſſe finalem, quia ademptio
fuit cum ſuppoſitione illa, ad quam primo loco re-
ſpexit inſtitutor Maioratus, quod primogenitus,
vel quilibet alius eius lineæ, ſufficienter prouiſus eſ-
ſet alio pinguiori Maioratu, cuius reditus non ſo-
lum alimenta poſſent præbere neceſſaria tam ipſi
ſucceſſori, quàm toti eius familiæ, ſed etiam om-
nia quæ conducunt ad pompam & oſtentationem
eiuſdem, & vt illuſtriorem obtineat locum, no-
menque gerat & Arma cum nobiliori apparatu at-
que ornatu, qui caput familiæ eſſet: aliter nunquam
hoc ſecundo Maioratu carere ipſum voluit: Quod
ſatis apertè colligitur, dum inſtitutor diſpoſuit con-
ditionaliter, quòd ſi primogenitus ſuccederet in alio
Maioratu, in reditu excedente talem quantitatem,
tunc & eo ſolo caſu, Maioratus minùs principalis,
vel is, quem elegerit, ad ſecundogenitum, ſiue 76
alium ſequentem in gradu deueniret ſucceſſorem;
& cùm conditionaliter apponitur cauſa in diſpoſi-
tione, ſequitur quæ eſt cauſa finalis, qua ceſſante
ceſſat effectus: leg. à Titio 108. ff. de verb. obligat.
leg. demonſtratio 16. §. quod autem, verſicul. At ſi
conditionaliter, ff. de cond. & demonſtration. Bal-
dus in dict. l.1. §. Si parendi, ff. de condict. cauſ. dat.
cauſ. non ſequuta. Tiraquellus in tractatu, Ceſſante
cauſa: limitat.1. num. 24. & in numero 26. probat
etiam, quod cauſa de futuro, vel quando aliàs quis
non erat daturus, prout in præſenti, eſt cauſa finalis,
per textum in leg. damus, ff. de condict. indebit. & l.
fin. ff de hæred. inſtitut. leg.2. §. final. ff. de donat. leg.
ſi quis fundum, §. fin. ff de contrahend. empt. Surdus
conſil.164. num.31. & conſil.217. & conſilio 381. num.10.
Menochius conſil.331. num.70. Mantic. de tacit. & am-
big. conuent. lib.3. titul.12. num. 36. Dom. Ioann. del
Caſtillo lib. 4. cap.47. à num 17. & lib.5. part.2. ca-
pit.119. à num.171. & Dom. Ioann. Baptiſta de la Rea
tom.1. diſput.33 num.13. & diſput.46. num.24. 25. & 35.
Ergo hoc caſu dari debet repetitio ſeu regreſſus ad
alterum Maioratum.

Tertiò fulcitur ex eo; nam ex præſumpta, at- 77
que veroſimili inſtitutoris mente, ademptio talis
Maioratus non perpetua, ſi conditio eueniret, ſed
temporalis cenſeri debet, & reſtricta ad caſum quo
non careret primogenitus alio Maioratu, ſiue eius
bonis, ex quibus alere ſe cum apparatu, & honore
poſſet: Ergo quocumque tempore non fruetur
Maioratu ſibi retento, & eius bonis, ceſſat impe-
dimentum reuertendi ad alium Maioratum. Pro-
batur conſequens ex textu, ſi bene ponderetur, in
leg. cura 4. §. deficientium facultatibus, ff. de mune-
ribus, & honoribus. vbi Vlpianus dixit: Deficien-
tium facultatibus ad munera, vel honores, qui indi-
cuntur, excuſatio non perpetua, ſed temporalis eſt.
Nam ſi ex voto honeſtis rationibus, patrimonium in-
crementum acceperit, ſuo tempore, an idoneus ſit ali-
quis ad ea, quæ creatus fuerit, æſtimabitur, leg. non
tantum 17. §. eos, ff. de excuſat. tutor. l. ab his oneribus,
§. auctis, ff. de vacat. muner. ibi: Auctis poſt appel-
lationem medio tempore facultatibus, paupertatis ob-
tentu non excuſantur. Siquidem per eandem ratio-
nem qua conceditur immunitas, ſcilicet ob pauper-
tatem; auctis poſtea facultatibus ceſſare etiam debet
ipſa immunitas.

Quartò: quia dum inſtitutor Maioratus appo- 78
ſuit

Digitized by Google

ſuit conditionem, quod ſi caſus eueniret de concurrendo in primogenito, altero Maioratu excedente mille, verbi gratia, vel aliam quantitatem in reditu; tunc alter Maioratus ad ſecundogenitum, vel ſequentem in grado deueniret; intelligendum eſt, quod voluit eos ſcilicet primogenitum, & cæteros ſuæ lineæ, & ſecundogenitos, & alios ſequentis lineæ inire quemdam permutationis contractum, & ſic quod iuſſu inſtitutoris primogenitus ſuum Maioratum pro alio permutet. Sed ſic eſt, quod in contractu permutationis, ſi res permutata euincatur, datur regreſſus permutanti ad rem ſuam recuperandam, etiamſi penes Tertium exiſtat, nam condictione ob cauſam non ſequutam, quando res ſibi data fuit euicta, repetere valet rem datam pro euicta: *leg.1. l. cum precibus 4. §. final. leg. quoniam aſſeneras 8. Cod. de rer. permut.* Aduertunt Canoniſtæ in *cap.1. de rerum permutat.* Boër. *deciſion.112.num.13.* Guido Papa *conſil.59.* Surd. *deciſ.173. per totam: & deciſ.257. num.4.* Alphonſ. de Guzman *de Euiction. quæſt.29. num.4. & 8. ex l. ſi pecuniam, ff. de condict. ob cauſ.* Ioannes Anton. Mangil. *de euict. quæſt.140.* Ergo ex condictione ob cauſam non ſequutam, quæ eſt in rem ſcripta, & ſequitur poſſeſſorem, Surdus *dict. deciſ.173. num.28.* dari debet regreſſus primogenito, cæteriſque omnibus eius lineæ, ad recuperandum Maioratum datum ex mandato, ſeu iuſſu inſtitutoris pro Maioratu euicto.

80 Quintò confirmatur ex textu, in *cap. ſi beneficia, 20. de prabend. & dignit. in 6.* qui magis accedit ad noſtrum inſtitutum Incompatibilitatis: Nam ſpecies huius textus talis eſt: Petrus, pone, obtinebat beneficium in reditibus ſufficiens, incompatibile cum alio: & Epiſcopus, ſiue eius Ordinarius aliud ei contulit beneficium quod ex decreto interpoſito per Sedem Apoſtolicam erat reſeruatum, cuius decreti, ſeu reſeruationis, ignarus erat Petrus. & cum duo beneficia incompatibilia Petrus retinere non poſſet, dimiſit primum beneficium, & acceptauit aliud, quod reſeruatum erat; & beneficium, quod dimiſit, collatum fuit Antonio: & hoc in ſtatu Summus Pontifex contulit Ioanni illud beneficium quod ex decreto præuentum, ac reſeruatum erat; ideò per Ioannem poſtea fuit euictum à Petro hoc beneficium reſeruatum: Dubitatum fuit an hoc caſu Petrus poſſet redire ad ſuum primum beneficium? Et deciditur quod ſic: quod ibi ſtatuit Pontifex ad omnes ſimiles caſus generaliter loquens; quod *ne talis ignorantia eis, à quibus beneficia fuerint euicta (cum ſint ſine culpa) præiudicialis exiſtat, ſtatuimus, vt ſi ipſi de collatione, ſeu reſeruatione prædicta, poſtea certiores effecti, ſublata difficultate quacumque omnino dimiſerint beneficia, ſic ſibi de facto collata, ad beneficia ſua priora (collatione quibuſcumque perſonis facta de ipſis nequaquam obſtante) liberè reuertantur.* Et inferiùs: *Eundem quoque modum, in dimittendo recepta, & recuperando dimiſſa, quoad omnes alios, qui forſan occaſione prædicta, ſua dimiſerint beneficia, & dimiſſa per alios fuerint aſſequuti; per omnia decernimus obſeruandum.* Ad cuius intelligentiam videndus eſt Abbas in *cap. qualiter 17. num.7. de electione*, & ad eum ſe remittit Dom. Gregor. Lopez in *l.3. titul.16. partita 1. gloſ. verbo, vaca el primero, verſic. Quod ſi ſecundum beneficium non compatibile cum primo euincatur?* Felin. *in cap. cum venerabilis, num.11. de exceptionibus*, Capella Toloſana *deciſ.260.* Rebuffus *in praxi beneficial. titul. de pacific. poſſeſſ. num.290.* Caldas Pereira *de emptione & venditione, cap.3. num.5.* Guzman *de euictionibus, quæſt.29. num.17. & 18.* Gonzalez *regula 8. Cancellar. gloſ.34. à num.84. verſicul. Quæro 14. an optans malè maiorem Præbendam, ſeu beneficium pinguius, ita vt priuetur illo, quod erat reſeruatum, poſſit redire ad primam Præbendam, ſeu beneficium, quod dimiſit.* Præterea omnes ſupradicti tenent, quod hoc caſu liceat propriâ authoritate ad ſuum beneficium redire, etiam abſque noua collatione; Paul. Pariſ. *conſil. 5. num.7. lib.4.* & Guzman *de euictionibus*, vbi proximè, *num.18.* Caldas *de emptione & venditione, dict. cap.31. num.5.* Nicòlaus Garcia *de beneficiis part.11. cap.5. num.116. in fine*, Petrus Franciſcus Tonduti, *in quæſt. & reſolut. beneficial. part.1. cap.60. à num.1. & num.5.* inquit, Quod hoc caſu competunt remedia poſſeſſoria illi, qui ad primum illud beneficium redire intendit, allegans ad id Hieronym. Gonzalez *Regul.8. Cancell. gloſ.56. num.146.* videndus eſt etiam Anton. Mangil. *de euictionib.* Ergo ſimili modo in noſtro caſu, ſi Maiota- 81
tus incompatibilis cum alio, ratione Quotæ, euictus fuerit, nihilominus primogenitus poteſt redire ad alterum ſuum Maioratum, nequaquam obſtante ipſius Maioratus collatione facta ſecundogenito; cùm ſine culpa primogeniti hoc acciderit.

Et ad comprobationem facit, & adaptari poteſt 82
ratio decidendi, & argumentum, quod deſumpſit Geminianus in *dict. cap. ſi beneficia, 20. de prabend. & dignit. in 6. num.5.* dum dicit: *Nota argumentum, quòd vbi quis renunciat beneficio ex falſa cauſa, quam putat eſſe veram, non videtur excluſus à titulo beneficij; nam hic dicitur, quod poteſt liberè ad primum redire, ſi ſecundum erat alteri debitum, & ſic renunciatio ſibi non præiudicat.* & in *num.9.* ita ſic: *Quia beneficium dimiſſum per adoptionem alterius, ſiue ſit alteri collatum, ſiue non; fingitur non vacare, ſeu vacaſſe, nec ipſum dimiſſum fuiſſe: & ſi vacauerit, & dimiſſum fuerit, hoc factum fuiſſe intelligitur per illud Caput, ſub quadam tacita conditione, videlicet, ſi collatio ſecundi; per quam primum vacat, valeret; quâ ceſſante, fingitur nihil eſſe factum, & per conſequens non vacaſſe.*

Sextò itidem confirmatur argumento ducto de 83
primogenio ad primogenitum, ſeu de rebus Maioratus ad perſonam ad eius bona tanquam legitimum ſucceſſorem, vocatam; quia ſi ex Regia facultate res Maioratus permutata fuit pro alia, quæ vtilior videbatur, vel vendita ſit ad hoc vt ex pretio rei Maioratui ſubiectæ alia res vtilior ematur, & poſtea eueniat, quod res ſubrogata, vel empta loco prioris euincatur, ſucceſſor non debet vtraque carere, ſed potius ad primam reuertere, & rem ita alienatam ſeu permutatam pro re euicta reuocare; prout reſoluit Dom. Molina *de primogeniis lib.4. cap.4. num.47. & 48.* ita ſic: *Qua in re dicendum eſt, quod ſi alienatio, & ſubrogatio facta fuit ex cauſa permutationis, eo ipſo, quod res permutata atque in locum antiquæ ſubrogata vendicata fuit, Maioratus poſſeſſor poterit antiquam recuperare: text. in cap. ſi beneficia de prabend. lib.6. vbi communiter Doctores id notant: Rota deciſ.18. in antiquis, incipit: Fuit dubitatum, ſub titulo, de rerum permutatione, & deciſ.63. incipit; Si quis permutauerit eodem titulo, Alberic. poſt Guillielm. de Cuneo in leg. fin. colum.2. verſic. Item quæritur, ff. de negot. geſt. & alibi ſæpe Scribentes.*

Si verò neque ex cauſa permutationis, ſed ea lege 84
alienata fuit, vt pretium in alterius rei emptionem ſubrogaretur, diſtinguendum eſt; nam aut facultas conceſſa fuit ad alienandã rem Maioratus, vt ex eius pretio emeretur certa res ſpecificè in facultate expreſſa, atque deſignata; & in hoc caſu dicendum eſt, poſſe Maioratus

 ſucceſſorem,

ſucceſſorem , re ipſa euicta , rem Maioratus vendica-
85 *re ; facultas namque nulla cenſenda erit, vtpote ex fal-*
ſa cauſa conceſſa ; Decretum namque ex falſa cauſa
interpoſitum, nullum cenſendum eſt : quod probat text.
in l.1. §.1. ibi : *Manente pupillo actione , ſi poſtea po-*
tuerit probare obreptum eſſe Pratori , ff.de reb. eorum,
&c. Et inferiùs , ibi : *Nunquam enim aliter Regia*
facultas conceditur ad alienandam rem Maioratus, vt
ex pretio eiuſdem res alia ſubrogetur ; niſi facta rela-
tione , quod hoc ipſi Maioratui, vtilius , atque conue-
nientius eſt. Ex quo conſtat facultatem nullam eſſe ,
cum hac ſit cauſa finalis conceſſionis eiuſdem , etiam ſi
id ex ignorantia, atque ſimplicitate, non autem ex dolo
Principi narratum ſit : vt probatur ex textu,vbi Felin.
num.1. & communiter Scribentes id notant, in cap. ſu-
86 *per literis , de Reſcriptis.* Ergo eâdem ratione , pri-
mogenitus non debet carere vtroque Maioratu;imò
potius ſi ab ipſo euictus fuit alter , reuertere ad alte-
rum debet.

87 Etiam adiuuat pro primogenito aliud fundamen-
tum ; quia in optione duarum rerum alicui legata,le-
gatarius eligat vnam ex duabus , quæ ſit aliena , &
tanquam aliena poſtea euincatur , poterit legatarius
ipſe reuertere ad aliam , ac ſi illam rem poſtea eui-
ctam non elegiſſet, ſed alteram rem; nam hoc caſu
ex electione non conſumpſit optionem : *l.2. in prin-*
cip. verſ.Data igitur optione, ſi quis optauerit alienum
ſeruum , vel hominem liberum, videndum eſt an con-
ſumpſerit optionem , & puto non conſumi : ff.de optio-
ne legata : cap. ſi electio,de electione, lib.6. & *ibi* Gloſ.
verbo, occultum : Tiraquell. in *leg. boues , §. hoc ſer-*
mone , limit.1. num.4. & 15. Dom. Gregor. Lopez
verbo , arrepentir, verſic.Et intellige, in leg.25. titul.9.
partit.6.

88 Ad id facit, quod vna via inutilis electa non tollit
aliam vtilem, *l. ſi vero , ff.de bon.libert.* text. in *l.3. ff.*
de teſtament. milit. l. filium. §. Si quis contra tabulas,
ff.de legat.praſt. melior text. in *l.mater decedens, 19.*
in fine, ff.de inoff. teſtam. dum ibi dicitur : *Nec enim*
qua ex teſtamento adijt, quod putat valere , repudiare
legitimam hareditatem videtur , quam quidem neſcit
ſibi deferri : cum & hi qui ſciunt ius ſuum , eligentes
id quod putant ſibi competere , non amittant. Quod
euenit in patrono , qui iudicium defuncti falſa opi-
nione motus amplexus eſt ; is enim non videtur bo-
norum poſſeſſionem contra tabulas repudiaſſe, Tira-
quell. in *d. l.boues, §.hoc ſermone, limit.1.num.14.* Er-
89 go eadem ratione , ſi in optione duorum Maiora-
tuum incompatibilium.primogenitus eligat inutilem
ſibi, & aliis ex ſua linea prouenientibus, quia poſtea
tanquam alienus, vel alia ex cauſa fuit euictus , po-
terit per prædicta iura ad alium reuertere Maiora-
tum, ac ſi nunquam illum , ſed hunc elegiſſet à prin-
cipio.

90 Octauò & vltimò ; Nam ſi res, actus, vel diſpo-
ſitio deueniat ad caſum, à quo incipere non poterat,
ex eo quod poſtea deficiat eius cauſa finalis, ita ir-
rita fit, ac reſoluitur , & ad ſuum priſtinum ſtatum
reuerti debet , ac ſi nunquam fuiſſet incepta : quia
regula iuris ſancitum eſt, quod quando cauſa impe-
diens reſpicit cauſam finalem , tunc ſicut impedit à
principio faciendum, ita impedit iam factum : *leg.2.*
in fine , ibi : *Nam qua in eam cauſam peruenerunt*
à qua incipere non poterant , pro non ſcriptis haben-
tur , ff. de his qua pro non ſcript. leg. exiſtimo,98. leg.
pluribus 140. ff.de verbor. obligat. leg.Vranius 71. ver-
ſic. & puto aditione hareditatis , ibi : *Vt quemadmo-*
dum incipere aliàs non poſſint, ita nec remaneant :
ff de fideiuſſorib. l.ex facto 43. ff.de vulgar.leg.humani-
tatis ,Codice de impub. & aliis ſubſtitut. Additio in
Gloſ. *verbo, retinere , in leg. patre furioſo 8. ff.de his,*
qui ſunt ſui , vel alien. iur. Bart. in *dict. leg Vranius :*
& in dict. leg. pluribus , §. Et ſi placeat : Decius *in*
leg. in ambiguis, 85. §.non eſt nouum , num.4. ff.de reg.
iuris. Sed ſic eſt, quod vbi deficit cauſa illa finalis 91
poſſidendi duos Maioratus incompatibiles ratione
reditus (ex eo quod vnus eorum euictus ſit) deue-
nit diſpoſitio ad caſum , à quo incipere inſtitutor
noluit ; Ergo ita iudicari debet , ac ſi alter Maiora- 92
tus non deueniſſet hoc caſu ad ſecundogenitum ; &
ſic quod reuoluatur ad primogenitum.

Et ferè in ſimili caſu fatetur idem , Dom. Ioann. 93
à Caſtillo *tom.7. de Tertiis , cap.36.* vbi pleniſſi-
mè agit , quando ceſſare debeat vel non priuile-
gium , ceſſante cauſa finali conceſſionis : & *nume-*
ro 47. refert , quandam diſtinctionem ex Patre Sua-
rez , dum tenet , quod vel cauſa priuilegij ceſſat ſo-
lummodo negatiuè , vel ceſſat negatiuè & contra-
riè ſimul : ſi ceſſat ſolummodo negatiuè , non ceſ-
ſat priuilegium , etſi ceſſet cauſa finalis conceſſio-
nis , & quamuis priuilegium habeat tractum ſuc-
ceſſiuum quoad futuros actus : Si autem ceſſet cau-
ſa finalis negatiuè , & ſimul contrariè , tunc ceſ-
ſante cauſa finali conceſſionis priuilegij, ceſſat pri-
uilegium : Et ad declarationem huius diſtinctio-
nis , & vt melius percipi poſſit duobus exemplis
demonſtrat. Vnum exemplum ponit in caſu , de
quo ibidem agit ipſe D. Ioan. à Caſtillo , dum con-
tendit probare , *Que aunque los diezmos concedidos a*
los Reyes de Eſpaña , fue por cauſa de que echaſſen los
Moros de ella , cap. Adrianus ; & *ibi* Gloſ. *diſtin-*
ctione 63. Nauarrus *de Reditib. quaſt.1. corollario 35.*
Y eſta cauſa aya ceſado por auerlos conquiſtado y ex-
pelido no deue ceſar el priuilegio. Et aliud exemplum
ponit in caſu ad noſtrum intentum pertinente ; dum
dicit , quod priuilegium de percipiendo Quotam,
ſeu certam partem decimarum , conceſſum alicui
Monaſterio , tempore quo Eccleſia congruam ſuffi-
cientem habebat , & diues erat ; ſi poſtea mutatio-
ne rerum ad paupertatem deueniat , & eis indigeat,
cùm ex hoc ſuperueniat , quod ceſſet cauſa finalis
conceſſionis priuilegij , ceſſare debet priuilegium ,
& Decimæ ad Eccleſiam reuertere ; quia ceſſauit
cauſa negatiuè & contrariè ſimul : nam de contra-
rio , ſi aliter fuiſſet , iniquum eſſet , quod Monaſte-
rium frueretur Decimis ſibi conceſſis , & Eccle-
ſia , ad quam principaliter pertinent Decimæ, care-
ret eiſdem.

Eſto ſe declara explicando los terminos de eſta 94
diſtincion : Ideò enim non ceſſat priuilegium, etiam
ceſſante cauſa ſolum negatiuè ; nam ratio , quæ in-
duxit Principem Eccleſiæ ad conceſſionem , *Aun-*
que ya non ſubſiſtat , verbi gratia , *no ay ya Mo-*
ros en Eſpaña ; tamen vſus priuilegij non eſt iniu-
ſtus ; *y no pueden dezir los Clerigos ; porque no ay*
Moros en Eſpaña , los Reyes Catholicos gozan los
Tercios iniuſtamente , y con mala conciencia ; y ſi no
lo pueden dezir , ni negar que los gozan cuia conſcien-
cia , han de confeſſar que quando el eſtar los Moros
en Eſpaña huuiera ſido la cauſa final de eſta conceſ-
ſion , oy ceſa, negatiuè *tantum , & conſequenter quod*
durat priuilegium.

Porque , vt ex ceſſatione cauſæ finalis priuilegij 95
ceſſaret priuilegium,*era neceſſario*,quod ceſſaret con-
trariè ; ita vt vſus priuilegij eſſet iniuſtus & iniquus ;
verbi gratia : *Si aun Monaſterio ſe le dio priuile-*
gio del goze de cierta parte de los diezmos , quan-
do la Igleſia tenia alias baſtantemente de adonde
ſuſtentarſe ; poſtea verò mutatis rebus , *viene a ſer*
impoſsible ſiendo defraudada en toda aquella parte
de

de los diezmos aplicados a el Monaſterio: En eſto caſo, ceſſat priuilegij cauſa contrariè,& conſequenter ceſſat priuilegium, & incipit eſſe iniquum, *y ſucede la regla,*ſi res deueniat ad caſum à quo incipere non poteſt: ideoque in ea permanere non poteſt; *leg.Vranius 72. §.Sed cum duo, ff.de fideiuſſor. Aſſi lo declara la Gloſſa in l.patre furioſo, ff de his qui ſunt ſui; verb. retinere,* dicens, *hoc principium procedere,&c.* Et inferiùs exemplificat ſic: priuilegium conceſſum parentibus ad teſtandum pro filio furioſo, *l.humanitatis, Cod.de impub. & aliis ſubſt. l. ex facto, ff.de vulg. No ſolo ceſſa ceſſando la cauſa del furor,* quando filius ſanæ mentis effectus eſt, quoad effectus futuros; ſed etiam quoad præteritos; *porque* in hac ſpecie ceſſat ratio contrariè, non negatiuè ſolùm; *porque fuera coſa iniqua*, priuare facultate teſtandi hominem ſanæ mentis.

96 Vnde infertur ad noſtram quæſtionem: quod cauſa finalis in noſtro caſu, non ſolum ceſſat negatiuè, ſed etiam contrariè, ſimul & negatiuè: Nam eſſet iniquum, & contra mentem diſponentis, quod primogenitus careret Maioratu ſibi principaliter conceſſo, & ab eo minimè adimendo, niſi ex cauſa poſtidendi iure ſtabili ſucceſſionis ſufficientem alium Maioratum: & quod ceſſante hac cauſa degeret in paupertate abſque alio Maioratu, illumque haberet ſecundogenitus minùs dilectus, tunc enim ceſſante ea cauſa, incipit eſſe iniquum, & contra voluntatem inſtitutoris quod cum Maioratum retineat ſecundogenitus, in damnum & præiudicium primi vocati, & magis dilecti; ideo hoc caſu cenſeri debet auocata, & adempta ſucceſſio ſecundogenito, iuxta exemplum ſuprà relatum ex Dom. D.Ioan. del Caſtillo *lib.7. de Tertiis, cap.36 num.47.* quando priuilegium fuit conceſſum Monaſterio de percipienda aliqua parte Decimarum tempore, quo Eccleſia, ad quam pertinebant, de aliis decimis Congruã ſufficientem haberet, & poſtea decreſcentibus ob mutationem rerum, ac temporum facultatibus, ceſſante cauſa, ſiue Congrua ſufficienti, Eccleſia indigeat ea parte Deci-
97 marum Monaſterio conceſſa; quod ad eam reuertere debet, non obſtante conceſſione illa, ſeu priuilegio: nam aliter eſſet iniquum, cùm res deueniſſet ad caſum à quo incipere non poterat, & ad caſum, quo eſſet nociua conceſſio, & in damnum, ac præiudicium Eccleſiæ: argum. text. *in cap. ſuggeſtum 9. de Decimis: l.4.verſ.Pero gran agrauamiemo,& l.5.* ibi. *Pero ſi las Ygleſias, que ſolian dezmar aquellas heredades ante que ellos las huueſſen, ſe menoſcauaſſen mucho, no ſe pueden eſcuſar per razon del priuilegio, que les non den el diezmo, tit.20.part.1. & l.43.* ibi: *Otroſi dezimos, que ſi el Rey da priuilegio de donacion a alguno, y en aquella ſazon en que ſue dado no ſe tornaua con gran daño, y deſpues aquellos a quien lo el Rey dio, vſare de el en tal manera que ſe torno en daño de muchos comunalmente, tal priuilegio como eſte dezimos, que de la hora que començo a tornarſe en daño de muchos, como dezimos que ſe pierde, y no deue valer, titul.58. part.3.* Ex quibus omnibus iuſta apparet hæc primogeniti defenſio.

98 E contrario autem pro ſecundogenito, & cæteris eiuſdem lineæ conſtringunt ſequentia.

99 Primò, quia ſecundogenitus, & quilibet alter eiuſdem lineæ, ſub conditione & ob illam cauſam ad Maioratum dimiſſum à primogenito, vocatus, adueniente conditione, & cauſa ius ſuccedendi in illo primogenio fuit eidem ſecundogenito, & cæteris eiuſdem lineæ quæſitum; ergo licèt cauſa ipſa poſtea deficiat, deficere non debet eius effectus, ſiue ius illud iam quæſitum: nam vbi extitit ſemel conditio & cauſa adquiſitionis, quamuis poſtea ceſſet ipſa cauſa, non ceſſat eius effectus iam conſummatus in iure illo quæſito: *l.cùm vxori 4. Cod. quando dies legati,&c. l. final. ff. vnde liberi*: Vnde dicit, *ſi poſteaquam filius emancipatus bonorum poſſeſſionem patris petyt, ſtatum ſuum mutauit; nihil obeſſe ei quominus id quod acquiſiuit retineat, l.2. ff. de itiner. actuque priuat. l ſancimus, C.de adminiſtrat.tut. l. non putauit, §. poſt mortem, & l.poſt mortem 10. §.1. ff de bon. poſſ. cont.tab. l.hæredibus 77. ff.ad Trebellian.* Bartol.*in l.2. §.fin.ad finem, ff.de donat.* Tiraquel.*in tract.ceſſante cauſa, limit.11 num.1.* Vincent. Fuſarius *de fideicom. ſubſtitut. d.quæſt.414.n.5. & 9.*

Secundò comprobatur; quippe ſufficit conditio- 100
nem ſemel impleri, licet non duret implementum. *l. ſi quis hæredem 7. C. de inſtit. & ſubſtit. l.fin. C.de indict. viduit. tollenda,* Vincent.Fuſar.*vbi proximè, d. quæſt.414. num.5. verſ.fin.*

Rurſus, & tertio non ſolum in vltimis voluntati- 101
bus, ſed etiam in contractibus, datum contemplatione certæ cauſæ non repetitur, licet illa reſoluatur: textus celebris in *l.1.C.de pactis,* vbi teſtator, qui duos filios habebat, Philinum nempe, & Licinium Frontonem, quos pro æquis partibus inſtituit hæredes; & petiit à Philino, quòd ſi ſine filiis decederet, ſuam dimidiam portionem reſtitueret Licinio: & tempore quo Philinus non habebat filios, in diuiſione bonorum, pactum fecit cum Licinio de ei dando ſextantem, ne grauata remanerent eius bona illo onere fideicommiſſi: & poſtea Philinus habuit filium, quo ſuperſtite relicto deceſſit: filius autem, nepos teſtatoris, periit contra Licinium, vt ſextantem ei reſtitueret ex eo quod, dum eius pater deceſſiſſet, ipſo relicto filio, reſoluta fuerit cauſa, ob quam data fuiſſet ſexta pars: Idcirco illam repetere, & ſibi reſtitui contendebat: Sed nihilominus Imperatores denegant repetitionem, quia ex pacto ius patruo fuit quæſitum: Ideoque etſi ceſſauerit cauſa, non tamen ceſſauit effectus ex pacto quæſitus, vt fuſiùs comprobat ex hoc textu & aliis Tiraquell. in *tractatu, ceſſante cauſa, limitat.23. n.5.*

Quartò præterea facit, quia ſi feudum deuolutum 102
ſit ad ſecundogenitum, eo quod illo tempore primogenitus non eſſet capax, quia fortè erat rebellis, vel habebat aliud impedimentum: etſi poſtea primogenitus reſtitutus ſit, recuperare non poteſt feudum ſemel amiſſum; vt probat Andreas de Iſernia *in cap.1. §. præterea ſi vaſſallus, colum.3. verſ.Quid ſi pater: quæ ſit prima cauſa beneficy amittendi.* Vincentius de Franchis *deciſ.213.num.3.* copioſè Henricus Roſental *de feud.tom.2. cap.11. concl.6.n.16.* Ergo eodem modo ſi Maioratus veniat ad ſecundogenitum tempore quo primogenitus non erat capax, licet poſtea tempore habili velit redire ad Maioratum ſemel amiſſum, non valet eundem Maioratum ampliùs recuperare.

Quintò, ad id etiam adduci poteſt, quod non rein- 103
tegratur fideicommiſſum, vel Maioratus de bonis alienatis pro dote, licèt filia decedat ſine liberis: & quamuis poſtea pater, qui bona fideicommiſſi alienauit pro dote, diues fiat, & ſic alienatio de bonis fideicommiſſo vel Maioratui ſubiectis, incidat in caſum à quo incipere non potuiſſet, non tamen reuocantur bona hac de cauſa ſemel alienata: Burſatus *conſil.76 num.1.* Hieronymus Gabriel *conſil.140. n.15. volum.1.* Menoch.*lib.4. præſumptione 189. à num.187.* Ioann. Bapriſta Coſta *de remed. ſubſid. remedio 6. num.8.* Fontanell. *de pactis nuptialib tom. 2. clauſul.5. gloſ.1. part.2. à numero 49. vſque ad numerum 63.*

104 Sextò, quia Quarta bonorum ſubſidiaria, ſiue coniugalis, quæ ad vxorem vel maritum pauperem pertinet ex diſpoſitione *auth præterea*, *C. vnde vir*, *&* *vxor:* ſi tempore mortis, vel petitionis, vxor, vel maritus erat pauper, non reuocatur, nec ad hæredem coniugis defuncti reuerti debet ex ſuperuenientia diuitiarum in dicto ſuperſtite coniuge; & è contrario, ſi coniux tempore mortis alterius coniugis fuiſſet diues, non poterit petere Quartam bonorum ſubſidiariam, quamuis poſtea diuitiæ perierint, & effectus ſit pauper: Quia quando cauſa ſeu qualitas actu requiritur certo & limitato tempore, ſufficit illo tempore adfuiſſe ad hoc vt irreuocabiliter adquiratur, licèt poſtea ceſſet; *l. quacumque. § fin. ff. de public. in rem act. l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit.* vt probant Ioſeph. Ludouic. *concl. 35. ampliat. 2.* Natta *conſil. 605. num. 6.* D. Molina *de primogen. lib. 4. cap. 7. n. 15.* Alex. Raudenſ. *conſil. 40. n. 48. vol. 2.* Coſta *de remed. ſubſidiar. remed. 1. & 2. à n. 3.* Caſanate *conſil. 25 n. 14.* Marta *voto 22.* & copiosè Fontanella *de pactis nuptialibus, tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 1. part. 2. n. 55. & gloſ. 8. p. 10. à n. 14. vſque ad num. 31.*

105 Septimò adſtipulatur, quod ſi maritus administratione priuetur ex eo quod ad inopiam vergat, eandem non recuperat licèt poſtea adquirat diuitias, & ad proſperam fortunam perueniat: Gloſ. *verb. abutatur, in l. vbi adhuc, C. de iur. dot.* Bart. in *l. ſi conſtante, ad finem princip. ff. ſolut. matrim. & in l. pluribus, §. & ſi placet, ff. de verb. oblig.* Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa, limit. 14. n. 1.* Palacios Rubios *in cap. per veſtras, §. 25.* Ant. Gomez in *l. 50. Tauri, n. 35.* D. Molina *lib. 4. cap. 7. n. 14.* Petrus Barboſa *in d. l. ſi conſtante n. 32.* Caſanate *conſil. 25. n. 4. & 10.* Andreas Gail *obſeruat. 85. lib. 2.* Caldas Pereira *de iure emphyt. part. 3. de poteſtate eligend. & nominat. reuocat. cap. 10. num. 9.* Fontanella *de pactis nuptialib. tom. 2. clauſ. 7 gloſ. 2. p. 3. num. 61. & 62.*

106 Octauò, tandem pro hac parte exiſtit illud, quod regulare eſt in iure, quod ea quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durent, licèt ille caſus extiterit à quo initium capere non potuerunt: *l. in ambiguis 85. §. non eſt nouum, ff. de reg. iur. cap. quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt: de reg. iur. in 6. cap. factum legitimè retractari non debet, licet caſus poſtea eueniat à quo non poteſt inchoari: Eodem in titulo in 6. l. non enim, ff. de itiner. act. priuat.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, n. 230. & verb. ſuſceperit liberos, n. 53. & in l. boues. § hoc ſermone, limit. 1. num 38. & in tract. de primog. quæſt. 13. num. 2.* Mieres *part. 2. quæſt. 6 n. 173. & part. 4. quæſt. 4. per totam.* Petrus Surd. *conſ. 125. n. 11.* Aluarez de Velaſco *in axiom.*
107 *iur. lit. F. n. 94.* & in materia Incompatibilitatis Anton. à Gama *deciſ. 27.* Mieres *part. 2. quæſt. 6. à n. 173. vſque ad n. 207.* & cum aliis latiſſimè D. D. Ioan. del Caſtillo *lib. 3. cap. 15. à n. 3. vſque ad n. 18.*

Quid ergo tenendum eſt in re tam ardua, vbi quoquò te vertas, omnia dubiis plena inuenies? Attamen ſi meam liceat proferre ſententiam, in fauorem primogeniti ac eius deſcendentium iudicandum cenſeo contra ſecundogenitum & eius poſteros: ad idque me compellit inſtitutoris veroſimilis, atque præſumpta ex regulis voluntas: *Quoniam deſideria morientium ex arbitrio viuentium non ſine iuſta ratione colligimus:* vt dicitur in *l. 4. C. de natural. liber.* & abſurdum erit, atque ab omni ſana mente alienum, non intelligere, quod inſtitutor Maioratus deſiderauit in primis, ac ſemper, ſiue in perpetuum ſubuenire ac præferre primogenitum, & eius lineam tanquam primo nominatam, & vocatam, ac proinde magis dilectam; & quod nullo caſu deberet carere vtroque Maioratu. Firmabitur magis hæc noſtra ſententia ex aliis, ac non minùs ſolidis rationibus, ſi ad contraria ſatisfaciamus argumenta.

Non igitur refragantur primum, ſecundum & tertium ex contrario adducta fundamenta; ad ea quippe reſpondetur; quod ex voluntate inſtitutoris non quæritur ſecundogenito, ac eius lineæ, ius aliquod irreuocabile: Nam cauſa prima, quæ fuit in conſideratione inſtitutoris, & ea quæ eum incitauit ad diſponendum, vt alter ex duobus Maioratibus faceret tranſitum ad ſecundogenitum, non alia fuit niſi quia primogenitus eſſet prouiſus de alio ditiori, & in reditu ſufficienti, Maioratu; & hæc fuit cauſa finalis, ſine quà & ea ceſſante, non ita diſpoſuiſſet, Bart. in *l. ſi cum te, num. 3. ff. de pactis:* Paul. de Caſtro in *l. 2. §. fin. ff. de donat.* Surd. *conſil. 163. n. 32.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 12. à n. 17.* Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib. 3. q. 12. num. 14. & 15.* & cum plurimis aliis D. D. Ioan. à Caſtillo *lib. 5. part. 2. cap. 172. num. 23. 24. & 25.* 108

Et cum hæc ſit cauſa finalis, ſequitur præcisè, quod quocumque tempore deficiat, deficit voluntas priuandi primogenitum illo Maioratu, & transferendi in ſecundogenitum, eiuſve lineam; imò ſubeſt voluntas talem diſpoſitionem reuocandi, & annullandi. Simile conſequens deduxit ex prædicta regula, de cauſa finali ceſſante, D. D. Ioan. del Caſtillo *d. cap. 172. num. 26.* ibi: *Inde, & conſequenter, quod ſi cauſa finalis deficiat, etiam contractus, ſeu diſpoſitio, aut actus, qui geritur, deficit ſiue annullatur, aut reſcinditur; leg. cum te fundum 6. vbi gloſ. in verb. conueniat, Bald. & Caſtrenſis, n. 1. C. de pactis inter emptor. & venditor. Rolandus conſil. 9. n. 40. vol. 4. Beccius conſ. 45. n. 20. Cephalus conſ. 674 n. 67. Surd. conſ. 68. n. 21. & deciſ. 220. n. 19. &c.* Diſpoſitum quippe eſt etiam in iure, quod ſi cauſa dandi, vel adquirendi, ex ſuperueniente caſu deueniatur ad non cauſam, adimitur, quaſi ſine cauſa perſeuerante datum vel adquiſitum: l. 1. in fine, ibi: *Conſtat demum poſſe condici alicui, quod vel non ex iuſta cauſa ad eum peruenit, vel redit ad non iuſtam cauſam: l. 1.* ibi, *quaſi ſine cauſa ei datum videtur:* & *ibidem* Gloſſa, *verſ. Sine cauſa ſcilicet perſeuerante, ff. de condition. ſine cauſa.* 109

Ad quartum reſpondetur, quod ideo non reuertit feudum ad primogenitum reſtitutum, quia tempore quo vacauit, erat rebellis, vel ex alia cauſa, culpâ ſuâ incapax fuit, idcirco tranſiuit ad ſecundogenitum; qui tunc erat capax, & tanquam capaci fuit ei tempore habili ius purè quæſitum, & non cauſaliter, nec conditionaliter; at vero in noſtro caſu, primogenitus tempore delatæ ſucceſſionis non erat incapax ad ſuccedendum; ſed impeditus ob eam cauſam incompatibilitatis, quâ motus fuit Maioratus inſtitutor ad illum transferendum in ſecundogenitum, non purè, ſed cauſatiuè, ſiue conditionaliter, ſi primogenitus eſſet aliunde prouiſus in perpetuum: ideoque ius ſecundogenito quæſitum tanquam conditionale reuocabile fuit, dū defecit illa cauſa finalis, ſeu conditio. 110

Ad quintum reſpondetur, quod ideo non reintegratur Maioratus de bonis alienatis pro cauſa dotis, ex *auth. res quæ C. commun. de legat.* licèt filia decedat ſine liberis, & quamuis pater qui bona fideicommiſſi ob illam cauſam alienauit, diues poſteà factus ſit; & res deueniat ad caſum, quo alienatio non permitteretur: quia res prohibita alienari, ſi ſemel facta eſt alienabilis, etſi poſtea ceſſet cauſa, ſemper remanet alienabilis, argum. *l. pater filium 38. §. quindecim, ff. de leg. 3.* Tiraquel. *de primog. q. 4. n. 58.* D Gregor. Lopez *gloſ. magna, quæſt. 34. in l. 10. tit. 26. p. 4.* D. Molin. *lib. 4. cap. 1. n. 31.* Henric. Roſental. *de feud. c. 4. concl. 21. lit. A.* 111

Marius

Marius Giurba *deciſ 49.n.7.* Fontanell. *de pact. nupt. tom.2. clauſ.5. gloſ.1. part.2.n.49.* D. D.Franc.Salgad. *de Regia protect. part.3.cap.4.n.57.* Vincentius Fuſat. *de ſubſt.fideicom quaeſt.721. per tot.* & cum aliis, (ſubiectis limitarionibus quibuſdam) Additionat. ad D. Molin. *d. lib.4.cap.1.n.31.*

112 Nec impedit ſextum fundamentum: Nam quarta pars bonorum, quæ coniugi ſuperſtiti conceditur ex diſpoſitione *Auth. Praeterea*, ſi ea indigeat, & pauper ſit, non reuertit ad hæredẽ defuncti coniugis, & licet ceſſet cauſa paupertatis, ob ſuperuenientiam diuitiarum, irreuocabiliter adquiritur à tempore mortis coniugis prædefuncti, & ius iam ita quæſitum non tollitur; quia iſta Quarta ex prouiſione legis debetur, etiam contra voluntatem defuncti coniugis, tanquam debitum legale & neceſſarium: ideoque diſpoſitio, & voluntas prædefuncti nullo tempore poteſt reuocare, aut detrahere, quod iam fuit adquiſitum ex diſpoſitione legis, fundata in gratia, & miſericordia: cùm prouiſio hominis non tollat prouiſionem legis iam factam, ſeu natam; ſed tantum faciendam & naſcituram: vt docet Bald. *in l. fin. notabil 3. C.de pact.conuent.* Steph.Gratian. *tom.1. cap.110.n.39. 40. 61. & 62.* Marta *de ſucceſſ.legali, part.3.q.12.art.5. num 14.* Mangil. *de imputat. quaeſt.182.n.10. & q.194.* Aluarez de Velaſco *de priuileg. pauper.p.2.q 56.n.77.*

113 Ad ſeptimum dicas, quod quando eſſet verior opinio eorum, qui tenent quod maritus ſemel priuatus ob inopiam adminiſtratione dotis, eam non recuperare valeat, quamuis poſtea diues fiat, procedit, ex eo quod reſtitutio dotis non habet effectum ſucceſſiuũ, ex diſpoſitione hominis, vel iuris; ſed momentaneum, qui non ceſſat ceſſante cauſa.

114 Sed alij quamplurimi tenent contrarium; quos referunt Tiraquell. *in d.tract.ceſſante cauſa, limitat.14. num.4.* Alciat. *in l. pluribus, §.& ſi placeat, n.10. ff.de verb. ſignif.* Gozadin. *conſ.42.n.15.* Franc.Cald.Pereir. *de iure emphyteut.part.3. de poteſtat.eligend.cap.10.n.9. in fin.* dum ſcripſit: *Cuius tamen contrarium vti verius putauit Corraſius in dict. l. pro parte, ff de ſeruit. num.12. pag.229. cum Speculat.tit. de donat. inter vir. & vxorem; §. fin. Dino, Baldo, Cumano, Romano, & Iaſone, in l. ſi conſtante, ff. ſolut.matrim. qui certè videntur rectius loquuti, nam cum inopia mariti cauſam priuationi dederit. & modò ceſſet, non eſt cur illi reſtitutio deneganda ſit: ex reg.l.1. §.iamdiu.ff.de curat.furioſ. & l.fin. C.de ſententiam paſſis.& reſtitutis.*

115 Nec refragari valet octauum & vltimum fundamentum, deductum ex regula *in leg. in ambiguis 85. § non eſt nouum, ff de regul, iur. & cap. factum legitimè*, cum aliis. Nam reſpondemus inprimis, vſurpando verba P Thomæ Sanch. *de religioſ ſtat lib.... c.15.* dum ſcriptum reliquit *n.31. Non obſtant in contrarium adducta: Nam ad primum, & ſecundum reſpondetur, doctrinam illam, vt actus perfectus non reuocetur ex impedimento ſuperueniente, vel vt alij dicunt non reuocetur etſi perueniat ad caſum à quo incipere non potuit, procedere, niſi ex expreſſa, aut præſumpta diſponentis voluntate colligatur, eius mentem eſſe, vt reuocetur, non ſolum ex inhabilitate præcedenti, ſed etiam ex ſubſequenti; quia tunc etiam poſt actum perfectum reuocatur: vt conſtat ex l. ſi vnquam, C.de reuoc. donat vbi deciditur: Bona donatione libertis elargita à patrono non habente liberos, illis natis, redire, in donatoris arbitrio, ditioneque manſura. Et ſimilis caſus habetur in l.tale pactum, in fine, ff.de pactis: tradit Areti nus in l. ex facto, n.8. verſ.præterea, in fine. & verſ Sed quando actus irritatur, ff.de vulgari: & ibid Iaſon. n.17. Bartholomæus Socinus conſ.226.n.9. verſ. Sed iſta reſponſio, volum.2.*

116 *Ex quo fit vt filius primogenitus, qui in feudum ſucceſſerat. ſi poſtea fiat Clericus, excludatur per ſecundogenitum, quòd iuxta feudi naturam Clericus excludatur: cap. qui Clericus, ſi de feudo fuerit controu. & ibi notauit Afflictus, n.1. & alios allegans Caldas in l. ſi curatorem, verb. minoribus, n.32. C.de in integ.reſtit.*

117 *Inſuper ea doctrina procedit, quando cauſa effectus iam conſummati, eſt (vt Iuriſperiti loquuntur) cauſa ſolum fiendi, non tamen eſſendi, ſeu à qua pendet non tantum in fieri, ſed etiam in conſeruari, ea ceſſante ceſſabit effectus, quantumcumque conſummatus; vt optimè tradunt Monachus in proœmio Decretalium: Bald. in cap. & ſi Chriſtus, d.7. de iureiurando: Tiraquellus in tract. ceſſante cauſa, limitat.12. n.230. at in noſtro caſu non ita euenit, vt ex dictis liquet.*

118 *Ad tertium dic non eſſe ſtandum deciſioni Senatus Luſitani, vt bene dicit Flores Diaz de Mena Additionator ad eam deciſionem Gamma 27. Et ratio eſt, quia eo ipſo quod prior Maioratus ratione clauſulæ ſibi adiunctæ eſt incompatibilis cum quocumque poſteriori, & ſubinde quicumque poſterior, quam prædicta cauſa carens incompatibilis cum illo; cum enim incompatibile ſit relatiuum, ſtare non poteſt abſque alio extremo: at incompatibilia cum ſint contraria, non poſſunt ſimul ſtare: vt ex Baldo probat Molina lib.2. de primogen. cap.14. num.27.*

119 *Ad quartum & quintum, reſpondeo eodem modo quoad primum reſpondimus, quippe hæ Doctrina verum habent in cauſa à qua non pendet effectus in fieri, & conſeruari. ſed quæ eſt ſola fiendi cauſa, non tamen eſſendi, &c. Ita docet Bald. in l. ſi Gaudentius, verſ. Aut deuenit, C.de contrah. emptione: vbi Salicet idem Baldus in l. patre furioſo, n.3. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, Ioan. Ant. Mangil. in d. tractatu de euictionibus quaeſt.96. num.3. 4. & 5.*

120 At his reſponſionibus, à doctiſſimo Patre Thoma Sanchez mutuatis, addimus ſingularem doctrinam in materia Incompatibilitatis; nempe quod qualitas ſuperueniens, licèt regulariter non mutet effectum antea introductum, attamen in iis, quæ ſunt incompatibilia, qualitas ſuperueniens mutat effectum antea introductum: ita Quintilianus Mandoſius *reg 32. de impetratione beneficiorum vacantium, n.4 fol.115.* quem refert Mieres *part.2.quaeſt.6.n 171.* ac proinde ea ratione, qua reuocabilis fuit ſucceſſio Maioratus iam delata, & à primogenito præoccupata tempore habili, non alia cauſa niſi ob illam qualitatem incompatibilitatis, quæ ſuperuenit, ipſamet equidem ratione ob cauſam ſuperuenientem reuocabilis debet eſſe ſucceſſio Maioratus in ſecundugenito, ad hoc vt reuertat ad primogenitum, ſeu eius progeniem, quia vna eademque res non debet diuerſo iure cenſeri: *vulg. l.eum qui ædes, ff.de vſucapionib.*

121 Extendas hanc noſtram ſententiam, non ſolum ſi Maioratus ſit euictus, ſed etſi bona eius, vel maior pars pereant, vel deficiant aliquo caſu fortuito, incendio, vel ruina, ſiue ex eo quod capiantur ab hoſtibus; quia tunc eadem ratione primogenitus reuertere poteſt ad alium ob incompatibilitatem dimiſſum.

122 Et non obſtabit ſi de contrario aliquis dixerit, quod quando bona permutata, vel donata, (in caſu quo permutans, vel donans tenetur de euictione) pereunt ſeu deficiunt ex aliquo caſu fortuito, vel de plenitudine, & poteſtate Principis, non eſt locus euictioni: *l.neceſſario 8. ff. de periculo & commodo rei vendita: l.Lucius 11. de euictionibus, §. cum autem, Inſt.de empt. & vend. l.quæ fortuitis, ff. de pignorat. act.* Sebaſt. de Medicis *de caſibus fortuitis, part.1. num.20.*

Digitized by Google

123 Et magis, quando res caſu fortuito periit poſt mortem ttſtatoris, vel poſt delatam ſucceſſionem hæredi, legatario, ſeu fideicommiſſario, quia tunc ad eos tanquam Dominos periculum rei pertinet, & cuique eorum tanquam Domino perit abſque eo quod valeant recurrere ad aliam rem: *leg. Domus hereditarias euictas 58. cum leg. ſeq. ff. de leg. 2. l mulier 22. §. Sed enim, ff. ad Trebell. l. in ratione 30. in princip. & in §. diligenter, l. in quantitate 73. ff ad leg. Falcid.* Peregrin. *de fideicomm. art 4. à num. 56.* Ioann. Ant. Mangil. *de euictionibus, quaſt. 95. à num. 9. vſque ad 14.*

124 Reſpondetur etenim, quod nihilominus primogenitus in hoc caſu habet etiam regreſſum ad alium Maioratum ex voluntate inſtituentis, dum noluit deuenire ad ſecundogenitum, niſi primogenitus eſſet prouiſus ex tali Maioratu, cuius bona, vel eorum fructus vel reditus excederent illam quantitatem ab eo aſſignatam: quod probatur ex ſequentibus.

125 Tum quia; ſi diſpoſitio legis, vel hominis, prouidet alicui de quota bonorum integrè habenda; ſi poſtea diminuantur, vel pereant, ſubueniri, & repleri debet ex aliis bonis, ſi alia bona ſuperſint ex quibus ſatisfieri poſſit; ſiue diminuantur ex eo quod res ſit euicta, *l. ſi verò 8. §. Si patronus. ff. de bon. libert.* dum dicit: *Si patronus legatum ſibi relictum agnouerit, idque fuerit euictum, competit ei legitimum auxilium; quia id quod ſperauit ſe habiturum, non habet; ſed & ſi non totum euictum ſit, verum aliquanto minus habet, quàm putauit; erit ei ſubueniendum: l. ſancimus 36. Cod. de inoſ. teſtam.* & maximè in *verſ. Sancimus itaque in omnibus iſtis caſibus, ſiue in totum euictio ſubſequatur, ſiue in partem, emendari vitium, & vel aliam*
126 *rem, vel pecunias reſtitui, vel repletionem fieri.* Siue diminuantur, vel pereant etiam caſu aliquo fortuito; argum. *l in quantitate 73. §. 1. verſ. Ex diuerſo ſi centum quinquaginta legauerit. ff ad l. Falcid.* maximè in illis verbis; *Et ante aditam hereditatem in tantum decreuerint bona incendiis fortè, aut naufragiis, aut morte ſeruorum, vt non pluſquam ſeptuagintaquinque, vel etiam minus relinquatur, ſolida legata debentur.*

127 Tum quia regulare eſt, quod periculum rei, quæ caſu fortuito periit, ad eum ſpectat, cuius gratiâ res data, conceſſa, vel permiſſa fuit, & cuius non minus principaliter intereſt ne res pereat; alioquin eâ peremptâ, ex illa diſpoſitione commodum non conſequetur: vt docet Igneus *in l. contractus, n. 63. ff. de leg. 1ur.* Sebaſtianus de Medicis *de fortuit. caſib. part. 2. quaſt. 11. num* 12. vbi ponit exemplum, quando teſtator aliquid filio legauit, quò impediretur querelare teſtamentum, tanquam inofficioſum, *leg. omnimodo, C. de inoff. teſtam.* quia tunc ſi res legata periret, eſſet in periculo hæredis, cùm ſit in eius fauorem teſtamentum non querelari, vt hæreditatem conſequatur, excepta Quarta debita iure naturæ, quæ ſi non impleretur in re legata, ageret filius ad ſupplementum.

Sed ſic eſt, quod in gratiam ſecundogeniti eſt, ac 128
ſua intereſt, quod primogenitus habeat Maioratum de tali Quota bonorum, ſiue redituum; nam aliter ipſe ſecundogenitus habere non poſſet alium Maioratum: ergo ad ſecundogenitum ſpectat periculum rei interitæ incendio, aut alio caſu fortuito, cùm in eius fauorem ſit, quod bona alterius Maioratus non pereant, ſed primogenito conſeruentur: Nam ex contrario ſecundogenitus alio carebit Maioratu; idcirco in hoc caſu ſi bona illius Maioratus deficiant, recurret primogenitus ad alium Maioratum.

Sed hoc limitandum erit, ſi hunc Maioratum ſuâ 129
culpâ perdat primogenitus. Colliges hanc limitationem ex text. *in leg. in ratione 30. §. verum eſt, ff. ad l Falcid. l mulier 22. § Sed enim, ff ad Trebell. l. Domus, 58.* cum *l ſi modo nulla culpa eius incendium contigiſſet 59. ff. de legatis* 10. *l. ſi rem 29. §. ſi dupla,* & *ibi* Gloſ. *verbo, amiſſa: l. ſi mancipium 34. ff. de euictionibus, cap. beneficia, de prabend. in 6.* Gloſ. magna in *l. 2. C. de reſcind. vendit.* Surdus *deciſ. 208. num. 17.* Caballin. *de euictionibus §. 5. n. 50.* Mangilius *de euictioni-*
bus, quaſt. 104. n. 18. Certum namque eſt, quod culpâ 130
ſuâ primogenitus poteſt perdere Maioratum, & eo priuari ob contrauentionem, & ex aliis quamplurimis cauſis: Sed an hæc priuatio, ſeu ademptio erit perſonalis, an realis? Alibi videbis. Quibus finitur hæc quinta Pars: & nos vtinam viſionem beatificam videamus in cœlis.

PARS

Digitized by Google

PARS SEXTA.
DE INCOMPATIBILITATE IN IVRE CÆSAREO.

CAPVT I.

De concurſu contrariorum remediorum: & vtrum liceat variare.

SVMMARIVM.

1 *Textus in* l. fin. Cod. de Codicillis *facit ad materiam incompatibilitatis, & refertur ad literam.*
2 *Ratio decidendi datur ad textum in* d. l.fin. Cod. de Codicill.
Et ſpecies eiuſque caſus figuratur ex Baldo, n.3.
4 *Textus in* l.fin. C.de Codicill. *exemplis, quæ pertinent ad materiam incompatibilitatis, declaratur, & interpretatur, n.5. & 6.*
7 *Electio vnius viæ, aut actionis contraria inducit renuntiationem alterius.*
8 *Electione vnius ex remediis contrariis, & incompatibilibus, perditur aliud.*
9 *Agens ex diuerſis cauſis, ſeu actionibus; res iudicata in vna earum, non nocet in alia.*
10 *Textus in* l.fin. de Codicill. *dat regulam in materia incompatibilitatis, quam extende, n.11.*
12 *Agnati vſque ad quartum gradum, & cognati vſque ad tertium, poſſunt variare in incompatibilibus remediis ſuccedendi.*
13 *Minores poſſunt reſtitui, in electione remediorum incompatibilium, ad hoc vt electo vno poſſint redire ad aliud.*
Idem eſt in maioribus 25. annorum, ſi petant reſtitutionem ex clauſula generali Edicti prætorij, num.14.
15 *Bona allodialia, & bona maioratus, ſunt incompatibilia: & an petens bona iure Maioratus, poſſit poſtea ea vindicare tanquam bona libera? & num.16.*
17 *Textus in* l.3. C. de petit. hæredit. *ponderatur, & explicatur.*
18 *Textus in* l.eum qui 14. & in l.contra maiores, Cod.de inoffic. teſtam. *ponderatur, & declaratur.*
19 *Bona tanquam vinculata, ſeu Maioratus, & tanquam libera ſeu allodialia, ex eadem ſcriptura, non poſſunt peti, ſeu poſtulari.*
Quod limita, & reſtringe, vt n.20. & 21.
Et reſpondetur ad textum de contrario ponderatum, num.22. 23. & 24.
25 *Poſſeſſionem petens de bonis tanquam liberis, & de bonis tanquam vinculatis, ſeu de Maioratu, quis eorum præferri debeat.*
Et reſoluitur, n.26. & 27.
28 *Vltimus ſtatus bonorum attendi debet, & numero 29.*

ARGVMENTVM.

De iure Cæſareo eſt incompatibile, vt ex eadem ſcriptura quis in contrariis, ſeu incompatibilibus remediis experiatur: *l. fin. Cod. de Codicill.* vbi Imperator Theodoſius *in prima parte textus* definit, quod nemo poſſit ex eadem ſcriptura primo petere hæreditatem iure directo, & poſtea iure indirecto fideicommiſſi, vel è contra: vnde poſito quod ſint interſe contraria, ſeu incompatibilia, bona libera, ſeu allodialia, & bona Maioratus, ſeu perpetui fideicommiſſi; quid ſi primo quis agat ad bona tanquam libera, an poſtea poterit ea petere ex eadem ſcriptura tanquam bona Maioratus, ſeu fideicommiſſi, vel è contra? Et denique hîc diſceptatur, quando bona præſumantur libera, ſeu allodialia, & quando vinculo fideicommiſſi, ſeu Maioratus obnoxia, ſeu affecta, ad hoc vt vnus ex eo oppoſitoribus, qui contendunt eſſe libera, vel vinculata reſpectiuè, mitti debeat in poſſeſſionem?

AD materiam Incompatibilitatis aliquæ ſunt leges de iure Cæſareo notabiles, & magiſtrales: & inter eas, ſelecta eſt lex fin. *Cod de Codicillis:* in cuius prima parte Theodoſius ita dixit: *Si quis agere ex teſtamento quolibet modo, ſiue ſcripto, ſiue ſine ſcriptura confecto, de hæreditate voluerit, ad fideicommiſſi perſecutionem adſpirare cupiens, minimè permittatur.* 1
Mentem autem *huius legis* ſi percipere velis, recordetis neceſſe eſt, quod clauſula Codicillaris appoſita in teſtamento operatur, vt venientes ab inteſtato videantur rogari reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus per viam fideicommiſſi, quando teſtamentum non valuit, aut propter defectum alicuius ſolemnitatis, vt numeri teſtium neceſſarij ad validitatem teſtamenti iure directo, aut propter præteritionem: Gloſ. *in authent. ex cauſa, C. de liberis præterit.* vel etiam, ſi hæres præmoriatur teſtatori, quo caſu teſtamentum eſt in cauſa caduci; vel ſi repudiauerit hæreditatem, ſeu ante aditionem incapax factus ſit, quo caſu dicitur caducum teſtamentum, iuxta *leg. vnic.* 2

vnic. C. de caduc. tollend. & *ibi* communiter DD. & in §.1. *& toto tit. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* tunc, prout dictum eſt, virtute clauſulæ codicillaris, *ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicilli*, venientes ab inteſtato cenſentur grauati reſtituere hæreditatem, vel legata præſtare illis, qui ſunt ſcripti in teſtamento nullo, quod tranſiuit in naturam Codicilli: *l. ex ea, § his verbis*, vbi Bart. *ff. de teſtam. l. ex teſtamento*, vbi Gloſ. *C. de fideicommiſ. l. ſi non iure, C. de manumiſſ. teſtam. l. quia autem, in princ. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.* Nam verba illa, dum dicitur in clauſula codicillari, *quod ſi non valeat iure teſtamenti, valeat iure codicillorum*: æquipollent illis verbis: id eſt, ſi legata, aut relicta non debeantur ex teſtamento, debeantur ab inteſtato: Sic docet Philipp. Decius *conſil. 241. n. 1. & 2.* ex Bart. Alexandro Fulgoſio, & aliis Roman. *conſ. 493. num. final.*

3 Hoc ſuppoſito caſus ſic figuratur à Baldo in *ipſamet l. fin. C. de codicillis, n. 1. Modo antequam veniam ad oppoſitionem pro declaratione textus, quæro exemplum principij legis? Reſpondeo, exemplum poteſt poni hoc modo. Teſtator dixit ita: Relinquo Titio hæreditatem meam. Mortuo teſtatore, Seius frater teſtatoris poſſidebat hæreditatem, tanquam legitimus hæres: Vnde Titius hæres egit contra eum petitione hæreditatis, dicens ſe per dicta verba fuiſſe hæredem inſtitutum: & fuit lis conteſtata cum Seio, & produxit ad probandam intentionem ſuam, ſeptem teſtes: & quia non potuit probare eos fuiſſe rogatos, vel non potuit probare niſi per quinque teſtes, Iudex abſoluit reum, ex quo teſtamentum non erat ſolemniter factum: Titius deinde cepit conſiderare in ſemetipſo, quia illa verba, Relinquo Titio hæreditatem meam, prolata voluntate minus ſolemni, important fideicommiſſum ab inteſtato relictum, vt notatur ſupra famil. herciſcund. l. quoties. Et ideo vult agere contra dictum Seium vtili actione ex teſtamento, vt ſibi reſtituat hæreditatem iure fideicommiſſi: Quæritur numquid poſſit? Reſpondetur quod non. Et eſt ratio, quia vnum contrariorum conſumit reliqua.*

4 *Iſtud exemplum eſt, quando agens nitebatur ſuccedere ex primo gradu. Modo pono aliud exemplum: quando nitebatur ex ſecundo gradu, v. g. Subſtitutus pupillo compendioſè per verba communia, mortuo pupillo, petebat hæreditatem pupilli tanquam ſubſtitutus directè, & agebat contra matrem, quæ poſſidebat: Sed Iudex cauſæ, inhærens communi opinioni Gloſſæ, abſoluit matrem, eo quod ſubſtitutio erat fideicommiſſaria: Vnde ſubſtitutus hoc videns, vult petere bona patris pupilli iure fideicommiſſi, quæritur numquid poſſit? Reſpondetur quod non.*

5 Ad explicationem *huius textus*, ſimilem figurant caſum Salicetus & Paulus de Caſtro, ſed clariùs ſe habet Iaſon in *dicta leg. fin. in princip.* ita ſic: *Quidam teſtator fecit vltimam voluntatem in qua dixit: Relinquo bona mea Titio. Iſte Titius conſiderauit, quod verbum,* Relinquo, *adiecto vniuerſitati bonorum, trahitur ad directam inſtitutionem, ac ſi dixiſſet, Inſtituo, l. nam quod, §. fin. ff. ad Trebell. Gloſ. in l. his verbis, in princ. vbi Bart. ff. de hæredib. inſtit. & Gloſ. in l. Quoties, ſup. familia herciſc. & dixi in Auth. nouiſſima, ſup. de inoffícioſ. teſtamento: Cœpit agere contra fratrem teſtatoris, qui poſſidebat omnia bona, & egit tanquam directus hæres: poſtea in proceſſu cognouit, quod illa vltima voluntas non poterat valere, vt teſtamentum, quia non interuenerant ſeptem teſtes, vel non fuerant rogati, ſed tantum quinque, & ſic voluit mutare: & vbi egerat tanquam directus hæres, nunc vult agere iure fideicommiſſi: Quæritur an poſſit? Reſpondetur in prima parte quod non: nam à principio eligere debebat, an ageret iure fideicommiſſi, an iure directo? Et poſtquam vnam viam elegit, variare non poteſt.*

Iam ergo ex his apparet intelligentia huius textus, 6
& eius ratio decidendi, ob incompatibilitatem, & contrarietatem remediorum: Gloſ. *verb. præcluſiſſe, verſ. Quia contrarius eſt ſibi, qui ex eadem ſcriptura petit tam contrariis modis: in d. l. fin. C. de Codicillis*: Bald. *vbi proximè*, & communiter Scribentes *in dict. leg. final.*

Et quia in contrariis, ſeu incompatibilibus, electio 7
vnius viæ, aut actionis contrariæ, inducit renuntiationem alterius: *l. 1. C. de furt. & ſeru. corrupt. l. ſi filius. ff. de minoribus: l. quod in hæredem § eligere, ff. de Tributoria actione: cap. vt quis duas, de electione, in 6.* Ludou. Romanus *conſ. 125. n. 1.* Philip. Decius *in add. ad Baldum, in d. l. fin. litera B. C. de Codicill.* quibus quidem rationibus aliam addit Iaſon in *d. l. fin. n. 1.*
ibi: *Ratio legis eſt, quia in remediis contrariis regula* 8
eſt, quod quando ab initio competunt alicui plura remedia, quæ non ſunt inuicem compatibilia; ſed contraria: electione vnius, cætera tolluntur: nam vno electo, aliud ceſſat, l. quod in hærede §. eligere, ff. de tribus. action. cum mille ſimilibus, *l. cum filius § varius, ff. de legat. 2.*

Præter hæc, ratio alia dari poteſt, quia poſtquam 9
quis cœpit agere ex teſtamento, adquiſitum eſt ius venientibus ab inteſtato, caſu quo teſtamentum non valeat; ergo poſtquam eſt ius adquiſitum alicui, non licet variare, & ei præiudicare: *l. 1. §. 1. ff. de pactis.*

Et ſic non obſtat text. in *l. & an eadem, in princi-* 10
pio, & §. actiones, ff. de except. rei iud. Vbi poteſt quis agere ex alia cauſa, & actione; & res iudicata in vna earum, non nocet in alia: vt aſſerit Gloſ. *verbo, cupiens, in d. l. fin. C. de Codicill.* ad quas legea reſpondet ob rationem ſupradictam, ita ſic: *Reſponde, hoc facit hîc, ratio contrariorum; quorum vnum non patitur aliud: quia ſibi contrarius eſt, qui petendo ſibi hæreditatem, dicit teſtamentum: petendo fideicommiſſum, dicit Codicillum*: quam ſolutionem ſequuntur Bartol. *in hac l. fin. num. 1.* Bald. *dict. n. 3.* maximè *in verſ. Solutio hîc non præiudicat ſententia: Sed electio hoc fa-*
cit ratione contrariorum, &c. Alberic. *n. 2. & 3.* Ita- 11
que ratione contrariorum, ſeu Incompatibilium, dat nobis regulam text. in *dict. l. fin.* quod in omni materia vltimarum voluntatum, non poteſt quis ex eadem ſcriptura petere hæreditatem vt ex teſtamento, & vt ex Codicillis; iure directo, & iure fideicommiſſi; & poſtquam vnam viam elegerit, non poteſt eam mutare, & ad aliam redire.

Regulam hanc, propter incompatibilitatem inductam in *d. leg. fin.* extendas etiam per ſolam petitionem, ſeu productionem libelli, antequam lis conteſtetur: quia neque in hoc caſu licet variare, & mutare libellum, in quo petierit tanquam hæres; & poſtea velit alium producere & petere iure fideicommiſſi: quod ex aperto probatur ex *dict. l. fin.* ponderando verbum, *voluerit*, ibi: *De hæreditate voluerit ad fideicommiſſi perſecutionem adſpirare.* Et inferiùs. *Ab ipſis intentionis exordiis vtrum velit, eligendi habeat poteſtatem, ſciens ſe vnius electione alterius ſibi aditum præcluſiſſe*: Vbi patet quod in exordio debet eligere, & poſtquam elegerit, non poteſt variare. Ita probat Gloſ. magiſtralis *in fin. verſ. Quod autem dictum eſt: in cap. 2. de libel. oblat.* Vbi Canoniſtæ, & Iaſ. *in dict. l. fin. num 2.* cum Bald. & Alexandro, Mathias Berlichius *in tract. concluſionum notabilium, tom. 1. part. 1. conc. 28. n. 18.*

Limitatur primò, deciſio *huius leg. fin.* in Aſcen- 12
dentibus, & Deſcendentibus, & Agnatis vſque ad quartum gradum, & cognatis vſque ad tertium, quibus conceditur ſingulare priuilegium variandi, & ſic vnâ viâ electâ, poſſunt etiam ad aliam conuolare, *dict. l. fin.*

l. fin. §. ſi quis verò, C. de Codicill. vbi redditur illa ratio: *Non enim par eadémque ratio videtur, amittere debita, & lucra non capere.* Itaque ſolum procedit in omnino extraneis hæredibus inſtitutis; Secùs in Aſcendentibus, & Deſcendentibus, Agnatis, Cognatiſque, quibus hæreditas eſt quaſi debita, licèt impropriè, quia poſſunt grauari: probat Gloſ. verbo, *debita, in dict. l. fin. §. ſi quis verò.*

13 Limitatur ſecundò in Minoribus 25. annis, qui ſi elegerunt actionem incompetentem, poſſunt per viã reſtitutionis ad aliam redire: *leg. & ſi ſine 3. in princ. & in §. reſtitutus, & §. ſeq. ff. de minoribus: l. 5. tit. 19. part. 6.*

14 Limitatur tertiò, etiam in Maioribus 25. annis, qui ex clauſula generali edicti Prætoris, *Si qua mihi iuſta cauſa videbitur, &c.* etiam reſtitui poſſunt, quando habent probabilem, & iuſtam ignorantiam: Bart. *in dict. l. fin. num. 4.* Paul. de Caſtro, & Iaſ. *num. 1. verſ. Secundò limita,* & *alibi:* Paul. de Caſtro in *l. Clodius, ff. de adquir. hæred.* Alberic. *in leg. penultim. verſ. Niſi errore probato, ff. de ingen. & manumiſſ.*

Limitatur quartò: Si eligens vnam viam ex contrariis, ſeu incompatibilibus, ſit coactus eligere: tunc enim non ſibi præiudicat quominus poſſit ad viam competentem redire: Ita Alberic. *in l. fin. n. 3. C. de Codicillis:* per text. in *l. in ſeruitutem 16. § ſi petierit, ff. de bonis libert. & leg. 1. ff. ſi menſor. falſ. mod. dixerit.*

Quintò limitatur: quando non ex eadem ſcriptura ſeu diſpoſitione competunt prædicta incompatibilia, ſeu contraria remedia, ſed ex diuerſa ſcriptura, & diſpoſitione: Tunc enim poterit variare, & ſuperatus in vno, non impeditur agere ex alio, ex alia ſcriptura, ſeu diſpoſitione: *l. Aurelius 26. § fin. ff. de liberat. legat. l. hæreditas matertera, C. de petit. hæredit.* Bart. *in d. l. fin. C. de Codicill. in princ.* Bald. *n. 4. verſ. 3. ad idem oppono:* Salicet. *num. 7.* Iaſ. *n. 1. verſ. 4. limita.*

Vltimò, & ſextò limitatur in Reo, quia dicta lex finalis, *C. de Codicillis.* Solum procedit in Actore, non autem in reo conuento, qui poteſt plures exceptiones etiam contrarias, & incompatibiles opponere: *cap. nullus pluribus, de reg. iur. lib. 6.* Barboſ. *axiom. 58. num. 91.* Tuſchus *liter. C. concl. 1005. n. 16.* Aluarus Velaſcus *lit. C. num. 217.* Quam limitationem probat in terminis, ad explicationem *d. l. fin. C. de Codicil.* Matthæus de Afflictis *deciſ. 134. per tot.*

15 Ex his omnibus vtile erit deſcendere ad tractandum, An idem dicendum ſit, quando quis petat, aliqua bona ſibi competere, tanquam libera, ſeu allodialia, & poſtea mutata petitione agere velit, tanquam ad bona vinculo Maioratus, ſeu perpetui fideicommiſſi, ſubiecta, & victus in vno, aut relictâ vná viâ, intendit reuertere ad aliam ex eadem ſcriptura, ſeu diſpoſitione? Hæc enim quæſtio conuenit directò ad noſtram incompatibilitatis materiam: nam allodialia, & bona Maioratus, ſunt incompatibilia, & contrariæ conditionis atque ſtatus; prout liber homo, & ſeruus: bona enim feudalia, ſeu Maioratui ſubiecta, quaſi capta quandam ſeruitutem habent, Gloſ. in *verb. opertet,* in *l. ſi cuius 13. §. hac autem, ff. de vſufruct.* Socinus *conſ. 68. n. 44. volum. 1.* Roland. à Valle *conſ. 46. n. 40. vol. 3.* Andreas Gail. *obſeruatio. 69. n. 5. lib. 2.* Henric. Roſental. *de feud. tom. 1. c. 1. concl. 7. n. 5.* & colligitur ex Gloſ. fin. in *l. penult. C. de ingenuis, & manumiſſ.* Itaque Andreas Chanchen. *in tractatu de Inueſtiturarum pactionibus, part. 1. cap. 3. num. 282.* dixit: *Egregia namque contradictio, vt vna eademque res & allodiali, & feudali iure poſſideatur.* Ratio eſt, quia bona allodialia, ſiue res allodialis, eſt res libera, & taliter propria, vt à nemine alio haberi recognoſcatur niſi à Deo, & ſic dicitur hæreditas, quæ vendi, vel donari poteſt: Bald. in *§. inter filiam, num. 1. verſ. allodium dicitur proprietas, quæ à nullo recognoſcitur in feudis, tit. ſi de feud. fuerit controuerſ.* & *in cap. vnico de allodiis num. 1.* Albericus in *l. ſi familia, n. 2. Cod. famil. herciſcund.* vbi tenet: *quod allodium dicitur, quaſi aliunde non recognitum, ſed liberum.* Et *ibid.* Salicet. *num. 6.* ibi: *allodium, id eſt, fundus iure proprietatis plena poſſeſſio.* At verò bona 16
Maioratus, ſicut bona feudalia habent quamdam ſpeciem ſeruitutis, ſiue captiuitatis: Bald. *in §. inter filiam, n. 2. ſi de feudo fuerit controuerſ.*

Cum hac ſuppoſitione, dubia magis redditur ſo- 17
lutio quæſtionis propoſitæ: nam pro parte affirmatiua facit in primis text. in *l. penult. C. de ingenuis, & manumiſſ.* vbi contendens in cauſa ingenuitatis, etiam ſi ſuccumbat; poterit nihilominus agere, & obtinere in cauſa libertinitatis: & ibid. Gloſ. fin. infert, *argumento huius textus,* quod ſi aliquis primò aſſeruit rem aliquam de ſuo allodio eſſe, poſtea poteſt aſſerere ſe in feudum habere, & tanquam feudalem petere: & Bald. in *dict. l. penult. n. 1.* notat *argumento eiuſd. legis,* quod ſi quis dixit ſe directò dominum, & ſuccubuit, poſtea poteſt dicere ſe vtiliter dominum: Sicut, qui egit rei vindicatione, poteſt poſtea agere publiciana, vt *l. minor. § 1. ff. de euict.* & ſimiliter, qui vindicauit rem tanquam proprietarius, & ſuccubuit; poteſt poſtea contra eundem tanquam feudatarius experiri: Ergo idem poterit ſi aliquis primò petierit rem tanquam liberam, & ſuccumbens petat eandem tanquam Maioratui ſeu perpetuo fideicommiſſo ſubiectam.

Secundò, pro hac parte eſt argumentum text. in *l. 3. C. de petitione hæreditatis,* vbi Gloſ. figurat caſum ita ſic: *Pone quod vendicabam hæreditatem, ex eo quòd teſtamentum matris meæ dicebam inofficioſum, & fui victus, nihilominus poſtea poſſum petere eandem hæreditatem iure fideicommiſſi.*

Tertiò, & vltimò comprobatur ex *l. eum qui 14.* 18
& l. contra maiores, 16. C. de inoff. teſtam. Ibi enim is, qui agit querela inofficioſi teſtamenti ad hæreditatem conſequendam, quamuis ſit victus, poteſt contra eundem teſtamentum, & ſuper eadem hæreditate, contra ipſummet reum poſtea agere querela falſi: & de contrario ſi agat contra teſtamentum; ex eo quod intendat eſſe falſum; & vincatur, poſtea ad querelam inofficioſi teſtamenti redire valet.

Sed pro parte negatiua ad hoc vt non poſſit ali- 19
quis ex eadem ſcriptura petere bona tanquam libera, ſeu allodialia, & poſtea mutare libellum, aut victus petere eadem bona, ex ipſamet ſcriptura ſibi competere tanquam feudalia, aut vinculo Maioratus, ſeu fideicommiſſo perpetuo ſubiecta; vel è contra, qui priùs egit, & bona petiit tanquam feudalia, ſeu bona Maioratus, & poſtea ex eadem ſcriptura mutare velit petitionem petendo eadem bona tanquam libera, ſeu allodialia; quia deciſum eſt per text. *in dict. l. fin. C. de Codicill.* ob rationem incompatibilitatis; tum quia ſibi eſt contrarius, tum etiam quia ſi ſuperatus ſit in vno, non poterit contrauenire rei iudicatæ intendens contrarium in alio iudicio, cùm ſit ex eadem ſcriptura & pro eadem re, & contra eandem perſonam & ſic concurrat ratio decidendi ſupra reddita ad *d. l. vlt. C. de Codicillis.*

Reſolutio autem hæc intelligenda eſt, atque re- 20
ſtringenda cum limitationibus ſupra relatis: & ſic non obſtant in contrarium adducta; & maximè quia ad *d. l. penult. C. de ingen. & manumiſſ.* reſpondetur diſtinguendo ſecundum Bald. *in d. l. penult. num. 2. in fine,*

Digitized by Google

fine, quod ideo qui priùs egit de ingenuitate, & ſuccubuit, poteſt poſtea de libertinitate experiri: nam agendo de ingenuitate, non videtur renuntiare illi medio, quod conſideratur inter ingenuitatem, & ſeruitutem, quod eſt libertinitas: quia *per aſſumptionem extremorum* (inquit Baldus) *non renuntiatur medio: eſt enim extremum vnum ingenuitas, & aliud extremum ſeruitus, medium autem, id eſt medius ſtatus, eſt libertinitas.*

21 At verò in caſu quæſtionis propoſitæ, non datur medium inter bona allodialia, & bona Maioratus, quia ex diametro ſunt contraria, & repugnantia, ſiue incompatibilia, abſque medio inter vtrumque. Quapropter petitio, ſeu victoria in vno iudicio, ex eadem Scriptura, & contra eandem perſonam, obſtat in alio, cùm non compatiantur: *l. 2. ff. de iur. aur. annul.* vbi dixit Papin. *Intra quinque annos pro ingenuitate ſententia dicta reſciſſa fuerat: victum annullorum aureorum beneficium, quod ante ſententiam pro ingenuitate dictam acceperit, ac depoſuit, non retinuiſſe reſpondi.* Et *ibi* Gloſ. *verb. depoſuit*, dicit, *per hoc quod fecit ſe iudicari ingenuum.*

22 Nec huic aduerſatur Gloſ. fin. *in dict. l. penultim. C. de ingenuis, & manum. verſ. Nota hic argumentum*, quia non reſoluit noſtram quæſtionem; ſed ſolummodo arguit ab vtraque parte; & in argumento pro parte affirmatiua allegat text. in *d. l. penult. & l. moneor 4. C. ſi ſeruus exportand. veneat. l. ſi mater 11. §. ſi quis autem, ff. de except. rei iudicat.* at in argumento pro parte negatiua, *auth. item poſſeſſor. C. qui potior. in pignor habeant, & l. 2. ff. de iur. aur. annul. & l. 1. C. de furtis*; & in dubio videtur, quod Gloſ. vltimum argumentum, ſeu ſententiam amplectitur: Conſtantinus Rogerius *de iuris interpretat. §. 3. à n. 15.* Bermundez de Pedraza *in Arte legali, cap. 9. fol. 55.* illic: *Y auiendo en vna gloſa dos opiniones encontradas, ſiempre ſe ha de eſtar a la poſterior.*

Quam quidem noſtram ſententiam benè comprobat Albericus *in d. l. penult. C. de ingenuis, & manumiſſ.* illic: *Si verò ageret contra eandem perſonam, non poſſet, quia eſſet ſibi contrarius; & quia omne ius ſuum in iudicium deduxit, vt ff. de except. rei iudic. l. ſi mater, §. eandem in fine, & ſup. de Codicill. l. fin.*

Et clariùs procedit hæc noſtra ſententia in caſu, quo ille qui prius agit intendens bona ad ſe pertinere tanquam libera; vel tanquam feudalia, ſeu Maioratus, habeat ſententiam, ſeu rem iudicatam in fauorem ſuæ intentionis; quia poſtea eam aduerſarius nullomodo poterit impugnare intendens contraria.

23 Ad text. autem in *dict. l. 3. C. de pet. hæreditatis*, reſpondetur, quod illic non poſtea contenditur ex eodem capite, ſcriptura, & cauſa; ſed ex alio capite, vel alia ſcriptura, ſeu cauſa.

24 Ad text. in *d. l. eum qui 14. & l. contra maiores 16. C. de inof. teſtam.* Reſpondetur quod in illo caſu actiones non ſunt contrariæ, nec ideo electione vnius aliæ tolluntur.

25 Hinc incidit quæſtio illa, quæ quotidie verſatur in Tribunalibus: Quid erit quando in iudicio poſſeſſorio duo aduerſarij concurrunt, alter intendens quod bona ſunt libera, ſeu allodialia, ideoque mitti petit in poſſeſſionem eorum ex interdicto Quorum bonorum, ſeu ex remedio *l. fin. C. de edicto Diui Adrian. toll.* ſeu legis Sorianæ quæ eſt *l. 3. tit. 13. lib. 4 Recopilat.* & alter intendit, quod ſunt bona Maioratus, ſeu perpetuo fideicommiſſo affecta, ſiue ſubiecta, & petit ſe in poſſeſſionem eorum mitti ex diſpoſitione *l. 45. Tauri*: dubitari ſolet, quis eorum mitti debeat in poſſeſſionem eorum bonorum?

26 Breuiter quidem reſoluenda eſt cum hac diſtinctione: aut conſtare poteſt de vltimo ſtatu, & titulo, quo vltimus poſſeſſor poſſidebat hæc bona, tempore quo vacabant, aut conſtare non poteſt: ſi conſtare non poteſt, tunc obtinere debet ille, qui dicebat bona eſſe libera, mittique iubeat Iudex eum in poſſeſſionem eorum ex deciſione text. in *§. inter filiam, ſi de feud. fuer. contro. inter don. & agnat.*

Ratio eſt, quia in dubio bona præſumuntur libera, ſeu allodialia, & non feudalia, ſiue Maioratui ſubiecta: Bald. *in d. §. inter filiam n. 2. ſi de feud. fuer. contro.* per ipſum text. Alexand. *conſ. 129 n. 1. lib. 1.* Canoniſtæ in *cap. nimis, de iureiurand.* maximè Ioan. Andreas, Ant. Gabriel *lib. 3. comm. opinion. tit. de feud. concluſ. 3.* Gozadin. *conſ. 47. n. 14.* Aymon Craueta *conſ. 111. num. 9.* Roland. *conſ. 2. n. 11. & conſ. 46. n. 39. lib. 3.* Dom. Molio. *de Hiſp. prim. lib. 1. c. 11. n. 11.* Cephal. *conſ. 205. num. 4. & 250. n. 7.* Menoch. *præſumpt. 89. per totam, lib. 3.* Maſcard. *concl. 209. n. 1. & concl. 177. n. 8. & concluſ. 766. à n. 1.* Andreas Gail *obſeruat. 69. à num. 3.* & cum aliis Roſental. *de feud. tom. 2. cap. 12. concluſ. 14. à num. 10. cum ſeqq.* Tuſchus *lit. B. concl. 102. n. 6.* Andreas Chanchen. *in tr. de Inueſtiturarum pactionibus part. 1. cap. 3. n. 159.* Surd. *conſ. 135 num. 24. lib. 1.* Gratian. *tom. 4. diſceptat. 657. num. 39.* Dom. D. Ioan. de Caſtillo *lib. 5. cap. 129. n. 3.*

Extenditurque hæc præſumptio etiam ſi bona ſita 27 ſint, intra fines feudalium, vel iuxta agros, vel prædia feudalia, & in aliis caſibus, relatis ab Ant. Gabrielio *lib. 3. comm. opin. titulo, de feudis, concluſ. 3.* & latiùs Roſental. *de feud. tom. 2. concl. 14. n. 14.*

At verò ſi conſtare poſſit de vltimo ſtatu, veluti 28 quod ab vltimo poſſidebantur tanquam bona feudalia, ſeu Maioratui ſubiecta; tunc ſucceſſor ex remedio *l. 45. Tauri*, mitti debet in poſſeſſionem bonorũ, dum ſuper proprietate, (quæ reſeruari debet) contrarium non appareat in iudicio petitorio, & ſucceſſor ea tanquam bona Maioratui ſubiecta poſſideat. Quod quidem mirificè probatur ex text. in *l. moneor. 4* & *ibi* Gloſ. fin. *C. ſi ſeruus export. veneat.* Vbi Imperator Alexander decidit, quod vltimus ſtatus de ſeruo libertino debet attendi, ad hoc, vt manumiſſor conſeruari debeat in poſſeſſione ſui Iuriſpatronatus, donec manumiſſus in proprietate non probet ingenuitatem. Caſus enim ſic ſe habuit: Seruus dominum ſuum vendidit eo pacto vt in practica non moreretur, & emptor eum de facto manumiſit; poſtea Dominus ſeruum accuſauit intendens, quod in poſſeſſionem ſuæ ingenuitatis conſeruari debuerat: quod neutiquam admittit Imperator, ſed quod attendatur ad vltimum ſtatum de ſeruo libertino, & non de ingenuo: & Gloſ. fin. *verb. deprehenditur*, dicit: *ſcilicet libertinitatis, & ſic nota, quo in ſtatu te inuenero, ſic te tenebo, donec contrarium videbo. Vt hic, & infra de ingenuis, & manumiſſ. l. penult. & ff. de officio Prætoris, l. Barbarius.* Vnde eſt axioma, *quod vltimus ſtatus eſt inſpiciendus in omni materia, l. illud, Cod. de collat. l. ſi mater, Cod. ne de ſtatu defunctor.* Menoch. *lib. 3. de præſumptionib. quæſt. 6. num. 39.* Parlador. *lib. 2. cap. 5. num. 19.* Grammatic. *deciſ. 67. n. 6.* Aluar. de Velaſco *in axiom. iur. lit. V. n. 151.*

Et de Iure Canonico probatur etiam ex text. in 29 *cap. Conſultationibus 16. de Iurepatronat.* Vbi vltimus ſtatus, in quo quis reperitur, attendi debet, & ibi Barboſ. *num. 7 & de iur. Eccleſiaſtico, lib. 3. cap. 21. n. 188.* Aymon. Crauet. *conſ. 96. n. 5.* Roland. *conſ. 13. n. 18. lib. 4.* Hercules Mareſcot. *lib. 1. var. cap. 55. n. 1.* Lud. Poſtius *de manut. obſeruat. 70. n. 52. & obſeru. 73. n. 4. & dec. 171. num. 121.* Hieronym. Gonzalez *in regul. 8. Cancellariæ gloſ. 5. §. 2 n. 14.* Ant. Monach. *deciſ. Bononienſ. 36 n. 13.* & aliis relatis ab Aluaro de Velaſco *in axiom. liter. V. num. 151.*

*num.*151. Noguerol.*allegat.*28.*n.*53. & in terminis noſtræ quæſtionis hanc reſolutionem ſequuntur,& probant per dicta, & alia iura, Roderic.Suar.*titul.de las heroncias,n.*24. *verſ.Nota vlterius,& paſſim ad n.*348. D.Greg.Lopez in *l.*2.*tit.*14. *part.*6. *gloſ.*9.*verb de todas las otras coſas:* Parlador. *lib.*2.*cap.*5.*n.*19. vbi reſpondit ad text. in *d. §.inter filiam.* Mierez *p.*3. *q.*20. *per totam:* D Chriſtophorus de Paz *tom.*3.*cap.*55. *per tot.* Dom. D.Ioan.del Caſtillo *tom.*3.*cap.*14.*n.*38. 39. & 40. Noguerol. *allegat.*31.*n.*78. maximè *n.*91. *verſic. Præcipuè cum ſimus in iudicio poſſeſſorio, in quo iudicanda cauſa eſt in ſtatu, in quo bona reperiuntur, &c.* Addent. ad D.Molinam *lib.*1.*cap.*6.*n.*57. & 60. *verſ. Quæ retenta ſententia,* ibi: *Et in caſu dubio vltimi ſtatus prævalent, &c.* Iam ergo ſit laus Deo, ſummo Chriſto decus, & eius matri virgini Mariæ abſque peccato originali conceptæ.

CAPVT II.

De eadem materia, & ſecunda parte leg. vlt. Cod. de Codicillis.

SVMMARIVM.

1 *Textus in* l.fin. Cod.de Codicill, *in ſecunda parte eiuſdem refertur ad literam circa materiam incompatibilitatis de iure Cæſareo.*

2 *Remedia ſibi contraria, ſeu incompatibilia, non poſſunt proponi ad agendum: & neceſſe eſt quod vnum eorum oligatur.*

Comprobatur, num 3. 4 & 5.

6 *Vocatus ad ſucceſſionem duorum, pluriumve Maioratuum incompatibilium, non poteſt hos duos, pluresve Maioratus ſimul petere.*

*Idem licèt prædicti duo, pluresve Maioratus ſint electiuus, n.*7.

7 *Electa vna ex actionibus, ſeu remediis ſibi contrariis, ſeu incompatibilibus, conſumitur alia.*

8 *Electione vnius ex contrariis, alterum ſibi aditum præcludit.*

*Redditur ratio, n.*9.

10 *Petitio non valet ad omnes Maioratus incompatibiles, ſi ſucceſſio eſt iam delatà, & actiones ad eos nata.*

*Et probatur, & demonſtratur exemplis, n.*11. & 12.

13 *Electione vnius ex duobus incompatibilibus Maioratibus, conſumitur electio alterius: ideoque non datur regreſſus ad alium, n* 13.

*Quod extende, n.*14.

15 *Contraria, & incompatibilia, ad hoc vt vno electo conſumatur alterum, accipienda ſunt non ſolum, quoad remedia, & actiones contrarias, ſeu incompatibiles ſed etiam quoad modum, & viam agendi, ſi ſe inuicem contrarientur, & non compatiantur.*

16 *Diuerſa, & non incompatibilia an concurrere poſſint? Diſſenſus eſt magna: ideò Doctores in duas opiniones ſunt diuiſi, alteram affirmatiuam, alteram negatiuam, quæ referuntur, & n.*17. *Et reſoluitur, n.*18.

19 *Eligens vnum ex incompatibilibus, non valet pœnitere ad hoc vt poſſit ad alium redire, etiam ante litis conteſtationem.*

20 *Differentia verſatur inter actiones, ſeu remedia contraria; & actiones, ſeu remedia diuerſa, n.*21.

*Et redditur ratio, n.*22.

23 *Eligens remedium ex contrariis ſeu incompatibilibus, ſi ſatisfactionem conſequi non poſſit, poteſt redire ad aliud.*

ARGVMENTVM.

De iure Cæſareo ſtatutum eſt etiam per text. in *l. fin.part* 2.*C.de Codicill.* quod ex Contrariis, ſeu incompatibilibus vnum eſt à principio eligendum ex eadem ſcriptura; & eligens ſcienter vnum ex duobus, pluribuſve iuribus ad inuicem contrariis, ſeu incompatibilibus, præiudicat ſibi in alio, quando iura ſunt contraria in origine ſeu effectu, & tunc electione vnius conſumitur aliud: Vnde diſceptare licet, quod ſi is, qui habet actionem ad duo contraria, ſeu incompatibilia primogenia, vtrumque petat ſimul, an excipi poſſit ad impediendum litis ingreſſum, quod excipiens non tenetur ei reſpondere, donec vnum ex incompatibilibus elegerit? Et an ſi eligat ſcienter vnum, propoſitum ſuæ intentionis explanando, ſiue in petitorio, ſiue in poſſeſſorio, poſſit teneri ad petitionem alterius poſt litis conteſtationem, vel lite finita: Et an hoc caſu poſſit eum iuuare beneficium in integrum reſtitutionis.

NON ſolum in prima parte vt vidimus in cap. præcedenti, ſed etiam in ſecunda, huius legis fin. C.de Codicill. proſequitur imperator materiam incompatibilitatis, ita ſic. *Tantum enim abeſt, vt aditum cuiquam pro ſuo migrandi deſiderio concedamus, vt etiam illud ſanciamus, ſi teſtator faciens teſtamentum, in eodem pro codicillis etiam id valere complexus ſit: qui hæreditatem petit ab ipſis intentionis exordiis vtrum velit, eligendi habeat poteſtatem; ſciens ſe vnius electione, alterius ſibi aditum præcluſiſſe; itaut ſiue bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, ſiue ſecundum nuncupationem, cæteraſque ſimiles poſtulauerit aut certè mitti ſe in poſſeſſionem ex more petierit, ſtatim inter ipſa huius iuris auſpicia propoſitum ſuæ intentionis explanet.* 1

Ex quo quidem textu aureæ Concluſiones, & ex eis aliqua notabilia ad noſtrum inſtitutum de incompatibilitate, & ad materiam ſucceſſionis in Maioratibus multum conducibilia; ita eliciuntur. 2

CONCLVSIO I.

Sit prima concluſio, quod ex eadem ſcriptura non poſſunt proponi remedia ſibi contraria, aut incompatibilia: itaque neceſſe eſt ad agendum quod vnum eorum eligatur.

Comprobatur hæc concluſio in *l. ſi quis ſeruo* 56. *ff de manumiſſ. teſtam.* vbi remedium ad hoc vt ſeruus directò poſſit conſequi libertatem tanquam orcinus, id eſt tanquam libertus teſtatoris, eſt ex diametro contrarium ſeu incompatibile cum remedio alio ad conſequendam libertatem indirectò per fideicommiſſum tanquam eſſet libertus hæredis: Ideò, ſi teſtator in ſuo teſtamento dederit libertatem, tum directò, tum & per fideicommiſſum, ex his duobus remediis ſibi contrariis & incompatibilibus, debet ſeruus eligere vtrum velit? an ex directò, an ex fideicommiſſo ad libertatem peruenire, abſque eo quod poſſit vtrumque ſimul intentare: *l. quod in hærede, §. eligere, ff. de tribus. action.* vbi nó poteſt quis ſi- 3

mul

mul agere ex actione Tributoria, & actione ex pecu-
lio, ex eo quod ſint contrariæ & incompatibiles; cùm
differant *Primò*, quod non poteſt agere Tributoriâ,
niſi contractum ſit in merce peculiari, ſciente vel pa-
tiente patre, vel domino, expreſsè vel tacitè: *l.1. §.*
ſententiam, ff. de Tributor. action. Sed actione de pe-
culio agi poteſt etiam quando contractum fuerit
ignorante domino, vel patre; imò etiam expreſsè
contradicente. *Secundò*, quia pater, vel dominus, con-
4 uenti actione de peculio habent priuilegium dedu-
ctioois, cum in primis, & ante omnes creditores de-
ducant quod in peculio habent, & eis debetur: at in
actione Tributoria, pater, vel dominus, inter alios cre-
ditores non habent hoc priuilegium deductionis, imò
veniunt in tributum pro eo quod habent in merce
peculiari, & tunc fit diſtributio inter ipſos & cæteros
creditores pro rata portione debiti vniuſcuiuſque,
§. introduxit Inſtit. Quod cum eo: quas & alias diffe-
rentias ponit Bartol. *in l.1. in princ. ff. d. tit.* Iaſon in
§. actiones autem, n.55. Inſtit. de actionib.

In confirmationem huius concluſionis, eſt etiam
textus in *l. cum filius 76. §. varius, ff. de legat. 2. l. nemo
ex his 43 §. quotiens, ff. de regul. iur. l.1. Cod. de furtis:
l. vnica, C. ſi ſeruus exterus ſe emi mandauerit: cap. ſi
quis duas 25. de electiõ. in 6.* & ibi Gloſ. fin. quæ ra-
tionem reddit ibi: *Quia ſibi ſunt contraria.*

ILLATIO I.

5 Ex hac concluſione ita corroborata, primò infer-
tur, quod ſi aliquis vocatus ſit ad ſucceſſionem duo-
rum, pluriumve Maioratuum incompatibilium, &
ſic habeat actionem ad quemlibet eorum, non po-
terit hos duos, pluresve Maioratus ſimul petere, ſed
tantum vnum ex incompatibilibus: quia reſpectu
cuiuſqoe Maioratos actiones ad experiendum ſunt
interſe contrariæ, & incompatibiles: & ſic vna ea-
rum debet eligi, non vtraque cumulari.

ILLATIO II.

Infertur ſecundò ex dicta eunclusione, quod idem
6 procedere debet, licèt prædicta duo, plurave primo-
genia ſint electionis, & quilibet poſſeſſor, qui habeat
facultatem eligendi, eligat ad ſuccedendum vnam
eandemque perſonam, & ſic per electiones prædi-
cta ei competat actio, & hac ratione videatur poſſe
ſuccedere in dictis primogeniis incompatibilibus:
quia nihilominus tam electiones, quàm actiones ſunt
ſibi contrariæ & repugnantes apud vnum eundem-
que ſubiectum, licèt non ex vna, ſed ex diuerſis ele-
ctionibus. Quod probatur in *dict. cap. vt quis duas 25.
de electiõ. in 6.* vbi in incompatibilibus & ſibi con-
trariis non poteſt electus duas electiones proſequi,
etiam ſi proteſtetur ſe contentum altera; nam ne-
ceſſe eſt quod alteram eligat.

CONCLVSIO II.

Altera ſit concluſio, quod in remediis, ſeu actioni-
7 bus contrariis, ſiue iocompatibilibus origine & effe-
ctu, aut effectu tantum ſeu exercitio, vna actione ele-
cta, conſumitur alia, & non valet redire ad aliud re-
medium, ſeu actionem, etiam ante litem conteſtatam.

8 Colligitur hæc concluſio ex aperto in illis verbis,
*d. l. fin C. de Codicil. ab ipſis inventionis exordiis vtrum
velit, eligendi habeat poteſtatem, ſciens ſe vnius ele-
ctione, alterius ſibi aditum præcluſiſſe.* Et comprobant
eam text. in *d. l. cum in herede 9. §. eligere, ff. de Tri-
butor. action.* ibi: *Cum ſciat ſibi regreſſum ad aliam non
futurum, l. in dilectis, §. detracta, ff de noxalib. l. ple-
rumque, §. fin. ff. de iur. dotium.* & melior text. in *l. ſi
fundus 4. § eleganter, ff. de lege commiſſor.* vbi eligens
inter contraria, variare non poteſt: Et ita teſtatur ele-
ganter Papinian. *lib. 3. reſponſorum*, ibi: *Statim atque
commiſſa lex eſt, ſtatuere venditorem debere, vtrum
commiſſoriam velit exercere, an potius pretium petere,
nec poſſe, ſi commiſſoriam elegit, poſtea variare*, & tan-
dem in *d. cap. vt quis duas 25. de electiõ. in 6.* ibi: *Re-
greſſum ad aliam, cui per electionem alterius renuntia-
re, ſibique ius ex ea non competere, profiteri videtur,
nullatenus habiturum.* Dynus *in cap nullus 20. n. 20. de
regul. iur. in 6.* & eſt text. de iure noſtro *in l. 7. tit. 10.
partit. 3.*

Ratio eſt, quia per electionem vnius ex contrariis 9
ſeu incompatibilibus, ſequitur tum quod aliud repro-
betur, atque ei renuntiari videatur: tum quod cæte-
ris prætendentibus adquiritur ius; ideoque in præiu-
dicium eorum, non habet eligens regreſſum, nec ſibi
amplius datur aditus: text. & Gloſ. *verb. renuntiare,
in d. cap. vt quis duas 25. de elect. in 6.* Alberic. in *l.1.
in princip. C. de furtis*: & alij quamplurimi.

ILLATIO I.

Infertur primò, quod quando alicui competit actio 10
ad quemcumque ex duobus, pluribuſve Maioratibus,
quocumque modo incompatibilibus, ſi eorum ſuc-
ceſſio eſt iam delata, & actiones ad eos natæ, non
valet petitio ad omnes, ſed ad vnum tantùm eorum.
Redditur ratio ex ipſa concluſione; nam ſucceſſio
Maioratuum, in quibus prohibita ſit cumulatio, ſeu
coocurſus, eſt incompatibilis origine & effectu, ſeu
exercitio ad ſuccedendum.

Quod quidem probatur: nam ſecundùm Salycet. 11
in d. l. 1. C. de furtis, n 155. & Franciſc. Curtium iooior.
ibid. n.18 & 19. actiones contrariæ ſeu incompatibi-
les origine, ſunt illæ, quando cauſæ actionum non
poſſunt ſimul eſſe veræ in concurſu & exiſtere. Exem-
plum ponitur in teſtamento falſo, & inofficioſo: per
text. in *d. l. cum qui, & l. contra maiores, C. de inoffi-
cioſo teſtam.* Nam falſitas præſopponit nullitatem te-
ſtamenti; inofficioſitas autem præſupponit validita-
tem mero iure, *l.1. ff. de iniuſto, rupto, & irrito facto
teſtamento.*

Aliud exemplum ponitur in remedio Adipiſcendæ, 12
& remedio Recuperandæ, quæ non poſſunt cumula-
ri, cum ſint contraria remedia in ordine; quia *Adi-
piſcendæ*, datur ei qui antea nunquam poſſedit: *Recu-
perandæ* verò ei competit qui poſſidebat, ſed fuit de-
iectus: ideò ſunt remedia contraria in origine, ex eo
quod, is qui intentat remedium Recuperandæ, præ-
ſupponit poſſediſſe; qui autem intentat remedium
Adipiſcendæ, præſupponit ſe non poſſediſſe: Bald. *in
l. incerti, n.17. q.11. C. de Interdict.* Roman. in *l. natura-
liter, § nihil commune, n.14.* & *ibid.* Alex. *n.90.* Iaſon
n.153. Berengar. Ferdinand. *cap. 3. n.48.* Afflict. *dec. 118.
in princ.* Surd. *conſ. 373. n.17. 18. & 19.* Ergo idem dicen-
dum eſt in Maioratibus quocumque modo incompa-
tibilibus per diſpoſitionem hominum, ſiue per diſpo-
ſitionem legis, per quam prohibeatur cumulatio ſeu
concurſus eorum, cum habeant implicitam contradi-
ctionem in origine ad ſimul ſuccedendum in eis.

ILLATIO II.

Infertur ſecundò ad materiam Maioratus, quod per 13
electionem, ſeu petitionem vnius ex duobus incompa-
tibilibus Maioratibus iam delatis, conſumitur electio
alterius; ideoq; non datur regreſſus, ad hoc vt poſtea
poſſit

Digitized by Google

poſſit pœnitere, & alterum petere, ſeu eligere, propter regulam contrarietatis & repugnantiæ, vbi ſequitur ex electione vnius, quod talis electio ſit aliorum reprobatio. In cuius comprobationem ponderant Doctores textum in *leg. cum ita legatum, §. 1. de condit. & demonſtrat.* vbi quod mulier quæ Titio nubere iubetur, cæteris nubere prohibetur: cùm ſit de iure prohibitum & incompatibile, quod cum duobus pluribusve poſſit matrimonium contrahere. Quem textum ad id ponderat *ibid.* Bartol. & Petrus Surd. *conſ. 418. num. 7. & 8. vol. 3.* Paulus Bellon. *de poteſtate eorum quæ incont. fiunt, lib. 1. cap. 143. num. 4.* & de iure noſtro Regio eſt textus in *l. 7. tit. 10. partit. 3.* vbi loquitur de remediis ſeu actionibus contrariis, ſeu incompatibilibus, & quando duo iudicia ſic ſe habent quod Abſolutoria lata in primo, parit exceptionem rei iudicatæ in ſecundo; & Condemnatoria lata in ſecundo, parit Reo præiudicium in primo. Et poſtquam in exemplis demonſtrauit quando dicantur contraria, ſeu incompatibilia, & quod non poſſint ſimul intentari, ita decidit: *Mas deue eſcoger la vna dellas qual ſe quiſiere, catando qual dellas le haze mayor pro: y eſcogiendo la vna, no puede deſpues tornar a la otra, &c.*

14 Quod quidem procedit etiam in materia & caſu quo prohibitus ſit concurſus, ob contrarietatem & repugnantiam, vel ob cumulationem & duplicitatẽ: & ſic quando obſtat exceptio contrarietatis, vel exceptio cumulationis ſeu duplicitatis: & vbi ex eo reſultaret in vno iudicio, exceptio rei iudicatæ in alio: vt videre eſt per Ant. Capicium *deciſ. 33. & deciſ. 46. n. 6. & dec. 119 n. 6.* Ant. Gabriel *tit. de actionib. concl. 1. & concl. 2. l. 25. tit. 9 partit 6* & ibi D. Greg *in gloſ. v. arrepentir, & in d. l. 7. tit. 10. partit. 3. gloſ. 1. verb. ſole que no ſea.* Ant. Gomez *in l. 45. Tauri, n. 159.* Gomez Arias *in l. 50. Tauri, à n. 36.* Caſtil. *in l. 52. Tauri, n. fin.* Ioan Gratian. *regul. 480. n. 1. 2. & 3.* Surd. *conſ. 111. n. 6 & conſ 171 n. 20. & conſ 413.* idem Surd. *deciſ. 92. n. 13. & 14 & deciſ 317 à n. 16.* vbi etiam eius Additionator Ioan Baptiſt. Hodierna: Vrſillus ad Matth. de Afflict. *deciſ. 9. n. 3. & deciſ. 199. n. 1.* Heuia Bolaños *in Curia Philippica in p. 1. §. 11. n. 8.* Ceuallos *tom. 3. q. 815 num. 37.* Paulus Bellon. *de poteſt. eor quæ incontinenti fiunt, lib. 1. cap 1.. & 144.*

15 Sed aduertendum eſt, quod ſupradicta indiſtinctè accipienda ſunt, non ſolum quoad remedia & actiones contrarias incompatibiles; ſed etiam quoad modum & viam agendi, ſi ſe inuicem contrarientur, & non compatiantur: ſin autem via, ſeu modus agendi non ſit contrarius, ſeu incompatibilis, ſed diuerſus, tunc verſatur difficultas & magna cõtentio inter DD. an electâ vnâ viâ, quis reuertere poſſit ad aliam?

16 Exemplum ponitur in via ordinaria, & executiua, quæ ambæ competãt creditori ad conſequendum ſuũ creditum virtute alicuius inſtrumenti executiui: Et in diuerſas opiniones ſeu ſententias DD abeunt: multi eorum perſiſtunt in hac opinione, quod creditor qui primo elegit modum agendi per viam ordinariam, ſi ab ea deſiſtere velit, & ad executiuam reuertere, poſſit vtique, reficiendo expenſas parti aduerſæ factas in via ordinaria; quia cum non ſint contrariæ, ſed diuerſæ actiones ad eundem finem tendentes, etiam ſi intentet primò viam ordinariam, poteſt eâ relictâ redire ad executiuam, refectis expenſis: ſiquidẽ ideo agit à principio via ordinaria vt veniat ad executionem: & ſic non datur quòd vnâ electâ, alteri renuntietur, neque per electionem vnius, altera tollatur: *l. miles, §. qui iudicati l. 4. § ſi ex conuentione, ff. de re iudicata: l. ſi ſeruus, ff de ſeruitut. vrban. prædior.* per quas leges, & alia iura, ita tenent Rebuffus *in tit. de lit. obligator. art. 1. Gloſ. vnic. n. 22. & art. 6 gloſ. 3. n. 7.* Caſtil. *in l. 64. Tauri, à n. 3.* Paz *in praxi, 4. part. cap. 2. n. 2. & cap. 3. n. 31.* Acebed. *in l. 1. n. 152 tit. 21. lib. 4. Recop.* Heuia de Bolaños *in Cur. Philip. 2. p. 2. de iudicio execut. §. 1. n. 2.* Felician *de cenſ. lib. 2. c. 1. n. 14.* Matthias Colerius *de proceſſ. execut. p. 3. c. 5. n. 42.* Rodrig. *de execut. cap. 6. n. 21. & 2.* D. Chriſtoph. de Paz *de Tenut. tom. 1. cap. 22. à n. 6.* Villadiego *in ſua Politica c. 2. n. 21.* Cancer. *lib. 3. variar. reſol. cap. 15. à n. 180.* Steph. Gratian. *tom. 1. cap. 118. n. 51. & 52.*

Sed alij Doctores contrariam tuentur ſententiam, ad hoc vt creditor qui viam ordinariam elegit, non poſſit ea relicta ad viam executiuam redire; etſi id faciat, debitor poſſit illi obiicere exceptionem litiſpendentiæ in via ordinaria, & ſic impedire viam executiuam, prout ſunt Rodericus Suar. in *leg. poſt rem iudicatam, notab. 3. n. 1.* & *ibidem* eius Additionator. Bedes: Matant. *de ordine iudicior. partit. 6. titul. de inſtrumentor. productione, ſeu actn 8. n. 31. & diſput. 6. num. 24.* Auiles *in cap. Prætor. cap 10. verb. Execucion, num. 27* Dom. Molin *de primogen. in annotation n. 16. ſuper lib. 3. cap. 13. num. 31.* Dom Gregor. Lopez in *l. 19. tit. 22. partit. 3. gloſ. fin.* Parlador. *lib. 2. rer. quotidian. cap. vlt. part 5. §. 11. num. 19. & 20.* Borgninus Caualcan. *deciſ. 1. n. 16* Burgos de Paz *conſ. 19. n. 7.* Velaſquez de Auendaño in *l. 45. Tauri, gloſ. 7 n. 8.* Math. Colerius *de proceſſ. executiue, part 3. cap. 5. à num. 35.* Ioan. Gutierrez *practicar. lib 3. quæſt. 19. num. 3.* Aluarus Valaſc. *conſultat. 88. n. 9.* Hieronym. Gonzal. *ad regul. Cancellariæ gloſ. 6. num 191.* Lancellot. *de Attentat. part. 2. cap. 4. limitat. 3. à n 8.* Monter de la Cueua *deciſ. 22. num 10* Cæſar de Graſſis *deciſ. 1. à n 2.* Marius Giurb. *deciſ. 74 à num. 11. & deciſ. 100. n. 52.* vbi limitat, niſi creditor, quando viam ordinariam intentauerit, proteſtatus eſſet, quod viæ executiuæ præiudicare nolit: Scaccia *de Iudiciis, tit. 1. cap. 62. num. 33. & cap. 29. n 9. & de Appellat quæſt. 17 limitat 9. à num. 34.* Mareſcot. *variar. reſolut. lib 1. cap. 38. à n. 4.* Dom. Epiſcop. Valençuel Velaſquez *conſ. 49 n. 11.* Paul Bellon. *de poteſt. eor. quæ incont fiunt tit. 1. cap. 143* Dom. Salgad. *de Regia protect. part 4. cap. 7. n. 172.* & alios referens Carleual *de iudiciis, tom. 2. diſp. 14 n. 2.* 17

Alij autem Doctores mediam ſententiam ſequuntur, & vtramque opinionem componunt, cum hac diſtinctione. Ante litem conteſtatam in via ordinaria poterit creditor ab ea deſiſtere, & ad viam executiuam redire; non autem poſt litem conteſtatam, etſi expenſas refundere ſit paratus: quia hoc redundat in præiudicium Rei, cui per litis conteſtationem (in qua quaſi contrahitur) iam fuit ius quæſitum in illo iudicio ordinario. Ita concordant hanc controuerſiam Ioan. Gutierr. *practicar. lib. 3. quæſt. 39. num. 6.* Hermoſill. in *l. 56. titul. 5 partit. 5. gloſ. 11. & 12. à num. 158.* Dom. Ioſeph Vela *tom. 1. diſſertatione 23. num. 70.* à qua non diſſentit Colerius *de proceſ. execut. part. 2. cap. 5. à num. 8.* argumento text. in *leg. ſi conuenerit 18. de iuriſdict. omn. iudicum, leg. apertiſſimo 16. Codice de iudiciis, leg. amplius non peti 11. ff rem ratam haberi.* Quam nos libenter amplectimur, ex regula *l. edita, C. de edendo, §. ſi minus, Inſtit. de actionib.* quæ procedit etiam in actionibus ſeu remediis ex diuerſis modis agendi indirectò contrariis ſeu incompatibilibus, prout ex infra dicendis apparebit. 18

ILLATIO III.

Tertiò infertur, quod in remediis, ſeu actionibus incompatibilibus, vna electâ, non valet quis pœnitere & ad aliam redire etiam ante litis conteſtatio- 19

20 nem. Et ſic verſatur differentia inter actiones, ſeu remedia contraria, ſiue incompatibilia, & remedia diuerſa, ſeu omnia alia quæ compatiuntur & cumulari poſſunt. Nam in remediis ſeu actionibus contrariis, in quibus electione vnius tollitur alia, etiam ante litis conteſtationem non eſt locus pœnitentiæ, & ſic non poteſt quis variare & ad aliam redire: Gloſ. *verb emendare, verſ. Vel niſi actio vetus, in l. edita, Cod. de edendo per dict. l. fin. Cod. de Codicill.* & alia iura quæ de incompatibilibus actionibus
21 loquuntur. At verò in aliis remediis ſeu actionibus, diuerſis quidem, ſed quæ compatiuntur, & cumulari poſſunt, ante litis conteſtationem poteſt quis variare, & prima relicta ad aliam redire: *leg. non poteſt 23. leg. de qua re 74. in princip.* vbi Gloſ. 1. *ff de iudic. l. filij 6. ff. ad Tertyllian. l. ſi quis ſtipulatus 112. in princip.* & vbi Gloſ. *verb. quam volam, ff de verbor. obligat.* & eadem Gloſ. *in dict. leg. edita, Cod. de edendo.*

22 Et cauſa differentiæ conſiſtit in ratione contrarietatis, ſeu incompatibilitatis, vbi ſtatim quòd vnum remedium eligitur, deperditur, & renuntiatur aliud. Quod limitari dupliciter poteſt: primùm in minore, cui competit beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus electionem vnius ex remediis, ſeu actionibus contrariis: ideò ſi minor, vel eius tutor fuit læſus vel deceptus in eligendo, & petendo vnum ex duobus pluribuſve Maioratibus incompatibilibus iam delatis, minus vtilem, vel opulentum, poterit per reſtitutionem in integrum reuertere ad alium magis vtilem & opulentum: ex *leg. & ſi ſine 8. in princ.* aliàs *leg. ait Prætor. 7. §. hodie, ff. de minor. l. 5. titul. 19. partit. 6.* Azor *in rubr. Cod. de in integrum reſtit. num.* 12. Speculator *de in integrum reſtitut. §. 1. num. 2.* Anton Gomez *variar. tom. 2. cap. 14. num. 4. verb. Nono infertur:* Sfortia Oddus *de in integr. reſtit. part. 2. quæſt. 85. art. 3. num. 18.* poſt Ioan. Mauit. *de in integr. reſtit. cap. 140. à num. 1.*

23 Secundò limitatur: Quando per primum remedium contrarium, non poteſt eligens ſatisfactionem conſequi; tunc valet redire ad aliud: & ita intelligitur Bald. in *l. fin. num. 7. Cod. de edict. Diui Adriani toll.* vbi tenet quod qui propria authoritate poterat facere ingreſſum, adeundo Iudicem non intelligitur renuntiaſſe facultati accipiendi rem extraiudicialiter & manu propria: quia per electionem, inquit, vnius remedij ex pluribus, non cenſetur renuntiatum aliis: adeoque non præſcindi creditori facultatem, derelicto primo, tranſeundi vel reuertendi ad alia; & iuxta hanc diſtinctionem, interpretatur *leg. perſecutione 24. Cod. de pignerib.* & alia iura quæ ad id refert Mathias Colerius *de proceſſ. executiuo, part. 1. cap. 8. à num. 38. & part. 3. cap. 5. num. 45.* ibi: *In contrariis creditor per electionem primi, vel ordinarij iuris remedij, non poterat ſatisfactionem conſequi, ideo nihil prohibebat; quin eidem ad alias vias regreſſus pateret: ſecus eſt, vbi per primum remedium plenè poteſt conſuli crediteribus, tunc enim vno electo tollitur aliud, dict. l quod in heredem 9. §. eligere, de Tributor. actione: cum aliis concordantibus.* Et nos diximus 1. *part. huius Operis, cap. 8. à num. 43.* Idem Colerius *dict. cap. 5. num. 47.*

* * *

CAPVT III.

De Incompatibilitate in iure Cæſareo, circa concurſum plurium actionum contrariarum. Et vtrum duo Maioratus obtineri ſimul poſſint, vnus iure proprio alter iure adminiſtrationis.

SVMMARIVM.

1 *Actor non poteſt duas actiones contrarias ſimul exercere, atque eas perſequi ob incompatibilitatem, quæ prouenit ex naturali ratione: iuxta deciſionem* l. 1. Cod. de furtis, *& n. 2. & 3.*

4 *Caſus figuratur ad declarationem, & intelligentiam textus* l. 1. C. de Furtis.

Et ratio incompatibilitatis in hoc caſu confirmatur & aliis iuribus, & ex l. 7. tit. 10 part. 3. *quæ refertur ad literam, n. 5. & 6.*

7 *Actor qui agendo velit vti duabus actionibus incompatibilibus, non eſt audiendus ſi vnam earum non eligat.*

8 *Succeſſor ſi velit agere remedio poſſeſſorio, ſiue petitorio, ad duo primogenia incompatibilia ex voluntate præſumpta, vel expreſſa Inſtitutoris, non eſt audiendus.*

Extende etiamſi ſit reus, & velit retinere ea primogenia incompatibilia, n. 11.

9 *Reus poteſt ſe defendere cum exceptionibus duabus, pluribuſve incompatibilibus, ſi conditionaliter, & in ſubſidium de eis excipiat, & num. 10.*

12 *Affirmatio, & negatio ſunt directè contraria, & taliter incompatibilia, quod ſimul de eis agere, vel excipere non licet, & n. 13.*

14 *Aduocatus prudens quomodo ſe debet habere in libello ad petendum vnum ex duobus primogenitis incompatibilibus.*

15 *Bona Maioratus abſentium dari debent adminiſtranda conſanguineo proximiori ſub fideiuſſoribus.*

Et idem debet obſeruari, & practicari in bonis Maioratus quod in bonis liberis abſentis, n. 16. & 17

18 *Ratio redditur quare bona Maioratus, ſeu feudalia abſentium; dentur adminiſtranda ſub fideiuſſoribus, ſeu cautione de reſtituendis fructibus, ſi longior ſit abſentia.*

Limita, ſi parum temporis ſit abſens, veluti intra quinquennium, n. 19.

Ad quod vſque tempus abſens præſumitur viuere noſtris temporibus? Contra l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. *num. 20. & 21.*

22 *Abſentium bonis datur curator, ſeu committuntur bona adminiſtranda proximioribus conſanguineis, ſiue immediatis ſucceſſoribus, ſi tempus decennij ſit lapſum.*

Contra Muñoz de Eſcobar, n. 23. 24. & 25.

26 *Subſtitutus, ſeu immediatè vocatus ad ſucceſſionem Maioratus abſentis, ſi habeat, ſeu poſſideat alium Maioratum incompatibilem cum Maioratu illius, qui abſens eſt, an ſtatim eligere teneatur alterutrum, antequam mors abſentis plene probetur, vel poſſit adminiſtrationem Maioratus abſentis obtinere, & ſimul proprium poſſidere ac retinere? Diſcutitur ex vtraque parte, & reſoluitur à n. 27. vſq. ad 48.*

ARGVM.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De duabus, pluribuſvè contrariis ac incompatibilibus actionibus, ſeu ad inuicem expugnantibus in effectu, vſu, ſeu exercitio, ita vt quis vnam teneatur eligere, aliter admitti ſeu audiri non debeat: ad textum de iure Cæſareo in *l. 1. Cod. de furtis, & ſeruo corrupto.* Ab hinc diſſeritur, vtrum quis poſſit admitti ad duos Maioratus ad inuicem repugnantes, ſeu incompatibiles; alterum, quem habeat iure proprio ſucceſſoris, alterum quem habere intendat iure adminiſtratoris ſeu curatoris bonorum abſentis ſui conſanguinei; ex eo quod, ſi abſens conſanguineus deceſſerit, ad eum tanquam ad proximiorem, ſeu vocatum competeret ſucceſſio; & an hoc caſu eligere teneatur; & ſi non eligat, an ad alium ſequentem in gradu pertineat adminiſtratio bonorum Maioratus abſentis.

1 IMperatores Seuerus, & Antoninus in *leg. 1. Cod de furtis:* naturali ratione adducti, hanc materiam incompatibilitatis recognoſcentes, prohibuerunt actionum contrariarum concurſum circa idem in agendo, ita vt alteram earum actor eligere teneatur, alioquin ſi duabus ſibi repugnantibus actionibus vti velit, audiri, ſeu admitti non de-
2 bet: quod autem ſtatuerint ex naturali ratione ad id definiendum clarè demonſtratur in ipſo textu: dum dicitur; *Neque enim æquitas patitur, vt & criminis cauſam perſequaris, & bonæ fidei contractum impleri poſtules.* Nam ibi illa vox *æquitas* nihil aliud eſt, quam naturalis ratio: ſecundum Bald. in *l. 4. C. de dotis promiſſ.* & antea in *l. 1. in 3 appoſitione, ff. de*
3 *iuſt. & iur.* Ideo idem eſt, ac ſi dicerent, ob naturalem rationem incompatibile eſt, quod Actor vtramque actionem, alteram alteri contrariam valeat ſimul exercere, ac perſequi. Idem agnouit Ariſtoteles *lib. 2. Topic.* id eſt, *in locis, cap. 1.* vbi ſua ratione, & diſtinctione naturali dixit, *quod impoſſibile eſt, contraria eidem ineſſe.*

Caſus verò *huius l. 1. C. de furtis,* ſic figuratur: Ti-
4 tius habebat ſeruos & abſque voluntate & conſenſu eius, Seius & Caius cum mandato ſeruorum ex pecunia per ſeruos ſubrepta, & ſcientes pecuniam per ſeruos eſſe ſubreptam, emerunt prædia: Vnde domino competit actio, ſeu condictio furtiua, & mandati actio: Sed ex eo quod ſunt contrariæ, & ex diametro repugnantes; nam ſi agat actione mandati ſibi per ſeruos acquiſita, comprobat factum ex mandato; at ſi agat actione furti, reprobat contractum initum mandato ſeruorum: ideò Imperatores decreuerunt, quod Dominus ſeruorum; eligat vnam earum actionum: & reddunt rationem ibi, *neque enim æquitas patitur, &c.*

Et idem, ex ipſamet ratione incompatibilitatis,
5 deducitur in *l 1. Cod ſi ſeruus extero ſe emi mand. leg. tranſactione, 30. Cod. de tranſact. l. 1. C. qui accuſ. non poſſ. l. commiſſoria 4. Cod. de pact. inter emptor. & venditor. l qui ſeruum, C. de act. & obligat. cap. imputari, de fide inſtrum. cap. ſolicitudinem, de appellat.*
6 De iure tandem noſtro Regio, conſonat *l. 7. tit. 10. partis 3.* Vbi apertiùs loquitur, & duobus exemplis ita demonſtrat: ***Poner puede alguno muchas demandas contra ſu contendor moſtrandolas y razonandolas todas en vno, ſolo que no ſea contraria la vna de la otra; caſi tales fueſſen, no lo podria facer; eſto ſeria quando el ſieruo mandaſſe a otro, que compraſſe caſa, o viña, ò otra coſa qualquiera, de los dineros que el auia furtado à ſu Señor, que aquel que hizieſſe aqueſta compreda por el ſieruo recibieſſe los dineros, ſabiendo que los auia furtado, entonces el Señor auria contra eſto, dos demandas, que ſon contrarias, la vna dela otra: ca la podra demandar los dineros que recibieſſe de ſu ſieruo, como de furto, y haziendo eſta demanda; mueſtra que no ſe paga de la compreda, que hizo el otro por mandado de ſu ſieruo: y la otra demanda es, que ſi le pluguiere al ſeñor de la compra que es hecha de ſus dineros por mandado del ſieruo, que auiendola por firme, la puede demandar à aquel que la hizo, y eſta demanda es contraria de la primera; porque haziendo tal demanda; mueſtra, que ſe paga de la compra que fue hecha por mandado de ſu ſieruo; y porende ſi eſtas dos demandas, que ſon contrarias la vna de la otra, quiſiere hazer en vno demandando ſu auer como de furto; y otro ſi la coſa que fue comprada de ello por mandado de ſu ſieruo, no lo podria hazer; mas deue eſcoger la vna dellas, qual ſe quiſiere catando en qual de ellas, iace mayor pro, y eſcogiendo la vna, no puede deſpues tornar a la otra. Eſto miſmo dezimos, ſi alguno compraſſe coſa agena; ſin mandado de ſu dueño, que ſe la puede demandar à aquel cuya era; ſino ſe pagare de la vendida, ò ſi la quiſiere auer por firme, puede demandar el precio, que fue prometido por ella; mas no puede hazer demanda en vno de la coſa y de el precio, porque ſeria la vna contraria de la otra; aſſi como de ſuſo diximos.***

Ab hiſce iuribus & textu capitali in *d. l. 1. Cod. de furt.* ita ſelectè in noſtra Iuriſprudentia elicitur concluſio, quæ maximè eſt conducibilis ad iura Maioratuum, qui ſint incompatibiles.

Actor, qui agendo velit vti duobus actionibus in- 7
terſe contrariis, ſeu incompatibilibus, non eſt audiendus neque admittendus, ſed vnam earum eligere debet.

Ex quo planè infertur ad materiam Maioratus, ta- 8
lis atque firma concluſio. Quod quando duo primogenia ſunt interſe contraria, ſeu, ex voluntate inſtitutoris præſumpta, vel expreſſa incompatibilia; tunc ſucceſſor ſi velit agere remedio poſſeſſorio, ſiue petitorio, ad vtraque primogenia, non eſt audiendus, niſi vnum eorum eligat: quia ex notatis per Bald. Salicetum, & alios, in *dict. l 1. C. de furt.* quando contraria, ſeu incompatibilia concurrunt, neceſſarium eſt, vnum eligi, & aliud reiici: & quod per electionem vnius ex contrariis, impediatur natiuitas alterius, ſcilicet apud eundem: Dom. Molina *lib. 1. c. 14. num. 27.*

Extendas etiam in excipiendo; quia licèt reus 9
poſſit ſe defendere ex duabus, pluribuſve exceptionibus, quamuis contrariis, & repugnantibus; textus & Gloſ. in *leg. nemo prohibetur 8. ff de exceptionibus, l. nemo 43. ff de regul. iur.* vbi Decius *num. 1. cap. nullus pluribus 20. de reg. iur. in 6.* vbi Dinus *num. 8. & 9.*
reddit rationem, & rationem rationis. Maximè ſi 10
tales exceptiones conditionaliter & in ſubſidium proponantur, Gloſ. in *l. ſi quidem, Cod de exception.* vbi Bald. Angelus, Salicetus, & alij: Philipp. Decius in *dict. l. nemo, §. quoties, num. 1. & 2.* Innocent. in *cap. cum venerabilis, de except.* Lanfrancus ab Oriano *in cap quoniam contra, n. 1. de probat.* Card. Tusch. *lit. E. concluſ. 1005. n. 16.* Barboſ. *in axiomat iuris, axiom 58. verb. Contrarietas. & Contrarium, num. 9* Aluar. Velaſco, & Duenas eius Additionator *in axiom. iur. lit. C. num. 214. & n. 218.*

11 Tamen ſucceſſor Maioratus, ſi ſit reus, non ex eo poterit ſe defendere, itavt valeat retinere duo pluráve primogenia, ſi ea incompatibilia fateatur; quia exceptiones huiuſmodi, quando non negaſſet primogenia eſſe incompatibilia, & contraria ex voluntate inſtitutorum, ſint incompatibiles origine, & effectu, cum euidenter appareat, quod in exceptione de retinendo duos Maioratus incompatibiles, quoad vnum neget, & quoad alterum affirmet: nam cùm in eo dicat ſe eſſe capacem ex voluntate inſtitutoris, in altero neceſſe eſt fateri ſe incapacem ex voluntate inſtitutoris, vel legiſlatoris, qui prohibuit concurſum vtriuſque apud vnum ſucceſſorem; & ſic cum in vno affirmet, neceſſarium eſt quòd in altero neget: ſed ſimul idem affirmare, & negare, impoſſibile eſt, atque
12 incompatibile; quia affirmatio & negatio ſint directè contraria; ideò licèt exceptiones ſint fauorabiles, & regulariter plures ſimul allegare liceat; tamen in hoc caſu reus conuentus ſic excipiens non eſt audiendus: idque cum eruditione magna docet Dynus in *d. cap. nullas, num.* 8. vbi allegat iura, quæ id probant; ita enim dicit: *Sed ſi non eſt poſſibile primam conuenti aſſertionem cum ſecunda concurrere, id eſt, non eſt poſſibile ſimul verum eſſe, quod in vtraque continetur, quia in vna negat, & in altera affirmat; & affirmatio, & negatio, ſunt directè contraria: tunc dico quod non audietur; vt in auth. de Triente & ſemiſſe, §. ſtudium verò, & §. illud quoque, C. de non numerat pecun. Authent. contrà, qui propriam; & de compenſat. l. fin. & Cod. qui potior. in pignor. habeant, auth. item poſſeſſor, & ff de rei vindicatione, l. fin. & ff. ſi quadrupes pauper. feciſſ. dicatur; l. 1. §. interdum: & de noxalibus act. l. fin. & l. ſi ſeruus, §. ſi negauerit.*

13 Idem Dynus in *dict. cap. nullus pluribus, num.* 21. vbi docet differentiam de Contrariis, & incompatibilibus, ita ſic: *Et primò, ad primum, quia quædam ſunt Contraria, origine, & effectu, & tolluntur electione, vt in l. 1. C. de furt. & in l. vnica, Cod. ſi ſeruus extero ſe emi mandau. & Cod. de Codicill. l. vltima: & in his cumulatio non procedit. Quædam ſunt contraria origine, ſed effectu conuenientia, quia ad vnum finalem effectum tendentia, vt falſum, & inofficioſum; & iſta non tolluntur electione, nec ſententia lata in vno præiudicat alteri, vt dicta l. eum qui: Sed non patiuntur ſe concurſu, ratione contrarietatis, quæ eſt in origine; & in his ſimiliter cumulatio non procedit, vt in dict. l. contra maiores. Quædam ſunt, quæ nec in origine, nec in effectu ſunt contraria, & electione non tolluntur; & abſolutoria lata in vno, non præiudicat in alio: & in his procedit regula; quæ cumulationem permittit.*

14 Sed antequam alia proſequamur; aduertat prudens Aduocatus, quod ſi eius clientulus in petendo, vel excipiendo intendat duos conſequi, vel retinere Maioratus incompatibiles, dicat in formatione libelli, quod debet obtinere, vel retinere prædicta duo primogenia ex eo quod non ſint incompatibilia: Sin autem incompatibilia declarentur, quod fieri non debet; ex nunc. prout ex tunc, eligit tale primogenium; vel ſe velle eligere vnum eorum ex nunc proteſtatur: nam ſi non eligit, nec proteſtatur, eligere poterit aduerſarius vnum ex illis incompatibilibus Maioratibus, etiam meliorem, ex Bald. in *l cum precum, C. de liberal. cauſ num.* 5. vbi docet, quod licèt intendens, ſeu allegans contraria, audiri non debeat; tamen aduerſarius vnum ex his contrariis ſeu incompatibilibus acceptare poteſt: & ex Bald. ita etiam eum referens tenet Dom. Gregorius Lopez in *l. 7. tit. 10. partit.* 3. Gloſ. 1. *in fin.* Philip. Decius in *cap. ſolicitudinem, num.* 17. *de appellat.* Vincent. Catocius *ſingulari* 77. Aluarez de Valaſco, & ex eo Dueñas eius Additionator, *in axiomat. iuris, lis C. num.* 216.

Iam ex his omnibus ſe offert ad praxim contingibilis atque ſelecta quæſtio, ad cuius introductionem, recolere, ſeu memoria repetere oportet, quod non ſolum de iure, ſed etiam de conſuetudine bona abſentium, quorum vita, aut mors ignoratur, debent ſub fideiuſſoribus in adminiſtrationem dari eis conſanguineis proximioribus, qui ab inteſtato, vel ex teſtamento ſucceſſuri eſſent in bonis abſentis: D. Gregor. Lopez *gloſ. verb. Abonda que pruene*; *in l.* 14. *titul.* 14 *partit.* 3. argum. text. *in l. 1. §. 1. ff ad Tertyllian. l. 1. ff. de bonorum poſſeſſ. furioſo, &c. l. 3. C. de captiu. & poſtlim. reuerſ. l. 4. tit. 29. partit.* 2. ibi: *Y eſtos bienes como quierque todos los hombres ſon tenudos de los guardar; mayormente conuiene a ſus parientes mas propinquos.* Boërius *deciſ.* 88. Caualcanus *de Tutoro, & Curat. num.* 314. Paz *in praxi, tom. 1. part. 3. à n.* 13. Ioan. Gutier. *de tutelis, part. 3. cap. 17. n. 3. & de iuramento confirmat. part. 1. cap. 23. n.* 6. Menochius *de Arbitrar. lib. 2. caſu* 150. Ioan. Garcia *de expenſ. cap. 20. n.* 3. Gomez de Leon *facto* 29. Parlador. *quotid. differentiar. lib. 3. quæſt. 2. de bonis abſentis*: Dom. Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capell. lib. 1. cap. 22. à num.* 16. Dom. Epiſcopus Salmant. Dom Ioan. Baptiſta Valençuela Velaſquez *tom. 1. conſ.* 17. Antonius Faber *in ſuo Codice Fabriano, lib. 5. tit. 40. C. de Curat. furioſ. prodig. abſent. diffinitione* 1. 2. & 5. Villadiego *in ſua Politica, part. vltim. de forma libellandi, n. 62. verſ. Pide la hazienda de tu hermano, ò pariente mas cercano abſente, fol.* 225. Muños de Eſcobar *à ratiocin. cap. 6. à num. 47. vſque ad n.* 55. vbi omnes fermè quæſtiones materiam de bonis abſentis in adminiſtrationem ſub fideiuſſoribus dandis proximioribus conſanguineis, concernentes inuenies deciſas: ideò ad eum recurras: Gomez Bayo *in praxi lib. 1. q. 95. per tot.* 15

Idem quod de iure & conſuetudine obſeruatur in bonis abſentis, quæ ſint libera, ſeu allodialia, obſeruari etiam debet in bonis feudalibus, & primogeniorum, quorum ſucceſſores & poſſeſſores ſint abſentes in longinquis, vel ita vagabundi, vt ignoretur an viui, vel mortui ſint, quia tunc ſubſtituti, ſeu immediati ſucceſſores poterunt petere, quod ſub fideiuſſoria cautione, talia bona feudalia, vel Maioratus in adminiſtrationem ſibi dentur: Muñoz de Eſcobar *de ratiocin. cap. 6. n.* 53. Dom. Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capell. dict. lib. 1. cap. 22. n.* 17. Gomez Bayo *in praxi, dict. lib. 1. q. 95. n.* 6. 16

Et licet videatur, quod hæc cura, ſeu adminiſtratio ſub fideiuſſoribus conceſſa, magis pertinere debeat ad hæredes abſentis, teſtati vel inteſtati, quibus non dubium eſt quin pertineant fructus & redditus bonorum Maioratus, qui decurſi fuerint dum abſens vitam agat; attamen ex eo quod præſumendum eſt, maiorem curam & ſolicitudinem circa conſeruationem, & augmentum bonorum Maioratus adhibiturum immediatum ſucceſſorem, quam hæredem in bonis liberis abſentis, qui hæres in bonis Maioratus ſucceſſurus non eſt; ideò conſultius videtur, vt adminiſtratio bonorum Maioratus immediatis ſucceſſoribus eiuſdem committatur. 17

Adde quod cùm ratio, ob quam conceduntur primogeniorum bona, vel feudalia abſentis in adminiſtrationem ſub fideiuſſoribus, & cautione de reſtituendis fructibus atque redditibus decurſis ex bonis Maioratus, ea ſit; quia præſumitur abſens iam è viuis deceſſiſſe, ex quo per longum tempus neque per literas, neque per nuntios curat de adminiſtratione, & conſeruatione bonorum, & diſpoſitione fructuum, 18

aut

aut redditūum ſui Maioratus, ſibi remittendorum, vel aliter diſtribuendorum: & cùm per mortem abſentis, non eius hæredibus, ſed tantum illis, qui ſubſtituti ſint in Maioratu, & immediatè vocati poſt eum, competat ſucceſſio; ideo etiam competere debet, adminiſtratio bonorum Maioratus, nec non fructus, ſeu redditus: ex regula textus in *leg. eo quo tutela 77. aliàs 73. in principio, ff. de reg. iuris: §. vnico, Inſtitut. de leg. Patronor. tutela*, ibi: *Voluiſſe legem etiam tutelas ad eos pertinere: cum & agnatos, quos ad hæreditatem lex vocat, eoſdem & tutores eſſe inſſerit.*

19 Ex quo equidem diſtinguendum eſt; quod ſi tempus abſentiæ poſſeſſoris Maioratua fuerit paruum, veluti intra quinquennium, *l. 14 tit. 14. partit. 3.* ibi: *Mas ſi aquel que dizen, que es finado raçonan, que murio de poco tiempo aca, aſſi como de cinco años a iuſſo*, itavt præſumi non poſſit eius mors, tunc bona eius Maioratus, ad percipiendos fructus & redditus, dari debent in adminiſtrationem ſub fideiuſſoribus proximiori conſanguineo, qui ab inteſtato ſuccedere debeat in bonis liberis ſeu allodialibus, tanquam hæres legitimus, vel ei qui ex teſtamento ante abſentiam, vel poſtea facto, ſuccedere debeat.

20 At verò, ſi tempus abſentiæ in longinquis ſit ita diuturnum, cùm longa abſentia morti æquiparetur, *l. multa, in princ. ff. de condit. & demonſt.* præſertim ſi concurrant præſumptiones, ſeu coniecturæ probabiles, ex quibus redundet præſumptio aliqua mortis illius, quæ omnes coniecturæ in arbitrio ſunt iudicantis, ad hoc vt valeant transferre onus probandi contrarium in aduerſarium; veluti, ſi poſt quinqoennalem abſentiam concurrat, quod tempore, quo abeſſe cœperit, iam erat ſenectute affectus, vel laborabat periculoſa infirmitate, vel valde debilis erat naturæ, vel ſuſcepit nauigationem in mari vel ad bellum profectus eſt, vel quia licèt diligenter perquiratur de abſente, nullibi reperiatur; Bart. in *leg. & ſi certus, §. ſi vnius, verſ. Nota, quod quando aliquis non reperitur, præſumitur mortuus: ff. ad Syllanian.* Menochius *lib. 6. præſumpt. 49. num. fin.* & *de remedijs poſſeſſoriis, remedio 4. num. 671.* cum Bald. *conſil. 398. lib. 2.* & Alexand. *conſil. 90. num. 9. vol. 6.* Alciatus *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 44.* Craueta *conſil. 127. num. 17.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1074. n. 7. & 8. & concluſ. 1076 num. 3.* Peregrin *de fideicommiſ. art. 43. à num. 41.* Anton. Gabriel *lib. 1. de præſumpt. concluſ. 16. num. 4. 5. & 6.* Stephanus Grat. *cap. 78. à num. 6. & tom. 4 cap. 758 à n. 3.* Iacob. Cancer. *variar. part. 3. cap. 2. de act. & obligat. à n. 218.* Fontanella *de pact. nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 5. num. 136. & tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 3. part. 1. à num. 32.* Dom. Franciſcus Hieronym. de Leon *deciſ. 72.* poſt Paz *in praxi, tom. 1. d. part. 3. num. 10.* Parlad. *in ſeſquicent. quæſt. 2. num. 3.* Dom. Perez de Lara *de Anniu. & Capell. lib. 1. cap. 22. num. 4.*

21 Qui ferè omnes Doctores aduertunt ad intelligentiam textus in *l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſiis*, quod licèt ex hoc textu dicatur, quod quis præſumitur viuere vſque ad centum annos, nihilominus tamen, hodie attento communi hominum viuendi curſu, habet tantum locum vſque ad ſexaginta aut ſeptuaginta annos, cum hodiernis temporibus communiter homines non ſoleant dictum tempus excedere.

22 Eadem præſumptio de morte abſentis redundat, ad hoc vt eius bona in adminiſtrationem etiam ſub fideiuſſoria cautione concedantur proximioribus conſanguineis qui immediatè ſucceſſuri ſint in Maioratu vel feudo, quando tempus decennij à die abſentiæ, nullo habito de abſente nuntio, ſit elapſum: *dict. l. 14. titul. 14. part. 3.* ibi: *Y dezimos, que ſi aquel de cuya muerte dubdan dizen, que en eſtraña y longa tierra es muerto, y grande tiempo es paſſado aſſi como diez años arriua, que abonda, que prueuen que eſto es fama entre los de aquel lugar, y que publicamente dizen todos que es muerto.*

23 Ab hinc venit, quod Muñoz de Eſcobar *dict. cap. 6. n. 53.* taxari debet, & accipi com diſtinctione, dum dixit, quod ſi poſſeſſor Maioratus per tempus viginti annorum vagatus ſit, itavt de ipſius vita ignoretur, & de eius morte ſit fama, immediatus ſucceſſor mittendos ſit in poſſeſſionem bonorum Maioratus ſub prædicta fideiuſſione, & fructus interim percepti venientibus ab inteſtato ſint adiudicandi itidem ſub prædicta fideiuſſione.

24 Quia ipſe Muñoz de Eſcobar animaduertere debuerat, verba *dicta l. 14. titul. 14. partit. 3.* quæ non reqoirit tempus viginti annorum, ſed tantum decem annorum: & doctrinam attendere, quam allegat Dom. Gregorij Lopez *ibidem gloſ. 2.* vbi aduertit, quod ſi hoc probetur, ſed neſciatur de vita alicuius iamdiu abſentis, de conſuetudine eſt, quod dantur eius bona propinquioribus cum fideiuſſoribus: & doctrinam Rebuffi *in praxi beneficiorum, titul. de reprobata beneficij viuentis impetratione, num. 21.* ita dicentis: *Excuſatur verumtamen Epiſcopus, ſi contulerit beneficium abſentis, qui ita longa fuit abſentia detentus, vt ignoraretur an viuus eſſet, an mortuus. Gloſſ. in cap. non oportet 1. de conſecrat. diſtinct. 5.* & Corſetum *in ſingularib. verb. Vagabundus*, qui allegat *cap. ex tua, de Cleric. non reſidentibus.*

25 Qui omnes non de tempore determinato decem, vel viginti annorum loquuntur; & ideò contra Muñoz de Eſcobar, noſtra diſtinctio in praxi obſeruari debet.

26 Quo ſuppoſito, ad noſtram quæſtionem accedamus: pone quod ille, qui ſubſtitutus, vel immediatè ſucceſſor ſit atque vocatus ad ſucceſſionem Maioratus abſentis in longinquis, ſeu illius, qui vagatur; habeat, ſeu poſſideat alium Maioratum incompatibilem cum Maioratu illius, qui abſens eſt: An iſte immediatus ſucceſſor eligere teneatur, ad obtinendam adminiſtrationem, (ſub dicta cautione & fideiuſſione) bonorum Maioratus abſentis, & proprium repudiare in fauorem ſequentis in gradu? An verò nondum teneatur eligere donec plenè probetur mors abſentis per teſtes, vel per lapſum centum annorum, iuxta *leg. final. Codice de Sacroſanctis Eccleſ.* vel ſaltem ſexaginta, aut ſeptuagiota annorum, iuxta opinionem Alciati *regul. 1. præſumpt. 4.* Cancerij *variar. part. 3. cap. 2. num. 225.* & aliorum *ſuprà* relatorum: & interim ambo primogenia incompatibilia retinere, vnum tanquam legitimus ſucceſſor, & alterum tanquam adminiſtrator ſub fideiuſſoria cautione?

27 Pro parte illius, qui habet alium Maioratum incompatibilem cum Maioratu abſentis, contra ſequentem in gradu, ad hoc vt non teneatur eligere, ſed ambos Maioratus poſſidere valeat, patrocinantur ſequentia.

28 Primum: quia ratio ob qoam conceduntur in adminiſtrationem bona abſentis, proximiori, qui per mortem abſentis ſucceſſurus ſit, ea eſt; Quia ſua magis intereſt, bona conſeruari, & ne pendente illo medio tempore abſentiæ bona iaceant; abſque perſona, quæ illorum curam gerat, & tanquam derelicta & inculta deteriorentur, vel omnino conſumantur tam bona

Digitized by Google

quam fructus, ſiue redditus eorum, in abſentis præ-
iudicium, vel eius ſucceſſoris, qui eis careat pro tem-
pore quo veniat caſus ſucceſſionis : l.1. ff.de bonor.
poſſeſſ. furioſ. infanti, muto, ſurd. &c. l.1. §.1. ff.ad Se-
natuſconſ. Trebell. l.inter bonorum 18. ff. de adminiſtr.
tutor. l.3 C. de capt. & poſtlim. reuerſ. l.4. tit.29. par-
tit.2. ibi : Que los tomen y los guarden de manera que
no ſe pierdan ni menoſcauen.

29 Sed hæc ratio magis militat reſpectu proximioris
conſanguinei, vel primò vocati, qui primus ſuccedere
debeat, quam ſequentis in gradu : quia proximior,
licet habeat alium Maioratum incomparibilem, præ-
ſumendus eſt, quod magis curabit de conſeruatione
& augmento bonorum, in quibus ſucceſſurus eſt, ſi
ei placeat, talem Maioratum eligendo, quorum bo-
norum fructus & redditus & omne commodum me-
dio illo tempore prouentum in hoc caſu ei compe-
tere neceſſariò fatendum eſt, per textum in dict. l.1.
ibi : Ad eundem modum proximo cuique bono-
rum poſſeſſionem dari : & etiam Gloſſ. verb. poſſeſſio-
nem accipere poteſt : & Gloſſ. verb. accipit, ff.de bonor.
poſſeſſ. furioſ. infant. &c.

30 Ergo huic proximiori, ſiue proximo vocato, licet
habenti alium Maioratum incompatibilem, danda eſt
ſub fideiuſſoribus adminiſtratio bonorum Maioratus
abſentis, potius quam ei qui ſit ſequens in gradu.

31 Secundò, quia non eſt incompatibile, quod quis
poſſideat & habeat vnum Maioratum in proprieta-
te tanquam dominus & legitimus ſucceſſor, & quod
ſit in poſſeſſione bonorum alterius Maioratus etiam
incompatibilis, ſi enim habeat tantum ſub cuſtodia &
adminiſtratione cum dicta cautione fideiuſſoria in
terim dum plenè ſciatur an abſens viuus vel mortuus
32 ſit. Tum quia iſte non habet dominium, nec vllum
ius in re niſi quoad fructus interim percipiendos de
bonis Maioratus abſentis, Gloſ. verb. poſſeſſionem,
vbi ſuper text. in dict. l.1. ff.de bonor. poſſ. furioſo, &c.
dixit Accurſius : Contra, infrà de ſucceſſorio edict.
Sed quantum ad commodum delata eſt furioſo, & ei
poteſt peti ſcilicet vt habeat fructus, non quantum ad
ius, vt habeat dominium, vt ibi & C. de curat. furioſ.
l. fin. §. tali : Et inferiùs Gloſ. verb. accipiat. illic : Fa-
cti tantum, vt fructus capiat, & illic : quia tantum com-
modum, &c.

33 Tum quia non poſſidet : quod probatur ; nam
aliud eſt poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe : l. ſi quis
10. ff.de acquirend vel amitt poſſ. dum dixit Iuriſcon-
ſultus : Eſt autem longè diuerſum ; aliud eſt enim poſ-
34 ſidere, aliud in poſſeſſione eſſe. Sed ſic eſt, quod ille cui
dantur abſentis bona in adminiſtrationem. causâ rei
ſeruandæ, ſub cautione & fideiuſſione de re cum fru-
ctibus reſtituenda abſenti, qui viuus ſit, non poſſidet,
ſed ſolum in poſſeſſione eſt ; l.3. §. quod autem, vlt.
vbi Conſultus Paulus ſic inquit : Si quando iuſſu Ma-
giſtratus rei ſeruanda cauſa, vel quia damni infecti non
caueatur, mitti, poſſidemus, ineptiſſimum eſt : nam qui
crediterem rei ſeruanda cauſa, vel quia damni infecti
non caueatur, mittit in poſſeſſionem, vel ventris nomi-
ne ; non poſſeſſionem, ſed cuſtodiam rerum & obſerua-
tionem concedit, &c. & dict. l. ſi quis 10. §.1 ibi :
Denique rei ſeruanda cauſa, legatorum, damni infecti,
non poſſident, ſed ſunt in poſſeſſione cuſtodia cauſa, ff.de
acquirend. poſſ. l.cum legati, ff quibus ex cauſ. in poſ-
ſeſſ. eatur l.2. in princ. ff. pro hærede : l.1. §. quæſitum,
35 ff. quorum legator. Ergo cùm non poſſideat, ſed causâ
rei cuſtodiendæ in poſſeſſione ſit. non obſtat ei quin
alium Maioratum incompatibilem retinere & poſſi-
dere poſſit.

36 Tertio denique, nec ei obiici poteſt, quod ad hoc
vt admitti debeat tanquam proximior, ad bonorum
Maioratus abſentis adminiſtrationem, neceſſe ha-
beat eligere Maioratum abſentis, & eum acceptare :
nam in hoc medio tempore interim dum ignoratur,
an abſens viuus, vel mortuus ſit, non tenetur acce-
ptare, ſeu adire ; cum interea non cedat dies : pro-
batur ex l. illud 4. §. fin. ff.de bonor. poſſ. contra tabul.
l.1. ff de bonor. poſſ. furioſ. &c. l.3. §. eleganter, ff.ad Se-
natuſconſ. Sylanian. l.1. §.1. ff.ad Tertyllian. l.penultim.
C.de his quib. vt indignis. Et interim dum poteſt adi- 37
re, non eſt locus alteri ſucceſſori ſequenti in gradu :
l.quamdiu, ff de adquir. vel omitt. hæred.

At verò pro parte ſequentis in gradu, contra pro- 38
ximiorem vocatum, qui habeat alium Maioratum in-
compatibilem cum Maioratu abſentis, propugnant
ſequentia.

Et in primis textus in dict. l.1. C.de furtis : nam 39
cùm aduerſarius habeat Maioratum incompatibilem,
non valet habere (quamuis in adminiſtrationem)
alium Maioratum abſentis, niſi eum eligat, & alte-
rum, quem poſſidet, dimittat : nam ad hoc vt ei ad-
iudicari poſſit in adminiſtrationem Maioratus abſen-
tis, non ſufficit eſſe proximiorem, ſed neceſſe eſt
quod habeat id ipſum ius, ſeu eam actionem, quam
debet habere ille qui ſucceſſurus eſſet, ſi tunc tempo-
ris mortuus eſſet abſens, quando petuntur bona in
adminiſtrationem ; nam iſta cura, ſeu adminiſtratio
bonorum abſentis non datur hoc caſu per Prætorem
proximioribus conſanguineis tanquam curatoribus,
ſed tanquam hæredibus & veris ſucceſſoribus : Dom.
Gregor. Lop. in dict. l.14. tit.14. partit.3. Ant. Faber,
in ſuo C. Fabrian. lib 5. tit.4. C. de curat. furioſ prodi-
go, abſente diffinit.1. & diffinit.5 num.5. Ioan. Parlador.
lib 3. quæſt.2. num.1. & n.6. vbi conſtituit differen-
tiam inter hanc curam, ſeu adminiſtrationem bono-
rum abſentis, quam acceptant tanquam hæredes, aut
tanquam curatores ; permultum autem intereſt, an
tanquam hæredes cognati bona abſentis accipiant,
an tanquam Curatores : nam ſi tanquam hæredes,
nanciſcuntur bona pleno iure, & tanquam proprium
patrimonium ſuis illa relinquere hæredibus poſſunt :
Cæterum quando tanquam Curatores accipiunt, de-
functis iis, decernenda eſt iterum cura & adminiſtra-
tio aliis conſanguineis abſentis, his ſcilicet, qui litis
conteſtationis tempore proximum locum obtinent :
l.2. § remittit, ff de excuſat. tutor. l.non tantum, ff. eo-
dem : & idem Parladorius dict. quæſt.2. §.1. n.5. Anto-
nius Fab. in ſuo Cod. Fabrian. lib.5. tit.4. C. de curat fu-
rioſ. diffinit 1. maximè ibi : Dummodo ſit proximior
agnatus, cognatuſve, & ab inteſtato ſucceſſurus : & dif-
finit.5. num.5. ibi : Hæc cura bonorum abſentis ſequitur
ius legitima ſucceſſionis. Sed ſic eſt, quod ille qui poſ-
ſidet alium Maioratum incompatibilem, non habet 40
ius ſeu actionem ad conſequendum alium Maiora-
tum abſentis, tanquam hæres, ſeu verus ſucceſſor,
niſi adeat iſtum, & alium repudiet Maioratum, ex re-
gula noſtri textus in dict. l.1. C. de furt. quia iura, ſeu
actiones ad dicta primogenia conſequenda, ſunt con-
trariæ, & incompatibiles, & non naſcitur hæc, niſi 41
fuerit electa, & repudiata altera. Ergo non iſti, ſed
alteri ſequenti in gradu ſucceſſori dari debet hæc cu-
ra ſeu adminiſtratio bonorum Maioratus abſentis.

Secundò comprobatur, nam per mortem abſentis 42
poſſeſſoris Maioratus, non valeret eum conſequi ille,
qui alium incompatibilem habeat, niſi priùs ipſum
Maioratum eligeret, & alterum quem poſſidet repu-
diarer : Ergo per idem ius, & eandem rationem, eum 43
non valet conſequi ad curam & adminiſtrationem,
cum prædicta cautione fideiuſſoria, ad fruendum
bonis Maioratus abſentis tanquam eius ſucceſſor.

Antecedens patet. Conſequens probatur : Nam 44
prædicta

prædicta cura, ſeu adminiſtratio bonorum abſentis conceſſa proximioribus, ſeu conſanguineis, vel aliis vocatis, non datur alio titulo, niſi hæredis, vel legitimi ſucceſſoris; & ſic tanquam hæredibus, vel legitimis ſucceſſoribus: vnde dicimus, quod eſt quædam quaſi præmatura inteſtati ſucceſſio; quia ad talem curam bonorum abſentis admitti non debent niſi qui admitti poſſunt ad ſucceſſionem; Anton. Faber *in C.Fabriano, lib.5.tit.4. C.de curat. furioſ. diff.1. & deſin.10.* ad id allegat *l.1. §.largitus, ff.de ſucceſſ.edicto*: & ex eius argumento dicit, quod is qoi admittitur ad curam & adminiſtrationem bonorum abſentis tanquam ſucceſſurus ab inteſtato, perinde eſt ac ille qui penè ad propria bona venit.

45 Tertiò denique corroboratur: nam ad hoc vt poſſit aliquis conſequi hanc curam, ſeu adminiſtrationem bonorum abſentis, ſaltem requiritur, quod licet non habeat ius in re, habeat ius in ſpe & ad rem, cuius nondum venerit dies, ſed iam ceſſerit; nam prout *ſuprà* ſæpiùs dictum eſt, non competit alicui niſi tanquam hæredi, qui abſenti ſit ſucceſſurus. Habere autem ius ad rem & in ſpe dicimus, quando à lege, vel ab homine aliquis ſimpliciter & abſque conditione ſit vocatùs ad ſucceſſionem bonorum abſentis, quoniam ſi ſub conditione ſit vocatus, ante impletam conditionem non habet ius ad rem, ſiquidem antequam conditio impleatur, nullum cedit nec productum eſt ius: *l.cum ita 16. in principio, ff.quando dies leg.ced. leg.ſi dies 21.* ibi: *At ſi incerta dies, (veluti cum pubes erit, cum in familiam nupſerit, cum Magiſtratum inierit, cum aliquid demum, quod ſcribendo comprehendere ſit commodum, fecerit:) niſi tempus, conditiove obtigerit, neque res pertinere, neque dies legati cedere poteſt, & l.cum illud 25. §.hæres,* ibi: *Interim nihil Titius petet, ff. dicto tit. quando dies leg. cedat.*

Sed ſic eſt, quod qui vnum Maioratum poſſidet, vocatus eſt ad alium Maioratum abſentis, ſub illa conditione, ſi eum Maioratum, aut alium non habeat; quæ conditio adimpleri non poteſt niſi Maioratum quē habet, repudiet. & alium abſentis cum illo incompatibilem eligat. Ergo interim dum non ſit
46 per eum adimpleta conditio, non habet ius ad rem. Itaque in fauorem ſequentis in gradu reſoluendam eſſe hanc quæſtionem iudicarem.

47 Cui non obſtant fundamenta adducta ex aduerſo, pro eo qui habet alium Maioratum incompatibilem. Ad ea enim breuiter reſpondeo; quod ſequens in gradu in hoc caſu habet ius ad rem tanquam hæres, ſeu ſucceſſor abſque aliquo impedimento.

48 Cæterum autem, qui habet Maioratum incompatibilem cum Maioratu abſentis, ei neque aſſiſtit ius in re, nec ad rem, dum verè non conſtat de morte abſentis: & dum non repudiet Maioratum, quem poſſidet & alium adeat: & ſic duo quidem eum impediunt; nam ad hoc vt poſſit habere ius ad rem, neceſſarium erat duo concurrere; Tum quod expectaret mortem abſentis, quia non erit electioni locus, dum plenè de morte abſentis noo conſtat: quod optimè probatur argumento textus in *l. ſi vſusfructus 14. in principio, ff.quando dies leg. vel fideic.cedat*, ita dicentis: *Si vſusfructus, aut decem, vtrum legatarius voluerit, ſint legata; vtrumque ſpectandum eſt, & mortem teſtatoris, & aditionem hæreditatis: mortem, propter decem; aditionem, propter vſumfructum: quamuis enim electio ſit legatarij, tamen nondum electioni locus eſſe poteſt, cum proponatur aut nondum teſtatorem deceſſiſſe, aut eo mortuo, hæreditas nondum ſit adita.* Et ita ſoluitur in laudem Chriſti noſtri Redemptoris, ac eius Matris immaculatæ Virginis, Angelorum Reginæ, Dominæ noſtræ; ac Diuæ Catharinæ, in cuius feſtiuitatis die finem huic capiti impoſui.

CAPVT IV.

De Incompatibilitate in Iure Cæſareo, circa Officia diuerſi Ordinis ſimul poſſidenda.

SVMMARIVM.

1 *Militias, ſeu Dignitates duas diuerſas, ſiue diuerſi Ordinis, tanquam incompatibiles, ſimul, eodemque tempore vnus poſſidere non poteſt.*

2 *Textus in* l.his quidem, Cod. qui militare poſſ. vel non: *refertur ad literam.*

Et rationes decidendi ferè omnes ab inconuenienti conſiderantur, à n.3.

4 *Militias, duas, ſeu Dignitates diuerſi ordinis, ſi ſimul eodemque tempore vnus habere poſſet, ſequeretur quod vicem duorum ſuſtineret, quod eſt incompatibile.*

5 *Officiis duobus ſi vnus ſimul eodemque tempore deſeruire curat, neutri complete, & prout debet, deſeruire poterit.*

6 *Officia debent diuidi ex ratione iuſtitiæ Diſtributiuæ & Commutatiuæ, & n.8.*

7 *Officiis duobus deſeruiens confundit eorum ſeruitium.*

9 *Officialium pluralitas facit Rempublicam ornatiorem, & illuſtriorem.*

10 *Textus ſingularis circa officiorum diſtributionem,* in cap.1. diſtinct.89.

11 *Officium auriculæ, ſeu auditus, & officium oculorum, & officium narium, ſeu olfactus, & officium manuum, & aliarum corporis partium, ſunt incompatibiles naturaliter, & n.12.*

13 *Officia duplici quis regulariter fungi non poteſt.*

14 *Officia incompatibilia quæ dicantur.*

15 *Officium publicum diffinitur.*

16 *Officium in communi diffinitur.*

17 *Officia duo erunt incompatibilia apud vnum, quotiens, aut ratione loci, temporis, cauſa, vel perſona, vnum præiudicat alteri, & inde reſultat aliquod inconueniens: aliter non erunt incompatibilia, & n.18.*

19 *Officia quæ ſint incompatibilia, vel non, demonſtratur pluribus exemplis, vſque ad n.63.*

64 *Maioratus duo, ſi quilibet habeat ſuum proprium officium incompatibile cum alio, ex eorum fundatione, an aliter ſint incompatibiles, quòd vnus ambos Maioratus poſſidere non valeat, ſed vnum ſolum; & alter ad ſequentem tranſeat ſucceſſorem.*

Et diſcutitur pro vtraque parte, & reſoluitur pro parte affirmatiua, à num.65. vſque ad n.88.

Et ex hoc num. reſpondetur ad contraria, vſque ad num.95.

68 *Fœminæ licet ſint incapaces ad vſum, & exercitium officij Decurionatus, Tabellionatus, Rectoriæ, & alterius publici muneris, non tamen ſunt incapaces ſucceſſionis eorum, & n 69.*

71 *Maioratus poſſeſſor pro tempore vitæ ſuæ eſt verè dominus.*

72 *Poſſeſſor Maioratus pro tempore vitæ ſuæ poteſt renunciare in fauorem alterius, vſum, & commoditatem bonorum Maioratus, & facultatem*

cultatem vtendi, & percipiendi fructus.

73 *Officia duo, plurave, ſunt incompatibilia non ſolum quoad vſum, & exercitium, ſed etiam quoad ſucceſſionem cum effectu, & n.74.*

75 *Officium habens vnum ex duobus incompatibilibus, ſi accepiat aliud, caret priore, & n.76.*

78 *Officium deſeruiens per ſubſtitutum, ipſemet deſeruire intelligitur, & n.79.80. & 81.*

82 *Subſtituentis incapacitas tranſit in ſubſtitutum. Et vitium actoris obſtat ſubſtituto, n.83.*

84 *Monaſterium quãdo eſt incapax ad vſum & exercitium officij publici, non ſufficit eligere ſubſtitutum capacem.*

85 *Teſtator præſumitur ſe voluiſſe eum legibus conformare.*

89 *Officia publica poſſunt diuidi quoad æſtimationem, ſi ſunt libera, ſiue allodialia; ſecus ſi vinculata. & Maioratus.*

96 *Primogenia inſtituta de Tertio & Quinto ſecundum diſpoſitionem* l.27.Tauri, *etiamſi habeant duo incompatibilia officia publica, quomodo poſſint diuidi?*

97 *Monaſterium, vel Clericus an ſuccedere poſſit in Maioratu inſtituto de Rectoria, ſiue Officio publico? Et quid de Maioratu habente annexam iuriſdictionem, vel dignitatem Regalem.*

Reſoluitur pro parte negatiua, & cum diſtinctione officiorum publicorum, & iuriſdictionum, & dignitatum. n.98. & 99.

Limitatur in Maioratu de Tertio & Quinto, n.100.

ARGVMENTVM.

De iure Cæſareo incompatibilia ſunt apud vnum, duo, plurave Officia, ſeu Militiæ diuerſi generis; vel Dignitates, & Militiæ diuerſi Ordinis, quas ſimul eodemque tempore quis habere non valet: itaque Officium vnum debet eligere, & ab alio repelli, iuxta decisionem Imperatoris Iuſtiniani in *l his quidem 5. Cod. qui militar. poſſunt, vel non poſſ. &c. lib.* 12. Hic latè agitur de Officiis publicis incompatibilibus. Vbi diſcutitur quid iuris, ſi quilibet ex duobus, pluribuſve Maioratibus habeat ſuam militiam, ſeu officium publicum Rectoris, aut Decurionis, vulgò, *de Regidor, ò Venticuatro*, aut Tribuni plebis, vulgò, *Iurado*, aut publici Tabellionis alicuius Concilij, aut Conſiſtorij, quorum quodlibet officium ſit incompatibile cum alio apud eundem ſucceſſorem, maximè ex diſpoſitione *noſtra leg.4 tit.13.lib.7.Recopilat.* An ſi concurrant in vnomet ſucceſſore, hi duo Maioratus ex duobus Officiis inſtituti, nonne ratione Officiorum erunt taliter incompatibiles, vt vnum eligere debeat ſucceſſor, & alius ad ſequentem in gradu deueniendus, vel non? Et quid ſi hæc duo primogenia inſtituta ex duobus Officiis publicis incompatibilibus, componantur partim ex duabus Rectoriis incompatibilibus, & partim ex aliis bonis compatibilibus? Et quid ſi hi duo Maioratus inſtituti ſint ab aſcendentibus ex Tertio & Quinto bonorum, vbi ſeruari debeat ordo per diſpoſitionem *l 27.Tauri* aſſignatus. Et quid ſi deueniant ad ſucceſſorem Clericum, vel Monachum, qui ſunt de Iure incapaces quorumcumque officiorum Decurionis, Tribuni plebis, Tabellionis, & cuiuſlibet publicæ Rectoriæ.

DVAS, pluresve Militias, vel Dignitates, & Militiam diuerſi generis, aut Ordinis, ad hoc vt ſimul vno eodemque tempore quis habere poſſit, incompatibiles eſſe cenſuit Iuſtinianus in *l.his quidem, 5 C qui milit poſſunt, vel non: lib.12.* Ideo vnam earum eligere debet, & aliam dimittere. 1

Textus autem, ad hoc ſelectus, ita ſe habet: *His quidem, quibus indultum hactenus demonſtratur, quò binis, aut ternis, pluribuſve mereantur cingulis, non coniunctis ex priſca conſuetudine; ſed abſectis, atque diſcrepantibus, detur electio, quem retinendum ſibi potius cenſeant, quem deſerendum cognoſcant: vt in eo quod optauerint firmiter maneant; eo, quod deſpexerint, ſine dubitatione repellantur. Impoſterum verè nemini prorſus facultas pateat eodem tempore pluſquam vnius ordinis nomen affectare: Interdicendis in communi cunctis (vt dictum eſt) binis, pluribuſve militiis, nec dignitatem coniungere cuilibet alij cingulo concedendis, vt & qui ſupplicandum de re vetita nobis exiſtimauerint, pœnâ decem librarum auri pro temeritate, quamuis infructuoſa, plectantur: & qui ſuſceperint iuſſionem Auguſtam per ſubreptionem elicitam (quod nonnunquam contingit) decem librarum auri multa feriantur; ſcriniis etiam, nec non officiis, quorum hoc interſit, ſi non reſtiterint, & hanc pragmaticam legem abiecerint, decem librarum auri diſpendio puniendi. Si quid autem contra hoc perpetretur, ſciant omnes, &c.* cætera quæ ſequuntur, videnda ſunt. 2

Rationem decidendi perquirere vtile erit ad maiorem intelligentiam noſtri tractatus: non autem vnam, ſed plures inuenies de iure rationes, & omnes ferè ab inconuenienti. 3

Prima eſt: quia ſi duas Militias, Dignitates, aut Officia diuerſi generis, vel ordinis, ſimul eodemque tempore vnus habere poſſet, ſequeretur, quod vicem duorum ſuſtineret, quod de iure eſt difficile, ſeu incompatibile *l. ſi plures 9. ff.de pactis*, ibi: *Nam difficile eſt, vt vnus homo duorum vicem ſuſtineat:* & Gloſſa *verb nam difficile, id eſt impoſſibile: cap. ſingula 89. diſtinct.* vbi etiam Gloſſa 1. *in cap.1.& 2 cauſ.4. quæſt.4. cap. Presbyteros 16, quæſt.1. cap inſuper 6.* & *ibi* Gloſ fin. *de teſtib. l.ille à quo 13 §.tempeſtiuum*, & *ibi* Gloſſa *verb.triplici, ff.ad Trebellian.* 4

Secunda: quia duobus, pluribuſve officiis, ſi vnus deſeruire intendat, nulli vel non niſi vni tantum ſatisfacere poterit: ſi enim de vtroque curat, deficiet ab obligatione in qua conſiſtit eorum quodlibet officium: *l. fin. C.de Aſſeſſorib.* ibi: *Ne cum ad vtrumque feſtinat, neutrum bene peragat.* Et *ibi* Gloſſa, *verb. ad vtrumque:* refert illud vulgare prouerbium, *Qui binos lepores vnâ ſectabitur horâ, Vno quandoque, & quandoque carebit vtroque l.1.C.de præpoſ.agent.in rebus, lib.12.* ibi: *Et duobus officiis operam ſuam adhibere non poſſunt.* Ariſtoteles *Politic lib.1.cap.1. & c.9. & lib.4 cap 15.* vbi vult non niſi vnum magiſtratum à ſingulis gerendum, & ſingulas curas ſingulis concedi meliùs expedire ait. Plato *Dialogo 8 de legibus*, ita ſic: *Duas vero Artes ſimul, aut duo ſtudia diligenter exerceri humana natura non patitur, nec plures magiſtratus in vnum hominem cumulari: l.8.tit.5.part.3.* ibi: *Y eſto defendemos por dos razones: La vna,* 5

perque

Digitized by Google

porque ſe non embargue aquello que ſon tenudos de hazer de ſus Officios, por ſer ellos perſeneros de otri : & *l.9. eodem tit.* illic : *Y eſto porque ſe non eſtorue perende en aquello, porque lo emnian entendiendo en pleytos agenos y dejando aquello en que principalmente deuen entender*, *l.60. in fin. tit.5. partit.1.* ibi : *Y no dando dos Officios a vna perſona, porque quando el hombre a de hazer muchas coſas, no las puede hazer tan complidamente.*

6 Tertia : nam aut Officia habent commodum, & honorem ; aut ſunt oneroſa & cum grauamine & labore, abſque commodo ſaltem ſufficienti : in vtroque caſu, ratio juſtitiæ diſtributiuæ & commutatiuæ ſuadet, vt diuidi debeant officia, prout latè probat P.Henriquez de Villalobos *in Summa, tom.1. tract.18. difficult.3.n.1. & diffic.6.n.1.2. & 3.*

7 Quarta ratio deſumitur ex Matthæo de Afflict. *in Conſtitutionibus Neapolitanis, lib.1. Rubrica 58. de officio Magiſtratus Camerar.num.1.* dum ita dicit : *Nota primo ex textu , verb.confuſio : quod confunduntur officia, cum vnus Officialis facit id, quod pertinet ad officium alterius ; quia non ſeruatur ordo : nam inordinatum inducit confuſionem : dicit Gloſ. in Auth. de hæredib. & falcid. §.inordinatum : verb confuſum. Sic etiam confunduntur ſeruitutes prædiorum, ſi idem, dominus vtriuſque prædij eſſe cœperit, l.1. ff.quemadmod. ſeruit. amittant Sic etiam confunditur actio ſi creditor ſucceſſerit debitori : leg. ſi debitori, ff.de pactis.* Et denique allegat *cap. peruenit 39. a 11. quæſt.1.* ibi : *Si ſua vnicuique iuriſdictio non ſeruatur, quid aliud agitur niſi vt per nos ordo confundatur.*

8 Quinta petitur ex eadem ratione iuſtitiæ diſtributiuæ. & etiam commutatiuæ : quia non debet vnus ſolus ea Officia publica habere, & commodum eorum reportare : *l.3. & final C.quemadmodum ciuilia munera indicuntur lib.10. l.har part.10. C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib.12.* ibi : *Vt non occupentur , plura in vnum ſe commoda collaturi , nihilque reliquis relicturi.* vbi Gloſſa fin. id eſt, *non debent aucupari plura commoda : quod eſſet per hoc quòd habens plura officia illi, qui ſunt collaturi in vnum ſcilicet officium, & nihil reliquis.*

9 Sexta & vltima ; nam perſonarum diuerſitas , & pluralitas in officiis, facit Rempublicam ornatiorem & magis illuſtrem, atque circumſpectiorem: D.Garcia de Maſtrillis *de Magiſtratibus, lib.3. cap.11.n.18.*

10 Attamen pro coronide ad rationes decidendi dignius eſt referre ad literam textum *in cap.1. diſt.89.* vbi Diuus gregorius aliè comprehendit eas ita ſic : *Singula Eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſque perſonis ſingulatim committi iubemus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus , omnia autem membra non eundem actum habent ; ita in Eccleſiæ corpore, ſecundum veridicam Pauli ſententiam , vno eodemque ſpiritu alij conferendum eſt hoc officium, alij committendum eſt illud : neque vni quantumlibet exercitata perſona vno tempore duarum rerum officia committenda ſunt : quia ſi totum corpus eſt oculus , vbi auditus ? ſicut enim varietas membrorum per diuerſa officia , & robur corporis ſeruat , & pulchritudinem repræſentat ; ita varietas perſonarum per diuerſa nihilominus officia diſtributa, & fortitudinem, & venuſtatem Sanctæ Dei Eccleſiæ manifeſtat , & ſicut indecorum eſt, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium, ſimulque turpiſſimum, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa.*

11 Vnde notandum ad noſtrum inſtitutum, quod incompatibile eſt officium auriculæ, ſeu auditus, cum officio oculi ſeu viſus , & officium narium ſeu olfactus, & officium manus ſeu tactus, & officium pedis, cum officio oris. Quibus conuenit quod dixit Philoſophus *Politicor.lib.1. Natura enim non facit vnum inſtrumentum niſi ad vnum opus.* 12

13 Iam igitur ex his deducimus. quod officio duplici quis regulariter fungi non poteſt : Gloſſa 1. *verb. regulare : in cap.1.diſt.89.* & ita deducit pro regula magiſtraliter Bart. in *l.ex parte, C.de prox. ſacror. ſcrinior. & in l.1. Cod.quemadmodum ciuilia munera, &c. lib.10.* vbi ita ſummat. Non debet quis eodem tempore habere plura officia : & in *l.1. num.1. C.de præpoſit. agent. in rebus , eodem lib.10* vbi etiam Baldus, & alij : Bertachinus *in Repertorio, lit.O. verb Officio duplici, num.50.* Tiraquell. *de conſtit. part.3. limit.30. num.38.* Speculator *tit.de exactoribus , §.1.n.14. & 15.* Auiles *in capitulis Prætorum, cap.1. verb Officio , n.1.* Curia Piſana *lib.2.cap.22.in principio*, & *ibidem* Axeuedo eius Additionator , *lit.A.* & alij quamplurimi *infrà* referendi.

Attamen hæc regula intelligi debet de Officiis protſus diuerſis ac incompatibilibus. Fallit quando officia ſunt compatibilia , & circa idem tendentia : vti docet Bart. *in l.comperimus, num.2.* ibi . *Quia hoc eſt verum , cùm officia ſunt protinus diuerſa ; ſed hæc officia non erant diuerſa, ſed circa idem tendebant : & hoc fuit de mente Gloſſa. ſuper verbo, Meruit , Cod. de prox. ſacror. ſcrinior. lib.1. idem Bart. in l.1.n.1. C de præpoſit. agent. in rebus, eodem lib. illic : Et hoc eſt verum, quando ſunt incompatibilia, vel vtrique quis deſeruire non poteſt : Secus ſi ad inuicem ſe compatiantur, vel deſeruire poteſt vtrique : vt dixi ſuprà , tit.2. l.comperimus.* Aretinus in *§.cumque, notabil.1. Inſtit. in proœm.* Ancharan.*conſil.413.n.3.* Lapus *allegat.99.* Purcus *de Syndicatu, verb ſalarium, cap.1. à n.1.* Cataitus *tit.3. n.30.* Curia Piſana *lib.2,cap.22.* & *ibid.* Azeuedo *lit. A. num.7. verſ. fallit tamen , quando poteſt optimè vtrique ſeruire officio : quia ambo officia ſunt compatibilia* : Gabriel Satayna *in annot ad Matthæum Matheſil. ſingul.1. à n 6.* Auiles *in cap. Prætor. cap.1. verb officio, n.4.* Natta *conſ.58.n.3.* Belluga *in ſpeculo Princip.rub.45. lit. A. verb.aduerte.* Caſtillo de Bobadilla *in ſua Politica, lib.3.cap.8.n.68.* Heuia Bolaños *in Curia Philipp. part.1.§.2.n 29.* Anr de Vallis *variar. lib.5. pragmatic.5.tit.2.§.4.n 7.* D. Garcia Maſtrill *de Magiſtrat.lib 2.cap.11.n.2 & 21.* Barb. *in Axiom.verb. Officium, axiom.177.n.2.* & in *cap.diuiſis 5 de Clerici coniugat.n 3.* & in *extrauagant. de offic iudic Ordinar. titul.7. verb. fungi.* Aluarez de Velaſco, & eius Additionator Dueñas *in axiomat. vtriuſque Iuris, verb. Vnus num.158.*

Hic ſanè operæpretium erit, per regulas generales edocere , atque per ſpecialia exempla demonſtrare, quæ Officia ſint compatibilia , & quæ incompatibilia. 14

Ad cuius maiorem intelligentiam ſciendum eſt , quod officium publicum ita diffinitur per *l.1. titul.9. partit.2. Officio tanto quiere dezir como ſeruicio ſeñalado , en que hombre es pueſto para ſeruir al Rey , ò al comun de alguna Ciudad ò Villa.* 15

Sed Officium in communi ita diffinitur. Eſt congrua poteſtas cuiuſcumque perſonæ in id quod quis efficere debet , vt illud pro qualitate loci. temporis, cauſæ , & perſonæ , reddat perfectum : Bertachinus *liter.O verb.Officium* : Sebaſtian. de Medicis *de diffinitionib. diffinit.18.n 41.* vel ſic. Eſt quoddam mandatum à lege , & ab homine ſuſceptum. Officium enim eſt nomen generale, omne miniſterium rei gerendæ complectens : Gloſ. in *l.legatis, §. ſi ex officio, ff.de legat.3.* Gama *decif.354.n.2.* vbi plenè. 16

Ex qua diffinitione recognoſcendum eſt , quod duo 17

duo Officia erunt incompatibilia apud vnum, quoties aut ratione loci, aut temporis, cauſæ, vel perſonæ, vnum præiudicat alteri, & exinde reſultat aliquod inconueniens, itavt non reddat perfectum id, quod in exercitio cuiuſuis officij efficere debet. At verò ſi abſque aliquo inconuenienti, duo, vel plura officia non ſint contraria, imò tendant ad eundem finem,& miniſterium, & alterum alteri dextram ſubminiſtret, & adiumento ſit, ſiue auxilietur; tunc erunt compatibilia; quia cum ſint connexa, & circa idem, quaſi pro vno officio reputantur.

18 Quod colligitur ex his, quæ docet Gloſſ. 1. *in dict. cap. ſingula, 89. diſt.* & ex doctrina Bart. & Angeli. & Ioan. de Platea in *l. 3. Cod. de dignitat. lib. 12.* relata à Gregor. Lopez in *dict. l. 60. tit. 5 partit. 1 gloſ. verb. dos Officios:* poſtquam poſuit quæſtionem, An quis poſſit eodem tempore habere duas, pluresſve Dignitates, vel Officia? Ita diſtinxit: quod ſi habent adminiſtrationem annexam, & inter ſe contineant repugnantiam, ſiue per exercitium vnius impediatur adminiſtratio alterius, non poteſt: ſi verò non habent adminiſtrationem annexam, & per actum ſeu exercitium vnius non impeditur adminiſtratio alterius, poteſt. Auiles *in cap. Prætor, cap. 1. verb. officio num. 4.* Bobadilla *lib 3. cap. 8. n. 68.* Coria Philippica *tom. 1. §. 2. n. 29.* ibi: *Y entonces ſo dizo ſer los officios incompatibles, quando el vno es prejudicial al otro.*

19 Attamen iam per ſpecialia iuris exempla conuenit hanc generalitatem explanare: ſit primum exemplum de Officiis compatibilibus, v. g. officium ex perſona Conſulis, vel Præſidis, & officium ex perſona emancipati, vel in adoptionem dati; veluti ſi Conſul, vel Præſes filiusfamilias, apud ſemetipſum emanciparetur, vel in adoptionem daretur; tunc enim cùm vtrumque non repugnet, ſed hæc duo officia ſeu miniſteria ad inuicem ſe compatiantur, vna perſona poteſt ſe vicem duarum ſuſtinere, cum exinde nullum inconueniens, ſeu præiudicium de vno ad aliud ſequatur: maximè cum in hoc caſu iuriſdictio voluntaria, & non contentioſa exerceatur: *l. ſi Conſul.* & ibi Gloſ. fin. & eius Additio, *ff de adopt.*

20 Sed inter officium Iudicis, & officium ex perſona Rei, vel Actoris, vel ipſius partis in iudicio contentioſo, nulli dubium, quin ſint incompatibilia, & de iure prohibitus vtriuſque concurſus in vna perſona: *l. Iulianus ait 17. ff. de iudiciis, l. vnica, C. ne quis in ſua cauſa iudicet, vel ius ſibi dicat: leg 10. tit 4. partit. 3.* Nam reſultat inconueniens in ſuſtinendo vicem duorum in ſibi inuicem contrariis & præiudicialibus. Ita enim dicit: *Y porende dezimos que ningun Iuzgador no puede, ni deue oyr, ni librar pleyto ſobre coſa ſuya, ò que a el pertenezca; porque no deue vn hombre tener lugar de dos, aſſi como de Iuez y demandador;* D. Gregor. Lopez *verb amigos, in l. 5. titul. 24. partit. 4.* Bobadilla *in ſua Politica, lib 3. cap. 1. num. 33.* Surdus *conſil. 47. à num. 1. & conſ. 193. n. 6. & conſ. 465. num. 9.*

21 Ideò cum Pater & filius pro vna eademque perſona reputentur *l. fin. C. de impub.* idem dicemus per eandem cauſam incompatibilitatis, ſi in iudicio contentioſo Pater fuiſſet iudex in cauſa filij; vel filius in cauſa patris: *l. qui iuriſdictioni præeſt, 10. ff de iuriſd. omn. iud. l. 9. tit. 4. partit. 3.* nam exinde ſequitur inconueniens naturalis affectionis in præiudicium alterius, de cuius intereſſe tractetur, & contendatur, niſi de conſenſu partium iudicet tanquam Arbiter: *leg. quin etiam 5. ff de recept. arbit.* Quia arbitrium eſt voluntarium, & ſibi imputet qui eum elegit, tunc enim volenti & conſentienti non fit iniuria: Surd. *conſ. 465. num. 9.*

22 At verò ſi de alterius intereſſe non tractetur, ſed ſolum de negotio priuato & voluntario, inter patrem & filium ſolum, tunc poterit eſſe iudex pater in cauſa filij, vel filius in cauſa patris, ex textu in *leg. in priuatis 77. ff. de iudiciis:* priuata enim negotia ita propria ſunt patris & filij, vt ad alium pertinere nequaquam poſſint. De quibus habes exemplum in *l. magiſtratum, ff. de adoptionib. l. ille à quo. 6. fin. ff. ad Trebell.* & argumento *l. apud filium, ff. de manumiſſ. vind.* Azeuedo in *l. 4. tit. 3. lib 7. Recopil. n 4. & 5. verſ. Secus vero in voluntaria iuriſdictione, vbi non eſt impedimentum iuris, vel facti; in eo enim poteſt quis duplici officio fungi: l. Conſul. ff. de adopt.*

23 Ex quo infero, hanc eſſe magis veram concordiã, & iuri conſonam, inter *l. qui iuriſdictioni præeſt 10. ff. de iuriſd. omnium iud.* & *dict. l. in priuatis 77. ff. de iudic.* quam recto iure defendunt Ioan. Corraſ. *in d. l. qui iuriſdictioni, n. 9. & lib 4. Miſcellan. cap. 9. à n 4.* Rebuff *in d. l. qui iuriſdictioni, in princip.* Raphaël Fulgoſ *in d. l in priuatis:* Nicolaus de Genoa *in tract. de conciliat. legum, in conciliatione d. l. qui iuriſdictioni: & d. l. in priuatis, fol. 10. à n. 23.* licet ipſe hanc ſolutionem non ſequatur.

24 Sed vt eam ſequar, me mouet text & Gloſſ. *verb. non poterat,* in *l. vnica, verſ. Conſules, ff. de offic. Conſulis:* vbi Conſul proprium ſeruum apud ſe manumittere poteſt; ſed ſi fortè ipſe eſſet minor viginti annorum apud ſe manumittere non poſſet, cùm ipſemet ex Senatuſconſulto conſilij cauſam debet examinare; apud Collegam verò, cauſâ probatâ, poterit: vt Gloſſa aduertit ita ſic: *Et nota quod hic Conſul tantum voluntariam iuriſdictionem habet.*

25 Ob prædictum inconueniens, & cauſam affectionis, etiam prohibetur ne filius Auditoris, ſiue Actor, ſiue Reus, agere poſſit in Aula vbi eius Pater eſt Auditor: & idem ſi ſit Gener Auditoris; neque filius, vel pater, vel patrueles Scribæ ſiue Secretarij, vulgò, *Eſcriuano de Camara,* coram eo debent litigare, ſi alter adſit Secretarius apud quem ſit lis tractanda; *l. 19. tit. 5. lib. 2. Recopil.*

16 Et ex eadem cauſa idem ita ſancitum eſt per *l 7. tit. 25 lib. 4. Recopilat. Mandamos que en los lugares donde huuiere copia de Eſcriuanos, las demandas que ſe huuieren de poner ante las Iuſticias no ſe puedan poner, ni pongan ante Eſcriuano alguno, que ſea hermano, ò primo hermano del que puſiere la tal demanda.* Et inferiùs ita ſubſequitur: *Y aſſi miſmo mandamos, que ningun padre, ni hijo, yerno, hermano ni cuñado de el Eſcriuano ante qui en pendiere qualquier cauſa, no pueda ſer Auogado, ni Procurador en ella, aſſi en eſta Corte, como fuera della.*

27 Super ſecunda parte huius *l. 7. tit. 25. lib. 4. Recopil.* dubitari vidi in Regali Granatenſi Cancellaria, vter eorum repellendus ſit, an Tabellio, & acta litis apud alium nominandum ſint tradenda, ad hoc vt coram eo tractentur; an Aduocatus, vel Procurator, filius, gener, frater, aut affinis Tabellionis? Et licèt iudicatum fuerit, quod acta litis apud alium Tabellionem à Dominis Senatoribus nominatum deponerentur, tamen ab hac ſententia fuit ſupplicatum, & lite tranſacta in hoc ſtatu, ego fui in hac opinione, quod Tabellio non priuari deberet actis litis, imò quod apud eum remanerent; ſed Aduocatus ſeu Procurator eius filius, vel gener, aut frater, admitti in hac cauſa non deberet. Ratio eſt, quia prohibitio in *dict. l. 7.* non

28 verſatur circa perſonam Tabellionis, in cuius officio fuit lis præuenta; ſed reſpectu Aduocati, vel Procuratoris, qui ſit pater, filius, gener, frater, aut affinis Tabellionis, cùm ita diſponat, *Que ninguu padre, ni hijo, yerno, hermano, ni cuñado del Eſcriuano*

ante

Digitized by Google

ante quien pendiere qualquiere cauſa, pueda ſer Auogado ni Procurador en ella.

29 Itaque ille, qui non valet in hoc caſu fungi officio ſuo Aduocationis, vel Procurationis, eſt ipſe pater, aut filius, frater, gener, aut affinis, non autem Tabellio, qui ratione officij habet intereſſe ad cauſã.

30 Aliter diffinitum eſt in *l.19.tit.5.lib.2. Recopil.* vbi prohibitio tendit ad perſonas Dominorum Senatorum illius Aulæ, in qua ſit pater, aut filius, aut gener litigantes; ibi: *Mandamos que en los pleytos proprios de nueſtros Oydores, ni de ſus hyos, ni yernos, no ſe ſigan, ni pidan en la ſala, ò ſalas, de los tales Oydores:* Ideò ad alteram Aulam ſeu Cameram aliorum Dominorum cauſa remittenda eſt, quia alij illius Aulæ in totum prohibiti ſunt iudicare, & de illa cauſa cognoſcere: Et idem decernit reſpectu Tabellionis Secretarij; vulgò *Eſcriuano de Camara*, ſi Actor vel Reus ſit pater, aut filius, frater, aut patruelis: quia ſi ſit copia aliorum, priuari debet actis, & apud alium Tabellionem lis erit tractanda.

31 Præterea officium Aduocati non eſt compatibile cum officio Iudicis, vel eius Aſſeſſoris, ſeu Conciliarij, & ſic eſt incompatibile, eſſe Iudicem, & Aduocatum, vel iudicare in cauſa in qua fuerit Aduocatus vel Conſiliarius; *l. fin. C. de Aſſeſſor. l. quiſquis vult 6. in principio, C. de poſtul. l.10. verſ. Otroſi dezimos: tit.4. partit 3.* vbi reddit rationem ita ſic: *Otroſi dezimos, que ningun hombre no deue oyr, ni juzgar el pleyte, de que ante el miſmo huuieſſe ſeido Auogado, ò Conſejero, eſto tuuieron por bien los Sabios antiguos por eſta razon; porque ſi el dieſe deſpues ſentencia contra la parte que ante ayudaua, ò aconſejaua, moſtrare ya por Auogado torticero. Otroſi, ſi dieſe juyzio por ella ſoſpecharia contra el que oficiera por amor de ayudar a aquella parte que primero conſejara.*

32 Vnde ab hac ratione intelligo illud quod obſeruatur in Regali Cancellaria Granatenſi, vbi quotiens fiſci Aduocatus, ſeu Regius fiſcalis promouetur ad officium Senatoris, ſeu Regij Auditoris, non poteſt eſſe iudex ſuper lite in qua fuit Fiſcalis, ſeu fiſci Aduocatus: & idem de Regio Prætore, vulgò *Alcalde de Corte*; quia ſi ad dignitatẽ Auditoris aſcendat, non valet iudicare in cauſa, ſeu lite agitata in Prouinciali Curia, vulgò, *en la Prouincia deſta Corte*, ſi de ea cognouit tanquam Iudex Prouincialis Curiæ, & ab Aula neceſſariò excuſandus eſt, & alter ex Regiis Auditoribus in eius locum ſubrogandus, quia de lite, in qua fuit Iudex ordinarius, non poteſt cognoſcere ipſemet in ſecunda inſtantia tanquam Iudex appellationis: ex textu in *l.eos 6 in princ. C. de appellat.*

33 Sed an in hoc caſu ſententia ſit nulla, ſi Iudex non fuit recuſatus, cum abſque recuſatione ſententia teneat: *cap. poſtremo, de appellat.* cogitandum relinquit D. Greg. Lopez in *l.10 tit.4 part 3. gloſſa, verb no deue oyr:* & nihilominus verius eſt in iure, quod ſententia ſit nulla, quamuis recuſatio non præcedat: quia dicta lex 10. ita dicit *no deue oyr ni juzgar*, & verb. *debet*, importat neceſſitatem, & formam requirit: *l.1. §. qui magiſtratum, ff. quod quiſque iuris: l. Prætor, in principio, ff. de edendo: cap propoſuit, §. ſuper quo, & cap. oblatæ de appellat.* Bobadilla *in ſua Politica, lib.1. c.11. n.40.* Barb. *de dictionibus, verb. debet, d.77. n.1. & 2.*

34 Item incompatibile eſt officium Iudicis, Præſidis, vel alterius Curiæ Regis magni Officialis, & officium Procuratoris: *l.8. tit.5. partit.3.* ita dicens: *Los Adelantado ni los Iuzgadores, ni los Eſcriuanos mayores, ni los otros Officiales, que ſon poderoſos por razon de ſus Officios, no pueden ſer perſoneros, por otros.* Et reddit rationem; tum ne Iudices, Præſides, vel magni Officiales Curiæ diuertantur ab occupatione officiorum ſuorum ad officium alienæ procurationis: Tum ne tanquam potentiores opprimant aduerſarium, & eius ius, atque iuſtitia periclitetur; ex ratione textus in *l.1. C. ne liceat potentioribus patrocinium litig. præſtare.*

35 Rurſus non compatiuntur officium Militis militantis, & officium Procuratoris: *leg. militem 7. Cod. de procuratoribus:* vbi eandem rationem ob prædictum inconueniens reddit, ne diſtrahatur ab officio militari in præiudicium publicæ vtilitatis, quæ id non permittit; *l.6. & 7. tit.5. part.3.* niſi in caſibus *ibid.* exceptis.

36 Vnde, ne etiam ab oratione atque diuini cultus ſeruitio diſtrahatur Clericus, vel Religioſus, incompatibile eſt apud eos officium Militis cœleſtis militiæ cum officio aliquo publico ſeculari, Iudicis, Aduocati, vel Procuratoris, Tabellionis, Rectoriæ, vel cuiuſcumque alterius publici ſecularis muneris: *c.1.* cum aliis ſub titulo contentis, *ne Clerici vel Monach. ſecularib. negot. ſe immiſceant cap.1. & 2. de poſtuland. cap. Sacerdotibus, 31. diſt. cap. Cyprianus 4. & cap. hi qui, 6. 11. quæſt.3. l. non diſtinguemus, §. Sacerdotio, ff. de arbit.* cum *l. placet, Cod. de Epiſcopis & Cleric. l.48. tit.6. partit.1. l.10. tit.3. lib.1. Recopil.* vbi Rex noſter Dominus, Ildephonſus ita ſic: *Ningun Clerigo que ſea ordenado de orden ſacro, ni hombre religioſo, no ſea Alcalde ni Auogado en la nueſtra Corte, ni razone en los pleytos ante los nueſtros Alcaldes, ni ſean nueſtros Eſcriuanos publicos, ni hagan fee, ni eſcriuan eſcrituras algunas en los pleytos temporales, ni en pleytos que toquen a legos:* l.1. tit.9. lib.1. fori legũ: l.15. tit.16. lib.2. Recopil. *Mandamos que ningunos Religioſos, ni Clerigos de orden Sacro, ò que ſean ordenados de Epiſtola, ò beneficiados de Yglesias, no ſean Auogados ante Iuezes algunos ſeglares, ni ſean recibidos ſus eſcritos y peticiones, ſaluo en ſus pleytos miſmos, y de la Yglesia donde fueren Beneficiados, ò por ſus vaſallos, ò por ſus paniaguados, ò por ſu padre, y madre, o hombre a quien el aya de heredar; ò por perſonas poures, ò miſerables, y en los otros caſos por derecho permitidos y no en otros algunos*, latè Dom. Garcia Maſtrillo *de Magiſtratib. lib.2. cap.6. à num.3.* Dom. D. Ioann. Bapt. de la Rea *tom.2. allegat. fiſcali* 88.

37 Et ſic vidi quod Iudices inferiores non admittunt libellos à Clericis in ſacris conſtitutis ſubſcriptos; & quòd Clerici qui ſunt Aduocati in hac Regali Cancellaria habent licentiam ſeu Regiam facultatem, quia, niſi eam impetrent, non admittuntur; ex Azeuedo *in dict. l.10. n.1 tit.3. lib.1. noua Recopilat.* & alij etiam habent licentiam & diſpenſationem conceſſam à Domino Nuntio ſuæ Sanctitatis in Hiſpania.

38 Sed ad interpretationem *dicta l.15.* ibi: *Y los otros caſos por derecho permitidos:* & *dict. l.10. tit.3. lib.1.* vide vltra Azeuedum in *dicta l.10. & 15.* Salcedo ad Bernard. Diaz de Lugo *in practica criminal. cap.57. & 58. verb. Tabellionatus officium exercentes: & capit.63.* Pater Thom Sanchez *in Decalogo lib.6. de Relig. ſtatu, cap.13.* vbi latè inuenies quibus caſibus poteſt Religioſus, Aduocati, aut Procuratoris officium obire, à *num.18.* & à *num.46.* an poſſit eſſe Tabellio? Et quamplurimos caſus practicabiles circa idem: & à *num.52.* an poſſit eſſe arbiter? & à *numero 7.* an poſſit eſſe delegans? & à *num.84.* an Religioſus poſſit eſſe Aſſeſſor Iudicis, aut Vicarius, & Cubicularius Epiſcopi, & Teſtis? Vide etiam Proſpet. Farinac. *in fragmentis criminal. part.1. litera C. à num.18. & num.86.* cuius argumentum eſt: *Clericus quando & in quibus caſibus poſſit eſſe Aduocatus, vel Procurator? an poſſit ſtudere legibus Ciuilibus? vel Phyſica, & quando poſſit eſſe Me-*

Aa dicus,

Digitized by Google

dicus, vel Chirurgus? Iudex ſeu Conſiliarius alicuius Principis ſecularis? & *à num.* 212. *Clericus, quando & in quibus caſibus poſſit eſſe* Notarius. Er an valeat teſtamentum cotam Notario factum ſine teſtibus tempore peſtis? vide Paz in *l.3 Tauro part.*

39 Non compatitur etiam quod aliquis ſit Clericus in minoribus Ordinibus conſtitutus, qui de priuilegio fori in iudicio exceperit: vulgò dicimus, *que ſe aya reclamado a la Corona:* aut poſſit gaudere priuilegio fori, & ſimul velit eſſe Decuriu, aut ad officium publicum. ſeu aliud quodlibet Reipublicæ ſeculare admitti? *l.3.tit.4.lib.1. Recopil.* ad cuius intelligentiam videas Ioan.Gutierrez *practicar.lib.1.quaſt.9.*

40 Quoad officia merè ſecularia dubitatur, an ſint incompatibilia, officium Iudicis, & officium Tabellionis? ſed cum non ſint diuerſa, & circa idem tendant, & nullum ſit inconueniens, non eſſe incompatibilia dicendum, docet Bart in *l comperimus, n.2 & 3. C.de proxim.Sacror. ſcrinior. lib.*11. Gloſſa & Salycetus in *l.iubemus, §.his qui, C.de Sacroſanct.Eccleſ.* Albericus in *l. ſi cum venditor.* 16 *ff de euict.*

41 Bartolus etiam in *d l.iubemus §.ſane ſequitur, el* 1. *Cod.de Sacroſanct.Eccleſiu;* vbi concludit, quod quando agitur in forma Iudicij, quis non poteſt eſſe Notarius & Iudex; ſecus in his quæ fiunt à Iudice non in forma iudicij, quia nihil tunc repugnat quominus Iudex ſcribere poſſit, & in breuioribus cauſis, ſecus in grauioribus, vbi de maximo præiudicio agitur: de qua doctrina, & diſtinctione, videndus eſt Alex. *conſil.*157.*n.*3 *vol.*7. Gabriel Sarayna *in annot. ad Mathaeum Matheſilan. ſingulari* 1. Philip.Decius *conſ* 42. *num.*4. & ad eum remiſſiuè Azeuedo *in l.4.n.14.tit.3. lib 7 Recop.* Burſatus *conſ.397.lib.4.* Ant.de Vallis *variar.lib.5.pragmat 5.tit.2 §.4.n.8.*

42 Aduertas itidem, quod officia omnia, quibus Artifices deſeruiunt Reipublicæ, quæ per artem mechanicam exercentur, & propriè vocantur *Artificia,* ſcilicet illa, quæ reputantur vilia, ſordida, & mechanica, Barboſ. *verb.Officium, appellat.*176.*n* 2. erunt incompatibilia, ſi ex concurſu officiorum aliquod inconueniens ſequatur in præiudicium vtilitatis publicæ, veluti officium Coriarij vulgò *officio de Curtidor*, & Sutor Coriorum, vulgò *officio de Zapatero: l.1.tit.11. lib.7 noua Recop.* dum dicitur: *Mandamos que ningun Zapatero ni otro ningun oficial de hazer obras de cuero curta, ni tenga a ſu cargo Teneria alguna, ſo pena de ſeis mil marauedis, para la nueſtra Camara.*

43 Ratio huius prohibitionis eſt, ne Coriarius, & Sutor Coriorum detineant Coria, & faciant Stanchum ſeu monopolium ad hoc vt pretia eorum creſcant, & fiat exceſſus in pretio, contra bonum publicum. Ex qua etiam ratione, ſimiliter eſt incompatibile officium Sartoris cum officio Tonſoris: *l.*10. 11. *&* 12. *tit.*12. *lib.*5 *Recop.*

44 Redeamus ad officia publica, maximè ad officium Relatoris, & officium Aduocati, quæ ſunt incompatibilia, ne Relator deſeruiens etiam officio Aduocationis, deficiat in officio Relationis; & ob hoc inconueniens ſancitum eſt in *l.13.tit.17.lib 2.Recop.* ita ſic: *Porque los Relatores conuiene que eſten deſocupados de otros negocios, paraque puedan traer bien viſtos los pleytos que les eſtan encomendados, mandamos que ningun Relator de las nueſtras Audiencias ni en el nueſtro Conſejo auogue, ni ayude en pleyto alguno, que en ellas pende ò pendiere.*

45 Contra quam legem diſpenſare vidi ſpecialiter in caſu, in quo quidam Aduocatus in lite magnæ quantitatis, & qualitatis. poſtea electus ad Relatoris officium, vſus fuit officio Aduocati cum licentia conceſſa à Dominis Senatoribus ſuæ Aulæ, ad hoc vt defenderet ſuum clientulum in illa lite tantum, in qua antea fuerat Aduocatus. Et quotidie diſpenſatur cum Relatoribus, qui habent propria negotia, ad ea defendenda.

Ob dictum inconueniens, & alias ad hoc congruentes rationes, eſt etiam incompatibile officium Iudicis ſuperioris cum inferiori, atque officio cuiuſque Miniſtri, vulgò *Alguaziles mayores ò menores;* & officium Gabellarij ſeu conductoris Regalium, atque bonorum Conciliorum (vulgò, *Rentas concejales)* cuiuſcumque Ciuitatis; cùm Officialis ſeu Miniſter Iuſtitiæ, Regalia, ſeu vectigalia publica conducere non poſſit: *l.9.tit.3.lib 7.Ordinam* vbi Salmanticenſis Didacus Perez *gloſ. verb. Alcaldes, fol.*422 & ex deciſione *l.12 tit.4.lib.3.Recopil.* vbi ita ſe habet: *Mandamos que los Adelantados y Merinos, Iuezes, y Alguaziles, en los Lugares do tuuieren ordinaria Iuridicion y poder, no ſean oſados de arrendar los pechos y tributos y derechos Reales, ni ſus Oficios ni rentas conſejales.* 46

Idem dicendum eſt de Decurionibus, quorum officium eſt incompatibile cum officio conductoris Gabellarum & Regiorum redditum, vel propriorum cuiuſque oppidi vel Ciuitatis. vulgò, *Arrendador de los propios de el Conſejo*, nec poſſunt eſſe fideiuſſores in talibus conductionibus: *l. Decurio, ff. de Decurionibus: l.20.tit 3.lib.7.Recopil.* Vbi etiam idem, quod de Decurionibus, vulgò, *Regidores ò Veinte-quatros,* prohibitum Iuratis ſeu Tribunis Plebis, vulgò *Iurados* & Mayordomis Conciliorum, ſeu Maſſariis Ciuitatum, vulgò *Mayordomos de proprios de el Conſejo ò de la Ciudad, ò del poſito.* 47

Et idem de Tabellionibus cuiuſcumque Concilij, Oppidi, vel Ciuitatis, *que dezimos Eſcriuanos del Conſejo ò del Numero;* nec poſſunt eſſe Regatarij, nec habere obligationem publicam in Macellis & ſimilibus, dicimus, *obligados de las carnes, ò abaſtecedores,* nam in *dict. l.*20. ita dicitur: *Mandamos que ningun Alcalde, ni Iuſticia, ni Regidor, ni Iurado. ni Merino ni Alguazil, ni Mayordomo, ni Eſcriuano del Conſejo, ni del numero, ni otros Officiales que han de auer hazienda del Conſejo, no ſean Arrendadores, ni Recaudadores de mayor ni menor, ni ſean fiadores, ni abonadores, ny aſeguradores de rentas de proprios y Conſejos, ni de rentas Reales, de las Ciudades, Villas ò Lugares donde tuuieren los dichos Oficios, ni de las Carnicerias dellas, por ſi, ni por interpoſitas perſonas ayan parte en ellas, ſo pena de que ayan perdido ſus Oficios, y mas la quarta parte de ſus bienes, la tercia dello para nueſtra Camara y Fiſco, y la otra para el denunciador, y la otra para el que lo ſenteciare: l.3. titul.*1. *dict.lib.7.Recop. & l.4. & 9. tit.10.lib.9.Recop.* Auendaño *in capitib. Prætorum cap.* 12. *n.*13. Curia Piſana *lib.1.cap.12 n.2.* & *ibid.* eius Additionator Azeuedo *lit.S.* Caſtillo Bobadilla *in ſua Politica, lib.3. cap.4 à num.15 cum ſeq. & cap.8.n.15.* Ioan.Gutierrez *practicar.lib.4 quaſt.56.* vbi ſuper *d.l.3.tit.5.lib.7.* mouet & reſoluit hanc quæſtionem, An habens obligationem publicam Macellarij, *como es el obligado de las Carnicerias, Tauerna, ò Tienda, ò el Meſonero podra ſer juntamente Regidor, ò Alcalde, ſo color de dezir que no ay en el pueblo quien lo pueda ſer ſino ellos.* 48

Et in *ſequenti quaſt* 57. *lib* 4 Ioann. Gutier. ita ad aliam quæſtionem tranſit; *Quaro circa eandem leg 3. tit.5. lib 5. noua Recop an Procurator generalis Ciuitatis, vel Villa, qui alias dicitur Syndicus. & aſſiſtit in Concilio Populi, & poteſt contradicere quæ videt agere contra Communitatem, & requirere vt agantur, quæ ſibi videtur expedire iuxta Regiam* 49

prouiſionem

Digitized by Google

prouiſionem ſeu Officij, comprehendatur ſub prohibitione & pœnis noſtra leg. nempe vt non poſſit habere obligationem publicam Macelli, nempe, de la Carniceria, ò otro baſteçimiento?

50 Et antea Ioan. Gutier. aliam excitat, & reſoluit quæſtionem, An Rectores Ciuitatum, vel oppidorũ, poſſint eſſe fideiuſſores Theſaurarij redditũum Regalium, qui hoc officium emit à Regia Maieſtate?

51 Eſt itidem incompatibile, officium Tabellionis, cum officio depoſitarij Iudicialis in cauſa vel lite, quæ controuertatur apud ipſum publicum Tabellionem: *l 13.tit.12.& l.2.tit.21.lib.2.Recop l.13.tit.9.lib.3. l.22.tit.1. eod.lib. & l.28.tit.25.lib.4. noua Recop.*

52 Neque compatitur officium Tabellionis cum officio Aduocati, vel Procuratoris in cauſa, quæ agitetur apud eundem Tabellionem: *l.30. tit.16. lib.2.l.7. tit.25.lib 4. Recopil.*

53 Concurrere etiam non poſſunt, cùm ſint incompatibilia, officium publici Tabellionis, vel cuiuſlibet Concilij, & officium Decurionis, in eodem Concilio eiuſdem loci, vel Ciuitatis: *l.4. tit.1. lib.7. Recopilat.* dum ita dicit: *Eſtablecemos, que los Eſcriuanos de los Conſejos de las Ciudades, Villas, y Lugares de nueſtros Reynos, y Señorios, no tengan voz, ni voto, en los tales Conſejos, ni valga carta nueſtra, que tengan para lo contrario; y que ſolamente vſen de ſus Oficios para dar fee de lo que ante ellos paſare, l.4. tit.7. lib.7. Recopil.* ibi: *Y mandamos, que qualquiera Regidor de nueſtras Ciudades, Villas, y Lugares, que tuuiere por merced la Eſcriuania del Iuzgado de los Alcaldes ordinarios do fuere Regidor, ſea tenudo de renunciar, y renuncie el vno dellos, qual mas quiſiere, haſta dos meſes deſpues que fuere requerido que lo haga, ſo pena que dende en adelante por el miſmo hecho ayan vacado, y vaquen ambos a dos, y que de la prouiſion dellos a quien nueſtra merced fuere.*

54 Sunt etiam incompatibilia inter ſe omnia officia Regalia Auditorum ſeu Senatorum, & Prætorum, & aliorum Superiorum in Regali Conſilio, & Regiis Audientiis, ſeu Cancellariis, *l.28.tit.4.lib 2.Recopilat.* Vbi diſponitur, quod nullus eorum poſſit duo obtinere officia, ex illis, quæ ſunt incompatibilia.

55 Item eſt incompatibile officium Aſſeſſoris, cum officio Auditoris, ſeu Senatoris, in cauſis Eccleſiaſticis; vel cum officio Arbitri, vel Arbitratoris, & Regij Prætoris: *l.17. tit.5.lib.2.noua Recopil.*

56 Officium Regis fiſcalis, eſt incompatibile cum officio Aduocati, & cum officio de *Chanciller*, nec poſſunt habere Cathedras ad legendum, maximè in vrbe Pinciana: *l.61.tit.5. lib.2.l.32.& 33. tit.1. lib.3. Recopil.* & idem de officio Fiſcalis *de Contaduria: l.31. tit.5. lib.9. noua Recopil.*

57 Sunt prætetea etiam incompatibilia omnia officia *de Contaduria mayor:* cùm nullus duo officia ſimul habere poſſit: *l.1. & 2. tit.4. lib.9. Recopil.*

Et omnia officia in Curia ſunt incompatibilia: habere enim in ea duo officia nemo poteſt: *l.1 tit.5. lib.2.Ordinam.* Vbi reddit rationem; quia poſtquam dicitur, *Ordenamos, y mandamos, que en la nueſtra Corte y Chancilleria aya ocho Alcaldes ordinarios de Prouincia, dos de Caſtilla, y dos de Leon, y vno de Toledo, y dos de la nueſtra Eſtremadura, y vno de la Andaluſia, y eſtos que no ſean Oydores*, ita dicit: *Porque mas libremente puedan vſar de ſus Oficios, y porque nueſtra voluntad es, que ninguno tenga dos Oficios en nueſtra Corte.* Vbi Didacus Perez *gloſſ. verb ninguno tenga dos Oficios en nueſtra Corte: l.18.tit 4.lib.2.Recopil.* Anton. de Vallis *variarum lib.5. Pragmatica 5. tit.2. §. quod nemo in magna Curia duplici fungitur Officio.*

Attamen circa Officia ad regimen Ciuitatum, ac Populorum pertinentia, parumper immoremur; & duo admonemus. Primum, quod officium Decurionis vulgò *Regidor, ò Veintiquatro*, & officium Tribuni Plebis, ſeu iurati, vulgò *officio de Iurado*, ſunt incompatibilia apud vnam perſonam; prout ex ordinatione Domini Regis Ildephonſi aſſerit Didacus Perez *in l.22.tit.2.lib.7.Ordinam. colum 411. verſ Quid autem, &c.* ibi: *Que el Iurado no pueda tener dos Oficios incompatibles, ſino que aceptado el otro, ſea viſto deſiſtirſe del otro, como es de Veintequatro, y Iurado.* 58

Secundò, quod duo officia, Rectoris ſeu Decurionis, & Tribuni Plebis, ſeu Iurati, in qualibet Ciuitate, ſeu Concilio; vel duas Rectorias, ſeu officia Decurionatuum in diuerſis Populis, ſeu Ciuitatibus, quis habere non poteſt: *l.4.tit.3.lib.7. Recopil.* ita ſic: *Y tenemos por bien, que los Regidores, y otros Officiales que han de hazer hazienda del Conſejo, no puedan auer en el tal Conſejo mas de vn Oficio, y ſi tomaren otro Oficio, que pierda el que primero tenia, y no le aya ni tenga mas.* Et inferiùs: *Y aſſi miſmo mandamos, que vna perſona no pueda auer mas de vn oficio de Regimiento en diuerſos Lugares: Y ſi mas huuiere, del dia que fuere requerido, haſta los dichos dos meſes, ſea en ſu poder tener el vno dellos, qual mas quiſiere, y dejar el otro, y no lo haziendo anſi, los podamos proueer ambos en quien nueſtra merced fuere.* 59 60

Ad quam noſtram legem Regiam 4. *tit.3.lib.7.Recopil.* eſt textus in *l.omnes 50. l.duumvirum 53. l.nullus 60. C.de Decurionibus, lib.10.* Doct. Piſa *in ſua Curia Piſana, in lib.2.cap.22.* & *ibidem* Additionator Azeuedo, Didacus Perez in *l.22.tit.2.lib.7.Ordinam. colum.411.* 61

Sed Doctores ſupradicti ad *d. l.4.tit.3. lib.7.* non aduertunt rationem decidendi, nec limitationem, quam habet. Ratio enim decidendi prouenit ex illa regula, quæ deducitur à Canoniſtis in textu *cap.cum olim,12. de ſententia & re iudic. & cap.1. de conſuetudine in 6.* ſcilicet, quod nemo valeat in Capitulo duas habere voces, & vicem duorum ſuſtinere. 62

Limitatio autem ea eſt, ſi Princeps diſpenſauerit, & facultatem Regiam conceſſerit ad hoc vt poſſit aliquis habere duas Rectorias, ſeu officia publica, & duas voces in Capitulo: quia conceſſa Regia facultate poterit quis duo obtinere officia incompatibilia, & ea exercere; vt probatur ex textu *in dict. cap.cum olim 12.de ſent.& re iudic.& cap.1.de conſuetudine.* 63

Ex his omnibus iam excitare mihi liceat nouam quandam, & meo videri, difficilem quæſtionem. Pone quod Ferdinandus habebat in Ciuitate Granatenſi officium Decurionatus, ſeu vnam Rectoriam, vulgò *vn Oficio de Veintiquatro*, & de eo inſtituit Maioratum, ad cuius ſucceſſionem vocatus fuit Stephanus, & poſt eum filius maior; & ſi ſine filiis deceſſerit, vocatus eſt Ildephonſus; at verò Antonius, qui aliam Rectoriam habebat in hac Granatenſi Ciuitate, aliud primogenium de ea inſtituit, & ad ſucceſſionem, ipſoſmet Stephanum & eius filios, & ſi ſine filiis decederet Ildephonſ. vocauit; & per mortem vnius inſtitutoris, Stephan. in vtroque Maioratu ſucceſſit, & proinde in duabus Rectoriis, *Regimientos, ò Veintequatros* huius Ciuitatis. Et nil refert ad quæſtionẽ quod hæc duo officia non in vna Ciuitate, ſed in duabus Ciuitatibus eſſent: ſuppoſito enim quod apud vnam perſonam ſunt, incõpatibilia reputantur ex deciſione *d l.4.tit.3.lib.7.noua Recop.* an igitur ratione incompatibilitatis officiorum, erunt etiam incompatibilia hæc duo primogenia, ita vt Stephanus vnum tantùm quod elegerit, non etiam aliud retinere valeat, ſed ad ſequentem in gradu peruenire debeat, ſcilicet ad filium 64

lium maiorem, vel eo non nato ad Ildephonſum; vel an ambo retinere poſſit, & vnum ex duobus officiis per ſe, & alium per ſubſtitutum ſeruire?

65 Pro parte Stephani patrocinantur ſequentia, & in primis nulli dubium eſt, quod in noſtra materia de Maioratuum incompatibilitate non datur incompatibilitas ſucceſſionis in pluribus Maioratibus, niſi aut per diſpoſitionem hominis, aut per diſpoſitionem
66 legis. Sed ſic eſt, quod in caſu propoſito non datur incompatibilitas per diſpoſitionem hominis, nec per diſpoſitionem legis: non per diſpoſitionem hominis, quia ambo inſtitutores non prohibuerunt concurſum primogeniorum apud Stephanum; imò ipſum ad eum admiſerunt, cum expreſsè quilibet eorum ad ſucceſſionem ſui Maioratus, ſeu Rectoriæ, aut officij Decurionis Stephanum vocauerit. Non etiam per
67 diſpoſitionem legis; quia per *l.4.titul.3. lib.7. Recop.* non prohibetur, ſucceſſio in duabus Rectoriis, ſeu officiis Decurionatus aut Tribunatus plebis ſiue officij Tabellionatus; ſed prohibet ſolùm vſum ſeu exercitium vnius Rectoriæ ſimul cum alia, & ne habeat quis duas voces in Conſiſtorio: ergo hæc duo officia, & Rectoriæ non ſunt incompatibiles, quoad ſucceſſionem titulo Maioratus delatam.

68 Secundò comprobatur, nam etiam ſi fœmina ſit incapax ad vſum & exercitium officij Decurionatus, Tabellionatus, Rectoriæ, vel alterius publici Muneris, *vulgata l fœmina, ff. de regulis iuris*: & minor, *l.16. verſ. Que las tales perſonas menores de la dicha Ciudad a quien nos hizieremos merced de los tales Officios, no los puedan vſar y exercer, ni ayan ni tengan el vſo y exercicio dellos, haſta que ayan los dichos diez y ocho años cumplidos*, & in *l.17.tit.3.lib.7. Recopilat.* vbi poſtea per *d. l.17.* prohibetur vſque ad ætatem viginti annorum: Atque etiam Clericus, vel Monachus *l. places, C.de Epiſcop. & Cleric. l.17.tit.3. lib.1. Ordin.l.3. tit.4.lib.1. noua Recop.* Innocentius *in cap. dilecta, de exceſſibus Prælat.* Doctor Piſa *in Curia Piſana lib.2.cap* 21.& eius Additionat. Azeuedo: Dom. Præſes Couarruu. *pract.cap.33.n.6.* Caſtillo Bobadilla *in ſua Politica lib.3.cap.8.n.12.* D.Garcia Maſtrillo *de Magiſtrat. lib.2. cap.6. per tot.* latiſſimè D. D Ioan. Baptiſta de la Rea *in allegat. fiſcalib allegat.86. per to-*
69 *tam, in tom.2.* Non tamen ſunt incapaces ſucceſſionis Rectoriæ, ſeu Decurionatus, Tabellionatus, vel alterius publici officij vendibilis, ſeu renunciabilis, aut perpetuati: in eis enim ſuccedere poſſunt ſaltem quoad æſtimationē, & illorum commodum & emolumenta: *l.omnimodo, § imputari, C.de inofficioſ. teſtam. l.Lucius Titius teſtamento, ff.de legat. & l.fideicommiſſa 15. §.ſi ſeruo, ff.de leg 2.* vbi talia Officia, ſeu Militiæ vendibiles legari poſſunt, & etiam pignorati: *l.fin. C.de pignorib.* ibi: *Quamcumque militiam iidem negotiatores adquiſierint (eam tamen quæ vendi, vel ad hæredes ſub certa diffinitione tranſmitti poteſt) liceat creditoribus, &c.* Ant.Gom. in *l.29.Tauri, n.21.& ibid.* Tellus Fernand. *d.n.6.* D.Couarr. *lib.3. variar. cap.19. num.6.* Auend. *reſponſo 9. num. fin.* Gomez de Leon *in ſua Centuria reſponſ. fin.* Curia Piſana *lib 4. cap. fin. à num.3.* latè Caſtillo Bobadilla *in ſua Politica lib.5. c.8. à num.289.* Valaſcus *de Partitionibus, cap.23 num.34.*
70 Auendañus *de Cenſibus, cap.55. à num 2.* Ergo ex eodem iure, & ratione, licet ſucceſſor in duobus Maioratibus, ſeu Rectoriis titulo Maioratus grauatis, ſit incapax exercitij & vſus vnius ex eis, cùm non poſſit duas ſimul Rectorias exercere, & duas voces habere, non ideo eſt incapax ſucceſſionis earum, ad hoc vt poſſit vnam Rectoriam exercere, & aliam vendere, ſeu pignorare, & in cenſum pro ſua vita dare.

Tertiò, nam poſſeſſor Maioratus per tempus vitæ 71
ſuæ non eſt vſuarius, ſiue vſufructuarius; ſed verè dominus: prout ex D. Molin. Mieres, Guttierrez, Barboſa, & aliis quamplurimis reſoluit Dom. D. Ioann. del Caſtillo *de Vſufructu, cap.5 n.3.* Marius Giurba *deciſ 69 à n.37.* Additionat ad D Molinam *lib.3.cap.19. à num.1. vſque ad* 18. Ergo per tempus vitæ poterit Stephanus vnum ex duobus officiis Decurionatus, ſeu Rectoriæ retinere quoad vſum, & exercitium, & aliud vendere.

Quartò & vltimò; quia poſſeſſor Maioratus per 72
tempus vitæ ſuæ poteſt renuntiare vſum, & commoditatem bonorum, & facultatem vtendi, & percipiendi emolumenta, & commoditates in fauorem alterius cuiuſlibet D. Molina *lib 1. cap.10. n.1.* per textum in *l. ſi vſusfructus 66. ff de iure dotium: l.vſufruct.57. ff. ſoluto matrim.* Vincent. Fuſar. *de fideicom. ſubſtit. q.527. n.5.* ibi: *Tamen pro tempore iuris ſui prohibitus, poterit cedere, & vendere fructuum, commoditatem & perceptionem: §.1. verſ Neque vlli*, & *ibi* Gloſſ. Angelus, Aretinus, Portius, & alij, *Inſtit. de vſu & habitat*: ergo per tempus vitæ ſuæ ſucceſſor horum duorum Maioratuum poterit cedere, & renuntiare in fauorem cuiuſlibet vſum, & commoditatem vnius ex duobus officiis Decurionatus, ſeu alterius officij incompatibilis apud eundē, & alterum officium exercere.

De contrario autem, pro parte ſequentis in gradu 73
fortiter hæc faciunt. Et in primis, quia hæc duo plurave officia Decurionatus ſeu Rectoriæ, vel alia id genus officia publica, etiam vendibilia, ſunt incompatibilia apud eundem, non ſolum quoad vſum & exercitium; ſed etiam quoad ſucceſſionem cum effectu, ſiue dominium & proprietatem, prout colligitur ex *d. l.4.tit.3.lib.7.Recop.* in illis verbis: *No puedan auer en el tal Conſejo mas de vn Oficio*: Nam verbum, *habere*, comprehendit tam vſum & poſſeſſionem, quam dominium & proprietatem: *l.habere 188. ff de verb. ſignificat.* cum Gloſſa, *verb emerit*, ibi: *vel ex alia cauſa habeat, ſiue poſſideat, ſiue non: vt ſupra, de verb. obligat. l. ſtipulatio iſta, §.habere*, idem deciditur in *l.2. §.1. ff.de relig & ſumptib. funer. & l.1. §.poteſtatis. ff. de peculio*, vbi habere dicitur, qui habet in poteſtate, vel qui habet dominium: Rebuffus in *l. id apud ſe quis habere videtur de quo habet actionem 143. verſ.2. quis videtur: ff.de verb. ſignificat. & in verſ.4. dicitur &c.* vbi ex textu in *l. ſi in emptione, § omnium, ff.de contrahenda emptione*, probat, quod habere propriè dicitur, quando quis poſſidet ciuiliter & animo, licèt naturaliter non poſſideat. Ideò ad hoc vt habeat vtrumque officium ſufficit, quod habeat dominium vel aliud ius in vtroque: *leg officium, ff.de rei vind.* Barb *de Dictionib. verb. habere, dict.130.n.1.*

Igitur quoad exercitium, vſum, & ſucceſſionem, & 74
quoad omne ius, duæ Rectoriæ, ſeu officia Decurionatus ſunt incompatibilia apud Stephanum tanquam ſucceſſorem in his duobus Maioratibus; ideoque eligere poteſt, & alterum debet ad ſequentem in gradu tranſire.

Secundò, nam quando quis habens vnum ex duo- 75
bus officiis incompatibilibus, acceptat aliud, caret acceptato, & priuatur omni iure tali officium concernente: *l. fin. C.de cohortalib. lib.12.* vbi Bartol. dicit: *Item hic eſt caſus expreſſus, quod ſi Statutum dicat, quod habens vnum officium non debeat aliud accipere; quod ſi acceptat, ille qui ſic acceperit, careat officio accepto & eius effectu.* Ludouicus Roman. *ſingul.193.* Cardin. Tuſch. *lit.O. concluſ.97. à n.16.* Didacus Perez in *l.22.titul.2. lib.7. Ord nam. column.411. verſic. Quod autem eſſet, &c.* vbi dicit, quod duo Officia publica quis habere non poteſt, & quod per acceptationem

Digitized by Google

tionem alterius incompatibilis ceſſat omne ius quod
habebat ad primum, & vacat: idque probat ex tex-
tu celebri *in cap.vt quis 25. de elect. in 6.* vbi Boni-
facius ita ſe habet: *Vt quis duas electiones de ſe in
aliqua Eccleſia celebratas proſequatur inſimul, & con-
firmationem petat ex eis, cum non niſi ex vna ipſarum
valeat ius habere, rationi conſonum non putamus, &c.*
76 Barboſ. *verb Officium axiomat.167. num. fin.* Sed ſic
eſt quod duo Officia Decurionum, vel Tribunorum
plebis, aut Tabellionum, ſunt incompatibilia apud
Stephanum, qui non niſi vnum habere poteſt, ex
text. in *d.l.4. tit.3. lib.7. Recopil.* ergo ſuccedens in
vno, vel illud acceptans, carere debet omni iure al-
terius officij incompatibilis.
77 Tertiò, quia ſi in aliquo caſu Stephanus ſuccedens
in his duobus Officiis vinculatis, ambo tanquam
ſucceſſor habere poſſet, ideò admitteretur quia per
ſe ipſum vni inſeruiret, & alteri per ſubſtitutum. Sed
78 qui ſeruit per ſubſtitutum, ipſemet deſeruire videtur,
ex Regula, *Qui per alium facit, perinde eſt ac ſi faceret
per ſe ipſum 72. de regul. iuris, in 6.* & *l. ſi per alium,
ff. ne quis eum l.ita, §. ſi quis, ff. de admin.tutor.* Vnde
dicimus etiam, quod paria ſunt facere per ſe, vel per
interpoſitam perſonam: *l.hac edictali, §. ſi vero, C. de
ſecundis nupt.* & paria eſſe, quod quis aliquid faciat,
vel facto authoritatem præſtet, *l.1. §. omnia, Cod. de
veteri iur. enucle.* ibi: *Omnia noſtra facimus, quibus
authoritatem noſtram impartimur.* Ant.Gomez *in l.40.
Tauri, n.89.* Aluarez de Velaſco *in axiom. iuris, lit.F.
num.3. & lit.N. n.66.*
79 Et regula in hoc caſu non per fictionem, ſed verè
& propriè intelligenda eſt; tum quia vbi agitur de
acquirendo, faciens per alium, dicitur propriè facere
per ſeipſum: *l.certè, §.1. ff. de precar.* Nicol.Boër. *in
addit.ad Dynum in d. cap.qui per alium, in fin.* Tum
quia verè & propriè, non per fictionem per ſe facere
dicitur, qui per alium facit in his, quæ ſunt iuris &
facti ſimul, vel facti tantum: *d. l.certè, §.1. ff. de pre-
car.* Aluar.de Velaſq. *in axiom.iuris, lit.F. n.4.* Ergo
80 neque etiam per alium, nempe ſubſtitutum, poteſt
Stephanus habere alterum ex duobus officiis incom-
patibilibus apud ipſum. Probatur conſequens ex alia
Regula, *Qui non poteſt per ſe, nec per alium poteſt:
l.neque per ſe, C. de hered.inſtit. cap. quod alicui non li-
cet nomine ſuo, nec alieno licebit, 67. de reg.iur. in 6.* vbi
Dynus aduertit, quod ſicut Decurio non poteſt ſuo
nomine proprio prædia publica colere, ita nec licet
ſubiectis aliorum nominibus: per text. *in l.2. §.1. ff.
de adminiſtr.rer. ad Ciuitat.* Menochius *de Arbitrar.
lib.2. centuria 5. caſu 459. & conſ.444. n.34.* Marius
Giurb. *in Conſt Senatus Meſſan. p.1. c.10. gloſ.6. n.28.* Et
cum omnes hæ regulæ intelligi debeant, quando fa-
ciendo nomine alterius tendit ad eundem affectum
quem conſequeretur faciendo nomine proprio, ex
Dyni doctrina firmiſſima in iure in *d.cap. quod alicui
non licet nomine ſuo, 67. num. fin. de reg.iur. in 6.*
81 Sequitur quod ſubſtituendo, & alteri renuntiando,
Stephanus conſequeretur eundem effectum ac ſi ipſe
nomine proprio exerceret illud officium incompati-
bile cum alio: quod in tantum prohibere voluit *l.4.
tit.3. lib.7. Recop.* vt ne quidem Decurioni vni permi-
ſerit habitare cum alio Decurione aut Officiali eiuſ-
dem Conſiſtorij: *l.9. tit.3. lib.7. Recopil.* ibi: *Ordena-
mos, y mandamos, que ningun Alcalde, ni Regidor, ni
Iurado, ni Alguazil, ni otra perſona que tenga voto en
Cauildo y ayuntamiento donde fuere vezino y morador,
ni el Mayordemo, ni el Contador de tal Cauildo y Con-
ſejo, no pueda viuir, ni viua con otro Alcalde, ni Re-
gidor, ni Alguazil, ni Iurado, ni otra perſona que tenga
voto en el miſmo ayuntamiento de la miſma Ciudad,
Villa, ò Lugar, ſo pena que ſi lo contrario hiziere, pier-
da el Officio que tuuiere; ni dende en adelante vſe del,
ni ſea recibido ſu voto en el tal Cauilde, ò ayuntamien-
to.* Curia Piſana *lib.4. cap.1. n.4.* Ergo multo fortiùs
legem prohibere dicendum eſt per ſubſtitutum ſer-
uire, qui in omnibus dependet à ſubſtituente, & cu-
ius officium, & eius ius exercet mediante voluntate
ſubſtituentis.
Ex his poſterioribus allegationibus inſluit Quar- 82
tum fundamentum: nam in hoc caſu incapacitas ſub-
ſtituentis tranſit in ſubſtitutum, ad hoc vt tanquam
ipſe ſucceſſor, ſubſtitutus non poſſit admitti ad offi-
cium incompatibile; vt probat D. D.Ioan.Bapt. de la
Rea *tom.2. allegat. fiſcali 86.* vbi in *n.39.* ita ſcripſit:
*Quippe in hoc caſu, etſi Monaſterium ſubſtitutum no-
minaret, tamen eſt Dominus officij: nam in Monaſteriū
perpetuò ceſſum, & tranſlatum, & nominatio ſubſti-
tuti non excludit, imò potius exigit capacitatem eius,
qui agit de ſubſtituto nominando; ita vt ea non poſſit
ſuppleri cum defecerit ex ſubſtituti capacitate, quia non
poteſt effectus conſiderari, niſi qui prouenit ab influente
cauſa: Bald. in l.1. ff. de Senatorib. & in cap.1. §. hæc
autem, de his qui feud. dar. poſſ. & vitium authoris* 83
*obſtare ſubſtituto tradit Ioan. Andreas in cap. ad Apo-
ſtolicam, de re iudicat. in 6. & inhabilitas medij, inha-
bilitatem in extrema inducit, l.tria prædia, ff. de ſeruit.
ruſticor. præd. iunctis traditis à Ioſepho de Ruſticis in
l.cum auus, lib.6. cap.16. n.21. Bald. vol.3. conſ.40. n.2.
Natt. conſ.541. n.32. Afflict. deciſ.248. n.7. & notatur
argumento l. ſi viua matre, C. de bonis matern. cum ad-
denda, quæ ego notaui part.1. deciſ. Granat.34 n.7. & 8.
Vnde cum incapax ſit officij Monaſterium, non ſuffi-* 84
*cit eligere ſubſtitutum capacem, quia proprietas officij
eſt in Monaſterio, & eius ceſſio, ſeu renuntiatio non po-
teſt procedere, quia ex legibus ſolum admittuntur re-
nuntiationes, quæ fiunt ab eis qui fuerunt capaces eius,
quod renuntiatur.*
Quintò, quia teſtator præſumitur voluiſſe cum le- 85
gibus Regni, ſeu diſpoſitione municipali ſe confor-
mare: *l.hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* vbi Bart.
n.4. & communiter DD. Mantica *de coniecturis vlt.
vol. lib.6. tit.6. n.7.* Menoch. *conſ.93. n.93.* Vincent. Fuſ.
q.225. n.9. & q.377. n. fin. & q.402. n.62. & q.481. n.7.
Igitur præſumendum eſt, quod quilibet Inſtitutor
Maioratus voluit ſe conformare cum diſpoſitione
l.4. tit.3 lib.7. Recopil. ad hoc vt ſi concurrerent apud
Stephanum duo officia publica Decuriunatus, non-
niſi vnum poſſet obtinere, & aliud ad ſequentem in
gradu tranſmitteretur.
Sextò & vltimò; nam ſi hoc caſu, quo officia pu- 86
blica Decurionum, vel Tribunorum Plebis, ſeu Iura-
torum vel Tabellionum cuiuſcumq; Conſiſtorij ſunt
incompatibilia apud eundem, Stephanus monitus
fuiſſet de vno dimittendo, veroſimile eſt, ſuppoſito
quod vnum eorum deberet eligere, & alterum repu-
diare, ſeu renuntiare, quod non in fauorem extranei,
& à teſtatore non vocati renuntiaret, ſed potius in
ſequentem ſucceſſorem, tanquam ab inſtitutore ma-
gis dilectum tranſmittere vellet: ergo hæc præſum-
pta voluntas admittenda eſt: per Gloſſam vulgarem
in *l.tale pactum, §. fin. l.mulier, in principio, verſ. de-
creuiſſe, ff. ad Trebell.* Dom. D.Ioan. à Caſtil. *lib.4.
cap.12. à n.1. & in cap.13. à n.6.*
Maximè, quia hæc mens inſtitutoris legibus con- 87
uenit, & id quod legi conuenit veroſimile eſt quem-
que voluiſſe: Menoch. *de arbitr. caſu 85. n.5. & in
conſ.1. n.418. & conſ.389. num.9.* Aluarez de Velaſco *in
axiom. iuris lit.V. n.101.*
Quid igitur iudicandum ſit in hac noua quæſtione?
dubito equidem; quia à nemine inuenio deciſam.

Digitized by Google

88 Sed hinc inde perpenſis iuribus & rationibus, quibus vtraque pars nititur, iudicandum cenſeo pro parte affirmatiua, quod hæc duo primogenia ex duobus Rectoriis, ſeu Officiis publicis incompatibilibus inſtituta, ſint incompatibilia. Ideoque ſi apud eundem ſucceſſorem concurrant, debet eligere & vnum acceptare, & ab altero deſiſtere, & id ſequens in gradu debet obtinere. Quia ad hanc reſolutionem ſuadet nos tam diſpoſitio legis quàm præſumpta diſpoſitio hominis.

Et non implicant de contrario adducta. Ad primum enim reſpondetur, quod patet ex ratione decidendi in *d. l.4. tit.3 lib.3. Recopil.* nec per ſe, nec per alium poſſe Stephanũ duas habere Rectorias, tam in vſu & exercitio, quam in iure dominij ſeu proprietatis, quia incompatibilia ſunt hæc duo officia apud eandem perſonam, per diſpoſitionem legis. Imò etiam per diſpoſitionem hominis, ſaltem præſumptam, vt conſtat ex his, quæ ſuprà dicta ſunt in vltimo & penultimo argumento. *n.85. & 86.*

89 Ad ſecundum dicimus, quod procedit in officiis publicis non vinculatis, neque Maioratibus obnoxiis, ſiue in his, quæ ſunt ſoluta ac libera à grauamine, ſeu vinculo Maioratus, quæ tanquam bona allodialia, ſeu patrimonialia diuidi poſſunt quoad æſtimationem inter eos qui quoad vſum & exercitium eorum incapaces à iure reputantur; provt fœminæ, Minores, Clerici, & Monachi.

90 Ad Tertium, & Quartum reſpondetur ſicut ad primum: & repete ea quæ dicta ſunt in tertio, & quarto argumento pro noſtra opinione *ſuprà, n 77. & 72.*

91 Sed quoniam contingere poteſt, quod quilibet ex his duobus Maioratibus componitur ex officio publico Rectoriæ, & aliis bonis, & ſic partim incompatibilibus, & partim compatibilibus; dubium erit an noſtra Reſolutio procedere debeat tantum quoad officia incompatibilia, & non quoad bona compatibilia in duobus Maioratibus;
92 cùm vtile per inutile non vitietur? Sed nihilominus idem reſoluendum erit, quando hæc duo primogenia non tantum ex duabus Rectoriis, ſeu publicis officiis incompatibilibus inſtituuntur, ſed etiam quando partim ex officiis, partim ex aliis bonis conſtant:
93 Tum quia Maioratus eſt indiuiſibilis: Dom. D. Ioan. del Caſtillo *lib 5. cap.*100. & in indiuiſibilibus, ſeu indiuiduis vtile per inutile vitiatur: *l.1. §. item queritur, & l.3. § Trebatius, ff de aqua quotid. & aſtiua.*

94 Tum quia intereſt Reipublicæ, quod Rectores Ciuitatum, ſeu Decuriones, Tribuni Plebis, vel alij publici Officiales, ſint diuites & bonis abundent, ad hoc vt poſſint honeſtè & cum honore & grauitate viuere, & ne bonis alienis indigeant, & ludibrio habeantur: provt ex Ariſtot. Valerio Maximo, & aliis, dixit Dom Garcia Maſtrillo *de Magiſtratibus lib 2. cap* 12. *à n.*18. & probatur ex textu *in Auth. de Iudicibus collat.6. & in l. honor municipalis, §. de honorib. ff. de munerib. & honorib.* Tiraq *de Nobilitate, cap.3. num.*18. Auendaños *de exequendis mandatis, lib.1. cap.19. num.17.*

95 Idem credendum eſt, deſiderare, ac voluiſſe Maioratus inſtitutorem, ne ſucceſſor, qui eum repræſentat, cum dedecore inopiæ, Regi ſuo, atque Reipublicæ ſine aliis bonis in tali officio publico deſeruiat; imò quod eius memoriam, atque officium cum honore, pompa, & ornatu, quæ præſtant diuitiæ cum aliis bonis conſeruet, & exerceat ſucceſſor, & quod ſe gerat in eo officio, atque adminiſtret ſine indigentia, & ſine vlla occaſione delinquendi, quam à communiter accidentibus præbet paupertas.

96 Attamen hoc limitandum iudicarem, ſi hæc duo primogenia inſtituta eſſent de Tertio & Quinto bonorum per Aſcendentes, & duo Officia publica incumpatibilia in quolibet primogenio vinculata apud eundem ſucceſſorem deſcendentem concurrerent; quia ſi non alius deſcendens ſupereſſet, tunc ne ad tranſuerſalem deueniret vnum ex duobus Officiis, ſeu primogeniis, cùm ambo reſpectu duorum officiorum ſint incompatibilia, æſtimari & vendi debet vnum ex duobus Officiis, ſeu Rectoriis incompatibilibus, & pretium, ſeu æſtimatio eius ſubrogari debet in aliis bonis compatibilibus, vt poſſit eſſe locus ordini ſuccedendi præſcripto per deciſionem *leg.27. Tauri*, vbi deſignatus eſt ordo ſuccedendi in vinculis à parentibus conſtitutis. In primis enim ſuccedere debent deſcendentes omnes legitimi; & nullo eorum ſuperſtite, naturales; & his deficientibus, Aſcendentes; & his extinctis, Tranſuerſales conſanguinei; & tandem poſt eos, extranei: & omnia, quæ huic ordini non conueniunt, pro non ſcriptis habentur, & adimi ſeu reiici debent: Angulo *de Mejoras, in l.*10. quæ eſt 27. *Tauri, gloſ.4. verb. con tanto, à num.5.* maximè *num.9.* Dom. D. Ioan. à Caſtill. *lib.5. cap.99. &* 128.

Sed vt finem imponamus tandem, alia hic breuiter ſubiicitur examinanda quæſtio; quid ſi in Maioratu inſtituto de Rectoria, ſeu officio publico ſuccedere intendat Clericus, aut Monaſterium, ex capite alicuius Religioſi, nam videbatur, quod ſuccedere poſſit, provt de ſucceſſione Monaſterij in Maioratu habente annexam iuriſdictionem, vel Dignitatem Regalem, opinatur P. Manuel Rodriguez *de Regularib. tom.2 quaſt.78. artic.*12. Montealegre *in praxi, lib.2. cap* 11. Cardoſus *in praxi verb. Maioratus, n.17.* 97

Et quamuis Dom. Molina *lib.2. cap.13. num.94.* & 98
eius Additionatores, item P. Thom. Sanchez *de Religioſo ſtatu, lib 7. cap.15. ex n.12.* Dom. D. Ioan à Caſtillo *tom.3. cap.12. à n.51. & cap.16. à num.17.* Dom. D. Ioan Bapt. de la Rea *tom.2. allegat. fiſc.86. n.19.* ex Baldo, Archidiacono, Speculatore, Felino, Barbatia, Romano, Tiraquello, Vbaldes, Laudenſi, Leciriet, Ant. Gomez, Cifuentes, Iulio Claro, Gama, Surdo, Graſſis, Aluarado, Pereyra, Tapia, Cabedo, Flores Diaz, Caſanate, & aliis, contrarium defendant, & obſeruari dicant pro communi & vera opinione. Tamen negari non debet, quod quando Maioratus fuit inſtitutus de Tertio bonorum, de poteſtate *l.27. Tauri*; tunc etſi Maioratus habeat iuriſdictionem, & dignitatem Regalem Ducatus, Marchionatus, ſeu Comitatus, ſuccedere debet Monaſterium: Dom. Perez de Lara *de vita homin. cap.30. num.*126. vbi refert ita fuiſſe iudicatum in hoc Senatu Granatenſi. Et de Clerico, nulli dubium eſt, quin poſſit ſuccedere in quocumque Maioratu, etiam in eo cui Dignitas & iuriſdictio annexa ſit: Ioan. Leciriet *de primog lib.1. quaſt.22. à n.16.* Dom. Gregor. Lopez in *l.2. titul.15. partit.2. verb. ſiendo hombre para ello*: & cum aliis Dom. Molina *lib.1. cap.13. num.97.* Anton Gomez in *l.40 Tauri, n 66.* Souſa in *l. fœmina n 9. de reg. iuris.* Pater Molin. *de iuſt. & iure, tom.2. diſput.623. num.6.* Molinus *de ritu nupt. lib.2. quaſt.3 n.31.* Dom. D. Ioan. Bapt. Valen. Velaſquez *conſ.23. num.28.* Villadiego *in ſua Politica in forma libelli num.196. fol.272.*

Attamen nec Clericus, nec Monaſterium ſuccedere poſſunt in Maioratu inſtituto ex Rectoria, Decurionatu, & aliis ſecularibus officiis publicis, quæ prohibentur habere Clerici, vel Monachi, etiam per ſubſtitutum: provt latè probat Dom. D. Ioan Bapt. de la Rea *tom.2. alleg.86 per totam*: ideo talis Maioratus deuolui debet ad ſequentem in gradu, ex omnibus *ſuprà* allegatis rationibus & fundamentis. 99

Sed

Digitized by Google

100 Sed hoc etiam limitari debet, quando Maioratus ſit inſtitutus ex Tertio bonorum iuxta diſpoſitionem *l.27. Tauri*, ſi Maioratus deueniat ad vltimum ex deſcendentibus, vel Aſcendentibus, vel etiam Tranſuerſalibus; quia tunc, vt iam dictum eſt, officium vendi debet, & ſubrogari pretium in aliis bonis, in quibus ſit capax ſuccedendi, ad hoc vt ſit locus ordini præſtituto à *leg.27. Tauri*: & ſic vocationi eius qui ex diſpoſitione *diſt. l.27. Tauri* ſuccedere debet. Sic iam ergo laus Deo Patri, ſummo Christo decus, & Spiritui Sancto, tribus honor vnus. Amen.

PARS SEPTIMA
DE INCOMPATIBILITATE IN IVRE CANONICO CIRCA PLVRALITATEM Eccleſiarum ſeu Beneficiorum ab vno poſſeſſorum.

CAPVT I.

De Incompatibilitate duarum Eccleſiarum apud eundem, in titulum.

SVMMARIVM.

1 *Textus in* cap eam te 4. §.ſed etiam, de ætate, & qualitate: *habet regulam cum ampliationibus, & limitationibus, ad materiam Incompatibilitatis de Iure Canonico, quæ concernunt etiam materiam Maioratus, & n.2.*

2 *Beneficia duo, pluraue, Eccleſiaſtica, maximè curam animarum habentia, ſunt incompatibilia. Nec vnus duas pluresve poteſt regulariter habere Eccleſias, n.3.*

Et rationes decidendi huius concluſionis textualis dantur, n 4. 5. & 6.

7 *Eccleſias duas poteſt quis obtinere, quarum vna dependet ab alia.*

8 *Eccleſias duas poteſt quis obtinere, ſi ita fuerint tenues in ſubſtantia, quòd duos Sacerdotes alere non poſſint.*

Et idem propter penuriam, & inopiam Clericorum. num.9.

10 *Eccleſias duas poteſt quis obtinere, alteram ſcilicet in titulum, alteram in Commendam.*

Quod intellige de Commenda temporali non autem perpetua. Idem etiam de Beneficiis: & an hodie illud obſeruari debeat? à num.11. vſque ad 17.

18 *Eccleſias duas, vel beneficia poteſt quis habere per diſpenſationem Summi Pontificis.*

19 *Regula, Ampliationes, & Limitationes, quæ deducuntur ex textu in* cap.eam te §.ſed etiam: de ætate, & qualitate. *Vtrum procedant in vinculis, ſeu Maioratibus & Patronatibus.*

Et conſtituitur differentia inter diſpoſitionem hominis, & diſpoſitionem legis, n.20. & 21.

22 *Maioratus incompatibilis cum alio, ſi tamen ab eo dependeat alter Maioratus, an poſſint concurrere ambo apud vnum ſucceſſorem.*

Diſtinguitur. Aut dependet per viam aggregationis ad augmentum Maioratus principalis cum omnibus eius conditionibus, & vocationibus, & tunc poſſunt ambo ab vno ſucceſſore poſſideri; ſecus ſi per concomitantiam: à num.23. vſque ad 26.

27 *Maioratus duo incompatibiles, ſi ſint ita tenues in reditibus, vt poſſeſſor vix alimentari, & honeſte ſuſtentari valeat ex vtroque poſſunt ab vno ſucceſſore poſſideri.*

28 *Maioratus duo incompatibiles poſſunt ab vno ſucceſſore poſſideri, quando nullus alius ſupereſt ex familia, & n.29.*

30 *Poſſeſſor Maioratus ſuperſtes de familia, an poſſit ſuccedere in alio Maioratu incompatibili eiuſdem familiæ, ſi moriatur vltimus poſſeſſor abſque liberis, & extincta ſit eius linea: an verò, vltimus poſſeſſor de bonis ipſius Maioratus tanquam de bonis liberis diſponere poſſit, & n.31. 32. & 33.*

34 *Maioratibus duobus incompatibilibus inſtitutis ex Tertio bonorum, iuxta diſpoſitionem* l.27. Tauri: *ſi ſit ſuperſtes vnus ex filiis, ſeu deſcendentibus, vel vnus ex Aſcendentibus, vel ex Collateralibus, ipſe ſuccedere debet in illis duobus Maioratibus, & n.35. & 36.*

37 *Maioratus duos incompatibiles poteſt quis poſſidere, ſi vnus eorum ſit datus in commendam.*

38 *In commendam dare Maioratum, idem eſt ac dare in cuſtodiam, vel depoſitum, ſeu adminiſtrationem.*

39 *Commenda deriuatur à verbo,* Commendare, *quod ſignificat* deponere.

40 *Commendæ, quæ dantur militibus Sancti Iacobi, Calatraua, Alcantara, & Diui Ioannis, & Indorum, non ſunt incompatibiles cum Maioratibus: ſed tantum inter ſe, & n.47.*

Et rationes quare Commendæ ſint incompatibiles inter ſe dantur, n.41.42 43.44.45.& 46.

48 *Maioratus ſi in inſtitutione requirat reſidentiam in certo loco, erit incompatibilis cum Commenda.*

49 *Maioratus duos incompatibiles vtrum aliquis poſſit habere ex Principis reſcripto, ſeu Regia facultate.*

50 *Princeps poteſt diſpenſare, & Regiam ſuam facultatem concedere pro vna vice ad hoc vt aliquis poſſit habere duos Maioratus incompatibiles.*

Digitized by Google

biles, ſi ſint incompatibiles ex diſpoſitione legis, & num. 51. 52. & 53.

54 *Princeps in Maioratibus incompatibilibus ex diſpoſitione hominis non debet diſpenſare, nec ſuam Regiam facultatem concedere ad hoc quòd ſucceſſor vnus eos habeat, niſi ex bono publico, ſiue ex cauſa publica vtilitatis, & tunc date bone cambie, & n. 55.*

ARGVMENTVM.

De Iure Canonico, ſeu Pontificio, eſt textus in *cap. eam te 4. §. ſed etiam. de ætat. & qualit.* vbi non compatitur quod vnus habeat duas, pluresſve Eccleſias titulatas, niſi vna pendeat ex alia per vnionem, ſeu aggregationem; vel niſi fuerint ita tenues in ſubſtantia, quod proprios Sacerdotes non poſſint congruenter alere.

Ex quo textu, & eius Gloſ. iuncto *cap. 1. 21. quæſt. 1. cap. Sanctorum, § omnino 70. diſt. cap. dudum 54. in fin. de elect. cap. de multa 28. de præb. & dignit.* oſtenditur regula de Incompatibilitate inter duas Eccleſias titulatas, & beneficia curam habentia, ſeu reſidentiam requirentia; cum quinque limitationibus, quæ firmant regulam in contrarium.

Vnde per iura eiuſdem Regulæ, & limitationum eiuſdem, ad inſtar beneficiorum incompatibilium, conſtituitur alia Regula inter Maioratus, & Patronatus incompatibiles per diſpoſitionem hominis, vel legis; etiam cum quinque limitationibus.

Ideò ſuper prima limitatione quæritur: an Maioratus incompatibilis cum alio, iungi poſſit cum alio Maioratu ei aggregato, ſeu vnito, qui per ſe non ſtat, ſed per viam aggregationis, dependentiæ, vel incorporationis, ſeu acceſſionis.

Ad ſecundam limitationem quæritur, an Maioratus incompatibilis cum alio, iungi poſſit cum altero ita tenui & exiguo, vt ex redditibus vtriuſque vix ſucceſſor ſuſtentari valeat.

Ad tertiam limitationem quæritur, an ſicuti propter penuriam Clericorum, vnus duas, pluresſve Eccleſias, ſeu beneficia incompatibilia habere poteſt, ita etiam ob penuriam ſucceſſorum vnus duos incompatibiles Maioratus habere poſſit: veluti ſi ex familia non niſi vnus ſuperſit, an in hoc ſolo vltimo ex familia concurrere poſſint duo, pluresſve incompatibiles Maioratus inſtituti pro illis de illa familia? Et inde quæritur, quid ſi duo hi Maioratus veniant per diuerſas lineas ad duos vltimos de familia, quorum quemlibet impoſſibile ſit de iure, vel natura, habere ſucceſſorem, & vnus eorum præmoriatur naturaliter, vel ciuiliter, quia fortè ingreſſus, ſeu profeſſus fuit Religionem: an ad hæredes præmortui, vel ad vltimum ſuperſtitem de familia alium Maioratum incompatibilem poſſidentem deuenire debeant bona Maioratus incompatibilis, quæ prædefunctus poſſidebat? Et etiam agitur ad *leg. 27. Tauri*, de alia quæſtione: Vtrum ad vnum, & alterum deſcendentem deuenire valeant duo incompatibiles Maioratus à parentibus ea lege incompatibilitatis inſtituti, vt inter ſucceſſores diuiſim, & minimè coniunctim apud duos ſucceſſores diſcurrant, etiamſi tempore vacantis, alij ſucceſſores ex naturalibus Aſcendentibus, vel tranſuerſalibus ſuperſint. Et quid de vno vltimo ex naturalibus ſuperſtitibus Aſcendentibus? Et quid de vno vltimo Aſcendente, extantibus Tranſuerſalibus? Et quid de vltimo ex Tranſuerſalibus, extantibus extraneis vocatis?

Super quarta limitatione quæritur, an apud vnum poſſint eſſe duo Maioratus incompatibiles, quorum vnus datus ſit in Commendam? Et hic agitur de Incompatibilitate inter Commendas Indorum, & Commendas militares Ordinis Diui Iacobi, Sancti Ioannis, & Ordinis de Calatraua, & Alcantara, atque aliorum Militum: & de incompatibilitate inter Maioratum, & Commendam titulatam.

Tandem ad quintam limitationem quæritur, an valeat diſpenſatio, ſeu Regia facultas, ad hoc vt vnus poſſit contra voluntatem inſtitutoris, & in præiudicium alterius vocati duos Maioratus incompatibiles obtinere?

ALEXANDER III. poſtquam conſtituit in Concilio generali Lateranenſi incompatibiles eſſe apud vnum duas, pluresſve Eccleſias, Dignitates, ſeu Beneficia Eccleſiaſtica, quæ curam, ſeu reſidentiam requirant, *cap. referente 7. cap. Præterea 14. cap. de multa 28. de præbendis, & dignitat.* hanc confirmat concluſionem cum ſuis limitationibus in *cap. eam te 4. §. ſed etiam de ætate, & qualitate*: Ita dicens; 1

Sed etiam habentes plures Eccleſias, quæ ex vna non pendeant, tibi liceat appellatione poſtpoſita cogere ad vnam ipſarum, quam maluerint dimittendam; niſi ita fuerint tenues in ſubſtantia, quòd proprios Sacerdotes non poſſint conuenienter alere.

Ecce textum in materia Incompatibilitatis de iure Canonico, cum Regula, & limitationibus, quæ firmant ipſam Regulam in contrarium. 2

Regula igitur eſt, quod ſunt incompatibilia duo vel plura Eccleſiaſtica Beneficia, maximè curam animarum habentia; ſeu duæ pluresſve apud vnum Eccleſiæ, Perſonatus, ſeu Dignitates: prohibitus quidem eſt de iure Canonico, ſeu Pontificio concurſus earum, *cap. Sanctorum 70. diſtinct. cap. in apibus 7. quæſt. 1. cap. vnio. 10. quæſt. 3. cap. Clericus, cum tribus ſequentibus 21. quæſt. 1. cap. 1. 13. quæſt. 1. cap. dudum 54. de electione: cap. referente 7. cap. præterea 14. cap. de multa 28. de præbendis, & dignitat. cap. quia nonnulli,* 3

de

de Clericis non reſidentibus : cap.literas 9. de conceſſion. præbendæ cap.1. de conſuetudine,lib.6. Gloſ. magiſtralis in cap.gratia,de reſcript.lib.6.Extrauag.Execrabilis,de præbend. & dignit. l.3. & 4. tit.16. part.1. Concilium Tridentinum, cap.4. ſeſſ.7. de Reformat. & cap.17. ſeſſ.24.de Reformat. Vbi copioſè Auguſtin. Barboſ.in remiſſionibus ad Concilium Tridentinum: & alij quamplurimi ab eo relati, inter quos eſt Alphonſus Ojeda, qui integrum tractatum, de Incompatibilitate Beneficiorum, edidit; & Dionyſius Carthuſianus in tract. de pluralitate Benefic.

4 Rationes autem huius prohibitionis concurſus, quæ pro Regula conſtituitur, procedunt in primis; Nam ſi vnus duas, pluresve Eccleſias, ſiue Perſonatus, aut curata Beneficia haberet, vel neutri benè deſeruiret, vel implicitus in ſeruitio vnius, deficeret in ſeruitio alterius: cap.vnio, § Sed & hoc 10. quæſt.3. dicto cap.quia nonnulli, de Clericis non reſidentibus: cap. Presbyteros, in fin.16. quæſt.1. dict. Extrauagant. Execrabilis, de præbend. & dignitatib. dict.l.3. tit.16. part.4.verſ.Otroſi el que huuieſſe beneficio en vna Ygleſia, que le huuieſſen dado por titulo, ſi le fueſſe dado a tal beneficio, que pueda viuir en el, no deue auer otro en otra Ygleſia teniendo aquel, porque no podria ſeruir en ambos a dos. Gloſ. verb intitulatam: verſ.Et qui ad vtrumque feſtinat, neutrum bene peragit in cap.dudum 54. in fin. de elect. Et quia expedit vt Eccleſia pluralitate,ac varietate perſonarũ illuſtretur: vtrumque pulcherrimè ac viua ratione comprehendit Diu. Gregor. in dict.cap. ſingula 89. diſt. Singula (inquit) Eccleſiaſtici iuris Officia ſingulis quibuſque perſonis ſingulatim committi iubemus: ſicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita in Eccleſiæ corpore ſecundum veridicam Pauli ſententiam in vno eodemque ſpiritu alij conferendum eſt hoc officium, alij committendum eſt illud: neque vni quantumlibet exercitatæ perſonæ vno tempore duarum rerum officia committenda ſunt; quia ſi totum corpus eſt oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum, per diuerſa officia, & robur corporis ſeruat, & pulchritudinem repræſentat, ita varietas perſonarum per diuerſa nihilominus officia diſtributa, & fortitudinem, & venuſtatem Sanctæ Dei Eccleſiæ manifeſtat: & ſicut indecorum eſt vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxium, ſimulque turpiſſimum, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa. Et licet alibi in hoc tractatu ad literam retuli hanc Diui Gregorij authoritatem, nil mirum, quia digna eſt continua repetitione in hac Incompatibilitatis materia.

5 Altera accedat ratio; quia ad ſimilitudinem Sacramenti Matrimonij, in quo maritus non niſi vnam habere poteſt vxorem, & vxor vnum maritum; § quia eadem duobus nupta eſſe non poteſt: & §.quia duas vxores eodem tempore habere non licet: Inſt.de nuptiis: ita nullus Clericus duas, pluresve poteſt habere ſimul Eccleſias. Gloſ. verb.intitulatam, verſ.item ſicut vxore viuente nullus aliam habere poteſt: in dict. cap. dudum 54. in fin. de elect.

6 Textualis eſt etiam alia, & vltima ratio, ne Clericus incidat in cupiditatis vitium, ſeu auaritiæ, appetens plures Dignitates, ſeu plura beneficia ob eorum reditus,& prouentus; quod eſſet in eis quoddam genus negotiationis prohibitæ in d.cap.Clericus ab inſtanti 21. quæſt.1. dict. cap.dudum 54. vbi etiam Gloſ. verb.intitulatam de elect.dict.cap.de multa 28. de præbend. & dignit. Extrauag. Execrabilis, in princ. cum Gloſ. verb ambitio, de præbend.& dignit. Concilium Trident.cap.17. ſeſſion.24. de reformat.

Verùm limitationes quaſdam patitur hæc Regula rationibus prædictis corroborata. Prima eſt, quando vnus duas Eccleſias obtinet, quarum vna dependet ex alia, quia tunc duæ pro vna Eccleſia habentur: Bald. in dicto cap dudum 54. de elect n.18. dum dicit: Nota quod quis non poteſt habere duas Eccleſias ſimul niſi vna penderet ex altera, tunc enim poteſt; quia vnum, & idem videtur, quod diuidi non poteſt: vt ff. de legat.2. l. ſi ex duobus, & C. de iure deliberandi l. quidam eulogio: & c.1. filius an agnatus, coll.10. Et ſic excipit hunc caſum text. noſter in d.cap.eam te, § ſed etiam, de ætate & qualitate, ibi: Habentes plures Eccleſias,quæ ex vna non pendeant. & in d.cap.dudum 54. de elect.in fin. illic: Niſi vna penderet ex altera. cap. extirpandæ 30. §.qui verò,de præbend.& dignit.& cap. ſuper eo: de præbend. & dignit.lib 6.l.4.tit.16. part.1. verſ. La ſegunda es, quando vna Ygleſia eſta ſo poder de otra. 7

Limitatur ſecundò, ex noſtro textu in dicto §. ſed etiam niſi ita fuerint tenues in ſubſtantia, quòd proprios Sacerdotes non poſſent conuenienter alere: cap.vnio.10. quæſt.3. Gloſ.verb.intitulatam,in dict.cap. dudum,in fin. verſ.Item propter paupertatem Eccleſiarum,&c. de elect. Concilium Tridentinum in cap.17. ſeſſ.24 de Reformat.verſ.Vnum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur: quod quidem ſi ad vitam eius cui confertur honeſte ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, idem dicitur in dict. l.4. verſ.La primera, titul 16. partit.1. 8

Limitatur tertiò; propter penuriam, ſeu inopiam Clericorum, quia tunc vnus poterit habere duas,pluresve Eccleſias, ſeu Beneficia, aut Dignitates, cap Clericus ab inſtanti, in fin. ibi: Cæterum in Villis,quæ foris ſunt, propter inopiam hominum indulgeatur 21. q.1. Gloſ. verb.intitulatam, verſ.Item olim propter penuriam Clericorum: in cap.dudum 54. de elect. dict. l 4. verſ.La quarta es, quando los Clerigos ſon pocos, y no puede auer para cada vna ſu Clerigo. Petrus Dueñas regul.71. n 3.verſ.Limita 3. 9

Limitatur quartò, niſi vnam Eccleſiam intitulatam, & alteram Commendatam habeat Clericus, ſiue vnum Beneficium Curatum, & alterum in commendam: cap.qui plures 21. quæſt 1. d.cap.dudum 14. in fin. de electione l.4. verſ. La quinta razon es, que puede auer vna Ygleſia ſeñaladamente, y otra ſin aquella, ſi ſe la encomendare el Obiſpo de el lugar, pero entonces no ſera perlado de aquel logar, que tuuiere encomendado, mas como Mayordomo, y puede la el Obiſpo toller quando quiſiere, y dar la a otro, tit.16.p.1. 10

Sed hæc limitatio declaratione indiget; nam Commenda alia poteſt eſſe temporalis, alia perpetua, ſeu titularis. Barboſ. de iure Eccleſiaſtico, lib.3. cap.9. de Commendis beneficior. ſecular.n.1. 11

Commenda temporalis dicitur fieri, quando Eccleſia, ſeu Beneficium alicui datur ad tempus in cuſtodiam, regimen, & adminiſtrationem, ad vtilitatem Eccleſiæ, & Commendatarius fit depoſitario ſimilis: ita tenet Gloſ verb.Commendare,in cap nemo,de elect. in 6. Barboſ.vbi proximè, de iur. Eccleſiaſtico, lib.3. cap.9. n.2. 3. & 4. 12

Commenda verò perpetua dicitur diſpenſatio palliata ad obtinendum aliquod Beneficium obtineri prohibitum Hieronymus Gonzalez regul.8.Cancellariæ, gloſ.5.§.8.n.6. Barboſa vbi proximè,n.24. 13

Et exinde aduertas, quòd limitatio hæc quarta loquitur de Commenda temporali; quia iſta non dat ius in re, neque ad rem; & quandocumque poteſt reuocari: Gomez in regula, de iure quæſito non tol- 14

lendo,

Digitized by Google

lendo, quæſt.4.n.22. Hieron. Gonzalez *in reg.8. gloſ.1. §.8 n.37.* Barboſ. *vbi ſuprà, n.12.*

15 Hodie autem etiam ad ſex menſes Eccleſia, ſeu Beneficium in commendam dari non poteſt, ſicuti olim poterat Epiſcopos, per text. *in cap. nemo, de elect. in 6.* quia poſt Concilium Tridentinum amplius locum non habent Commendæ iſtæ temporales, cum debeat in eis Epiſcopus deputare vicarios, iuxta formam *cap.18. ſeſſ.24. de Reformatione.* Nicol. Garcia *de Beneficiis, part.4. cap 4. n.15.* Barboſa *vbi ſuprà, n.18. & 19.* & in *Remiſſionibus ad Concilium Tridentinum, cap.8. de Reformat. ſeſſ.24 n.36.*

16 Ideo limitatio non procedit in Commenda perpetua, quia Commenda perpetua Beneficij, eſt Beneficium titulare, ſeu titulus Canonicus, *dict. cap. dudum, el 2. de elect. cap. ſi plures 21. quæſt.1.* Barboſ. *de iur. Eccleſiaſtico, lib.3. dict. cap.9. n.26.*

17 Quapropter nec duo beneficia commendata in perpetuum, nec vnum iure tituli, & alterum commendatum in perpetuum poſſunt ſimul haberi, quia ſunt incompatibilia: Concilium Tridentinum *cap.4. ſeſſion.7. de Reformat.* Alfonſ. de Ojeda *de incompat. Beneficior. part.1. cap.14. à n.18.* Hieronym. Gonzalez *in regul 8. Cancellariæ, gloſ.5. §.5. à princip. & num.20.* Azor. *in inſtitutionib moralibus. part.2. lib 6. cap.10. quæſt.11. & cap.13. quæſt 2.* Aluyſius Riccius *collect.474.* Barboſ. *de iur. Eccleſ. dict. lib 3. cap.9 n.33. & 34.*

18 Itaque declarata hac limitatione quarta, deueniamus ad Quintam limitationem, nempe niſi Papa diſpenſauerit: non autem Epiſcopus: quia ſolus Pontifex diſpenſare poteſt, & quidem ex iuſta cauſa veluti propter magnam vtilitatem, vel circa ſublimes, & literatas perſonas, *dict. cap. de multa, 18. in fin. de præbendis & dignitat.* Gloſ. *verb. intitulatam, prope finem: in dict. cap. dudum 54. de elect. l.5. titul.5. & l.3.* ibi: *Pero el Papa puede otorgar a vn Clerigo que aya dos Dignidades, ò dos Yglesias, y mayormente a los hijos dalgos, y a los Letrados, y a estos deuen auer mejoria en los beneficios mas que los otros, y no lo puede otro Prelado hazer*, & *l.4. tit.16. part.1.* & cum aliis Petrus Dueñas *regul.71. num.2. verſ.2. fallit.* Regulam, & limitationes verſiculis iſtis demonſtrauit Hoſtienſis in *d. cap. dudum*, & Gloſ. *verb. in duabus, in principio 21. quæſt.1.*

Eccleſias plures nullus de iure tenebit.
Dependens, tenuis, rarus, vel gratia Papæ,
Vtilitas vrgens, & commendatio iuſta,
Plures Eccleſias permittunt iſta teneri.

Et Gloſ. *verb. intitulatam, in dicto cap. dudum*, alia formauit Verſus ita ſic:

Paupertas, pendens, defectus, gratia ſeruans,
Eccleſias retinere duas dat quodlibet horum.

19 Et de iure noſtro Regio eſt textus continens Regulam, & Limitationes in *dict. l.4. tit.16. part.1.* vbi ita dicit: *Vn Clerigo no puede auer dos Yglesias, ni dos personajes sin otorgamiento de el Papa segun dize en la ley antes desta: Pero cosas ay porque podria ser. Y estas son cinco: La primera es, quando la Yglesia es tan pobre que no podria vn Clerigo viuir de la renta de qualquier de ellas. La segunda es, quando vna Yglesia esta so poder de otra, ca el que es perlado de la mayor, tambien es de la menor, y puede poner Clerigo en ella de su mano, que la sirua. La tercera es, quando alguna Yglesia Parochial es ayuntada a alguna dignidad, ò personaje; ca entonces qualquier de estas aura la Yglesia, y porna en esto Vicario que sirua por el, y este a de auer las rentas de ella, y el seruira en la otra donde fuese la dignidad, ò el personaje, que huuiere, ca no podra por si seruir dos Yglesias: pero este Vicario no lo ha de poner a menos de el mandado de su Obispo. La quarta es, quando los Clerigos son pocos, y no puedo auer para cada vna su Clerigo. Y esto se entiende de las Yglesias que son fuera de las Ciudades, porque no son tan abondadas, ni han los Clerigos rentas de ellas de que viuan, como los otros de las Ciudades, ò de las Villas grandes. La quinta razon es, que puede auer vna Yglesia señaladamente y otra sin aquella si se la encomendare el Obispo de el lugar, pero entonces no sera perlado de aquel lugar que tuuiere encomendado, mas como Mayordomo, &c.*

Regula prædicta, & limitationes adductæ ad noſtrum textum in *cap. eam te, §. etiam, de ætate, & qualitate:* præbent anſam ad inquirendum in materia de Incompatibilitate, vtrum procedat in Maioratibus, Vinculis, ſeu Patronatibus, & perpetuis fideicommiſſis incompatibilibus, & Anniuerſariis, cum clauſulis inducentibus Maioratus inſtitutos per diſpoſitionem hominis, vel diſpoſitionem legis, quæ prohibeant concurſum vnius cum alio Maioratu, ſeu Patronatu, ex eo quod velit teſtator, vel lex, incompatibiles eſſe.

Ad ſimilitudinem igitur prædictæ Regulæ, ex iure Canonico deductæ in materia Incompatibilitatis, aliam conſtituimus ex voluntate teſtatoris ſi prohibeat nempe ne poſſeſſor, qui vocatus fuit ad ſucceſſionem ſui Maioratus, alium habere poſſet: & ſit pro ratione huius Regulæ, hominis voluntas, & eius cauſa finalis. 20

Et in diſpoſitione legis, quando lex prohibet ex iuſta cauſa ob bonum publicum, ne duo, pluresve Maioratus in vno poſſeſſore concurrere poſſint ex eo quod multiplicentur Equites Nobiles, & diuites, qui Regi deſeruiant tam in bello, quam in pace, & illuſtrent regnum: provt in præfatione *l.7. tit.7. lib.5. noua Recopil.* expreſsè oſtenditur. 21

LIMITATIO I.

Sed iam examinare oportet, an hæc Regula reſtringi, ſeu limitari debeat, quando vnus Maioratuum incompatibilium dependet ex alio: verbi gratia; ſi lex, aut teſtator inhibeat ne vnus Maioratus iungi valeat cum alio, imò iubeat quod poſſeſſor Maioratus illum ſolum, ſiue tantummodò poſſideat; & quod ſi alium habeat, iſte ad alterum ex ſucceſſoribus vocatis, ſiue ad ſequentem in gradu tranſeat, & quidam alius teſtator huic Maioratui, qui cum alio iungi non poteſt; alium Maioratuum ab eo inſtitutum aggreget atque vniat, & ſic eum faciat dependentem ex altero; an nihilominus diuidi debeant, vel non, hi duo Maioratus? 22

Pro parte affirmatiua, ad hoc quod diuidi debeat vnus ab alio facit: quia aliter ceſſaret ratio finalis diſpoſitionis hominis prohibentis concurſum ſui Maioratus cum alio: ea nempe, ne obumbretur, ſeu confundatur nomen, vel inſignia, vel memoria eius cum nomine ſeu familia alterius fundatoris. Et in diſpoſitione legis ceſſaret ratio finalis prohibitionis, ea ſcilicet quæ reſpicit prouiſionem duorum, & ad hoc vt multiplicentur Equites, & Nobiles in ſeruitium & defenſionem Regis, & Regni. 24

Ex altera parte negatiua vrget ratio primæ limitationis; quia Maioratus aggregatus eſt tanquam acceſſorius, & dependens ex altero cui vnitur ſeu aggregatur, & ſic habentur non vt duo Maioratus, ſed pro vno reputantur, maximè ex vulgari regula, quâ 25

acceſſorium

Digitized by Google

acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

25 In re autem ita dubia, difficultatem diſſoluere oportet cum hac diſtinctione. Aut Maioratus aggregatus eſt per viam augmenti alterius ſub eius omnibus vocationibus, regulis,& conditionibus; aut per ſeparatam inſtitutionem, quæ non omnimodo dependeat ab inſtitutione alterius Maioratus; ſed ſolum concomitantiam, & quandam ſocietatem cum eo habeat: In primo caſu, quando aggregatur per viam augmenti bonorum, & ſubiicitur omnibus alterius Maioratus principalis vocationibus, & conditionibus, incidimus re vera in caſum primæ noſtræ limitationis, ad hoc vt tanquam acceſſorius, & dependens vnus ex alio habeatur, & pro vno iudicari debeat: quia nulli dubium erit, quod ſi inſtitutor principalis Maioratus, interrogatus fuiſſet an vellet quod ſuus Maioratus augmentaretur & multiplicaretur in bonis, & redditibus, quin ita velle reſpondiſſet, ſiquidem ratio finalis prohibitionis non ideo ceſſat, ſed augetur.

Sed quomodo cognoſcetur vtrum hæc aggregatio ſit per viam augmenti, atque per ſolam dependentiam ab alio? Hoc dubium declarat mirificè ad intentum, Gloſ. *verb. pendeat, in hoc cap.eam te: §.ſed etiam: de atate, & qualitate.* Nam in ſumma dicit, quod ſi aggregata ſit Eccleſia alteri Eccleſiæ per viã vnionis, itavt vniatur atque ſubiiciatur ei cui vnitur, cum omnibus iuribus, regulis, ac conditionibus ei competentibus, non reputantur duæ Eccleſiæ, ſed vna tantum inſita in alia, & pro vna iudicantur, *c.1. ne Sede vacante: cap.3. de Religioſ. domib.* Et ſimiliter cognoſcetur eſſe tanquam vnus, & non duo Maioratus, quando vnitus ita dependet ab alio,ſicuti ramus ab arbore, & nulla alia diſpoſitio contra diſpoſitionem principalem circa ſucceſſionem apparet, ſed in omnibus ſecunda inſtitutio conformis eſt diſpoſitioni prioris Maioratus cui iungitur,& vnitur; & ad id allegat d. Gloſ. in argumentum, *l. ſi gemina arbor.10. ff.arborum furtim caſarum:* vbi Iulianus declarat quando gemina arbor dicatur vna, vel duæ,& vtitur hac diſtinctione; aut iunctura apparet ſupra terram, & tunc vna dicetur arbor: aut non apparet, & tunc dicuntur duæ, vel plures, ſicuti ſeparatæ extant ſupra terram: text. enim ſic ſe habet; *Si gemma arbor eſſet, & ſupra terram iunctura eius emineret; vna arbor videtur eſſe: Sed ſi id, quâ iungeretur, non extaret, totidem arbores ſunt,quot ſpecies earum ſupra terram eſſent.*

26 In ſecundo caſu,quando Maioratus aggregatus eſt per viam ſeparatæ inſtitutionis, itavt non omnino dependeat ab alio. & ab eius regulis,vocationibus,& conditionibus; ſed per ſe ſtare poſſit; & acceſſio, ſeu aggregatio ad alterum Maioratum ſit tantùm ad hoc. vt eius poſſeſſor, ſeu ſucceſſor aggregatum etiã poſſideat,& nomen, & memoriam aggregantis debeat etiam conſeruare; tunc non vnus Maioratus, ſed duo iudicari debent: & ſic aggregatus, erit incompatibilis cum alio cui aggregari iuſſerat ſecundus inſtitutor, ex rationibus ſuprà allatis in *dict. l. ſi gemina 10. ff.arbor. furtim caſar.*

LIMITATIO II.

27 Ad ſecundam autem limitationem deſcendens,videndum eſt, an procedere debeat in caſu quo vterque Maioratus incompatibilis, vel vnus duorum ſit ita tenuis, quod vix ex redditibus eorum honeſte ſuſtentari, aut alimentari valeat? Et tunc idem, quod diſpoſitum eſt, quando duo beneficia, vel Eccleſiæ ita ſunt tenues, vt non poſſint honeſtè duos Sacerdotes alere, ſequi debemus: quia tunc non eſt veriſimile quod legiſlator, nec teſtator interrogati aliud vellent: & quod prohibitio huius vnionis, ſeu coniunctionis, ad hoc vt vnius eſſet cum alio incompatibilis, ad tenuem Maioratum, ſeu vinculum extenderetur; non enim de minimis nec de exiguis curat Prætor, nec teſtator, ad reuocandum, vel adimendum legatum, vel fideicommiſſum: arg. *l. ſcio. de in integr.reſtitut. leg. licet, §.vlt ff de adimend legat l.2. ff.quod cum eo:* Vbi comparantur, qui omnino non ſucceſſit, & qui in minima parte ſucceſſit: & multa alia cumulat iura Iaſon *in authent. qui rem,Cod de Sacroſanct.Eccleſ.* Andreas Tiraquell.*de indicio in rebus exiguis,num* 104 Corſetus *in tract. de minimis:* Bruno *de ſtatutis excludentibus fœminas, art.9. quaſt 11. num* 95. & probatur ad ſaturitatem ex his, quæ diligenter cumulauit Baëza *de non meliorandis dotis ratione filiabus, cap.27. per totum:* vbi eſt videndus, & *ibi, num.9.* inuenies quænam cenſenda ſit parua, ſeu modica ſumma.

LIMITATIO III.

Ad tertiam limitationem deueniens,quando propter penuriam Clericorum, duas pluresve Eccleſias poteſt vnus habere; idem dicendum eſt in materia Maioratuum incompatibiliũ, propter penuriam ſucceſſorum, quando non niſi vnus remaneret ex familia, ad quem poſſet deuenire vtriuſque Maioratûs, ſeu Patronatûs incompatibilis ſucceſſio: quia tunc iſte ſuperſtes de familia duos, pluresve Maioratus incompatibiles poſſidere valet: iam enim quoad hunc ſucceſſorem bona erunt tanquam libera, & allodialia· *l qui ſolidum 78. §. pradium, ff de legat.2. l. pater filium, § fundum Titianum, ff.de legatis* 3 D Molin. *de primogen.lib.1.cap.4.num.1. & lib.3. cap.2.num.24.* Marcus Ant.Peregrin.*de fideicommiſſ.art.14.num.49. & art.52.n.2.* D. D.Ioan. à Caſtil.*lib.2.cap.21.num.34.* Vincent.Fuſar. *quaſt.551.* 28

Comprobatur equidem hæc reſolutio à paritate rationis; cùm eadem militet in vno atque alio caſu: nam ratio,ob quam Clericus vnus poteſt habere duas incompatibiles Eccleſias, eſt propter penuriam, & paucitatem Clericorum, dum ſcilicet vnus tantum reperitur, & duæ ſunt Eccleſiæ, ne vnaquæque defraudetur ſuis officiis, poteſt vnus Clericus illo caſu vtrique inſeruire: *d. l 4.* ibi: *Quando los Clerigos ſon pocos, y no puede auer para cada vna Yglesia ſu Clerigo.* Sed in Maioratibus eademmet militat ratio. id 29 eſt, propter penuriam ſucceſſorum ſi non niſi vnus ex familia ſuperſit, poterit habere duos incompatibiles Maioratus, quia non ſuperſunt ad vnumquemque ex duobus Maioratibus incompatibilibus duo, pluresve ſucceſſores, ſed tantùm vnus ſupremus ex familia: *d. l. qui ſolidum 78 §. pradium*, ibi: *Supremus ex liberis, qui fideicommiſſum petere potuit: ff. de legatis* 2. Et non eſt de iure nouum, quod propter penuriam hominum reſtringatur numerus hominum requiſitus pro forma per diſpoſitionem legis, ad numerum illum minorem, qui de iure poſſibilis ſit ad ſuſtinendam diſpoſitionem hominis: verbi gratia, per diſpoſitionem legis, *hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, Cod. de teſtam.* requiruntur ſeptem teſtes maſculi ad teſtamentum nuncupatiuum, & per *leg. 1. tit.4. lib.5. Recop.* quinque, præter Tabellionem. & vbi non eſt copia teſtium propter penuriam hominum, diſpenſat lex, ad hoc quod ſufficiat minor numerus: *l. fin Cod. de teſtament. & dict.l.1.tit.4.lib 5. Recop.* ibi: *Sean a lo menos cinco teſtigos vezinos ſegun dicho es, ſi fuere lugar donde los pudiere auer, y ſi*

no

no pudieren ſer auidos cinco teſtigos,ni Eſcriuano en el dicho Lugar, ſean a lo menos preſentes tres. Azeuedo in *dict. l.1. num.5.*

30 Operæpretium eſt aliam nouam quæſtionem, & contingibilem in hac materia Incompatibilitatis excitare, retento eodem caſu, & dato quod Maioratus duo incompatibiles diſcurrerint per diuerſas lineas de familia : Quid erit quando finem habet curſus ſucceſſionis in duobus vltimis vocatis ex genere fundatoris, qui abſque liberis decedant, vtrùm concurrere poſſint ij duo Maioratus incompatibiles in vltimo poſſeſſore ſuperſtite, vel an apud primum morientem ciuiliter, vel naturaliter, ac eius hæredes extraneos remaneaot libera bona ſui Maioratus, nec tranſeant ad dictum ſuperſtitem, alium Maioratum poſſideotem?

31 Pro hæredibus præmorientis ſucceſſoris facit text. in *d. l. qui ſolidum 78. §. prædium, ff. de leg. 2.* quia eſt vltimus ex ſucceſſoribus vocatis in illo Maioratu incompatibili cum alio; & ideo cum bona apud eum libera remaneant, ad extraneos hæredes tranſmittere poſſe videtur.

32 Sed nihilominus ad ſuperſtitem vltimum alterius Maioratus incompatibilis ſucceſſorem deuenire debere, & non ad hæredes extraneos præmorientis, mihi dubium non eſt: quia non fuit excluſus niſi reſpectu aliorum ex familia, qui poſſint ſuccedere: ergo omnibus deficientibus, ſolus ille ſuperſtes ſupremus ex omnibus vocatis ex familia tacitè cenſetur vocatus ad vtrumque, *l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil.* nam ibi deciditur quod ſi ſucceſſor vnus ſolus reperiatur ſuperſtes, & non alius, reſpectu cuius poſſint decidi duo Maioratus incompatibiles, tunc iſte ſolus in vtroque Maioratu incompatibili ſuccedere poteſt: ita enim dicitur; *Si no huuiere mas de vn hyo, ò vna hya, que aquel los pueda tener por ſu vida,* ſcilicet, *los dos Mayorazgos incompatibles.* Et proſequitur: *Y ſi aquel hyo, ò hya huuiere dos hyos, ò hyo, y hya ſe diuidan, y partan los dos Mayorazgos, ſegun auemos dicho, &c.* Et non obſtat *d. l. qui ſolidum 78. §. prædium:* imò retorquetur in fauorem, maximè in illis verbis: *Supremus ex liberis qui fideicommiſſum petere potuit, &c.* nam ſuperſtes licèt ſit poſſeſſor alterius Maioratus incompatibilis, ſupremus reperitur ex vocatis de familia, qui ideo fideicommiſſum, ſeu alterum Maioratum petere poteſt.

33 Et ſic etiam in hoc caſu, propter penuriam ſucceſſorum, ſuccedet ſolus ſuperſtes ex familia, in duobus, pluribuſve Maioratibus incompatibilibus: ſicuti vnus ſolus Clericus, propter penuriam Clericorum, poteſt in duobus eſſe incompatibilibus Eccleſiis, ſeu Eccleſiaſticis beneficiis.

34 Incidit adhuc alia Quæſtio in Maioratibus incompatibilibus à parentibus inſtitutis de Tertio bonorum, iuxta diſpoſitionem *l. 17. Tauri,* quando ex Tertio pater, vel mater, vel ambo inſtituunt duos Maioratus ea lege, & conditione, vt non poſſint concurrere apud vnum eumdemque ſucceſſorem; ſed quod inter duos, ſeu diuerſas lineas diſcurrant: qoid erit, vno tantùm ſuperſtite ex filiis, ſeu deſcendentibus legitimis, ex vna parte; ex altera verò adſint deſcendentes ex naturalibus; an hi duo Maioratus incompatibiles diuidi debeant inter legitimum, & naturalem tantùm; vel deferri debeant vtrique Maioratus incompatibiles ad vnum de filiis legitimis & naturalibus ſuperſtitem? Et quid, deficientibus omnibus legitimis & naturalibus de primo gradu, & ſuperſtite vno ex naturalibus tantum, & altero ex aſcendentibus? Et quid, deficientibus omnibus de ſecundo gradu ſcilicet naturalibus tantum, ſuperſtite vno ex Aſcendentibus, & altero ex Tranſuerſalibus? Et quid; deficientibus omnibus de Tertio gradu Aſcendentibus ſcilicet, & ſuperſtite vno ex Tranſuerſalibus, & altero ex extraneis, ſi extranei etiam vocati ſunt?

Et in omnibus hiſce caſibus teneas, quod vnus ſolus ſuperſtes in quolibet ſuo gradu ſucceſſor erit in duobus, tribuſve Maioratibus incompatibilibus: itaque vnus ſuperſtes de legitimis & naturalibos ſuccedere debet in omnibus Maioratibus de Tertio booorum, etiamſi alius ſit ex naturalibus tantum, vel ex Aſcendentibus, vel Tranſuerſalibus de familia, in quibus diuidi poſſit alter Maioratus incompatibilis. 35

Ratio eſt, quia in iſtis Maioratibus de Tertio bonorum à parentibus inſtitutis, nulla conditio, ſeu grauamen apponi poteſt, quod peruertere valeat ordinem præſcriptum à *l. 27. Tauri,* per quam prius ſuccedere debent omnes deſcendentes legitimi & naturales; & niſi his omnibus deficientibus non poſſunt ſuccedere naturales tantum; & niſi deficiant naturales non intrat ſucceſſio Aſcendentium: & niſi deficientibus omnibus Aſcendentibus, noo ſuccedunt Tranſuerſales; & niſi deficieote gradu Tranſuerſalium, non ſuccedere poſſunt extranei. Et conditio, ſeu quodlibet grauamen, ſiue ademptio, ſeu excluſio ſolum admittitur inter eos qui ſunt eiuſdem gradus; & inter eos de vno ad alium gradum habetur pro non ſcripta, quia non valet teſtator iubere in hoc caſu, reſiſtente eadem *l. 17. Tauri,* quod fiat tranſitus de linea vnius gradus, ad lineam alterius gradus inferioris: Ioan. Gutier. *practic. lib. 3. quæſt. 53. num. fin.* & quod non potuit inſtitutor facere per viam diſpoſitionis, multòminus per modum conditionis: *l. Seius, & Augerius,* vbi notant Bartol. Paul. & Alexand. *ff. ad legem Falcidiam,* & latè probant Angulo *de meioras, in l. 10. gloſ. 1. à n. 6.* & latiùs Dom. D. Ioan. del Caſtillo *tom. 5. lib. 5. cap. 128. à n. 3. & à n. 19.* 36

LIMITATIO IV.

Si vna ex duabus Eccleſiis, vel Beneficiis, vel Dignitatibus, detur in Commendam, eſt alia, ſeu Quarta limitatio: & ex ea poſſumus dicere, quod itidem habet locum in Maioratibus incompatibilibus: nam ſi vnus ex duobus detur in Commendam, poſſunt apud vnum eſſe ambo. 37

In Commenda autem dicimus dari, ſi alter ex duobus Maioratibus detur tanquam in cuſtodiam, depoſitum, ſeu adminiſtrationem: *dict. l. 4. verſ. La quinta razon es,* ibi: *Mas como Mayordomo: tit. 16. part. 1.* 38

Nam nomen *Commenda,* deriuatur à verbo *Commendo, as,* quod ſignificat idem quod deponere: *l. commendare 186. ff. de verb. ſignificat. leg. Publia 26. in princ. & l. Lucius 24. ff. depoſiti l. at ſi quis 14. §. impenſa, ff. de Religioſ. & ſumpt. funer. l. 6. & 9. C. depoſiti,* & per eadem, & alia iura, & cum multorum authoritatibus idem probat Dom. D. Ioan. de Solorzano *de Indiar. gubernat. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 5. 6. & 7.* agens de Commendis Indorum. 39

Hinc eſt, quod Commendæ, quæ pertinent ad Milites Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & Commendæ Indorum, & aliæ quæcumque, non ſunt incompatibiles cum Maioratibus, ſeu Patronatibus incompatibilibus cum aliis. 40

Sed Commendæ inter ſe erunt incompatibiles, quia vnus duas ſimul Commendas habere non poteſt; prout de Commendis Indorum probat Dom. D. Ioannes à Solorzano *de iure. & Indiar. & gubernatione, tom. 2. lib. 2. cap. 3. à num. 79.* vbi refert Schedulas, & regalia reſcripta, quibus prohibe- 41

tur

Digitized by Google

tur dari Commendam Indorum ei, qui aliam habeat.

42 Et ratin huius prohibitionis (inquit *num.82.*) ea eſſe potuit; quod cùm hæ Commendæ beneficiis & quidem curatis æquiparentur, quandoquidem Commendatarij ſeruire, & reſidere teneantur, & curam doctrinæ, & bonæ tractationis Indorum habere; iuſtum viſum fuit, vt plures Commendæ in vna eademque perſona non cumulatentur, tum propter earum incompatibilitatem, tum etiam ne vnus plura præmia occuparet, atquæ hæc ad aliorum ſuſteutationem & remunerationem deficerent, iuxta text. *in cap. de multa, de prabend, cap. quia in tantum, de conceſſ. prabend. cap. quia nonnulli, de Clericis non reſident. leg. hac parte 10. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.12.* cum aliis, quæ adduxi *ſuprà, lib.1. cap.4. num.14.* & eruditè congerit Nauarret. *diſcurſo politico 24. & 25.*

De Commendis autem Militum Diui Iacobi, Alcantaræ, Calatranæ, Diui Ioannis, & ſimilibus idem dicendum eſt, quòd inter ſe ſunt incompatibiles: vnus enim duas Commendas habere non poteſt: provt in conſtitutionibus, & definitionibus Ordinum militarium Diui Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & Diui Ioannis cautum, & ſtatutum eſt. Ideò, *en las diſinciones de la Orden, y Caualleria de Calatrana, titul.11. de las Encomiendas, cap.2.* ita dicitur: *Y ningun Commendador de aqui adelante podra tener mas que vna Encomienda, como de derecho, y orden ſe deue hazer, ſaluo, como dicho es, ſi la vtilidad de la Orden otra coſa requiere, ò la generiſidad de la perſona, ſobre loqual encargamos la conçiencia de el ſeñor Maeſtre:* & ſuper illo verbo; *mas que vna Encomienda como de derecho y orden ſe deue hazer,* allegatur in margine *d.cap. de multa, de prabend.*

43 Et in regula, *y eſtablecimiento de el Orden, y Caualleria de Señor Santiago,* ita diffinitum eſt in *titul 6. cap.3. Porende eſtablecemos, y mandamos, que de aqui adelante ningun Cauallero de nueſtra Orden pueda demandar, ni auer, ni tener en ella, mas de vna Encomienda, ni nos, ni los otros Maeſtres, que deſpues de nos ſeran, ſe la podamos dar, ni demos, ni proueamos en manera alguna, ni por alguna cauſa: y el Cauallero que tal Encomienda ò merced en la meſſa Maeſtral demandare por el miſmo hecho, ſea inhabil para auer, y tener, y pierda otra qualquiera Encomienda, ò merced, que de primero tenia, y tuuiere de nos, y de la dicha nueſtra Orden, &c.*

44 Rationes decidendi, ſiue trinæ cauſæ finales proponuntur in *præfatione huius conſtitutionis Ordinis Diui Iacobi.* Vna eſt ad euitandum peccatum auaritiæ in Religioſis. Alia eſt, quia in his Commendis Militum Diui Iacobi, Diui Ioannis, Calatrauæ, & Alcantaræ, & aliorum, requiritur reſidentia ſaltem per duos menſes, in quibus tenentur reſidere milites Commendatores Ordinis de Calatraua, *libro de las Diſinciones de la Orden de Calatrana, titul.11. cap.4.* & Milites Ordinis Diui Iacobi, per quatuor menſes: *lib de la Regla y eſtablecimiento de la Orden y Caualleria de Señor Santiago, dict. ti-*
45 *tul.6. cap.16.* Tertia tandem, vt Commendæ inter plures diuidantur, & prouiſio de earum bonis, & redditibus, ad Milites gradatim tranſeat, ne vnus habeat duas Commendas & abundet redditibus, & alter miles careat illis, ad congruam ſuſtentationem & prouiſionem de bonis atque redditibus Ordinis. Ita enim dicitur in *lib. de la Regla de el Orden de los Caualleros de Señor Santiago, dict. titul.6. cap.3. Algunos Maeſtres nueſtros anteceſſores eſtablecieron que en nueſtra Orden, ningun Cauallero de ella pudieſſe tener mas de vna Encomienda, aſſi por ſer coſa tan conforme a derecho, y razon, como por euitar otros cargos de conciencia, que a ellos ſe ſiguen a los Religioſos; y aun porque los Commendadores ſon obligados de reſidir cada vno de ellos en ſu Encomienda, porque reſidiendo en vna, auian de ſer abſentes en otra: Y los otros Caualleros de nueſtro habito, que no tienen Encomiendas reciuen agrauio, por no poder ſer tambien proueidos, y ſuſtentados, ni los pueblos de nueſtra Orden ſerian regidos, ni adminiſtrados, ni defendidos de ſus Comendadores ſegun ſe requiere.*

Et hiſce tribus rationibus, provt ſuprà oſtendi- 46
mus, prohibitus eſt concurſus duorum, pluriumve beneficiorum, curam ſeu reſidentiam requirentium, quibus ſimiles ſunt iſtæ Commendæ militum Diui Iacobi, Diui Ioannis, & Ordinis de Alcantara, y Calatraua: ideo beneficia ſecularia dicuntur, & tanquam beneficia Eccleſiaſtica reputantur quoad incompatibilitatem; licèt in aliis, differant à beneficiis Eccleſiaſticis; provt benè defendit atque diſtinguit contra Nauarrum, Dom. Molina *de primogenus, libro 1. capite decimo-tertio, numero 98. & 99.* & cum multis *ibi* Additionatores ad eum.

Concludendum eſt ergo, quod Commendæ In- 47
dorum, & Commendæ Militum Ordinis Diui Ioannis, Sancti Iacobi, & Ordinis de Calatraua, & Alcantara, ſunt omnes incompatibiles inter ſe, quia ſunt Titulares: Sed non ſunt incompatibiles cum Maioratibus, Vinculis, ac Patronatibus: Nam licèt ſint Titulares; ſunt tamen diuerſæ naturæ, ſeu generis. Commenda, & Maioratus; & prohibitio, de qua loquimur, per diſpoſitionem hominis, vel legis, eſt ſolummodo de vno cum alio Maioratu, non vero de Maioratu cum Commenda: & ſic non de commixtione alterius rei, vel materiæ, ſeu maſſæ diuerſi generis: argument. *leg. idem Pomponius, §. ſed ſi plumbum, ff. de rei vindicatione, & leg. Lucius, §. final. Digeſtis de adquirendo rer. domin. & §. ſi duorum materia,* cum *ſequentibus, Inſtit. de rer. diuiſ. l.34. in fin. tit.28. part.3.*

Sed hoc limitarem, ſi Maioratus requireret re- 48
ſidentiam continuam in aliquo loco, regno, Villa, ſeu Ciuitate diuerſa & ſeparata ab illa, vel ab illo loco vbi ſita fuerit Commenda, quæ etiam requirat, provt omnes requirunt, reſidentiam ſaltem per duos præcisè, vel quatuor menſes in anno: quia tunc erunt incompatibiles Maioratus, & Commenda; non ratione prohibitionis, nec ex eo quod ſint eiuſdem naturæ, ſed quia impoſſibile eſt quod vnus in duobus diuerſis locis ſimul atque eodem tempore reſidere valeat. Quod latè probauimus *in hoc tractatu, part.2. de incompatibilitate qua prouenit ex iure naturali, ex num.31. & in hac ſeptima parte, cap.3.* per textum in *cap.3. & cap. conquerente, 6. de Clericis non reſidentibus.* Concilium Tridentinum *ſeſſione 24. capite 17.* Ideo in hoc quidem caſu erit incompatibilis Maioratus, Vinculum, ſeu Patronatus reſidentiam continuam requirens in aliquo loco, cum Commenda, quæ etiam requirat reſidentiam in alio diuerſo loco.

Google

QVINTA ET VLT. LIMITATIO.

49 Super vltima tandem limitatione, in pulchram, atque vtilem incidimus quæſtionem. Vtrum quemadmodum Summus Pontifex poteſt diſpenſare, quod vnus duo incompatibilia beneficia poſſit habere; poterit etiam Princeps ſecularis diſpenſare per Regale reſcriptum, ſeu Regiam ſuam facultatem, quòd vnus poſſit duos, pluresve Maioratus incompatibiles ſimul habere?

50 In hac difficultate diſtingue: aut ſumus in Maioratibus incompatibilibus ex diſpoſitione legis; aut in incompatibilibus per diſpoſitionem legis, & hominis; aut in incompatibilibus per diſpoſitionem tantum hominis.

51 In primo caſu, quando Maioratus ſunt incompatibiles per diſpoſitionem legis tantùm, veluti per diſpoſitionem *leg. 7. titul. 7. lib. 5. Recopilat.* tunc Princeps diſpenſare poteſt, & pro vna vice legi derogare, & ſic ex Regia facultate, atque conceſſione, & gratia Principis vnus poterit obtinere duos Maioratus, qui excedant duo dipondia marapetinorum, incompatibiles ex diſpoſitione *dict. l. 7. titul. 7. lib. 5.* ſi in reſcripto ſeu Regia facultate Princeps dicat, *Non obſtante tali lege*: Gloſ. fin. communiter recepta in *leg. fin. Cod. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam, §. deinde competens eſt: in Authent. de mandat. Principum: leg. 26. & l. 30. titul. 18. part. 3.* & Dom. Gregor. Gloſ. *verb. contra derecho de el Rey: in l. 29. dict. titul. 18. part 3. cap. nonnulli 28. poſt principium, de Reſcriptis*, vbi Gloſ. *verb. feceris mentionem*, & Abbas, Felinus, & Canoniſtæ: & in noſtro textu in *cap. eam te, de ætate, & qualitat.* vbi Gloſ. *cap. fin. de reſcriptis, lib. 6. l. 1. Cod. ſi nupt. ex reſcript. petant.* Matienço in *dict. leg. 7. titul. 7. lib. 5. Recopilat. gloſ. 7. num. fin.* & in *l. 3. titul. 10. gloſ. 11. num. 1. & 2. dict. lib. 5.* Azeuedo *in l. 1. num. 30. verſ. Tamen ſi ſpecialis talis legis derogatio in reſcripto contra eius diſpoſitionem obtento à Principe, inſeratur, valebit reſcriptum illud: Nam nemo poteſt ſibi legem imponere, à qua non liceat recedere.* Ex quibus plura inferri poſſent, quæ refert Bæza *de non meliorandis filiabus: cap. fin.* & quia ſic vidimus quod conſtitutio, contra conſtitutionem habentem clauſulam derogatoriam, valet, & tenet, ſi de prima conſtitutione talem continente clauſulam, ſpecialis in ſecunda conſtitutione contraria mentio & reuocatio fiat; ſecundum text. in *leg. ſi quis in principio teſtament. de legatis 3.* idem Azeuedo in *l. 2. num. 50. & 51. titul. 14. lib. 5. Recop.* Ioan. Gutierrez in *l. nemo poteſt à n. 161. ff. de legatis 1.*

52 Quod tamen limita, ſi per diſpoſitionem legis iam ius eſſet taliter alicui quæſitum in vno ex duobus Maioratibus incompatibilibus, quòd iam conſtitutus fuiſſet in poſſeſſione eiuſdem Maioratus incompatibilis: nam licèt Princeps poſſit tollere ius quæſitum mediante aliqua ciuili lege, Matthæus de Afflictis *deciſ. 128. num. 11.* quem refert Azeuedo in *dict. l. 2. num. 50. titul. 14. lib. 5. Recopil.* Anton. Gomez in *l. 43. Tauri, à num. 1.* Nihilominus hoc intelligendum, & temperandum eſt, niſi poſſeſſio Maioratus incompatibilis ſit iam tradita: tunc enim iam agitur de præiudicio alterius, quàm impetrantis; cui Princeps præiudicare nequit: Mieres *de Maioratibus, part. 1. quæſt. 20. à n. 8.*

53 In ſecundo verò caſu, ſi Maioratus ſunt incompatibiles per diſpoſitionem hominis, & legis; veluti quando Maioratus incompatibilis cum alio, eſt inſtitutus à patre, vel alio Aſcendente ex Tertio; & Quinto bonorum, & ex aliis ſuis bonis cum facultate Regia, tunc quoad bona de Tertio, & Quinto, non poteſt Princeps diſpenſare, & licentiam, ſeu facultatem concedere ad hoc vt vnus duos incompatibiles valeat poſſidere Maioratus: ex iuribus, & authoritatibus *infrà* allegandis *in Tertio caſu.* Sed quoad alia bona, quæ niſi cum facultate Regia grauare non poterat teſtator, bene diſpenſare & reuocare poteſt Princeps: ex *ſupradictis in primo caſu*, & ex iuribus, & authoritatibus relatis à Mieres *dict. 1. part. quæſt. 20. à num. 1.*

Tandem in Tertio caſu quando Maioratus ſunt incompatibiles per diſpoſitionem hominis, non valet diſpenſatio, ſeu Regia facultas, ad hoc vt vnus poſſit contra voluntatem inſtitutoris, & in præiudicium alterius vocati duos Maioratus incompatibiles obtinere, quia Princeps non valet diſpenſare, nec diſponere in præiudicium iuris Tertij, etiam in ſpe tantùm competentis, neque ad id mutare modum ſuccedendi in Maioratu à primo fundatore inſtituto: *leg. ſi teſtamentum, Cod. de teſtament. leg. ſi donationes, Cod. de reuocand. donationib. l. ſi quos, Cod. de precibus Imperator. offerend.* Anton. Gomez in *l. 40. Tauri, num. 89.* Dom. Gregorius Lopez *in leg. 3. titul. 3. part 6 gloſ. magna, quæſt. fin.* Dom. Couarruu. *lib. 3. variar. cap. 6.* Dom Molina *lib. 1. cap. 8. num. 30. & 31. & lib. 3. cap. 3. à num. 20.* Sarmientus *lib. 1. ſelectar. cap 8. num. 13.* Menchaca *de ſucceſſion. creat. lib. 1. §. 1. num. 19. & lib. 1. controuerſiar. cap. 5. num. 21.* Peregrin. *de fideicommiſ. artic. 57. num. 107.* Burgos de Paz in *l. 3. Tauri, à num. 327. & in conſil. 9. numero 27.* Mexia in *leg. Toleti, part. 2. fundament 7.* Ioannes Garcia *de Nobilitate, gloſ. 12. num. 80.* Pater Molina *de iuſtitia & iure, diſputatione 174.* Matienço *dict. l. 7. titul. 7. gloſ. 5. lib. 5. Recopilat.* Aluaradus *de coniecturata ment. defunct. lib. 2. cap. 4. numer. 66.* Dom. Valençuela Velaſquez *conſil. 66. à num. 102.* Angelus Matheacius *de via, & ratione iuris, lib. 1. cap. 34.* Anton. Faber *de Iuriſprudent. titul. 2. princip. illatione 2.* Moneta *de commutatione vltimarum voluntat. cap. 9. à num. 555.* Dom. D. Ioannes Baptiſta de Larrea *tom. 1. quæſt. 8. à num. 74.* Dom. D. Ioannes de Solorzano *de iure Indiar. lib. 2. cap. 16. num. 37.* Mieres *part. 1. in initio, à num. 260.* Additionatores ad Dom. Molin. *lib. 1. cap. 8. ſuper num. 28. vſque ad 31. & in lib 4. cap. 3. ſuper num. 28.* Gonzalez de Salcedo *in tractat. de lege Politica, lib. 2. cap. 14. à numero 29.* & iidem *in Commentariis ad nouas leges Recopilationis, leg. 4. cap. 24. 27. & 28. libro 2. numero 87.* 54

Quod tamen limitant, niſi propter vtilitatem publicam dato bono cambio: *leg. 2. tit. 1. part. 2.* & niſi per legem generalem, provt in *dict. l. 7. titul. 7. lib. 5. Recopilat.* vbi de hoc latiùs agendum erit annuente Deo. 55

* * *

CAPVT

CAPVT II.

De Incompatibilitate in Iure Canonico circa pluralitatem beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Incompatibilia ſunt duo beneficia ſecundum Canones, etiam inſufficientia ad congruam ſuſtentationem, quando vtrumque requirit reſidentiam perſonalem.*

2 *Primogenia duo, quorum quodlibet requirit reſidentiam in diſtincto loco, etiamſi fructus cuiuſque non ſint ſufficientes ad congruam ſuſtentationem, ſunt incompatibilia.*

3 *Poſſeſſor Maioratus, an in caſu quo teneatur reſidere in vno ex duobus locis, poſſit præceptum adimplere reſidendo in principali Prouincia, vel in principali Ciuitate, ſeu oppido, ſi alter locus in quo reſidere etiam tenetur, ſit exemptus à iuriſdictione Prouinciæ, Ciuitatis, vel oppidi?*

4 *Exemptiones populorum, vel Vicorum à ciuitatibus, vel oppidis, dantur quamplurimæ his noſtris temporibus: Vnde quæritur, an qui erat domiciliarius in vna ciuitate, cùm ab ea eximatur populus, vel vicus in quo habitabat, remaneat in alio mutato foro, & domicilio.*

5 *Incompatibilia quamuis non ſint duo beneficia, quæ non ſufficiant ad congruam ſuſtentationem, attamen ſi reſidentiam requirant in diuerſis Eccleſiis, erunt incompatibilia, & num.6.*

7 *Impoſſibile eſt quod quis poſſit vno eodemque tempore in diuerſis locis, vel Eccleſiis reſidere ad ſeruiendum.*

8 *Maioratus, Vinculum, ſeu Patronatus duo, quorum quilibet reſidentiam requirat in diuerſo, diſtinctoque loco, neceſſe eſt quod iudicentur incompatibiles: cum impoſſibile ſit; quod vno, eodemque tempore poſſit in diuerſis locis reſidere; licèt quilibet eorum non ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, & n.9.*

10 *Facultàs Regia facilè concedenda eſt ad obtinenda duo primogenia, quando parua diſtantia ſit ab vno ad alium locum, & non ſint ſufficientes ambo Maioratus ad congruam ſuſtentationem.*

11 *Maximè quando à principio Maioratus fuit ſufficiens, & poſtea deuenit ad penuriam.*

12 *Vel ſi grauata eſſet mulier, quæ cum viro contraxiſſet extra territorium; quæ etiamſi non reſideat in loco ſibi aſſignato, non debet priuari Maioratu, ex eo quod in illo certo loco habitet: quia tenetur ſequi virum.*

13 *Vel quando ex cauſa ſuperuenienti, in illo loco habitare non poſſet.*

14 *Succeſſor Maioratus grauatus reſidere in Prouincia, vel Ciuitate, vel oppido, ſufficit quod reſideat in Vico eiuſdem ciuitatis, vel ſuburbio.*

15 *Maximè ſi in ciuitate vel oppidò, laborabat infirma valetudine, vel inopia.*

16 *Limitatur ſi vicus, vel ſuburbium ſint exempta à iuriſdictione ciuitatis, vel oppidi.*

17 *Votum Diui Marcellini de Faria, & Guzman ſuper illa quæſtione, An qui contraxit in aliquo oppido, quod erat ſub iuriſdictione alicuius ciuitatis, & poſtea oppidum fuit exemptum, debeat conueniri in ciuitate, vel oppido exempto? Et refertur res iudicata, num.17. 18. & 19.*

20 *Dom. D. Marcellinus Faria, & Guzman, Senator meritiſſimus in Regali Granatenſi Cancellaria laudatur.*

21 *Forum ratione domicilij differt à foro ratione contractus.*

ARGVMENTVM HVIVS CAPITIS petendum eſt ex iis quæ traduntur in corpere, vſque ad num. 5.

SECVNDVM Canones, incompatibilia ſunt duo Beneficia etiam inſufficientia ad congruam ſuſtentationem, quando vtrumque perſonalem reſidentiam requirit: *cap.3. cap.conquerente 6. de Cleric. non reſidentib.* Concil. Trident. *ſeſſ.24.cap.17.* 1

Hinc deducitur eadem reſolutio in duobus primogeniis, Vinculis, ſeu Patronatibus requirentibus ſimiliter in quolibet eorum localem reſidentiam: & an etiam procedat non obſtante exiguitate diſtantiæ vnius loci ab altero, & tenuitate fructuum? 2

Et an ſucceſſor reſidentiam debeat habere in principali Prouinciæ ciuitate, vel in ipſa Vrbe; an ſufficiat ſi habitet in caſtro, vel oppido minus principali eiuſdem prouinciæ, vel in ſuburbio, ſeu vico? Et quid ſi poſtea caſtrum, oppidum, ſuburbium, vel vicus eximatur à iuriſdictione prouinciæ, vel ciuitatis? 3

Quod præbet anſam ad quæſtionem noſtris temporibus quotidie practicabilem, ob plurimas vicorum, ac populorum exemptiones; An qui erat domiciliarius in vna ciuitate, cùm ab ea eximatur populus, vel vicus vbi habitabat, remaneat in alio mutato foro, & domicilio. Vtrum is qui contraxit in loco domicilij, & poſtea domicilium aliò tranſtulit causâ exemptionis, ſit conueniendus, & exequendus, ſaltem per literas requiſitorias, in loco primi domicilij, & coram eius Iudice ordinario; vel an neceſſariò conueniri debeat in loco exempto ſecundi domicilij, & coram eius Iudice ordinario? Et contra ſententiam, ac decisionem traditam à Dom. D. Ioan. Baptiſta de Larrea *tom.2. diſputatione 94.* pro coronide huius Capitis terminatur hæc vltima quæſtio ex alia deciſione Granatenſi, fundata in quodam voto Dom. D. Marcellini Faria de Guzman Senatoris meritiſſimi in Senatu Granatenſi, ac maioris muneris digniſſimi. 4

Licèt apud eundem de iure Canonico non ſint incompatibilia duo beneficia, quæ non ſufficiant ad ſui alimentationem, etiam ſi alterum eorum reſidentiam requirat, quam non requirit alterum, quando vnum non eſt ſufficiens: *cap. cum te 4. de ætate & qualitate, & lege 4. titulo 16. part. 1.* 5

Attamen duo beneficia quamuis ſimplicia, & inſufficientia ad congruam ſuſtentationem, ſi ambo requirant perſonalem reſidentiam incompatibilem; veluti quando in diuerſis Eccleſiis quis reſidere tenetur, erunt incompatibilia: *cap.3. cap. conquerente,* 6. 6

rente 6. *extra de Cleric. non reſident.* & *l.*3. *titul.*16. *part.*1. Sacrum Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*17. ibi: *Dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat.* Abbas *in cap. extirpanda*: §. *qui verò*, *n.*30. *de prabendis*, & *dignitat.* Zerola *p.*1. *verb. Beneficium*, §.7. & *in p* 2. *verb. Incompatibilitas* §.2. Ojeda *de incompatibilit. beneficior. cap.*17. *num.*30. Cotrauſius *de Beneficiis part.*1. *cap.*5 *num.*2. Manuel Rodriguez *in ſumma tom.*1. *cap.*31. *num.*2. Azor. *part.*2. *lib.*3. *cap.*8. *quaſt.*6. Valerius Reginaldus *in prax. fori pœnit. lib.*30. *tract.*3. *num.*279. Nicol Garcia *de beneficiis, part.*11. *cap.*5 §.3. *num.*261. & 262. Pater Thomas Sanchez *in conſiliis moralibus tom.*1. *lib.*2. *cap.*2. *dub.*6. *n.*6. Steph. Vveyms *ad conſtitutiones* 24. *ex antiquo iure deſumptas*, & per Concilium Tridentinum *innouatas*, *conſt.*12. *n.*9. & 10. *pag.*110. Barboſ. ad Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*17. *num.*3. & 18.

7 Ratio eſt, quia non compatitur, imò repugnat, quod vno eodemque tempore poſſit vnus deſeruire duobus beneficiis, reſidendo in duabus Eccleſiis, ſiue diſtinctis locis: *cap. Clericus* 21. *quaſt.*1. Gloſ. *verb. in duabus*: *verſ. Vel dic*, &c. ibi: *Propter repugnantiam qua ex hoc proueniret*, & *l.*3. ibi: *Porque ne podria ſeruir en amos a dos*: *tit.*16. *part.*1. latè probauimus *ſuprà*, *in part.*2. *de incompatibilitate de iure Naturali, cap.*1 *ferè per totum.*

8 Hinc inferimus, quod idem iudicandū eſt de duobus Maioratibus, Vinculis, ſeu Patronatibus requirentibus reſidentiam in diuerſis oppidis, vel ciuitatibus, vel aliis diſtinctis locis, & ad vnum eundemque ſucceſſorem deueniant, qui parere non poſſit talibus conditionibus inſtitutionum: quia etſi tenues ſint, & exigui redditus, & quilibet eorum inſufficiens ad congruam ſuſtentationem, nihilominus ſunt incompatibiles apud eundem ſucceſſorem.

9 Quod extende etiam, non obſtante exiguitate diſtantiæ locorum, quia plus, vel minus circa diſtantiam loci non tollunt incompatibilitatem prouenientem ex iure Naturali & impoſſibilitatem reſidendi eodem tempore in diuerſis locis, quomodocumque, etiam minimo puncto diſtantibus circumſcriptiuè, vel finitè & hac ratione idem deciſum eſt de iure Canonico in beneficiis, quia non obſtante exiguitate diſtantiæ, & tenuitate fructuum, ſunt incompatibilia: Auguſtin Barboſ. *in Collectan. cap. de multa*, *n.*25. *de prabend.* & *dignitatibus*: & in *remiſſionibus ad Concil. Tridentinum*, *ſeſſ.*24 *cap.*17 *n.*39.

10 Bene verum eſt quod parua diſtantia locorum, & inſufficientia ad congruam ſuſtentationem, erunt validiſſimæ cauſæ ad obtinendam diſpenſationem, & mouere debent Principem, vt concedat ſuam Regiam facultatem, vt ſucceſſor non obſtante conditione de reſidendo, ſatisfaciat cum reſidentia, ſeu habitatione in vno ex illis duobus locis: ad inſtar eius quod deciſum eſt in materia beneficiorum incompatibilium ratione reſidentiæ in diſtinctis Eccleſiis; quia præcipua ratio, quæ mouere poteſt ad vnionem duorum beneficiorum, ſiue Eccleſiarum, eſt paupertas, ſiue inſufficientia ad congruam ſuſtentationem Clerici, vt probat ex profeſſo Gabriel Aluarez à Velaſco *de priuilegiis pauper. part.*1. *quaſt* 12. *numero* 3. & 15. per text. in *dict. cap. eam te* 4. *in fin. de atate*, & *qualitate*: *cap. vnio.*3. *ad fin.*10. *quaſt.*3. *cap. poſtquam* 49. 16. *quaſt.*1. *cap. ita nos* 25. *quaſt.*2. Gloſſ. *verb. neceſſitatem*, *in cap Clericus* 21. *quaſt.*1. Gloſ. *verb. neceſſitas in cap. expoſuiſti* 23. *de prabend.* & *dignitatib.* Gloſ. *verb. iuſta cauſa*, *in cap. cum noſtris* 6. *de conceſſione prabenda.* Gloſ. *verb. tenues*, *in cap.*1. *de rebus Eccleſ. non alienand. lib.*6. *l.*13. *titul.*5. *part.*1. vbi Gloſ. *verb. vna*, *in principio*: & *l.*4. *tit.*16. *part.*1. Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*15. *de Reformat.* vbi exornat Barboſa.

11 Quod maximè mouere debet Principem, vel etiam Iudicem, & Senatum, ſi à principio Maioratus erat pinguis, ſiue ſufficiens ad congruam ſuſtentationem; poſtea autem ſuperuenerit fortè fortuna, quod redditus decreſcant, & in magnam diminutionem, & penuriam deueniant, ita vt modò minimè ſit ſufficiens: tunc enim cauſa erit, quæ aliàs inſtitutorem eodem modo, ſi de hoc caſu fuiſſet interrogatus, mouiſſet ad diſpenſandum à conditione reſidendi: Gloſ. *verb. neceſſitatem in dict. cap. Clericus* 21. *quaſt.*1. ibi: *Niſi quia fortè poſtea eſt depauperata.* Gabriel Aluarez *de priuilegiis pauperum*, *part.*1. *quaſt.*12. *num.*24.

12 Aduertere hic debes pro ſecunda Limitatione, quod ſi grauata eſſet mulier, quæ cum viro matrimonium contraxiſſet extra territorium, & ipſa non reſideat in loco ſibi aſſignato, non debet priuari Maioratu, eo quod in illo certo loco non habitet, quia tenetur ſequi virum: Mieres *part.*1. *quaſt.*57. *num.*4. Balthaſar. Thomaſ. *de Maioratib. titul.* 7. *de pactis*, *qualiter*, & *quoties conſtituatur Maioratus*, *n.*20.

13 Tertiò limita, quando ex cauſa ſuperuenienti, in eo loco habitare non poſſet: Mieres *dict. part.*1. & *quaſt.*57. *num.*5. Balthaſar Thomaſ. *vbi proximè*, *num.*5.

14 Præterea ſciendum eſt, quod ſucceſſor Maioratus adimpleuit præceptum, ſeu conditionem de reſidendo in Prouincia, vel Ciuitate aſſignata ab inſtitutore, & ſi non habitet in principali Ciuitate eiuſdem Prouinciæ, ſed in caſtro, villa, ſuburbio, vel vico ciuitatis aſſignatæ, quia idem eſt ac ſi in capite prouinciæ, ſeu eiuſdem prouinciæ principali ciuitate habitaret, atque in ciuitate deſignata, & intra ædificia, quibus finitur; & muros, quibus cingitur, reſideret. Nam ſumus in fauorabilibus, & ſic non ſtrictè, ſed latè eſt intelligenda conditio reſidendi ab inſtitutoribus in Maioratibus appoſita: iuxta text. in *leg. vt Alphenus* 87. & *ibi* Gloſ. *verb. habitaremus*: *l. qui in continentibus vrbis* 147. *ff. de verb. ſignificat. l qui ex vico.*30. *cum leg. ſequent. ff. ad municipalem*, *l.*1. §. *cum vrbem*, *ff. de officio Prafect. vrbis*: *l. inſula Italia*, *ff. de iudiciis*: *l.*3. *in princip.* ibi: *Et hoc dum in prouincia eſt*: *ff. de officio Praſidis*: §.1. *verſ. Sed ſecundum circulum*, *habitatoribus ciuitatis* & *Authent. de defenſ. ciuit. l. ſi quando, la primera*, *Cod. de bonis vacant. lib.*10. *cap. ſi ciuitas* 17. *de ſententia excommunic. in* 6. *cap. fundamenta*, §. *fin.* ibi: *Qui in ipſa*, *eiuſve territorio*: *de elect. in* 6. Gloſ. *verb. alienigena*, *verſ. Oriundus autem de Ciuitate*, *in cap.*1. *de vſuris in* 6. & *l.*6. *verſ. Otroſi dezimos*: *tit.*33. *part.*7. *l.*6. *titul.*6. *lib.*3. *Recopilat.* Bartol. *in l.*2. *ff. de verbor. ſignificat.* Felinus *in cap. Rodolphus num.* 9. *verſ. Quarta concluſio*, *de reſcriptis*: Abbas *conſil.*52. *num.*6. Boërius *deciſ.*272. *num.*3. Vincentius de Franchis *deciſ.*129. *num.* 5. Stephanus Gratian. *tom.*2. *cap.*217. *num.*6. & 9. & *à num.*10. Auguſtin. Barboſ. *de appellat. verbor. vtriuſque iur. ſignif. appellat.*49. *verſic. Ciuitas num.*1. Auton. Fernandez de Ottero, *de Paſcuis* & *iure paſcendi*, *cap.*10. *n.*3. 4. & 5.

15 Quod abſque vlla difficultate omnes admittunt, ſi ſucceſſor Maioratus, Vinculi, ſeu Patronatus laboret inopia: quia tunc cauſa iuſta erit habitandi in Burgo, Caſtro, Villa, ſeu Vico, vel ſuburbio; & non in ipſamet Ciuitate, & paupertas ac tenues redditus ex Maioratu, Vinculo, vel Patronatu, iuſtiſſimam præbent excuſationem: *cap. Clericus*, *in fin.* maximè *verſicul. Caterum in Villis*, *qua foris ſunt propter inopiam hominum indulgeatur*, 21. *quaſt.*21.

Sed

Digitized by Google

16 Sed quid ſi vicus, caſtrum, vel oppidum, in quo habitabat ſucceſſor Maioratus, eximatur à Ciuitate, ac eius iuriſdictione cui priùs ſubiiciebantur? Et tunc certum eſt, quod ſi intendat in illo caſtro, vel oppido, vico, aut ſuburbio continuare reſidentiam, non adimplebit præceptum, ſeu conditionem reſidendi in ciuitate, vel loco ab inſtitutore deſignato, nec latè, nec ſtrictè cùm iam ex tempore quo eximitur, alia ciuitas, & diuerſum oppidum erit, aliud territorium, & alia iuriſdictio: & quia idem eſt, exiſtere vel reſidere extra ciuitatem, & eius territorium, vel exiſtere in loco ab ipſa Ciuitate, ſeu territorio exempto: nam qui exiſtit in loco exempto, extra territorium exiſtere dicitur, & extra eius iuriſdictionem, & forum: *cap. cum Epiſcopus 7.* & *ibi* Gloſ. *verb non exempto, de officio Ordin. in 6. cap. 1. in fin. de ſtatu regul. lib. 6.* Liſon in *l. fin. num. ff de iuriſdict. omnium iudic.* & *ibid.* Hippolytus de Marſiliis, *num. 5. verſ. Modus vlterius.* vbi tenent quod paria ſunt eſſe extra territorium, vel locum eſſe exemptum. Vincentius de Franchis, *deciſ. 129. num. penult. & fin.*

17 Hic ſe offert ad praxim, licet non directè ad noſtrum inſtitutum pertineat, attamen in gratiam Aduocatorum in foro verſantium, inquirere de illa quæſtione hiſce noſtris temporibus ſæpeſæpiùs agitata. Vtrum is qui contraxit in loco domicilij, & poſtea domicilium ex cauſa exemptionis vici, oppidi, vel Caſtri, vbi reus habitabat, aliò tranſtulit, ſit conueniendus, & exequendus ſaltem per literas requiſitorias in loco primi domicilij; vel an neceſſario conueniendus in loco exempto ſecundi domicilij, & coram eius Iudice ordinario?

18 In hac quæſtione Dom. D. Ioannes Baptiſta de Larrea *tom. 2. diſput. 94. per totam,* viriliter defendit, quod reus obligatus debeat conueniri in priori domicilio, & exequendus ſit per literas requiſitorias Iudicis loci in quo contraxit, & non per iudicem alterius loci exempti in quem domicilium poſtea tranſtulit.

19 Et cùm caſus in terminis occurriſſet in hoc Regio Senatu Granatenſi, anno Domini 1646. ita determinatus fuit in prima inſtantia. Attamen ex parte Rei interpoſita ſupplicatione, in Reuiſione Dom. D. Marcellinus Faria de Guzman, vnus ex tribus Senatoribus, D Iacobi Eques, huic ſententiæ ſe oppoſuit; & aliis duobus reluctantibus, ob diſcordiam ad aliam Aulam fuit facta remiſſio; & in remiſſione alij quatuor interuenerunt Senatores, itaque omnes fuerunt ſeptem Iudices: & licèt eorum ſex à principio ſuſpenderent ſuum iudicium ex rationibus, & authoritate Domini D Ioannis Baptiſtæ de Larrea *in dict. diſputatione 94.* ipſe tamen Dom. D Marcellinus, ex ſuo voto, quod poſtea vidi, & ad me peruenit manuſcriptum, reduxit eos ad ſuam ſententiam, & in gradu reuiſionis determinatum fuit vnanimiter per omnes ſeptem Senatores in fauorem Rei, & virtualiter deciſum, quod non per literas requiſitorias in loco contractus, ſeu primi domicilij, ſed in loco exempto, in quem domicilium tranſtulerat conueniri debuerat. Quâ ſententiâ reuocatâ, parti actoris, ſeu creditoris denegatum fuit Regale diploma ab eo petitum, ad hoc vt iuberetur quod Iudex requiſitus literas requiſitorias adimpleret, ac exequi faceret.

20 Votum autem demonſtrauit neruosè vires huius ſententiæ, ac ingenij, ſplendorem ſui Authoris; (in cuius laudibus enarrandis non demoror; tum quia amiciſſimus, & mei amantiſſimus à teneris annis; ne mihi opponatur quod erit quaſi propria laus, cùm amicus ſit alter ego: tum quia nobiliſſima eius progenies, ſanguis puriſſimus ex vtroque parente, ſpecioſa indoles, cæteræque excellentiſſimæ tum corporis tum animi dotes; vrbanitas, modeſtia, Charitas, atque benignitas, prudentia, fidelitas, ac ſumma vigilantia in publicis negotiis expediendis, & in obſequio noſtri Principis ob bonum publicum, cum incredibili ſolertia in rebus, præſtantia genij, ſinceritas mentis cum acerrima iuſtitiæ defenſione, in oculis omnium ſunt, ſicut ipſe in deliciis:) per iura & authoritates, maximè per textum in *cap. Romana, §. contrahentes, de foro competenti, in 6. l. hæ-* 21
res abſens, in principio, de iudiciis: Barboſ. *in collect. ad dict. cap. Romana, §. contrahentes,* cum hac diſtinctione, ad hoc vt non obſtet doctrina Petri Barboſæ in *dict. l. hæres abſens, in principio, num 9.* Nam aut agimus de foro ratione domicilij, de quo loquitur Barboſa, aut loquimur de foro contractus, prout in noſtro caſu; quia tunc procedet noſtra opinio. Quibus finitur hoc Caput ad gloriam Dei Domini noſtri.

CAPVT III.

De Incompatibilitate in iure Canonico circa poſſeſſionem beneficiorum ſimplicium.

SVMMARIVM.

1 *Duo beneficia etiam ſimplicia incompatibilia ſunt, ſi quodlibet eorum ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, & non poſſunt ambo retineri abſque mortali culpa.*

2 *Quod limitatur ſi Summus Pontifex diſpenſet.*

3 *Incompatibilia non erunt duo beneficia ſimplicia, ſi expreſsè prohibita non ſit eorum poſſeſſio à iure, vel ab homine; vel ſi reſidentiam non requirant.*

4 *Duo beneficia retinens, ſi ambo congruam ſuſtentationem habeant, non excuſatur a peccato mortali.*

5 *Beneficium an ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem? remanet ſub arbitrio Iudicis. Et quæ conſiderare debeat Iudex circa perſonam & eius authoritatem, qualitatem, & dignitatem, atque familiam quam ſuſtentare tenetur, & num. 6. 7. 8. 9. & 10.*

11 *Primogenium inſtituens ſub conditione, quod ſi poſſeſſor ſuccedat in alio Maioratu, qui ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, alius Maioratus tranſeat ad ſequentem ſucceſſorem, & non expreſsè declaret quam quantitatem debeat habere, tunc in hoc caſu Iudex arbitrari debet, & regulare ſuum arbitrium ſecundum ea quæ dicta ſunt ſupra à num. 5. de iure Canonico, & num 12. 13. 14 & 15.*

16 *Arbitrium ad hoc vt in materia Maioratus regulari debeat ſecundum perſonas, & eius dignitates, ac qualitates, demonſtratur exemplis cum expreſſione quantitatum, quas habere debent poſſeſſores Maioratus ad hoc vt dici poſſit quod ſit ſufficiens Maioratus ad congruam, & num. 17. & 18.*

19 *Maioratum eſſe ſufficientem ad congruam ſuſtentationem cui incumbat probare?*

ARGVMENTVM.

De iure Canonico incompatibilia ſunt apud vnum duo Beneficia, quorum quodlibet ſit ſufficiens: *cap. conquerente 6. de Cler. non reſident. cap. dudum* 54. maximè in *§. licet*, cum Gloſ. *verb. intitulatam, & verb. retinere, de elect.* Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap 4. de reformat. & ſeſſ. 27. cap. 17.* Et exinde reſoluitur quæſtio illa, de Maioratu condito ſub conditione, quod ſi poſſeſſor obtineat aliud primogenium ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, tunc Maioratus tranſeat ad alium ſucceſſorem; qui redditus ſufficientes erunt pro congrua ſuſtentatione, ad hoc, vt habeat locum tranſitus ad alium; & cui incumbat onus probandi?

1 NON ſolum equidem de iure Canonico incompatibilia ſunt duo beneficia Curata, & ea quæ reſidentiam requirunt, atque Dignitates; ſed etiam ſimplicia duo beneficia, quorum quodlibet ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem: nam vnum eorum abſque lethali culpa retineri non poteſt: *cap. dudum* 54. *§ licet, in fin. de electione*: vbi Gloſ. *verb. intitulatam, in fin.* ibi: *Sed credo quod ſi primum beneficium ſit ſufficiens, quod ſecundum non poſſit habere niſi diſpenſatiuè*: & Gloſ. *verb. retinere*: *Nota* (inquit) *quod qui habet plura beneficia, quorum alterum per ſe ſufficeret, non poteſt ſine mortali peccato retinere aliud; ſed diſpenſatio reddit licitum, quod erat illicitum, cap. conquerente 6. de Cler. non reſident.* vbi notat Abbas *num.* 3. & communiter Canoniſtæ: Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 4. de Reformat. & ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 17.* dum dicit: *Statuit vt in poſterum vnum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur; quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri.* D. Thomas *quodlibeto 8. art. 19. & quodlibeto 9. art. 19.* Sylueſter *in ſumma, verb. beneficium 4. num. 2.* Bernardus Diaz *in pract. criminali, cap. 48. n. 5.* & eius Additionator Salcedo *lit. C.* Alphonſus de Ojeda *de incompatibilit. beneficior. part. 1. cap. 19. n. 11.* Flamin Pariſ. *de Reſignat. beneficior. lib. 3. quæſt. 1. num. 138. & lib. 5. q. 6. à num. 115.* Zerola *part. 2. verb. incompatibilia, §. 2.* Armilla *verb Beneficium, num. 42.* Pater Manuel Rodriguez *in Summa, part. 1. cap. 31 num. 2. & 3.* Azor. *Inſtit. moral. part. 1. lib. 2. cap. 12. poſt princip. & lib. 5. cap. 19. verſic. Conſuetudo quâ quis in eadem Eccleſia: part. 2. lib. 3. cap. 7. quæſt. 4. & cap. 8. quæſt. 6. & cap. 9. quæſt. 3. & cap. 10. quæſt. 4. & cap. 11. quæſt. 23.* Ledeſma *in Summa, part. 2. tract. 7. cap. 1. concluſ. 12. diffinition. 5.* Cardinal. Tuſchus *tom. 1. lit. B. concl. 61.* Nicolaus Garcia *de Beneficiis, part. 11. cap 5. à num. 168.* Hieron. Gonzalez *in Regul 8. Cancell. gloſ. 15. à n. 39.* & cum aliis pluribus Barboſa *in Remiſſionibus ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 17.* & D. Salgado *de Regia protect. part. 3. cap. 7. à num. 78.*

2 Ad quod, ex rationibus decidendi, quibus datur prohibitio, ſeu incompatibilitas inter duas Dignitates ſeu beneficia Curata, duæ præcipuè militant vt incompatibilia etiam ſint apud vnum duo, plurave beneficia, quorum quodlibet ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem; ſcilicet propter ambitionem, cupiditatem, ſeu auaritiam reprimendam, quæ eſt radix omnium malorum, & ne vnus nimia abundet prouiſione ex fructibus, atque ſtipendiis beneficiorum, & alij benemeriti eis careant, & inopia laborent, & ſic paupertes Clerici ſtipendiis priuentur cum ſcandalo Reipublicæ, & contra bonum ordinem, & publicum regimen Eccleſiæ, & in graue damnum, & perniciem animarum: Anton. de Butrio *in cap. 3. n. 2. de Clericis non reſident.* D. Gregor. Lopez in *l. 3. tit. 16. part. 1. gloſ. verb. Otro en otra Yglesia, verſ. Aduertant hoc multum, habentes plura beneficia.* Nicol. Garcias *de Beneficiis, part. 11. cap. 5. num. 278. & ſeq.* vbi ponderat verba Concilij Tridentini, *cap. 17. ſeſſ. 24.* incipit: *Cum Eccleſiaſticus ordo peruertatur.* Et latè comprobat, atque pluribus iuribus, & authoritatibus exornat has duas rationes decidendi Dom. D. Franciſcus Salgado *de retentione Bullar. 1. part. capit. 8. num. 35.*

Cæterum, etſi aliqui aduertant, quod in iuribus 3
ſuprà relatis, & ſacro Tridentino Concilio non prohibita eſt collatio, ſed retentio duorum beficiorum, quorum quodlibet ſit ad congruam ſuſtentationem ſufficiens, & quod in noſtra Hiſpania non ſit vſu receptum quoad ſimplicia beneficia Concilium Tridentinum in *dict. cap. 17. ſeſſ. 24.* nam poſt Concilium, ſicut antea, Ordinarij communiter conferunt plura beneficia vni, etiam quod vnum ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, & omnia ſimul retinet, dummodò aliàs non ſint incompatibilia ex diſpoſitione iuris, vel hominis: veluti ſi expreſsè prohibitus ſit eorum concurſus, vel reſidentiam requirant: Nicolaus Garcia *de beneficiis, part. 11. cap. 5 n. 323. & 328.* & antea à *n. 300. cum ſeqq.*

Attamen iſte, qui retinet duo, plurave beneficia, 4
quorum quodlibet ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, à peccato mortali excuſare ſe non valet: Gloſ. *verb. retinere, in d. cap. dudum* 54. *§. licet, in fin. de electione.* Vbi omnes ita tenent Canoniſtæ: Nicolaus Garcias, *de benef. part. 11. d. cap. 5. num. 270. verſ. Et communis obſeruantia, & conſuetudo contraria non valet, nec excuſat retinentem plura beneficia, quorum vnum eſt ſufficiens, à mortali peccato, ſecundum Abbat. &c.* & in *num. 278* hoc extendit ad conferentem, acceptantem, & retinentem; dum ita dicit: *Stanteque magna coaceruatione, & nimia pluralitate beneficiorum, non videbatur, poſſe à peccato mortali excuſari, nec acceptantem, nec retinentem, nec etiam conferentem, propter deformitatem, deordinationem, & ſcandalum, quæ inde in Eccleſia ſequuntur, ex ſupradictis.*

Sed hic quæritur, quomodo cognoſcendum erit, 5
an beneficium ſit ſufficiens, ſiue eius redditus ſufficientes ad congruam ſuſtentationem? Verùm hæc quæſtio aliter diſſolui non poteſt niſi ex arbitrio Iudicis, *l. fin. Cod. de ordin. cognition.* Doctores in *l. 2. C. vbi pupillus educari debeat*: quamuis etiam relinquitur arbitrio eius, qui duo, plurave retinet beneficia: ipſe enim in ſua conſcientia iudicare debet, an redditus ſibi ſufficientes ſint, ad hoc vt retinere non debeat aliud beneficium, ne aliter incidat in pœnam æternam per ambitionem aliorum, quæ incompatibilia ſint, ex eo quod vnum ſufficiens ſit ad congruam ſuſtentationem: D. Gregor. Lopez in *l. 3. tit. 16. part. 1. gloſ. verb. Otro en otra Yglesia, prope fin.* Hieron. Gonzalez *in reg. Cancel. gloſ. 15.* illic: *Loquor tamen non ſimpliciter de pluralitatem beneficiorum obtinentibus, ſed de illis, qui maiorem numerum quàm ad ſuam vitam honeſtè ſuſtentandam ſufficiat, habeant: quantum autem ad hoc, ex perſona, qualitate, & locorum diuerſitate vnuſquiſque ſibi iudex erit: aduertens, quod Deus falli non poteſt.*

Hoc

6 Hoc igitur arbitrium regulari debet ex perſona, ſcientia, qualitate, dignitate, & indigentia ad ſuſtentandos ſe, & ſuos, & ex locorum diuerſitate: Gloſ. celebris, & mihi magiſtralis, *verb. ſufficientia, in cap. conquerente 6. de Cleric. non reſid.* ita enim *ibi* dicitur: *In hac ſufficientia conſiderantur plura, nobilitas, ſcientia, quia tales perſonæ maioribus redditibus, ſunt honorandæ: infra tit. proximo, cap. de multa, in fin. Dignitas conſideranda eſt, ff de vſufructu, l. ſed etſi quid §. 1. quod poſſit ſufficere ſibi, & ſuis, & hoſpitalitatem ſeruare, & iura Epiſcopalia ſoluere: infra tit, proximo, cap. de Monachis.* Rebuffus *de congrua portione, num. 93. vſque ad 72. fol. 242.* Nauarrus *de Oration. Miſcellan. 62.* Gomez *de liter. expectatiu. num. 107.* Menochius *de Arbitrar. caſu 169. & caſu 216* Alphonſus de Ojeda *de Incompatibilitate Beneficior. part. 1 cap. 19. à n. 22.* Zerola *verb. Beneficium, §. 7. concluſ. 8.* Flamin. Pariſ. *de Reſignat. lib. 5. quæſt. 6. à n. 131.* Marcus Ant. Genuenſ. *in prax. Archiepiſc. Curiæ Neapolitanæ, cap 64. num. 3.* Pater Valer Reginald. *tract. 3. num. 279.* Burſat. *conſ. 185. n 12. lib. 2.* Selua *de Benefic. part. 1. quæſt. 5. num. 211.* cum aliis Ioan. Nicol. *in Enchiridio. Sacerdotal. tit. 3. de pluralitate beneficior. à num. 46.* Petrus Dueñas *in regul. 72. fallent* 1. Azor. *p. 2. lib. 6. cap. 10. quæſt. 8. & 9.* Steph Gratian. *tom. 2. cap. 399. à num. 3.* Sed inter omnes ſe habet prudenter, & cum magna eruditione Pater Azor. *vbi proximè, in dict. cap. 10. quæſt, 8. & 9.* ideo hic ad literam refertur.

7 Octauò quæritur, *quod beneficium cenſeatur vitæ Clerici ſuſtentandæ ſufficiens?* Hanc quæſtionem poſuit Gloſ. in *cap. Clericus, & cap. Clericum 21. quæſt. 1. & cap. conquerente, de Cleric. non reſident. verb. ſufficientia:* ſed eam optimè diſſoluit in *cap. cum à Deo: de reſcript. eodem verſ.* dicens, illud beneficium ſufficere Clerico ſuſtentando quod ipſi & ſuis ſufficit: *cap. ſtudeat, diſtinct. 50. ad fin.* ita tamen vt ex beneficij fructibus poſſit hoſpites aduenas & peregrinos hoſpitio excipere, & Epiſcopalia iura perſoluere: *cap. de Monachis, de præbend & cap ſicut, de ſupplend. negl. Prælat.* Item haberi debet ratio nobilitatis; nam vt dicitur in *cap non cogantur, diſt. 41. Non cogantur diuites pauperum cibis veſci, ſed vtantur conſuetudine infirmitatis ſuæ: ſi conſuetudinem mutant, ægrotant. Vtantur ſuperfluis, dent inopibus neceſſaria. Vtantur pretioſis, dent pauperibus vilia.* Habenda eſt prætereà ratio ſcientiæ, & literaturæ: nam in *cap. de multa, de præbend.* dicitur: *Sublimes, & literatos homines honorandos.* Habetur quoque ratio dignitatis, *l. 1. §. in honorariis, ff. de var. & extraordin dignit. l. ſed etſi quid, §. 1. ff. de vſufruct.* Barboſi in *cap. de multa 28. de præbendis, & dignitat. à n 13. vſque ad n. 22.*

8 Nonò quæritur ſpeciatim, quod beneficium cuiuis Clerico ad vitam ſefficiens cenſeatur? hanc quæſtionem curſim tractauit Maior *in 4. diſt. 24. quæſt. 18.* & fuſiùs explicauit Nauarr. *de tractat. Miſcellan. 16. num. 7.* quidam affirmant, Pariſiis anno ſalutis 1228. Theologos pariter, & Iuriſconſultos, in vnum conueniſſe, quorum iudicio ſtatutum eſt, beneficium reddens annuos 45. aureos. ad vitam Clerici ſufficere: fortaſſis tunc temporis talis prouentus ſatis erat; quamuis nunc non item. In Concil. Trident. *ſeſſ. 21. cap. 2,* conſtitutum eſt, ne quis ad Sacrum Ordinem promoueatur iure, & ratione beneficij, niſi illi ad victum honeſtum ſufficiat. At *ſeſſ. 24. cap 13.* ſtatuitur, ne Cathedrales Eccleſiæ, quarum redditus ſummam mille aureorum; & Parochiales, quarum prouentus ſummam 100. aureorum non ſuperant, penſionibus onerentur.

9 Nauarrus *loco citato*, ſic beneficia taxat. Si Beneficiarius ſit infimæ ſortis, ſufficit ei beneficium, ex quo ſe, & vnum famulum, cocum. & equum ſuſtentare queat, & domicilium ad habitandum neceſſarium conducere: ſi ſit bonæ literaturæ, præſertim Doctor, vel Licentiatus, ſufficit ei beneficium, ex quo alat ſe, & duos famulos, & cocum, & equum pro more patriæ: ſi beneficiarius ſit nobilior, ſatis eſt beneficium, ex quo alat ſe, & tres, quatuorve famulos, & equos, duos, & domicilium conducat: & ita iudicat de cæteris dignioribus Beneficiariis: Maior verò *loco citato*, Epiſcopo ſufficere dicit, ſi ex ſuæ Eccleſiæ fructibus duodecim, aut quatuordecim famulos ſuſtentare queat.

Si quæras quot equos poſſit Epiſcopus habere, & alere, profectò tota hæc res arbitrio prudentis & boni viri definienda eſt; habendaque ratio loci, temporis, perſonæ, Eccleſiæ, & aliarum circunſtantiarum: perſonæ quidem; ſi ex nobili, illuſtrive genere ſit; ſi eximiæ literaturæ; ſi infirmæ item ſit, vel imbecillæ valetudinis; ſi in Rempublicam Chriſtianam multa beneficia contulerit: Eccleſiæ verò. vt ſi beneficium ſit in celebri, inſigni, & illuſtri Eccleſia conſtitutum: loci, veluti ſi in vrbe, vel oppido inſigni, vel Caſtris, pagis, aut Villis, in regione, vel Prouincia, vbi penuria eſt annonæ, & aliorum, quæ ſunt vitæ neceſſaria: Conſideranda item eſt ipſius beneficij qualitas, atque conditio, victus etiam nomine intelligitur omne id, quo Beneficiatus eget ad ſe, & familiam ſuam honeſtè ſuſtentandam; huiuſmodi ſunt cibus, veſtitus, habitatio, & etiam, quæ ad morbos curandos ſunt neceſſaria.

Familiæ appellatione, veniunt famuli, parentes, fra- 10
tres, & ſorores egentes, ſi quos item Beneficiarius habet filios ex legitimo matrimonio ante Sacerdotium ſuſceptos; imò & ſi culpa ſua, quos habet ſpurios, quibus ex æquitate Catholica alimenta debentur; ſi quos itidem nepotes, alioſve conſanguineos haberet indigentes. Prætereà Beneficiarius equo vti poteſt; aliorum more Beneficiariorum paris conditionis. Idem eſt iudicium de Epiſcopis, & aliis Superioribus: idem quoque de Cardinalibus.

Exinde vertitur quæſtio illa, de Maioratu condito 11
ſub conditione, quod ſi poſſeſſor obtineat aliud primogenium ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, non adiecta quantitate, tunc Maioratus tranſeat ad alium ſucceſſorem: quo in caſu quæritur, quanti redditus ſufficientes erunt pro congrua ſuſtentatione, ad hoc vt habeat locum conditio, & ſic tranſitus ad alium ſucceſſorem?

Sed cùm hoc caſu, incompatibilitas inter hæc 12
duo primogenia ſit conditionalis, an vnum eorum ſit ſufficiens ad congruam honeſtamque ſuſtentationem, vbi quantitas certa non ſit adiecta ab inſtitutore, difficultas conſiſtit in exquirenda quantitate, quæ faciat locum conditioni.

Sed totum hoc ex iam ſupradictis de iure Cano- 13
nico, remittitur ad arbitrium Iudicis, ad quod credendum eſt, inſtitutorem remittere ſe voluiſſe, tanquam ad arbitrium boni viri, ex eo quod ipſe non adiecit quantitatem: *l. ſi cui annuum fuerit legatum relictum ſine adiectione ſumma 14. ff. de ann. legat leg. l. cum alimenta per fideicommiſſum relicta ſunt, non adiecta quantitate 22. ff de alim. & cibar. legat. l. tutor. 13. ff. de adminiſtr. tutor. l. fin. Cod. de ordin. cognit.* dum dicitur, *tantum litis ſumptus, & alimonia ſubminiſtrentur, quantum moderato Iudicis arbitrio fuerit æſtimatum.*

Iudex autem attentè circumſpectus, & tanquam 14
bonus vir regulare debet ſuum arbitrium, ſecundum conditionem, qualitatem, & nobilitatem, quantitatem, atque dignitatem perſonarum; & ſecundum

Digitized by Google

tempora, loca, & conſuetudinem regionis, Ciuitatis, vel oppidi, vbi reſideant, atque alias cauſas eiſdem connexas, quæ prudenter in iudicando attendi debent; prout Pater Azor. *vbi ſuprà*, ad literam relatus, & Doctores noſtri diligenter colligunt ex *dicta l. ſi cui 14. ff. de ann. legat. l. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo, ff ſolut. matrim. l. penult. ff. de alim. & cibar legat. l. 1. §. mulier autem, & l. 4. §. fin. ff. de ventre in poſſ. mittend. l ſi ſeruum plurium, §. fin. ff de leg. 1. l. tutor. 13. ff de adminiſtr. tutor. l. ſed & ſi quid ædificauerit 15 §. ſufficienter, ff. de vſufruct. l. fin. verſ. Nam ſi tales dare, Cod. de ordin. cognit.* Alex. *conſ. 72. num. 7. lib 5.* Ancharanus *conſil 383. in fine:* Cravetta *conſil. 189.* Natta *conſ. 387. num. 7. lib. 2.* poſt Tiraquellum *de Nobilitat. cap. 10. à num. 149.* Rebuff. *de congrua portione, num. 63.* Franciſc. Marius *deciſ. 118. n. 2. part. 2.* Menuch. *de arbitrar. lib 2. centur. 2. caſu 169.* Lara de Corduba in *l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, num. 42. de liber. agnoſc.* Surd *de aliment tit. 4. quæſt. 18.* Stephan. Gratian. *tom. 2. cap. 299 n. 6. & 7.*

15 Cum hiſce conſiderationibus, ac regulis, quas ex iure Canonico ac Ciuili deduerunt omnes ſupra dicti Canoniſtæ ac Iuriſtæ, & minimè ab eis recedendo, maximeque inhærendo ſententiæ Patris Azorij *in inſtitut. moral. lib. dict. part. 2. lib. 6 cap 10. quæſt. 8. & 9.* eumque præ oculis habendo, & Petrum Dueñas, *regul. 71. fallent. 1.* quæſtionem hanc ſoluas in iudicando, & conſulendo.

16 Attamen liceat mihi pro tyronibus, aliquibus exempli demonſtrare modum regulandi arbitrium in materia ſucceſſionum in Maioratibus: & ad inſtar diſcurſus patris Azorij circa perſonas Eccleſiaſticas, dicendum eſt quoad ſeculares, quod ſi ſucceſſor eſſet nobilis, & incola huius Ciuitatis Granatenſis, ſufficiens non iudicarem primogenium, niſi de annuis redditibus perciperet ſaltem octingentos aureos, quia Nobili præſtanda ſunt Maiora alimenta, & alia neceſſaria ad oſtentationem, & ſplendorem ſuæ nobilitatis, non pro ſula illius perſonâ, ſed etiam pro famulis, cùm non deceat quòd ipſe ſibi ſeruiat: *d. l. habitatio 4. ff. de ventre in poſſ. mittend.* Gloſ. *verbo onera, §. fin. in Auth. de non eligend ſecund. nubent.* vbi etiam Bart. & alij: Tiraquellus *de Nobilit. c. 20. num. 141.* Lara de Corduba *in dict. l. ſed & ſi filius, num. 49* Surdus *de aliment. tit. 4. quæſt. 18. & in q. 24. num 10. & in tit. 9. quæſt. 39.* atque etiam cum Carroria qua ferè omnes Nobiles vtuntur, Surdus *de alimentis d. tit. 4. quæſt. 6. n. 5.*

17 At ſi haberet etiam filios, non ſolum legitimos, ſed etiam naturales, patrem, vel matrem, & fratres, ſororeſve, quos alimentare debeat, non ſolum ad 800. ſed etiam ad 1600. aureos arbitrium extenderem; ex traditis quoad perſonas Eccleſiaſticas à Patr. Azor. *vbi ſupra, in quæſt. 9. prope finem.*

Sin autem eſſet Miles Ordinis Diui Iacobi, vel Diui Ioannis, Calatrauæ, ſeu Alcantaræ, vel Ordinis Chriſti in Luſitania, vel alterius ſimilis Nobilis Ordinis, tunc vſque ad mille aureos erit arbitrium: quia Milites egent pluribus equis, & aliis ad ſuum inſtitutum, & Religionis exercitium neceſſariis: Surd. *vbi proximè, d tit 4 quæſt. 8. ferè per tot.*

Cæterum id ampliabis vſque ad duo millia aureorum, ſi ei ſint filij, patres, fratres, vel alij. egeni conſanguinei, quibus alimenta præſtare debeat: Si verò eſſet Comes, vel Marchio, tunc arbitrarer ad quatuor, vel quinque millia ducatorum: Si Dux vſ-
18 que ad ſeptem, vel octo millia aureorum. Minuendæ verò ſunt dictæ quátitates, ſi in Villa, vel in Ciuitate, minus nobili ferè continuò reſiderent; vel ſi alias eſſent diuites, & bonis allodialibus & propriis abundarent.

Sed aduertendum eſt, quod imputari non debent ad hoc arbitrium, nec in conſiderationem venire bona dotalia: argument. *l. Lucius, 21. §. idem reſpondit, ff. ad Municipal.* vbi dos non onerat maritum quoad ſubeunda munera publica licèt ſit Dominus dotis conſtante matrimonio.

Tandem aduertendum; quod licet onus proban- 19
di ei incumbat, qui dixerit aduenisse caſum conditionis, ex *l ei qui dicit, ff. de probat. l. in fideicommiſſi, §. cum Pollidius, ff de vſur. l. ex facto, §. ſi quis autem, ff ad Trebell.* Bald. in *l. cum te, num. 1. verſ. interdum allegatur, C. de probat* Maſcardus *de probat concl. 343. num. 2.* Menoch. *de præſumpt. lib, 4. præſumptione 182. num. 2.* Attamen quia euenisse caſum conditionis huius incompatibilitatis habet præſumptionem contrariam; quia quodlibet primogenium præſumitur ſufficiens adinſtar beneficiorum, quæ de ſui natura præſumuntur congrua, Auguſtin. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, allegat. 67. num. 7. & in Remiſſionibus ad Concilium Tridentin. ſeſſ. 24. de Reformatione, cap. 16. num 4.* Is qui dicit, quòd primogenium non eſt ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, probare debet, ex eadem ratione qua beneficij tenuitas probari debet ab eo, qui eam allegat: Barboſa *vbi proximè, de poteſt. Epiſcopi allegat. 67. num. 5 6. & 7.* & qui habet præſumptionem pro ſe, onus probandi transfert in aduerſarium: Menoch. *lib. 4. dict. præſumpt. 182. num. 9. & 10.* Ex quibus iam conſecuti ſumus finem huius Capitis. Vtinam etiam perpetuam vitam in cœlis conſequamur, & Deum Dominum noſtrum ſemper glorificemus, & ad eius gloriam, & laudem omnia noſtra referantur.

CAPVT IV.

De Incompatibilitate in Iure Canonico, ad ornatum & interpretationem Clement. Gratiæ, de Reſcript.

SVMMARIVM.

1 Clementina, Gratiæ, de Reſcriptis, *quæ continet materiam Incompatibilitatis refertur ad literam.*
2 *Cauſa dubitandi in* dicta Clementina, Gratiæ: *refertur, & n. 3. & 4.*
5 *Rationes decidendi* d. Clementinæ, Gratiæ, *referuntur, & reſpondetur ad rationes de contrario, & n. 6. 7. 8. & 9.*
10 Clementinæ, Gratiæ, *concluſio traditur, & n. 11.*
12 *Facilius tollitur ius ad rem, quàm in re, maximè inter incompatibilia.*
13 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*
14 *Proteſtatio non releuat proteſtantem inter incompatibilia ex diametro contraria, & n. 15.*
16 *Renuntiatio debet eſſe expreſſa, & non comprehendit id quod tacitè ineſt: tamen hoc fallit inter incompatibilia ex* Clementina, Gratiæ, *vſque ad num. 22. incluſiuè.*
23 *Priuilegium, & Præſcriptio, ſunt incompatibilia.*
24 *Clericus in minoribus conſtitutus ſi contrahat matrimonium perdit beneficium, quia ſunt incompatibilia.*
25 *Religionis ingreſſu, & profeſſione cenſetur renuntiatum beneficio ſeculari, quia ſunt incompatibilia.*

26 *Idem*

Digitized by Google

26 *Idem eſt de eo qui promotus accepiat Epiſcopatum, per quam promotionem, videtur renuntiaſſe priora beneficia.*

27 *Renuntiare videtur beneficio, & priuilegio fori, qui in minoribus conſtitutus factus eſt miles ſecularis.*

28 *Incompatibile beneficium recipiens tempore quo litigabat ſuper beneficio alio incompatibili, videtur renuntiare lites.*

29 *Beneficio adepto incompatibili, & eius pacifica poſſeſſione, etiamſi poſtea illud quis renuntiet, aut reſignet, non poteſt recurrere ad aliud.*

30 *Gratia de primo beneficio vacaturo conceſſa, ſi poſtea impetratur alia de alio incompatibili: impetrato ſecundo beneficio vacat primum, & gratia ad illud.*

31 Clementinæ, Gratiæ, de Reſcriptis, *limitationes videnda vſque ad n.38.*

39 Clementina Gratiæ, *an habeat locum in materia Maioratus? Eſt magna contentio inter Regnicolas: ſed magis vera opinio eſt quod non procedat, nec eius deciſio admitti debeat in materia Maioratus: contra D. D. Ioannem del Caſtillo, & eius ſequaces, qui concludenter conuincuntur, vſque ad num.47.*

48 *Limitatur à num.48. cum ſequentibus vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

Ad Clementinam, *Gratia, de Reſcriptis*, dum probat quod ſi aliquis habeat gratiam impetratam de beneficio primò vacaturo, etiamſi nondum poſſeſſionem aſſecutus ſit perdit eam, & conſumit gratiam ac ſi ipſo iure renuntiaſſet, ſi pacificè conſequatur aliud beneficium incompatibile cum illo, quod expectabat; quamuis proteſtetur, & poſtea hoc vltimum reſignet, & renuntiet. Vnde agitur an *dicta Clementina*, cum ſuis declarationibus, ampliationibus, & limitationibus, habeat locum inter Maioratus incompatibiles per diſpoſitionem hominis: veluti ſi primogenitus, qui in expectatiua habebat ſucceſſionem duorum incompatibilium Maioratuum, pone vnum ex parte patris, & alterum ex parte matris, & obtinuit pacificam poſſeſſionem vnius ex hiſce duobus incompatibilibus, an videatur, quamuis non ex ſua mente, attamen ex iuris diſpoſitione alteri renuntiare, & ita expectatiuam conſumere, ac ſi à ſecundo Maioratu illicò eſſet excluſus? Et quid ſi habens vnum Maioratum, & ſciens alterum eſſe incompatibilem, petat, & obtineat poſſeſſionem eius: an videatur renuntiaſſe primo, vel habere poſſit regreſſum ad eundem? Et quid ſi in vacatione duorum incompatibilium, petat, & aſſequatur poſſeſſionem vnius, videatur recedere ab alio? Et quid ſi petat, & conſequatur pacificam poſſeſſionem vtriuſque, an habeat electionem, & quod tempus ei competat ad eligendum?

Felicis recordationis Clemens V. admi- 1 rabilis (idem eſt quod Papa, ſeu Pater Patrum) in materia incompatibilitatis de iure Canonico ita ſe habet in *cap. Gratia, de Reſcript.*

Gratia vt de dignitate vel beneficio curato tibi prouideatur, renuntiare videris; ſi ante adeptionem eiuſdem, aliud beneficium pacificè aſſequaris, quod ſimul de iure cum dignitate, vel beneficio virtute dicta gratia tibi debito retinere non poſſes, licet illud reſignaueris, aut ſis reſignare paratus.

Ratio quidem dubitandi in hoc textu ea fuit, 2 quia poſtquam in Concilio Lateranenſi, & *cap. de multa, de prabend.* deciſum fuerat, quod per ſecundi incompatibilis beneficij aſſequutionem vacaret primum ipſo iure; dubitatum fuit an idem eſſet, quando is qui ſecundum obtinuerat beneficium, non habebat de iure in re collatum aliud beneficium, ſed in expectatiua; ſolùm enim habebat gratiam ad conſequendum beneficium primò vacaturum, & poſtea aſſequatur poſſeſſionem pacificam alterius, & ſic circa primum habeat ius ad rem, & in alio beneficio ius in re.

Nam pro iſto qui habebat gratiam de beneficio 3 primo vacaturo, & poſtea adeptus eſt pacificam poſſeſſionem alterius beneficij licèt incompatibilis, faciebat, quod Gratia attento ſuo initio fuit valida, & ſic quod ſuperueniens aſſecutio alterius beneficij non debebat ei præiudicare, *cap. ſi eo tempore, de Reſcript. in 6.* cum *l. pluribus. §. & ſi placeat, ff de verbor. obligat.* maximè renuntiando ſecundo beneficio aſſecuto, quia tunc iam ceſſauerat impedimentum; vt in *cap. ſi duo §. plures, de procuratoribus lib.6.*

Et licèt in *cap. ſi pauper, de prabend. in 6.* Ioannes Monachus, & Archidiaconus teneant, quod per aſſecutionem noui beneficij non præiudicabatur Gratiæ, ſeu Expectatiuæ factæ in forma ſpeciali; attamen cum non diſtinguant inter beneficium compatibile, 4 necne, cum expectato; ideo Clemens V. decidit dubium: & in caſu quo Gratia, ſeu Expectatiua ſit de dignitate, ſeu beneficio curato incompatibili cum alio poſtea aſſecuto, conſumitur gratia, ac ſi ei expreſsè renuntiaſſet, licèt proteſtetur, & poſtea ab alio ſecundo beneficio deſiſtat. Quam rationem dubitandi quamuis non ita latè explicatam, tradunt Guillelmus de Montehauduno, *in apparatu ſuper Clementinas: in dict. Clementina, Gratie, in princ. de Reſcriptis*, & ibid. Bonifacius de Vitalinis *num.23. & 14.* & Cardinalis Zabarella *num.1.* Ioannes de Imola, & alij.

Ratio autem decidendi eſt ab effectu, eadem ſci- 5 licet, quæ in *dicto cap. de multa, de prabend.* Nam inter incompatibilia, idem eſt ab effectu habere ius ad rem in vno beneficio, & ius in re in alio incompatibili; ac habere ius in re in vtroque beneficio incompatibili: Et ſic per idem ius, & rationē qua deciſum fuit in Concilio Lateranenſi, & in *dict. cap. de multa*, quod per aſſecutiooem ſecundi beneficij vacet primum, quod actualiter habebat, ac ſi ei expreſsè renuntiaſſet; ſimiliter ab effectu deciditur in *dicta Clementina, Gratie.* Quod vocat gratia de primo incompatibili beneficio, per aſſecutionem cum pacifica poſſeſſiooe alterius incompatibilis: Guillelmus de Monteauduno *in apparatu ad Clementinas: in dicta Clementina, Gratia. in principio*, & *ibidem* Cardinalis Zabarella *num.1 notabili 8.* maximè in illis verbis: *Quamuis non ſit tanta repugnantia, ſcilicet inter beneficium incompatibile, in quo habetur ius ad rem, & be-* 6 *neficium incompatibile in quo habetur ius in re, prout inter beneficia incompatibilia, in quibus habetur ius in re; ſubeſt paritas rationis ſi menſuremus gratiam ab eius*

Digitized by Google

rius effectu: & ſicut tolleretur ius in re, ita tollitur gratia, per quam poteſt ad illud perueniri.

7 Et Bonifacius de Vitalinis *in dicta Clementina, Gratiæ.num.*25. ita dicit: *Ratio decidendi ſunt incompatibilitas beneficiorum & aſſequutio pacifica, quæ ſit, & fieri debet, non vt ſit temporalis ad votum, ſed perpetua ad vitam: cap. ſacrorum 70. diſt. & notat Innocent. in cap. in noſtra de Reſcriptis. Vnde quia incompatibilia ſunt beneficia iſta, videlicet; aſſequutum beneficium & expectatum, recipiendo aſſequutum, videtur renuntiare expectato, ſeu iuri ſibi ad illud competenti, vt dict. l.*1 *C.de furtis.*

8 Et in *num.*27. reſpondet ad contraria ita ſic: *Non obſtant contraria, quia locum habent quando ius ſuperueniens non eſt extinctiuum actus præcedentis, de quo agitur; ſecus ſi eſſet extinctiuum, vt hic; & in l.inter ſtipulantem, §.ſacram, ff.de verbor.oblig.*

9 Eodem modo reſpondetur ad *cap. ſi duo Prælati.* Quia *ibi* in totum, & abſolutè non erat finita poteſtas procuratoris qui occupauerat litem, & ideo eam reaſſumit ſuperueniente impedimento in præſentia procuratoris, qui ſecundo loco ad cauſam venit, vt *ibi* patet; hic autem gratiæ priori fuit in totum renuntiatum.

10 Vnde benè elicitur ex textu in *dict.Clementina, Gratia,* talis concluſio: *Expectans dignitatem, vel beneficium curatum, ſi antequam gratia ſeu expectatiua habeat effectum, obtinet pacificè aliud beneficium incompatibile cum promiſſo, ſeu expectatiuo, non poteſt amplius vti gratia, ſeu expectatiua, quæ conſumpta fuit per aſſecutionem beneficij obtenti, etiamſi proteſtetur, & ei poſtea renuntiet.*

11 Comprobatur ex textu in *cap. ſi pauper.*30. *de prabend.& dignitat. in 6. Si pauper Clericus* (inquit Gregorius IX.) *cui, cùm beneficium nullum haberet, mandabatur de beneficio (iuxta ſuæ probitatis merita) per Epiſcopum prouideri aliud, antequàm ſit prouiſum eidem, beneficium fuerit aſſecutus; prouidere ſibi Epiſcopus (cùm ceſſet cauſa mandati) de cætero non tenetur:* Vbi Gloſ.1. *verſ. Et hoc verum puto, niſi adeptum beneficium non compateretur cum prima gratia ſi iam haberet effectum; vt in duabus curatis: ſupra eodem tit. cap.de multa, cum enim eo caſu periret ius in re, multo potius ad rem: infrà, de conceſſione prabenda: cap. vltim. & hoc approbat Clementina, Gratia, de Reſcriptis.* Petrus Duenas *regul* 71. *in princip.* Aloyſius Riccius *in collect. part.*4. *collect.n.*1427. *in princ.* Azor. *inſtit.moral. part.*2.*lib.*6.*cap.*13.*quæſt.*9. Nauarr. *tom.*2. *in cap. ſi quando: §.de exceptione: num.*1. *cum ſeqq. de Reſcript. & in cap. accepta oppoſitione* 8. *n.*6. *&* 7. *cum ſeq. de reſtit. ſpoliator. & lib.*3. *de prabend. conſ.*26.*n.*2.*&* 10. Didacus Perez in *l.*3 *tit.*12 *lib.*3.*Ordinamenti, pag.*687.*col.*3.*verſ.Quaro* 4. Cæuallos *q.*818. *num.*268. Azeuedo *conſ.*10.*n.*5. Dom. D.Ioan. à Caſtillo *lib* 6.*cap.*178 *n.*16.

12 In hac *Clementina* tria notabilia ponderari poſſunt, admodùm concernentia noſtram materiam Incompatibilitatis, antequam deſcendam ad Ampliationes, & Limitationes eiuſdem deciſionis Primum, quod inter Incompatibilia ab effectu, & non aliter æquiparantur ius in re, & ius ad rem; quod eſt ſpeciale in Incompatibilibus; alias eſt regula in contrarium, quia facilius tollitur ius ad rem quàm iu re: *cap. fin. de prabend. in* 6. *cap. ſi is cui* 39. *eodem.* Cardinalis Zabarella in *dicta Clementina, Gratia, & in Clementina fin. de Reſcriptis:* Bertachinus *in Repertorio, verb.ius in re: liter.I.* Dom. D.Ioann. à Caſtillo *lib.*6 *cap* 178 *num* 16.

13 Secundum notabile ſit, Quod licèt ille, qui proteſtatur, conſeruet ius ſuum; nam regulare eſt quod proteſtatio conſeruat ius proteſtantis: *leg. ſi debitor, §* 1. *ff.quibus modis pig.vel hypoth. ſoluit.cap. Lotharius* 31. *quæſt.*2. *cap.*1. *de his qui vi, metuſve cauſa fiunt: cap.*2. *prope fin. de in integr. reſtitut.* Doctor. in *l.non ſolum §.morte, ff de noui oper nunt.* Tiber. Decian. *reſponſ.*57. *n.*52. *vol.*3. Paulus Bellon. *de poteſtate eorum, quæ incontinenti fiunt: lib.*1.*cap.*97.*n.*19. Steph. Gratian *tom.*2.*cap.*146.*n.*28.

Tamen hoc fallit in *dict noſt.Clement.Gratia.* Nam cum agat de incompatibilibus, dicendum eſt quod inter Incompatibilia, ſeu ex diametro contraria, proteſtatio non releuat proteſtantem, & in nihilo ei prodeſt. Ideo etiamſi ante adeptionem, vel tempore adeptionis proteſtetur ille, qui conſequitur in pacifica poſſeſſione beneficium incompatibile cum primo, perdit gratiam de primo illo vocaturo beneficio incompatibili cum eo: ſicuti aduertit Gloſ *verb.renuntiare, in dicta Clementina,* dum dicit: *Ex puto hanc Decretalem locum habere etiamſi proteſtetur recipiendo ſecundum, quod Gratia renuntiare non intendit, cum proteſtatio ſit facto contraria: cap.cum M.de Conſtitut. nec defendat in his præiudicialibus, cap vt quis duas: de elect. in* 6. 14

Vnde ad noſtram materiam de Incompatibilitate dignum adnotatione eſt. quod nunquam proteſtatio releuat, nec ius conſeruat proteſtantis in Incompatibilibus, quando eſt contraria, & repugnans ſuomet facto, contrario ſuæ proteſtationi, nam ſimul adeſſo non poſſunt. Probat eum ſumma eruditione Gloſſ. *verb. ſine præiudicio, in cap.cum M.Ferrarienſis* 9. *de Conſtitut.* dum dicit: *Proteſtatio non valet vbi proteſtans per contrarium factum directè obuiat ſua proteſtationi: vt in dictis Decretalibus, cap. ſolicitudinem, & cap. olim cauſam. Niſi hoc faceret iuſta de cauſa: vt in cap. perlatum, de his qua vi metuſve cauſa fiunt,* & in Gloſſa marginal. *ſuper verb.contrarium factum,* ibi: *Quod eſt propriè tunc quando proteſtatio, & factum ſe ſimul non compatiuntur: Vbi ergo dupliciter intelligi poteſt aliquid, ſecus. Adde Albertinum, tractat. de agnoſcend.aſſert. quæſt.*12. *n* 9 *& Gerſonem tract. de proteſtationib.conſider.*3. Gloſ. etiam *verb. propoſuit, in dict.cap* 1. *de his quæ vi, metuſve cauſa fiunt,* & Gloſ. *verb. proteſtatus in c.*2. *de in integrum reſtitut.* 15

Tertium notabile. Nam quamuis tacitè, & præſumptiuè renuntiare quis non præſumitur, requiritur enim quod expreſsè quis renuntiet iuri ſuo, vt ei præiudicet, quippe renuntiatio eſt odioſa, *l. ſi domus, ff.de ſeruitutib.vrbanor.prædior. l. ſi prius, ff.de aqua pluu. arcend.* & ſic ſtrictè intelligi debet quælibet renuntiatio, *leg. ſi ex pluribus ff.de ſolutionibus, l. emptor, §.Lucius, ff.de actis cap. ſanè, de renuntiat.* Vnde in renuntiatione non veniunt non expreſſa, nec præſumitur renuntiatio de eis, quæ non conſtant expreſsè, text. & *ibi* Doctor. in *l. poſtquam liti, Cod. de pactis.* vbi Barboſ *num* 6. Menoch. quem ipſe allegat, *in conſil.*1 *num.*212. *& conſ.*335. *à num.*1. Craueta *conſil.*224. *num.*6. Cephalo *conſil.*25. *num.*47. *& conſ* 42 *num.*29. *& conſ.*52. *n* 22. *lib* 1. & cum aliis copioſè D Valençuela Velaſq. *conſ.*17.*num.*32. *cum ſeqq.& conſ.*61.*n.*6. *& conſ.*73.*num* 21. nam in renuntiationibus, & in his, quæ ſunt odioſa, atque ſtrictè intelligẽda, expreſſa nocent, non expreſſa non nocent: *l. expreſſa, de reg iur.* ideò tacitè renuntiatio, id eſt in his, quæ tacitè ſubintelligi poſſunt, non procedit ad hoc vt præiudicare valeat, cum ſit ſtricti iuris, prout dictum eſt; & non contineat niſi expreſſa, & quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam expreſſorum: Philippus Decius *conſ* 452. *num.*21. Aymon Craueta *conſ.*243. *n.*6. & cum aliis Stephanus Gratian. *tom.*4. *cap.*637. *num* 6. Barboſ. *de clauſulis, clauſ.*150. *à n.*12. 16

Attamen

Digitized by Google

17 Attamen ex deciſione noſtri textus in *dict. Clem. Gratia*, inter incompatibilia, eandem vim habet tacita, ſicut expreſſa renuntiatio; & ſic eligens, ſeu acceptans vnum ex duobus incompatibilibus, alteri renuntiauiſſe neceſſe eſt dicere, ac ſi expreſsè renuntiaret: quæ tacita renuntiatio inducitur à iure, & ſic tanquam expreſſa, & magis quàm expreſſa præiudicat: Iaſon in *l. ſi emancipata, num.3. C. de iur. & fact. ignorant.*

18 Receptiſſimum enim eſt in iure, & nulli dubium in materia incompatibilitatis, de qua tractat noſtrum inſtitutum, quod per actum contrarium, ſeu incompatibilem videtur quis renuntiaſſe priuilegio, & iuri ſuo præiudicare, & ab eo receſſiſſe; quod comprobatur ex quampluribus iuribus, videlicet ex *l.2. C. de iur. Dom. impetrand.* vbi ita ſummauit Bald. *Qui facit contra ius, quod impetrauit, ius perdit*, & aliter ſic: *A beneficio reſcripti receditur per actum oppoſitum.* Caſus illius legis fuit, quod creditor poſtquam impetrauit à Principe ſibi licere poſſidere iure dominij pignus, quod habebat ſub vſuris, exegit à debitoribus vſuras; ex quo actu contrario videtur renuntiaſſe beneficio impetrato, & obtento. Ad cuius textus enucleationem, & genuinam intelligentiam, videndus eſt Alexander Trentacinq. *variar. reſolution. lib.1. reſol.10. per totam.*

19 Gloſſa verò in *d. l.2. Cod. de iur. dominij impetrando, verb. receſſiſſet.* Concordantes allegat textus, qui id verè comprobant in *l.4. §. eleganter, l. de lege, §. fin. & l. poſt diem, ff. de leg. commiſſor. l. ſi hominem, §. quoties, ff. depoſiti: l. qui ſemiſſes in princ. ff. de vſuris: l.2. ff. de iur. aur. annul. l. commiſſoria, Cod. de pactis inter emptorem & venditor. l. cum te, C. quod metus cauſa:* Gloſ.1. in *dict. l. commiſſoria. Cod. de pactis inter empt. & vendit. in fin.* dum dicit: *Quod qui eligit vnum ex contrariis, alij renuntiaſſe videtur, vt ff. de inofficioſo teſtam. l. mater.*

20 Eſt etiam textus in *l. abſolutionem 5. Cod. de re iudicata.* Vbi per contrarium actum cenſetur renuntiaſſe appellationi, & ſententiæ, de qua appellatum erat adquieuiſſe, ſi dilationem ad ſolutionem condemnationis petat is qui in dicta ſententia erat condemnatus.

21 Et de iure Canonico eſt textus cum Gloſ *verb. receſſum, in cap. Gratum extr. de officio Delegati.* Vbi qui actum contrarium facit iuri ſuo, ei renuntiaſſe dicitur: ad idque dicta Gloſſa *verb. receſſum*, allegat alios textus concordantes in *cap. cum veniſſent de teſtib. cap. ſolicitudinem de appellat. cap. ex ore, de his quæ fiunt à maiore parte Capituli, cap. vltim. de vita & honeſtate Cleric. & in l. ſi filius, ff. de minoribus: l. ſi exhæredatus, & l. ſi proponas, §.1. ff. de inofficioſo teſt. & cap. cum Adrianus 73. diſtinctione.*

22 Eſt etiam textus in *cap. cum acceſſiſſent 8. in fin. de Conſtitut.* & *ibid.* Gloſ. magiſtralis, *verb. contrauenerint.* Vbi maximè Abbas *num.3.* Denique ſpecioſus eſt textus in *cap. veniens 19. §. nec obſtare: de præſcriptionibus:* Vbi qui præſcriptione completa priuilegium contrarium impetrat, & vtitur illo, præſcriptioni renuntiaſſe dicitur.

23 Ideo notat Gloſ. *verb. & renuntiaſſe*, quod priuilegium, & præſcriptio, contraria ſunt, ex quo ſimul haberi non poſſunt: *cap. ſi diligenti, & cap. auditis, de præſcriptionibus:* quia ingreſſus vnius, alterius operatur egreſſum: *cap. cum renuntiatur 23. quæſt.1. & cap. contra morem, diſt.100. l.1. §. illud, ff. de ſeparat. leg. in cauſa, 12. ff. de minoribus: l.1. ff. ad municipalem: l. ſi quando, ff. de legatis 1. l. vnica, C. de theſaur. lib.10.* ſicut è contra, vtendo iure communi cenſetur renuntiare priuilegio contrario: *cap. cum acceſſiſſent de Conſtitut. cap. pro illorum, de præbend. cap. ſi de terra de priuileg.* & Gloſ. in *d. cap. veniens, verb. intentioni: verſ. & ita impetrando contrarium priuilegium, renuntians præſcriptioni: & præcipuè, quia vſus eſt in iudicio, priuilegio Alexandri, &c.*

Et ſuper hunc text. & Gloſſas, videas DD. & Dominum Salgado *de Retent. Bullar. part.1. cap.2. n.168. & 169.* vbi interpretatur *dictum cap. veniens, & leg. ſi mulier 8. §. fin. ff. Quod metus cauſ. l. ſi cui:* vbi Gloſ. *verb. mutanda, ff. de ſeruitut. l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de noui oper. renuntiat.*

Vnde Clericus in minoribus Ordinibus conſtitutus qui habet beneficium Eccleſiaſticum, ſi contrahat matrimonium; quia ex eo facit actum contrarium & incompatibilem cum ſtatu Clericali, perdit beneficium: *cap.1. & 3. de Cleric. coniugat.* ac ſi ei renuntiaſſet: Pater Thomas Sanch. *de Matrim. lib.6. diſp.42. à num.4.* Gonzal. *in Regul. Cancellariæ, gloſ.1. num.43.* Garcias *de Benefic. part.11. cap.8. per totum:* Caputaq. *deciſ.215. part.2.* & cum aliis Barb. in *d. noſtra Clement. Gratia, num.3.* 24

Itidem quemadmodum per matrimonium, ita etiam per ingreſſum Religionis, & profeſſionem, videtur renuntiatum beneficio ſeculari: quia ſunt contraria. & incompatibilia: *cap. Gonzaldus 17. q.2. cap. ex tranſmiſſa 3. de Renuntiation. cap. beneficium, de reg. iur. in 6.* P. Manuel Rodriguez *de Regular. tom.2. quæſt.37.* Gonzalez *in Regul. Cancellariæ, gloſ.15. n.45.* Menoch. *lib.6. præſumpt.82.* Nicolaus Garcia *de Benefic. part.11. cap 9.* 25

Idem eſt de eo, qui promotus acceptat Epiſcopatum, per quem actum contrarium, videtur renuntiaſſe priori beneficio, cùm ſit incompatibile cum Epiſcopatu: *cap. cum in cunctis, §. de elect.* Alphonſus de Ojeda *de incompatibilitate beneficiorum, part.1. cap 4. num.3.* Nicolaus Garcia *de benefic. part.11. cap 6.* 26

Renuntiari itidem videtur beneficio, & etiam priuilegio fori, qui in minoribus Ordinibus conſtitutus, factus eſt miles ſecularis, & in matricula militum ſecularium ſcriptus fuit: ita tenet cum Antonio Fabro *deciſ.14. C. de iuriſdict. omn. iudic.* Barb. *hic, in noſtra Clement. Gratia num penult.* 27

Adnotat præterea Barb. in *d. noſtra Clem. Gratia, num. fin.* quod is, qui conſenſit, vt beneficium ſuum alteri conferatur, tacitè videtur etiam ei renuntiaſſe: allegat Mohedan. *deciſ.335.*

Tandem non omittam, quod in comprobationem tacitæ renuntiationis per actum contrarium, & incompatibilem, aduertit ex *d. Clem. Gratia*, Gloſſ. *ibid. verb. renuntiare:* cum Gloſſatoribus Ioanne, & Compoſtellano, dicentibus, quod ſi is, qui litigabat ſuper beneficio, recipiat aliud ſecundum incompatibile, quod per hoc renuntiat liti, & omni iuri in ea lite ſibi competenti: Flaminius Pariſius *de Reſignat. benefic. lib.1. quæſt.1. num.10.* Aloyſius Riccius *part.4. Collect. 1427.* & Barboſ. in *d. Clem. Gratia: n.10.* 28

Notabile quartum eſt, quod ſemel adepto beneficio incompatibili cum eius pacifica poſſeſſione, etiam ſi poſtea renuntiet, aut reſignet illud, ſiue ſit reſignare paratus, non poteſt recurrere ad aliud primum beneficium incompatibile, ſeu gratiam ad beneficium, vel Dignitatem incompatibilem primò vacaturam: quia cum de iure cenſeatur renuntiaſſe primo beneficio per adeptionem ſecundi, iam poſtea non valet recurrere ad renuntiatum, ex *cap. ex tranſmiſſa 3. de Renuntiatione.* 29

Quintò notandum eſt etiam, quod abſque diſtinctione, *dicta Clementina, Gratiæ*, loquitur de ſecundo beneficio adepto, ſiue ſit adeptum ipſum beneficium incompatibile, ſiue impetrata gratia ad illud. Vnde 30

ii

ſi poſt impetratam vnam gratiam de primo beneficio vacaturo, alia gratia de alio beneficio etiam primò vacaturo incompatibili cum priori impetretur, quia tunc, ſicut per obtentionem ſecundi beneficij renunciatur primo, ita etiam eadem ratione per adeptionem primi, & executionem primæ gratiæ renunciatur ſecundo beneficio, ſiue ſecundæ gratiæ incompatibili cum prima. Quod probat ex pluribus iuribus Gloſ. *verb. renunciaſſe, & verb. intentionis, in cap. veniens, 19. de præſcription.* vbi etiam Imol. *n.6.* Abbas *num.*18. Anton. de Buttio *num.*15. & ducet Bart. in *l. pacta nouiſſima, num* 1. *Cod. de pact.* Caputaqu. *deciſ.*409. *num.*2. *part.*1. Gonzalez *in regul.*8. *Cancellar. gloſ.*53. *num.*57.

31 Sextum notabile eſt, atque ſpeciale ad noſtram *Clement. Gratia, de Reſcript.* quòd non data optione, ſeu electione in reſcripto perdat gratiam ipſo iure is, qui obtinuit cum pacifica poſſeſſione aliud curatum beneficium, ſeu Dignitatem incompatibilem: nam licet olim optio, ſeu electio concedebatur ei, qui obtinuerat duo incompatibilia beneficia; ideoque ex duobus curatis beneficiis, ſeu incompatibilibus, id quod mallet poterat eligere: *cap. referenti 7. cap. præterea 14. de præbend. & dignit.* quod adnotauit Gloſ. *verb. contulerit, in d. cap. de multa, de præbend. verſ. Olim habebat optionem, vtrum primum, vel ſecundum vellet retinere*; Attamen hodie de iure nouiſſimo priuatur, ipſo iure primo beneficio, ſeu Dignitate incompatibili, ex quo adeptus eſt pacificè ſecundum beneficium, ſeu Dignitatem incompatibilem, non data electione, prout vidimus deciſum in *dict. noſtra Clem. Gratia*, cui in hoc expreſsè conueniunt Concilium Lateranenſe, *in cap. de multa*; & Concil. Trident. *cap.*4. *ſeſſ.*7.

32 Aliàs enim, ſi ei, qui aliud beneficium incompatibile obtinuerit, conceſſa fuiſſet facultas & tempus ad eligendum, & retinendum ex beneficiis Curatis aliiſve incompatibilibus, id quod maluerit, non ceſſaret etiam pro modico tempore illud maximum inconueniens, & ratio prohibitionis, & incompatibilitatis; quia donec elegiſſet, Eccleſia careret pleno, atque integro ſeruitio, & cura animarum, & locus daretur ambitioni & auaritiæ Clericorum, qui vt fructibus vtriuſque Beneficij, ſeu Dignitatis incompatibilis fruerentur, quantùm poſſent, differrent electionem.

33 Hæc autem omnia Notabilia, Ampliationes ſunt ad *dict. Clement. Gratia*, & pro *huius textus* declarationibus deſeruire valent: ideò ad Limitationes deueniamus.

Limitatur primò, ſi ille, qui aſſecutus fuit ſecundum beneficium incompatibile, non eſſet qui impetrauit gratiam, ſed alius pro eo impetrauiſſet, aut proprio motu in eius fauorem, eo inſcio & ignorante emanaſſet; quia ad hoc vt teneat renuntiatio ſui iuris, neceſſe eſt, quod notitiam habeat & ſcientiam de illo ſuo iure cui renuntiaſſe dicitur, cum renuntiare quis non intelligatur iuri quod ignorat, aut iuri quod ſibi dubitat competere: *l. mater decedens*, 19. *verſ. Nec enim, ff. de inofficioſo teſtam.* vbi notat Bartol. & idem docet in *l. fin. §. ſin autem neſcius, C. de furtis*: Iaſon in *l. naturaliter, §. nihil commune, n.*33. idem Iaſon in *l. quamdiu, num.*3. *Cod. qui admit. ad bonor. poſſ. & in l. fin. n.* 4. *Cod. de iuris, & fact. ignor. & in auth. Sacramenta puberum, n.*54. *Cod. ſi aduerſus venditionem*: *l. ſi quando* 35. *§. fin. Cod. de inofficioſ. teſtam. l. fin. Cod. de furtis*: *l. nemo fraudare*, vbi Philip. Decius. *ff. de reg. iur.* Ægidius *deciſ.*563. dum tenet, quod dicta *Clem. Gratia*; non procedit, datâ ignorantia: & remiſſiuè ad eum Nicol. Garcia *de Benef. part.*11. *cap.*5. *num.*70. Surdus *deciſ.*183. Vincentius de Franchis *deciſ.*84. Seraphinus *de priuileg. iuram. priuileg.*70. *num.*18. Gail. *obſeruat.*154. *lib.*2. Dom. Solorzano *de Iudiar. gubernat. tom.*2. *lib* 2. *cap.*18. *n.*21.

Limitabis ſecundò, ſi renuntiatio tacitè vel expreſsè non ſit acceptata à Superiore in cuius manibus fieri debet: aliàs niſi in manibus Superioris renuntiatio facta ſit, & acceptata, non valet: *cap. admonet. de Renuntiat.* Gloſ. *verb. obtulit in cap.*3. *de eo, qui mittit. in poſſeſſ.* vbi etiam Bald. *num. penult. cap. literis, de procuratoribus, in* 6. Iaſon in *l. poſtquam liti, num.*1. *verſ. Tertio limita: Cod. de pactis.* Pater Thom. Sanchez *de Matrimonio, lib.*8. *diſput.*32. *num.*2. Aloyſius Riccius *part.*5. *collect.*1479. Dom. Salgado *de retent. Bullar. part.*2. *cap.*12. *§. vnico à n.*37. vbi tenent quod ante acceptationem poteſt renuntians pœnitere: Stephanus Gratian. *cap.*91. *à num.*31. 34

Limitatur tertiò, ſi gratia impetrata de primo beneficio vacaturo, fuiſſet conditionalis, & ante euentum conditionis conſecutus fuiſſet aliud incompatibile beneficium, & poſtea eueniat conditio, quia tunc effectus gratiæ conditionalis ſuſpenditur vſque in euentum conditionis: & ſi pendente conditione aliud adeptus ſit beneficium, & poſtmodum conditio eueniat, incidit in caſum ac ſi primò adquiſiuiſſet beneficium, & poſtea purè impetraſſet gratiam: prout eſt textus in *dict. cap. ſi pro te*, 13. *de Reſcriptis, in* 6. 35

Limitatur quartò, ſi non in pacifica poſſeſſione ſit ille, qui adeptus eſt ſecundum beneficium incompatibile, *dict. Clement. Gratia*, ibi: *Aliud beneficium pacificè aſſequaris*: vbi Additio *in gloſ. verb. pacificè*, requirit etiam liberum exercitium Curæ, ſeu beneficij curati; itaque debet eſſe in pacifica poſſeſſione, & libero exercitio, licèt maiorem partem bonorum beneficij non ſit adeptus: attamen dicta Gloſ. *verb. pacifice*, hoc reſtringit, niſi per eum ſtaret quominus haberet pacificam poſſeſſionem, & liberum exercitium: *cap. commiſſa, §.*1. *de electione, lib.*6. Non autem videtur pacificam poſſeſſionem adeptus, ſi in limine poſſeſſionis, vel intra duos menſes fuiſſet lis mota, ſeu in ea poſſeſſione turbatus: Gloſ. *verb. pacificam, in d. cap. commiſſa, de elect. in* 6. vbi notant & aducerunt Canoniſtæ: Caſſador. *deciſ.*9. *de cauſ. poſſeſſ. num.*2. Hieronymus Gabriel *conſ.*193. *num.*7. *lib.*1. Ojeda *de incompatibilit. Benef. cap.*13. *à num* 49. & cum aliis Nicolaus Garcia *de Benef. cap.*5. *§.*1. *à n.*110. 36

Limitatur quintò, ſi ille qui adeptus fuiſſet poſſeſſionem pacificam, non conſequatur etiam fructus bonorum beneficij, ſeu maiorem partem eorum, quia non ſufficit quod habeat pacificam poſſeſſionem cum titulo, & exercitio beneficij, ſed etiam bonorum, & fructuum eorum, ſeu maioris partis: *cap. ſi tibi conceſſo, de præbend. in* 6. Caſſador. *dict. deciſ.*9. *de cauſa poſſeſſ. & proprietatis*: Ojeda *de incompatibilit. dict. cap.*13. *num.*48. & 80. Azor. *inſtitut. moral. tom.*2. *p.*2. *lib.*7. *cap.*15. *liter. C. & cap.*16. *quæſt.*9. Nicol. Garcia *de Beneficiis, part.*11. *cap.*5. *§.*1. *n.*123. 37

Limitatur ſextò, ſi habuerit licentiam ſeu diſpenſationem ad obtinenda duo beneficia incompatibilia: Sed aduertendum eſt, quod tunc ſi aliud tertium beneficium obtineat incompatibile, vacant duo priora beneficia, quia diſpenſatio ſemper intelligitur de duobus primis beneficiis incompatibilibus: *cap.* 3. *§. in conferendis, de officio Ordinarij: in* 6. vbi Additio ad Gloſ. *verb. oſtendatur: & cap. non poteſt* 21. *de præbendis & dignitatibus, in* 6. Azor. *inſtit. moral. tom.*2. *part.*2. *lib.*6. *cap.*13. *liter. E.* 38

Limitatur ſeptimò & vltimò, ſi coactus ingreſſus fuiſſet in ſecundum beneficium: quia tunc non cenſetur renuntiaſſe gratiæ, & priuilegio de alio conſe- 39

quendo

quendo beneficio. Probatur per text. *in l. cura, in princ. verſ.nec ſi per vim, ff.de munerib.& honorib.* Iacob.Puteus *deciſ.*188.*lib.*2. & cum aliis Alexand. Trentacinq. *variar.reſolut.lib.*1.*reſol.*10.*de reſcript. num.*8.

Explicata hactenus atque enucleata deciſione *d. Clement. Gratia, de Reſcriptis*, cuius textus in iure Canonico maximè concernit materiam noſtram de incompatibilitate; operæpretium erit inquirere vtrum eius deciſio adaptari valeat ad maioratus, vincula ſeu patronatus incompatibiles? v.g. Pone quod quis habeat gratiam, ſeu expectatiuam indubitatam de ſuccedendo in aliquo maioratu, ſiue per diſpoſitionem hominis, aut legis, ſiue per reſcriptum Principis; & nihilominus adeat alium maioratum incompatibilem cum illo, an ex eo quod adeptus ſit cum pacifica poſſeſſione hunc ſecundum maioratum, videtur primò renuntiaſſe? Vel pone caſum, ſi aliquis in expectatiua habuiſſet ſucceſſionem duorum incompatibilium maioratuum, vnum ex parte patris, & alterum ex parte matris, & priùs petat atque obtineat quietam & pacificam poſſeſſionem vnius, an videatur renunciaſſe alteri incompatibili cum illo?

Et attenta deciſione huius textus *in dict. Clementina, Gratia*, quæ in indiuiduo loquitur de incompatibilibus; indubitabiliter videtur quod ſic; Quia negari non poteſt quin inter incompatibiles duos maioratus eligat vnum eorum; ex quo facto dicendum eſt neceſſariò quod renuntiat alteri, & eo electo, ad alium incompatibilem redire non poteſt.

40 Ideo in terminis tenet hanc partem affirmatiuam Dom. D. Ioannes del Caſtillo *tom.6. cap.*178.*n.*16. *& cap.*179. vbi contendit quod eligendi facultas filio maiori conceſſa per *leg.7. tit. 7. lib.5. Recopilat.* non habet locum in hominis diſpoſitione: & propterea, quando aliquis vocatus eſt ad ſucceſſionem duorum maioratuum incompatibilium, quorum ſcilicet vnus eſt ex parte patris, alter ex parte matris; ſi adeptus ſit vnum eorum, antequam ſucceſſio alterius deferatur per mortem patris, vel matris, videtur renuntiaſſe alteri; & quando alterius ſucceſſio deferatur, non poterit eligere, etiam ſi dimittat aut renuntiet alterum, vel proteſtetur tempore quo adeptus fuit vnum ex duobus incompatibilibus, non intendere renunciare ſucceſſioni alterius, niſi expreſſe inſtitutor maioratus ei in hoc caſu facultatem eligendi conceſſerit: & conſtituit differentiam inter diſpoſitionem hominis, & *dicta legis 7. tit.7.lib.5. Recopil.* Rationes autem, & fundamenta quibus tutatur ſuam ſententiam ipſe Dom.Ioann. à Caſtillo legi poterunt apud eundem *loco ſuprà citato.*

41 Et eiſdem atque aliis rationibus & iuribus eandem ſententiam antea defendit Dom.Dom.Præſes, atque Epiſcopus Salmanticenſis Valenzuela Velazquez *conſ.*83.*per tot.* vbi is, qui adeptus fuit commendam Indorum cum ſit incompatibilis cum alia, videtur aliis renuntiare, & ſic eam relinquere non valet, & aliam eligere, ſeu optare: & id quod continet reaſſumpſit. Dom. D.Ioan. à Solorzano *in ſua Politica Indiana, lib.3.cap.*20. qui referens Dom.Valenz. Velazquez, *in dict.conſ.*83. ita in Hiſpano ſermone dicit: *Y de aqui infieres* (ſcilicet Dom.Valenzuela) *en el artic.*2. *del meſmo conſejo* 83. *que eſto es verdad en tanto grado, que el primogenito, o primer llamado, que ſe alla con ſemejante impedimento, no puede optar, eſcoger, i obtenerla en comiendas que vaca o ſe le defiere, aunque eſto preſto de dejar laque actualmente tiene, i poſſee; porque deſde el dia que admitio, o accepto la primera, dice que cerro la entrada para poder eſperar otra, pues ſupo, o deuio ſauer que la incluſion de vna coſa, es excluſion de otra, quando entre ſi ſon, y ſe allan incompatibles, y que eſta tacita renunciacion que el derecho induçe por ſolo aberacetado la primera Encomienda, olora en el los miſmos effectos, que ſi por palabras expreſſas huuiera renunciado todas las que en lo de adelante ſe le pudieſſen deferir, pues deuio atender, que eſto podia ſuceder. l.ſi quis domum, §. idem quærit, ff.locati.*

Sed contrariam, & validiorem ſententiam ſtrenuosè defendunt Additionatores ad D.Molinam, *lib.3. cap. 2. ſuper num.* 30. vbi excitant quæſtionem *in verſ.vlterius*, his verbis: *Vlterius, circa materiam, & deciſionem, dict.leg.Regiæ 7.tit.7.lib.5. Recopilat. alia occurrit quæſtio apud Pragmaticos in hiſce maioratuum controuerſiis, non ſemel agitata: ſcilicet vtrùm primogenitus, ad quem duorum maioratuum ſpectabat ſucceſſio, ſi prius vnum obtinuit ſiue ex parte patris, ſiue ex parte matris, ab altero vacaturo illicò excluſus cenſeatur.* 42 Et pro hac parte Affirmatiua adducunt textum *in dict. Clementina, Gratia, de Reſcriptis.* Dum in eo deciditur, quod expectans beneficium, perdit gratiam, ſi conſequatur aliud, quod cum illo quod expectabat, de iure tenere non poterat: & Dom.Valenz. Valazquez, *conſ.*83. atque Dom.Caſtillo *dict.cap.*179.

43 Sed pro Negatiua ſententia, ad literam referre iuuabit ſolita ab eis tradita fundamenta: ita enim dicunt; *Cæterum Negatiua opinio longè probabilior eſt, ac in praxi tenenda Primogenitum, qui in vno maioratu cum altero incompatibili prius ſucceſſit, ab altero nondum delato, minimè excluſum cenſeri; imò tempore ipſius delationis accedente, vnum eligere, ac retinere poſſe, ſiue ex parte patris, ſiue ex parte matris ſucceſſio contingat: cap. ad hæc, cap. referente, cap. præterea. de præbend. idque expreſsè ex dict.l.7.tit.7.lib.5. Recopil. compertum habemus, quæ liberam, in hoc caſu primogenito facultatem eligendi conceſſit. Electio ſanè (vt notiſſimum eſt) fieri non poteſt ſi concurſus verè, practicè, ac realiter non datur? quod tam ex verbis, dict.leg.7. quam ex authoritate hic perpendi poteſt.* ibi: *Si quando concurrunt duo maioratus.* & ibi: *Primogenitus vnum ex eiſdem eligere poteſt. & num.*29. *Niſi maioratus concurrat cum alio.* & ibi: *Tunc namque electo altero: quæ verba actualem, non verò tantum potentialem concurſum denotant. Etenim eſſet abſurdum vt primogenitus, velut facta electione priuaretur ſucceſſione nondum ſibi delata, eo quod fortè in priori maioratu ſucceſſit; cum incertum eſſet, & ex caſu penderet, an in altero vacaturo eſſet ſucceſſurus: poterat enim contingere, quod prius decederet: l. Hæres meus, 79. §. Hæres meus, ff. de condit. & demonſtrationib.*

Idque etiam quodam ſimili comprobatur in eo, qui cum beneficium pacificè poſſideret ſi aliud impetret incompatibile, ſed litigioſum, non tenetur prius dimittere quo vſque pacificè ſecundum obtineat; ſemper enim eſt in his caſibus incerta retentio, neque habetur ratio incompabilitatis quoad omnes iuris effectus, niſi adepta prius pacifica poſſeſſione: *cap.commiſſa, de electione, lib.6. cap.ſi quis cum tranſlatus.*21.*quæſt.*2. Cardinal. *in d. Clement. Gratiæ, quæſt.*12. & ex multis comprobant Ojeda *de incompatibilitate benefic.part.*1.*cap.*4.*n.*15 *& cap.*13. *n.*49. *in fine*, Nicolaus Garcias *de benefic. part.*11. *cap.*5.*num.*107. & fuit deciſum in Rota, prout refert Additionator ad Ludouiſ. *deciſ.*451.*num.*11. in aliis cauſis idem refert deciſum Seraphin.*deciſ.*774. *num.*2.

44 Neque obſtat *d. Clement. Gratiæ:* quia loquitur

Digitized by Google

in caſu ſpecialiſſimo, videlicet in dignitate Eccleſiaſtica, & beneficio curato; ideo ad alios caſus trahi non debet, imò hi remanent in diſpoſitione iuris, de qua *in cap. de multa, & in Clementina, ſi plures, de prabend.* quibus deciſum eſt, quod per acceptationem ſecundi beneficij inſurgit priuatio primi, non è contra: Gloſſ. *ibi*, & Archidiaconus, *in cap. 1. num. 3. de eo quod metus cauſa: lib. 6.* Rota Sacri Palatij, *deciſ. 483. num. 8. part. 1.* Paulus Æmilius Verallus *deciſ. 293. part. 2.* Guttierrez *conſ. 110. num. 5.* Ceuallos *tom. 3. quaſt. 828. n. 264.* & in maioratibus ſic tenet Paz *in tract. de Tenuta, cap. 34. n. 25. & 26. vſque ad 39.* aſſeuerantes iuxta *d. c. de multa*, quod per aſſecutionem ſecundi maioratus, vacat primus, & ſic fateri videtur, quod acceptatio primi, non excluſit omnino primogenitum à ſucceſſione ſecundi maioratus ſibi cõpetitura, & nondum ſibi delata, quæ ſententia in praxi, & in iure ſic debet obſeruari.

Quam etiam ſententiam non minùs validis iuri-
45 bus tuetur, & ex profeſſo reſpondet ad omnia contraria, Dom. D. Ioannes Baptiſta de la Rea *tom. 2. quaſt. ſeu deciſ. Granatenſi 52.* qui *in num. 14.* aſſerit, quod ita iudicatum fuit in Senatu Granatenſi, ibi: *Senatus decreuit, antequam ſucceſſio deferatur, non poſſe aliquem eligere compelli: cùm incompatibilitas non cauſetur*, & reprobando Dom. Valenz. Velazq. eius fundamenta enervans Dom. D. Ioan. à Solorzano *de Indiarum gubernat. lib. 2. cap. 18. & in num. 16.* ad id regulam à iure conſtitutam refert: ſcilicet, quod vbi quis duo ſimul ex diſpoſitione legis, vel hominis, habere non poteſt, ei optionem, vel electionem permittit; vt in *l. 1. & 2. per totum tit. ff. de optione, vel elect. legata: & §. optionis. 22. Inſtit. de legat. cap. in alternatiuis, 70. de Reg. iuris, lib. 6. l. plerumque 10. aliàs 11. in fin. ff. de iure dotium, l. non ſolùm 1. §. 1. ff. de liberat. legat. cap. referente, & cap. preterea, de prabend.* & cum innumeris aliis, tradit Pechius *in d. cap. in alternatiuis.* Bart. *in l. Lucius 23. num. 2. ff. de leg. 2. & in l. ſi duo 128. num. 1. ff. de verb. oblig.* Iaſon *in l. cum proponas, num. 6. Cod. de tranſact. & l. non vtique.* per text. *ibi, à num. 1. ff. de eo quod certo loco:* Rebuff. *in cap. Paſtoralis, verſ. 10. de cauſa poſſ. & propriet.* & cum aliis, quos refert, iterúmque defendit Dom. D. Ioannes Solorzano *in ſua politica Indiana, lib. 3. cap. 20. per tot.*

Quorum ſententiam tanquam veriorem, & magis
46 iuri conſonam ego libenter amplector contra Dom. Valenz. Velazquez, & Dom. Ioan. à Caſtillo, ſalua pace tantorum virorum, & ſequendo tradita per Additionatores ad Dom. Molin. & D. D. Ioan. à Solorzano, teneo quod *deciſ. Clement. Gratia*, non habet locum in maioratibus, vinculis, atque patronatibus incompatibilibus, in quibus ſi ſucceſſor adeptus ſit poſſeſſionem vnius, tempore quo nondum erat delata ſucceſſio alterius, non videtur renuntiaſſe huic maioratui nondum delato: ideo ſi poſtea deferatur poterit optare, & primum dimittere, & alium eligere, & debet dari ei monito atque requiſito, tempus, ad eligendum quem maluerit. Quia in maioratibus, vinculis, & patronatibus ceſſat ratio finalis *d. Clem. Gratia*; ea etenim fuit ab inconuenienti, ne dum tempus aliquis haberet ad eligendum vnum ex duobus beneficiis, ſeu dignitatibus incompatibilibus, vna ex duabus Eccleſiis debito ſeruitio careret, aut integrum non haberet; & ob euitandam ambitionem, & auaritiam Clericorum, qui ſi tempus eis daretur ad eligendum, magnis cauillationibus, & dilationibus vterentur ad retinenda duo, pluráve alia incompatibilia beneficia, & interim percipiendos fructus, & emolumenta vtriuſque incompatibilis beneficij, ſeu dignitatis: ideo ob ſpeciales has rationes, ſpecialis eſt *huius Clement. Gratia*, deciſio, & tantummodo intelligenda in beneficiis, ac incompatibilibus dignitatibus. Non autem quoad maio- 47
ratus incompatibiles, in quibus ceſſat prædicta ratio decidendi, ab illo duplici inconuenienti euitando, & ſic ſucceſſor habet electionem, & tempus ei dari debet ob optandum atque eligendum vnum ex duobus maioratibus incompatibilibus, poſtquam vtriuſque ſucceſſio erit delata. Quod non contra, imò iuxta ius Canonicum eſt; quia de iure Canonico ante Concilium Lateranenſe, ei, qui obtinebat duas dignitates, ſiue duo beneficia incompatibilia, dabatur optio, ſeu electio, vt vnum retineret, quod magis vellet, & alterum dimitteret, & non vacabat primum ipſo iure per aſſecutionem alterius, nec priuabatur ſecundo: *cap. referente, & cap. praterea, de prabend. & dignitatib.* Nam ante Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 4.* quatuor tempora conſiderabantur. Primum tempus ex *d. cap. referente, & cap. Preterea, de prabendis, & dignitatib.* vbi dabatur dicta optio, ſeu facultas dimittendi vnum ex incompatibilibus, quod magis ſibi placeret. Secundum tempus ex *cap. quia nonnulli. 3. de Cleric. non reſident.* Vbi obtinens aliud beneficium incompatibile, non poterat eligere, ſed erat priuandus ſecundo per ſententiam, quia non dabatur vacatio ipſo iure. Tertium tempus ex *cap. de multa, de prabend.* vbi vacat ipſo iure: & ſi vtrumque retinere contenderet, priuaretur ſecundo beneficio non ipſo iure, ſed per ſententiam. Quartum tempus ex *Extrauagant. Execrabilis, §. qua tamen, & §. qui verò. de prabend.* vbi non ſolum vacat primum ipſo iure, ſed etiam ſecundum ſimiliter ipſo iure, ſi vtrumque retinere præſumpſerit, & obtinens remanet inhabilis ad Ordines, & ad omnia alia beneficia obtinenda. De quibus temporibus videndi ſunt Alfonſus de Hojeda *de incompatibilit. beneficior. part. 1. c. 7. à num. 7.* Gonzalez *in reg. Cancellaria, gloſſ. 15. à num. 10.* & cum aliis Nicolaus Garcia *de beneficiis, tom. 2. part. 11. cap. 5. à n. 1.* Quamobrem ſecundum primum tempus de iure Canonico conſtitutum, decidi debet quæſtio noſtra ſuper maioratibus per diſpoſitionem hominis, aut legis, incompatibilibus.

Sed non prætermittam, quod in vno, ſeu ſpeciali 48
caſu admitti poteſt opinio D. Ioannis à Caſtillo *in d. cap. 179.* ſcilicet quando ille, qui habet maioratum cum alio incompatibilem, non eſſet vocatus, imò excluſus; v. g. ſi inſtitutor dicat per verba negatiua, ſiue excluſiua, *Non ſuccedat in hoc meo maioratu ille, qui alium quemlibet maioratum poſſideat, aut ille qui in alio ſucceſſerit; ſed ille qui alium non habeat:* quia tunc iſte, qui realiter, & cum pacifica poſſeſſione habet maioratum, licèt poſtea ſucceſſio alterius maioratus deferatur, optio, ſeu electio ei non competit, quia ad ſucceſſionem in hoc caſu non eſt vocatus; imo excluſus, & ſolummodò habet vocationem quilibet alius ex familia, qui ſine illo impedimento inuenitur. Nam tunc iuxta voluntatem inſtitutoris adempta fuit ſucceſſio ſub illa conditione, & exinde optio, ſeu electio: argument. textus *in l. qui hominem 11. cum l. ſi ſtichum legatum eligere non poſſit, & l. legata inutiliter 14. verſ. non purè, ff. de adimend. legat. l. datum. Cod. de legat.* & aliorum iurium, quæ allegat Dom. D. Ioannes à Caſtillo *d. cap. 179. num. 7. & 8.*

Exceptio autem, ſeu limitatio iſta, quando con- 49
ditio excluſiua appoſita eſt in perſonam, firmat regulam in contrarium, ad hoc vt in cæteris caſibus ſucceſſor in maioratibus incompatibilibus habeat optionem,

Digitized by Google

optionem, ſeu electionem, poſtquam delata fuerit ſucceſſio eorum: ideoque requiſitus, intra tempus ei aſſignatum debet eligere: ſin verò non eligat intra illud tempus, in eius contumeliam habebitur pro electo, ſeu renuntiato maioratu vno ex incompatibilibus, quem aduerſarius maluerit, & mittetur in poſſeſſionem cum fructibus à die delatæ ſucceſſionis ſecundi maioratus, ſiue vltimi vacantis; quia ab illo die, vltimi vacantis maioratus tranſlata fuit poſſeſſio ciuilis,& naturalis ex miniſterio *legis 45. Tauri*: nam per electionem vnius maioratus incompatibilis, vacat eo ipſo alter maioratus: vt probat eleganter Dom. Paz *de Tenuta, tom. 1. cap. 34. num. 26. & 27.* ita ſic: *Si poſſeſſor ergo maioratus admiſit aliud primogenium incompatibile cum eo, quod poſſidebat, eo ipſo vacabit primum, quod obtinebat: argument. textus. in cap. de multa, de prebendis: Clement. ſi plures. eod. tit. Et ſic, cum vacante primogenio poſſeſſio vacare non poſſit, quia continuari debet, neceſſario ſequitur transfundi in ſequentem in gradu, vi, & miniſterio dicta leg. 45. Tauri, & tenuta locum eſſe, & hoc caſu non eſſe expectandam mortem naturalem, ſed vacationem ipſius maioratus ſtatim induci: Ex Gloſſa recepta in cap. ſi propter, verb. vacabunt de Reſcript. in 6. cap. cupientes, verb. vacantib. de elect. in 6. cap. quia ſæpè, verb. vacat, de prebend. lib. 6. cap. 1. verb. renuntiet, de Renuntiat. in 6. Ex quibus, appellatione vacationis, venit omnis vacatio, ſiue per mortem, vel renuntiationem, ſeu per incompatibilitatem, conditionem, vel aliam cauſam.*

Iam ergo dicendum eſt, quod licèt in hac noſtra propoſita quæſtione non habeat locum deciſio textus *in dict. Clement. Gratia*, quoad maioratus, ſiue per diſpoſitionem hominis, ſiue legis incompatibiles, nam iudicari, & reſolui debet per iura antiqua Canonica; & ſic ſucceſſor in maioratibus incompatibilibus per aſſecutionem vnius non vacat alter ipſo iure, nec ei renuntiaſſe videtur, ſed neceſſe eſt quod eligat, & quod detur ei tempus ad optandum, atque eligendum, quem maluerit.

50 Attamen limitationes ſuprà traditæ, & omnia alia iura ad *dictam Clementin. Gratia*, habebunt locum: ſi nimirum ſucceſſor non ſit in pacifica poſſeſſione, ſed ſuper aliquo ex duobus incompatibilibus maioratibus mota fuerit lis; nam lite pendente minimè tenetur optare, & alterum dimittere, vel quamdiu non poſſit eius fructus conſequi: rationes enim & omnia iura, quæ ad comprobationem limitationum *dicta Clement. Gratia*, ſuprà ſunt allegata, militant in hoc caſu: ideo cum dictis omnibus limitationibus intelligenda eſt ſolutio huius quæſtionis. Ex quibus ea, atque hoc Caput abſoluitur ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei Deiparæque Virginis Mariæ.

CAPVT V.

De Incompatibilitate in iure Canonico; ad ornatum & declarationem Clem. Exiui de paradiſo, §. quia igitur: de verb. ſignif.

SVMMARIVM.

1 Clementina, Exiui de Paradiſo, §. quia igitur: de verb. ſignif. *in qua materia incompatibilitatis continetur, refertur ad litteram, & alia iura concordantia, & n. 2.*

3 *Doctores, qui explicant* dictam Clem. Exiui de *Paradiſo, §. quia igitur:* referuntur.

4 *Fratres Minoris Ordinis Diui Franciſci ſunt incapaces proprietatis omnium rerum mobilium & immobilium, iurium, & actionum.*

5 *Fratres Minores in his, quæ conſumuntur per eſum, & potum habent tam vſum Iuris, quam facti.*

6 *Eccleſia Romana acquiritur dominium mobilium, quæ vſu non conſumuntur, quorum vſus neceſſarius eſt Fratribus Minoribus.*

Et refertur caſus notabilis traditus à Patre Nauarro, n. 7.

8 *Ingreſſus Religionem Fratrum Minorum habetur pro mortuo: & ante ingreſſum poteſt pro eleemoſyna aliquid concedere Religioni Diui Franciſci, & de aliis diſponere bonis, obſeruando id quod diſpoſitum eſt in Concilio Tridentino.*

9 *Bona profeſſi in Ordine Minorum, non condito per eum teſtamento, veluti hæreditas iacens, pertinent ad venientes ab inteſtato.*

10 *Fratres Minores, quia incapaces ſunt omnis ſucceſſionis, non faciunt deficere conditionem ad impediendum ſubſtitutum ſub conditione, ſi* ſine liberis, *expreſſa, vel tacita.*

11 *Relictum alicui, poſt mortem alicuius qui profeſſus ſit religionem Ordinis Minorum, ſtatim debetur, non expectata eius morte naturali.*

12 *Profeſſus in Ordine Minorum non ſuccedit ab inteſtato, ſibi propinquitate coniunctis, nec Monaſterium ex illius perſona; vnde hæreditas vadit ad eos, ad quos pertineret ſi ille non eſſet in mundo.*

13 *Fratres Minores ſunt incapaces hæreditatum, etiam ex teſtamento, & hæreditas tunc vadit ad ſubſtitutum, ſi extat; aliàs ad venientes ab inteſtato: quia ea inſtitutio eſt pro non ſcripta.*

14 *Minoribus Ordinis Diui Franciſci relicta non valent, etiam quoad æſtimationem.*

15 *Legata particularia facta Minoribus D. Franciſci, quæ mendicitatem tollunt, de pecuniis, & rebus mobilibus, vel etiam de bonis immobilibus, eo adiecto, vt vendantur, & eorum pretium diſtribuatur in vſus neceſſarios ipſorum, non valent.*

16 *Fratres Minores ſunt incapaces ſtandi in iudicio pro perſequendis rebus ſibi donatis vel relictis per vltimam voluntatem.*

17 *Fratres Minores ſunt capaces Dignitatum Eccleſiaſticarum: ideo promoueri poſſunt ad Epiſcopatum & Cardinalatum, non tamen ſunt capaces bonorum.*

18 *Fratres Minores Sancti Antonij de Padua, ex Regula priuilegiata, ſunt capaces bonorum.*

19 *Mendicantes veluti Fratres Prædicantes, Eremitarij, & Carmelita, licèt non ſint capaces bonorum nec in proprio, nec in communi, vt illa retineant, ſunt tamen capaces pretij, & æſtimationis, vt conuertantur in vſus ſuos: atque ideo relicta eis facta non ſunt inualida.*

20 *Monaſteria incapacia ſucceſſionis referuntur remiſſiuè.*

21 *Fratres, qui debent participare priuilegia Mendicantium, & litigare cum papyro pauperum ſecundum Regiam ſanctionem* del papel ſellado, *referuntur, & n.22.*

23 Clementina, Exiui de Paradiſo, *diſcutitur, & Conclnſiones, quæ deduci poſſunt ab ea, referuntur cum Ampliationibus, & Limitationibus quamplurimis, quas Lector curioſus videre poteſt: quia ſpeciales & practicabiles ſunt, à n.23. vſque ad n.60.*

61 *Maioratus ſucceſſio eſt incompatibilis apud Fratres Minoris Ordinis Diui Franciſci, ſed omnes aliæ Religiones capaces ſunt Maioratuum in Communi, & ſucceſſio maioratus, non eſt incompatibilis cum eorum Regulis & n.62*

63 *Et comprehenduntur etiam Moniales S. Claræ, quæ ſunt etiam capaces in Communi.*

Et redditur ratio quare Moniales Sanctæ Claræ ſint capaces in communi? n.64.

65 *Monachi perſona mediante, cæteræ Religiones, præter fratres Minores ſunt capaces ad ſuccedendum in Maioratibus, Vinculis, ſeu Patronatibus, & in aliis, de quibus hic.*

66 *Monaſterium ſuccedit ex perſona Monachi, in Religione capaci, etiamſi Nouitij renuntiauerint intra duos menſes, & renuntiatio ſit per verba ampliſſima & generalia, dummodo non ſit expreſſè renuntiata ſucceſſio maioratus in fauorem alicuius expreſſè vocati ab inſtitutore, & n.67.*

68 *Incompatibilis quando dicatur ſucceſſio apud Monachos tam ex diſpoſitione expreſſa hominis, quam tacita, ſeu coniecturata, vel ex diſpoſitione legis, & n.69. & 70.*

71 *Maioratus inſtitutor in diſpoſitione ſua, poteſt prohibere ne ſuccedat Monaſterium, vel Clericus: & redduntur ratione: decidendi.*

72 *Incompatibilis erit ſucceſſio maioratus apud Monachos, & Clericos ex præſumpta & coniecturata mente inſtitutoris elicita ex diſpoſitione hominis: & redduntur rationes decidendi, n.73. & 74.*

75 *Monaſterium, an ex tacita voluntate inſtitutoris, & diſpoſitione hominis cenſeatur excluſus à ſucceſſione maioratus, quis ſit inſtitutus ad hoc vt bona conſeruentur in familia & memoria Teſtatoris, & vbi ſunt vocati Agnati? reſoluitur cum plurimis diſtinctionibus, & declarationibus, quæ ad longum videri poſſunt à num.75. vſque ad 91.*

92 *Monaſterium ex coniecturata mente defuncti non ſuccedit in maioratu, quando excluſa eſt fœmina ob conſeruationem familiæ.*

93 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando in maioratu vocatus eſt ſucceſſor ſub conditione deferendi nomen & Arma.*

94 *Monaſterium an excludat ſubſtitutum in ſucceſſione maioratus habentis annexam iuriſdictionem? diſputatur, & reſoluitur pro parte affirmatiua, cum quadam diſtinctione & declaratione, & n.95. & 96.*

97 *Monaſterium an excludat ſubſtitutum in ſucceſſione maioratus habentis dignitatem Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus? Reſoluitur pro parte Affirmatiua, cum declaratione, & & quadam limitatione, & n.98.99.100.101. & 103.*

Idem in ſucceſſione apud Regulares, & Milites Hieroſolymitanos del Orden de Señor San Iuan: *cum ſint verè Religioſi? n.102.*

103 *Officia vendibilia, perpetua, vel renuntiabilia, & Militia ſunt incompatibilia apud Religioſos & Monaſteria, cum prohibitum ſit eis exercere negotia ſecularia etiam per interpoſitam perſonam, ſeu ſubſtitutum, niſi quoad pretium traduntur quamplurima fundamenta, & plures rationes de materia, à n.104. vſque ad n.113.114.115.116. & 117.*

118 *Princeps poteſt prohibere, ne Monaſteria, Clerici, vel Religioſi poſſint ſuccedere in officiis publicis: & redditur ratio, ibid. & 119.*

ARGVMENTVM.

Ad *Clementinam, Exiui de Paradiſo, § quia igitur in ſucceſſionibus*, maximè *in verſ. at huiuſmodi redditus obtinere, paupertati & mendicitati repugnet, &c. de verbor ſignif.* Vbi ex deciſione Canonica etiam antea edita *in cap.3. § Porro: de verb ſignif. in 6.* incompatibilis exiſtit omnis ſucceſſio apud Religioſos Fratres Minores.

Exinde agitur de incompatibilitate ſucceſſionis in vinculo, maioratu, vel patronatu de agnatione, vel dignitatem aut iuriſdictionem habente, apud Monachos & Moniales, ac eorum Monaſteria: & quando eeſſet apud eos incompatibilitas ad hoc vt ſuccedere valeant? Et quid de Officiis publicis, vel dignitatibus ſæcularibus iuriſdictionem annexam habentibus: vel quando Monaſterium eſt ſubſtitutum in defectum deſcendentium, vel conſanguineorum? Et an Princeps prohibere poſſit Eeeleſiaſticis perſonis ſucceſſionem in dictis Officiis?

SANCTISSIMVS egregiúſque Pater 1
Clemens V. magna eruditione oſtendit ad hanc noſtram materiam incompatibilitatis de iure Canonico, omnem ſucceſſionem bonorum, eorúmque pretium, ſeu pecuniam inde redactam, & earum rerum vſum, tam in ſpeciali, quàm in communi, incompatibilem eſſe apud Fratres Minoris Ordinis Diui Franciſci, cùm talis proprietas & vſus repugnet mendicitati ac paupertati, quàm ſtrictè profitentur; dum *in Clementina, Exiui de Paradiſo, in §. quia igitur in ſucceſſionibus, de verbor. ſignific.* ita dicit.

Quia igitur in ſucceſſionibus tranſit non ſolum vſus rei, ſed & dominium ſuo tempore in heredes: Fratres autem præfati nihil ſibi in ſpeciali adquirere, vel eorum Ordini poſſunt, etiam in Communi: declarando, dicimus, quod ſucceſſionum huiuſmodi, quæ etiam ex ſui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia, & immobilia ſe extendunt (conſiderata ſui puritate voti) nullatenus ſunt capaces: Nec licet eis valorem hereditatum talium, vel tantam earum partem, quòd præſumi poſſet hoc in fraudem fieri, quaſi ſub modo & forma legati ſibi dimitti facere: vel ſic dimiſſa recipere: quin potius,

Digitized by Google

potius, iſta ſic fieri ab ipſis ſimpliciter prohibemus. Cúmque annui redditus inter immobilia cenſeantur à iure, ac huiuſmodi redditus obtinere, paupertati & mendicitati repugnet, nulla dubitatio eſt, quod prædictis Fratribus redditus quoſcunque, ſicut & poſſeſſiones, vel earum etiam vſum (cùm eis non reperiatur conceſſus) recipere vel habere (conditione conſiderata ipſorum non licet. Ampliùs cùm non ſolum, quod malum eſſe dignoſcitur; ſed & omne quod ſpeciem habet mali, ſit à viris perfectis ſpecialiter euitandum, &c.

2 Idem antè conſtitutum fuerat à ſanctitate Nicolai III. *in cap. Exiit qui ſeminat: de verb. ſignific. in 6.* vbi ingenuè declarauit Regulam Diui Franciſci: & poſt eos Summus Pontifex Ioannes XXII. *in Exerauag. Ad conditorem, de verb. ſignificat.* ac poſtremo Concilium Tridentinum, *de Regularibus, ſeſſ. 25. cap. 3.* ibi: *Exceptis domibus Fratrum Sancti Franciſci Capucinorum, & eorum qui Minores de obſeruantia vocantur.*

3 Ad explicationem autem *dictæ Clementinæ, Exiui de Paradiſo, de verb. ſignificat.* videndi ſunt Bart. *in tract. Minoricarum*, Bald. *in auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ.* vbi etiam alij Doctores, & Canoniſtæ *in cap. in præſentia, de probat.* Abb. *in cap. nimis praua: de exceſſ. Prælat.* Decius *conſ. 499.* Alexand. *conſ. 88. lib. 2.* Dominicus de ſancto Geminiano *conſ. 40.* Nicolaus de Vbaldis *de ſucceſſionib. ab inteſt. in principio, à num. 1.* Aluarus Pelargus, *lib. 2. de planta Eccleſia*, maximè *in artic. 55. 56. 64. 65. & 67.* Nicolaus Boërius *de vita & ſtatu Eremitarum, num. 9.* Petrus Belluga *in ſpeculo Princip. Rubric. 16. §. vnic.* Petrus Dueñas alios referens *in regula 381.* Anton. Gabriel *lib. 4. tit. de hæred. inſtit. concl. 1. & tit. de legat. concl. 1.* Michaël. Craſſ. *receptar. ſent. in §. hæreditas, quæſt. 8.* Queſada *diuerſ. quæſtionum, cap. 22.* Pat. Manuel Rodriguez *de Regularibus, tom. 1. quæſt. 78. art. 5. & quæſt. 127. art. 5. & tom. 2. quæſt. 126. art. 4.* Marc. Anton. Peregrin. *de Iure fiſci, lib. 3. tit. 14. per totum*, Pat. Henriquez à Villalobos *in ſumma, tom. 2. tract. 35. difficult. 33.* & integrum Tractatum edidit Pat. Franciſcus Luengo *ſuper Regula Fratrum Minorum*, maximè *in cap. 6. controuerſ. 18.* vbi per ſectiones explicat cum magna eruditione, & ad praxim, *dict. noſtram Clement. Exiui, de Paradiſo:* ad cuius interpretationem hæ concluſiones deducuntur.

4 Prima concluſio eſt, quod Fratres Minores, ſunt incapaces proprietatis, & dominij omnium rerum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum.

5 Secunda. Fratres Minores, in his, quæ conſumuntur per eſum, & potum habent vſum iuris, nedum facti, qui etiam pro ſui natura conſiderari nequit vti ſeparatus à proprietate pecuniarum: tamen vſus, ac contractus penitus illis interdicitur.

6 Tertia Concluſio. Mobilium, quæ vſu non conſumuntur, quorum vſus neceſſarius eſt Fratribus Minoribus, dominium acquiritur Eccleſiæ Romanæ, ſolo vſu facti ipſis Fratribus reſeruato.

7 Per hanc Concluſionem deſumptam ex ſenſu *d. Clem. Exiui, §. proinde, & in cap. Exiit qui ſeminat, §. ad hæc: de verb. ſignificat. in 6.* Reſpondit Nauarr. *lib 3. de Regularib. conſ. 76.* incipit, *Quidam frater Minor, apoſtata, in ſæculari habitu contrahendo quæſiuit aliqua iura & obligationes paſſiuas & actiuas; ita quod fuit factus multorum creditor: Et reuerſus ad ſuam Religionem*, &c. quod Eccleſiæ Romanæ, ſeu Romano Pontifici acquiſita fuerunt omnia bona atque debita, quæ acquiſiuit Religioſus Ordinis Minorum Diui Franciſci, tempore quo fuit apoſtata; & in habitu ſeculari tanquam laicus negotiationibus, & rebus ſæcularibus ſe immiſcuit.

Quarta Concluſio. Ingreſſus Religionem fratrum Minorum, quoad bona, habetur pro mortuo: Ideoque ante profeſſionem de eis poteſt diſponere & teſtari, ac pro eleemoſyna ſub competenti moderatione poteſt aliquid relinquere ipſis Fratribus prout quilibet alius. 8

Quinta Concluſio. Bona profeſſi in Ordine Minorum, non condito per eum teſtamento, veluti hæreditas iacens, pertinent ad venientes ab inteſtato. 9

Sexta Concluſio. Fratres Minores, quia incapaces ſunt omnis proprietatis & ſucceſſionis, non faciunt deficere conditionem ad impediendum ſubſtitutum ſub conditione, *ſi ſine liberis*, expreſſa, vel tacita: Quam comprobat Bart. *in l. filiusfamilias, §. cum quis, ff. de leg. 1.* Bald. *in l. cum acutiſſimi, in fin. C. de fideicomm.* 10

Septima Concluſio. Relictum poſt mortem alicuius, qui profeſſus ſit Religionem Fratrum Minorum, ſtatim debetur, non expectata eius morte naturali: Bart. & Bald. *in l. cum Pater, §. hæreditatem, ff. de legat.* Alex. *conſ. 13. lib. 3.* 11

Octaua concluſio. Profeſſus Ordinem Minorum, non ſuccedit ab inteſtato ſibi coniunctis, nec Monaſterium ex illius perſona, vnde hæreditas vadit ad eos, ad qoos pertineret ſi ille non eſſet in mundo. Et ſuper hanc concluſionem notat Bald. *in Auth. ingreſſi, in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & Albertus Brunus *de Statutis excludentibus fœminas, art. 12. q. 5.* quod in eo caſu profeſſus Ordinem Minorum, licèt maſculus non excludit filiam, ſtante ſtatuto excluſiuo. 12

Nona Concluſio. Fratres Minores ſunt incapaces hæreditatum, etiam ex teſtamento: & hæreditas tunc vadit ad ſubſtitutum, ſi extat; aliàs ad venientes ab inteſtato: quia eorum inſtitutio habetur pro non ſcripta. 13

Decima Concluſio. Relicta particularia de rebus immobilibus expreſſa cauſa illicita, (putà, *habeant & tollant*,) non valent etiam quoad hoc, vt æſtimatio debeatur Fratribus Minoribus, quibus relicta ſunt. 14

Vndecima Concluſio. Legata particularia, quæ mendicitatem tollant, de pecuniis, & rebus mobilibus, vel etiam de bonis immobilibus, eo adiecto, vt vendantur, & eorum pretium diſtribuatur in vſus neceſſarios ipſorum, non valent. 15

Duodecima Concluſio. Fratres Minores ſunt incapaces ſtandi in iudicio pro perſequendis rebus ſibi donatis, vel relictis per vltimam voluntatem: ideo ex officio Iudex compellit grauatos ad exequendum: *d. cap. ex iis, §. ita tamen, de verb. ſignif. in 6.* 16

Decimatertia Concluſio. Fratres Minores ſunt capaces Dignitatum, ideo promouentur ad Epiſcopatum, & Cardinalatum, *cap. nullus, de elect. in 6.* & Ioan. Andreas, *in dict. Clement. Exiui, verb. proinde:* non tamen ſic aſſumpti, ſunt capaces bonorum: quia nulla Dignitas liberat Monachum à ſubſtantialibus Religionis profeſſæ. 17

Decimaquarta Concluſio. Fratres Minores Conuentuales, ex Regula priuilegiata ſuot capaces bonorum in Communi, veluti Fratres Sancti Antonij Confeſſoris de Padua: ſic enim conſtat ex indultis Clement. IV. Sixti IV. & Alex. VI. 18

Decimaquinta Concluſio. Mendicantes, veluti Fratres Prædicantes, Eremitæ Auguſtiniani, & Carmelitæ, licèt non ſint capaces bonorum, nec in proprio, nec in communi, vt illa retineant; quia 19

hoc repugnaret Regulæ mendicitatis; ſunt tamen capaces pretij & æſtimationis, vt conuertantur in vſus ſuos: atque ideo relicta eis facta, non ſunt inualida, nec pro non ſcriptis habentur: Gloſſa & communiter Scriptores *in cap.*1.§.1.*verb.domum, de Relig.domib.in* 6. & notatur *in d. Clement.Exiui,de Paradiſo.* Bald. *conſ.*454.*lib.*4. *& conſ.*481 *lib.*5.

Attamen aduertendum eſt, quod Monaſteria in-
20 capacia omnis ſucceſſionis ſunt illa omnia, quæ latè refert Ioſephus Ruſtic. *in l.cum auus,lib.*5.*cap.*3. *&* 4. Et de Carmelitis Lupus *allegat.*44. vbi etiam eius Additionator Mandoſ. & de Religione Ieſuitarum, Menochius *conſil.*1014. Mandoſius *de priuilegiis ad inſtar: gloſſ.*11. *num.* 18. Hieronymus Gabriel. *conſil.*28. *lib.*1. Pater Molina *de iuſtit.& iur. tract.*2.*diſput.*139. Panciroluſ *conſil.*214. Vincent. Fuſarius, *conſ.*85. *& in tract.de fideicommiſſ.ſubſtit. quaeſt.*30.*n.*22. vbi remiſſiuè omnes eos allegat.

Aduertit præterea Auguſtinus à Barboſ. *appellat.*147.*verb.Mendicantes,* & ex aliis ab eo relatis, quod Mendicantium appellatione de iure communi, & antiquo veniunt Prædicatores, Minores, Eremitæ Sancti Auguſtini, & Carmelitæ: & quod ex particularibus priuilegiis inter Mendicantes adnumerantur Seruitæ, ſiue Serui Beatæ Mariæ, Minimi ſancti Franciſci de Paula: Ieſuati Congregationis ſancti Hieronymi: Patres Societatis Ieſu: Carmelitæ diſcalceati: Et omnes alij qui poſtea à Sede Apoſtolica inſtituti ſunt, ſeu approbati: omnes enim hi verè Mendicantes ſunt: ex Patre Thom.Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.*2. *lib.*6.*cap.*7. *num.*117. tenet Barboſ. *loc. cit. num.*9. Et *n.*14. idem ipſe Bar-
21 boſ. *dict. appellatione* 147.refert participantes priuilegia Mendicantium, cum mentione Bullarum, & omnium, quæ à diuerſis Pontificibus conceſſa ſunt atque conſtituta in hac materia.

22 Ad praxim hic adnotandum ſuper Pragmatica *del papel ſellado*, hodie *l.*44.*tit.*25.*lib.*4.*Recopilationis*, quod Mendicantes ſuprà relati, & participantes priuilegia Mendicantium admittuntur ad negotia, & in foro contentioſo ſecularium, *con papel ſellado de pobres,* aliàs dicimus *papel de Officio.*

23 Redeundo iam ad Concluſiones, quæ notantur *in dict. Clement. Exiui de Paradiſo*; ad eas, & earum veram intelligentiam addas nouem Ampliationes traditas & eleganter comprobatas per Petrum Dueñas *in dict.Reg.*181.

24 Prima Ampliatio eſt, vt procedat in fideicommiſſo vniuerſali: nam relinqui non valet Fratribus Minoribus, eo quod ſuccedit loco hæreditatis: vt *in l.filiusfamilias,* §.1.*ff. quod cum eo: & in l.*1. §.*Codicillis,* & *ibi* Bart. *ff.ad Trebell.*

25 Secunda Ampliatio: vt non poſſit eis relinqui locus ad conſtruendum nouum Monaſterium, in quo Fratres Minores commorentur, & relinquatur pecunia ad conſtructionem, nam tale relictum omnino eſt inutile, quia prohibetur dictis Fratribus noua loca acquirere: *cap.vnic.de exceſſib.Prælatorum,lib.*6.

26 Tertia eſt, vt diſpoſitio *dict.Clementinæ*, habeat locum etiam in hæreditatibus Parentum: nam Parentibus ſuccedere non poſſunt; cùm hæc Regula generaliter loquatur in ſucceſſione quacunque; & quorumcunque bonorum ipſi ſint incapaces.

27 Quarta, vt neque beneficia Eccleſiaſtica habere poſſint: *Clement.vt profeſſores,de Regularib.*

28 Quinta: quod nec naturaliter eis relictum debeatur; ita vt hæredes in foro conſcientiæ licitè poſſint illud retinere; Bart.*in tract.Minor.lib.*1.*diſtinct.*1.*cap.*3.*per tot.*

Sexta, non poſſunt eſſe executores Teſtamentorum, prout deciſum extat *in dict. Clement.Exiui de Paradiſo,* §.*proinde, &* §.*verum.* 29

Super hanc autem Ampliationem Doctores aliquas excitant quæſtiones vtiles atque quotidianas, nempe; an fratres Minoritæ poſſint eſſe Commiſſarij ad eligendum, ſeu nominandum ſucceſſorem in maioratu, vinculo, ſeu Patronatu, vel ad eligendos Pauperes, quibus ipſimet eleemoſynas diſtribuant? Et an Executor teſtamentarius, Commiſſarius, vel Patronatus, qui executionem præſtare debet cum conſilio fratris Minoris, vel P. Guardiani, teneatur eum requirere, eiúſque conſilium ſequi, vel non? de quibus videndi ſunt Dom. Greg. Lopez *in l.*2. *verb.Frailes: verſ.Fratres tamen Minores, &c. tit.*10.*part.*6. Matienzo *in l.*5.*gloſſ.*8.*tit.*4. *lib.*5. *Recopilat.* Iacobus à Canibus *in tract. de Executoribus vltimar.volunt.particula* 1. *à num.*39. Pater Eman. Rodriguez *in quæſtionibus Regular. quaeſt.*70. *art.*2. Angulo de Meliorationibus *in l.*3. *gloſſ.*4.*num.*8. & cum aliis Carpio *de Executorib. & Commiſſariis teſtam.lib.*1.*c.*5. *à n.*61. *cum ſeqq.* & Stephanus Gratianus *cap.*122. *à num.*26. *& in num.*27. *verſ. quod Executor, qui debet exequi cum Conſilio Guardiani, non tenetur ſequi conſilium illius; quod eſt veriſſimum, quamuis teneatur ipſum requirere.* Butrius *in cap. cum olim, num.*7. *in* 6. *notabili, de Arbitris.* Abbas *in cap.cum veteri* 5 2.*n.*12.*de electione: prout regulariter in actibus qui debent expediri cum conſilio alicuius, ille eſt requirendus, & debito tempore expectandus, ita vt actus ſit nullus, eodem conſilio non petito: Gloſſ. in l.*1. §. *ſi plures verb. imputauit, ff.de exercitor.act.cum diſtinctionibus, de quibus ibi per Bart. Paulum de Caſtro, & per Felinum in cap. ex patre, in principio, de Conſtitut.* 30

Vnde infero, quod in hoc caſu conſilium fratris Minoris, & Guardiani erit conſultiuum, non autem deciſiuum; ſiquidem illud non tenetur ſequi Executor, ſeu Commiſſarius. 31

Septima Ampliatio, quod etiam annui redditus adquirere fratres Minores non poſſunt, cùm inter immobilia cenſeantur: *dict. Clement. Exiui de Paradiſo,* §.*cumque annui redditus*: ad idque videndus Hurtada *in l.*1.*tit.*2.*gloſſ.*17.*partit.*2. Auendañus *de Cenſib. cap.*115. *num.*49. Rodriguez *de annuis reddit.lib.*4.*num.*8. 32

Hanc autem Ampliationem declarat, ac limitat Gloſſ. *verb. cum annui redditus, in dict. Clementina, Exiui*: ex Federico *conſil.*112. *&* 113. ita ſic; *Concludit diſtinguendo, quod aut redditus annuus relinquitur ad certum vſum diuini cultus, putà vinum pro Sacrificio, frumentum pro Hoſtiis; & tunc Conuentus eſt capax, argumento de exceſſibus Prælator. cap.nimis, el* 1. *in fine,& teſtament.cap.fin.de ſepulturis: Clementina, dudum,* §. *verum: vbi dicit de Relictis Fratribus ad certos vſus Quartam deberi: & ſic præſupponit relinqui poſſe pro hoc; quia per hoc non tollitur mendicitas Fratrum.* 33

Aut redditus deputantur victui, vel veſtitui, vel indiſtinctè relinquitur, & ad modicum tempus; & Conuentus eſt capax,quia videtur vnum eſſe legatum cuius ſumma eſt diuiſa quoad ſolutionem, nec per hoc tollitur mendicitas, ſed ſubleuatur. 34

*Aut relinquitur ad tempus non modicum, & non valet: quia tunc computantur inter immobilia, vt hic: quæ diſtinctio eſt æqua. Et dic non modicum tempus eſſe decennium, vel vltra: vt notatur de rebus Eccleſiæ, non alienandis: Clem.*1.*gloſſ.fin. & bene facit illa Clem.ad prædicta: quia ibi locatio redditum ad modicum* 35

dicum

Digitized by Google

dicum tempus non prohibetur tanquam alienatio.

37 Sed hic non prætermittam aliam magiſtralem diſtinctionem traditam ex aliquibus Doctoribus à Pat. Henrico Villalobos *in ſumm. tom. 2. tract. 35. difficult.* 33. aut relictum Fratribus Minoribus eſt de annuis redditibus, aut de annuis eleemoſynis: in primo caſu incapax eſt Conuentus Fratrum Minorum: in ſecundo autem eſt capax. Ita equidem ſe habet ad ſolutionem difficultatis, quam ſupponit: *Si es contra el eſtado de los Frayles Menores el tener reditos annuales o memorias demiſas.*

38 *Para la intelligencia de eſta difficultad, ſe ha de aduertir que los reditos annuales pueden ſer en dos*
39 *maneras. Los vnos ſon Cenſos, o rentas, en tal manera, que el que los tiene, es Señor dellos, y los puede vender, y enajenar, y tomar cenſo ſobre ellos, que tiene lleno derecho a ellos, y es haçienda ſuya, y eſta manera de rentos ſe compara entre los bienes rayces: como lo dijo Clement. V. in Clement. Exiui: Y anſi el que tubiere eſtas rentas tendra proprio, y como tal podra cobrarlas pidiendolas por Iuſticia.*

40 *Otra manera ay de reditos annualos, que no ſon propriamente Rentas ni aun reditos annuales; ſinoque mas propriamente ſe llaman limoſnas annuales, que la perſona, que las ha de auer, no tiene en ellas ningun genero de Dominio: Y anſi ni las puede vender, ni enajenar, ni tomar cenſo ſobre ellas, que ſon meramente limoſnas; y aunque ſe dan de cada año: Como quando vno deja vna memoria, para que ſe de limoſna cada año para caſar tantas huerfanas, o ſe de tanta limoſna a los pobres, que en eſte caſo ninguna donzella mientras, no ſe lo aplica la limoſna, o la nombran para ella, no tiene accion, para pedirla por Iuſticia, ni los pobres pueden executar por ello; aunque qualquiera del pueblo y ellos como perſonas del podran implorar el officio del Iuez, y pedir mande ſe cumpla el teſtamento: o eſtas ſon limoſnas ſimples, y llanas que ſe hazen: y ſi bien ſe mira, el que eſta obligado a cumplir eſtas memorias, no eſta obligado a los pobres ſino al ſeñor de la haçienda, que fundo la memoria, y lo mando anſi como elque haze voto de dar vna limoſna cada dia que a Dios haze la obligacion de cumplir aquello, que no a los pobres. Y quando vn Obiſpo da al limoſnero tanta cantidad cada mes, o cada ſemana, para que de a los pobres limoſna, no tiene hecha obligacion a los pobres, ſino que la hizo al ſeñor a el punto que lo recibio en fauor de los pobres. Y veſe eſto claro, porque ſi antes que dieſſe la limoſna tomaſo el Obiſpo el dinero que para ello dio, no eſtara obligado el limoſnero a reſtituir nada pues lo dio al verdadero ſeñor.*

41 Vnde bene infert: quod Fratres Minores ſunt capaces de Anniuerſariis perpetuis eleemoſynaliter, ſiue per modum eleemoſynæ relictis pro Miſſis celebrandis, vel aliis piis operibus: dum in *num. 3.* ita inquit: *Lo ſegundo digo, que las limoſnas annuales que quedan declaradas en ninguna manera, ſon contra nueſtro eſtado, y lo miſmo es de las memorias de Miſſas. Anſi lo tienen San Buenauentura in Apolog. quæſt. 9. tom. 2. opuſc. pag. 431. Fr. Manuel Rodrig. de Regular. tom. 2. quæſt. 126. art. 4. Ouando ſuper Reg. oppoſit. 19. Miranda ſuper Reg. cap. 86. Y las admite la gloſa in Clement. Exiui, §. Cumque annui redditus: Y en nueſtras conſtituciones generales de Toledo, cap. 3. verſ. De los reditos.*

42 Sequitur eum Pater Franciſcus Luengo *ſuper Regula Fratrum Minorum, cap. 6. controuerſia 18. ſect. 3. à num. 25.* vbi pro *concluſione 3.* aſſerit, quod Anniuerſaria perpetua per modum eleemoſynæ licita ſunt: inferens pro ſua concluſione ita ſic: *Hinc ſi hæres iubeatur à teſtatore largiri Fratribus Minoribus quotannis certam pecuniæ quantitatem, aut certos cades vini, olei, &c. vt Sacra vel alia Diuina fiant pro teſtatore, etiam ad longum tempus, vel in perpetuum, licitè poſſunt huiuſmodi legatum Fratres Minores (vt dictum eſt) recipere; quippè non eſt contra eorum Statuta, vel Regulam.* Et allegat Didacum de Zea *in theſauro Terræ ſanctæ, lib. 2. par. 4. §. 3. & 4.* cum plurimis aliis, & Bullam Vrbani VIII. *in decret. Expone nobis. Dat. Romæ 27. Iuly, Anno Domini* 1637. vbi huiuſmodi legata perpetua, vt Regulæ non contraria approbauit.

Et quamuis *num. 26.* aduertat Pater Franciſcus 43
Luengo, quod repetere illa in iudicio tanquam redditus ſibi debitos non licet abſque diſpenſatione:
Attamen Pater Henricus de Villaſob. *dict. tract. 35.* 44
difficult. 33. hoc modificat ex conſtitutionibus Toletanis *dict. cap. 3.* ita ſic in *num. 3. Y para mayor ſeguridad, y que no ſeamos juzgados por tranſgreſſores de nueſtra Regla de los que no entienden nueſtro eſtado, ſe manda que quando aconteciere mandarſe algunos legados perpetuos a alguna Republica, Hoſpital, Caſa, o perſona con condicion que eſten obligados cada año, a dar a nueſtros Frayles alguna limoſna gracioſa, o por que digan Officios, O Miſſas: que el Guardian eſte obligado à hazer vna proteſtacion al que vbiere de cumplir la voluntad del teſtador en que diga que los Frayles no tienen ningun derecho por via de legado a la tal limoſna.*

Y la miſma proteſta manda, que ſe haga en los legados que ſe hazen a Fraylos particulares, y manda eſtrechamente, que no pueda el Syndico en ſu perſona recibir ningunos redditos annuales, y dicen (las dichas Conſtituciones generales de Toledo,) que no ſomos capaces de aceptar el legado, o manda, ſino es por via de limoſna ſimple, y llana: que de eſſa manera bien podemos. Y quando ſe hiziere la proteſta, ha ſe de aduertir alas perſonas, aquien ſe haze, que no obſtante ella, eſtan obligados en conciencia a la dicha limoſna, y ſe la puede manda pagar la Iuſticia: por que como no todos los ſeglares entienden eſto algunos creeran, que ſe pueden alçar con ello: y por eſta via muchos Conuentos Recoletos les dan los conſejos algunas limoſnas determinadas cada año, y los Señores Condes de Chinchon tienen ſeñalada cierta limoſna cada año, laqual junta deſpues en doçe años, es baſtante para hazer los Capitulos generales que ſe hazen en Eſpaña y el Hoſpital de Benauente da cierta limoſna para los Capitulos de eſta Prouincia. Y deſta manera tienen algunas Prouincias de Eſpaña de los Padres Recoletos perſonas que les haga la coſta de ſus Capitulos, y en algunos Conuentos, quien los de peſcado, azeyte, oleua. Y los Señores Duques de Alba hazen tambien ciertas limoſnas à el Conuento de aquella Villa, ſin laſquales en ninguna manera ſe pudiera ſuſtentar. Y deſta manera en otros Conuentos ay limoſnas de Miſſas, loqual en ninguna manera contradice a nueſtro eſtado. Mas los Religioſos no pueden pedir eſto en Iuizio como Actores, ſino ſolo podran implorar el officio del Iuez auiſandole como no ſe cumple la voluntad del teſtador como lo puede hazer qualquiera del lugar, y el Iuez tiene obligacion en conciencia a hazer ſe cumpla.

Sed hoc limitat in caſu, quo legatum annuum, 46
ſeu Anniuerſarium perpetuum per modum eleemoſynæ relictum, ita ſit pingue, ac tam magnæ quantitatis quod ex redditibus Conuentus non egeat

Digitized by Google

mendicare, & poſſit ſuſtentari abſque vlla alia eleemoſyna: Pater Enricus Villalobos *dict. tom. 2. tract. 35. difficult. 33. num. 4.* ibi: *Mas ſea de aduertir que no ſe pueden admitir legados en eſta forma, en tanta cantidad, que puedan viuir los Conuentes ſin pedir limoſna; porque es, o ſeria contra nueſtro eſtado, que ſegun nueſtra Regla eſtamos obligados a viuir de limoſna, y mendigande: loqual ceſſaria ſi obieſſe eſtas limoſnas tan grandes, que no fueſſe meneſter pedir, o mendigar.*

47 Octaua Ampliatio. Quod procedat non ſolùm reſpectu proprietatis & dominij, ſed etiam reſpectu æſtimationis; vt bona non poſſint vendi, & capere æſtimationem ipſorum: *dict. Clement. Exiui de Paradiſo, §. cupientes: & verſ. ne liceat eis.*

48 Quam ampliationem declarat Petr. Duenas *in dict. Reg. 381. num. 8.* dum dicit: *Vlterius non obſtat ſi dicatur, hoc debere intelligi, quando æſtimatio eſſet magna, & tanta, quæ induceret fraudis ſuſpicionem; ſecùs autem ſi eſſet modica, taliter quòd ceſſaret fraudis ſuſpicio, quia tunc liceret illam modicam æſtimationem habere: per text. in dict. Clement. Exiui, §. cupientes, in dict. verſ. ne liceat eis. Nam procederet obiectio, quando per viam legati eſſet relictum modicum, vt in illa litera dixit; ſecùs autem, quando ſumus in caſu inteſtati; quia tunc etiam modicum non poteſt capi, ſiue illud modicum conſtet in proprietate, ſiue in æſtimatione.*

49 Sed meo videri, meliùs declarat hanc diſtinctionem, & rationem differentiæ, Gloſſ. *verb. Proinde, verſ. ſecundo quæro in eo quod dixi in 3. notabili, quod Fratres non ſunt capaces ſucceſſionum, an hoc ſit indiſtinctè verum, &c. in dict. Clement. Exiui, §. quia igitur in ſucceſſionibus,* vbi videas omninò ſi vis verum intellectum *huius Clementinæ* percipere: & Antonium Gabriel. *lib. 4. tit. de hæred. inſtit. concl. 1. & tit. de legat. concluſ. 1.* Michaëlem Craſſum *recept. in §. hæreditas, concl.* 8. Queſada *diuerſar. quæſt. cap. 22.* Angelum Matheac. *de legat. & fideic. cap. 2. num. 14.*

50 Nona Ampliatio. Quod procedit etiam ſi Monachus Minorita promoueatur ad Epiſcopalem dignitatem, prout de iure poteſt promoueri: *cap. quorundam, de elect. lib. 6.* Nam per talem promotionem non efficitur capax, ſecundùm Gloſſ. *in dict. cap. quorundam, verb. Mendicantium.* Ratio eſt, quia licet efficiatur Epiſcopus, adhuc eſt de Ordine Mendicantium, & dignitas ſuperueniens non liberat Fratres Minores à continentia, & voto paupertatis, nec ab habitu: ſed ſolùm ab obſeruantia debita Prælatis ſuis: vt latè probat *num.* 9. vbi eſt videndus.

51 Hactenus de Ampliationibus. Iam ergo de *limitationibus*, ſi quas habet *dict. Clement. Exiui de Paradiſo*, liceat nobis agere. Et in primis Petrus Duenas *in dict. Regula* 381. limitat, quando aliquid eſt Fratribus Minoribus relictum pro alimentis: Ioann. Petrus Surd. *de Aliment. priuileg. 7. num. 4. verſ. Et ideo inquit Bart. in l. ſeruo alieno, §. 1. quod & ſi Fratres Minores Ordinis S. Franciſci non poſſunt eſſe in iudicio pro quauis cauſa, Clem. Exiui: de verb. ſignif. tamen valet relictum eis factum in cauſa alimentorum, & officio Iudicis coguntur hæredes ea præſtare, licèt Fratribus non detur actio vt petant. Idem dicit in l. ciuitat. num. 5. de legat. 1. & in tractatu Minoricarum, lib. 2. diſtinct. 7. cap. 3. num. 4.* Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. vtrum, num. 12.*

52 Quod verum eſt inquit Petrus Dueñas *in dict. Reg. 381. limit. 1.* niſi eſſet annuus redditus: quia habet aliquid proprietatis; nam tunc cùm capere non poſſint proprietatem, capaces non erunt dictorum redditurum etiam per viam alimentorum relictorum: prout colligitur *ex dict. Clem. Exiui, §. rurſus:* Bart. & Bald. in *l. legatum, ff. de capit. diminut.* Fulgoſ. *conſ.* 104. Froilus Matiencius *in tract. Oblationum, part. 3. num. 4.* Queſad. *diuerſ. quæſt. cap. 22. à num.* 8. cum aliis.

Sed hanc limitationem intelligas cum omnibus ſuis declarationibus, & conditionibus traditis à Pat. Enrico Villalobos *tom. 2. dict. tract. 35. difficult. 33. n. 3. & 4.* relato ad literam *vbi ſuprà.* Et ſic teſtificor, quod Guardianus & Fratres Ordinis Diui Franciſci Conuentuales in Regali Monaſterio oppidi *de la Zubia*, ſub vocatione de *San Luis*, adire noluerunt, imò ſolemniter iterum atque iterum repudiauerunt quoddam legatum annuum pro alimentis in titulum alimentorum eis in perpetuum, relictum à Domina Maria Moreno Ponce de Leon, impoſitum ſuper fundo, quem ego emi in publica ſubhaſtatione in concurſu creditorum, cum grauamine certi annui redditus redimibilis, ad id deſignati, quem retinent Patroni, qui in eandemmet eleemoſynam eiſdem Religioſis & operibus piis diſtribuunt. Quem fundum hodie poſſidet D. Melchior Alphonſus de Roxas Authoris primogenitus iure maioratus, cum aliis bonis in præfato oppido contentis. 53

Secundò limita in legato ſingulari, Fratri relicto, ſi de licentia Superioris, & facta proteſtatione, & humiliter atque eleemoſynaliter recipiat, & nullum ius aut ciuilem actionem ex eo prætendat: prout colligitur ex *Statutis generalibus Toleti, anno Domini 1583. de obſeruantia paupertatis, §. de redditibus annuis, num.* 5. Pat. Emanuël Rodriguez *de Regular. tom. 3. quæſt. 67. art.* 8. & cum Patre Thom. Sanchez, & Pat. Enrico Villalobos, ita tenet Pater Franciſcus Luengo *ſuper Reg. Fratrum Minorum, cap. 7. controuerſ. 18. ſect. 3. n. 47.* 54

Tertiò limitatur in legato annuo relicto pro ornamentis, cera, vino, & oleo, & aliis ad Sacriſtiam & Eccleſiam Conuentus neceſſariis, vel ad ædificia Eccleſiæ, vel Conuentus: Gloſſ. *verſ. Cumque annuis, in dict. Clem. Exiui.* Federic. de Senis *conſ.* 112. Corduba *ſuper Reg. cap. 6. quæſt. 11. §. tertius punctus:* Frater Emanuël Rodriguez *de Regular. tom. 1. quæſt. 78. art. 5.* & alij, quos refert Pat. Villalobos *dict. tom. 2. tract. 35. difficult. 33. n. 6.* & 7. Sed Pater Enricus de Villalobos *dict. tract. 35. difficult. 33. num. pen. & fin.* aſſerit, quod hæc opinio non eſt in vſu, & eam reprobat, & quod non eſt admittenda niſi relinquatur per modum ſimplicis eleemoſynæ. 55

Quartò limitatur, quando ex priuilegio Apoſtolico efficitur capax: quia tunc talis Monachus liberatus ab obſeruatione Regulæ, & Ordine, authoritate Summi Pontificis, ius ſuccedendi recuperat, eò quia cenſetur conſtitutus in ſtatu in quo erat ante ingreſſum: Bart. *in tract. Minoricar. lib. 4. diſt. 3. num.* 10. Felinus *in cap. in præſentia, n. 52. in fin. de probat.* 56

Quintò limita, quando iſti Fratres Minores recipiunt & retinent hæreditates nomine Romanæ Eccleſiæ: & ita tenet Bertrandus, per quandam Bullam Clementis & Sixti IV. *conſ. 166. num. 2. vol. 2.* Quæ limitatio olim procedebat per textum in *dict. Clement. Exiui, §. proinde:* ita etiam tenet per illum textum Petrus de Vbaldis *in tract. de Canonica Epiſcop.* 57

Digitized by Google

Epiſcop. & Parochiali , quæſt. 14. num. 46.

58 Sexta & vltima limitatio eſt , quando aliquid recipiunt ab ingredientibus eorum Religionem ; quia ab eis poſſunt recipere per modum eleemoſynæ, dum tamen quantitas bonorum non ſit talis , vt poſſit præſumi quod hæc donatio in fraudem fiat *d. Clem. Exiui de Paradiſo, §. Cæterum.*

59 Verùm Petrus Dueñas *in Regul. 381. limit.* 4. hanc limitationem intelligit veram ex *ſupra dicto textu* , de receptione rei , quæ ſit propter neceſſitatem inſtantem ; vt quia tempore ingreſſus , Monaſterium egeat pane, vino , ornamentis Eccleſiæ , & aliis neceſſariis ; quia illud non repugnat mendicitati : non tamen permittit *ibi* textus , quod annuum redditum poſſit ſuper ipſorum bonis recipere , cum hoc repugnet eorum ſtatui , & expreſsè prohibitum ſit in *dict. Clem. Exiui.* Et ita expreſsè illum textum intelligit Dominicus de S. Geminiano *conſ.* 40. *num.* 10.

60 Ex his omnibus Declarationibus , Ampliationibus, atque Limitationibus, ex aperto colligitur, quod Fratres Minores incapaces non ſunt quarumcunque eleemoſynarum , obuentionum, & oblationum; etiam pro ſepulturis , & funeralibus , quando aliqui in Conuentu, ſeu Eccleſia eorum ſepeliuntur, reſeruata tamen impenſarum quarta parte Eccleſiæ Parochiali. Ita fuit iudicatum in fauorem Conuentus Fratrum Minorum *de San Luis el Real Oppidi de la Zubia* , contra Parochialem Eccleſiam & eius Beneficiatos , qui *Ofrendam* , ſeu omne funerale ſtipendium ad eos pertinere intendebant , ex eo quod allegabant prædictos Religioſos incapaces eſſe iſtius iuris funeralis , ſicut & omnium aliorum & quorumcunque bonorum & redditmum: ſed nihilominus deciſum fuit, quod reſeruata funeralium quarta Parochiali , cætera omnia ad Religioſos Minoritas dicti Conuentus cedere debent : *Clem. in cap. dudum, de ſepulturis.* Concil. Trident. *cap. 13. ſeſſ. 25.* Ioan. Guttier. *de iuram. confirmat. part. 2. cap. 4. num. 2.* latè Pat. Ioan. de la Cruz *de ſtatu Relig. lib. 2. cap. 19. dubio 5. concl. 3.* & Pat. Villalob. *in ſum. tom. 2. tract. 31. difficult. 7. num.* 8. *verſ. Que los Frailes de nueſtra Orden , y la de Sancto Domingo , y los de mas que gozan de ſus priuilegios , quando deben la Quarta, que no todos lo deben como luego diremos , no deben mas que la Quarta parte de las ofrendas del dia del entierro , y no de Miſſas, ni Candelas , ni otra coſa, por vna conceſſion de Sixto , que refiere* Sylueſter, *verb. Canonica portio, in fin* , Gutier. *de iuram. confirmat. part. 2. cap. 4. num. 3.* Frat. Manuel Rodriguez *de Regular. tom. 3. quaſt. 39. art. 2. por declaracion de Pio V. de laño de 1568. &c.*

Vnum tamen non omittam , quod non ſolùm Fratres Minores de Obſeruantia , & Capucini , ſed etiam Religioſi Societatis Ieſu non ſuccedunt Religioſo profeſſo , & ſic Religioſus profeſſus in Religione Minorum Capucinorum , & Societatis Ieſu, non poteſt amplius de ſuis bonis diſponere, nō aliter ac ſi naturaliter mortuus eſſet ; vt videre eſt per Pat. Tho. Sanchez *de Religioſo ſtatu, lib. 7. cap. 25. n.* 11. Ferdinand. de Caſtro Palao *part. 3. diſput. 3. punct. 3. n. 1. & 2.* Ioan. Maria Nouarius *in lucerna Regularium, verſ. ſucceſſio.*

61 Ex quibus omnibus iam deducere liceat , quod omnis ſucceſſio Maioratuum Hiſpaniæ Vinculorum, ſeu Patronatuum , incompatibilis ſit cum ſtatu omnium Monachorum profeſſorum in Religione incapaci bonorum tam in communi quàm in particulari , prout ſunt Fratres Minoritæ Capucini , quia pro naturaliter mortuis reputantur , & ſtatim ſit locus ſequentibus in gradu, ſeu vocatis : Dom. Molin. *lib. 1. cap. 13. num. 68. & lib. 3. cap. 2. num. 13.* Ioan. Vincent. Honded. *conſ. 62. à num. 87. lib. 1.* Spino *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 12. num. 37.* Auendaño in *l. 40. Tauri, gloſſ. 4. num. 10.* Mieres *part. 2. quaſt. 3. à n. 3.* & cum aliis Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib. 3. cap. 12. à num. 83. & à num. 100.* Dom. D. Chriſtoph. de Paz *de Tenuta, tom. 1. cap. 34. n. 16.*

Sed omnes aliæ Religiones capaces bonorum in 62 communi, poſſunt ſuccedere ex teſtamento , & ab inteſtato, mediante perſona Religioſi profeſſi : *dict. cap. Exiit qui ſeminat, §. porro , de verb. ſignif. in 6.* Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 3.* dum dicit : *Concedit ſancta Synodus omnibus Monaſteriis, & Domibus tam Virorum quàm Mulierum , & Mendicantium , exceptis Domibus Fratrum S. Franciſci Capucinorum , & eorum, qui Minorum de Obſeruantia vocantur , etiam quibus , aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apoſtolico non erat conceſſum , vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat.*

Hic animaduertendum , quod inter Religiones 63 capaces , de quibus loquitur ſancta Synodus , non comprehenduntur Moniales ſanctæ Claræ , quia Moniales hæ , licet ſint ſub Regula Diui Franciſci, non tamen comprehenduntur quoad ſucceſſiones, ſub diſpoſitione dictæ *Clem. Exiui de Paradiſo,* prout aduertunt Doctores, *vbi ſuprà,* maximè Ioan. Maria Nouarius *in lucerna iuris, verb. Succeſſio. verſ. Et ſub tali exceptione Fratrum Minorum de Obſeruantia non comprehenduntur Moniales ſanctæ Claræ , &c.* Barb. *in Declarationibus ad ſanct. Concil.* 64
Tridentinum, cap. 3. num. 1. ſeſſ. 25. de Regularibus: Ratio eſt, quia Moniales ſub clauſura exiſtentes, neque mendicare extra eam, nec intra, nec alio quouis modo licitum eſt vel honeſtum ; imò repugnans , & prorſus indecens.

Succedere etiam valent omnia alia dicta Mona- 65 ſteria & Religiones ex perſona profeſſi in omnibus fideicommiſſis perpetuis , ac temporalibus , feudis, Maioratibus, vinculis, ſeu Patronatibus, conſanguineis , ſeu familiæ relictis : itaque omnis ſucceſſio compatibilis eſt apud quodcumque Monaſterium tam virorum quàm mulierum , quod ſit capax bonorum in communi , & mediante perſona Monachi ſucceſſionem capit Maioratus , vinculi , ſeu Patronatus , & per mortem vltimi poſſeſſoris tranſit poſſeſſio ciuilis & naturalis ex miniſterio *leg. 45. Tauri:* quia tunc profeſſus in Monaſterio capaci bonorum in communi non perdit iura ſanguinis , ſed retinet ius prioritatis in gradu, & omnia iura agnationis & prioritatis : Dom. Molin. *lib. 1. dict. cap. 3. à num 72. & num. 95.* Ant. Gomez *in l. 40. Tauri, num. 66. verſ. ſi verò Maioratus :* Matienzo *in l. 1. gloſſ. 1. tit. 7 num. 18. tit. 7. lib. 1. Recopilat.* Spino *in ſpeculo teſtamentorum , gloſſ. 12. de legato Monacho relicto , & num. 12. verſ. Secundo verò caſu.* Pater Molina *de iuſtit. & iure, tom. 3. diſput. 623. num. 3.* Velaſquez de Auendaño *in l. 40. Tauri, gloſſ. 4. num. 13. 39. & 45.* Flores Diaz de Mena ad Gamam *deciſ. 6. verſ. Sexta concluſio :* Ceuallos *quaſt. 193. à num.* 8. Carolus de Tapia *in authent. Ingreſſi, ver. Sua : cap. 16. num. 9. C. de ſacroſanct. Eccleſiis,* Pater Manuel Rodriguez *tom. 2. de Regularibus, quaſt. 78. art. 12.* Pater Thomas Sanchez *de Religioſ. ſtat. lib. 7. cap. 15. num. 16.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib. 3. cap. 12. num. 56.* Adde. ad Dom. Molinam *in dicto lib. 1. cap. 13. ad num. 95.*

Quod

66 Quod extendas, etiam ſi profeſſus in Religione capaci fecerit renunciationem omnibus, & quibuſcunque ſucceſſoribus intra duos menſes ante ſuam profeſſionem, iuxta formam Concilij Tridentini *cap. 16. ſeſſ. 25. de Regularibus*, per verba quantumcumque ampliſſima & exuberantia, nihilominus Monaſterium pro tempore vitæ Monachi, vel Monialis ſuccedet in Maioratu, Vinculo, ſeu Patronatu: vt & in feudo, in quo poſſit Monachus, ſeu Monialis ſuccedere. Quia in generali renuntiatione Monachi, vel Monialis non venit ſucceſſio Maioratus, Vinculi, ſeu Patronatus, niſi expreſsè faciat mentionem in renuntiatione de maioratu inſtituto, & eius vocationibus, vel de alio quocunque maioratu inſtituto: Pat. Man. Rodrig. *de Regularib. q. 78. art. 14. per totum*, Ioſeph, Ludouic. *in Peruſina, deciſ. 19. à num.* 8. Pat. Thom. Sanchez *de Relig. ſtat. lib. 7. cap. 15. num. 29.* Pat. Molin. *de iuſtit. & iur. tomo 2. diſput. 579. à num. 21.* Surd. *tom. 2. conſ. 237. à num. 18.* Seraph. *de priuileg. iurament. priuileg. 21. à num. 34.* Paulus Galeratus *de Renuntiat. tom. 1. lib. 3. cap. 7. num. 13.* maximè *in verſ. Monialis autem quæ renuntiauit cuicunque ſucceſſioni, non videtur renuntiaſſe maioratui: vnde dicendum eſt, non obſtante renuntiatione, Monialem, & Monaſterium habere ius ad petendum maioratum, &c.* Vincent. Fuſar. *de ſubſtit fideicom. q. 594.*

67 Tamen aduertendum eſt, quod expreſſa renuntiatio ſucceſſionis, Feudi, ſeu maioratus, intelligi debet ſolum in cuius fauorem facta fuit, & non in fauorem aliorum, Ripa *in l. 1. §. denique, num. 8. ff. ad Trebell.* Capycius Galcota *controuerſiar. lib. 2. controuerſ. 8. à num. 7.* ad id allegat. Iaſon. *in l. Auus nepotis 33. ff. de pactis:* & alios.

68 Sed videndum eſt, an poſſit eſſe incompatibilis ſucceſſio Maioratus, Vinculi, ſeu Patronatus, apud Religioſos, Monachos, vel Moniales, profeſſos in Religione capaci bonorum ex diſpoſitione hominis, ex eius voluntate expreſſa, vel ex tacita & præſumpta, ſeu coniecturata: & ex diſpoſitione legis, ſeu Principis? Ideo hoc omne erit diuidendum in tres principales partes.

In prima agendum eſt de ſucceſſione incompatibili apud Religioſos ex diſpoſitione hominis per expreſſam voluntatem, excludendi eos, & eorum Monaſteria.

69 In ſecunda, de incompatibilitate ex diſpoſitione hominis per tacitam, ſeu præſumptam voluntatem.

70 In tertia, de incompatibilitate per diſpoſitionem legis, vel Principis.

71 Ad primam partem, dicendum eſt, quod inſtitutor maioratus poteſt prohibere, ne in eo ſuccedat Monachus, vel Monialis, etiam profeſſus in Religione capaci, & eorum Monaſteria: & quod hoc caſu ſi ſucceſſor Religionem ingrediatur, & in ea profiteatur, ſucceſſio maioratus tranſeat ad ſubſtitutum, aliumuè vocatum, ſeu ſequentem in gradu, & tunc ex voluntate expreſſa inſtitutoris, ſucceſſio erit incompatibilis apud Religioſum, adeò vt etiam pro tempore vitæ eius Monaſterium non poſſit ſuccedere in maioratu, Vinculo, ſeu Patronatu, vbi ita cautum, atque diſpoſitum ſit: Dom. Præſ. Couar. *variar. lib. 1. cap. 19. num. 11. verſ. Tertium opinor in primogenitis, maioratibus, & meliorationibus, eam conditionem admittendam eſſe, ex qua primogenium, vel melioratio ita poſteris deferatur, vt nec Monachis, nec Preſbyteris competere poſſit; imò eo ipſo quod quis huiuſmodi bonorum poſſeſſor Preſbyter, aut Monachus factus fuerit, ea bona ſtatim ſequenti ex familia nomine deferantur.* Et reddit rationem ibi: *Non enim iſta conditio adſcribitur, vt à Religione quis auertatur, ſed in familia fauorem ne ea bona extra familiam alienentur. Et quia ſimiles inſtitutiones primogeniorum, ipſaque primogenia minimè conueniunt Monachis, nec Preſbyteris:* quod in ſpecie notat Ioan. Lupus *de donat. in Rubric. §. 16. num. 4. præmittunt.* Alex. *conſ. 100. lib. 4. num. 12.* Iaſon *in l. Gallus, §. quid ſi tantum, num. 42. ff. de liber. & poſthum.* Cardinalis Mantica *de coniecturis vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 18.* vbi reddit aliam rationem illic: *Non enim bona debent applicari Monaſterio contra teſtatoris voluntatem: vt diſputando concludit Iacobus de Belloniſo in §. ſed hòc præſenti, Auth. de ſanctiſſim. Epiſcop. Nam nemo inuitus cogitur benefacere: cap. de Iudæis, 45. diſt. cap. ad fidem, 24. quæſt. 5. & in rebus ſuis quilibet eſt moderator & arbiter, l. in re mandata, C. mandati: l ſed & ſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæredit. Vnde teſtator poteſt rebus ſuis, quam velit legem imponere: l. 1. Cod. de ſacroſ. Eccleſiis, §. diſponat, in Auth. de nuptiis, cap. verum, de condit. oppoſit. l. quoties, de donationib. quæ ſub modo: Auth. excipitur, de bonis, quæ liberis.* Quas rationes recenſet Vincent. Fuſarius *de fideic. ſubſtitution. quæſt. 429. num. 18.*

Ideo hanc ſententiam tanquam veriorem in iudicando & conſulendo, probant & defendunt contra Curtium iuniorem, & alios, Iacobus Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 83. & cum Menchaca Gualdenſi, & aliis Ioan. Guttier. *Canonicar. lib. 1. cap. 32. num. 26. & de Matrimonio, cap. 21. num. 16.* Mieres *de Maioratibus, part. 2. quæſt. 3. num. 1.* Marzarius *in ſua Epitome de fideicom. quæſt.* 31. Dom. Molina *lib. 2. cap. 12. num. 54.* Pat. Molin. *de iuſtit. & iure, tom. 1. tract. 2. diſput. 207. in ſolutione ad primum: & diſput. 613. num. 12. & diſput. 623. num. 2.* Pat. Thom. Sanchez *de matrim. lib. 1. diſput. 34. num. 11. & de ſtatu Religioſ. part. 2. lib. 7. cap. 15. num. 7.* Fontanella *de pactis nuptial. tom. 1. clauſul. 4. gloſſ. 2. num. 34. & tom. 2. clauſ. 6. gloſſ. 3. part. 6. num. 9.* Mieres *part. 2. quæſt. 3. num. 1. & 2. 16. 21. & 22. & part. 3. quæſt. 3.* & cum plurimis Dom. Ioan. à Caſtillo *lib. 3. cap. 12. num. 36. & 37. & lib. 4. cap. 36. num. 27.* cum aliis quamplurimis ab eo allegatis, & à Vincent. Fuſario *de fideic. ſubſtitut. dict. quæſt. 429. à num.* 18. Qui ferè omnes fatentur, quod talis conditio videtur appoſita in fauorem familiæ, vt bona in familia ſeculari conſeruentur: quod maximè aduertit Fontanella *part. 2. deciſ. 396. vſque ad deciſ. 390.*

Ad ſecundam partem, de incompoſſibilitate ex 72
diſpoſitione hominis per eius tacitam & præſumptã voluntatem, dicendum eſt, quod etiam ſunt incompatibiles apud Religioſos & Monaſteria omnes ſucceſſiones in Maioratibus, Vinculis, ſeu Patronatibus, in quibus verſetur coniecturata & præſumpta voluntas inſtitutoris prohibendi ſucceſſionem apud profeſſos in Religione aliqua quantumuis capaci in communi. Veluti quando in maioratu ſit appoſita conditio, ſeu aliqua qualitas, quæ repugnet ſucceſſioni Monachi, ſeu Monaſterij; Monachos enim Religioſos Moniales, & Monaſteria excludi à maioratus ſucceſſione, non ſolùm quando de eorum excluſione apparet expreſsè, ſed etiam cùm ex euidentibus, aut multum vrgentibus coniecturis de ea conſtat, vel conſtare poteſt; reſoluit Dom. D. Ioannes à Caſtillo, *lib. 3. cap. 12. num. 41. & 42.* ex Alciat. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 7. de liber. & poſth.* Dom. Molina *lib. 2. dict. cap. 13. num. 95.*

Menoch.

Digitized by Google

Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 83. *num.* 28. Flores Diaz de Mena *lib.* 1. *variar. quæſt.* 16. §. 2. *num.* 5. *& 7.* & aliis.

73 Tum quia ſpecialiter prouiſum videtur, quod ex mente, aut intentione diſponentis apparet per coniecturas: *l. cum acutiſſimi. C. de fideic.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo *d. cap.* 12. *n.* 43.

74 Tum etiam quia quod euidentibus aut valdè vrgentibus coniecturis deducitur, quodammodo expreſſum dicitur, & manifeſtam atque euidentem voluntatem inducit: *l. licet Imperator, ff. de leg.* 1. *l. cum virum, C. de fideic.* Dom. Molina *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. *&* 28. *& lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 39. & cum aliis Dom. D. Ioan. à Caſtillo *d. cap.* 12. *n.* 42.

75 Sed an & quando ex tacita, ſeu præſumpta voluntatē per coniecturas valde vrgentes à ſucceſſione maioratus cenſeantur eſſe excludi Religioſi, Moniales, ſeu Monaſteria? per aliqua exempla, & caſus, diſputant Doctores.

76 Ego autem ab eo caſu incipiam diſcurrere, in quo maior difficultas verſatur, ſcilicet quando inſtitutor maioratus non tacitè, aut ſubintellectè, ſed expreſsè velit, qood bona & eius memoria in familia ſua conſeruentur: quia in hoc caſu multi defendunt inſtitutorem excludere voluiſſe à ſucceſſione maioratus, Religioſos, Monachos, vel Moniales, & eorum Monaſteria, etiam pro tempore vitæ eorum.

77 Alij verò è contra, quod non cenſeantur excluſi; imo quod in tali cum dictis verbis inſtituto maioratu ſuccedere debeat Monaſterium pro tempore quo viuit Religioſus. Et hanc vltimam opinionem tanquam veriorem in iudicando & conſulendo ſequuntur Additionatores ad Dom. Molinam, *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 95. vbi reddunt optimam atque vrgentem rationem, dum ibi dicunt: *Monachus non cenſetur excluſus ex eo tantum quod de conſeruatione familiæ tractetur: nam ſi in primogenio, vbi de conſeruatione familiæ nihil eſt dictum, eos admittimus; quare ſi de hoc actum fuerit eos excludimus? ſiquidem omnis primogeniorum inſtitutionis finis præcipuus (& ſi hoc reticeretur) eſt vt familiarum dignitas & memoria inſtitutoris conſeruetur: ex adductis infrà, cap.* 11. *num* 3. *ideòque à maioratu etiam pro conſeruatione familiæ inſtituto, Monachus arceri non debet: quia talis inſtitutio, (vbi aliud non ſuadet diſpoſitio contraria) eſt communis & regularis ex authoritate ſuprà lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 16. *à qua neque ipſæ fœminæ excluduntur, vt per Authorem ſup. citat. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 8. *&* 9.

78 Aduertendum tamen eſt, quod ſuam ſententiam coarctant, atque expreſsè limitant Additionatores præfati, vbi aliud non ſuadet diſpoſitio contraria; ſed non explicant quando aliud ſuadebit contraria diſpoſitio.

79 Attamen ego iudico, quod tunc ſuadebit diſpoſitio, quando verba maioratus inſtitutoris neceſſariò tendunt in fauorem familiæ ſæcularis, & in excluſionem Monachi ſeu Monaſterij, & nullo tempore ſe compatiuntur cum aliqua temporali ſucceſſione Monaſterij: v. g. ſi conditio apponatur, ſiue dixerit in inſtitutione, *ſe velle, quod bona nullo vnquam tempore exeant de familia, ad conſeruationem & ſplendorem eius, atque memoriæ inſtitutoris.* Vel ita dicat: *ſemper, continuò vel perpetuò bona in familia mea conſeruentur ad ſuſtentationem meæ poſteritatis, vel conſanguineorum, vel oſtentationem nobilitatis vel dignitatis familiæ:* vel alia ſimilia verba. Tunc enim incompatibilis eſt ſucceſſio apud Monaſterium: nam ſi ſuccederet in vita, ſeu dum Monachus, vel Monialis viueret, bona exirent à familia, & pro eo tempore familia ſecularis inſtitutoris careret illis bonis & fructibus, ſiue redditibus eorum relictis ad ſui conſeruationem, alimentationem, & oſtentationem; & memoria inſtitutoris pro tunc ſupprimeretur, vel ſaltem ſopiretur & obdormiret: quod omne eius intentioni, atque appoſitæ conditioni neceſſariò repugnat, atque contra voluntatem inſtitutoris, qui voluit concedere maioratum ad familiæ ſuæ ſuſtentationem & ornamentum, & noluit facere vocationem ex qua familia eius poſſet extingui, aut vileſcere: & propter hanc repugnantiam neceſſariò inferendum eſt, quod incompatibilis tunc erit ſucceſſio maioratus apud Monaſterium ex præſumpta aut ferè expreſſa voluntate inſtitutoris, & ſic Monachus hoc caſu non excludit ſubſtitutum.

Probatur conſequens ex eademmet ratione adducta per Doctores, qui pro veriori opinione defendunt, quod Monaſterium non habetur loco filij, quando ſubſtitutio formatur ſub tali conditione, ex qua neceſſariò appareat quod teſtator de filiis veris & naturaliter genitis intellexit; veluti ſi dixerit, *ſi Titius ſine filiis naturalibus & legitimis, aut maſculis, vel ex corpore ſuo natis deceſſerit:* Bald. *in Auth. niſi rogati, num.* 9. *C. ad Trebellian.* Cardinalis Mantica *lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 10. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 83. *à num.* 27. Guttier. *lib.* 1. *Canonicar. cap.* 12. *num.* 21. *&* 23. *&* 52. Mieres, & cum aliis Spino *de teſtam. gloſſ.* 12. *n.* 31. Camil. Borrel. *conſ.* 33. *n.* 107. *volum.* 1. Craſſus *in §. fideicommiſſum, quæſt.* 40. *n.* 3. Peregrinus *de fideic. art.* 28. *num.* 78. & ad ſaturitatem Vincent. Fuſar. *de fideic. ſubſtit. quæſt.* 429. *à num.* 27. 80

Ea nempe eſt ratio, in qua conſiſtit vis omnis illius ſententiæ: quia verba, *de filiis ex ſuo corpore natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis*, & aliis ſimilibus, neceſſariò non conueniunt niſi veris, & naturalibus filiis; non verò filiis ex interpretatione iuris; repugnant etenim filiationi fictæ, ſeu ciuili, prout eſt filiatio Monaſterij, quod habetur loco filij ex interpretatione, & ficta atque ciuili filiatione: *c. in præſentia* 8. *de probat.* Gloſſ. *in auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. Eccleſ.* ideo rectè in hoc caſu concludunt Doctores, quod Monaſterium non excludit ſubſtitutum; ergo ex eadem ratione idem dicendum eſt in noſtro ſimili caſu. 81

Et ſic in terminis, quando per verba in exemplo à nobis adducto relata, maioratum quis inſtituit, probat Auguſt. à Barboſ. *in collectan. ad cap. in præſentia, de probat. num.* 5. ita dicens: *Tertiò limita, ſi teſtator ſubſtituerit aliquem de ſua familia, adiiciens, velle ea bona perpetuò in familia conſeruari, tunc enim cenſetur velle vt excluſo Monaſterio ſuccedat ſubſtitutus: quippe quod Monaſterium incapax eſt conſeruandæ agnationis & familiæ.* Vt per Conar. *dict. cap.* 19. *num.* 11. Menoch. *dict. præſumpt.* 83. *num.* 45. Guttier. *dict. cap.* 32. *n.* 29. Ceual. *dict. quæſt.* 193. *num.* 3. Caldas Pereyra *de nominat. emphyteut. cap.* 6. *num.* 2. Pacianus *dict. conſ.* 36. *num.* 128. Cabedo *Luſitana deciſ.* 133. *n.* 9. *part.* 1. & alios plores quos refert & ſequitur Sanch. *de Relig. ſtat. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *num.* 44. 82

Itaque cum hac limitatione ſeu diſtinctione intelligendus eſt Philippus Decius *conſ.* 259. *volum.* 1. maximè *in num.* 3. *verſ. circa primum, de quo in caſu noſtro agitur, quia voluit bona conſeruari in familia: ex quo ſequitur quod nolit illa peruenire ad Monaſterium*, 83

ſterium, &c. Paulus Pariſ. *conſ.9. vol.3.* Vincent. de Franch. *deciſ.29. num.6. & 7.* Dom. Molina *d.lib.1. cap.13. num.91.* Antonius Faber *in ſuo Codic. lib.6. tit.20.* Mantic. *deciſ.32. num.3.* Fontanella *de pactis nuptialibus, tom.2. clauſ.6. gloſſ.3. part.6. num.21. verſ. ſi monſtraret teſtator ſe habuiſſe, vel habere voluntatem & affectionem vt bona conſeruentur in familia*, &c.

84 Tandem Peregrin. *de fideicomm. art.28. num.76.* idem infert ad noſtrum intentum, in confirmationem noſtræ diſtinctionis, ſeu limitationis; dum etiam ſcriptum relinquit: *Ideo ſi teſtator filio decedenti ſine filiis ſubſtituat aliquem de familia, adiecta ea ratione; quia teſtator velit bona ſua perpetuò in familia conſeruari; Monaſterium non excludet ſubſtitutum.*

85 Extenditur præterea prædicta limitatio ſeu diſtinctio, non ſolum quando per verba ita expreſſa neceſſariò colligimus, quod inſtitutor voluit quod bona ſui maioratus in ſæculari familia conſeruentur excluſo Monaſterio ex capite Monachi, ſeu Monialis, ſed etiam quando in teſtatoris, ſeu inſtitutoris diſpoſitione hæc inſit ratio, quæ reddi poteſt, nempe, quod voluit bona in ſua familia conſeruari. v.g. Quando facta vocatione de ſecundo genito, vbi primogenitus caſu aliquo non ſuccederet, quia poſſet habere alium maioratum incompatibilem; & ſi filius ſecundogenitus, Clericus, vel Monachus efficiatur, tertiogenitum vult admitti, excluſo Clerico vel Monaſterio: nam ex vocatione ſecundogeniti videtur diſponens habuiſſe reſpectum ad conſeruationem ſuæ familiæ ſecularis & deſcendentium, quæ per Clericos & Monachos ſuſtineri non poteſt: Molinus *de ritu nuptiar. lib. 3. quæſt. 26. num. 25.* ex Ripa *in reſponſo 13. num.16. & 17.* Mieres *part.2. quæſt.3. num.81.*

86 Extenditur tertiò in maioratibus agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, in quibus excluditur etiam Monaſterium: quia in eis teſtator, ſeu inſtitutor maioratus habuit reſpectum ad veram, & non ſuffocatam, & impeditam agnationem, quia tunc Monachus iudicatur tanquam fœmina, & in eo iam ceſſat propagatio agnationis, & ſucceſſio per generationem & conſeruationem familiæ: quia ſpe prolis caret. Et prout dixit Mieres *part.2. quæſt.3. n.163.* negari non poteſt, quin conſtitutiones maioratuum deſiderant ſucceſſores talis qualitatis, qui poſſint filiòs legitimos procreare, quibos poſteritas in dies propagetur & creſcat, & memoria eorum in æternum duret. Eam autem veram agnationem, quam inſtitutor deſiderauit, habere non valent Monachi, vel Monaſterium; ſed tantùm agnati ſeu maſculi ſeculares laïci; aliter repugnaret intentioni & voluntati inſtitutoris: ideò tunc Monaſterium ex præſumpta voluntate inſtitutoris non excludit agnatum ſubſtitutum: Philippus Decius *conſ. 259. num.2.* Paul. Pariſ. *conſ.22. num.9. volum.3.* Dominus Couar. *lib.1. variar. cap.9. num.11.* Dom. Molina *lib.1. c.13. à num. 91.* Cardinalis Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.11. tit.7. num.21.* Padilla *in l. cum acutiſſimi, num.45. Cod. de fideicom.* Menchaca *de ſucceſſ. creat. lib.3. §.21. num.166. & 169.* Molin. *de ritu nuptiar. lib. 3. quæſt.27. num. penult.* Mieres *de maior. part.2. quæſt.3. n.79. 81. & 82.* Ioan. Guttier. *Canonic. lib.1. cap.32. num.29.* Peregrin. *de fideicomiſſ. art.28. num.76.* Ruſticis *in l. cum auus, lib.5. cap.2. num.86. ff. de condit. & demonſtrat.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.3. cap.12. num.54.* cum Aluarado *de coniect. ment. defunct. lib.2. cap.3. n.4.* Menoch. *lib.4. præſumpt.83. num.45.* Flores Diaz de Mena ad Gammam *deciſ.6. concluſ.6. verſ. Quarta concluſio.* Et *variar. lib. 1. quæſt.16. art.1. §.2. n.3.* Caſanat. *conſ.20. n.37. & 59.* Dom. Perez de Lara *in tract. de vita homin. cap. 30. num.127. verſ. Vbi autem maioratus non fuerit factus iuxta legem 27. Tauri, vel à non habente filios, & deſcendentes, vel cum facultate Regia, ſi fuerit habita ratio conſeruandæ agnationis, non ſuccedit Monialis, nec alter Religioſus, cum per eos nequeat conſequi continuatio ſucceſſionis, & agnationis*, &c. Iacob. Cancer. *variar. lib.3. cap.20. num.230. verſ. His inſeruit, quod eſt receptum, teſtatorem viſum eſſe excludere Monachos à ſucceſſione, vbi in fideicommiſſo, aut maioratu à ſe inſtituto habuit rationem conſeruandæ agnationis, & familiæ.* Vincent. Fuſar. *de fideicommiſſ. ſubſt. quæſt. 429. num. 54.* & magis ex profeſſo quàm alij, Pat. Thom. Sanchez *in Decalogo, tom.2. lib.7. cap.15. n.18. & 19.*

Rationes autem & reſponſiones quas adducit Pat. 87
Thom. Sanch. contra eos qui ſunt in contraria opinione, ita ſe habent, ibi: *Ducor, non quod excludatur Monaſterium, eo quod non reputetur agnatus, nec conſeruet agnationem, nec eo quod ſit incapax, & pro mortuo habeatur; ſed quia non eſt talis agnatus, per quem poſſit iuxta teſtatoris intentum in ea inſtitutione familia conſeruari. Quare ius agnationis à Monacho retentum eſt quoad legitimam ſucceſſionem, non autem quoad voluntariam, à qua cenſetur excluſus, eo quod teſtator voluerit proſpicere conſeruationi agnationis, & familiæ: vt in ſimili reſpondit Aymon. Craueta conſ.808. num.17. Sicut etiam repellitur ab hoc fideicommiſſo fœmina quamuis agnata ſit, eo quod non eſt talis agnata, vt per illam familia conſeruari poſſit: l. pronuntiatio, in fin. ff. de verbor. ſignificat.*

Confirmatur, quia cum Monachus nec momento 88
ſibi adquirat, ſed ſtatim bona tranſeant in Monaſterium, bona illa ſuccedente Monaſterio, non ſeruarentur in familia, prout teſtator voluit.

Et inferiùs idem Sanch. *loc. cit.* *Quia ſi grauatus* 89
reſtituere poſt mortem, deportetur, etſi publicentur bona, & ſuccedat in eis fiſcus, dum deportatus naturaliter viuit, l. Statius Florus, §. Cornelio felici, ff. de iure fiſci: l. ex facto. §. ex facto, ff. ad Trebellianum: at hoc deficit quando teſtator prohibuit alienari extra familiam, tunc enim excluſo fiſco, vtpote qui non eſt de familia, ſuccedet ſequens vocatus de familia: l. Imperator, in princ. iuncta doctrina Bartoli, ff. de fideic. libertat. Alex. conſ.23. à n.7. vſque ad finem, vol.1. Greg. Lopez verb. tanto tiempo: in l. fin. tit.5. part.6.

Ergo ſimiliter, ſtante ea prohibitione, non ſuccedet Monaſterium, vtpote quod non eſt ex teſtatoris familia tempore vitæ Monachi; ſed à die profeſſionis ſuccedet ſequens vocatus ex familia, propter inſtitutorum voluntatem præſumptam.

Sed quia contrariam ſententiam tenentes inter- 90
pretantur & cum diſtinctione intelligunt Philippum Decium *in d. conſil.259.* dicentes quod non loquitur de temporanea, ſed de perpetua Monaſterij ſucceſſione; quod maximè animaduertiſſe Petrum Barboſam refert Gama, *in deciſ.6. num.3.* ibi: *Reſpondit Doctiſſimus tunc Collega noſter Petr. Barboſa (nunc meritiſſimus Aulæ Regiæ Senator) quod loquatur in caſu à noſtro diſpari, quando ſcilicet Monaſterium vellet admitti ex ſeipſo quaſi filius: Iuxta cap. in præſentia, de probat. & perpetuò bona maioratus apud ſe retinere; excluſis ſubſtitutis; tunc enim militaret ratio Decij, quod Monaſterium non ſit de familia:*

familia : at in caſu noſtro non admittitur Monaſterium quaſi ex ſe, ſed admittitur ipſa Monialis, &c. Cauedo *part.1.deciſ.133.n.9.verſ. Et ad obiecta in contrarium, nempe ad conſil. deciſ.259. Reſpondetur, quod loquitur vbi Monaſterium vellet ex perſona propria tanquam filius legalis admitti, excluſo ſubſtituto, & contenderet, quod tanquam filius de ſanguine, manerent bona maioratus penes ſe in perpetuum : Quo caſu bene loquitur Decius, & eius dictum communiter receptum.*

91 Et ſic concludit, quod quoad tempus vitæ Monachi ſuccedere debet Monaſterium in ea bona reſtituenda ſubſtituto, & familiæ, poſt naturalem illius profeſſi mortem. Ad quod omne reſpondit, & ſatisfacit Pat. Thom. Sanchez *in Decalogo, d.lib.7. c.15. n.19.* dum ita dicit : *Tertiò, quia Decius conſ. 259. num.2. & 3. volum. 2. expreſſè locutus eſt de ſucceſſione temporanea, loquitur enim de fideicommiſſo reſtituendo ſubſtituto, vt perſeueret in familia, quod fideicommiſſum inducit maioratum, & ſic non loquitur de perpetua Monaſterij ſucceſſione, ſed de temporanea : & ideo optimè Flores Diaz ad deciſ. 6. Gammæ, num. 3.&c.* idem Dom. D. Ioan. à Caſtillo, *lib.3.cap.12.n.74.*

92 Extenditur quartò, ex eiſdem iuribus ac rationibus, quando in inſtitutione vinculi, ſeu maioratus, excluduntur in perpetuum fœminæ propter maſculos, quia ex ea perpetua excluſione fœminarum manifeſtum eſt, agnationis conſeruandæ rationem haberi : Et ſic idem tenendum, quod in maioratu agnationis dictum eſt, ad hoc vt etiam in hoc caſu Monaſterium non excludat ſubſtitutum. Ita reſoluit Pater Thomas Sanchez *in Decalogo, lib.7. cap.15. num. 24.* vbi aduertit quod ſecus erit, quando non ſemper excluduntur fœminæ, tunc enim non cenſetur habita agnationis ratio, ſed ſola prælatio maſculis tributa.

93 Extenditur quintò in Maioratibus inſtitutis ſub conditione, quod ſubſtituti, ſeu vocati deferant nomen, & Arma familiæ : tunc Monaſterium non excludit ſubſtitutum, cùm hæc conditio à Monachis impleri nequeat eo modo honorifico, atque eo ſplendore, quo inſtitutor intendit. Melius namque poſſunt Arma, & nomen conſeruare ſeculares, licet ſint fœminæ quam maſculi, Religioſi. Ideo ex tali præcepto, atque conditione, inducitur coniectura voluntatis excludendi Monaſterium, ad hoc vt verè, atque continuè inſtitutoris memoria, & inſignia conſeruentur inter eos, qui ſint ex eius familia, & deferant eius arma : Beroius *in cap. in præſentia, de probat. quæſt. 34.* ex doctrina Bartoli *de Inſign. & Armis, num. 10.* Ripa *in l.ex facto, §. ſi quis rogatus, n.4. ff. ad Trebellianum :* Iaſon *conſ. 212. vol. 2.* Alciat. *in l.Gallus, §. Et quid ſi tantum, n.7.* Ruſtic. *in l.cum auus, lib.5. cap.1. in fin.* Dom. Molin. *lib.1. cap.13. num.95.* Carolus de Tapia *in auth. Ingreſſi, verſ. ſua, cap.16. num.10. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Menoch. *lib.4. præſumpt.83. num.45.* Flores Diaz de Mena *lib.1. variar. cap.16. §.2. num.3. & in Addit. ad Gammam, deciſ.6. num.2. concl.4.* Pater Thomas Sanchez *in Decalogo, d.lib.7. cap.15. n.23.* vbi aſſerit ita iudicatum eſſe in hoc Regio Prætorio Granatenſi : Pat. Molin. *de inſt. & iur. tom.2. diſp.623. num.4. verſ. tertio,* &c. Cancer. *lib.3. var. cap.20. n.230. verſ. vel nomen, & arma teſtatoris portare præcipit, eo quod dicta diſpoſitio Monachi ſucceſſioni non quadret,* &c. Mieres *part.2. quæſt. 3. à num.18.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.3. cap.12. n.55.* D. Franciſc. Hieronym. de Leon, *tom.3. lib. 3. deciſ. 31.* vbi ita deciſum & iudicatum fuit contra Monaſterium Sanctæ Luciæ in fauorem Franciſci Torrella, Vincent. Fuſar. *de fideicom. ſubſtit. quæſt.329. n.59.* D. Alphonſ. de Olea *de ceſſione iurium, tit. 3. quæſt.4. num. 28.* qui dicit quod hæc opinio verior, & magis communis eſt, licèt pro contraria iudicatum iam viderit.

Itaque noſtra opinio tanquam communior, & verior, amplectenda eſt in iudicando & conſulendo contra Patrem Manuelem Rodriguez, *de Regularib. tom.2. quæſt.78. art.13.* Caldam Pereira *de Nominatione, quæſt.6. num.15.* Theodorum Opingio *in tract. de Inſignium, ſiue Armorum priſco, & nouo iure, cap. 16. à num.65.* vbi non ita abſolutè ſed indifferenter ſe habet, dum ita dicit : *Nam licet Monachus non poſſit conſeruare familiam, cùm ſpe prolis careat, quia mortuus dicitur mundo, & ſoli Deo viuere : cap. placuit 16. quæſt.1. Gloſſ. in cap. ex parte, verb. licet, de accuſationib. falſum tamen eſt in iure, quod non ſit de familia, & agnationem ſuam, & nobilitatem amittat : quia cum ius familiæ & agnationis dicatur ſanguinis, & gentilitatis, non amittit : quamuis ſæculi, & mundi Dignitates nobiles, quales ſunt Regnum, Ducatus, Comitatus, de quibus ea iura loquuntur, amittat : Tiberius Decian. reſponſ.82. num.2. & 4. volum.4. & reſponſo 31. num.8.9. & 10 volum.5. Tiraquel. de Nobilitat. cap.26. num.3. & 8. Henningius Goden. conſ.69. num.10. Dom. Ioan. Goed. conſ.25. Marp.25. num.68. & 78. vol.1. vbi quomodo intelligendum ſit, quod Monachi pro mortuis habeantur.*

Concludenter etenim eos conuincit Pelaez de Mieres *part. 2. quæſt. 3. num.18.* vbi ita pulchrè ſe habet : *Et primò contra prædictam opinionem conſidero, quod fines, & mentes eorum, qui faciunt maioratus, intendunt, & illud reſpiciunt, quemadmodum ſucceſſores in maioratibus cum quadam memoria immortalitatis repræſentent pompam, gloriam, nomen, familiam, arma, & cætera omnia, quæ omnes naturaliter exoptant abſque aliqua temporis interpellatione (quod omnibus quam notiſſimum eſt :) ſed ſi Monacho, & Monaſterio, deferantur bona maioratus, etiam ſi ſolummodo ſit pro vita Monachi, clarum eſt, quod durante eius vita, memoria, gloria, & nomen teſtatoris extincta ſunt : & menti, & voluntati teſtatoris maximè contrauenitur, & ingens iniuria interim ei fit : poteſt enim Monachus viuere poſt adeptum maioratum triginta, quadraginta, vel quinquaginta annos, vel alios plures, & quomodo Monaſterium repræſentabit honorem, & pompam inſtitutoris maioratus, qualiter portabit Arma, & ad executionem deducet alia grauamina, & vincula, quæ ab inſtitutoribus maioratuum in maioratibus iniunguntur. Certè nullus, qui lumine, & ratione naturali non careat, audebit affirmare, quod omnes teſtatores, & conditores maioratuum non abhorreant tales ſucceſſiones Monaſteriorum in bonis maioratus : & eſt veriſimile, quod ſi conditores maioratuum de hoc caſu cogitaſſent, expreſſè prohibuiſſent eas ſucceſſiones Monachorum tanquam propriæ intentioni, & deſiderio, conditionibus, & grauaminibus contrarias.*

Proſequitur autem Pelaez de Mieres in comprobationem huius noſtræ ſententiæ, multa de iure communi, & de iure noſtro Regio de maioratuum incompatibilitate loquente *l.7. tit.7. lib.5. Recopilat.* dum ita dicit : *Ad quod faciunt plura, quæ magni facienda ſunt, nempe repræſentatio gloriæ, nominis, authoritatis teſtatoris : l. Titio, §. vlt. ff. de auro, & arg. legat.* ibi : *Subſcriptio nominis mei : l. Quintus, §. ad*

Digitized by Google

authoritatem, ff. de annuis legat. l. regula, §. penult. ff. de iur. & fact. ignor. ibi; gloriam repræſentet. l. legatum, ff. de vſufruct. ibi;, conſeruanda memoria: l. cum filius, §. pater, ff. de leg. 2. ibi: in honorem nominis mei.

Ideo Decius *in conſ.* 273. excludit Hoſpitale, quia non poteſt familiam, & memoriam, & nomen conſeruare teſtatoris, quem citat Cephalus *conſ.* 196. *num.* 27. *lib.* 1. ſed de iure iſtam repræſentationem gloriæ & honoris inſtitutoris maioratus fieri, intereſt Reipublicæ; vt patet per *Pragmaticam Matriti Anno* 1534. hodie *leg.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinamenti*, ibi: *Honra y conſeruaçion de la nobleza.*

94 Extenditur ſextò (contra opinionem aliquorum) in maioratibus habentibus annexam iuriſdictionem: nam quamuis Monaſterium ſit capax iuriſdictionis, *c. Abbate ſane, de re iudicata, in 6. cap. delectus, de offic. Ordinar. cap. auditis, de præſcript.* vbi Monachus, ſeu Monaſterium ex perſona Monachi poteſt poſſidere caſtra, oppida, & loca cum iuriſdictione: *cap. 1. qui feud. dar. poſſ. l. 27. tit. 7. part. 1. lib. 4. tit. 3. & l. 7. tit. 6. lib. 1. Recop.* Ex quibus iuribus, & aliis tenent, quod primogenium, cui annexa eſt ſola iuriſdictio, non eſt incompatibile cum ſtatu Monachi, ſeu cum Monaſterio; imò ex perſona Monachi excludit ſubſtitutum, & ſuccedit in maioratu pro tempore vitæ Monachi: Pat. Manuel Rodriguez *tom. 2. de Regularibus, quæſt. 78. art. 12.* Anton. Gomez *in l. 40. Tauri, num. 66.* Auendañus *in dict. l. 40. Tauri, gloſſ. 4. à num. 39.* Anguianus *de legib. controuerſ. 17. à num. 5.* Martha *de ſucceſſ. legal. part. 3. quæſt. 13. art. 7. num. 2.* Dom. Perez de Lara *de vita hominis, cap. 30. à num. 21.* Anton. Cardoſo *in prax. ciuili iudic. & Aduocator. verb. maioratus, num. 17.* & diſputans ab vtraque parte ex profeſſo, idem reſoluit Montalegre, *in prax. lib. 2. cap. 2. §. 1. à num. 47. vſque ad n. 60.* qui ſex fundamenta affert pro ſua opinione, & reſpondet ad octo pro contraria; & in *n. 60.* quod non obſtat ſeptimum fundamentum, per quod dicitur, quod per ſucceſſionem Monachi in maioratu memoria inſtitutoris ſupprimitur contra eius intentionem: quia talis ſucceſſio Monaſterij in maioratu, eſt temporalis durante vita Monachi, & non ſupprimitur memoria fundatoris, imo creſcit, & ſcripta erit in cœlis, & æterna.

95 Nihilominus verior mihi opinio eſt eorum, qui defendunt, quod primogenium, quamuis ſola ei annexa ſit iuriſdictio, incompatibile erit apud Monaſterium ex perſona Monachi, etiam durante tempore vitæ ipſius, ex octo fundamentis, quæ refert Montalegre *in d. lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 47.* & aliis adductis per Dom. Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 13. num. 80.* Pater Molina *de iuſt. & iure, tom. 3. diſput. 623. n. 4.* vbi rationem reddit; quia præcipuus finis inſtitutionum maioratuum, eorum præſertim, qui iuriſdictionem habent annexam, eſt vt memoria inſtitutoris, eiuſque familia cum ſplendore conſeruetur: ex ſucceſſione verò Monaſterij, toto tempore quo perſeuerat vita eius, qui ad illum erat vocatus, & profeſſus eſt illam Religionem, memoria inſtitutoris maioratus ſplendorque familiæ ipſius ſupprimuntur, & quaſi abolentur: Pater Thom. Sanchez *in Decalog. lib. 7. cap. 15. num. 12.* Florez Diaz ad Gamam, *decis. 6. verſ. idem erit in maioratibus ſolam iuriſdictionem annexam habentibus*, &c. Matienzo *in l. 1, n. 18. lib. 5. recopil.* Mierez *part. 2. quæſt. 3. num* 8. Dom. D. Ioan. à Caſtillo, *lib. 3. cap. 12. num. 65.* Dom. D. Ioan. Solorzano *de Iure Indiar. lib. 2. cap. 17. num. 65.* cum aliis ab eo relatis.

Sed hoc declaratur, quòd procedat in maioratu 96
ab initio inſtituto cum iuriſdictione ei annexa: at verò, ſi poſt maioratum irreuocabiliter inſtitutum, ab eo inſtitutore, vel à quocumque alio adiiciatur iuriſdictio, v. g. ſi prius inſtitutum fuerit primogenium ſuper aliquibus prædiis ſine iuriſdictione, & deinde addita fuerit iuriſdictio, tunc ſuccedet Monaſterium ex capite Monachi in prædia illa, & primò vocatus in iuriſdictione: Quia qui iuriſdictionem adiecit, non potuit naturam prioris maioratus immutare, nec ius quod habebat Monaſterium ſuccedendi in illo auferre, ſi primogenitus ad quem pertinebat, Religionem ingrederetur: vt probat P. Thom. Sanchez *d. lib. 7. cap. 15. n. 13.* ex his quæ ad rem allegat D. Molin. *lib. 1. cap. 26. à num. 3.*

Extenditur ſeptimò, ex communi ferè om- 97
nium DD. conſenſu, in maioratu, cui ſit annexa dignitas Regni, Ducatus, Comitatus, Marchionatus, aut Baroniæ, quia tunc excluſo Monaſterio, Monacho, vel Moniali, admitti debet ſubſtitutus, ſiue ſequens in gradu: Gloſſ. *verb. dignitate, in cap. ſcripſit 27. quæſt. 2.* Dom. Molin. *lib. 1. d. cap. 13. à num. 82. vſque ad 95.* Matienzo *in l. 1. tit. 7. gloſſ. 1. num. 6. lib. 5. Recopilat.* Pater Molina *tom. 3. de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 623. num. 3. & 4.* Flores Diaz ad Gamam, *decis. 6. verſ. 5. Concluſio eſt, quod in maioratibus, in quibus annexa eſt iuriſdictio, cum titulo Ducatus, & Comitatus, aut alio Regali, non ſuccedit Monaſterium ex communi Hiſpaniæ conſuetudine. & quia incapax eſt talium Dignitatum, &c.* poſt Anton. Gomez. *in l. 40. Tauri, num. 66.* Dom. Greg. Lopez *in l. 2. tit. 15. gloſſ. verb. Seiendo ome para ello: col. 4. part. 2.* Mieres *part. 2. quæſt. 3. num. 64.* Iacobus Cancerius *parte 3. cap. 20. num. 330.* Pater Thomas Sanchez *in Decaloge, dict. lib. 7. cap. 15. à num. 12.* Dom. D. Ioannes à Caſtillo *lib. 3. cap. 12. à num. 51.* Dom. Perez de Lara *de vita hominis, c. 30. num. 126.* Caldas Pereira *de nominat. ad emphyteuſ. quæſt. 6. num. 14.* Addition. ad Dom. Molinam *lib. 1. cap. 13. ſuper num. 94.* Cabedo *decis. 133. num. 7.* Dom. D. Ioan. à Solorzano *de iure Indiar. lib. 2. c. 17. num. 65.* Dom. D. Alphonſus de Olea *de ceſſ. iurium tit. 3. quæſt. 4. num. 28.*

Duo autem, ad hos ſeptem caſus, antequam 98
hinc abeamus, adnotanda ſunt: vnum ſit, quod hæc tacita, & præſumpta voluntas inſtitutoris, ad inducendam incompatibilitatem ſucceſſionis maioratus apud Monachos, vel Moniales, cùm tendat ad conſeruanda bona in familia, habetur pro expreſſa, & idem quod expreſſa operatur, & habet eundem effectum, vt probant in terminis Mieres, *part. 2. quæſt. 3. n. 83.* Fontanella *part. 2. decis. 347. n. 18.*

Alterum, quod licet tendat in excluſionem Mo- 99
naſterij non debet tamen cenſeri odioſa, ſed fauorabilis, & bono publico, ac Reipublicæ vtiliſſima, abſque eo quod in diſpoſitione excludente Religionem conſiderari debeat odium diſponentis, ſed pietas erga propinquos in ſæculo remanentes, fortunæ bonis magis indigentes: Mieres *part. 2. quæſt. 3. num. 82.* Ioan. Petr. Fontanella *tom. 2. d. decis. 347. n. 27. verſ. odioſa non eſt, ſed fauorabilis, &c.* & antea *decis. 346. num. 5. verſ. pro quo vlterius nota pulchrum Adriani Neguſanty conſ. 424. num. 30. dicentis: In diſpoſitione excludente Religionem non conſiderari odium diſponentis, ſed pietatem erga alios in ſæculo remanentes fortunæ bonis magis indigentes*, &c.

Sed ſingulari diligentia attendere debemus, quod 100
in omnibus his caſibus, & extenſionibus collectis tam ex præſumpta, quàm expreſſa voluntate

inſtitutoris

Digitized by Google

inſtitutoris, ad excludendos Religioſos, ſeu Monachos, & Moniales a ſucceſſione maioratus, vinculi, ſeu perpetui fideicommiſſi, vel patronatus Noſtrates Regnicolæ eas non admittunt in caſu diſpoſitionis *l.27.Tauri*, quando maioratus inſtitutus eſt à parentibus ex Tertio bonorum; ſed tantum quando inſtitutus fuit ex Regia facultate, vel à Tranſuerſalibus, vel extraneis; nam ſi inſtitutus fuerit à parentibus ex Tertio bonorum, ipſi non valent excludere Religioſos, licèt poſſint præferre in ſuo gradu eos, qui non ſint Religioſi. Itaque etiam ſi ſub expreſſa conditione prohibeant à ſucceſſione Monachos, vel Moniales, aut Clericos Presbyteros, nihilominus talis conditio habetur pro non ſcripta ad excluſionem, & ſolùm admittenda erit quoad prælationem inter eos qui ſunt in ſuo gradu, ſiue primo, ſecundo, tertio, vel quarto, ex ordine *in l.27. Tauri* præſcripto, & ſic pro vita Monachi ſuccedet Monaſterium, dummodo inter deſcendentes legitimos, qui ſunt de primo gradu, & inter naturales de ſecundo gradu, & inter Aſcendentes, qui ſunt in tertio gradu, & inter Tranſuerſales vocatos, qui ſunt de quarto gradu, alius in ſuo proprio gradu non ſuperſit niſi Monachus, vel Monialis: quia *l.27.Tauri*, non denegat parentibus doctrinam, ſeu prælationem, ſed omnimodam excluſionem; Dom. Molina, *lib.1.cap.13. num.55. & in adnotatione, num.10.* Mierez *part.2. quæſt.3.n.24.* Pater Molina *de inſtit. & iure, tom.3. diſputat.612.num.12.* Angulo *de meliorationibus, in l.11.gloſſ.4.num.9.& 12.* Ioan. Gutierrez *de matrimonio, cap.21.num.16.* Dom. Dom.Ioan. à Caſtillo, *lib.3.cap.12.num.44. & lib.5. cap.99. à num.1. & cap.100.* Dom.Perez de Lara *de vita hominis, c.30. num.126.* dum dixit: *Tamen in maioratu facto ex poteſtate, l.27.Tauri, vidi iudicare contrarium: & tamen in Granatenſi Senatu per vndecim Iudices Regios Auditores, ad fauorem Dominæ Vſandæ de Obando, & Zeſpedes Monialis profeſſæ in Monaſterio Sanctæ Mariæ de Ieſu, Ordinis Diui Hieronymi Villæ de Caçeres.* Et inferius *num.127.* ſic ita: *Vbi autem maioratus non fuerit factus iuxta leg.27. Tauri, vel à non habentibus filios, vel deſcendentes, vel ſine facultate Regia ſi fuerit habita ratio conſeruandæ agnationis, non ſuccedet Monialis, nec alter Religioſus, &c.*

101 Ego autem idem aſſerere poſſum vidiſſe iudicatum in hac Regali Cancellaria Granatenſi ſuper lite, quæ vertebatur inter Tranſuerſalem conſanguineum nobilem, ſcilicet Dom. Antonium Gomez de Montalbo Equitem Ordinis D. Iacobi ex vna parte, & ex altera Dominam Annam Meſſia de Azeuedo Monialem in Monaſterio Diuæ Catharinæ de Sena deſcendentem ab inſtitutoribus ſuper Maioratibus ab Auo & Auia eius inſtitutis cum grauamine nominis, & armorum.

In qua lite fuit orta alia grauis difficultas, quia ex parte Monialis intra duos menſes ſuæ profeſſionis, conceſſa licentia Ordinarij, facta fuit generalis & ampla omnium ſucceſſionum renuntiatio, quam Monaſterium approbauit: & nihilominus obtinuit, quia eius cauſarum compatronus meus & inſignis Aduocatus Lic. Dom.Didacus Maldonado de Leon omnium doctrinarum ſtudioſiſſimus prudentià atque eloquentià ſingulari ornatus, neruosè defenſauit, quod in generali renuntiatione, etiam per verba ampliſſima, non comprehenduntur feuda perpetua fideicommiſſa, ſeu maioratus: neceſſaria etenim eſt expreſſa renuntiatio cum mentione maioratus, & quod habeat ſcientiam vocationum; vnde non obſtante renuntiatione, Religioſus Monialis, ſeu pro ipſis Monaſterium habebit ius ad maioratum, ac ſi nulla renunciatio facta fuerit: & ad id allegat Patrem Fratr.Manuel. Rodriguez *de Regularib. tom.2. quæſt.78.art.14.* Paulum Galeratum *de Renuntiatione, tom.1.lib.3. cap.7.num.13. verſ. Monialis autem, quæ renuntiauit cuicumque ſucceſſioni, non videtur renuntiaſſe maioratui, &c.* Pater Sanchez *in Decalogo, lib.7.cap.15.num. 19.* Ioſephus Ludouicus *deciſ. Peruſinn 19. à num.8.* quod latè ſcriptum reliquit Vincentius Fuſar. *de fideic, ſubſtit.quæſt.594.* contra Ioan Petrum Surd. *tom.2.quæſt.237.num.39.* Seraphinum *de priuileg. Iuramenti, priuilegio 21. num.34. & 35.*

Sed an quod dictum eſt de Monachis & Religio- 102
ſis profeſſis in Monaſteriis, in hac materia de Maioratuum incompatibilitate quoad Regulares Monachos, & Moniales, habere debeat locum in Militibus, ſeu Equitibus Hieroſolymitanis Sancti Ioannis, vulgo, *Caualleros de Malta del Orden de Señor San-Iuan,* quos veros Religioſos eſſe tenent Corduba *in Summa, quæſt.148.& quæſt.268.* Nauarrus *de Regularibus, lib.3, conſ.21.* Pater Manuel. Rodriguez, *de Regularibus, tom.1.quæſt.1.artic.6.* & cum aliis Hieronymus Fernandez de Olero *diuerſarum quæſt.iur.part.1.quæſt.10. à num.1. vſque ad num.5.* Stephan.Gratian. *tom.2.c.363. à num.20. & tom.3. cap.457.à num.23. verſ. an autem quæ dicta ſunt de Monachis, & Regularibus, procedant in Militibus Hieroſolymitanis Sancti Ioannis, &c.*

Attamen hanc quæſtionem bene excutiunt, atquè diffiniunt DD. qui ſunt videndi, Iacobus Menoch. *conſil.54.* vbi an Equites Hieroſolymitani ſuccededere poſſint in feudis? diſputat ex profeſſo pro vtraque parte, & reſoluit pro Negatiua, & eum reprobat Dom.D.Ioannes à Solorzano *de Iure Ind.lib.2. cap.17. num.70.* Petrus Dueñas *Regul.103. num.6. limita ſextò non procedere in iſtis Cruciferis, qui militant contra Infideles, vt ſunt Commendatarij Sancti Ioannis, &c.* & in maioratibus Hiſpaniæ, Carolus de Tapia *in Auth. Ingreſſi, verb.ſua, cap.25.n.20. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Mieres *part. 2. quæſt. 3. num.47.& 48.* Calephas *de Equeſtri dignitate, n.33.* Pater Thomas Sanchez, *in Decalogo, lib.7.cap.15. num.48.& 49.* Anton.Faber, *lib.6. Cod.tit.de fideicommiſſ. different. 33.* Dom. Molina *lib.1. cap. 13. num.99. verſ. Ex quibus verbis etiam milites Sancti Ioannis excluduntur: & ibi* Additionatores concludentes, quod vbi diſpoſitio, ſeu inſtitutio Religioſos excludit, cenſentur etiam excluſi Equites Hieroſolymitani Sancti Ioannis, quia hi Milites ſunt verè Religioſi, & ſic quæ dicta ſunt de Monachis, & Regularibus intelligenda ſunt etiam procedere in Militibus Hieroſolymitanis: Stephanus Gratianus *tom.3. d.cap.457.à num.23.*

Aliter tamen dicendum eſt, in Militibus Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, quia matrimonium contrahere poſſunt, & filios naturales ac legitimos procreare, & ſic non cenſentur excluſi tanquam Monachi, & alij Regulares: Additionatores *vbi ſuprà:* Hieronymus Fernandez de Olero *diuerſor.parte 1. quæſt.10. à num.5.* niſi in maioratu diſpoſitum ſit, quod ſucceſſor aliqua facere teneatur, quæ propter obedientiam, quam Magno Magiſtro, vulgò *Maeſtre*, præſtare debent, efficere nequeant, tunc enim cenſentur etiam excluſi ex præſumpta mente, & voluntate inſtitutoris: Molinus *de ritu nuptiar. different.3.num.31.* Additionatores ad Dom.Molinam, *lib.1.cap.13.ſuper num.98. & 99.*

103 Hactenus de maioratibus, perpetuis fideicommiſſis, & patronatibus. Sed quid in feudis? an incompatibilia ſint apud Regulares Clericos, & Religioſos, Monachos, & Moniales? latè ſe habent, & ex profeſſo Feudiſtæ, *in cap.* 1. *§. qui Clericus. ſi de feudo fuerit controuerſia in vſibus feudorum,* & *in cap.* 1. *de miſite vaſſallo, qui arma bellica depoſuit. cap.* 1. *de beneficio fœminæ, leg.* 6. *tit.* 26. *part.* 4. Carolus de Tapia *in auth.ingreſſi, verb.ſua, cap.* 14. *per totum, C.de ſacroſ.Eccleſ.* Petr. Dueñas *Regula* 103. Iul.Clar. *in §.feudum, quæſt.* 78. & ibi Additionat. *liter. A.* Roſental *de feudis, cap.* 7. *concluſ.* 30. Micres *part.* 3. *quæſt.* 3. *à num.* 37. *vſque ad num.* 47. Burſatus *conſ.* 199. *à num.* 12. *lib.* 2. Chaſſaneus *in conſuetud. Burgundia, rubric.* 2. *§.* 5. D.D. Valenzuela Velazq. *tom.* 2. *conſil.* 135. *à num.* 14. & cum aliis D. D. Ioan. Baptiſta de la Rea *tom.* 2. *alleg. fiſcali* 86. *num.* 16. *&* 17.

104 Quid autem de officiis publicis, & iuriſdictionibus renuntiabilibus, quæ vendi, cedi, & hipothecari poſſunt: non enim verſamur in officiis publicis, electiuis, quæ cùm votis acquiruntur, prorſus prohibita ſunt vendi, aut locari, de quibus loquitur *lib.* 7. *&* 8. *tit.* 3. *lib.* 7. *Recopilat.* ſed de cæteris aliis, prout ſunt officia Decurionatus, vulgò *de Regidor, o Ventiquatro: oficio de Alferez mayor; oficio de Iurado, y de los de mas perpetuos de Alguazil mayor Alcalde honorifico, y Alcaldes prouinçial, convoz il voto en el Cauildo, Alcade de ſacas, Eſcriuanos publicos, y de rentas Reales, y oficios de Procuradores, de las Ciudades, Villas, y Lugares: y Oficios de las Reales Audiencias, y Cancellerias, como ſon el de Alguazil mayor de la Cancelleria Eſcribanos de Camara, Procuradores, y Rectores.* Reſpondemus, quod omnia hæc officia ſunt incompatibilia quoad Monachos & Monaſteria, cùm prohibitum ſit eis exercere officium prophanum, & admitti non valeant ad hæc officia, prout deciſum eſt non ſolùm de iure canonico, ex *toto tit. ne Clerici, vel Monachi negociis ſecularibus ſe immiſceant:* maximè *in cap.* 2. 3. *&* 5. *cap. Monachi* 16. *quæſt.* 1. *cap. ſepè Principis,* 23. *quæſt.* 8. *cap. hi qui,* 21. *quæſt.* 1. Diu.Paul. *ad Timotheum epiſt.* 2. Philippus Decius *cap.* 2. *n.* 44. *de iudic.* & cum aliis multis Dom.Garcia de Maſtrillo, *lib.* 2. *cap.* 6. *à num.* 3. Pater Manuel Rodriguez *de Regular. tom.* 3. *quæſt.* 8. *art.* 3. & loquens de officio Tabellionis, idem Dom. Garcia de Maſtrillo, *deciſ.* 159. poſt Bernardum Diaz, & eius Aditionatorem Salzedo *in pract. cap.* 48. *verb. Miniſtri laicorum, & cap.* 59. *verb. Tabellionatus officium.*

105 Sed etiam de iure noſtro Regio, *l.* 4. *tit.* 4. *part.* 3. *l.* 4. *tit.* 17. *part.* 3. *l.* 17. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinamenti: l.* 15. *tit.* 18. *lib.* 2. *Ordinamenti: l.* 10. *tit.* 2. *lib.* 7. *Ordinamenti: l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 1. *Recopilat. lib.* 73. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recopilat. lib.* 20. *tit.* 25. *lib.* 4. *noua recollect.* & ſatis abundè probat Dom. Ioan. Baptiſta de la Rea *in alleg. fiſcalib. tom.* 2. *alleg.* 86. Monaſteria, & Regulares non poſſe habere officia Regularia, *per totam.*

106 Vnde notabiliter & nouiter infero, ad veram (ni fallor) ſanam, & iuridicam reſolutionem, quam mente teneas; quod quando Monaſterium capax ſucceſſionis in communi, ſuccedit in officio publico, aut ſuccedit tanquam in bonis liberis, & non grauatis, nec reſtitutioni ſubiectis; & tunc ſolū quoad æſtimationem, & pretium ſuccedere debet. Aut ſuccedit in officio publico, vinculo maioratus grauato, ſeu reſtitutioni ſubiecto poſt vitam Monachi; & tunc ſtatim tranſit ad ſubſtitutum ſecundò vocatum, aut ſequentem in gradu, abſque eo quod Monaſterium, vel Clericus tali officio publico vti valeat, neque ad nominandum, neque ad exercendum per ſe, vel per ſubſtitutum.

107 Quod equidem teneo, & ad hanc nouam opinionem tenendam in iudicando, & conſulendo, ducor, imò conuincor ex ſequentibus.

Primò, quia non ſolùm per ſeipſum, ſed nec per ſubſtitutum ab eo nominatum, Monaſterium, Clericus, vel Monachus habere poteſt exercitium officij publici: vt probat in terminis ſatis concludenter poſt Dom. Solorzanum *de Indiar. gubernat. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *à num.* 66. Dom. Ioan. Baptiſta de la Rea *in alleg. fiſcalib. tom.* 2. *alleg.* 86. maximè *à n.* 25. *vſque ad* 45. & *in dict. num.* 25. ponderat maximum illud inconueniens, quod exinde ſequeretur, ſi per ſubſtitutum deſeruire, ſiue adminiſtrare poſſet Monaſterium, quod ſi in aliquo ſubſtitutus à Monaſterio nominatus excederet, ita vt oporteret agere contra nominatorem, ex *l.* 1. *§. ſed ſi magiſtratus, & l. quod ad heredem, ff. de magiſtrat. conueniend.* & *ex toto tit. Cod. de periculo nominatorum:* non poteſt in hoc caſu aduerſus Monaſterium agi coram Iudice ſeculari, nec ab eo fiſcus conſequi pœnas, quibus ſubiaceret ſubſtitutus: Abbas *in cap. cum contingat, num.* 1. *de foro competent.* Dom.Couar. *pract. cap.* 33. *num.* 6. Tiber.Decian. *in pract. criminal. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 43. & ex textu *in l.* 4. *tit.* 17. *part.* 3. tenet cum Salcedo & aliis Bobadilla *lib.* 2. *c.* 18. *n.* 99.

108 Præterquam quod de iure noſtro Regio prohibitum eſt deſeruire dicta officia publica per ſubſtitutum: *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 2. *l.* 33. *tit.* 20. *lib.* 1. *tit.* 21. *eodem lib.* 2. *Recopilat. l.* 6. *tit.* 2. *l.* 18. *&* 19. *tit.* 3. *lib.* 7. *nouæ recollectionis,* cum aliis, quas congerit *ſua collectanea ad omnem Recopilat. noſtri Regni in l.* 3. *tit.* 11. *lib.* 2. *num.* 8. D. Ant. de Morales à Noroña, huius Illiberitanæ Cancellariæ inſignis Aduocatus, olim in iſtius ciuitatis Vniuerſitate Inſtitutionum Cathedræ moderator digniſſimus, nunc verò totius Granatenſis Regni belligerus Auditor; Opus ſanè pulchrum, quod typis mandare tentat, illúdque inuenies eruditionis plenum admirationis dignum, & eius ingenij acuminis indicem. Quod iuris rationibus non deſtituitur propter damna, quæ ex ſubſtitutorum ſeruitio ſequuntur: dixit Dom. Solorzano, *de Indiar. gubern. tom.* 2. *lib.* 4. *cap. vnico, num.* 112. poſt Anton. de Leon *in lib. confir. Regiarum, part.* 1. *cap.* 15. *d. n.* 18. *& cap.* 22.

Et quod reſpectu Monaſterij hoc debet obſeruari, etiam ſi in titulo, ſeu conceſſione officij publici, adſit facultas Regia officium deſeruiendi per ſubſtitutum, & eum nominandi: quia hæc conceſſio, ſeu facultas etiam per verba generalia data, intelligi debet in fauorem laïcorum, & eorum, qui ſunt capaces ad obtinendum illud & exercendum per ſe, quo caſu poterunt quidem exerceri illa officia publica per ſubſtitutum: nullo tamen modo comprehenſi cenſentur in dicta conceſſione, ſeu Regia facultate, Monachi, ſeu Religioſi, qui ſunt incapaces vſus, & exercitij horum officiorum: prout latè probat in terminis D.D. Ioan. Baptiſta de la Rea *d. alleg. fiſcali* 86. *à n.* 35. *vſque ad* 38.

109 Secundò, quia nullus admittendus eſt in his publicis officiis renuntiabilibus, niſi qui habeat titulum à Principe conceſſum, *l.* 3. 4. *&* 6. *tit.* 4. *lib.* 7. *Recopilat.* Dom. Salgado *in labyrintho Creditorum, part.* 1. *cap.* 35. *à n.* 19. & is qui etiam habeat tertiam partem in pretio, ſeu æſtimatione officij: *l.* 41. *tit.* 20. *lib.* 2. *Recopil.*

Tertiò,

110 Tertiò, nam locari etiam non poſſunt dicta officia publica, nec ſub confidentia dari, niſi in eis ſuccedat vidua, aut minor; & tunc per tempus tantum duorum annorum: *l.42.tit. 20. Recopilat. l.1. tit.11.lib.3. l.4.* ibi: *no ſe arrienden y ſe probean a perſonas habiles y ſuficientes, que los ſirban por ſus perſonas, y que no pongan ſuſtitutos, &c. tit. 25. lib.4.& l.8.tit.3.lib.7. Recopilat.* quod recommendatur in Ordinamentis huius Regalis Cancellariæ Granatenſis, *lib.3.tit.5. num. 43. verſ. no ſe arrienden ſus officios, &c. & verſ.que no ſe puedan dar en confianza, ſaluo ſiendo de menor, o muger, por dos años:* & *in dict.lib.3.tit.6. num. 13. verſ. no ſe puedan arrendar eſtos officios, ni dar à renta, ni en confianza.*

111 Quartò, & vltimò, quoniam nec dominium directum, ſeu ſuprema poteſtas horum officiorum, nec dominium vtile ſunt compatibilia in Religioſis, ſeu Monaſteriis, nec eis conueniunt eorum vſus & emolumenta. Patet, quia dominium directum cuiuſuis officij publici remanet apud Principem, cùm ab ipſo dependeat prouiſio, collatio, & poſſeſſio, quæ poſt renuntiationem conceditur de licentia, iuſſu, & aſſenſu Principis; ideò à Principe confirmante, & approbante tanquam à vero domino officium obtinere dicitur: *l.item eorum, §. ſi decuriones, ff. quod cuiuſque vniuerſitatis:* & non à nominante, qui officium obtinet, tanquam Imperialem, ſeu Regalem munificentiam, & non tanquam bona propria, ſeu paternam hæreditatem: *§.optimum, in Auth. de exhibend. Reis.* Ex quibus iuribus, & authoritate multorum, ita tenet Dom. Salgado *in labyrintho creditorum, part.1.cap.35. à num.21.* & *in num.26.* ita ſe habet:

112 *Nam cum penès Principem reſideat dominium, ac proprietas officiorum, & in Officialem ſolum tranſit exercitium, vt probat Maſtrillus, de Magiſtratibus, lib.1. cap. 24. num. 37. idem Maſtrillus, lib.5.cap.6. num.140. Baldus in l.qui ſe patris, Cod. vnde liberi: verſ.idem in conceſſis: Natta conſ.580. num.4. Vazquez de Menchaca, de ſucceſſion. creat. §.18.à num. 88. Surdus conſ. 152. num.16. Camillus de Curte, part.1. diuerſ.iur.feudal. §. poteſt, num.5. fol.18. Franchis deciſ.557.num.2. Ponte, deciſ.2.n.6. Arias de Meſa, variar. reſol. lib.2.cap. 57.num.8. quod dominium etiam arguit licentia, aſſenſus, & beneplacitum Principis requiſitus ad valorem renuntiationis, cùm ex licentia ad actum, poſtulanda ab aliquo in diſpoſitione alicuius rei, eius dominium arguat. Probant Bald. in l. ſi permittente, num.2. Cod. ad Velleianum: Socinus conſil. 52. num. 34. & 5. vbi quod licentia petitio, & præſtatio, inducit probationem dominij. Oſaſcus deciſ. 164. num. 16. & 17. Burgos de Paz conſil. 56. num.4. & 6. vbi quod licentia dominorum, quòd vaſſalli poſſint paſcuari, arguit dominium paſcuorum in domino. Noguerol alleg.28.ex num.86. Natta conſ.521. num.9. Rota deciſ.33.num.3.& per tot.part.1.diuerſor. Hieronymus Gonzalez ad Regulam 8. Cancellaria, gloſſ.3. §.6. num.37. & ideo ſemper expectanda erit domini approbatio, licentia, & aſſenſus, vt virtute renuntiationis, ius officij & exercitium transferri poſſit in ſucceſſorem, ad cuius fauorem facta fuit renuntiatio.*

113 Dominium autem vtile, vſus, & exercitium quod ſit incompatibile apud Monaſterium, ſatis concludenter probatum eſt ex omnibus ſuprà relatis iuribus, & rationibus in primo, ſecundo, & tertio fundamento.

Quid ergo mali contingeret, ſi Monaſterio, ſeu Religioſis concederetur (quod concedi neutiquam debet) ius nominandi, maximè ſi nominarent laïcum ſatis capacem, atque idoneum, ſub cautione ſatiſdationis, & fideiuſſorum, ad caſum, quo ratione officij in eo delinqueret, & quid inde ſequi poſſet? Reſpondetur, plurima inde poſſe oriri inconuenientia, daretur enim aditus ad cupiditatem, & occaſio, ſeu anſa peccandi, & contraueniendi legibus, & iuribus ſuprà relatis, quibus prohibitum eſt eis ſe immiſcere negotiis ſecularibus, & ne habeant vſum ſiue exercitium horum officiorum per ſe, vel per alium; neque quodlibet emolumentum ſeu præmium, ſecretè, & ſub palliata conuentione accipiant propter electionem, & nominationem: timendúmque eſſet ne mediante perſona nominati, qui ab eis dependeret, aſſumerent cognitionem, & poteſtatem in negotiis publicis, & negotiis particularibus ſecularium: Quod inconueniens conſideratum fuit per textum de iure noſtro Regio, *in l. 10. tit. 3. lib. 7. Recopilat.* abſque eo quod ſit alia ratio decidendi, dum ita dicit: *Mandamos que de aqui adelante, ningun Alcalde, ni Alguazil, Merino, ni Regidor, ni Ventiquatro, ni Fiel executor, ni Iurado, ni Eſcribano de conſejo, Contador, ni Mayordomo de conſejo de todas las Ciudades, Villas, y lugares de nueſtra Corona, ni patrimonio Real, ni de alguna dellas, no viban con Prelado, ni Caballero alguno por continuo, ni por tierra, ni acoſtamiento, ni racion, ni quitaçion, ni ayuda de coſta, ni en otra manera alguna, directe, ni indirecte, publica, ni ſecretamente; ſo pena que qualquiera que contra lo ſuſo dicho, o contra qualquier coſa, o parte de ello fuere, o paſſare en qualquiera manera, que por el miſmo hecho, aya perdido, y pierda el tal officio, o officios, que de nos tubiere, y que devaco para que nos probeamos de el aquien nueſtra merced, y voluntad fuere; ſin preceder para ello otra ſentenzia, ni declaracion alguna: Otroſi es nueſtra merced; y mandamos que en las Ciudades, Villas, y Lugares de nueſtra Corona Real, donde los officios ſon añales, que no puedan ſer, ni ſean elegidos ni nombrados a ellos la perſona, o perſonas que tubieren viuienda en qualquiera de las maneras ſuſo dichas con qualquier Prelado, &c.* 114

Si enim propter dictam cauſam prohibitum eſt, ne is, qui habitat cum Prælato, & ſub eius ſubſidio, poſſit eligere, ſeu nominare aliquem in Officio publico; igitur multo magis non eſt admittendus nominatus ab ipſo Prælato; & ſic eadem ratione à Monaſterio, ſeu eius Prælato, vel Clericis, & Regularibus; quem nominatum ſub eorum obedientia aut beneplacito eſſe nulli dubium crederem. 115

Ergo expedit, vt ceſſent illa omnia inconuenientia, & ius Canonicum, & noſtrum Regium purè obſeruetur, liberè & ſanè, & abſque vllo contrauentionis timore, & fraudis occaſione, quod ſi Monaſterium ſuccedat in Officio publico, renuntiabili, ac vendibili, tanquam in bonis liberis; ſolummodo obtinere poſſit æſtimationem, ſeu pretium; quod inter Monaſterium, & cohæredem, ſi aliquem habuerit, diuidetur iuxta deciſionem text. *in l.omnimodo 20. §.imputari, Cod. de inofficioſo teſtam.* ſin autem non habeat conſocium, vel cohæredem, ſuccedat in pretio, & diſtrahat officium quantocyùs fieri poterit: quod ſi ſtatim non cedat ſeu alienet, vel emptorem reperire non poſſit, neceſſariúmque ſit Reipublicæ, quod aliquis illud officium exerceat, & quod non ſit in ſuſpenſo; tunc Regia Maieſtas, 116

Digitized by Google

Senatus, Conſilium, ſeu Capitulum cuiuſuis populi, ſeu ciuitatis, aliquem idoneum eligat, nominet, & admittat interim ad vſum, & exercitium illius officij, donec alienandi præbeatur occaſio.

117 At verò, ſi Monaſterium ſuccedat in officio publico, affecto grauamine vinculi, ſeu maioratus, patronatus, ſeu anniuerſarij perpetui; tunc illicò tranſeat ad ſequentem in gradu ſecundò vocatum, vel ſubſtitutum, vel ad ſuceſſorem ab inteſtato; & eo deficiente, ad Fiſcum, ſeu ad Principem deuoluitur, ex eo quod incompatibile ſit apud Monaſterium, ſeu Religioſos, & per rationes, & iura ſuprà dicta.

118 Ex his infertur ad aliam quæſtionem, an Princeps inhibere poſſit Eccleſiaſticis ſucceſſionem in Officiis publicis? & quòd talis prohibitio valeat à Principe conſtitui, & per legem promulgare, quod nullatenus ſuccedant in dictis Officiis, ſiue conſiderentur tanquam bona libera, ſiue vinculata, facilè probauerim: & hanc concluſionem deduco ex D. Ioan.Baptiſta de la Rea *in ſuis allegat. fiſcal. tom.2. alleg.86.n.29.*vbi ita ſe habet.

119 *Sed etiam non leue diſpendium eſſet publici commercij, & laicorum vtilitatis, hæc officia (quando prædicta non prohiberent) Monaſteriis mancipare: quia cùm inter priuates exercetur, multæ familiæ augerentur, & in ſeruitio Regis exerceri poſſent; quod ceſſaret, ſi omnino ad Monaſteria officia transferri poſſent. Et ideo de illis ſtatuta fieri, & Regia ſchedula expediri poſſunt, abſque eo quod libertatem Eccleſiaſticam lædant; quia potius Religionis, & Eccleſiaſticorum decori, ex iure Canonico illud congruit, & quoties legibus Eccleſiaſticis de hoc loquentibus conueniunt, nihil lædunt libertatem Eccleſiaſticam; vt in aliis, de quibus plures referens Diana part. 4. tract. 1. de immunitate Eccleſiarum, reſolut. 13. 14. & 15.*

Sat iam erit de explicatis atque notatis ad *Clem. Exiui de Paradiſo*: finem ergo imponamus ad laudem, & gloriam Dei Omnipotentis, Deiparæ Virginis Mariæ, ac Diui Ildefonſi, in cuius feſtiuitatis die hoc caput perfecimus.

CAPVT VI.

De Incompatibilitate in Iure Canonico, ad declarationẽ Gloſſæ *in cap. cœpit Hermenegildus, 24. quæſt. 1. verb. Rex.*

SVMMARIVM.

1 *Gloſſa*, verb. Rex, *in noſtro textu*, Cœpit Hermenegildus Rex, *in quantum dixit, quòd filius Regis, Comitis, Marchionis, vel Ducis, in vita patris dicitur etiam* Rex, Comes, Marchio, *vel* Dux, *licet in actu non ſit Rex; eſt vera: attamen dum dicis quod Hermenegildus non erat Rex, ſed Princeps, eſt falſa; quia verè fuit Rex Hiſpalenſis iuratus: ideo defenditur Diuus Gregorius dum dixit quod erat Rex, & n.2.& 3.*

4 *Inſtitutio maioratus cum clauſula*; Suceda otro en el otro maiorazgo, porque ſu voluntad es, que no anden juntos, o no ſe junte con otro maiorazgo; *& eueniat quod primogenitus, tempore quo alter maioratus defertur, habeat duos filios, vel fratrem, vel filium vnicum, quis eorum ſuccedere debeat in maioratu? latè diſputatur, & pro ſingulis eorum afferuntur ferè indiſſolubilia fundamenta, à n.4. vſque all 32.*

26 *Incompatibilitas regulariter conſideratur non habere locum quando ſucceſſor non eſt in actu, ſed in potentia, ſeu habitu, & n.27.& 38.*

33 *Quæſtio inter primogenitum, & eius fratrem, patruum, & eius filium ſuper maioratu incompatibili inſtituto ſub clauſula ſuprà relata, eſt difficillima, adeo quod in Tribunalibus ſuperioribus, vbi frequenter ſe offert, remittitur ſæpius ob diſcordiam de vna ad aliam Aulam decidenda: ac determinationes, & contraria ſententia proferuntur: nihilominus reſoluitur hic cum diſtinctione quadam Magiſtrali: ſcilicet, an ratio incompatibilitatis comprehendat lineam, vel tantum perſonam; ſiue ſit realis & linealis, vel perſonalis, à n.33. vſque ad 48.*

49 *Linealis ſeu realis cauſa prohibendi concurſum duorum maioratuum, vel perſonalis an ſit, quomodo recognoſcatur? Declaratur, & exemplis demonſtratur, à num.49. vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

Ad Gloſſam, *verb. Rex, in cap. cæpit Hermenegildus Rex. 24. quæſt. 1.* vbi dicitur quod in vita patris Primogenitus filius Regis, *Rex* vocari debet, licet in actu non habeat regnum, ac idem de filio Comitis, Marchionis, vel Ducis primo genito. Deinde agitur, quid erit ſi prohibitus ſit apud patrem concurſus duorum incompatibilium maioratuum, ita vt illico vnus eorum tranſire debeat ad alium, omittendo ſi hic alius futurus erit ſecundo genitus, vel ſequens in gradu, at eueniat quod pater poſſidens vnum tempore vacantis alterius incompatibilis maioratus, habeat fratrem, & filium vnicum, vel fratrem, & duos filios, ſcilicet primogenitum, ac ſecundogenitum, quis eorum ſuccedere debeat in maioratu, quem pater non retinet, an filius primogenitus, qui eſt tanquam dominus in vita patris, & ſpem inuariabilem habet ſuccedendi in alio maioratu à patre retento, vel an ſuccedere debeat frater, vel ſecundogenitus? Et quid inter patrueles? Anceps quæſtio, & quæ incidit ferè neceſſariò ad veram intelligentiam, atque explicationem Gloſſæ noſtri textus.

PRo meliore expoſitione huius ſeptimæ Partis, de Incompatibilitate in iure Canonico, hic nobis erit examinanda, ex noſtro textu *in cap. cæpit Hermenegildus Rex. 24. quæſtione 1.* Gloſſa, *verb. Rex.* quam reſolutiuè tenendum eſt, in 1

in ſuppoſitione ſua, eſſe falſam, ſed veram in ſua deciſione: & quoad intentionem, Gloſſator eſt laudandus, quia Ioannes Teutonicus expoſitor noſtri textus intendit defendere Diuum Gregorium ab oppoſitione, quam fortè aliquis excitare poſſet contra ipſum D.Gregorium, dum Hermenegildum vocat *Regem*, cum *Principem* vocare debuiſſet, ex eo quod in vita patris, qui vere erat Rex, appellandus fuerat Princeps, & non ita abſolutè *Rex*: ideo vt præueniret & eluderet hanc aduerſus D. Gregorium obiectionem verbi, *Rex*, ita arguit, *quod filius Regis, Rex vocari debeat, licet Regnum non habeat, & eſt Argumento pro Comitibus Theutoniæ, & Italiæ, iam enim Dominus eſt, & ſola adminiſtratio deeſt, l.in ſuis, ff.de liber.& poſthumis.*

2 Verùm in hac ſuppoſitione re vera D. Gregorius non lapſus fuit, ſed eius Expoſitor; qui in mente reuoluere debuerat, quod Hermenegildus fuit verè, & propriè Rex Hiſpalenſis electus à populo, atque coronatus ſolemniter, prout Leuigildus pater eius: quia cum in Curiis, ſeu Comitiis petiiſſet ſibi nominari Adiunctos, nominatus fuit Hermenegildus ad Regnum Hiſpalenſe, & Leouigildus ſibi retinuit Toletum, ad eúmque tranſtulit ſuam ſedem, quam antea Hiſpali habebat: merito ergo, & impropriè Diuus Gregorius inquit, *Cœpit Hermenegildus Rex.*

3 Gloſſa autem, quatenus in ſe eſt, non verò in argumento noſtri textus, communiter approbatur, & cum ea conuenit alia gloſſa, *verb. Auguſtos, in cap.2.diſt.63.* & Gloſſ. *verb. Rege ſuo, in cap.denique.97.quaeſt.1.cap.1.& cap.nos Romanorum, de Pace conſtantiæ:* atque eam ſequuntur Baldus *in l. ex hoc iure, num.5. ff. de iuſt. & iure, & in l.quæſitum. §.ſi mihi ſeruus, in fine, ff.de legat.1. & in l.in ſuis, num.2. ff. de liber. & poſthum.* vbi Iaſon, *num.19,* idem Bald. *conſil.389.num.1. verſ. Quintò probatur, quia Primogenitus viuo patre intelligitur habuiſſe dominium Regni ſola adminiſtratione excepta, &c. lib.2.* Abbas Panormit. *in cap.tanta, num.20. Qui filij ſunt legitimi.* Albericus *in l.in ſuis, num.23.ff.de lib.& poſthum. & in l.Partum, num.3. C.de rei vindic.* Feudiſtæ *in tit.Quis dicatur Dux, Comes, Marchio?* latè Iaſon, *in dict.l.in ſuis, à num.19. & conſil.192.à num.3. lib.2.* Abbas *conſil.85.num.6.* Oldradus *conſil.94.* Bellamer. *deciſ.227.* Ioan.Lecirier *de primogeniis, lib.1.quæſt.14.num.25.& 26.* Corſetus Siculus *de poteſt. Regia, quæſt.25. in tract.Doctor. vol.12.* & *in tract. ceſſante cauſ.part.1. n. 106,* Guillelmus Benedictus *in cap.Raynutius, verb.in eodem teſtamento, num.166. de teſtament.* Carol.Ruynus, *conſ.19.num.2.lib.2.* Chaſſaneus *in catal. glor. mundi, part.5. conſiderat.41.* Tiraquell. *de primogeniis, quæſt.33. per totam, & in l.ſi vnquam, in princ. num.21.Cod.de reuocand. donat.* Dom. Greg. Lopez *in l.2.tit.15.part.2. gloſſ. verb.de linage.* Boërius *de authorit. magni conſilij, num.106.* Anton. Gomez, *tom.1.cap.1.num.5.* Montal. *in foro legal.lib.1.tit.3. de la guarda de los hijos del Rey, in Rubrica.* Dom. Præſes Couarrum. *in cap.alma mater, part.1.§.3.n.9. verſ.3.* Perez *in leg.1.tit.2.lib.2. Ordinamenti, pag.198.* Dom.Molina *de primogen.lib.3.cap.6.num.15.* Velazquez de Auendaño *in l.4.Tauri, gloſſ.1.n.32.* Parladorius *lib.2. quotidianar.cap.13. num.fin.* Burgos de Paz, *conſ.9.num.31.* Alphonſus à Villadiego *in Rubr.de las bodas, tit.1.lib.3. Fori Iuſgo, num.17.* Mieres *de maioratibus, part.1.quæſt.23.num.110. & part.2. in initio, num.475.476. ac 515. & part.3. quæſt.17.num.19.* Narbona *in l.39.tit.3. lib.1. Recopilat.gloſſ.1.num.44.& in l.17.& 18. tit.1. lib.4. Recopil.gloſſ.4. à num.2.* Ioan.Vincent.de Anna, *in conſtitutione, Terminum vitæ, num.27.* Ioan.Guttierez, *in §.ſui: num.111.de hered.qualit. & different.* Dom.Garçia Maſtrillo *de Magiſtratib.lib.1. cap.5. à num.1.* Robles de Salzedo *de Repræſentat. lib. 1. cap.7. à num.15.vſque à num.20.* Philippus Paſchalis *de viribus patriæ poteſt.part.4.cap.1.num.5.* Anton.de Amalteo *tom.1, reſol.2.à num.47.*

Sed vt meliùs & perfectiùs intelligi ac percipi 4
poſſit prædicta Gloſſa, *verb.Rex huius noſtri textus, in dicto cap.fin.24.quæſt.1.* examinare eam conuenit in illa ardua quæſtione; Quid ſi ob incompatibilitatem duorum maioratuum, quorum concurſus prohibitus ſit ab inſtitutore, ita vt cum alio coniungi vetuerit, neque cauerit, quis ſuccedere debeat in alio maioratu incompatibili, an ſequens in gradu, an ſecundogenitus? ſed ſimpliciter dixerit, *Suceda otro en el otro mayorazgo, por que ſu voluntad es que no anden junto, e no ſe junte con otro:* & eueniat quod primogenitus vnum eorum obtineat tempore quo alter defertur, & habeat duos filios, vel patrem & filium vnicum; quis eorum ſuccedere debeat in maioratu, quem pater noluerit optare, ſeu retinere, an filius primogenitus, vel ſecundogenitus? vel ſi fortè habeat vnigenitum, & fratrem, an vnicus primogenitus, vel frater?

Pro ſecundogenito, vel Patre, contra primoge- 5
nitum, fortiter vrget dicta Gloſſa huius noſtri textus. Nam ſi in vita patris primogenitus habet idem dominium quod pater in Regno, Comitatu, vel Maioratu, cùm ſola ei deſit adminiſtratio; ergo ea ratione incompatibilitatis, qua impeditus eſt pater, etiam impeditus erit filius primogenitus, & implicatus: itaque neceſſariò maioratus tranſire debet ad fratrem, vel ſecundogenitum, qui non eſt præoccupatus, imo vacuus, & liber ad ſuccedendum in dicta maioria.

Confirmatur ſecundò, quia non ſolùm in vita pa- 6
tris cenſetur primogenitus habere idem dominium maioratus quod pater, & quodammodo eſſe dominus *l.in ſuis: de liber. & poſthum.* ſed etiam habere eandem inueſtituram ac poſſeſſionem quam pater habet, taliter quod poſt mortem patris non dicitur ſuccedere in maioratu, vel feudo, ſed retinere, & continuare eius poſſeſſionem & dominium: vt docet Bald. *in l. cum antiquioribus, verſ. Decimò, Cod. de iur. deliber.* vbi tenet, quod filius viuo etiam patre dicitur poſſidere feudum; & *in l. 2. in fin.Cod.de legitim. heredib.* Iaſon *in l. quoties, verſ. nota etiam perpetuo, &c.Cod.de rei vindicat. & in l. ſi ſorori, num.fin.Cod.de iur.deliberandi,* & eos referens Tiraquellus *in l.ſi vnquam, in princip. num.20. Cod.de reuocand.donat.* Carolus Ruyn. *conſ.19.n.2, lib.2.*Milanenſ.*deciſ.9. num.73.lib.1.* Philippus Paſchalis *de virib. patria poteſtat. par.4. cap.1.num.1.* Antonin.de Amato, *tom.1.reſol.2.n.47.*

Tertiò, comprobatur ex eo quod primogenitus 7
certam adquirit ſpem ſuccedendi in maioratu, ex tempore quo naſcitur, & ita firmam, inuariabilem, atque immutabilem, vt neque per Principem euelli poſſit: ex eoque dicitur habere viuum ius formatum ſuccedendi in maioratu, patre viuente: ita tenet Tiraquellus *de primogeniis, quæſt.40.num.69.* Ioan.à Terra Rubea *in tract.contra Rebelles, art.1.quæſt.24.* & cum aliis Dom.Molina *lib.3.cap.6. à num. 5. & num.37.* Burgos de Paz, *conſ.9.num.29. & 30.* Matienzo *in l.7.tit.7.lib.5.Recop.gloſſ.5.num.6.* Mieres *de Maioratib. part.2.in princ. à num.512. & 516,*

Antonin. Amat. *variar. tom.* 1. *reſol.* 2. *n.* 26. & Dom. D. Ioan. à Solorzano, *de Indiar. gubernat. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 19.

8 Quartò, nam proprium alicuius dicitur, quod ei debetur, vel deberi ſperatur: Gloſſ. *verb. ſuum, in l. purè* 5. *§. ſi eum, ff. de dol. mal. & met. except.* & Gloſſ. *verb. meum, in l. ſi tibi pecuniam, ff. ſi certum petatur:* Mieres *part.* 2. *in initio, n.* 517.

9 Quintò, ex Regula *in l. qui actionem habet, rem ipſam habere videtur, de Reg. iuris:* Mieres, *vbi proximè, num.* 520. & *in num.* 521. vbi tenet, quod qui habet ſpem, dicitur habere ius quæſitum, *ex l. ſpem, Cod. de donat.*

10 Sextò, probat illud axioma, quod accingendus de proximo, habetur pro accincto: *l. ex eo tempore,* 42. *ff. de teſtam. milit.* Alexander *conſ.* 129. *à n.* 7. *lib.* 7. Auguſt. Barboſ. *axiom.* 6. *n.* 1.

11 Septimò, facit contra nepotes filios primogeniti, & in fauorem patrui, quod excluſo patre à ſucceſſione maioratus, excluſi cenſeri debent etiam eius filij: maximè, quando verſatur alterius vocatio: *l. ſi viua matre, §. in nepotibus etiam, C. de bonis matern. §. reliquum, in Authent. de heredit. qua ab inteſt.* & ex Dom. Molina *lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 2. Menoch. *conſ.* 172. *num.* 31. Mieres *part.* 2. *quæſt.* 2. *à num.* 81. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 27. *num.* 18. Cephal. *conſ.* 244. *volum.* 3. & ex aliis quamplurimis, ita tenet, & comprobat D. Ioan. à Caſtillo, *lib.* 6. *cap.* 178. *num.* 2. & Dom. Solorzano *de Indiar. gubernat. lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 9. vbi alios allegat. Sed ſic eſt, quod pater per electionem vnius ex duobus maioratibus incompatibilibus, fuit excluſus ab alio, ad quem vocatus fuit alius; ergo etiam eius filij cenſentur excluſi; & ſic admittitur eorum Patruus, qui cenſeri debet vocatus in hoc caſu.

12 Octauò, ex aperto videtur probari pro patruo ex iure noſtro Regio *in l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil.* cum quo præſumitur qood teſtator voluit ſe conformare, *l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian. l. ſi duo, ff. de adquir. hereditate:* Menochius, *lib.* 4. *præſumpt.* 102. Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.* 4. *cap.* 35. *num.* 13. & 14. *cum ſequentibus:* nam *ibi in d. l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* diſponitur, quod quando in primogenito concurrunt duo primogenia, quæ incompatibilia ſunt ex diſpoſitione illius legis, vnum eligit, & alterum tranſit ad eius fratrem; & non diſponit quod tranſeat ad filium primogeniti, ſed ad fratrem, qui reſpectu filiorum fratris, patruus eſt. Ita enim illic dicitur: *El hijo mayor que en las dichas dos caſas aſſi juntas por caſamiento, podia ſucceder, ſucceda ſolamente en vno de los tales maiorazgos, en el mejor, y mas principal qual el quiſiere eſcojer; y el hixo, o hixa, ſegundo ſucceda en el otro maiorazgo.* Et in ſchedulis de Commendis Indorum, (quæ ſunt incompatibiles,) de quibus Dom. Solorzano *de iure, & gubernat. Indiarum, lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 2. ita ſic: *Por laqual declaramos y es nueſtra merced y voluntad, que quando la tal a caeſçiere en eſta nueſtra nueba Eſpaña, que no ſucceda el hixo mayor en los Indios de ſu padre, por las cauſas ſuſo dichas, o por otra alguna que la tal ſucceſſion paſſe a el hixo ſegundo: y no ſuccediendo el ſegundo, paſſe a el tercero; y anſi por el conſiguiente aſta acauar los hixos barones: y en defecto de no ſucceder en ellos, ſucceda la hixa mayor:* ſeu deſcendentes ex filio primogenito.

13 Tandem pro patruo contra nepotes, cum aliquibus ex his ſuprà proximè relatis fundamentis, & aliis, & reſpondentes ad contraria, defendunt ex profeſſo hanc partem Robles de Salcedo *de Repræſentat. lib.* 2. *cap.* 6. & Dom. D. Ioannes à Caſtillo, *lib.* 6. *cap.* 17. *per totum,* contendentes quod *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat.* intelligi debet, etiam extantibus filiis, aut deſcendentibus primogeniti, tempore illo, quo defertur ſucceſſio maioratus incompatibilis per electionem alterius; & hoc quod procedere debet tam in diſpoſitione legis, quàm hominis.

E contra verò, pro nepote primogenito aduerſus eius patruum, & aduerſus nepotem ſecundo genitum (ſi fratrem habeat) vrgent ſequentia.

Et in primis incipiendo per lineam, quæ ante 14
omnia attendi debet; negari non poteſt quin ſit ex linea primogeniti, filius maior, & à linea primogeniti deſcendens, & ſic maioratus ſucceſſio, quandiu exiſtit perſona ex hac linea filij ipſius maioris, ad eum ſpectat, nec debet fieri digreſſio ad aliam lineam eius fratris ſecundogeniti, vel lineam eius patrui: *l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *l.* 40. *Tauri:* Dom. Couar. *practicar. cap.* 38. *à num.* 6. Dom. Molina, *lib.* 1. *cap.* 3. *à num.* 11. & *lib.* 3. *cap.* 6. *à num.* 29. Flores Diaz de Mena *in additione ad Gammam, deciſ.* 59. *verſ. quanta eſt.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo, *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 95. & 188. & *tom.* 5. *cap.* 93. *num.* 5. & *tom.* 6. *cap.* 160. *à num.* 1. & *cap.* 166. *à num.* 4. & *d. cap.* 178. *num.* 2. Stephan. Gratian. *tom.* 3. *cap.* 436. *num.* 12. & *à num.* 43. Amat. *reſol.* 1. *à num.* 29. & 53. Additionatores ad Dom. Molinam, *lib.* 3. *cap.* 6. *ſuper n.* 29. *vſque ad* 32. & *ſuper num.* 30. *vſque ad* 32.

Secundò, quia non ſolum pro filio maiori pri- 15
mogeniti aſſiſtit prærogatiua lineæ primogenituræ, ſed etiam vocatio, ſeu ſubſtitutio, quæ de eo loquitur in caſo, quo adeptus non ſit alium maioratum,
nec eum poſſideat. Sed ſic eſt, quod alium maiora- 16
tum non poſſidet, nec eſt adeptus, imò nedum delatus; ſiquidem poſſeſſor viuit: Ergo ad ſucceſſionem eius maioratus incompatibilis cum alio electo, & à patre retento, debet primogenitus admitti. Et in ſpecie huius caſus de filio primogenito, loquitur expreſsè ſubſtitutio, & concludenter probat, & non de ſecundogenito fratre, nec de patruo, textus *in l. in fideicommiſſi, §. cum Pollidius, ff. de vſuris: l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebellianum.*

Tertiò, confirmatur ex eo quod intentum, & 17
finis principalis quo mouetur inſtitutor, vel legiſlator, ad hoc, vt duo, pluresvè maioratus diuidantur, eſt quòd ſimul in eademmet perſona non concurrant, ſed conditio huius prohibitionis conſequitur in ſpecifica forma ſi in patre, & eius filio maiori, vel in filiis filij maioris diuiſio fiat, duo enim, pluresvè maioratus in vno verè, & realiter non concurrunt: ergo filius filij maioris debet ſuccedere in illo maioratu incompatibili ſecundum inſtitutoris mentem, ac voluntatem, quæ principem locum obtinet in hac materia, vulgata *l. in conditionib.* 19. *ff. de condit. & demonſtrationib.*

Quartò, quia incapacitas patris, cum ſit merè 18
perſonalis, non nocet eius filio, à quo non incipit, ſed tantùm à perſona patris: *l. Titio vſusfructus* 96. *verſ. nec initium accepit:* cum aliis, prout in terminis de incapacitate patris per incompatibilitatem cauſata, & ademptionem illi factam probat Vincentius de Franchis, *deciſ.* 169. *num.* 24. *verſ. concluſum fuit ſuper ſecunda difficultate, hanc ademptionem non præiudicare eius filiis, & deſcendentibus, quibus ademptio non erat facta, &c.* Natta *conſ.* 470. *num.* 25. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 72. *n.* 44. *lib.* 1.

Quod quidem corroboratur ex his, quæ tradun- 19
tur ad probandum, quod filius, vel nepos, ob contrauentionem patris, vel aui, non excluditur à maioratus ſucceſſione: vt conſtat ex adductis à Dom. Molina,

Molina, *lib.1.cap.9.num.58.* vbi Additionatores, & *cap.13.num.36.& lib.3.cap.7.num.4.* Mietes *part.4. quaſt.4.illatione 8.num.21.* Dom. D. Ioannes à Caſtillo *lib.3. cap.15. num. 56.* Alexandro Raudenſe, *reſponſ.2.num.126.& reſponſ.30.à num.73.* & cum aliis Dom. Solorzano *de iur: Indiar. lib. 2. cap. 18. num. 37.* nam maiori ratione, filius, vel nepos, ob incompatibilitatem in patre, vel auo, excludi non debet à ſucceſſione maioratus incompatibilis cum alio à patre, vel auo retento; quoniam tunc non ex perſona patris, vel aui, ſed ex ſua ſuccedit.

20 Rurſus, & quintò fulcitur ex illa magiſtrali diſtinctione inter vitium reale ſeu lineale, & vitium perſonale: ſi vitium ſit reale ſeu lineale, veluti quando ratio excluſionis afficit lineam, ſicuti ratione originis, vel infectæ radicis, tunc vitium influit in filios, & in omnes, qui ex ea linea proueniunt: quia in eis, & in quolibet eorum militat eadem ratio excluſionis. Si vitium eſt perſonale, veluti ſi fuerit contractum per aliquod accidens, ſeu impedimentum temporale, tunc duntaxat afficit perſonam, ad quam reſtringitur ratio & cauſa excluſionis, non verò lineam: *arg. legis, ſi is qui 31. ff. de inofficioſ. teſtam. l. cancellauerat, ff. de his, quæ in teſtam. delentur.*

Quam diſtinctionem apprimè docent in ſpecie de maioratuum ſucceſſione, Dom. Molina, *lib. 3. c.7. num.4.* vbi Additionatores *verſ.fin.* maximè ibi: *ſecus vero ſi inhabilitas ſit contracta per aliquod accidens, quia tunc vitiat ſuam perſonam duntaxat, non verò ſuam lineam: vt infrà lib.4.cap.11.num.10. Robles de Repræſentat.lib.2.cap.1.num.18. Antonius Faber, lib.6. Codicis, tit. de conditionibus incertis, tit.23. diffinit.3.* & nouiſſimè Dom. Sorlozano, *de iure Indiar.lib.2.cap.18.n.34.& 35.*

21 Sed ſic eſt, quod vitium ob incompatibilitatem non eſt reale, ſeu lineale, imò eſt merè perſonale, quia contrahitur ob impedimentum temporale, ſeu accidentale incompatibilitatis: ergo non vitiat lineam, & ſic non vitiat filios ex ea linea deſcendentes, nec in eos influit.

22 Sextò, confirmatur: nam filius maior repræſentat patrem in quantum pro illo inſtanti potuit ſuccedere, ſeu pro aliquo temporis momento fuit ſucceſſibilis in illo maioratu, quem non elegit; ad repræſentationem enim ſufficit quod aliquo temporis momento Pater ſit in potentia, ſeu capax & habilis ad ſuccedendum: Dom. Molina *lib. 3. dicto cap.7. num. 4. Quæ omnia quando pater nullo tempore primogenituræ ius nec in potentia, nec in ſpe habere potuit,&c.* & ibi: *Secus autem ſi pater aliquo tempore ius primogenituræ ſaltem in ſpe, vel in potentia habuerit, tunc autem etiam ſi ex pòſt facto inhabilis ad maioratus ſucceſſionem efficiatur, nihilominus tamen filius eius repræſentando perſonam parentis, ſucceſſionem maioratus conſequetur, &c.* Ad id allegat *l.40.Tauri.* Additionatores etiam *vbi proximè, in d.cap.7. num.4.* Robles de Salcedo *de Repræſentat. lib.1. cap.11. num.18.* Dom. D. Ioannes à Caſtillo, *lib.3.cap.15.num.76.& 77. & in cap.19. num.172.* Franciſc. Souſa *in l.fœmina,part.1.n.192.*

23 Septimò, etiam ſi patruus ſit ſubſtitutus eius fratri, non eſt locus illi ſubſtitutioni dum pater habet filios; quia in ſubſtitutione alicui ſimpliciter facta, ſemper ſubintelligitur clauſula illa, *ſi filios non habuerit*, aut, *ſi ſine filiis deceſſeris*: vulgata *l. cum auus, ff.de condit.& demonſtrat.& l.cum acutiſſimi, Cod.de fideicommiſſ.* Gloſſ.*verb.ſi deceſſerit,in cap.in præſentia, de probat.* latè, imò copioſiſſimè, & valdè vtiliter Vincent.Fuſar.*de ſubſtitutionibus,quæſt.393. per totam*, maximè in maioratibus, & ſucceſſionibus perpetuis. Sed in hoc caſu, pater ſeu frater patrui, tempore quo habetur pro mortuo quoad ſucceſſionem maioratus, quem non elegit, habet filios: ergo filius, vel filij, excludere debent ſubſtitutum.

Hinc eſt, quod quando *in l.7.tit.7.lib.5. Recopil.*
dum in illo caſu, de duobus incompatibilibus maio- 24
ratibus, quorum vnus excedat metam *de dos quentos de Renta en cada vn año*, vocatur filius ſecundogenitus, ſeu frater primogeniti in illo maioratu quem primognitus non elegit, ibi: *el hijo mayor, que en las dichas dos caſas aſſi juntas per caſamiento podia ſucceder, ſucceda ſolamente en vno de los tales majorazgos, en el mejor y mas principal, que el quiſiere eſcojer, y el hijo, o hija ſegunda ſucceda en el otro maiorazgo*: intelligendum eſt hoc non extantibus filiis, aut deſcendentibus filij maioris tempore quo ſucceſſio defertur; quia diſpoſitio nouæ legis ſemper intelligi debet vt minùs lædat ius commune, vel municipale: *vulgar.l.2.Cod.de noxalib. action.* vbi cum ſumma eruditione ſe habet Salycetus: & in terminis quando exiſtunt nepotes: Surdus *deciſ. 43. n.6. & deciſ.16. n.17.*

Octauò, nam ad hoc vt poſſit obſtare filio pri-
mogeniti impedimentum incompatibilitatis, neceſſe 25
eſt quod tempore delatæ ſucceſſionis filius primogeniti ſit in actuali poſſeſſione alterius maioratus incompatibilis, quem pater verè, & realiter poſſidet; quia non ſufficit quod filius ſit in habitu, ſeu potentia aut ſpe etiam inuariabili, ſeu certa ſuccedendi, vt probatur in beneficiis incompatibilibus, in quibus, quando vnum eſt in habitu & potentia, & aliud eſt in actu, tunc ex quo non ſunt ambo in actu, poſſunt concurrere apud vnam perſonam, quæ poteſt vnum ex his duobus incompatibilibus retinere, donec alterum reducatur ad actum: Gloſſ. *verb. parochiales, in cap. licet canon,* & Gloſſ.*verb. collegiatus, in cap.ſtatutum, de electione in 6.* Abbas *in cap. de multa, num. 24. de prabend.* per textum, *in cap. Paſtoralis, 7. quæſt.1.* Dueñas *Regula 71.num.4.verſ.4.fallit quando vnum beneficium eſt curatum in habitu, & potentia, & aliud eſt curatum in actu; quia tunc ex quo non ſunt ambo in actu curata, poteſt quis retinere duo, donec alterum reducatur ad actum, &c.* Albertus Brunus *de rebus, ſeu diſpoſ.dubiis, in §. Condeſcendo, à n.4.* maximè *in n.6.*

Et nos in hac incompatibilitatis materia, firmiter 26
habemus pro Regula, quod incompatibilitas non datur in habitu, ſed in actu: ex Baldo *in l. in rebus, num.9.Cod.de iur. dot. verſ.vel poſſumus dicere quod duplex eſt concurſus, ſcilicet habitu, & actu,&c.* & ibi: *alter.eſt concurſus habitu, ſed non actu, & hoc modo bene concurrunt, vt hic.* Thomas Valaſcus, *allegat. 76.* vbi *num. 58.* quod incompatibile eſt quod ſimul procedatur in eodem actu, & tempore: & in *num.102.* quod habitus, & potentia non ſufficit, quando requiritur actus; & nemini dubium eſt quin filius primogenitus in vita patris non habeat maioratum in actu; ſed in habitu: Abbas *conſil.85.num.6.* Bellamera *deciſ.227.* Afflict. *in cap.1. num.27.& 33.de ſucceſſ.feudor.* Boërius *de authorit. magn. conſiſt. num.166.* Anton.Amatus *tom.1. reſolut.2.n.47.* Ideo poſt mortem patris, non eandemmet poſſeſſionem maioratus, ſed nouam adquirit in ſubſtantia: Bald. *de feudis,in rubrica, de contentione inter maſculum, & fœminam,num.1.verſ.quia filius magis venit ad poſſeſſionem continuatiuè, quàm ad* omnino

Digitized by Google

omnino noua poſſeſſionis adeptionem, &c. & ibi: *non dico tamen quod in ſubſtantia poſſeſſionis, non ſit noua poſſeſſio.* Dom. Molina *lib. 3. cap. 12. num. 22. verſ. ſed verius eſt, eam poſſeſſionem diuerſam eſſe ab iſta, quam vltimus maioratus poſſeſſor habuit, quoad ſubſtantiam, & actualem effectum poſſeſſionis, quamuis*
27 *eadem ſit quoad qualitatem habitualem.* Sed ſic eſt, quòd filius primogeniti in hoc caſu tempore delatæ ſucceſſionis non habet in actu maioratum incompatibilem, quia eum pater poſſidet: ergo ad hoc vt non poſſit in alio ſuccedere, & retinere non ſufficit quod alterum habeat in habitu, ſeu in potentia, tempore delatæ ſucceſſionis.

28 Quod quidem tempus delatæ ſucceſſionis, (id eſt, quo ſucceſſio maioratus defertur) ſemper attendi debet; ita vt ſi tunc filius ſit habilis, & abſque impedimento, ſuccedere debet: *l. 2. §. in filiis, ff. de Decurionibus: l. interdici. 59. ff. de condit. & demonſtrat. l. non oportet. 52. ff. de leg. 2. l. interuenit. ff. de legat. præſtand.* Dom. Molina *lib. 1. cap. 13. num. 36. & 37. & lib. 8. cap. 2. num. 16. & 17.* Mieres *part. 1. quæſt. 2. num. 11. & part. 2. quæſt. 3. num. 33. & quæſt. 6. n. 47.* & 48. Aluaradus *de coniectur. mente defuncti, lib. 2. cap. 3. num. 12.* Dom. Valenzuela Velazquez, *conſil. 83. num. 3.* Anton. Theſaur. *quæſtion. Forenſ. quæſt. 34. num. 23. part. 1.* Dom. Solorzano *de iur. & gubern. Indor. tom. 2. lib. 2. cap. 18. num. 3.* & *in ſua politica Indiana, lib. 3. cap. 20. verſ. en fauor de laqual pondera que la habilidad, o incapacidad de vno en eſtas materias, ſe conſidera atendiendo a el tiempo, en que ſi difiere la ſucceſſion.*

29 Et hanc ſententiam, licèt non his omnibus ita relatis fundamentis, tenet Dom. D. Ioan. Solorzano *de Indiar. gubernat. tom. 2. l. 2. cap. 19. & in ſua politica, lib. 3. cap. 21.*

30 Sed poſito quod primogenitus habeat fratrem ſecundogenitum, atque patruum, pro ſecundogenito aduerſus eius patruum faciunt omnia, quæ proximè dicta, atque allegata ſunt, contra patruum: & aduerſus fratrem primogenitum, faciunt ferè omnia, quæ allegata atque tradita in fauorem patrui contra primogenitum: & eſt etiam in fauorem ſecundogeniti, Gloſſ. *verb. Rex, in d. cap. cœpit Hermenegildus: 14. quæſt. 1.* Nam primogenitus in maioratu patris, habetur ac ipſe pater ſucceſſor, atque poſſeſſor maioratus; ideo alter maioratus incompatibilis ad fratrem ſecundogenitum deuenire debet.

31 Præterea ſicuti pater, qui eadem perſona eſt cum filio primogenito, ita filius poſſeſſor dici debet eius maioratus, quem pater poſſidet: nam ſtatim quòd natus fuit, adquiſiuit certam ſpem ſuccedendi, firmam, inuariabilem, & incommutabilem, adeo vt nec pater, nedum Princeps, adimere poteſt, ex quo dicitur habere viuum ius firmatum ſuccedendi, & ita radicatum, vt filium primogenitum poſſimus, & debeamus iudicare, ac ſi iam actualis poſſeſſor foret, Tiraquel. *de primogen. quæſt. 4. num. 69.* Dom. Molina *lib. 3. cap. 6. à num. 15. 18. & 37.* Mieres *p. 2. in princip. 475. & 476. 512. 515. 516. & 523.* Burgos de Paz *conſil. 9. n. 30.* & *in proœmio leg. Tauri, num. 332. cum ſequent.* Gamma, & eius Additionator *deciſ. 305. num. 12.* D. D. Ioan. à Solorzano *de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 17.* poſt Matienzo *in l. 7. tit. 7. lib. 5. gloſſ. 5. num. 6.* Antonius Amatus *tom. 1. reſolut. 2. num. 26. & 47.* Vbi dicit, quod *ex eo filius primogenitus in vita Regis iuratur in Dominum, ex Dom. Molina, lib. 3. cap. 6. num. 15. & 22.* & quod primogenitus dicitur inueſtitus, & ei ſolum deficit adminiſtratio: Ruinus *conſil. 19. num. 2. lib. 1.* Tiraquellus *in l. ſi inquam, num. 19.* Milanenſis *deciſ. 9. num. 73. lib. 1.* Secundogenitus autem à tali impedimento habetur ſolutus, quia ei non eſt ius in ſpe in vita patris: Anton. Amatus *tom. 2. reſolut. 2. num. 49. verſ. ſecundogenitus non habet ius in ſpe in vita patris: Decius, conſ. 37. num. 17. cum aliis*: ergo ſecundogenitus præferri debet, & ad eum translatam eſſe maioratus incompatibilis poſſeſſionem definiendum eſt, & non ad eius fratrem primogenitum, nec ad Patruum.

Firmatur iſta opinio in fauorem ſecundogeniti aduerſus eius fratrem primogenitum, & patruum, ex authoritate Dom. D. Ioan. à Solorzan. *de Indiar. iure & gubernat. tom. 2. dict. lib. 2. cap. 19. num. 56. & 57.* 32
vbi ita ſe habet: *Ideo autem dixi (ſi primogenitus ſit) nam vbi alter nepos vltra primogenitum reperitur, cùm is nullo modo inueniatur impeditus ad Aui commendam, admitti poterit, & patruum æquè ac primogenitum excludet:* vt *in d. l. 1. §. qui habebat, ff. de bonor. poſſeſſ. contra Tabul. & ita accidit in d. cauſa Magañarum, cuius memini ſupra num. 28. & quotidie in Regio Senatu pronunciatur: vbi quis excluditur ab vno maioratu ob incompatibilitatem alterius, nam ſucceſſio illius non datur primogenito excluſi, etiam durante vita patris, quamuis tunc nullum maioratum poſſideat, ſed ſecundogenito; qui neque actu, neque ſpe proxima impeditus reperitur. Prout his diebus controuerſum, & definitum vidimus in graui cauſa maioratus, de los Saabediras de Carceres, in qua, iuxta hanc noſtram opinionem, ſucculentam allegationem ſcripſit, & mihi communi cauit Nobilis, & egregius Aduocat. D. Franciſc. de Meſſa Maldonado: vbi pluros allegat Doctores cui addo Bartoli doctrinam in l. Huiuſmodi, §. ſi Titio, ff. de legat. 1. vbi docet quod ſemper portio excluſi debetur ei, qui eius loco includitur; quem ſequitur Romanus in l. 1. col. penult. Cod. quando non pet. part. Hieron. Gabriel. &c.*

Quid tenera in hac tam graui, & ferè indiſſolubili controuerſia conſulendum, ac iudicandum ſit? 33
magna eſt difficultas, & me maximè vrget, qui affirmare poſſum vidiſſe, me patrocinante, & à compatronis audiuiſſe quamplurimas lites in indiuiduo, & terminis noſtræ quæſtionis, in quibus poſt remiſſionem de vna ad aliam Aulam, diuerſas ac contrarias ſententias pronunciatas in hac Regali Cancellaria Granatenſi, & in gradu ſecundæ ſupplicationis aliquas reuocatas ad inuicem, in fauorem Patrui, & è contra in fauorem primogeniti, & alias in fauorem ſecundogeniti, & præter eas, aliæ quoque ſub Iudice pendent lites. Et his diebus me conſuluit ſuper vna, Dom. Franciſcus Ximenez de el Aquila Beaumont, Aduocatus huius Regalis Cancellariæ (quem merito laudarem, ſi gener meus non eſſet) quæ ante eum agitatur tanquam Iudicem ciuitatis de Aſcala la Real, inter Dom. Petrum de Gongora Gadea, Equitem Ordinis de Calatraua, & maiorem eius fratrem Dom. Melchiorem de Gongora Gadea poſſeſſorem principalis maioratus ſuæ domus, iſtiuſque filium primogenitum, & ſecundogenitum, contendentes ſuper ſucceſſione maioratus incompatibilis cum eo, quem poſſidet dictus Dom. Melchior de Gongora Gadea.

Et in hoc conflictu oppreſſi ob varietatem & 34
contrarietatem opinionum ac rerum iudicatarum inter ſe repugnantium, ambo componere eas decreuimus, & implorato diuino auxilio cum hac magiſtrali diſtinctione id executi ſumus.

Aut ratio incompatibilitatis, qua motus fuit inſti- 35
tutor

tutor maioratus, vinculi, ſeu perpetui fideicommiſſi, aut patronatus, comprehendit lineam patris ſucceſſoris, ac poſſeſſoris, qui optauit vnum ex duobus, pluribuſue maioratibus incompatibilibus aut comprehendit tantùm perſonam eius.

36 Si lineam comprehendit, excluſo patre ob electionem vnius quem ſibi optauit, cenſentur etiam excluſi eius filij, ac deſcendentes, & omnes, qui ex illa linea procedunt, in quibus permanet ratio excluſionis, & in hoc caſu primogenitus, nec ſecundogenitus ſuccedent in maioratu incompatibili non electo, imò dimiſſo ab eligente ſeu patre optante; ſed patruus.

37 Sin autem ratio incompatibilitatis non fuit realis, ſeu linealis, ſed tantùm perſonalis, quia ſolummodò comprehendit perſonam quæ alium poſſideret maioratum prohibitum concurrere, aut ſimul in eadem perſona reſidere; in hoc caſu non patruus, nec ſecundogenitus, imo primogenitus ſuccedet in dicto maioratu: quia non eſt impeditus, dum pater viuit, & poſſidet alium incompatibilem maioratum, cùm eum non habeat, nec re vera in actu poſſideat, neque ſufficiat habere in potentia, ſeu habitu, nam habere quis non dicitur, qui non habet in actu: *l.nomen.164.§.habere, ff. de verbor. ſignificat.* Albert.Brun. *de rebus, ſeu diſpoſitionib. dubiis, in §. condeſcendo nunc ad materiam actus, num. 2. verſ. ideo dicimus quod habere quis non dicitur qui non habet in actu, &c.* allegat Cardinalem ſic ita tenentem in ſpecie huius materiæ incompatibilitatis, *in Clement.1.quaſt.20. de officio Vicarij*, & præter alios quos allegauimus *ſupra, in hoc capite, arg. 8. pro primogenito:* ita ſic reſoluit in terminis incompatibilium, Rebuffus *in d.l.nomen,164.§.habere,verſ.ex quo infertur primò ad intellectum Clement. vnic. de officio Vicarij*, ibi: *ſicque per adeptionem ſecundi beneficij curati habitu, non vacat primum, nec tenebitur is, qui beneficium tale habitu tantùm curatum habet, promoueri intra annum: iuxta cap.licet canon. de elect.in 6.ita aſſerit Bonifacius Vitalis in d.Clem. vnic.de officio Vicarij, quaſt.2. poſt Ancharranum, & alios, &c.*

38 Nec refert, quod primogenitus habeat in vita patris illam certam, atque inuariabilem ſpem ſuccedendi in maioratu, quem pater poſſidet; aut prout ex aduerſo dicitur, habeat habitualem ſucceſſionem, & poſſeſſionem. Tum quia ad hoc vt ei ſit incompatibilis, non ſufficit habitualis, ſed requiritur quod ſit actualis ſucceſſio, & poſſeſſio apud eundem: nam incompatibilitas non datur ex concurſu in habitu, ſed in actu, prout ſæpius dictum eſt ex iuribus, & authoritatibus ſuprà relatis, maximè ex Bald. *in l.in rebus, n.9. in fin.Cod.de iur.dot.*

39 Illa namque ſpes inuariabilis, atque habitualis ſucceſſio, ſeu poſſeſſio in vita patris, non eſt realis, & vera; ſed ex interpretatione extenſiua ad tempus, & caſum, quo pater decedat: & ſic non eſt propria; ſed ad inſtar, & argumento illius, de qua *in l.Gallus. §.videndum, ff.de liber.& poſthum.* & ſic de ea quæ non eſt actualis, vera, ac propria non ſenſit teſtator, ſeu inſtitutor maioratus: ex his, quæ notat Bart. *in dicto §.videndum, num.fin.* Alex. *in conſ.36. num. 9. lib. 4.* & ad intentum pulchra ſunt verba, Baldi *in d. §.videndum, num.1.* ita dicens: *Ex quo ſubtiliter etiam poteſt hic colligi: quod illud quod non pendet eſſentialiter, licèt pendeat quoad ſpem reſolutionis, non dicitur illud pendere: facit Cod. de ſentent. paſſ. l.fin. & ſuprà de in diem adiect. l. 2. facit infra de condit.& demonſtrat, l.Mutiana; & l.ultima, Cod.de ordinat. cognit. Concluſio eſt, quod de eo quod non pendet eſſentialiter, licet pendeat potentialiter, quantum ad reſolutionem non dicitur pendere, nec impeditur per iſtam pendentiam aliquis effectus ipſius actus.* Et *ibid.* Raphaël. Cuman. *n.1.* referens Bald. quod non dicitur pendere, quod non pendet effectualiter, ſed potentialiter tantùm,

Præterea, nam aliter daretur; quod conditio non 40
habendi alium maioratum, quæ facit eum incompatibilem, haberet locum ſecundum fictionem, & impropriè, cùm primogenitus fingatur poſſidere, & improprie habetur pro poſſeſſore in vita patris: quia verè, & realiter, & propriè pater ipſe poſſidet; & dum pater viuit, nullum ius habet filius in illius bonis, nec ei debetur poſſeſſio: *l.1. §.impuberi, ff. de collat. bonor.* & ſic filius Regis, Comitis, aut Marchionis, & filius ſucceſſoris in maioratu in vita patris, non eſt propriè Rex, Comes, aut Marchio, nec ſucceſſor, & poſſeſſor maioratus, ſed abuſiuè, & & impropriè: Dom.Molina *lib.3.cap.6. num.16.* & quòd tunc habeat locum conditio dicendum non eſt; quia conditio debet exiſtere ſecundum veritatem propriè, & in ſpecifica forma, & non impropriè, & ſecundum fictionem? *vulg. l.qui,haredi, & l.Mænius, ff. de condit. & demonſtrat. l. non aliter, ff. de legat.3.*

Nec etiam impedit, quod primogenitus ſit immediatè patri ſubſtitutus, & in illa firma ſpe inuariabili atque incommutabili ſuccedendi: quia ſubſtitutio: quæ non competit niſi poſt mortem alicuius, non dicitur eſſe in bonis noſtris: *l.ſubſtitutio, ff. de acquir. rerum dominio*, & allegans alia iura probat Dom.D.Ioann.Baptiſta de la Rea, *diſp.39.num.21. & 22.*

Tum quia non eſt omnino verum, quod primo- 41
genitus habeat in hoc caſu certam atque inuariabilem ſpem ſuccedendi in maioratu patris: Variabilis enim & incerta poteſt eſſe viuente patre, vſque ad mortem eius, & tempore quo finietur: Dom. Molina *lib.1. cap.15. num.32. & 33.* per textum *in l.1. §.ſi impubere, ff.de collat.bonor.* Dom.D.Ioannes Baptiſta de la Rea *diſputat.39.num.21.* vbi allegat Iaſon. *in l. is poteſt, 18. num.14. ff. de adquir. hareditat.* & Guidon. Papa *deciſ. 486.* dum tenet, quod viuente alio, cuius ſucceſſionem quis ſperat, nullum ius eum habere: Mieres *in initio 2.partis, à num,478, verſ. licet,&c.* & *in num. 485.* allegat Tiraquellum *in legibus connubialibus, gloſſ. 2. à num. 32.* vbi quod ſpes ſuccedendi, quantumcumque proxima ſit, fallaciſſima eſt, quamplurimis comprobat authoritatibus, atque exemplis.

Quod vere patet: nam in hoc caſu, quouſque 42
primogenitus actualiter ſuccedat per mortem patris, quam multa accidere poſſunt, quæ id impediant, perturbent, aut varient illã ſpem ſuccedendi? Veluti ſi tempore delatæ ſucceſſionis bona maioratus ſint deteriorata, vel clade, bello, tempeſtate, vel alio caſu fortuito, & inopinato deſtructa; vel ſi propter aliam cauſam, veluti ratione temporis, vel loci, alium velit eligere maioratum, & in illo per mortem patris delato non ſuccedere; vel ſi præmoriatur relictis filiis, inter quos, tempore quo deferuntur, diuidi debeant maioratus incompatibiles; vel ſi decedat ſuperuiuentibus aliis eius fratribus, inter quos procedat diuiſio, etiam ſi hoc tempore habeant Patruum, vel patrueles, quia dum ſuperſunt aliqui ex linea primogeniti, ſucceſſio non per ſaltum de vna ad aliam lineam diſcurrere debet, ſed obſeruanda regula, ne tranſitus fiat de vna, ad alias lineas: ex
text.

Digitized by Google

text. *in cap.* 1. *de natura ſucceſſionis fendi :* ibi, *ad ſolos, & omnes, qui ex illa linea ſunt ex qua iſte fuit.* & inferiùs : *Sed omnes ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur.* Dom.D.Ioan. à Caſtillo, *lib.5.cap.63.num.3.& 4.*

43 Vnde ex his iuribus, & rationibus, non admittimus limitationem, quam ad ſuam ſententiam dedit Dom. D. Ioan. à Solorzano *de gubernat. & iur. Indiar.d.2.tom.lib.2.cap.19.à num.52.* Vbi poſtquam reſoluit, quod in caſu noſtræ quæſtionis, nepos, ſeu primogenitus in vita ſui patris præferri debet Patruo in ſucceſſione maioratus incompatibilis, quem pater non elegit:ita limitat;*Quid dicendum ſit, vbi hic nepos habeat ius ſuccedendi in commenda pinguiori quā pater eius in prima vita fortè poſſideat : durum enim videtur, quod hoc caſu patruum excludat ab alia, quæ Aui morte vacabit, & quod poſtea moriente patre, velit hanc relinquere, & paternam optare ; cùm ad illam, quam relinquit iam tunc patruus, nullum ius habere poſſit, vtpote in qua ſucceſſioris permiſſio finita reperiatur.*

44 *Et quidem vbi hoc contingeret, multùm dubitarem talem nepotem (ſi primogenitus ſit) ad Aui commendam admittere : nam cùm ſit vocatus, vt immediatus ſucceſſor, ad pinguiorem, quam pater poſſidet, & cuius ratione ipſe pater ab altera ob incompatibilitatem excluſus fuit; hoc ius primogenituræ,in eius perſona cauſatum, & radicatum, adeo conſiderabile eſt, vt illum poſſimus, & debeamus iudicare, ac ſi iam actualis poſſeſſor eſſet commendæ paternæ: & hoc ſufficit ad impediendum ingreſſum, & ſucceſſionem in commenda Aui, ad vitandam eandem incompatibilitatem, quæ eius patrem excluſit : vt colligi poteſt ex l.40. Tauri,in finalibus verbis:& ex multis quæ in ſimilibus caſibus congerit Carol.Ruyn.conſ.19. num.3.& 4.lib.1. Tiraquellus de primog. quæſt. 21. num.7.& quæſt.33.num.1.& ſequentib.& quæſt.40. num.66.& 93.& de legib.connubial.gloſſ.2.num.93. & ſequentib. vbi plura congerit de effectibus, quos operatur ſpes : de quo etiam latè agit Mieres, 2. par.in initio, à n.475.& Dom. Valenzuela conſ.67. num.17.& 55.& ſequentib. & conſ.70. num.36.& 37. & multum in noſtris terminis Matienzo in l.7. tit.7.lib.5.gloſſ.5. num.6. vbi probat, quod ſpes ſuccedendi in maioratu, quam habet primogenitus, eſt inuariabilis, immutabiliſque, & conſiderabilis etiam in vita poſſeſſoris, &c.*

45 Et *in num.56.*hanc limitationem ſublimitat contra patruum, in caſu quo alter nepos vltra primogenitum reperiatur : *is enim* (inquit) *cùm nullo modo inueniatur impeditus, ad Aui commendam admitti poterit, & patruum æquè ac primogenitum eius fratrem excludet.*

46 Quia reſpondetur ex ſupradictis, quod in hoc caſu vbi prohibitio concurſus duorum, pluriumuè maioratuum, non eſſet linealis, ſed perſonalis tantùm, primogenitus debet admitti ad maioratum incompatibilem, quem pater non elegit ; neque admitti debet frater ſecundogenitus, ſi quem habeat, nec patruus. Et nil refert, quod maioratus paternus, in quo habebat proximam ſpem ac inuariabilem ſuccedendi, ſit ditior, & pinguior, atque ex maioribus redditibus, vt nemini dubium ſit, quin in eo ſuccedere velit : quia dum pater viuit, & quouſque per eius mortem ſucceſſio huius paterni maioratus deferatur, multa accidere poſſunt ; prout ſi bona, vel eius redditus deueniant ad diminutionem, vel deſtructionem, vel ſi præmoriatur relictis filiis, vel fratribus, inter quos maioratus duo, pluréſue incompatibiles diuidi debeant.

Siquidem ipſemet Dom. D.Ioannes à Solorzano, *num.56.* quod in caſu quo primogenitus habeat fratrem ſecundogenitum, licèt etiam habeat patruum, debet præferri ſecundogenitus ; & ſic ſuam limitationem ſublimitat contra patruum in eo caſu, quo alter nepos vltra primogenitum reperiatur : *is enim* (inquit) *cùm nullo modo inueniatur impeditus, ad Aui Commendam admitti poterit, & patruum æquè ac primogenitum eius fratrem excludet.*

Nam eadem ratione, quâ præferri debet ſecundogenitus in illo caſu ſcilicet quia non eſt impeditus; præferri etiam debet primogenitus, quia dum pater viuit non eſt quoque impeditus, & tempore quo pater morietur, & deferetur ſucceſſio, fortè euenire poterit quòd ratione loci, temporis, vel alicuius caſus fortuiti, eundemmet maioratum eligat, & quòd eo ipſo tempore habeat filium, vel filios, ad quem vel ad quos tranſeat ſucceſſio alterius maioratus incompatibilis : quia in primis perſona filij ſeu deſcendentis, quæ non ſit impedita ex alio maioratu, ſuccedere debet in eo quem pater non elegit ; & ſi eo tempore filium aliquem non habeat, nepotem, vel pronepotem, ſeu alium deſcendentem, ſed fratrem ſecundogenitum, tum frater ſecundogenitus ſuccedit ; & ſi nec filium, nec deſcendentes, nec fratrem, tunc ſi habeat patruum, vel patrueles, ſuccedet patruus, vel patruelis. 47

Aliter enim primogenitus priuaretur electione, & eorum filij, ac deſcendentes, qui nati fuerint tunc temporis, quando deferetur ſucceſſio, & optio, ſimúlque priuarētur etiam maioratus, aut maioratuum ſucceſſione ; contra id quod ipſe Dom. D.Ioannes à Solorzano reſoluit, *tom.2. lib.2. cap.18. per totum,* dum tenet cum ſua ſumma eruditione, & inuincibilibus iuribus, ac rationibus,quod primogenito competit ius eligendi inter incompatibiles maioratus tunc temporis quando defertur vltimus incompatibilis : & nos *in hac parte 7. cap.5.ad Clementinam, Gratia, de Reſcriptis,* comprobauimus opinionem doctiſſimi, & omni laude digniſſimi Dom. Ioan. à Solorzano, & Dom. D. Ioan. Baptiſtæ de la Rua, *tom.2.quæſt.52.* 48

Sed adhuc videtur quod permanet difficultas quæ in eo conſiſtit : quomodo ſeu quâ Regulâ inquirendum, ac recognoſcendum eſt, an prohibitio duorum, pluriumuè maioratuum incompatibilium ſit realis ſeu linealis, vel perſonalis ? Hinc enim pendet lex, & Prophetæ. Sed non difficile ſolues,ſi attentè, & cum diſtinctione obſerues ſequentes caſus, ex quibus intentio ac clara voluntas inſtitutoris, vel legiſlatoris depromi, & in lucem proferri poterit. 49

Primus eſt, ſi ex aliquibus verbis, & coniecturis deduci poſſit, quod inſtitutor, vel legiſlator prohibuit maioratuum concurſum, cauſa prouidendi alteri lineæ, ſeu familiæ, & erigendi aliam domum in capite alterius, veluti ſecundogeniti, & cum redditibus vel fructibus bonorum ſui maioratus, vt ipſe,ac omnes ex eius familia deſcendentes alimentari poſſint, & diſtinctè ac ſeparatim illuſtrari, & conſeruari.

Quo quidem caſu, maioratus, quem in optione dimiſit primogenitus, tranſitum faciet ad aliam lineam, patrui ſcilicet, vel patuelis ; & ſic in eo non ſuccedent filij, nec alij deſcendentes ex linea primogeniti, quos aliunde locupletes, & prouiſos conſiderauit inſtitutor, vel legiſlator, cum maioratu per patrem electo ; ſed patruus, ſeu ſecundogenitus frater primogeniti, vel eorum filij, ac deſcendentes, & ſolùm 50

Digitized by Google

ſolùm in hoc caſu, quando incompatibilitas eſt linealis, admittenda erit opinio Dom. D. Ioan. à Caſtillo *dict. cap.* 178. & Robles de Salcedo *de Repræſent. lib. 2. cap. 6.* D. D. Ioan. Baptiſta de la Rea *tom. 2. quæſt.* 51.

51 Ratio eſt, quia tunc eadem cauſa, & ratio excluſionis, ſeu ademptionis, quæ militat in patre primogenito, militat in filiis in fauorem patrui: quia ex maioratu à patre electo, & retento, & eius bonis, iam ſubuentum, prouiſum, atque ſuccurſum fuit patri, & filiis, & omnibus aliis ex eius familia deſcendentibus: quia non ſolùm pater, ſed etiam poſt mortem patris, primogenitus alimentare etiam tenetur ſuos fratres: Dom. Molina *lib. 2. cap. 15. à n. 56.* Inde eſt, vt cùm ex illo priori maioratu prouiſa ſit linea primogeniti; ex alio maioratu incompatibili, quem ipſe primogenitus non elegit, prouideri noluit inſtitutor, vel legiſlator alteri lineæ patrui, ſeu primogeniti, & in eo erigi aliam domum cum bonis ſui maioratus, ad ſe alimentandum, & filios, ac familiam eius.

52 Sed quando ratio prohibitionis eſt perſonalis, ſolummodo comprehendit perſonam primogeniti, vel alterius, qui actu poſſideat alium maioratum, cùm non ſufficiat in habitu; & non comprehendit eius filios: ideo maioratus incompatibilis, quem pater non elegit, in vita patris ad eius filium maiorem percurret, vel ad alios ex linea primogeniti deſcendentes; & ſic non faciet tranſitum ad patruum, ſiue ad alios ex alia linea: & in hoc caſu amplectenda erit opinio D. D. Ioan. à Solorzano, *dict. lib. 2. cap.* 19. ex fundamentis per eum, & per nos allegatis pro filio primogenito, contra eius patruum, & fratrem primogeniti.

53 Verumtamen ne dubitetur quandonam ratio prohibitionis ſit realis ſeu linealis, & quando perſonalis? Aduertendum eſt, quod quoties inſtitutor, vel legiſlator cauſam incompatibilitatis, ſeu prohibitionis concurſus adhibeat talem in proœmio, ſeu in alia qualibet parte ſuæ diſpoſitionis, inſinuando, quod ſi ſucceſſor alium habeat maioratum, ad alium tranſeat maioratus ab ipſo inſtitutus, vt ex eo ſecundogenito prouideatur atque ſuccurratur, vel dicat, quod quandocunque primogenito ſufficienter prouiſum fuerit, ad ſui, ſuorúmque ſuſtentationem, ex vno duorum maioratuum, alter ad alium progrediatur: tunc ratio excluſionis, ſeu prohibitionis lineam primogeniti comprehendit: & licèt primogenitus habeat filium, vel filios; nihilominus ad fratrem eius ſecundogenitum maioratus faciet tranſitum: caſus eſt expreſſus *in l. 7. tit. 7. lib. 5, Recopilat.* vbi vna, & principalis cauſa finalis prohibitionis concurſus duorum maioratuum, quorum vnus excedat *duos quentos de renta*, ea fuit, ad hoc vt domus, & familiæ Nobilium non diminuantur, & confundantur in concurſu, imò augeantur, & quælibet earum ex prouidentia & reditibus ſui maioratus ſe, & ſuos ſeparatim alere, & ſuſtentari valeant, vt videre eſt *in proœmio dicta legis*, maximè *in verſ. Y por eſto conſiderando los dichos incombenientes, y de otros que de juntaſe los dichos maiorazgos bienen que pueden venir*, &c. & ibi: *y que en nueſtros tiempos, ſea antes acreſcentada, que diſminuida.*

Hinc datur intelligi text. *in dict. l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat*, cuius verus, & genuinus intellectus eſt, quod deciſio eius, dum dicit: *El hijo mayor, que en las dichas dos caſas aſi juntas por caſamiento podia ſuceder, ſuceda ſolamente en uno de los tales maiorazgos en el mejor, y mas principal, que el quiſiere excoger, y el hijo, o hija, ſegundo ſuceda en el otro maiorazgo.* Procedat, etiam ſi filius primogenitus habeat filios, nepotes, vel alios deſcendentes: quia in hoc conuenio cum Dom. D. Ioanne à Caſtillo, *d. cap.* 178. & Robles de Salcedo *lib. 2. d. cap. 6.* non alia ratione, niſi quia in illo textu ratio excluſionis, & prohibitionis fuit realis, & linealis: ad hoc vt augeatur, & prouideatur alia domus, & familia: Quæ ratio ita contra fillos primogeniti, ſicuti contra patrem primogenitum militat.

Secus tamen erit tam in diſpoſitione hominis quàm legis, ſi ea cauſa, & ratio prohibitionis non moueat inſtitutorem; ſed ſolummodò ne eius memoria, nomen, & Arma confundantur, vel ſupprimantur, aut obumbrentur cum alio maioratu; tunc enim prohibitio cenſeri debet perſonalis, & eius ratio non militat in perſona filiorum, nec in aliis qui alium maioratum in actu non poſſideant, cum non ſufficiat in habitu poſſidere. 54

Exinde etiam reſpondemus ad noſtram Gloſſam, *verb. Rex, in cap. cœpit Hermenegildus, 24. quæſt. 1.* de qua eſt ſermo noſter in hoc capite, quod filius maior Regis, Comitis, Ducis, vel Marchionis in maioratu viuente patre dicitur Rex, Comes, vel Marchio; non propriè, nec in actu, ſed impropriè & in habitu, & ſecundum illam ſpem maximam, & inuariabilem ſuccedendi; aliter dicitur talis abuſiuè, & latè ſumpto vocabulo: ita intelligunt, & explicant Gloſſam Raphaël Cumanus, & maximè Iaſon *num. 21. in l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum.* Tiraquel. *de primogen. quæſt. 33. num. 8.* & Feudiſtæ *in cap. 1. Quis dicatur Dux, Comes, aut Marchio:* & D. Molina *lib. 3. c. 6. n. 16.* 55

Iam ergo ex his omnibus enucleata remanet Gloſſa noſtra, *verb. Rex*, & deciſa quæſtio iſta ardua, & difficilis, cui finem impoſuimus die Diui Ambroſij, cui dicauimus, cúmque ad id Patronum ſuſcepimus: vtinam cedat in gloriam Omnipotentis Dei, intemeratæque Virginis Mariæ Aduocatæ noſtræ, ſemper, & vbique Patronæ.

PARS OCTAVA.

DE INCOMPATIBILITATE IN IVRE REGIO HISPANO.

CAPVT I.

De concurſu Maioratuum ex cauſa Matrimonij iunctorum, ad interpretationem l.7. tit.7. lib.5. Recopilat.

SVMMARIVM.

1 *Lex* 7. tit.7. lib. 5. Recopilat. *de iure noſtro Regio continet verè, & propriè materiam incompatibilitatis duorum maioratuum, quorum vnus ſit* de dos quentos de renta, *quando, iunguntur cauſa matrimonij.*

2 *Legis* 7.tit.7. lib. 5. Recopilationis, *condita ab Imperatore Dom. noſtro Carolo V. & Regina Domina noſtra atque eius matre D. Ioanna in Comitiis anni 1534. rationes decidendi in præfatione, & pro commento appoſita ſunt, quæ comprobantur, & multis iuribus, & authoritatibus illuſtrantur, & exemplis demonſtratur vtiles eſſe Regibus Hiſpaniarum, & ad bonum atque vtilitatem publicam & in defenſionem horum Regnorum introductas fuiſſe, vſque ad n.20.*

21 *Lex* 7.tit.7. lib. 5. in præfatione, *inconuenientia declarat, quæ ſi duo, pluréſve maioratus iungerentur, prouenirent, & n.22. vſque ad n.24.*

25 *Legis* 7.tit.7.lib.5. Recop. *rationes decidendi, & inconuenientia quæ ibi adducuntur an procedant non ſolum in concurſu maioratuum incompatibilium, quorum vnus habeat* dos quentos de renta, *causâ matrimonij, ſed etiam ſucceſſionis? Grauiſſima eſt quæſtio, & contentio inter noſtros Regnicolas, quorum fundamenta, & rationes pro negatiua parte referuntur hic, vſque ad num.35.*

36 *Legis* 7. tit.7. ib. 5. Recopil. *rationes decidendi etiam procedere in concurſu maioratuum incompatibilium, quorum vnus habeat* dos quentos de renta, *causâ ſucceſſionis, ſecundum opinionem* Parlad. & aliorum, *verior videtur opinio, & conuenientior vtilitati publicæ, tamen per Regiam ſanctionem declarari neceſſe eſt: vſque ad n.50.*

51 *Regnum, ſeu Reſpublica bene ordinata conſtare debet ex pluribus hominibus ferè æqualiter diuitibus, ex* Licurgo.

52 *Lex* Agraria, Licinia, *atque &* Sempronia, *idem quod* Licurgus, *ſtatuerant circa æqualitatem ſeruandam inter Romanos, & n.53.*

Quod etiam per legem Diuinam comprobatur, ibidem.

54 *Lex* 7.tit.7.lib.5.Recop. *in ſua ratione decidendi appoſita in præfatione conuenit legi Diuinæ,* Numerorum cap.26.& 27. *& aliis ſacræ paginæ locis quæ referuntur, vſque ad num.60.*

61 *Lex* 7.tit.7. lib. 5. Recop. *in illo verbo,* Y otros, *ſcilicet,* inconuenientes, *maximum illud inconueniens recondit, ne aliquis ex Magnatibus ita creſcat in bonis, & facultatibus, vt ſit potens ad opponendum ſe Regno, ſeu Regi, vſque ad n.67.*

68 *Regi, & Regno, & publicæ vtilitati quàm conueniens eſſet, quod lex* 7.tit.7.lib.5.Recop. *intelligi deberet non ſolum de coniunctione maioratus per viam matrimonij, ſed etiã per viam ſucceſſionis, & quod pragmatica ſanctio debeat intelligi, & obſeruari, etiam per viam ſucceſſionis, probatur ex profeſſo, vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

De iure noſtro Regio conſtituta eſt incompatibilitas in *l.7.tit.7.lib.5.Recopilat.* quæ prohibet concurſum duorum maioratuum quorum vnus habeat in annuo reditu duplicatum numerum decies centum mille dipondiorum, ſiue ducenta millia ſeſtertiorum, vulgò, *dos quentos de Marabedis de renta en cada vn año:* quando per viam matrimonij coniunguntur; & ſic contingat poſt mortem coniugum ad vnum deuenire ſucceſſorem qui habeat patrem, ſororem, aut filios, inter quos diuidi poſſint, data electione filio maiori. In *hoc* autem *capite* agitur ex profeſſo de ratione decidendi *huius Legis*, quoad vnam ex duodecim partibus in quas diuiditur, quæ incipit ab illis verbis: *Otro ſi ſomos informados, que por cauſa de aberſe iuntado en eſtos nueſtros Reinos de poco tiempo a eſta parte por via de caſamiento algunas Caſas, y Maiorazgos de Grandes Caballeros,* &c. vſque ad illa verba: *por la honrra y conſerbacion de la Nobleça y Caballeria de eſtos Reinos, y que en nueſtros tiempos ſea antes acereſcentada que diſminuida,* &c. Vnde deſcendimus ad illam agitatam quæſtionem;

An

An hæc lex, ob eius rationes decidendi, procedere debeat non ſolum in caſu coniunctionis cauſâ matrimonij, ſed etiam cauſâ ſucceſſionis? Vbi tamen non curamus quæ ſit verior ſeu receptior, ſed quæ ad bonum publicum ac Regale ſeruitium vtilior opinio? & concluditur pro Affirmatiua; licèt fateamur quod indiget alia Regia ſanctione, qua caueatur, quod dicta noſtra lex 7. procedat etiam quando Maioratus dicti valoris iunguntur per viam ſucceſſionis. Quod quàm vtile, & neceſſarium ſit Regno, Regi, Regimini, atque bono publico, iure Diuino, atque politico, & rationibus, in quibus Politici, Iuriſtæ, ac alij conueniunt, demonſtratur.

1 IMPERATORIA Maieſtas Cæſar noſter D. D. Carolus Quintus, Regiaque Celſitudo eius matris, Domina quondam noſtra Regina Ioanna, pro bono publico atque priuato ſtatuerunt *leg. 7. tit. 7. l. 5. Recop.* quæ promulgata fuit Matriti *die 22. Decemb. Anno Domini* 1534. Per eam ſancitum fuit ad materiam noſtri inſtituti, de Maioratuum incompatibilitate; quod ſi duo Maioratus, quorum alter habeat in annuo reditu ducenta millia ſeſtertiorum, vulgo, *dos quentos de renta en cada vn año, que hazan* 58823. *Reales, y* 18. *Maranedis: y* 5347. *Ducados y ſeis Reales, y* 18. *Maranedis.* concurrant ob cauſam matrimonij, poſt mortem coniugum, incompatibiles ſint, imò diuidi debeant in filios, itautnatu maior habeat optionem de alterutro maioratu, & alter ex dictis duobus maioratibus ad ſecundo-genitum tranſeat.

2 Rationes autem decidendi, & cauſæ finales, quibus Legiſlatores moti fuerunt, *in proœmio ſiue præfatione d. leg. 7. tit. 7. lib.* 5. proditæ ſunt, atque inſinuatæ, & eas collegerunt ac breui commento illuſtrarunt *in d. l.* 7. Matienzo, & Azcuedo Parladorius *tom.* 3. *quæſt.* 5. & Epiſcopus Ciuitatienſis D. D. Didac. Simancas *in tract. de primogen. Hiſpaniæ, lib. 1. cap.* 19. vbi ita dixit; *Illud verò notatione dignum eſt, quod ſapienter maximus ille Carolus Rex noſter conſtituit; nempe ſi vir & vxor ſingulos maioratus grandiores habeant ne ad primogenitum filium ambo perueniant, ſed ipſe vnum eorum eligat, alter verò ad alium eiuſdem fratrem, vel ſororem, pertineat. Atque id quidem rectiſſimo, ne Illuſtrium virorum nomina & memoria, confundantur: ad extremum, ne tot, tantáque primogenita pauci poſſideant, quod ne fiat, Ariſtoteles in politicis tradit magna cura legibus prouidendum eſſe, 3. Politic. cap. 9. & lib. 5. cap.* 8.

3 At verò nos conabimur eas rationes *in d. l.* contentas per ordinem literæ latiori commento, & paraphraſi illuſtrare, & quàm vtile ac neceſſarium fuerit hanc legem ſanciri. Prima ratio eſt in illis verbis

4 *Otro ſi ſomos informados, que por cauſa de aberſe juntado en eſtos nueſtros Reinos, de poco tiempo, a eſta parte por via de caſamiento algunas Caſas, y Maiorazgos de grandes Caballeros principales, la memoria de los fundadores de los dichos maiorazgos, y la fama de ellos, y ſus linajes ſea diſminuido, y cada dia ſe diſminuie, y pierde, conſumiendoſe, y menos cabandoſe las dichas Caſas principales.*

5 Hæc ratio deſumpta eſt à Maioratuum inſtitutorum mente: nam quando aliquis inſtituit maioratum incompatibilem cum alio, & abſolutè prohibet ne immiſceatur, aut cum alio concurrat, præſumitur in dubio quod ratio huius prohibitionis, qua motus fuit, ea eſt, ne memoria, nomen, vel Arma ſuæ familiæ cum aliis confundantur, vel ſaltem obumbrentur, vel omnino ſupprimantur; maximè ſi alter conſiſtat in maiori redituum quantitate, quo caſu memoria prioris Inſtitutoris, ſuperueniente pinguiori maioritate ſuffocata facilè euaneſceret: argum. *leg. ſed ſi plures,* 10. §. *filio* 2. & *ibi* Gloſſa *verb. extitit ſicque commixta ſunt bona, ff. de vulg. l. ſi Auia* 19. *C. de donat.*

6 Cui conuenit, quod dixit Dom. Molina *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 29. *verſ. Cùm ex immixtione nominis, & Armorum alterius familiæ, Inſtitutoris familia confundatur, atque eius memoria obliuioni tradatur, nec impoſterum diſcerni valeat an huius familiæ, vel alterius ſucceſſor quis ſit? &c.*

7 Ad hoc facit etiam, quod ſcriptum reliquit Mierez *part. 2. quæſt. 4. illation. 3. num. 11. verſ. Notandum eſt etiam, quod ſi à fundatore maioratus cautum ſit, quod filius primogenitus non ſuccedat in maioratu, ſed filius ſecundus, quia fundator abhorruit confuſionem agnationis nominis ſui, & familiæ, ac Armorum; talis diſpoſitio eſt intelligenda, & moderanda, ſi filius ſecundus ſit maſculus: & quod ſi fœmina fuerit, nequaquam eſt admittenda ad ſucceſſionem maioratus; quia ſi admitteretur, eſſet propria, & vera confuſio nominis & Armorum, & bonorum vinculatorum; & ex diametro contradiceret menti teſtatoris, quo motus fuit ad faciendam & ordinandam talem diſpoſitionem.*

8 Et quod de Inſtitutoribus maioratuum hoc præſumi naturaliter debeat, ſignificat Dom. Epiſcopus D. Didacus Simancas, *in tract. de Primog. Hiſpan. lib. 1. cap.* 18. vbi dixit: *Alia cauſa inſtituendi primogenita, eſt, & illa non poſtrema cauſa, ſed quæ pleroſque mouere ſolet, nempe vt ſui memoriam relinquant: nec mirum id: nam ſi Platoni, 4. de legib. credimus non eſt, qui non deſideret perpetuum apud poſteros, nomen habere: nec defuerunt quidam, qui tam ardenter ſui memoriam ſitirent, vt ſub prætextu ſalutis Ciuium, vitæ mortem vltrò præferent: id quod Thebis Menechus; Codrus, Athenis; Romæ Curtius, ac duo Decij fecerunt, &c.* Et inferius, *Quin etiam ipſi Philoſophi, qui naturali ratione immortalitatem animarum plurimis argumentis oſtendunt, hoc etiam vtuntur: ſi non eſſet anima immortalis, nequaquam tanta ſollicitudine quærerent homines memoriam ſui ſempiternam, nec eſſet id homini magis naturale quam cæteris animantibus.*

9 Iſtam præſumptam mentem, & tacitam voluntatem inſtitutorum maioratuum ſecuti ſunt legiſlatores conditores *huius leg.* 7. ad illam ſtatuendam, tum vt conſuleretur maioratuum inſtitutoribus, ne eorum memoria obumbretur, aut pereat, imo permaneat, & per ſe reluceat ex gratuito beneficio ob bonum publicum ab eis relicto: quia Reipublicæ intereſt maioratus inſtitui, & eorum inſtitutiones ob bonum publicum introductas fuiſſe, probat ex profeſſo Dom. Molina *lib. 1. cap. 18. num.* 1. vbi in comprobationem, poſt *l. 1. §. quamuis, ff. de ventr. inſpic. & §. cæterum, inſtit. de legat. agnat. ſucceſſ. & l. 2. tit. 15. part. 2. verſ. acatando el pro comunal de todos,* allegat *d. noſtram l.* 7. ita ſic: *Idque præ cæteris probat Pragmatica* 129. *lata in generalibus comitiis apud Matritum celebratis Anno* 1534. *quæ hodie eſt*

lex 7.tit.7. lib.5. in noua legum recollectione. Mieres *part. 1. q.1. num.37.* Burgos de Paz *conſ.9. num.6. & 7.* Molinus *de ritu nupt.lib.3. q.24. num.*140. D. Ioan.à Caſtillo *tom.6.cap.145.num.38. & cap.147. num.17.*

10 Tum etiam vt inde conſuleretur Regi, & vtilitati publicæ: quia conſeruando inſtitutorum memoriam, augentur Nobiles, & diuites, qui magis incitantur ad imitandas Inſtitutorum virtutes, bonúmque nomen ſibi comparandum, atque heroïca facta patranda: nam Maiorum exempla, maximè illorum, à quibus beneficia & diuitias acceperunt, & poſſident, plurimùm vrgent atque prouocant ſucceſſores, *cap.Paulus, & ibi gloſſ.* 12. *q.7.* Mieres *part.4.q.1. limit. 2.num. 22.* Ad hoc ſpectat quod ſcripſit Æneas Syluius *de educat. ad Ladiſlaum Regem, Maiorum qui regna ſuſcipit, & virtutes quoque ſuſcipiat conſentaneum eſt.* Et ibidem: *Succedis in Nobilitate, &c. vt morum ſimili modo ſucceſſor ſias.* Et Caſſiod. *lib.5. epiſt. 44. Commonetur exemplis, & virtute Maiorum.*

11 Et probatur ex iure noſtro *in l.2.§.ne eius nomine, ff.de operibus public.* vnde dixit. Tiraq. & alij, Meneſius de Padilla *in Rubric. Cod.de fideicom. num.5. verſ. nemo autem.* Quod Arma atque Inſignia quæ in maioratuum creatione ponuntur, perquam vtilia ſunt Reipublicæ, ad hoc vt liberi eius ad præclara facinora imitanda eorum contemplatione prouocentur: Azeuedo *in lege noſtra 7.tit.7.lib.5. Recopilat.* Epiſcopus D. Didacus de Simancas *de primogenitis Hiſpaniæ, lib. 1. cap. 19.* vbi inter cauſas impulſiuas *huius l.7. tit.7.lib.5. recollectionis,* quas refert *in cap.19.* eam allegat his verbis.

12 *Alia cauſa iuſta vt quiſpiam primogenita inſtituat, & Inſignia nobilitatis poſteris ſuis relinquat, eſt, vt liberi eius, & cæteri ad talia facinora imitanda excitentur. Qua ratione Imagines & Statuæ Illuſtrium Virorum olim in publico collocabantur: toto tit.C.de ſtatuis & imaginibus: quod Demoſthenes quidem indicat in oratione de Rhodiorum libertate, dicens: Cogitabitis monumenta illa dedicata eſſe à Maioribus, non vt ea miremini ſpectantes duntaxat, ſed vt eorum, qui ea conſecrarunt, virtutes imitemini. Et in præfat.belli Iugurthini Saluſtius inquit: Sæpè audiui ego Quintum Maximum, Publium Scipionem, præterea ciuitatis noſtræ præclaros Viros ſolitos dicere; cùm Maiorum imagines intuerentur, vehementiſſimè animum ſibi ad virtutem accendi: ſcilicet non ceram illam, nec figuram tantam vim in ſe habere, ſed memoriâ rerum geſtarum eam flammã egregiis viris in pectore creſcere, nec prius ſedari, quàm virtus eorum, famâm, atque gloriam Maiorum adæquauerit. Itaque hac obligatione Primogeniti Hiſpaniæ omnino tenentur, & eò magis quod non ſtatuæ inutiles, ſed bona plurima eis relinquuntur. Adde quod ſi quid eſt in Nobilitate bonum, id certe eſt maximum, vt impoſita Nobilibus neceſſitudo videatur, ne à Maiorum virtute degeneret, vt ait Boëtius lib.3.proſ.6.*

13 Altera eſt ratio in illis verbis: *en laſquales muchos de ſus parientes, y criados, y otros hombres, hijoſdalgo, ſe acoſtumbraban mantener y ſoſtener loqual demas de ſer perdida de los tales linajes, que por los buenos ſerbiçios, que alos Reyes nueſtros predeceſſores hizieron, como merecieron ſer horrados, y acreſcentados, merecen de nos, y de nueſtros ſucceſores, ſe ſoſtenidos, y conſeruados.*

14 Ad declarationem huius rationis decidendi ſupponendum eſt, quod de familiã ſucceſſoris in maioratu, ſunt omnes nobiles de domo ſua, comitantes, & qui deſeruiant, & ei aſſiſtant, aſſectentur & proſequantur eius perſonam, ij vt plurimum ſunt fratres, & cognati, pauperes qui ex reditu & ſubſtantia ipſius maioratus aluntur, & ex eo in ſua nobilitate ſuſtinentur, tanquam ex eius poſſeſſoris familia: *l.fin.Cod.de verb.ſignific.* ibi: *Omnéſque propinquos & ſubſtantiam:* dum textus inquit; *Decernimus familiæ nomen talem habere vigorem, parentes & liberos, omnéſque propinquos, & ſubſtantiam, &c.*

Cum hac ſuppoſitione patet inconueniens, ob quod euitandum, hæc redditur ratio decidendi; nam ſi maioratus, quem alter poſſideret, & alios Nobiles cognatos & aſſociantes atque cæteros de ſua familia alebat, & in ſuo bono, nomine ac honore ſuſtinebat, iungatur cum alio maioratu; iam ceſſabunt alimenta, & commoda, ex quibus ſuſtinebantur Nobiles de illa familia; & ſic hi Nobiles peribunt, & diminuentur taliter quod mutabunt ſtatum, & ad alium miſerabilem tranſibunt, itaque incipient vileſcere, atque impellentur ad corporalem laborem ſuſcipiendum in rure colendo, aut aliqua arte mechanica exercenda. Nam ſumma paupertate & indigentia alimentorum ſtatus perſonæ inuileſcit, *l.2.* ibi: *Et paupertatis detegi vilitatem, Cod.quandò, & quib. quarta pars debeatur, lib. 10. §. ſi tibi quoque, Auth.de mandat. Princip.* vbi verbum, *vilium, interpretatur pauperum:* Aluarez de Velaſco, *de priuil.pauper.part.1. q.6.à num.6.* 15

Ideóque Nobiles ex aliqua familia, ſi ex eo quòd maioratus ad aliam familiam tranſeat, careant, atque priuentur alimentis, & aliis, quibus in ſtatu ſuæ nobilitatis conſeruabantur, pro mortuis habendi erunt: Aluarez de Velaſco *de priuileg.paup.part.1.q.51. à num. 14. vſque ad num. 23.* & anteà, *in quæſt. 36. num.11.* dicit, *quod nobilitas ſine bonis, ſi non mortua, intermortua tamen & obſcura, quaſi manca, & mutila dici poteſt.* Et *num.14. Quod nobilis pauper, infirmus dicitur,* ex Tiraquello, *de Nobilitate, cap.3.num.12.* 16

Vnde cùm in paupertatem deueniant, iam ſtatum nobilitatis mutant, in quo tamen plurimùm Reipublicæ intereſt eos conſeruari, vt omnibus notum eſt: nam vſurpando verba Reuerendiſſimi Patr. Adami Contzen *in ſua Politica, lib.1. cap.17. §.2. Pauperum alia eſt ratio, neque enim qui labore ſuo & induſtria victitant, multum ſe patriæ debere arbitrantur, & facilè patriam aliam reperiunt, vbi labori, & arti alimenta præſtentur: cum igitur amantiores patriæ ſint Nobiles, fortiores, & fideliores, eorumque interſit Reipublicæ ſtatum manere, meritò Optimates illi cenſentur, vt plurimum, qui bonis præſtant.* 17

Huius tandem cauſæ & rationis decidendi non fuit oblitus Dom.Epiſcopus Ciuitatienſis, Dom. D. Didacus Simancas *de primogenitis Hiſpaniæ, lib. 1. cap.17. & cap. 21.* vbi poſtremò ita dixit: *Ad extremum, bona quædam colligata poſteris primogenitis probè relinqui poſſunt, vt ſint conſanguineorum refugium, præſertim fratrum, atque ſororum, quos quidem alere debent ſi pauperes ſint: quin etiam ſororibus dotes largiri tenentur non ſolùm ex conſcientia, vt quidam Theologi aiunt, Ioan. Mat.in 2. ſentent.diſt.44.q.8.ſed etiam officio Iudicis ſecundum receptas Iuriſperitorum ſententias: Tiraquell. de primog.q.4.& 75.* 18

Ergo iuſta, & rationi congrua atque Reipublicæ vtilis eſt ratio hæc decidendi: nam conſeruatio illorum 19

Digitized by Google

lorum maximè Nobilium de familia, ſola ſufficiens cauſa fuit *huius legis* 7. conſtitutionis, vt probat latè Salcedo *de leg. Politic. lib.2.cap.14.à n.69.*

20 Tertia & finalis patet ratio ex ſubſequentibus verbis: *Es anſi miſmo mucho de ſerbiçio nueſtro daño y perjuizio de eſtos nueſtros Reiños, por que diſminuiendoſe las caſas de los Nobles de ellos no abra tantos Caballeros, y perſonas principales, de quien nos podamos ſerbir: y por eſto, conſiderando los dichos incombenientes, y otros, que de juntarſe los dichos majorazgos bienen, y pueden benir, queriendo probeer ſobre ello como Reies y Señores naturales, a quien perteneçe mirar por la honra y conſerbaçion de la Nobleza, y Caballeria de ſus Reiños, y que en nueſtros tiempos ſea antes acreſcentada que diſminuida.*

21 Inconuenientia, quæ contra Regem & Regnum, bonúmque regimen, & vtilitatem publicam incidunt atque defluunt ex coniunctione ſeu vnione talium maioratuum, plurima ſunt, quorum aliqua hic oſtenduntur, alia conſultò & egregia cautione, prudentique inuolucro verborum omittuntur; dum *in verſ. Conſiderando los dichos inconuenientes*, dicitur: *Y otros, que de juntaſſe los dichos maiorazgos bienen, y pueden benir.* De quibus *infrà* dicemus.

22 Inconuenientia autem, quæ literaliter, atque publicè eduntur, ſunt, ne ob Nobilium atque diuitum, diminutionem, quam affert talis duorum, pluriumuè maioratuum coniunctio, ceſſet multitudo ſeruientium, ac defenſorum Regis, & Regni; cùm ab eis dependeat tota ſtabilitas Reipublicæ: & ex eorum multitudine ſecurior eſt Rex, & Regnum, atque bonum regimen bene ordinatæ Reipublicæ. Itaque non minuendi, imò augendi, quia nobiles ſunt aptiores ad gubernium in pace, & ad prælia in bello: vtrumque probat affluenter poſt alios Pater è Societate Ieſu, Adam Contzen *in ſua politica, lib.1. cap.17. §.2.* vbi rationem reddit ibidem: *Nobilium & diuitum ratio habenda eſt; nam genere, institutione, indole, potentia prævalent: Maior igitur illis animus ad hoſtes arcendos, acrior ad patriam defendendam, ſtimulus efficacior propter ampliſſimas fortunas quas habent, quas in publico periculo priuatim perdere plus timent; neque enim oppreſſa vel exciſa patria, alibi tam eſſe poſſunt honorati, &c.* Et in *lib.8. cap. 20. per totum*, cuius Theſis atque inſcriptio eſt, *Nobilitatis defenſio Principem potentem facit.* Vbi *in* §. 4. quod Nobilitas ob multas cauſas, quas latè refert, fouenda & augenda eſt; dum incipit: *Agendum hoc eſt Regibus & Principibus, vt minores Principes, Regulos, Comites, Nobiles habeant, quorum opera domi, militiaque, perpetuò vtantur: hoc eſt enim firmum Reipublicæ præſidium, &c.* Et *in verſ. Fidem igitur Nobilitas ſeruat, &c. quod fides & fortitudo in Nobilitate eſt.* Et *verſ. Hae enim iam olim experientia refutauit, &c.* Comprobat atque demonſtrat variis exemplis ex hiſtoria depromptis, quòd Regna in quibus multi Nobiles ſunt & diuites, difficulter capiuntur: & eſt etiam ratio, quia Nobiles ad bella, & gubernij diſciplinam erudiuntur.

23 Has rationes decidendi breuiter ſummauit Parladorus *in 3. tom. quotidianarum quæſtionum, q.5. n.2.* illic: *Huius autem prohibitionis triplicem legiſlator rationem reddit: Prima eſt, vt maioratuum authoribus conſulatur, ne eorum memoria intereat. Altera, vt ſubueniatur hominibus de illa familia, qui ab ipſis primogeniis ſolent gentilitio ſtudio accipere beneficium. Tertia eſt, quia Regni Regiſque intereſt, ne Nobilium familia extinguantur.*

At verò Matienzo *in d.l.7.gloſſ.1.2.3.& 4.* latiùs 24
exprimit, atque exponit eas rationes: & poſtquam *in gloſſ. 3.* notauit quod à Nobilibus regnum defenditur, animaduertit *in gloſſ.4.num.2.* quod Nobilitas conſtare debet non ſolum genere, ſed etiam diuitiis, atque hanc conſequentiam deducit *in dict. gloſſ. 3. num. fin. verſ. Intereſt etiam Reipublicæ, vt ſua cuiuſque domus conſeruetur, & augeatur, &c. Si igitur domus Nobilium non conſeruantur, incommodum maximum huic Regno inde obuenire nemo dubitat, vt in hac lege ſcribitur.*

Cum autem ex vna parte pateat, quod hæ ratio- 25
nes decidendi comprehendunt non ſolum caſum quo coniunctio duorum, pluriumuè Maioratuum proueniat causâ matrimonij, ſed etiam cauſa ſucceſſionis, & omnem quemcunque caſum; & ex alia parte, quod deciſiuum huius legis ſpeciale ſit exprimens ſolùm caſum, quo vniantur, ſiue iungantur maioratus matrimonij, ibi: *Fue acordado que debiamos mandar, y mandamos, que en los matrimonios, que haſta aora no eſtan contraidos, cada y quando que por bia de caſamiento ſe binieren a juntar dos caſas de maiorazgo, que ſea la vna de ellas de valor de dos quentos de renta, &c.* & non ſolum in deciſione, ſed etiam in præfatione, ſeu procemialibus verbis, *d.l.7.* ibi: *Somos informados, que por cauſa de aberſe juntado en eſtos nueſtros Reinos de poco tiempo a eſta parte por via de caſamiento algunas caſas y maiorazgos.*

Incidit grauiſſima quæſtio, quæ exinde inſurgit 26
inter regnicolas: an huius noſtræ *leg. 7.* deciſio habere debeat locum, non ſolùm quando per viam matrimonij, ſed etiam quando per viam ſucceſſionis illi duo maioratus iunguntur?

Partem negatiuam, hoc eſt, quod *d. lex 7.* non 27
debeat intelligi niſi in caſu ſpeciali quo maioratus concurrant cauſa matrimonij, non autem quando fiat concurſus cauſa ſucceſſionis, neque in alio caſu extra illum de quo loquitur; tenet Mieres *part. 1. q.30.num.84.& 85.* & magis ex profeſſo *in part.2. q.4.illat.8.à num.327.vſque ad num.332.* Dom. Perez de Lara *de Anniverſ.& Capellan. lib.1.cap.5. à num.13.vſque ad num.37.* Dom. D. Chriſtophor. de Paz *de Tenuta, part.2.cap.57.à num.189. vſque ad num.200.* Dom. Valenzuela Velaſquez *conſ.69. à num.46.* Additionatores ad Dom. Molin. *lib.1.cap.8. ſuper num. 34.* Iura autem atque rationes, quibus inſtruitur ac defenditur hæc opinio, breuiter atque ſuccinctè referamus.

Prima eſt, quia caſus per viam ſucceſſionis eſt 28
omiſſus *in d. leg. 7.* & ſic remanet ſub diſpoſitione iuris communis, & maioratuum inſtitutorum, *l. ſi vero, 64. §. de viro, ff. ſolut. matrim.* vulg. *l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. cum concordantibus.*

Secunda, nam *dict. lex 7.* eſt correctoria, *l. 2.* 29
tit.15.part.2. & l.40. & 45. Tauri, quibus legum miniſterio ſtatim poſt mortem vltimi poſſeſſoris transfertur ſucceſſio, atque ciuilis ac naturalis poſſeſſio in primogenitum: ſed lex correctoria non extenditur ad alium caſum ex identitate, vel etiam ex maioritate rationis: *Auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. l. præcipimus, in fin. C. de appellat. l. ſancimus, C. de teſtam.*

Tertia, quoniam *d. lex 7.* eſt etiam pœnalis, cùm 30
inducat priuationem iuris ſuccedendi: ſed priuatio iuris, eſt pœna: Gloſſ. fin. *in cap.... de iure patronat.*

& priuatio induci non poteſt niſi per verba expreſſa legis: *Auth.de non elig.ſecund.nubentes, §. cum igitur,verſ.ſin autem,collat.1.*

31 Quarta eſt, ex eo quod ſi vltra rationem expreſſam in lege correctoria, vel pœnali, ſimul eſſet alia diuerſa & maior ratio non ſcripta in ipſamet lege correctoria, ſeu pœnali, non eſt facienda extenſio ad alium caſum, in quo militat diuerſa ratio, ſiue in quo illa diuerſa ratio non reperitur; Gloſſ. *in cap. conſtitutio, de electione, in 6.*

32 At in caſu matrimonij expreſſo *in d. leg. 7.* vltra rationes in ea expreſſas militat alia diuerſa ratio,quæ non adeſt in caſu ſucceſſionis, videlicet quod poſſunt homines de induſtria & dolo iungere & confundere familias & maioratus per matrimonia, ex præuentione procurata: ſecus verò eſt in caſu ſucceſſionis, quæ pendet à futuro euentu, & non poteſt præueniri de certo: & ſic diuerſa res eſt à matrimonio, quo mediante, vnio maioratuum certa inducitur: Ideo noluit lex, quod eſſet in voluntate contrahentium vniones has facere poſſe: prout latius conſiderauit Dom.Perez de Lara *de Capel.lib.1. d.cap.5.n.25.& 26.*

33 Quinta, nam etiam quantumuis pœnales ſint clauſulæ & rationes, ſemper coarctari atque reſtringi debent ad deciſiuum, ſeu ſpecialiter prouiſum in lege, Reſcripto teſtamento, vel contractu: per regulam ex textu *in l. legatorum 33.§.qui plures.ff.de leg. 2.* vbi Bartol.ita ſummauit: *Clauſula generalis reſtringitur ad ſpecificata tantum.* DD. *in l. cohæredi, §.qui patrem,ff.de vulg.l.vxorem,§.feliciſſimo, ff. de leg.3.l.ſeruo manumiſſo,ff.de peculio legato: cap. cum dilecti,de donat.cap.exiit qui ſeminat, §. in primis, & §. nos obſcuritatem, de verb. ſignif. in 6.* Antonius Gabriel *de Clauſulis, concl.9. num.* 8. & cum aliis allegans etiam alia iura Dom.Paz *de Tenuta, tom.2.cap.57.n.156.*

34 Sexta, ex eo quod prohibitio facta eſt ſolùm in illo caſu, *cada y quando por via de caſamiento:* ſed quando prohibitio appoſita eſt in vno caſu, in alio conceſſio facta videtur: *vulg.l.cum Prætor.ff.de iudic.l.Maritus,C.de Procurat.*

35 Septima & vltima eſt, quia ſecundùm hanc opinionem ſemper iudicatum fuit in ſupremis & in omnibus Hiſpaniæ Tribunalibus, vbi ſolùm in caſu quo per viam matrimonij iungerentur maioratus; & non alio, quando per viam ſucceſſionis, intellecta eſt *d.lex 7.* Sed huic communi obſeruantiæ & intelligentiæ ſtandum eſſe probatur *ex l. ſi de interpretatione, ff. de legib. cap. cum dilectus, de conſuetud.*

36 Ex contrario autem, pro parte Affirmatiua ſtant fortiter atque conſtanter Parlador. *quotidianarum quæſtionum tom. 3. q.5. An ſicuti cauſa matrimonij duo maioratus iungi in vnum non poſſunt, ita quoque cauſa ſucceſſionis?* Dom.D.Ioannes à Caſtillo *lib. 3. cap. 28. à num.20. vſque ad 25. & lib. 5. cap.177. num.7.* Robles de Salcedo *de Repræſent.lib.2. cap.6. num.2.* Dom.D. Ioan. Baptiſta de la Rea, *deciſ.Granat.51.num.20.* Dom. D.Ioan. à Solorzano, *de Indiar.gubernat.tom.2.lib.2.cap.18.à num.42.* Et pro hac parte etiam poteſt allegari Azeuedo *in ſummario d.l.7.*

37 Rationes verò huius opinionis non minùs validæ atque vrgentes ſunt: Prima eſt ex eo quod rationes & cauſæ præpoſitæ in procemio ſeu præfatione *d.leg.7.* quæ omnes finales præſumuntur, ex text. *in l.fin.ff. de hæred. inſtit.* vtrumque caſum comprehendunt,ſcilicet caſum vnionis duorum maioratuum per viam matrimonij, & caſum coniunctionis per viam ſucceſſionis, abſque eo quod dari poſſit aliqua ratio differentiæ, ſiquidem ita indifferenter diminuitur, atque perditur memoria, & confunduntur familiæ inſtitutorum, quando coniunguntur dicti duo, pluresuè maioratus per viam matrimonij; ſicuti quando vniuntur atque concurrunt per viam ſucceſſionis: & ſic euaneſcit ratio differentiæ ſubtiliter atque ingenioſè conſiderata à Dom. Perez de Lara *de.Anniuerſ.& Capellan.lib.1.cap.5. num.25 & 26.*

38 Secunda ex prima deſcendit: nam cùm eadem ratio militet in vno atque in alio caſu; ſub generalitate rationum decidendi vterque comprehenditur, *l. nam ad ea, cum duabus ſequentibus, ff. de legib. & l.illud,ff.ad leg.Aquil.cum concordantibus.*

39 Tertia, quia verbum, *por via de caſamiento*, interpretandum ac intelligendum eſt, quaſi diceret per occaſionem matrimonij: argumento textus *in l. 2. ff.ſolut.matrim.* dum dicitur, *per dementiam contradicere non poteſt, id eſt, ratione vel occaſione dementia:* & idem eſt, ſi verbum, *por via de caſamiento*, interpretemur per cauſam matrimonij: nam cauſa eſt illud per quod, vel a quo, vel propter quod aliquid ſit: vt probat Tiraquel.*in tract.de ceſſante cauſa, num.2.*

40 Et ſic non excluditur, imo comprehenditur vnio ſeu coniunctio per ſucceſſionem; quia fere omnis ſucceſſio prouenit occaſione, vel cauſa matrimonij, & in filiis neceſſariò non fit niſi per ſucceſſionem prouenientem à parentibus in filios.

41 Quarta, quippe illa verba, *Cada y quando por via de caſamiento, ſe binieren a juntar dos caſas de maiorazgo*, ſuppoſitis rationibus decidendi, quæ comprehendunt vtrumque caſum, per viam matrimonij, & per viam ſucceſſionis, ſunt appoſita exemplariter, ſiue per modum exempli, non reſtrictiuè & taxatiuè ad caſum per viam matrimonij: quia exempli cauſa caſus ille fuit expreſſus: & ſic ad omnes alios caſus comprehenſos ſub rationibus decidendi extenditur deciſio *dict.leg.2.l.ſcire oportet,§.qui non iuſtè*, ibi: *vt oſtenditur in ſubiectis conſtitutionibus, quas exempli cauſa ſubieci; adaptantur autem vtique omnibus, ff.de excuſat.tutor* Vnde dixit Bald. *in l.de quibus, num.106. ff. de legib.* Quod tunc ratio diſponit de dicto, & non dictum de ratione: quem ad intentum allegat Dom.D. Chriſtophorus de Paz *de Tenuta, tom.2.cap.57. num. 190.* & Riminaldus *conſ.21. num. 25. lib.1.* eum referens in illis verbis: vnde quoties multa habent eandem rationem, licèt de vno tantum fiat mentio, videtur fieri exemplariter, non reſtrictiuè. Barboſ. *axiom.197. n.* 8.9. 10. & 11. quia dictum, per rationem ampliatur, & limitatur: *l.vnus ex familia,§.fin.ff.de leg.2.l.ſi is qui animo.ff.de adquir.poſſeſſ.*

42 Quinta, nam caſus ſucceſſionis expreſsè deciſus eſt in rationibus ipſius *leg.7.* licèt non decidatur in verbis: quia expreſſum dicitur quod ſub ratione legis comprehenditur, abſque eo quod ſit iſta interpretatio extenſiua,imò potiùs comprehenſiua: ratio enim, ſeu rationes dictæ legis, ſunt anima atque ſpiritus ipſius legis: ideo in ea comprehenſus eſt caſus coniunctionis per viam ſucceſſionis: *l. emptor 65. §.fin.ff.de rei vindic.* vt cum Baldo, Alexandro, Aretino, Socino, Decio, Pariſio, & multis aliis probant exactè Tiraquellus *in l.ſi vnquam, verb. libertis, à num.38.* Alphonſus Villagut. *in tract. de extenſ.leg. præludio 22.* Dom.Molina *lib.1. cap.5. à num.7.* & alij relati à Dom. D. Ioan.à Caſtillo, *lib.3. cap. 28.*

num.

Digitized by Google

num.22.& 23. Dom.Solorzano *de iure Indiar.tom.2.lib.2.c.17.à n.43.*

43 Sexta, quia *dicta lex 7.* verè & propriè non eſt correctoria, nec pœnalis, ſed fauorabilis inſtitutoribus maioratuum, quorum veriſimilem mentem ſequitur, & iuxta eorum præſumptam voluntatem diſponit, quod non iungantur duo maioratus, quorum quilibet habeat *dos quentos de renta*, ne memoria defunctorum atque eorum nomen confundantur, aut obumbrentur, & ipſorum familia pereat. Neque in contrarium dici valet quod eſt correctoria *lex 40. Tauri*: Nam caſus talis incompatibilitatis propter concurſum duorum maioratuum, non ibi prouiſus fuit neque deciſus, ſed *in dict. leg. 7.* quæ ad id eſt ſpecialis, & ob rationes in ea ſcriptas præfertur patruus nepoti.

44 Patet igitur quod non eſt correctoria, imò legibus Regni conformis: quia præſumptam inſtitutorum voluntatem ſequitur *dict.lex.7.* præſumens quod ita prohibuiſſent in eo caſu, ſi de eo interrogati fuiſſent inſtitutores maioratuum: ideóque ſemper ſalua remanet diſpoſitio *dicta legis 40. Tauri*, tantúmque abeſt vt eam corrigat, ſeu euertat, quin potiùs iuxta eam diſponit, propter illa verba: *Salbo ſi otra coſa eſtuuiere diſpueſto por el que primeramente inſtituio, y hordeno el maiorazgo, que en tal caſo mandamos que ſe guarde la voluntad de el que lo inſtituio.*

45 Non eſt etiam pœnalis, cum non priuet primogenitum ſucceſſione, quam noluit inſtitutor ad eum pertinere in hoc caſu; ſed ſolum maioratum quem ex duobus incompatibilibus eligeret, & cùm electione facta, primogenitus ex præſumpta voluntate inſtitutoris non habeat ius aliquod in re, nec in ſpe, nulla poteſt conſiderari priuatio, quæ præſupponit habitum, quia non entis nullæ ſunt qualitates.

46 Septima & vltima eſt, quia dato, & non conceſſo, quòd *dicta lex 7.* eſſet correctoria & pœnalis, ſufficit quod rationes decidendi comprehendant cauſam finalem prohibitionis, ne ſcilicet iungantur maioratus per viam ſucceſſionis ob bonum publicum, & vtilitatem Regis, & Regni, & Reipublicæ: nam firmiſſimum eſt in bona Iuriſprudentia, quod leges ſeu diſpoſitiones etiam exorbitantes à iure communi inductæ ob publicam vtilitatem, comprehendunt caſus ſimiles, ſeu eandem rationem habentes: Gloſſ.*verb. mariti.* & Doctores *in l. ſi conſtante, in principio, ff.ſolut.matrim. & in l. miles, in princ.ff.de re iudic.* Gloſſ.*verb.eligatur, & Canoniſta in Clement.1.de electione: Authent.ſed & permutare, C. de ſacroſanct. Eccleſ. cap. 1. de tempor. ordin. lib.6.* Gloſſ. *in cap. conſtitutio, de electione, lib. 6.* Alexand.*conſ.68.num.6.lib.3.*& copioſè Alphonſus Villagut. *in tract. de extenſ. leg. in quaſt.de extenſ. leg.correctoria & pœnalis ſimul, n.36.*

47 Iam ergo euidenter apparet, quam difficilis ſit hæc quæſtio, & quàm ambigua ac dubitabilis illius reſolutio, hæc enim controuerſia grauiſſima eſt & ardua præ cæteris omnibus, quæ in hac materia incompatibilitatis ſe offerre poſſunt, vbi ex vna parte vertitur intereſſe priuatum primogenitorum, ex altera maioratuum inſtitutorum, ex tertia, intereſſe publicum, ſeu vtilitas publica, tam Regis, quàm Regni; ideo Dom.D.Ioannes à Caſtillo *lib.7. dict. cap.177.* hoc idem recognoſcens ita dixit *in num.38. Semper tamen profitemur, articulum eſſe difficilem & dubium, adeóque controuerſum, vt Regia declaratione indigeat: & vtile admodum, Reipublicaque conueniens credimus, vt litibus & controuerſiis permultis, qua occurrunt quotidie finis imponatur, Pragmatica ſanctione lata, ſiue lege alia condita, prafatam altercationem dirimere, & quid tenendum ſit in eo conflictu ita clarè definire, vt hiſce de rebus ampliùs dubitari non valeat, prout in materia repraſentationis, & excluſionis fœminarum, ſiue conſeruationis agnationis, leges alias ſiue pragmaticas, antiquarum declaratorias, in his Regnis latas, dubiáque magna deciſa compertum & notum eſt.*

Et quamuis ad noſtrum inſtitutum pertineat examinare, quæ ſit in iure verior opinio, & quid tenendum in iudicando, & conſulendo? attamen cùm non inueniam, quòd in hac controuerſia in ſupremis Tribunalibus iudicatum ſit iuxta Parladorij, & D. Ioan. à Caſtillo aliorumque ſententiam affirmatiuam, quam nos defendimus contra Doctores grauiſſimos alteram opinionem negatiuam ſectantes, in quorum numero ſunt Additionatores ad Dom. Molinam *lib.1. dict. cap.8. num. 34.* vbi finaliter dixerunt, quod ſi etiam in caſu ſucceſſionis daretur in dictis maioratibus incompatibilitas eſt neceſſaria diuiſio, tota ferè Hiſpania litibus inuolueretur. 48

Non examinamus quæ ſit verior opinio, ſed quæ ſit vtilior bono publico, ſeu reipublicæ: & conſtanter tenemus pro Affirmatiua opinione: & quod perquam vtile erit bono regimini, Regi, & regno, ſanctionem pragmaticam ſtatuere, qua in poſterum obſeruetur dicta Affirmatiua opinio, cuius obſeruantia, 49 50
non (prout Additionatores ad D. Molinam putant) tota ferè Hiſpania litibus inuolueretur, imo lineis cuiuſque familiæ, bene ordinatis diuiſionibus, prouideretur in magnam vtilitatem publicam ac priuatam. Probatur ex ſequentibus.

Et in primis, quia regnum atque reſpublica bene ordinata conſtare debet ex pluribus hominibus ferè æqualiter diuitibus, & ſic inter plurimos bona, atque diuitiæ diuidi debent, & non inter paucos remanere cum exceſſu, ita quod Reſpublica pauperum multitudine prægrauetur: atque hac prudenti ratione & politica ordinauit, rexit, & conſeruauit, Licurgus ſuum Lecedæmoniorum Regnum, dum conſtituit legem, quam refert Albericus *in ſuo Dictionario, litera L. verb. Lex humana*, ibi: *Sextò, fundos omnes æqualiter diuiſit, vt æqua patrimonia neminem aliis potentiorem redderent.* Et dum hæc lex obſeruata fuit, iſta Reſpublica proſperè, feliciter, ac pacificè ſe habuit; ſed poſtea ei legi contraueniendo, infeliciter diſperſa ac inordinata in diſcordiam, & exinde in magnam iacturam atque deſolationem incidit prout ex Plutarcho, *en la vida de Agis, en ſu tratado de las vidas de los Varones yluſtres, tom.2.* refert ad intentum Epiſcopus D. Didacus Simancas *de primogen. Hiſpania, lib.4. cap.8.* ita ſic: *Quamobrem Lacedæmoniorum reſpublica olim à Licurgo prudentiſſimè conſtituta, breui tempore labefactata fuit, ſicuti Plutarchus in Agide eſt auctor; Lycurgus enim quemdam numerum in ſucceſſionibus ſeruandum præfinivit, quo, æqualitate, ac mediocritate ſeruatâ à multis malis Ciuitatem ſeruauit incolumem; donec Ephorus quidam rogationem tulit liberiorem, & ſolutiorem; quam cæteri cupiditatis gratia ſecuti, optimam viuendi ſoluerunt diſciplinam. Ex eo enim factum eſt, vt qui in Ciuitate potentiores erant, omnes fermè ad ſe facultates exiguo tempore cogerent: vnde paupertas repente ciuitatem inuaſit, & odium quoddam ex inuidia aduerſus ditiores ortum eſt, qui agros ferè omnes, atque fortunas poſſidebant; cætera verò multitudo, egens, &* 51

abiecta, in vrbe manebat otioſa, externa bella ſegniter, & innitè gerens, ſempérque ad ciuiles motus intenta, & concitandæ ſeditionis tempus obſeruans, præſentium rerum mutationes facere cupiebat.

52 Ad cuius legis exemplum, quam Lycurgus ſtatuerat in R:publica Lacedæmoniorum, etiam conſtituta fuit poſtea in Republica Romanorum lex Agraria, quæ diuidebatur in legem Lycinian, & legem Semproniam. Per legem Lyciniam cauebatur, ne quis vltra quingenta iugera agri poſſideret; néve pecoris maioris vltra centum, minoris vltra quingenta capita haberet, ſub pœna mulctatitia, vel etiam confiſcationis.

53 At per legem Semproniam Agrariam latam per Tiberium Sempronium Gracchum Tribunum plebis, ne quis ex publico agro plus quam quingenta iugera poſſideret, quorum tamen dimidium cum filio emancipato diuidere liceret, ita vt ſi quis latiùs agrum patefaceret, Trium-viri quotannis creati iudicarent, quà publicus ager, qua priuatus eſſet, & omne id quod conſtabat habere vltra prædictam quotam bonorum, ad publicum reducebatur, ſi eſſet ex publico; & ſi ex priuato inter priuatos pauperes diſtribuebatur: Lucius Florus *in Epitome, lib.* 58. Plutarchus *in vita Tiberij Gracchi, lib.*2. Columella *de re ruſtica, lib.*1. *cap.* 3. Valerius *lib.*8. *cap.*6. Liuius *lib.*6. Ælianus *lib.* 1. & cum aliis quos refert Ioan. Bodinus *in ſua Republica* traducta in noſtro idiomate per Gaſparem Annaſtium, *lib.*5. *cap.*2. ibi: *la Ley Sempronia fue publicada por fuerça apedimento de Tiberio Graco, que era diferente de la Ley Licinia: porque en ella ſe dezia, que ningun genero de perſonas de qualquier calidad que fueſen, pudieſe tener mas que quinientas hugadas de tierra de patrimonio publico, cien beſtias de cuerno, quinientas menores, ſo pena que lo demas ſeria confiſcado: mas la Ley Sempronia no trataba ſino de las tierras de el patrimonio de la Republica, ordenando que obieſe cada año tres Comiſarios deputados por el pueblo, para diſtribuir a los pobres lo demas de quinientas hugados de tierra de la Republica, que ſe hallaſſo en vna familia.*

54 At verò non ſolum per leges humanas, ſed etiam probatur per ius diuinum *Numer. cap.*26. 27. *c.*32. 34. *& cap.fin.* quæ ſimilem noſtræ *legi* 7. *tit.*7. *lib.*5. *Recopil.* & eius primis rationibus decidendi conformem legem imponit. Nam Moyſes iudicio Dei Domini noſtri fecit ſorte diuidi inter filios Iſraël, per eorum Tribus, ſeu familias, omnem terram promiſſionis, & prohibuit ne vlla familia, nec primogenitus de ea (cui tamen primogenito aſſignata erat duplicata portio) plus quàm alia familia haberet: & ſic per ſortes diuiſa, atque aſſignata fuit ſingulis Tribubus, & familiis earum, ſolíque maſculi ad ſucceſſionem admittebantur, excluſis fœminis, quæ non ſuccedebant niſi in defectum virorum, ſub conditione nubendi cum alio ex ſua familia. Et ſicuti per *leg. noſtr.*7. ita prohibitũ erat in lege diuina, ne terræ aſſignatæ primogenito, & aliis eiuſdem familiæ, ad aliam deuenirent; & ſic ſucceſſio ſeu hæreditas & ſortium diſtributio vnius familiæ cum alia nequaquam iungeretur, & anno quinquageſimo, qui vocabatur *Iubileus*, aduenicnte, reintegrabantur ſortium diſtributiones, & familiarum poſſeſſiones alienatæ, & ad priſtinam æqualitatem reducebantur, ita vt familia vna plus aliâ non haberet in terra ſeu ſorte, quam à principio eidem fuerat aſſignata, & quod plus in vna appareret, quacunque via adquiſitum, ad aliam ex qua diuulſum fuerat reſtitueretur: & ſic ſemper primæ diſtributiones integræ conſeruarentur, in cuiuſque familiæ prouiſionem, atque ſuſtentationem filiorum ac cognatorum de illa Tribu.

55 Ratio autem prohibitionis erat ipſamet, quæ *in lege Regia noſtra* expreſſa inuenitur, ne per vnionem & coniunctionem poſſeſſionum ſorte diſtributarum, aliæ contra præceptum creſcerent, aliæ verò minuerentur, vel in totum deſtruerentur, & ſic memoria prædeceſſorum de vnaquaque Tribu confunderetur, & omnes de eius familia in miſeram paupertatem deuenirent: vnde prohibitio iſta fuit, ne ex tali coniunctione ſequeretur id quod lex noſtra dixit: *que por cauſa de aberſe juntado en eſtos nueſtros Reinos de poco tiempo a eſta parte por via de caſamiento algunas caſas y maiorazgos de Grandes y Caballeros principales la memoria de los Fundadores de los dichos maiorazgos, y la fama de ellos, y de ſus linages, ſe a diſminuido, y cada dia ſe diſminuie y pierde, conſumiendeſe, y menoſcabandoſe las dichas caſas principales, en laſquales muchos de ſus parientes, y criados, y otros hombres hijoſdalgo ſe a coſtum braban mantener y ſoſtener.*

56 Ecce ratio noſtræ legis, quàm conueniat, & ſit conſona diuinæ legi; per quam etiam Ioannes Bodinus *in ſua Republica, lib.* 5. *cap.* 2. poſt longam diſputationem reſoluit, quod perquamvtilis foret Reipublicæ & eius bono regimini, diuiſio ſimilis in ſtirpes, & non in capita; ita tamen vt non fieret cum omnimoda æqualitate, ſed mediocriter. & ſeruata quadam proportione geometrica inter ciues, ne paucæ quædam familiæ abundent diuitiis ſupra modum, & magno cum exceſſu, cæteræ autem quampluri mæ miſerè egeant: ſicut dixit Apoſtolus *ad Corinthios, cap.* 12. ne vno ebrio multi eſuriant: imo quod plurimæ familiæ ſint diuites, quamuis vna in aliquo, non in multo, excedat aliam.

57 Itaque cum hac diſtinctione Ioannes Bodinus ſuam componit veram in bona politica opinionem, dum dicit, *dict. lib.*5. *cap.*2. *La diuiſion debe ſer por linajes, y no por cabeças, reſeruando con todo eſo alguna prerogatiua a vno de los del linaje, y algun derecho de maiorazgo particular en cada caſa, ſiguiende la ley de Dios, que abiendo eſcogdo del linaje del Lebi, para darle el derecho de la precedençia y de maiorança ſobre los doçe Tribus, no le dio poſeſiones, ſaluo de caſas en las Ciudades; antes lo aſigno ſin trabajo la Decima de cada Tribu que eran doçe Decimas, que reduçidas todas las coſas biene a ſer por lo menos, dos beçes tanto como cada Tribu tenia: y entre los Lebitas el derecho de primogenitura fue reſeruado a la caſa de Aron, que tenia la Deçima de los Lebitas, todas las oblaçiones, y primicias: y a cada caſa particular aſigno el derecho de la primogenitura dos beçes tanto como a cada vno de los otros herederos tenia en muebles y raices, excluiendo a las hijas de todo derecho de ſubceſion, ſino à falta de Varones en el miſmo grado. De loqual ſe puede juſgar, que la ley de Dios no a admitido la ygualdad preciſa ſino que da mas a los vnos que a los otros, y con todo eſo mando guardar entre los doçe Tribus, fuera de el de Lebi, el repartimiento ygual de las tierças, y entre los menores herederos la partiçion ygual de la ſuceſion, quitandoles el derecho de la primogenitura, que no era ni de dos Terçios, ni de quatro Quentos, ni de todos, afin deque tal deſigualdad ne fueſe cauſa de la riqueça exceſibas de pocos ſubditos, y de la pobreça extrema de vn numero*

infinito

infinito , y paraque las particiones fechas anſi quedaſen en contrapeſo , y mediocridad entre lo mucho, y lo poco no prohibio la enajenaçon , ſino que ordeno que todas las poſeſiones enajenadas tornaſen a el año çinquenteſimo a las caſas, familias, y Tribus de donde vbieran ſido apartadas de mas del derecho do reſtitucion concedier a los deſcendientes introducido por la miſma ley de Dios.

58 Quod re vera non aduerſatur cum eo quod inferiùs dicit ipſe Ioannes Bodinus *in ſua Republica d. lib.5. cap.2.* ibi : *En le Señoria Ariſtocratica de la Lacedemonia , donde los ſiete mil Spartanos primogenitos y qaales todos en el repartimiento de las tieras , no podian ſobre pu'ar el vno a el otro :* imò ex eo magis confirmatur & probatur eius opinio: nam hæc æqualitas ſolùm erat præciſa & rigoroſa inter ipſos primogenitos, iuxta diuiſionem & prohibitionem ne vnus excederet alium in poſſeſſionibus diuiſis, & vnicuique aſſignatis.

59 Sed opinio Ioannis Bodini, & eius politica quam inuenimus deſcriptam atque figuratam *in lege noſtra Regia*, in eo conſiſtit , quod Maioratus ſiue primogenia (Reipublicæ enim intereſt vt quamplurima fiant ,) diuidantur non cum æqualitate præciſa , ſeu æqua portione , ſed cum prælatione & augmento in bonis & reditibus maioratuum erga primogenitos : ſiquidem *noſtra lege* conſtitutum eſt, quod ſi concurrant duo maioratus , quorum vnus ſit *de dos Quentos de renta*, diuidantur , dum tamen eligat primogenitus ditiorem atque opulentiorem ſi velit.

60 Iuxta quod equidem eſt communis ſchola Politicorum maximè Ariſtotelis *lib.4. politicorum, c.11.* Plutarchus *in conaiuio ſeptem Sapientum*, vbi optimam eſſe pronuntiauit Rempublicam, quæ ciues neque prædiuites , neque admodum pauperes contineret : Epiſcopus Dom. Didacus Simancas *de primogeniis , lib. 4. cap. 6. de optima Republica , & cap. 7.* vbi probat nec ditiſſimos eſſe debere ciues , nec pauperrimos.

61 Secundò probatur ab inconuenienti grauiſſimo, & periculo imminenti contra Regem , & regnum , quod timendum , & cauta præuentione euitandum , non quia certè eueniet , ſed quia poteſt euenire ; prout euenit his noſtris temporibus : Nam tot poſſunt apud vnum , vel aliquos, concurrere per viam ſucceſſionis , Maioratus cum Comitis , Marchionis , vel Ducis dignitatibus , & cum tanta poteſtate & diuitiis, vt poſſent ſe opponere conſiliis Regiis , atque perturbare Regnum & Regiam dignitatem, aut Tyrannidem committere.

62 Et quod hoc inconveniens , vt cauſa atque ratio decidendi *in d.l.7.*lateat in abſcondito *in verſ. y por eſto conſiderando los dichos inconnenienses* , ibi : *y Otros, qae de juntarſe los dichos maiorazgos vienen, y pueden venir* , &c. adnotarunt *in Commentario ipſias l. 7.* & pro ſua prouidentia animaduertunt Doctores ſequentes.

63 Blaſius Robles Salcedo *de Repraſentat.lib.2.c.6. num.1.* ita ſic : *Cùm Carolus V. Imperator ac Rex noſter inuictiſſimu' publica vtilitatis cauſam pra oculis haberet , ne fama ſplendor & memoria inſtitutorum maioratuum , ipſorum coniunctione minueretur, 'confunderetur , vel amitteretur, prouidit l. 7. tit. 7. lib.5.Recopil.vbi Matienzo à gloſſ.1. vel vt ego intelligo, ex alia non expreſſa Politica ratione, ne maioratuum coniunctione ita creſceret ſubditorum aliquorum potentia, vt Tyrannidis timorem relinqueret, aut ſaltem praceptis Regiis opponendi ſe , anſam praſtaret.* Quod reſpiciens Baldus *in §. conuenticula, num. 2. in fin.de pace iuram. firmanda : in vſibus feudorum , ita inquit : dicit Ariſtoteles , communis cuſtodia Regni,& ciuitatis eſt, non fiaere vllum creſcere prater iuſtam commenſurationem.*

64 Gondizaluus Balcarcer , *en el diſcurſo , ſobre lo que combiene , y no combiene en materia de eſtado, para que la deciſion de el pleito de el Condado de Baylen fueſſe en fabor de don Pedro Ponçe de Leon in ſua allegat. art. 5. verſ. allende de lo dicho* , &c. illic : *Tanbien por razon de eſtado,es mas conueniente qae eſte Condado ſe de a Don Pedro , que no que lo tenga el Dnque de Arcos , porque juntando vnos eſtados con otros no ſe benga a hazer mas grande de lo que vn dia podria combenir:eſte precepto de eſtado , es de a quellos que Tacito* in arcanis imperiis, *llama,Secretos del Imperio ; que combiene hazerſe, y no rebelarſe , y por eſo los antiguos lo eaſeñaban por enigmas , y anſi lo encubro Ouidio* lib. 1. Metamorphoſeos , *de ba,o de la fabula de los Gigantes (que ſon los Se ores y Grandes: como prueba Goropio Becano en ſu Gigaatomachia ,) los quales p niendo vn monte ſobre otro , que es iuntar vn eſtado con otro eſtado,querian por alli ſubir a el cielo , y echardeel a Iapiter , ſi no los deſtruiera con ſus raios.* Ariſtoteles lib. 5.Politicor. cap. 11. *Enſeña ſauiamente eſta doctrina , diziendo ; la comua guarda del principado es , no permitir que en el no aya ninguno de maſiado grande : Eſto miſmo denota el prouerbio Latino, que diçe : la ſerpiente ſi ao traga a otra ſerpiente , jamas ſe hara Dragon.* Eraſm. in Chiliad. Prouerb. Serpens niſi ſerpentem deuorauerit , non fiet Draco : *y a eſto parece que mira la pradentiſſima ley , que el Emperador , nueſtro Señor hizo en el año de 1534. en que probibio que los Señores no junten los eſtados por caſamientos.*

65 Doctor Thomas Cerdan de Tallada in tract. Veriloquium, *en Reglas de Eſtados, cap.9. §.4. Que no combiene que los Grandes y Señores Titulados ſe engrandezcan con exçeſo regulado a la Pragmatica de el inuictiſſimo Emperador Don Carlos V. de el año de 1534. que hablando con ſa Mageſtad , diçe en eſta manera : En reſpecto de la qaenta que dezimos que ſe deue tener , de que los Senores Titulados y hombres poderoſos no ſe engrandezcan de manera, qae puedan turbar la authoridad y grandeza de la Dignidad Real , o poaer el dicho Eſtado o el ſuyo en alboroto , y en condicion, ſegnn Pedro Corneo, en ſu relaçion , o tratado de las guerras de Flandes , y mas ſi acertaſe a ſer perſona , que pudieſſe pretender derecho en la ſuceſion de el Reino , o proaincia , a vaqae no fueſe ſubſiſtente ; por que enfin en eſtas ocaſiones, ſe diniden y repartea las voluntades* , &c. Et inferius concludit : *Debe vueſtra Mageſtad tener particular ciadado de la obſeruaçion de las leyes que hablan de eſto , y con la Pregmatica que hizo el inuictiſſimo Emperador en el año de 1534. que fue tan ſabidor de las coſas de ſus Reinos , y de lo qae conuenia para la conſeruaçion de ellos, y de el Eſtado Real , como quien lo tenia tanbien experimentado, por loque le ſucedio en Alemania con Lanſgraue y Daque de Sajonia, y lo que ſe abia biſto en Caſtilla, en tiempo de las Comunidades, y lo que ſucediera, ſi no ſe eſta jara luego : y aſi por la dicha Prematica del año de 1534. que no ſe pudieſen juntar dos maiorazgos en vna miſma perſona, ſiedo el vno de ellos de mas de dos Quentos, recelando la vnion de Grandes Eſtados , y haziendas , en vna miſma perſona, por aber biſto por la experiençia , que tubo por lo de Alemania*

Digitized by Google

Alemania los grandes inconbenientes, que por la vnion de grandes haciendas, podian ſuceder en Caſtilla cu perjuizio no ſolo de ſu dignidad Real, empero a vn de los miſmos Señores Titulos, y hombres ricos, y poderoſos; porque a la fin y a la poſtre, el mayor daño ſeria para ellos.

66 Quam politicam fatentur omnes: & inter eos Gaſpar Ens *in Schola Politica, Claſſe* 1. *lib.*4.*c.*7. dum dixit: *Et profectò nihil eſt Reipublica periculoſius, quam nimia priuati alicuius magnitudo, &c.* Petrus Gregorius *de Republica, lib.*5.*c.*1.*à num.* 25. Cochier *in Theſauro Politicorum, lib.*5.*fol.*295. Petrus Crinitus, *de honeſta diſciplina, lib.* 25. *cap.* 9. *verſ. Nam ingentes nimiaque diuitia, &c.* cum aliis quamplurimis.

67 Tertiò probatur ex euidenti ratione expreſſa *in d. l.*7. dum dicitur: *Que dejuntandoſe las caſas, y majorazgos, no abra tantos Caballeros, y perſonas principales, de quien nos podamos ſeruir*: nam nemini dubium erit, quin diuiſione maioratuum, qui non ſolum per matrimonium, ſed etiam per ſucceſſionem vniendi erant, multiplicentur ſucceſſores, & & exinde diuites, ac nobiles Equites, & Proceres, qui maiori numero poſſint Regi deſeruire, Regnúmque ſeu Patriam defendere, & tam in bello, quàm in pace Reipublicæ prodeſſe.

68 Quod euidenti demonſtratur exemplo Titulorum Hiſpaniæ, quos omnes refert Adam Contzen *in ſua Politica, lib.*9.*cap.*10. in relatione Titulorum Hiſpaniæ, & quanti vniuſcuiuſque redditus annui, & vbi quiſque ſuum habeat ſtatum, & incipit ita ſic: *Dux Feria Marchio Berlanga, Comes de Haro, domus de los ſiete Infantes de Lara,* (ſeptem filiarum) *Dominus Comeſtabuli Caſtilia, & Magnus iuris Praſes, caput domus de los Velaſcos; domus originaria illi eſt in Burgos, ſtatus in Caſtilia vetere, ſyluis Biſcaia & Soria, redditus annus* 80.*millia ducatorum.*

69 *Dux Medina de Rioſeco* (Fluuij Torridi) *Comes, Modica & Melgara, Vicecomes de Eſterlin, Almirante* (Thalaſiarchus) *Caſtilia; hic ſanguine Regio natus eſt, Patre Domino Friderico Magiſtro Sancti Iacobi, qui filius Regis Alphonſi II. fuit, & frater nothus Regis Petri, Crudelis, cognomine; Caput ſamilia de los Enriquez: Domus eſt Valliſoleti, ſtatus in Prouincia de Campos, in Catalaunia & Cicilia; redditus ſunt* 100. *millia ducatorum.* Et poſt Duces proſequitur cum Marchionibus. *Primus,* inquit, *Marchio de Aſtorga, Comes Traſtamara, Dominus Domus de los Villalobos, caput de los Oſorios, Domum habet in Aſtorga, ſtatus eſt in Regno de Leon & Prouincia de Campos: habet* 50. *millia Ducatorum:* Poſt Marchiones proſequitur cum Comitibus. *Primus Comes de Benauente, caput domus de los Pimenteles, domum Valliſoleti habet ſtatum in Regione de Campos; Prouentus illius,* 100. *millia Ducatorum.* Poſt Comites progreditur ad Vicecomites, Almirantes, Adelantados, Priores *del Orden de San-Iuan*, vſque ad numerum pluſquam 200. quorum quilibet habet quatuor ſex vnitas domos, ſeu maioratus, quorum redditus magnæ ſunt quantitatis, & vltra eos introducti & creati ſunt quamplurimi tempore Maieſtatis Domini noſtri Don Philippi III. & Domini noſtri Don Philippi IV. Et præter eos ſunt alij Proceres, & Primogeniti ſine titulis Marchionatus, Comitatus, aliiſve, cum duplicatis & triplicatis maioratibus magnæ quantitatis, & redditunm. Vnde ſi hi omnes per ſucceſſionem diuiderentur inter ipſos, & alios de eorum familia, multiplicarentur vltra ſeptuplum Proceres, Diuites, & Nobiles, in maximum beneficium publicum, ac priuatum, & in obſequium, honorem ac defenſionem Regis, & Regni. Hanc enim maximam vtilitatem publicam, & beneficium operabitur talis diuiſio, ad inſtar diuiſionis terræ quæ fit in gratiam melioris culturæ, & ad vberiores fructus percipiendos: *l. Gaius* 86. §.1. *ff. de leg.*2. vbi Bartolus, & alij Doctores: Ariſtoteles *lib.*6.*Politicor.cap.*4. maximè dum dicit: *Nunc autem in Aphytarum lege hac omnia dirigere nos oportet; eſt enim ad id quod dicimus, vtilis: nam illi, quamuis & multi ſint, & agrum anguſtum habeant, omnes tamen ſunt Agricola: non enim cenſentur tota poſſeſſiones, neque fundos integros centum referunt, ſed in tot particulas diuidunt, vt etiam pauperes cenſibus diuites ſuperare poſſint ſecundum eam multitudinem qua ex agricolis conſtat. Populus ille eſt optimus, &c.*

Igitur præcisè ob bonum publicum, atque vtili- 70
tatem & ſecuritatem Regis, & Regni, neceſſarium erit per Pragmaticam ſanctionem ſeu legem Regiam declarare, quod lex 7.*tit.*7.*lib.*5. debet obſeruari non ſolùm in caſu maioratuum vnionis per viam matrimonij, ſed etiam per viam ſucceſſionis, & quandocumque eueniat connnectio duorum maioratuum, quorum vnus habeat *dos quentos de renta.* Et quod interim, ſi caſus ſe offerat, ita iudicandum videatur in Supremis Senatibus, ſequendo opinionem Paladorij, Robles de Salcedo, Dom. D. Ioannis à Caſtillo, & Dom. D. Ioan. à Solorzano, & ex ſupradictis rationibus conuincitur, & vtilitas publica expoſcit, cùm teneantur proſpicere & obſeruare id omne quod Regi, & Regno, & bono publico magis conuenit, & priuatæ vtilitati anteferre: vtilitas etenim publica præferenda eſt priuatæ: *l. vnica, §. fin. Cod. de caduc. tollend. l. vtilitas, Cod. de Primipil. lib.* 11. *Authent. de non alienando: §. qui vero veriſimile, in fin. coll.* 2. *cap. ſcias,* 2. *quaſt.* 1. Gloſſ. *verb. verum eſſe: in leg. actione,* 65. §. *Labeo, ff. pro ſoc.* & Gloſſ. *verb. communem, in cap.* 3. *de poſtulat. Prælat.* maximè cùm & ſingulorum ſit vtilitas Rempublicam ſaluam conſeruari: Gloſſ. *verb. ſpectat, in §. fin. Inſtit. de iuſt. & iur.* & etiam ſi hoc fieret cum incommodo Priuatorum: Crauetta *conſil.*132.*num.*23. Stephan. Gratian. *tom.*3:*cap.*478.*à num.*11. Quæ omnia vtinam cedant in Dei Domini noſtri gloriam, atque laudem, Virginiſque Sacratiſſimæ Dominæ noſtræ Diuæ Mariæ, & in exaltationem Chriſtianæ noſtræ Religionis.

CAPVT II.

De eadem materia, ſiue ad interpretationem d.l.7.tit.7.lib.5.Recopil. *ibi:* que en los matrimonios, *&c.*

SVMMARIVM.

1 *Lex* 7. tit.7.lib.5.Recopil.*refertur in illis verbis:* Que en los matrimonios, que aſta aora no eſtan contraidos cada y quando por via de caſamiento ſe vinieren ajuntar. *Ad enucleationem huius clauſula, & excitationem quinque*

que

Digitized by Google

que quæſtionum in materia incompatibilitatis de iure Regio.

2 *Lex ſolum reſpicit futura, & non præterita; niſi in ea de præteritis caueatur.*

5 *Lex* 7.tit.7.lib.5.Recop.*an habeat locum,non præcedentibus capitulationibus matrimonialibus, & cùm coniuges contraxerunt abſque poſſeſſione ſuorum maioratuum, ſed poſtea contracto matrimonio deferatur eis ſucceſſio? Reſoluitur quod habeat locum maximè ſi habebant ſpem indubitabilem & inuariabilem ſuccedendi in ſuo maioratu,vſque ad num.*10.

11 *Coniuges, qui à principio non poſſidebant maioratum, ſed poſtea durante matrimonio ſucceſſerunt, vel alter eorum in ſuo maioratu, talis ſucceſſio diuidi debet, tanquam ſi ab initio matrimonij poſſediſſent. Et talis diuiſio inter quos fieri debeat.*

12 *Coniuges, ſi neque in eorum vita ſucceſſerunt in maioratibus ita incompatibilibus, nec eis fuit delata ſucceſſio, ſed poſt eorum mortem; quia in vita habebant probabile, & inuariabile ius ſuccedendi, & quia talis ſucceſſio poſt eorum mortem reſultat ex præambulo matrimonio, ſeparari debent maioratus, tanquam ſi ab initio coniuges habuiſſent, & poſſediſſent eos, & num.*13. *vbi ex Dom. Perez de Lara reſoluitur contra Dom.Paz, & Additionatores ad Dom. Moliu.*

14 *Coniuges ſi neque in eorum vita ſucceſſerunt in dictis maioratibus incompatibilibus, nec ſpem habebant certam, & inuariabilem, & poſt mortem eorum ſucceſſerunt in eis maioratibus filij, vel nepotes, vel alij deſcendentes, an diuidi debeant, ac ſi à principio, vel conſtante matrimonio ſucceſſiſſent, vel habuiſſent probabilem, vel certam ſpem poſſidendi? Ardua eſt contentio inter Doctores: ſed reſoluitur, cum diſtinctione, vſque ad n.*18.

19 *Lex* 7. tit.7. lib.5. Recopilat. *an habeat locum, vel non in maioratibus incompatibilibus per viam ſucceſſionis, Remiſſiuè.*

20 *Maioratus incompatibiles,de quibus* in lege noſtra 7. *diuidi debent, quandocumque & quomodocumque in filiis, ſeu deſcendentibus iungantur ex præambulo matrimonio, ita quod matrimonium ſit via, ſeu cauſa ſuccedendi in eis: quod demonſtratur plurimis fundamentis, iuribus, atque authoritatibus, in explicatione, & declaratione clauſulæ* d. leg.7. in hoc capite *relata, vſque ad num.*67.

68 *Lex* 7.tit.7.lib.5. Recopilat. *habet locum, etiam ſi matrimonium ſit contractum quidem per verba de præſenti, ſed ſine velatione, & aliis benedictionibus Eccleſiæ, n.*69.70.*&* 71.

72 *Lex* 7.tit.7.lib.5. Recopilat. *habet locum etiamſi matrimonium ſit nullum, ſeu putatiuum, ſi coniuges, ſeu quilibet eorum contraxerunt à principio cum bona fide: quia tunc ſuccedunt filij, in maioratibus tanquam ſi eſſent ex matrimonio valido procreati, vſque ad n.*75.

76 *Lex* 7. tit.7. lib.5. Recopilationis; *habet locum, etiamſi filij ſint naturales, & capaces ſuccedendi in dictis maioratibus incompatibilibus, & non procedant ex matrimonio, ſed ex parentum concubinatu,& n.*77.*&* 78.

ARGVMENTVM.

Ad *Leg.*7. *tit.*7. *lib.* 5. *Recopilationis*, ſuper illis verbis: *Que en los matrimonios que haſta aora no eſtan contrahidos cada, y quando por via de caſamiento ſe vinieren ajuntar.* Excitantur quæſtiones ſequentes.

Prima, An huius legis diſpoſitio non ſolùm habeat locum, quando à principio, ſiue tempore contracti matrimonij, cum pactis nuptialibus, vel ſine illis, quilibet coniugum habet, ſiue confert proprium maioratum, in quo iam ſucceſſerit; ſed etiam quando conſtante matrimonio fuit eis, vel vni eorum delata ſucceſſio.

Secunda, An idem dicendum, ſi poſt contractum matrimonium, & eo ſoluto per mortem cuiuſuis contrahentium, qui probabilem ſpem ſuccedendi habebat in maioratu, ſeu maioratibus, delata ſit eius, ſiue eorum ſucceſſio filio primogenito, vel nepoti ipſorum coniugum, ex eo quod maritus, vel vxor, deceſſerit viuente patre, vel matre, vel fratre poſſeſſore talis maioratus, & poſtea decedat pater, vel mater, vel frater, ad quorum filium, vel nepotem tranſeat maioratus ſoluto matrimonio poſt mortem eius patris, vel matris, Aui, vel Auiæ.

Tertia, Quid ſi coniuges, tempore nuptiarum, vel conſtante matrimonio, nullam probabilem, & inuariabilem habuerunt ſpem ſuccedendi, & poſt eorum obitum contingat quod decedat aliquis vltimus poſſeſſor conſanguineus ex linea aliqua tranſuerſali remota, ita vt non cogitaretur de ſucceſſione ex parte vxoris, vel mariti; & maioratus vnus, vel duo, deferantur eorum filio primogenito, nepoti, vel alij deſcendēti, & ſic in eo cōcurrant duo, pluréſve maioratus, quorum vnus habeat *dos quentos de renta*; omnes prouenientes per lineam paternam, & maternam, & ex cauſa matrimonij parentum, ſine quo aliàs, non apud filium, nepotem, vel pronepotem iungerentur; an ex diſpoſitione *d.l.*7. diuidi debeant, vel non, tanquam ille caſus cenſeatur comprehenſus, nécne, in legis verbis, dum dicitur *cada, y quando por via de caſamiento ſe vinieren ajuntar.*

Quarta, Quid erit, ſi Primogenitus ſuccedat in vno ex duobus maioratibus per viam matrimonij parentū, & in alio per viam ſucceſſionis tantum; an tunc fiet diuiſio inter primogenitum, & eius fratrem ſecundogenitum, per diſpoſitionem *dict. legis* 7. ac ſi coniunctio fuiſſet

facta

facta per viam matrimonij? vel non, ac ſi coniunctio fuiſſet facta per viam ſucceſſionis tantùm?

Quinta, Quid ſi matrimonium poſtea declaretur nullum, quia contractum in gradu prohibito, vel ex alia cauſa, ſeu impedimento; An duo maioratus coniuncti per viam matrimonij diuidi debeant inter filios natos in figura matrimonij putatiui?

Sexta, & vltima, Quid ſi coniunctio horum duorum maioratuum fiat, non per viam matrimonij, ſed per viam concubinatus, vel ſponſaliorum de futuro inter eos, qui habeant filios naturales, qui ſuccedere valeant in maioratibus?

1 POST verba proœmialia proſequitur, *d.l.7.tit.7.lib.5.* ad deciſiua: *Que en los matrimonios, que aſta aora no eſtan contrahidos, cada y quando por via de caſamiento ſe vinieren ajuntar.* Quorum ſenſus genuinus eſt, quaſi diceret, quod hæc Lex non habeat locum in maioratibus coniunctis in vno ſucceſſore per viam matrimonij tranſacti & contracti vſque ad diem promulgationis, quæ fuit 22. Decembris anno Domini 1534.

2 Quia lex ſolum reſpicit futura, & non præterita, niſi in ea de præteritis caueatur: *l.leges 2. C.de leg. cap.fin.de conſtit. l.fin.tit.4.part.3.*

3 Ideoque ſolum procedat, in maioratibus iunctis per matrimonia in futurum contrahenda, quia dicta lex ſolum reſpicere valet futura, quotieſcumque, ſeu quandocumque per viam matrimonij deuenerint maioratus in vnum ſucceſſorem, id eſt, ſi matrimonium faciat viam per quam ſucceſſio deriuetur, & curſum pergat ad vnum ſucceſſorem; quo caſu diuidi debent.

4 Vnde Regnicolæ excitant quæſtionem: an ſolùm intelligi debeant hæc verba, quando immediatè tempore contracti matrimonij, præcedentibus ad id pactis ſeu capitulationibus matrimonialibus, ſiue non præcedentibus, quilibet coniux haberet, ſiue fuiſſet in actuali ſucceſſione, ſeu poſſeſſione maioratus; vel etiam quando poſt contractum matrimonium, eo conſtante, fuit eis delata ſucceſſio vnius, vel duorum maioratuum.

5 In hac quæſtione Dom. de Paz *de Tenuta, tom.2. cap.57. à num. 289. vſque ad num. 200.* & Additionatores ad Dom. Molin. *lib.1. cap.8. ſuper num.34. verſ. Primus caſus, &c. & verſ. Secundus caſus, &c.* Si contrahentes tempore nuptiarum ſint immediati ſucceſſores cum ſpe certa, inuariabili, & incommutabili; tunc licèt non poſſideant tempore quo matrimonium contraxere, tamen ſi poſtea durante eorum matrimonio deferatur eis actualis ſucceſſio maioratuum, & ſic iungantur duo maioratus, debent diuidi iuxta formam *d.l.7.*

6 De quo caſu non dubitarunt Additionatores ad Dom. Molin. *d.l.1.cap.8.num.34.* quia poſtquam dictum eſt ab eis: *Primus caſus eſt, quando contrahentes matrimonium tempore ipſius contractus poſſeſſores vtriuſque maioratus exiſtunt, in quo caſu militat expreſsè deciſio text. in d.l.7. de quo nulla eſt controuerſia Doctorum.*

7 Ita proſequuntur: *Secundus caſus eſt, quando tempore nuptiarum vterque coniux, aut ſaltem alter eorum non poſſidet, habent verò probabilem ſpem ſuccedendi vel parentibus, vel fratri primogenito, quorum ſucceſſio conſtante matrimonio obuenit, aut vacare contigit: & hic caſus ſuperiori cognatus eſt, & locum habere cenſemus in eo dictam leg. ſeptimam, ex eo quod generaliter loquatur, nulla facta diſtinctione, an tempore matrimonij, vel extante ipſo matrimonio concurſus fiat, prout ita ſimiliter accipiendus eſt Author noſter in præſenti; nam vtcumque ſit, tunc matrimonium præcedens & perſeuerans eſt cauſa immediata ſucceſſionis, ac proxima; & propter matrimonium ſit, quidquid ex cauſa matrimonij contingere poteſt, l. prætor ait, §. 1. ff. de incend. ruin. naufrag. Aymon. Crauet. conſ. 433. num. 34. vol. 3. Bonifac. Rogerius conſ. 57. à num. 7. vſque ad num. 64. vol. 2. & cauſa mediata cauſæ immediatæ annexa, eodem iure cum immediata cenſetur, l. paterfamilias, ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. Bald. in l.7. num. 2. ff. de teſtament. intel.*

At ſi contrahentes tempore eorum matrimonij hos maioratus non poſſidebant, neque ſpem certam & inuariabilem habebant, tunc inquiunt Additionatores, & Dom. Paz, quod non procedet diſpoſitio dictæ legis 7. 8

Sed Dom. Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capell.* 9
lib.1. cap.5. num.35. Dom. D. Ioan. del Caſtillo *lib. 2. cap. 28. à num. 20.* indiſtinctè partem affirmatiuam defendunt, nam Dom. Perez de Lara *in verſ. Procedet tamen*, ita dicit: *Procedet tamen* (ſcilicet dicta lex 7.) *in caſibus habentibus omnimodam ſimilitudinem, vt erit ſi contrahentes matrimonium tempore quo contrahunt, non poſſideant maioratus actu, nec aliquam habeant ſpem ſuccedendi in eis, & durante matrimonio ſit eis delata ſucceſſio; nam cum lex non diſtinguat, an poſſederint primogenia tempore quo contraxerunt, vel nanciſcantur poſtea poſſeſſionem, nec nos diſtinguere debemus: l. de pretio, ff. de public. in rem. action. l. non diſtinguemus, ff. de arbitr.*

Et *in verſ. ſequenti* proſequitur Dom. Perez de 10
Lara: *Idem erit, ſi non ipſi poſſidentes maioratus, ſed eorum filij primogeniti contraxerint matrimonium: nam cum in eis, vel eorum deſcendentibus ſit continuanda ſucceſſio, & per conſequens per eorum matrimonium neceſſariò perueniendum ſit ad caſum coniunctionis maioratuum in leg. expreſſum; ſumus in regula l. oratio, ff. de ſponſalib. quæ ſine dubio procedet:* (ſcilicet dicta regula, quæ vult quod cum aliquid prohibetur, videtur prohibitum omne illud per quod deuenitur ad illud: & ſimiliter quando aliquid permittitur, videntur eſſe omnia permiſſa per quæ peruenitur ad illud: *quando per neceſſe ſequitur illud, ſuper quo lex diſponit; non ſi contingenter, ſiue poſſibiliter ſequatur: Barboſ. in l.1. par.3. n.57. ff. ſol. matr. Idem namque iudicamus de principio principiante, quod de his, quæ ex principio ſequuntur: Curtius iunior, conſ. 154. num. 13. per l. maritus, Cod. de procurator.*

Et quod de filiis primogenitis dicit Dom. Perez 11
de Lara, idem procedere aſſerit in nepotibus, & pronepotibus poſſeſſorum maioratuum: cùm in omnibus eadem ſit ratio: *arg. l. Gallus, §. idem credendum, ff. de liber. & poſthum.* Quia in omnibus iam eſt radicata ſucceſſio: ita quod ſi in vita poſſeſſoris decedat filius, admittitur nepos; & nepote etiam decedente, pronepos, excluſis patruis; quia primogenitus naſcendo excludit ſecundogenitum perpetuò. Quod omne *infrà* latiùs comprobabitur.

12 Secunda quæſtio eſt, quid dicendum ſi non conſtante matrimonio, ſed eo ſoluto per mortem mariti, vel vxoris, aut ipſorum duorum coniugum, qui in vita & conſtante matrimonio ſpem certam & probabilem habebant futuræ ſucceſſionis ſeu coniunctionis & concurſus duorum talium maioratuum, quorum vnus ex parte vxoris, alter ex parte viri perueniant ad primogenitum filium, vel nepotem, vel pronepotẽ? Et idem quod in ſuperiori caſu tenendum eſſe, exiſtimat D. Perez de Lar. *de Anniuer. & Capel. lib. 1. cap. 5. num. 36. verſ. Et pari modo procedet deciſio dictæ legis 7. & ſi non durante matrimonio primogenitorum ſit eis delata ſucceſſio maioratuum, ſed eo finito, alterius morte, ſuperſtiti deferatur ſucceſſio ſui primogenij, & filio, vel alij vlteriori deſcendenti alter maioratus, vel ſi ambo contrahentes deceſſerint ante quam ſuccedant in maioratibus: nam in eorum deſcendentibus fiet ſeparatio; cum fuerint iuncti ex preambulo matrimonio, ex quo inducta fuit ſtantibus deſcendentibus neceſſaria coniunctio maioratuum, quia initium attenditur: l. 3. §. ſcio, ff. de minor. Menoch. de arbitrar. q. 37. num. 12. Barboſ. in l. diuortio, §. ſi vir, n. 46. in fin. ff. ſolut. matrim.*

13 Quam opinionem tanquam veriorem etiam amplectimur contra Dom. Paz *de Tenuta*, & Additionatores *ad D. Molinam*. Quia durum eſt negare, quin coniunctio producta ſit per viam matrimonij, prout inferiùs ex profeſſo demonſtrabimus *in quæſtione ſequenti*.

14 Tertia quæſtio, vbi maior, & rigida eſt contentio. Quid ſi tempore nuptiarum, & conſtante matrimonio, coniuges ambo, vel vnus eorum non poſſidebat, nec certam & probabilem ſpem habebat ſuccedendi; & ſoluto matrimonio, poſt obitum eorum, deuenerit ſucceſſio ad filium, vel nepotem, vel pronepotem, & ſic apud filium primogenitum, nepotem vel pronepotem, ſeu alium quemlibet deſcendentem fiat coniunctio duorum maioratuum, quorum vnus habeat *dos quentos de renta, y dende arriba*. an tunc in hoc caſu diuidi debeant iuxta diſpoſitionem *leg. 7.*

15 Ad declarationem huius quæſtionis, & eius ſolutionis, vt meliùs percipiatur id de quo diſputatur, & in quo conſiſtit difficultas, cùm verba ſuper quibus excitatur, ſunt ea quæ præſtant anſam diſſentionum inter Regnicolas, aduertendum eſt, quod Doctores qui opinantur dictam legem ſeptimam, non debere intelligi de vnione duorum maioratuum per viam ſucceſſionis, ſed tantum per viam immediatam matrimonij, tenent, quod in caſu huius quæſtionis, & antecedentis, idem iudicandum eſt quod in caſu quando per viam ſucceſſionis iunguntur: vt videre eſt per Dom. D. Chriſtophorum de Paz *de Tenuta, tom. 2. cap. 57. à num. 193. vſque ad num. 200.* Additionatores ad Dom. Molin. *lib. 1. cap. 8. num. 34. verſ. Tertius caſus: & verſ. Quartus & vltimus caſus.* Ad quorum fundamenta *infrà* reſpondebitur.

16 Sed Doctores qui tenent quod *dict. lex 7.* debet procedere, tam in caſu coniunctionis per viam matrimonij, quam per viam cuiuſuis ſucceſſionis, prout ſunt Parladorus, D. Caſtillo, & Robles de Salcedo, & alij, intelligunt dicta verba appoſita cauſa exempli, quia tales maioratus iunguntur vt plurimùm per viam matrimonij, ideo non diſceptant hanc, nec præcedentem quæſtionem.

17 Nobis autem neceſſe eſt eam diſcutere, quia diſtinctionem hanc conſtituimus: Aut ſumus in caſu in quo coniunctio non niſi ex præambulo, ſeu præcedente matrimonio contingere poſſit in filio, nepote, vel alio deſcendente, veluti quando ante contractas nuptias, vel tempore matrimonij contrahendi, inſtituti iam erant maioratus per contrahentium Aſcendentes, vel Tranſuerſales, vel etiam extraneos, & ab aliis tunc, vel conſtante matrimonio poſſidebantur: attamen in iis maioratibus, parentes qui contraxerunt vocationem, ſiue ius in ſpe aliquod proximum, aut non adeo remotum habebant, imo etiam variabile & incertum, ſed nihilominus poſt mortem contrahentium, ex capite, ſeu ex linea eorum, filio, nepoti, ſeu pronepoti deferuntur per mortem cuiuſque vltimi poſſeſſoris, & ſic in filio, vel alio contrahentium deſcendente concurrunt.

Aut incidimus in caſu, in quo non neceſſariò, ex præambulo matrimonio, ſed ex alia cauſa ſucceſſiu, & duorum aliũ maioratuum vnio atque concurſus apud filium, vel alium deſcendentem contingere poteſt: v.g. in maioratibus electionis, & in maioratibus inſtitutis poſt contractas nuptias, in quibus maioratibus vocati eſſent filij, vel nepotes ſeu deſcendentes contrahentium: vel quando hi duo maioratus à patre tantum, vel à matre deferantur, abſque eo quod alter vnum illorum habuiſſet maioratum, nec in re, neque in ſpe, ſed coniunctio vtriuſque maioratus per lineam alterutrius coniugis ad filium perueniſſet; in omnibus tandem aliis caſibus in quibus ex ſua perſona filij, vel nepotes ſuccedere queant. 18

Hunc vltimum caſum, quando merè per viam ſucceſſionis, & non per viam matrimonij, proximam nec remotam, mediatam aut immediatam fit coniunctio, non comprehendimus in hac quæſtione, nec intendimus illum diſcutere, ex eo quod ſeparata eſt quæſtio, an *dict. lex 7.* intelligi debeat non ſolùm quando coniunctio fiat per viam matrimonij, ſed etiam per viam ſucceſſionis, nam de ea ex profeſſo egimus *ſup. in hac part. 8. c. 1.* ſuper verbis proœmialibus, & rationibus decidendi huius l. 7. 19

De primo ergo caſu erit noſtra contentio, ad quem reducitur hæc tertia quæſtio, ex cuius ſolutione pendet etiam vera intelligentia quæſtionis ſecundæ antecedentis. Et inuocato diuino auxilio, ad interponendam noſtram ſententiam in re adeo graui, audemus aſſerere, atque intrepidè defendere, quod caſus huius quæſtionis eſt comprehenſus expreſsè ac neceſſariò in verbis huius legis, dum dicitur: *e cada y quando por via de caſamiento ſe vinieren ajuntar dos caſas de majorazgos, &c.* Itaque, licèt tempore nuptiarum, vel conſtante matrimonio, neque in actuali poſſeſſione, neque in ſpe certa & indubitabili fuerint ipſi coniuges, ſed poſt mortem ipſorum ex capite ſeu perſona eorũ deriuati per ipſorum lineam, iungantur duo maioratus in filio, vel alio deſcendente; tunc coniunctio iudicanda eſt per viam matrimonij & ſucceſſionis ſimul, non verò viam ſucceſſionis tantùm, cùm non ex perſona primogeniti, ſed ex cauſa matrimonij à parentibus contracti, & ex perſona eorum ad eum ſucceſſio perueniat. Probatur ex his optimè perpenſis fundamentis, abſque eo quod referamus, niſi remiſſiuè, alia fundamenta tradita pro hac noſtra ſententia. 20

In primis, vt veritas appareat, & eam poſſimus oſtendere, recurrendum eſt ad ſenſum literalem, ſeu verba dictæ legis; nam verba ideo ſunt inuenta, vt dicentis voluntatem exprimant, nullúmque certius voluntatis teſtimonium reperiri poteſt, quàm de ore hominis emiſſa atque prolata verba: *l. Labeo 7. verſ.* 21

Digitized by Google

id Tubero, ff. de ſupellect. legat. & ita ex Caſſiodoro
tenet Bald. *in leg. generaliter, num. 1. de non numer.
pecun.*

22 Nec aliud homines dicuntur reuera voluiſſe,
quàm quod literarum ſonat figura: dixit etiam Bald.
*in cap. 1. de feudo dat. in vim. legati. num. 1. & ſe-
quenti: per l. cum precibus, C. de probat. l. emptione,
C. plus valere quod agit. quàm quod ſim. concip. cap.
nauiganti, de vſur.*

23 Nam ſicut facies repræſentatur in ſpeculo, ita lo-
quentis mens & voluntas verbis certificatur: Baldus
conſ. 102. incipit, *Omnis poteſtas, vol. 3.* Craueta *conſ.*
20. *num.* 2. Decius *conſ. 32. num. 3.* Rolandus à Valle
conſ. 96. num. 17. vol. 2. Medices *in tract. de fortuit.
caſib. part. 1. q. 1. num. 6. verſ. Voluntas enim eſt in
verbis, ſicut facies in ſpeculo.* Anton. de Nigris *de
except. c. 2. §. 13. n. 3.*

24 Ideo à verbis legis, ſeu ſenſu literali eius non eſt
recedendum, dum manifeſtè non appareat de volun-
tate ſeu contraria mente legiſlatoris: *Vulg. leg. non
aliter, ff. de legat. 3. l. nepos Proculo 125. ff. de verb.
ſignif.* & ibi Gloſſ. *verb. ſenſit. verſ. ſenſus autem ver-
borum quandoque expreſsè colligitur, &c. l. proſpe-
xit, ff. qui & à quib. l. 1. §. ſi is qui nauem, verſ. in re
igitur dubia, melius eſt verbis Edicti ſeruire, &c. ff.
de exercitor. action.* vbi etiam Gloſſ. *verb. Edicti, verſ.
& nota hic mirabile verbum:* & inferiùs, *in addit.
verſ. ſed hic non apparet de mente Legiſlatoris, &
ideo inhærendum eſt verbis: quod facit pro Statutis,
vt verba ſtatuti ſint diligenter obſeruanda, &c.*

25 Sed ſic eſt, quod abſque eo quod de contraria mẽte
Legiſlatoris appareat, verba legis ſunt, *cada y quan-
do por via de caſamiento ſe vinieren ajuntar dos
caſas de maiorazgos, &c.* quæ verbis Latinis ita
correſpondent; *quotieſcumque, ſeu quandocumque
per viam matrimonij deueniatur ad coniunctionem
duorum maioratuum in primogenito, quorum vnus
habeat, &c. fiat diuiſio inter primogenitum, &
fratrem.*

26 Ergo quotieſcumque, ſeu in quocumque tempo-
re, vel caſu, quo per viam matrimonij fiat talis
coniunctio duorum maioratuum in filio primogeni-
to, aliouè deſcendente coniugum, abſque diſtinctio-
ne caſuum, ſed indiſtinctè in omnibus caſibus in
quibus coniunctio procedat ex præuio matrimonio
parentum, cùm aliter non reperiatur præcautum ſeu
exceptum à Legiſlatore, procedet etiam legis no-
ſtræ 7. definitio, quæ diuiſionem maioratuum in-
iungit.

27 Secundò confirmatur, recurrendo non ſolum ad
ſenſum proprium verborum, ſed etiam ad allegori-
cum ſeu metaphoricum, & ad communem intelli-
gentiam, & vſum loquendi: nam ſi minutatim per
dictiones & verba legis diſcurramus, idem neceſſa-
riò, & expreſsè apparebit. Nam dictio, *cada y quan-
do*, correſpondet dictioni Latinæ, *quotieſcumque*, vel
quandocumque, quæ comprehendit omne, & quod-
cumque tempus, tunc, & poſt matrimonium: *l. Hæ-
res quandocumque, 54. ff. de adquir. hæredit.* vbi Iu-
riſconſultus Florentinus ita dixit: *Hæres quandocun-
que adeundo hæreditatem, iam tunc à morte ſucceſ-
ſiſſe defuncto intelligitur.* & *ibi* Gloſſ. *verb. Hæres
quandocumque*, ibi: *aliàs quandoque, & dic, vel
prope mortem, vel diu poſt.* & *l. is cui, 18. ff. quando
dies legat. cedat.* vbi Vlpianus ait: *Is cui legatum
eſt, quandocumque liberos habuit, ſi prægnante vxo-
re relicta deceſſerit, intelligitur expleta conditione
deceſſiſſe, & legatum valere.*

28 Hinc eſt, quod ex eo quod hæc dictio compre-
hendit de ſui natura omne tempus, dicunt & pro-
bant Bartol. *num. 9.* & alij Doctores *in l. Centurio,
ff. de vulgar. & l. precibus, ff. de impuber.* quòd infi-
nitatem importat, & eſt multiplicatiua, & diſtribu-
tiua temporum: Gloſſ. & Bartol. *in l. ſi ſtipulatus à
Seio, ff. de fideiuſſorib.* idem Bartol. *in l. qui bona,
§. fin. ff. de damno infect.* quem ad id refert Alexand.
conſ. 145. num. 3. lib. 2. latè Felin. *in cap. cùm acceſſiſ-
ſent, de conſtitut.* Surd. *conſ. 460. num. 58.* Menoch.
*conſil. 339. num. 32. verſ. & illius dictionis, quando-
cumque, ſignificatio ea eſt, vt comprehendat plura
tempora, pluréſque ſubſtitutiones, tanquam habeat
tractum ſucceſſiuum; vt poſt alios declarat Ripa in d.
l. Centurio, num. 60. & 70.* Cenedo *ſingular. 85.* Bar-
boſa *de dictionibus, verſ. quandocumque, dict. 308.
num. 1. & 2. verſ. eſt apta comprehendere omnem mo-
dum, omnémque qualitatem:* vt per Ancharan. *con-
ſil. 268.* incipit: *Iure diuino, num. 7.* Cardinal. Tuſch.
tom. 2. lit. Q. concluſ. 349. n. 2. idem Barboſ. *dict. 337.
num. 1. & 3.*

Quod omne procedere affirmant etiam in mate- 29
ria odioſa, Barboſ. cum pluribus *in dicta dict. 308.
num. 3.* dum dixit: *Vniuerſalis eſt hæc dictio, Quan-
documque, & omnia comprehendit, etiam in mate-
ria odioſa: vt per Aloyſ. Riccium in deciſ. Curiæ Ar-
chiepiſc. Neapol. deciſ. 287. num. 1. part. 2. &c.* idem
Barboſ. *d. diction. 337. num. 2.*

Ideò contra prædicta replicari non poteſt, quod 30
ſumus in materia odioſa, quod quidem negamus;
quia imò verè ſumus in materia fauorabili Reipubli-
cæ, fauet enim hæc ſententia bono publico, & pri-
uato: & quamuis materia eſſet odioſa, reſpondetur
dictionem, *quandocunque*, in verbis diſpoſitiuis
legis expreſſam etiam habere locum in materia odio-
ſa, ex Aloyſ. Ricc. & Barboſ. atque aliis *ſuprà* ci-
tatis.

Sequitur, *por via de caſamiento*, Latinè, *per viam* 31
matrimonij, ſiue nuptiarum: hoc eſt, quod quotieſ-
cumque, vel quandocumque nuptiæ, ſiue matrimo-
nium ſit via, iter, ſiue vehiculum, in quo, &
per quod, & propter quod fiat ſucceſſio & con-
iunctio vtriuſque maioratus in filio primogeni-
to, nepote, vel deſcendente quolibet contrahen-
tium.

Allegoricè enim loquendo, *in dicta l. 7.* dicitur 32
per viam, quæ *iter*, & *actum*, & *ſemitam* compre-
hendit, & latior eſt via, quam iter, & actus: *l. via
8. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior.* quia ius eundi, agen-
di, & ambulandi, & currum vehendi, ſignificat, *l. 1.
§. via, & l. qui ſella 7. ff. de ſeruitut. ruſticor. l. & ſi
13. §. ſi tamen viam, ff. de acceptilat.* ſumpta meta-
phora à *Via*, vel à *Vehiculo*: quia *via* dicitur à
Veho, is. quod eſt *lleuar arraſtrando en carro*, ſiue
à *Veha*, id eſt, *el camino de los carros*; vel à *Vehicu-
lo*, quod eſt, *el Carro.* Inſtit. *de ſeruitutib. in princ.*
Veteran. *Lexicon Iuris, lit. V. verb. Via.*

Idem probatur ex *l. quibus præcipua, 57. l. Tugurij,* 33
180. *l. pupillus, 239. §. territorium, ff. de verborum ſi-
gnific. §. fin. in fin. in tit. per quos fiat inueſtitura: in
vſibus feudorum, verſ. cum à fidelitate feudum dica-
tur, vel à fide:* ex quibus, & aliis iuribus, eſt in
iure validiſſimum argumentum ab Etymologia vo-
cabuli, quod *Veroloquium* dicimus: Euerard. *in lo-
co, ab Etymologia, 4.*

Quam quidem formam intelligendi, & interpre- 34
tandi verba legis, docet nos, Iur. Conſ. Iulianus *in
l. ita vulneratus 51. ff. ad leg. Aquil.* dum dixit: *Oc-
cidiſſe dicitur quidem vulgò, qui mortis cauſam quo-
libet modo præbuit: ſed lege Aquilia is demum te-
neri*

Digitized by Google

neri viſus eſt, qui adhibita vi, & quaſi manu cauſam mortis præbuiſſet, tracta videlicet interpretatione vocis, à cadendo, & cade. vbi notat Bart. *num.* 4. quod verba legis in ſuo proprio ſignificatu intelligenda ſunt: Statyl. Pacific. *de Saluiano, inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 767.

35 Quod etiam euidentiori demonſtratione patet ex verbis ſubſequentibus, *ſe vinieren ajuntar*: Latinè, *ſi ambo maioratus venerint ad vnionem, ſeu deuenerint ad coniunctionem*: id eſt, ſi iter faciendo per viam matrimonij ſucceſſiones duorum maioratuum deuenerint ad vnum ſucceſſorem, & in effectu concurrant in eo; quia *venerint*, ſeu *veniſſe* accipimus in eo ſenſu, quo *perueniſſe*. Ita intelligit verbum, *veniſſe*, Pomponius *de verbor. ſignificat.* quem refert Veteranus *in Lexico iuris, lit. V. verbo, Veniſſe*: & probatur *in l. qui abſenti,* 38. §. *fin. ff. de adquir. poſſ. l. contra* 6. §. *fin. in fine, ff. de action. rer. amotar. l.* 1. §. *intereſt*; ibi: *Venerit in poſſeſſionem, ff. ſi ventr. nomine mulier in poſſ. mitt. l. ita* 27. §. 1. ibi: *in reſtitutionem venire, ff. ad Trebell. l. filia* 12. *verſ. ſi in diui-*
36 *ſione paterna veniat hæreditatis.* Igitur quotieſcumque, & quocumque caſu quo coniunctio procedat ex prænio matrimonio, per quod perueniat deriuata ſucceſſio ad primogenitum, fieri debet diuiſio duorum maioratuum inter primogenitum, & ſecundogenitum.

37 Tertiò comprobatur ex vulgari axiomate *in l. d. pretio, ff. de Public. in rem action. l. non diſtinguemus, ff. de Arbitris*: vbi ſi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus: per quam Regulam reſoluit Perez de Lara, & Additionator. ad Dom. Molin. *lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 34. *verſ. ſecundus caſus: quando tempore nuptiarum vterque coniux, aut ſaltem alter eorum non poſſident, habent verò probabilem ſpem ſuccedendi vel parentibus, vel fratri primogenito: quorum ſucceſſio conſtante matrimonio obuênit, ant vacare contigit, locum debet habere dicta lex* 7. *ex eo quod generaliter loquatur, nulla facta diſtinctione an tempore matrimonij, vel extante ipſo matrimonio concurſus fiat.*

38 Sed ſic eſt, quod dicta lex 7. non diſtinguit inter hunc caſum, & alium tertium, & quartum, quos referunt Additionatores dicentes, quod in tertio & quarto non debet habere locum *dict. lex* 7. Non in Tertiò, *quando ſcilicet contrahentes, vel alter eorum in vita parentis, aut fratris poſſeſſoris maioratus decedit, & poſtea ſoluto matrimonio, ſucceſſio, filio, vel nepoti eorum delata eſt.* Non etiam in Quarto, *quando contrahunt matrimonium parentes nulla habita probabili ſpe ſuccedendi, quibus defunctis, ſucceſſio alicuius maioratus defertur fortaſſis eorum primogenito filio, vel nepoti poſt obitum poſſeſſoris, qui erat propinquus ex linea tranſuerſali, vel remota.* Igitur nec nos diſtinguere debemus inter primum, ſecundum, tertium, vel quartum caſum, nec vllum alium, in quo fiat coniunctio duorum maioratuum per ſucceſſionem deriuatam per viam matrimonij, ſeu ex cauſa matrimonij præcedentis, ſine quo ſucceſſio ad filium primogenitum, vel nepotem non deueniret.

39 Quartò probatur etiam; quia eædem rationes decidendi ab ipſa lege expreſſæ, quando per cauſam matrimonij fit coniunctio, militant tam in vno, quàm in alio, vel aliis caſibus, & ita quando per cauſam matrimonij proximam, ac quando per cauſam remotam, abſque eo quod poſſit aſſignari ratio vlla differentiæ inter prædictos caſus, nec inter cauſam proximam, vel remotam matrimonij.

Ergo idem ius erit in vno, quod in aliis caſibus; & 40
ſicut in cauſa proxima, ita & remota matrimonij debet habere locum deciſio dictæ leg. 7. *l. illud* 32. *ff. ad leg. Aquil. l. vnica,* §. *hoc interdictum, ff. de font. l. libertum* 64. *ff. de ritu nuptiar. l.* 1. *C. de liber. præterit.* §. *vnico, Inſtitut. de legit. patron. tutel.* §. *pari ratione, Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluitur*: §. *eadem ratione, verſ. iſtas tamen. Inſtit. Quod cum eo qui in alien. poteſt.* & ibi Gloſſ. *verb. æquitatis.*

Quinto probatur ex aliis verbis *dictæ legis* 7. dum 41
dixit in proœmio: *que por coſa de hauerſe juntado en eſtos nueſtros reinos de poco tiempo a eſta parte per via de caſamiento algunas caſas y majorazgos*: id eſt, *quod via matrimonij, ſeu nuptiarum, cauſa fuerit concurſus apud vnum, duorum, pluriúmve maioratuum opulentorum.* Ideoque expreſsè prohibere voluit concurſum duorum maioratuum, quorum alter ſit *de dos Quentos de renta*, quoties concurſus habeat ingreſſum, & cauſam prouenientem, atque originem trahentem per viam matrimonij, quod matrimonium dedit cauſam concurrendi. Ideo in omni caſu, in quo præcedat illa cauſa, ſeu via matrimonij, locus erit deciſioni huius noſtræ legis 7. prohibentis talem coniunctionem, ſeu concurſum prouenientem ex illa cauſa.

Hinc euaneſcit diſtinctio inter caſum, quo ſucce- 42
dant coniuges, vel vnus eorum, conſtante matrimonio, & caſum quo non ſuccedant in maioratibus durante matrimonio, ſed ſuccedat filius primogenitus poſt mortem eorum; quia prohibitio, de qua lex noſtra ſeptima loquitur, non eſt de concurſu inter coniuges; nam in eis, ſiue apud eos non fit coniunctio, nec concurrunt duo maioratus apud quemlibet coniugum, nam quilibet eorum ſibi retinet ſuum maioratum, eiúſque dominium, & poſſeſſionem, & maritus ſolummodo habet adminiſtrationem bonorum maioratus, in quo ſucceſſit vxor, in quam tranſlata fuit poſſeſſio ciuilis & naturalis, ex *l.* 45. *Tauri*, & etiã in vita mariti habet dominium & poſſeſſionem, ſolummodo enim communicantur fructus, ſed retinet vxor dominium & poſſeſſionem ſui maioratus: *l. quamuis*, ibi: *quamuis in bonis mariti dos ſit mulieris, tamen dos eſt: l.* 3. §. *ſed vtrum, in fine, ff. de minor. l. ſciendum,* §. *poſſeſſor autem, ff. qui ſatiſd. cogant, l. in reb. C. de iur. dot.* Dom. Molin. *lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 6. Fontanel. *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſſ.* 1. *part.* 2. *à num.* 12. & in terminis, de maioratu vxoris, Aluar. Valaſcus *in praxi partition. cap.* 6. *à num.* 19. Ratio eſt: quia quando prohibitio alienationis eſt talis, quæ impedit tranſlationem dominij, provt in bonis maioratus, tunc res prohibita alienari, ſicuti bona maioratus, non poteſt in dotem dari, taliter quòd in maritum tranſeat dominium aliquod, Gloſſ. vnic. *in l. nulla* 4. *C. de iur. dot.* Palac. Rubius *in rubrica de donat. inter vir. & vxor.* §. 16. *ſuper quæſt. an bona maioratus poſſint in dotem dari, à num.* 8.

At ſolùm prohibet concurſum, in eorum contra- 43
hentium filio primogenito, ad quem per ſucceſſionem defertur vnus, & alter maioratus, per mortem vltimi poſſeſſoris, ſiue ſit vltimus, pater, aut mater, ſiue Auus vel Auia, ſiue alius ex Tranſuerſalibus, dum tamen ſuccedat, ex eo quod ſit ex illa linea mariti, & ex linea vxoris, qui contraxerunt matrimonium, & cauſa nuptiarum parentum ſuccedere poſſit; quia ſi parentes illud matrimonium non contraxiſſent, concurſus in primogenito fieri non potuiſſet.

Igitur attendere debemus ad cauſam coniunctio- 44

nis in filio, quæ fit per ſucceſſionem cauſatã ex præuio matrimonio parentum, non autem ad cauſam coniunctionis in vita parentum, ſeu apud parentes, quia in eis nulla fit vnio, ſeu coniunctio, nec fieri potuit ex eo quod quilibet eorum dominium & poſſeſſionem ſui maioratus retineat, dum vitam agit.

45 Sextò, nam ex eo quod dicta lex ſeptima, dixit, *por cauſa*, hæc cauſa in lege ſcripta intelligi debet indifferenter de omni cauſa per quam poſſit deueniri ad concurſum, & vnionem illorum duorum maioratuum: Quia cum quid prohibetur ex aliqua cauſa, prohibitum etiam cenſetur omne id, per quod peruenitur ad illud: *vulg. l. oratio, ff. de ſponſalib. l. cum lex 46. ff. de fideiuſſorib. l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* cum ſimilibus: & ex Regula. *Cum quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo: de Regul. iur. in 6.* vbi Ioannes Andreas *in addition. ad Gloſſ. in d. cap. cum quid*, ita interpretatur illas leges: *Et eſt regula huic ſimilis: Aliquo prohibito, omne id prohibetur per quod peruenitur ad illud, & hæc loquitur de conſequentia prohibitionis mediorum, per quæ media peruenitur ad extremum; illa verò loquitur de conſequentia prohibitionis extremorum quæ procedunt ex primo prohibito.*

46 Sed per dictam leg. 7. prohibitus eſt concurſus qui ſit in filio per cauſam matrimonij parentum; ergo prohibitum etiam cenſeri debet omne illud quod per cauſam matrimonij parentum producit illum concurſum, ſiue eueniat in vita, ſiue poſt mortem parentum, quorum nuptiæ cauſa fuerunt coniunctionis maioratuum in eorum filio, vel nepote.

47 Hæc verò fundamenta denuò cogitata à nobis, animóque perpenſa, addi poſſunt, his quæ in probationem huius ſententiæ adduxit Dom. Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capell. lib. 1. cap. 5. num. 35. & 36.* qui ex eo dixit eſſe veram, quia ſucceſſio & coniunctio in filio primogenito ex præambulo matrimonio proceſſit; & quod idem iudicandum eſt de principio principiante, quod de his quæ ex principio ſequuntur: *l. maritus, Cod. de procurator.* Itáque dicimus, quod cauſæ & cauſati idem eſt indicium: *l. etſi amicis, ff. ad leg. Iul. de adulter. l. non ideo 5. Cod. de haredib. inſtituend.* Barboſ. *in axiomat. 40. num. 26. & 27.* & quia initium attendere debemus, *l. 3. §. Seio, ff. de minorib.*

48 Item addi poſſunt his, quæ pro hac opinione refert (licèt contrariam ſequatur) Dom. Don Chriſtophor. de Paz *de Tenut. tom. 2. cap. 57. à num. 190. vſque ad num. 193.* & fatetur grauiter ipſum vrgere: Primum, quia illud verbum: *por via de caſamiento*, interpretari poteſt per occaſionem matrimonij, *l. 2. verſ. per dementiam contradicere non poteſt*, id eſt, ratione, vel occaſione dementiæ, *ff. ſoluto matrimon.* Secundò: Nam idem eſt, *por via de caſamiento*, ac per cauſam matrimonij, & *cauſa*, in iure dicitur id ex quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliquid fit: prout diffinit Tiraquell. *in tract. de ceſſante cauſa, in princip. num. 2.* Bald. & alij. Tertiò, etiam ex Tiraquell. *d. tract. limit. 20. num. 16. & 18.* vbi quod quando cauſa remota ſeu mediata talis eſt, vt ſine ea nullo modo cauſa propinqua, & immediata produceretur, tunc proculdubio non minus influit & conſideratur, quàm ipſamet cauſa immediata ſeu proxima, & ſic ſiue concurſus duorum maioratuum contingat ex cauſa immediata, id eſt, tempore contrahendi matrimonij, ſiue ex cauſa mediata, ſeu remota, id eſt, tempore conſtantis matrimonij, aut poſt ipſum matrimonium ſolutum, diuiſio fieri debet inter filios, itavt primogenitus vnum eligat, & in alio ſuccedat maioratu ſecundogenitus: maximè quia dictio, *cada y quando*, omnia tempora includit.

Et non obſtant in primis tradita à Dom. D. Chriſtophoro de Paz *d. cap. 57. num. 193.* dum dicit quod *d. lex 7.* procedit quando duo maioratus iunguntur per viam matrimonij, itaut vterque ex contrahentibus, maioratum poſſideat tempore nuptiarum; vel ſit immediatus ſucceſſor cum ſpe certa inuariabili, & incommutabili ſucceſſionis, non tamen quando poſt nuptias contractas, durante matrimonio, vnus ex coniugibus in maioratu ſuccedit: quia verba dictæ legis non conueniunt huic vltimo caſui, & cùm deficiant verba legis, ceſſat eius diſpoſitio, ex regula *in l. 4. §. toties, ff. de damn. infect.* & quod à verbis Statuti non eſt recedendum, *l. ſi verò, §. de viro, ff. ſol. matr.* 49

Nam refutatur & conuincitur vtraque regula, quia re vera vterque caſus, & cæteri omnes in quibus coniunctio maioratuum fiat in filio primogenito per viam matrimonij contracti à parentibus, clarè & indiſtinctè in verbis legis 7. comprehenduntur, ſicuti probatur *in primo, 2. & 5. fundamento.* 50

Nec refragatur etiam aliud argumentum, ſi dicatur, quod præcedere debet tempore nuptiarum tractatus de ſuccedendo quolibet in ſuo maioratu, in quo habeat ſpem proximam, certam, & inuariabilem ſuccedendi; vel quia habeat in actu, prout requiritur in donatione per viam matrimonij, in qua neceſſarium eſt, quod tunc temporis in ea interueniat expreſsè pactum nuptiale, quo contineatur cauſa oneroſa contrahendi cum perſona certa, *l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopilat. verſ. Saluo ſi la dicha mejora*, ibi: *o el dicho contrato ſe obiere fecho por cauſa oneroſa con otro Tercero aſſi como por via de caſamiento:* & *in l. 4. tit. 7. lib. 5. Recopilat. o ſi el dicho contrato de maiorazgo ſe obiere fecho con cauſa oneroſa con otro Tercero*, ibi: *aſſi como por via de caſamento.*

Quia reſpondetur quod *in d. l. 1. tit. 6. & in d. l. 4. tit. 7. lib. 5.* contractus donationis, quæ dicitur donatio ob cauſam matrimonij, aut maioratus inſtitutio ob illam cauſam, niſi præcedentibus capitulis matrimonialibus cum certa perſona, non erit irreuocabiliter valida, ideo eius validitas & irreuocabilitas non dependent à ſolo matrimonio, nec à ſola donatione, ſed in donatione facta inſimul cum illa qualitate, pacto, & cauſa oneroſa contrahendi cum certa perſona, cuius contemplatione fuit facta donatio, aliàs non erit firmus, atque irreuocabiliter validus contractus: Matienzo *in d. l. 1. gloſſ. 8. num. 6.* Angulo de Mejoras, *in l. 1. gloſſ. 7. num. 9.* Et ſic nec donatio per ſe ſola, nec pactum per ſe ſolum, aut matrimonium eſt cauſa immediata validitatis, atque irreuocabilitatis donationis; ſi donatio non fuit facta ob illam cauſam oneroſam contrahendi cum certa perſona, non erit donatio ob cauſam, ſed ſimplex donatio, aut ſimplex maioratus inſtitutio: ideo ſi poſtea donatarius contrahat matrimonium, reuocabilis exiſtit talis donatio, quia non dependebat ex illa cauſa oneroſa contrahendi matrimonium cum aliqua certa perſona, nec ſolum ex illo matrimonio poſtea contracto, ſed in caſu *dictæ legis 7.* aliter ſe habet diſpoſitio in illis verbis: *cada y quando por via de caſamiento:* nam in eo prohibitio coniunctionis horum duorum maioratuum, dependet ſolum à matri- 51

monio

monio, abſque aliqua coniuncta qualitate, ſiue cauſa oneroſa contrahendi cum certa perſona, & ſic interueniente illo pacto matrimoniali. Ideo ad hoc vt ſit locus prohibitioni, non eſt neceſſarium, quod in matrimonio ante vel poſtea interueniat pactum quod ſuccedat coniux vterque in vno & alio maioratu; ſed ſufficit, quod coniunctio quocumque tempore proueniat ex cauſa matrimonij, ſiue per viam matrimonij ſimpliciter contracti per parentes, vel cum pacto de ſuccedendo.

52 Nec impedit, ſi adhuc ex contrario dicatur, quod prohibito concurſu horum duorum maioratuum per viam matrimonij, non cenſetur prohibitum omne illud quod poſſit ſequi tantum contingenter, ſiue probabiliter: argum. *l. non omne 38. ff. de ſtatu liber.* docet Bartol. *in l. ambitioſa 12. ff. de decret. ab ord. facien.* Barboſ. *in l. 1. part. 3. num. 57. ff. ſolut. matrim.* Auguſt. Barboſ. *verb. prohibitum, axiom. 193. num. 4.* vbi limitant regulam illam *ex l. oratio, ff. de ſponſalib.* quod prohibito vno, cenſentur omnia prohibita, per quæ peruenitur ad illud vnum. Exemplum ponitur in prohibitione alienationis rerum dotalium, quia cenſetur quidem prohibitum pactum de alienando, ſed non fideiuſſio facta à marito, quia quando maritus fideiubet, non ſequitur neceſſariò quod fiet alienatio, ſed tantum poſſibiliter, ſi contingat principalem non eſſe ſoluendo; ergo argumento huius limitationis, ſi non præceſſit pactum dotale in matrimonio de ſuccedendo, id eſt, quod quilibet coniux in ſuo maioratu ſuccedat, poſſibilis coniunctio maioratuum per viam matrimonij non cenſetur prohibita, ſi ex eo ſequatur contingēter tantùm & poſſibiliter.

53 Reſpondetur enim, quod hoc argumentum & limitatio non procedit in caſu *d. l. 7.* cui abſolutè conuenit *d. l. oratio, de ſponſalib:* quia ſiue ſuccedat, ſiue non, pactum dotale ſeu matrimoniale de ſuccedendo inter coniuges in ſuo maioratu actualiter, vel de proximo, cum certa, vel incerta, aut remota ſpe, ſi coniunctio duorum maioratuum, quæ prohibita eſt in filio, vel nepote, proueniat per viam matrimonij, tunc neceſſariò, & non contingenter ſiuè poſſibiliter, ſequitur directè coniunctio prohibita ex illo antecedenti & præuio matrimonio, ſeu per viam matrimonij: niſi enim tale matrimonium præceſſiſſet, nunquam ſequuta eſſet illa coniunctio; & cōſequenter ex illo antecedenti ſequitur neceſſariò coniunctionis ſubſequentis prohibitio. Itaque retorquetur argumentum *ex d. l. non omne 38. ff. de ſtatu liber.* & doctrina Bartoli *in d. l. ambitioſa:* Petri Barboſ. & Ang. de Barboſ. qui regulam *ex d. l. oratio:* intelligunt quando ex antecedenti ſequitur neceſſariò conſequens, ſiuè prohibitio omnium per quæ neceſſariò peruenitur ad rem prohibitam.

54 Non etiam aduerſatur ſi quis dixerit, quod *dicta lex 7.* eſt correctoria iuris communis, quo attento, duo, pluraué primogenia ad primogenitum pertinere poſſunt: ideo eſt ſtrictè intelligenda, & quantum fieri poterit, reſtringenda, maximè cùm ſit odioſa, & contra expreſſam inſtitutorum voluntatem; ideo hæc omnia conuertere nos debent in quocumque dubio, potiùs ad viam & diſpoſitionem iuris communis, quam ad diſpoſitionem legis 7. etiam ſi caſus comprehendatur ſub eius mente & identitate ſermonis: Dom. Paz *de Tenut. tom. 2. cap. 57. num. 196. & 197.* Additionatores ad Dom. Molin. *lib. 1. d. c. 8. num. 34. verſ. Tertius caſus.* vbi exinde tenent, quod eſt extra caſum *d. l. 7.* quando contrahentes, vel alter eorum, in vita parentis, aut fratris poſſeſſoris maioratus decedit, & ſoluto matrimonio deferatur ſucceſſio filio, vel nepoti eorum: quia horum maioratuum concurſus, etſi ex præcedenti matrimonio originem trahat, verè tamen & propriè per ſucceſſionem illos adeptus eſt.

Quia reſpondetur, quod *d. l. 7.* in caſu ità ſpeciali 55 & ſingulari huius legis, non eſt correctoria, ſed declaratoria iuris communis; nam fuit caſus omiſſus in ſpecie dictæ legis, ob peculiares rationes in ea contentas. Neque eſt contra voluntatem inſtitutorum, 56 imò iuxta præſumptam mentem ipſorum: nam ſi in illo ſpeciali caſu de eo interrogati fuiſſent, veroſimile eſt quod idem voluiſſent diſponere, ne ſupprimerentur, aut confunderentur eorum memoria, nomen, & Arma familiæ, & ob alias rationes quæ *in d. l. 7.* exprimuntur. Nec vtique eſt odioſa, imò fauorabilis regno, Regi, & Reipublicæ, & maioratuum inſtitutoribus, prout demonſtrauimus ſuprà *in cap. 1. huius octaua partis.*

At verò in quantum dicunt Additionatores, quod 57 in tertio caſu horum maioratuum concurſus, etſi ex præcedenti matrimonio originem trahat, verè & propriè filius primogenitus per ſucceſſionem conſequitur. Reſpondetur, quod etiam in primo & ſecundo caſu primogenitus conſequitur maioratum verè & propriè per ſucceſſionem, & in eo fit coniunctio per ſucceſſionem; ſed cum hac diſtinctione; quod ſi trahat originem ex præuio matrimonio parentum, tunc indiſtinctè conſequitur maioratum per ſucceſſionem deriuatam per viam matrimonij, taliter quod abſque eo, ſuccedere impoſſibile fuiſſet, & tunc dicimus, quod primogenitus adeptus eſt maioratum vtrumque verè & propriè per ſucceſſionem, ſed per viam matrimonij ſimul, cùm parentum nuptiæ ſint cauſa talis ſucceſſionis; ideóque procedit diſpoſitio noſtræ legis.

Sin autem coniunctio non trahat originem per 58 viam matrimonij, ſeu ex præuio matrimonio parentum, ſed ex propria vocatione filij abſque matrimonij parentum dependentia, tunc dicitur quod verè & propriè, per ſolam & meram ſucceſſionem adeptus eſt maioratum vtrumque, & in eo ceſſabit huius legis diſpoſitio.

Ratio differentiæ, ſiue huius diſtinctionis èa eſt; 59 nam reſpectu parentum non fit coniunctio, ſiue in vita, durante matrimonio poſſideant, vel non; nam quilibet eorum, ſi ſucceſſerit in maioratu in vita, ſeu durante matrimonio, retinet dominium, & poſſeſſionem ſui maioratus, prout aliàs probatur à nobis *ſuprà,* ex textu *l. quamuis, ff. de iure dot. l. 3. §. ſed ſi* 60 *vtrum, in fin. ff. de minor. l. ſciendum, §. poſſeſſor autem, verſ. ſi fundus in dotem, ff. qui ſatiſdar. cogant. l. in rebus, C. de iure dot.*

Vnde coniunctio conſideratur, & fit reſpectu fi- 61 lij eorum primogeniti, aut per ſucceſſionem ſibi delatam ex capite ſuo, abſque eo quod deriuetur ex capite ſeu linea parentum; aut per ſucceſſionem talem, quod abſque præuio matrimonio parentum, ad primogenitum non deueniret: in primo caſu dicimus, quod verè & propriè in filio fit concurſus per ſolam ſucceſſionem abſque via, & cauſa matrimonij parentum. In ſecundo caſu fit coniunctio etiam verè & propriè per ſucceſſionem, ſed prouenientem ex cauſa illa efficiente matrimonij, ſeu per viam matrimonij parentum, quo ſublato, ſeu non præcedente, coniunctio non fieret.

Vnde non eget alia reſponſione id, quod dixit 62 ſubtiliter & ingenioſè D. Perez de Lara *de Anniuer. & Capel. lib. 1. cap. 4. n. 26.* relatum per Dom. Paz *de Tenuta, tom. 2. dict. cap. 57. num. 198.* conſtituens

Digitized by Google

rationem differentiæ, inter caſum coniunctionis per viam matrimonij, & caſum coniunctionis per viam ſucceſſionis: quòd ſcilicet in primo caſu, ſtat iu voluntate & poteſtate contrahentium ex præuentione procurata, iungere familias, & maioratus per matrimonium, & ſic confundere memoriam inſtitutorum, & per conſequens afferre etiam damnum illis qui ſunt ex ea familia. Præterea quia in hoc caſu dicit Dom. Paz quod contrahentes viſi ſunt conſentire maioratuum diuiſioni, & ſeparationi inter fi-
63 lios. Sed in ſecundo caſu, quando per viam ſucceſſionis, non eſt in voluntate, nec poteſtate contrahentium: quia, pendet à futuro euentu: quia illa ſucceſſio non poteſt præueniri de certo, & ſic eſt diuerſa res à matrimonio; quo mediante, vnio maioratuum certa inducitur.

64 Nam dicimus quod hic, in hac quæſtione non agitur de coniunctione per viam ſucceſſionis tantùm abſque præambulo matrimonio; ſed agimus de coniunctione quomodocumque proueniat per viam matrimonij in filio: de illa verò quæ fit per viam ſucceſſionis tantùm, agitata eſt quæſtio ad longum, & ex profeſſo *in cap. 1. huius partis octaua*, cum qua diſtinctione ſoluitur hæc quæſtio.

65 Sed retenta hac diſtinctione, & opinione, & dato quòd caſus coniunctionis per viam ſucceſſionis tantum, non intelligatur comprehenſus in deciſione dictæ legis 7. vſquequo deciſus ſit per aliam legem, quid erit? ſi primogenitus ſuccedat in vno ex duobus maioratibus, per viam matrimonij parentum, & in alio per viam ſucceſſionis tantùm; an tunc fiet diuiſio inter primogenitum, & eius fratrem ſecundogenitum per diſpoſitionem dictæ legis ſeptimæ, ac ſi coniunctio ſit facta per viam matrimonij; vel non, ac ſi coniunctio ſit facta per viam ſucceſſionis tantum?

Difficilis eſt hæc quæſtio, quia incidit in materiam de mixtis: videtur enim quod non debeat fieri diuiſio in hoc caſu, nam in prohibitis per legem, vel ſtatutum, diſpoſitum in caſu ſimplici, non extenditur ad mixtum, cùm mixtum ſub ſimplici non contineatur: docet Bart. *in l. certi condictio, §. quoniam, num. 4. ff. ſi certum petatur:* vbi etiam Bald. & latè Alexan. & idem ipſe Bald. *in §. omnium, n. 4. in tit. de actionib.* & Alexand. *in l. 2. in princip. num. 7. ff. de verb. oblig. & in conſil. 116. num. 9. lib. 2. conſil. 82. num. 17. lib. 3.* Tiraquell. *in legib. connubialib. gloſſ. 5. num. 70.* Menoch. *conſ. 11. num. 5. lib. 1.* Surd. *deciſ. 174. num. 14.* & cum quamplurimis aliis Polydor. Ripa *de nocturno tempore, cap. 4. à num. 45.* per text. *in l. vim paſſam, §. præſcriptione, ff. de adulter.*

66 Sed contrarium exiſtimo verius, itaque in hoc caſu dicendum, quod fieri debet diuiſio inter primogenitum, & ſecundogenitum, ac ſi coniunctio vtriuſque maioratus fieret per viam matrimonij: militat enim eadem ratio imò maior in hoc, quàm in alio caſu; & in Mixtis, quando militat eadem ratio, vel maior in Mixto, etiam in odioſis, & prohibitis per Statutum, Mixtum ſub ſimplicibus continetur: Philippus Decius *tom. 2. conſil. 333. n. 2.* Alexand. *in l. ſi extraneus, num. fin. ff. de condict. & ob cauſ. & in lib. 6. conſ. 144. num. 9. verſ. quinimo etiam poſito quòd dictum Statutum eſſet odioſum, tamen adhuc comprehendit ſub ſimplicibus caſum mixtum, quando ad caſum mixtum veriſimiliter poteſt adaptari meni ſtatuentis propter identitatem rationis: vt eſt textus notabilis, & ibi notat Iacobus de Aretin. Bald. & Imol. in l. ſi ita facta, ff. de iniuſt. rupt. &c.* Tiraquell. *in tract. le mort ſaiſit, part. 2. declarat. 4. num. 7. & 8.* Surd. *deciſ. 174. num. 15.* Polydor. Ripa *de nocturno tempore, cap. 4. num. 13. & n. 120. & 121.* Stephan. Gratian. *tom. 2. cap. 276. num. 19.*

Quod maximè procedit cùm ſimus in caſu fauo- 67
rabili Reipublicæ Regi, & Regno, & inſtitutoribus; nam reſpicit principaliter fauorem Reipublicæ, licet in conſequentiam ſit in odium primogeniti: Bartol. *conſil. 188. num. 3. l. ſi ita ſcriptum, in princip. ff. de liber. & poſthum. l. clemens, in princ. ff. de hæredib. inſtit.* & tunc nemini dubium eſt, quin in fauorabilibus, mixtum contineatur ſub ſimplici: prout Doctores communiter tenent *in l. 2. in princ.* maximè Romanus, *n. 20. ff. de verb. oblig.* Iaſon *in l. Titia Textores, num. 19. ff. de legat. 1.* & magis indiuidualiter *in l. ſi is qui pro emptore, n. 367. ff. de vſucapionib.* arg. textus *in l. 2. C. quando licet ſine iud. ſe vindic. l. congruit. ff. de officio Præſid.* & alios allegat Polyd. Ripa *de nocturno tempore, cap. 4. num. 92. & num. 113. vſque ad num. 116.* vbi eſt videndus; Micres *part. 2. quæſt. 4. illat. 8. num. 80.* facit etiam textus *in l. non vtique, verſ. proinde, ff. de eo quod certo loco:* vbi quando ſimplicia ſunt inter ſe contraria, mixtum aſſumit naturam illius ſimplicis, quod eſt fauorabilius Iaſon *in l. 2. num. 6. ff. de verb. oblig.* Micres *dict. part. 1. q. 15. n. 44.*

Præterea ſuper verba, *por via de caſamiento*, du- 68
bitari poteſt de quo matrimonio loquatur hæc lex ſeptima an de matrimonio contracto cum ſponſalibus tantum de præſenti abſque benedictionibus Eccleſiæ, an de matrimonio per verba de præſenti cum velationibus, & benedictionibus requiſitis, quod vulgò dicimus, *que ſean los contraientes caſados y velados ſegun orden de la Santa Madre Igleſia.*

Et videtur quod *in d. l. 7.* requiratur, quod matri- 69
monium, de quo loquitur ſit contractum coram parocho & teſtibus, & cum relationibus ſeu ſolemnitatibus, & benedictionibus Eccleſiæ, prout requiritur in alia lege Regni, quæ eſt *lex 47. Tauri*, hodiè *l. 8. tit. 1. lib. 5. Recopil.* ibi, *caſado y velado:* vbi ad hoc vt filius, vel filia liberetur per matrimonium à patria poteſtate, requiritur vtrumque: hoc eſt, quod ſit *caſado y velado:* nec ſufficit quod matrimonium ſit per ſponſalia de præſenti, hoc eſt, *caſado*, ſed quod ſit etiam contractum & celebratum per verba de præſenti cum velationibus & ſolemnitatibus Eccleſiæ: Anton. Gomez *in d. l. 47. num. 2. verſ. ſexto finaliter:* & Matienzo *in d. l. 8. gloſſ. 1. in fin.* Quod etiam probatur *in l. 48. Tauri*, hodiè *l. 9. tit. 1. lib. 5. Recopilat.* ibi: *caſandoſe, y velandoſe:* & alios refert Dom. Solorzan. *de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 20. à n. 35. vſque ad num. 60.*

Sed hoc non obſtante contrarium tenendum eſt, 70
& ſufficit quod matrimonium, de quo *in d. l. 7. por via de caſamiento*, ſit contractum per verba de præſenti, ſeu per ſponſalia, licèt deficiant velationes & benedictiones Eccleſiaſticæ: probat Gloſſ. *verb. concubina, in l. 3. §. videamus, ff. de donat. inter virum & vxorem.* Palacios Rubios *in rubric. de donationib. inter vir. & vxor. §. 55. per tot.* Dom. Couar. *rubr. de ſponſalib. part. 2. cap. 1. §. vnic. in princ.* Angulo *de meliorationib. in l. 1. gloſſ. 7. num. 12. & 13.* vbi *in verſ. Sed contrarium dico.* reſpondet ad *d. l. 47. & 48.* quod ibi expreſsè requirunt copulatiuè vtrumque, quod matrimonium ſit per verba de præſenti, & cum velationibus, & benedictionibus Eccleſiaſticis, nam aliàs, ſi lex, vel ſtatutum vtrumque non requirat expreſsè, ſufficit quod matrimonium ſit per verba de præſenti: prout ex Baldo, & aliis tenet Palacios Rubios *in d. §. 55. à num. 5.* Auendañ. *reſpon-*

ſo

Digitized by Google

ſo 10.*num.*3.Dom.D.Ioannes de Solorzan.*de Indiar. gubernat.tom.*2.*lib.*2. *d.cap.*20. *à num.*60. *vſque ad num. fin.* vbi copioſiſſimè & ad ſatiritatem: Mieres *d.part.*1.*quæſt.*39. Dom.D.Ioan.Baptiſta de la Rea, *tom.*1.*allegat.*49. & cum aliis Dom. D. Alphonſ. de Olea, *de ceſſione iur. & action. tit.*4.*quæſt.*8. *num.*3. *&* 4.

71 Quid autem de matrimonio nullo, ex eo quod fuit contractum ignoranter cum conſanguinea in gradu prohibito abſque diſpenſatione, vel ex alia cauſa; ſi contrahentes habeant filios natos in figura matrimonij, qui ſuccedere poſſint in maioratibus propter bonam fidem parentum, vel alterutrius eorum?

72 Et quod *dict.lex* 7. in illis verbis *por via de caſamiento*, non intelligi debeat de matrimonio ita nullo, videtur decidendum ex eo, quod matrimonium nullum, non eſt matrimonium, neque ex eo producitur aliquis effectus, *l.*3. *§.videamus, ff.de donat.inter vir.& vxor.l.*1.*C.de condict.ob cauſ.dator.* Gloſſ. *in verb.dolo, in l.penult.§.qui enim, ff. quod falſo tutor.auth.or.*

73 Attamen contrarium dicendum eſt etiam in hoc caſu. Et non dubito, quin in eo habeat locum *d.lex* 7. cum idem dicendum eſt de matrimonio putatioo, ac vero & valido, quando in eo fuit bona fides contrahentium, vel cuiuſlibet eorum. Nam matrimonium verum, & putatiuum, regulariter æquiparantur: *cap. peruenit, cap.ex tenore, qui filij ſint legitimi: cap.cum inhibitio, §.*1.*de clandeſtin.de ſponſat. cap.debitum, de bigam.cap ſponſam fratris.de ſponſalib.cap.literas, & cap.acceſſit, de ſponſat.impuber.* Gloſſ. *verb. concubina, in d.l.*3.*§.*1. *ff.de donat. inter vir. & vxor.* & ex aliis pluribus, ita probat Palacios Rubios *in rubric. de donat.§.*36.*per tot.* Alexander Trentacinq.*variar. lib.*3.*reſolut.*4.*de matrimonio putatiuo*: Ioan.Gutier. *de matrim.lib.*1.*cap.*71.*&* 72. Iacob.Cancer.*part.*3. *cap.*11.*num.*113. & cum aliis Dom. D. Alphonſ. de Olea *de ceſſione iur.tit.*4.*quæſt.*8. *num.*9. vbi definit, *quod matrimonium putatiuum dicimus quod verè, & ſolemniter celebratum eſt; ex impendimento tamen aliquo non ſubſiſtit, quod ambo coniuges, vel eorum alter probabiliter ignorabat: d.cap.peruenit, & c.ex tenore, qui filij ſint legit.*

74 Addit etiam Dom.Olea *in dict.n.*9. *Quod in dubio bona fides præſumitur, prout tenent Gutier.de matrim. dict.cap.*71.*& cum Paſchal.de virib.patria poteſtat. Peregrino, & aliis, Faxardo de legitim.per ſubſequens matrimonium, num.* 168. *Noguerol. allegat.*23. *à num.*115.*& n.*530. *& alij.*

75 Et quod matrimonium putatiuum eoſdem producat effectus, ac verum, & validum, itaque filij nati in figura huius matrimonij putatiui ſuccedant tanquam legitimi & naturales, nati ex legitimo matrimonio, textus eſt ſingularis, & expreſſus in iure *in l.qui in prouincia,*57. *§.*1.*ff.de ritu nuptiar.* Doctor. *in cap.* 2. *& penult. qui filij ſint legitimi*: & ad hoc vt poſſint ſuccedere in maioratibus, vinculis, & patronatibus, probant ex profeſſo Dom. Molin. *lib.*3. *cap.*1.*num.*12.*&* 13. vbi etiam Additionatores: Pater Thom.Sanchez *de matrim. diſputat.*48. *num.*4. Dom.D.Ioannes del Caſtill. *lib.*2.*cap.*15. *& tom.*4. *cap.*31.*num.*90. Dom. Paz *de Tenuta*: Dom. Perez de Lara *in tract. de vita homin.cap.* 3. *à num.* 4. & cum aliis Faxardo *à n.* 167. Vincent. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 409. *à num.*65. *& quæſt.*410. *&* 411. Dom.D.Ioan.de Solorzan. *de Indiar.gubernat.lib.*2. *cap.*17. *à n.*58. & eis, & aliis relatis, Dom. D.Alphonſ.de Olea *tit.*4.*quæſt.*8.*n.*9. *&* 10.

Sed maior difficultas ſe offert ſuper alia quæſtione, quæ incidit: quid ſi non per viam matrimonij, ſed per viam concubinatus parentum fiat coniunctio in primogenito filio maiore capace ſucceſſionis in maioratibus parentum naturalium? 76

Nam pro parte negatiua, ad hoc quod non fiat diuiſio duorum maioratuum inter primogenitum, & ſecundogenitum, filios naturales natos in concubinatu, ex diſpoſitione *d.l.*7. *tit.*7.*lib.*5. cùm non fiat hoc caſu coniunctio per cauſam matrimonij; fortiter vrget text.*in l.*3. *§. videamus*: vbi Gloſſ. *verb. concubina, ff.de donat.inter vir.& vxor. l.affectionis, ff.de donat.* Vbi quando lex prohibet mutuam donationem inter coniuges per viam matrimonij, non habet locum in donationibus inter concubinam & concubinum, quia inter eos non fuerunt contractæ nuptiæ, ſeu matrimonium, de quo expreſsè loquitur dicta lex prohibitiua; ſed concubinatus, in quo lex non prohibuit donationem; ergo idem dicendum eſt in caſu, in qoo coniunctio duorum maioratuum non prouenit per viam matrimonij, ſed per viam concubinatus. 77

Sed in hac quæſtione ſubſiſto, nullam tamen inuenio rationem differentiæ inter coniunctionem maioratuum per viam matrimonij, & coniunctionem per viam concubinatus; & cùm eadem ratio militet prohibitionis, videtur dicendum quod ex eadem cauſa idem prodocatur effectus; ſed quia de raro poteſt contingere hic caſus, cogitandum relinquo. Interim tamen pro hac vltima opinione iudicarem, niſi fortè alia ratio ex variis circumſtantiis deſumpta ad partem negatiuam me impelleret. Ex quibus finem impono his quæſtionibus ad laudem Dei optimi & maximi. 78

CAPVT III.

Ad ornatum & interpretationem eiuſdem leg. 7. *in illis verbis:* dos caſas de Maiorazgos.

SVMMARIVM.

1 *Lex* 7. tit.7.lib.5.Recopilat.*in illis verbis*: Dos caſas de Maiorazgos, *intelligi debet de duobus maioratibus diuerſa familia: & demonſtratur exemplis tam de familiis Hiſpaniarum, quam Italie, & aliarum Nationum.*

2 *Agnati, & non feminæ, veniunt ſub appellatione* Domus, *vel* Caſatæ, *in Italia: ſecus autem in noſtra Hiſpania, & n.*3.

4 *Lex.*7. tit.7. lib. 5. Recopilat. *in illis verbis*: dos caſas de maiorazgos, *intelligi debet tam de maioratibus agnationis, quam de maioratibus Regularibus, vbi comprehenduntur agnati, & cognati, & cæteri ex familia inſtituteris.*

5 *Maioratus inſtitutus à viro & vxore ſimul in vna charta, ſi ex parte viri, vel vxoris, bona habeant* dos qoentos de Renta, *an diuidi inter filios debeant, tanquam duo maioratus incompatibiles? Reſoluitur quod ſeparari debent, tanquam incompatibiles duo maioratus, & ampliatur, vſque ad n.*8.

9 *Lex* 7.tit.7.lib.5. Recopilat. *an habeat locum, ſi maioratus aggregatus ſit alteri principali, qui*

habeat dos quentos de renta, *& an ambo cenſeantur vnus, duonè maioratus? Reſoluitur cum diſtinctionibus traditis ab Additionatoribus ad Dom. Molin. & alijs Doctoribus, vſque ad n.12.*

12 *Lex* 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat. *an habeat locum quando ex parte viri, vel vxoris, concurrunt duo, vel tres, vel plures maioratus, quorum quilibet non habeat* dos quentos de rentas, *attamen duo, tres, vel plures eam ſummam excedant? Et reſoluitur pro parte Affirmatiua, & dantur rationes decidendi, & comprobantur concludenter, vſque ad n.17.*

18 *Lex* 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat. *habet locum, quando ex praeambulo matrimonio concurrunt tres, vel quatuor maioratus, quorum quilibet habeat* dos quentos de renta, *& coniuges habeant plures filios, nepotesuè ex illis: nam electo vno eorum ex tribus, vel quatuor maioratibus à primogenito, debet eadem ratione, & iure, ſecundogenitus eligere alterum ex duobus, vel tribus; & in alio, vel alijs ſuccedere eodem ordine caeteri filij, ſeu vocati per* legem ſeptimam, *& n.19.*

20 *Lex* 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat. *habet locum, quando concurrunt ex vna parte maioratus, & ex altera dignitas Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, ſi conceſſi fuerint in perpetuum titulum maioratus, vſque ad n.25.*

26 *Lex* 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. *non habet locum, ſi concurrat ex vna parte maioratus, & ex altera feudum; quia feudum non eſt maioratus: ſecùs autem ſi ſit conceſſum iure maioratus.*

27. *Lex* 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. *in illis verbis:* dos caſas de maiorazgos, *non ſolùm intelligi debet de maioratibus inſtitutis ex Regia facultate, ſed etiam de maioratibus, vinculis, patronatibus, & Anniuerſarijs perpetuis cum clauſulis inducentibus maioratum, & alijs abſque facultate Regia inſtitutis, vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

Ad *Leg.7.tit.7. lib.5.recopilat.* dum dicitur; *Dos caſas de majorazgos*: poſtquam explicantur haec verba, excitantur ſex quaeſtiones.

Prima, Quid ſi non eſſent duo maioratus, ſed vnus à viro, & vxore ſimul inſtitutus in vna charta, & bona ex parte vxoris, vel ex parte viri, excedant *dos quentos de renta*; an diuidi debeat inter filios, ac ſi duo verè eſſent maioratus, quorum vnus haberet *dos quentos de renta?*

Secunda, Quid ſi vnus ex duobus maioratibus habeat alium ſibi aggregatum, & inde principalis & aggregati ſimul redditus, aſcendant ad ſummam *de dos quentos de renta*; attamen redditus cuiuſlibet in ſolidum ad eam ſummam non aſcendat; an computari debeant tanquam duo, quorum redditus excedant *dos quentos de renta*; vel tanquam tres maioratus, quorum nullus eam quantitatem attingat?

Tertia, Quid ſi plures quàm duo, pone tres vel quatuor eſſet maioratus, qui concurrant per viam matrimonij, & nullus aſcendat ad redditus *de dos quentos de renta*; attamen duo, ex tribus vel tres ex quatuor eorum, in redditu eam ſummam excedant, an diuidi debeant, taliter quòd primogenitus eligat ex duobus, tribus, vel quatuor, qui ſimul habent redditus vltra ſummam à *lege* 7. aſſignatam, & alius ex illis maioratibus ad fratrem tranſeat?

Quarta, Quid ſi non ſolùm duo, ſed etiam tres vel plures maioratus coniuncti per viam matrimonij, & quilibet eorum excedat ſummam *de dos quentos de renta*; An electo vno eorum per filium maiorem, alij diuidi debeant inter alios fratres ſecundogenitum, & tertiogenitum, data etiam alia electione in ſecundogenito, & ſic de caeteris iuxta numerum filiorum, & maioratuum?

Quinta, Quid ſi non duo maioratus ſint, qui concurrant, ſed vnus maioratus, & Dignitas aliqua, nempe Comitatus, Ducatus aut Marchionatus, an etiam diuidi debeant? Et quid ſi concurrat vnus maioratus, & feudum, aut Commenda Indorum?

Sexta & vltima, Quid ſi vnus ex duobus fuiſſet maioratus factus abſque Regia facultate, Anniuerſarium, ſeu patronatus.

AD veram intelligentiam, & in explicationem verborum *noſtrae legis 7. tit.7.lib.5.Recopilat.* vbi dicitur, *Dos caſas de Maiorazgos*; notandum eſt, quod verbum, *Domus*, non intelligi- 1
tur pro domo materiali ex ſolo, & ſuperficie, iuxta *l.eum qui haeres.ff.de Vſucapionibus*, ſeu pro habitatione, vt *in l. lex Cornelia, §. Domus.ff. de iniurijs*, quia ex eo ſequeretur, quod in vocatione alicuius de domo, eſſet vocatus aliquis penitus extraneus natus in illa domo, in qua fortè habitaret: Ludouicus Gozadinus, *conſ.45. num. 9.* Itaque dicta verba *noſtrae legis* 7. accipi debent, ac ſi diceretur *duo maioratus relicti duabus diuerſis familiis*, ſiue omnibus his, qui portant nomen *Domus*, ſeu *Familia*, ſeu qui ſunt eiuſdem ſanguinis, & portant eadem inſignia, & Arma, nam nomen *Domus*, ſeu *Caſata*, ſignificat *familiam*: Itaque quando nos Hiſpani dicimuss v. g. *la Caſa de los Balaſcos: la de los Benauides; la de los Roxas: la de los Cuebas: la caſa de Butron: la de los Mendozas: la de Ximenez: la de Carbajal: la de los Aquilas: la de Pimentel, y otros*; idem eſt ac ſi diceremus, *la familia de los Balaſcos: la de los Roxas*, & ſic de caeteris. Et in Italia, & alijs Regionibus, *la caſa de los Carraphas, la de los Gonzagas, la de los Francachos, la de los Curſinos,*

Digitized by Google

Curſinot, la de los Fredos, la de los Carpanos, la de Sena-valle, la de los Vialardos, la de los Grimaldos, la de los Seuerinos, la de los Colonas, y otras muchiſſimas; quod idem eſt, ac ſi diceretur, *la familia de los Carraphas, de los Carachalos*, & ſic de cæteris: *cap.1. de Schiſmaticis*, ibi: *Domus de Columna, in 6.* Bart. *in l.preaunciatio, §.familia, ff. de verb.ſignificat.* Bald. *in l.1.* per eundem textum, *C. ne liceat potent.* Mantic. *de coniectur.vltimar. voluntat. lib.8.tit.12. num.* 11. Peregrinus *de fideicommiſſis, artic.22. num.* 27. Petrus Surdus *tom.2. conſ.* 279. *num.17.verſ.nam iuſſit prædium illud non amoueri de domo ſua: Domus autem intelligitur pro Familia*, &c. Dom. D. Ioannes à Caſtillo *lib.5.cap.93.§.17.à num.1. vſque ad num.* 5. Vincent. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.361.à n.1.& ſeqq.*

2 Sed differunt in hoc Itali, & Hiſpani, quod in Italia, ſub vocatione *de Domo ſua*, ſeu *Caſata*, & eius ſtricta ſignificatione ſolum veniunt Agnati, qui ſunt de illa Domo, ſeu familia, ferentes eadem inſignia, & non veniunt feminæ, nec cognati: Ludou. Gozadin. *d.conſ.45.num.9.& 10.* Surd. *dict.conſ.279. num.17.* Menoch. *conſ.633. num. 2. & conſ.1171. num.2.& in tract.de præſumpt.lib.4. præſumpt.* 88. *num.* 12. & cum pluribus aliis, Vincent. Fuſar. *de ſubſtitutionibus, quæſt.361.à num.1.vſque ad n.10.* Additionatores ad Dom. Molinam *lib.3. cap. 4. ſuper num.10.*

3 Attamen in noſtra Hiſpania ſub vocatione *de Domo*, v. g. *a los de mi caſa, ò a los de tal caſas*, comprehenduntur omnes, qui ſanguine coniuncti ſunt ex illa familia tam Agnati quàm Cognati, maſculi & feminæ; & ideo tunc Maioratus inſtitutus cum vocatione de domo ſua, *de los de ſu Caſa, ò de tal Caſa*, erit regularis: Dom. Perez de Lara *de Anniuerſariis, lib.2. cap.3.n.25.* Velazquez da Auendaño *in l.4.Tauri, gloſſ.9. num.18.* Molinus *de ritu nuptiar.lib.3.quæſt.24.num.187.* & cum aliis ita reſoluit Dom. D. Ioan. del Caſtillo, *lib.5.cap.93.§.17. num.7.* Additionator. ad Dom. Molinam, *dict. lib.3. cap.4.num.10. verſ.ſecunda verò ſententia.*

4 Quod equidem ex neceſſario probatur in dictis verbis *noſtra l.7.* dum ibi dicitur, *dos Caſas de Maiorazgos*; Nam cum loquatur de coniunctione, quæ fit ex duobus maioratibus, vno ex parte viri, altero ex parte vxoris; ergo de maioratibus regularibus, & non de Maioratibus Agnationis tantùm, neceſſe eſt quod loquatur; quia in maioratibus Agnationis vxores ſuccedere non poſſunt, cum ſint fœminæ, & in eis non niſi Agnati Maſculi ſuccedunt.

5 Hinc iam deſcendamus ad verbum, *dos*, id eſt, *duo*. Quid erit ſi vnus fuerit maioratus, attamen inſtitutus ſimul à viro & vxore in vna charta, ſeu inſtrumento; & bona ex parte viri, vel vxoris, aſcendant ad quantitatem *de dos quentos de renta*, an tunc fieri debeat diuiſio inter primogenitum, & eius fratrem, iuxta diſpoſitionem *d.l.7.*

6 Anſam dubitationis præbet, quod cùm *dict.lex* 7. loquatur de coniunctione duorum maioratuum, & maioratus inſtitutus à viro & vxore ſimul in vna ſcriptura, ex propria natura & creatione ac voluntate coniugum, non duo, ſed vnus ſit maioratus indiuiſibilis, ex traditis per Dom. Gregorium Lop. *in l.2. tit.15.part.2.verbo, el mas propinquo, quæſt.4.* videtur quod in hoc caſu locum habere non debeat *d. lex* 7. in illis verbis: *dos Caſas de Maiorazgos*: quia loquitur *de duobus* in numero plurali, quod non poteſt verificari in vno ſingulari, eo quod *Vnus*, non eſt numerus, ſed principium numeri, *l.ſi quis* 10. *§.2.ff. de adquir. poſſeſſ.* & Vnum non ſufficit, vbi duo ſunt neceſſaria interuenire, *l. quod ais, 11. ff. de diuort.& repud.*

7 Sed contrarium dicendum eſt: nam duo maioratus iudicari debent, vnus ex parte viri, alter ex parte vxoris: vt in terminis maioratuum eleganter probat Oldradus *conſ.174.num.1.* ita ſic: *Dico breuiter, quod licet fuerit vnicum pergamenum, in quo ambo coniuges ſunt teſtati, iuris tamen poteſtate duo teſtamenta cenſentur, ſicut duo fuerunt teſtantes; ſicut dicitur de teſtamento, in quo pater ſubſtituit filio, quod quantum ad aliquid cenſentur duo teſtamenta: vt Cod.de inoſſicioſ.teſtam.l.Papinianus, §.ſed impuberis: & notatur ff.de vulgar.& pupillar.l.patris,& filij: & ſic eſt etiam in pluribus contrahentibus, vt C. ſi certum petatur, l. quod à multis.* Et eum referunt & ſequuntur Dom. Molina, *lib.4.cap.2. num.* 84. cum Anton. de Padilla, Dom. Couarruuia, & aliis, Mieres *part.1.quæſt.23.num.153.* Dom. D. Ioan. del Caſtillo *lib.2.cap.18.& lib.5.cap.67. num.28. verſ. ego vero*: Ioan. Gutier. *in cap. quamuis pactum, in princ.de pactis in 6. & in conſ.2. num. 6.* vbi *in fin.* dicit: *Vnde ſequitur, quod cum ſint duo teſtamenta, vnum viri alterum vxoris, vnuſquiſque eorum videtur prouidiſſe ſuo conſanguineo: arg.legis, ſed & ſi plures, §.in arrogato, ff.de vulgari: cap.vnico, de duobus fratribus à Capitaneo inſtitutis: in Vſibus feudor.* Additionatores ad Dom. Molinam *in dict.lib.4. c.2.ſuper n.84.* vbi ſic ampliant.

8 *Primum, etiamſi maioratus Regia facultate inſtitutus ſit: Palacios Rub. in quæſt.maioratus, quæſt.949. Burgos de Paz iunior quæſt.1. num.13. & conſ.41. num.3. Ioan.Gutier. conſ.2.num.7. Ampliatur ſecundò, etiamſi ab vtroque coniuge dictum ſit, quod vnum tantum maioratum inſtituunt: Boerius deciſ. 276. num.2. Gamma deciſ.351.num.1. Aluaradus, de coniecturata ment.defunct.lib.2.cap.3.num.4. Gutier.d. conſ.2.n.7.*&c.

9 Accedamus ad aliam, ſiue ſecundam quæſtionem: Quid quando vnus ex duobus maioratibus habeat alium ſibi aggregatum, & ex eo principalis, & aggregatus ſuperent redditus *de dos quentos de renta*; attamen redditus vniuſcuiuſque ſeparatim ad eam ſummam non aſcendat, an computari debeant tanquam duo maioratus, quorum reditus excedant *dos quentos de renta*, vel tanquam tres maioratus, quorum nullus ad quantitatem aſcendat à lege determinatam.

10 Ad hanc quæſtionem breuiter reſpondeas, quod ſi maioratus aggregatus ſit cum omnibus qualitatibus, conditionibus, & vocationibus maioratus principalis, cui aggregatur, tunc cùm ſequi debeat naturam ſui principalis, non duo ſed vnus maioratus iudicari debent principalis & aggregatus: Et idem de augmento, & augmentato iudicare debemus: *l.ſi inter virum, 24.ff.de pact.dotalibus, l.etiam, Cod. de iure dotium*, & ibi etiam Gloſſ. fin. Gloſſ. *verbo, vniendo, in cap. 1. ne ſede vacante: cap.recolentes, de ſtatu Monachorum: l. 27. tit. 7. part. 1.* Dom. Gregor. Lopez, *verb. ſe ajuntaſen, in l. 37. tit. 9. part.6.* latè Mieres *par.2.quæſt.5.à num.43.cum pluribus ſequentibus*, Tiberius Decianus *conſ. 123. num.70.lib.3.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo, *lib.3.cap.10. à num.12.vſque ad num.16.* Additionator. ad Dom. Molin. *lib.1. cap.8. num.35.* & nos *in prima parte, cap.7.à num.14.*

11 Additionatores autem præcitati extendunt, etiam ſi in maioratu aggregato ſint nouæ conditiones, ac vocationes, quamuis contrariæ & repugnantes, du-

aliquo

aliquo tamen modo poſſint confirmari, & ad concordiam reduci, ex Iaſon *conſ.* 141. *num.* 31. *lib.* 2. Simon.de Prætis,Cephalo, Surdo,& aliis.

12 Sin autem maioratus aggregatus nouas conditiones, ac vocationes, contrarias ac repugnantes, ſine o nnino incompatibiles cum vocationibus, & conditionibus alterius maioratus principalis cui aggregatur, tunc tanquam alius, ſeu diuerſus maioratus iudicari debet: prout tenet Dom. Molina, *lib.*1.*c.*8. *num.*35.*&* 36. & ibi Additionatores, *verſ. Tertius caſus,&c.* & copioſè Dom. D.Ioan.à Caſtillo *lib.*3. *cap.* 10. *à num.* 17. & nos *ſuprà*, *part.* 1. *cap.* 7. *à num.*8.

13 Aliam excitemus quæſtionem tertiam ſoper verbo, *Dos*: Quid ſi plures quàm duo, pone tres, vel quatuor fuiſſent maioratus, qui per viam matrimonij in filium maiorem concurrant, & nullus de per ſe aſcendat ad redditus *de dos quentos de renta*, attamen duo ex tribus maioratibus, vel tres ex quatuor in redditu eam ſummam excedant, an diuidi debeant,taliter,quod primogenitus eligere debeat duos, tres, vel quatuor, qui ſimul habeant redditus vltra *duos quentos*, & alium vel alios relinquat patri ſecundogenito.

14 Dubium facit verbum, *duo*, quorum vnus exeedat *dos quentos de renta*: nam dicta lex loquitur taxatiuè de numero duorum maioratuum, & de vno qui excedat dictam quantitatem: ſed quando concurrunt tres, quatuor, vel plures, quorum nullus aſcendat ad *dos quentos de renta*, non ſunt duo, quorum vnus eam quotam attingat: ergo *d.lex* 7.locum habere non debet in caſu, vbi non duo, ſed tres,vel plures concurrant minoris quantitatis in reddita, cùm loquatur taxatiuè: argum. *legis, cum certus numerus* 5. *ff.de tritico,vino,vel oleo legato.*

15 Attamen ſi ex tribus maioratibus duo ſuperent quantitatem per *leg.*7. aſſignatam,conſtanter teneo, quod habeat locum *d.lex* 7. quia verbum,'*duo*, in ea relatum, accipi debet non taxatiuè, ſed denominatiuè: Et idem dicendum erit de duobus, ac tribus, vel pluribus, ex quibus poſſit ſuppleri & deueniri vſque ad illam ſummam, quam petit lex: argum. *l. ſi vno, ff.locati*: *l.ex vino*, 13. *ff. de tritico, vino, & oleo legato.*

16 Et ratio eſt adaptata in hac noſtra materia incompatibilitatis: quia *dicta lex* 7. reſpexit vtilitatem filij primogeniti,vel ne minori quantitate,quam ſumma *de dos quentos de renta*, ſit prouiſus: tamen ſi eam obtineat, nihil refert quod ſit ex redditu vnius, vel plurium, ſiue quod ſit in redditu de duobus, tribuſuè maioratibus.

17 At verò, ſi in duobus, tribuſuè maioratibus habeat primogenitus redditus excedentes dictam ſummam *de dos quentos de renta*, iam ex eo procedit prohibitio, ſeu incompatibilitas, quemadmodum in beneficiis incompatibilibus: quia ſi vnum beneficium non ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, poteſt quis habere duo, vel plura;attamen ſi duo,vel tria ſint ſufficientia, non poteſt habere aliud beneficium, quia iam erit incompatibile: Concil.Trident. *ſeſſ.*24. *de reformat. cap.*17. vbi etiam Barboſa, & Dom. Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capell. lib.*2. *cap.*17.*n.*12. *&* 13.

18 Quarta ſit quæſtio: Quid ſi non tantum duo,ſed etiam tres vel quatuor maioratus, qui concurrant per viam matrimonij, omnes habeant in redditu dictam ſummam *de dos quentos de renta*; & etiam eueniat quòd filius maior habeat non ſolum fratrem ſecundogenitum, ſed etiam tertio, vel quartogenitum, an electo vno ex maioratibus per filium primogenitum, alij diuidi debeant inter alios fratres ſecundogenitum, & tertiogenitum, data ſimili electione ſecundogenito, & ſic de cæteris iuxta numerum filiorum, & maioratuum.

In hac quæſtione nullum dubium mihi eſt quin eadem competat electio ſecundogenito, & cæteris deinceps, quam primogenito lex conceſſit; nam in vtroque caſu idem ius, & eadem ratio militat: & idem fauor, quem lex conſtituit reſpectu ſecundogeniti, conſtitui velle intelligitur reſpectu tertiogeniti, & ſic de cæteris, quibus prouidere voluit, & diuidere, & multiplicare domos, & familias, tam ad bonum priuatum, quam vtilitatem publicam. 19

Sequitur quinta quæſtio; quod ſi non duo maioratus ſint, qui concurrant, ſed vnus Maioratus & Dignitas aliqua, nempe Comitatus, Ducatus, vel Marchionatus, an diuidi debeant, ac ſi duo eſſent Maioratus? Et quid ſi concurrant vnus Maioratus, & feudum, aut Commenda Indorum? 20

Solutio huius quæſtionis pendet ab eo examine, an ſub nomine *Maioratus* contineatur Dignitas Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus? Et re vera dignitates Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, & Vicecomitatus, non ſunt Maioratus, nec comprehenduntur appellatione Maioratus, & tanquam bona libera poſſunt diuidi, quoad æſtimationem, ſicuti militia, & iuriſdictio, ſeu feudum vendibile: *l.omnimodo.*30. *§.imputari.Cod.de inoffic.teſtament.* Quod verum, quando perpetuò conceditur alicui, & hæredibus titulo hæreditario, & non iure maioratus; nam ex ſimplici donatione Ducatus, Marchionatus, Comitatus, vel Vicecomitatus, primogenium non inducitur, ſed tanquam bona libera ſunt iudicanda: Dom.Molina *lib.*1.*cap.*11. *num.*27. Anton. Gomez. *in l.*40.*Tauri*, *num.*12. *in fin.* & *ibidem* Velazquez da Auendaño *gloſſ.*2. *num.*68. Rables de Salcedo *de repræſentatione,lib.*3.*cap.*13.*num.*1. Pater Molina,*de iuſtitia & iure, tract.* 2. *diſputat.*581.*num.*8. Dom. D. Ioannes del Caſtillo, *lib.* 5. *cap.*159. *num.* 3. 4. *&* 5. Ideoque vnus maioratus non erit incompatibilis cum ſola, & ſimplici dignitate Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus. Quia ad hoc vt maioratui ſubiiciatur, & eius regulis, neceſſe eſt quod oppidum, caſtrum, ſeu territorium cum tali dignitate concedatur in perpetuum, ex eo enim verum primogenium inducitur; non quòd dignitas de per ſe ſit primogenium, ſeu maioratus, ſed ex eo quod primogenium inducitur ex qualitate bonorum, quæ conceduntur cum illa dignitate indiuiſibili; quo caſu præſumitur concedens voluiſſe, quod in eis bonis iure & titulo maioratus ſuccedatur: Dom. Molina *d.lib.*1.*cap.*11. *à num.*17.*vſque ad num.*28. Robles de Salcedo *de repræſentatione, lib.*3.*cap.*13.*n.*2. latè Dom.D.Ioannes à Caſtillo *lib.*5.*cap.*159.*à n.*5. vbi omnes allegat. 21 22

Et ratio eſt; quia quando duo iunguntur, ſicut duo Officia: vtrumque retinet iura ſua: Dom. Valenzuela Velazquez *tom.*1.*conſ.*69.*num.*32.Dom.Solorzano *de iure & gubernat. Indiar.tom.*1.*lib.*2.*c.*21. *num.*11. Ideò licet iungantur dignitates Ducatus, Marchionatus, & Comitatus cum maioratu, & ei adiiciantur, non ex eo dignitas fit maioratus, cùm adhuc retineat ſuam naturam, & iura ſua; ita vt non poſſit dici, quod ſola talis dignitas per ſe ſit maioratus. 23

Ergo in caſu ſuſcitatæ quæſtionis ſuper verbo, *dos caſas de Maiorazgos*, non procedet *dict. lex* 7. quando concurrent vnus maioratus, & ſimpliciter 24

ſola

ſola dignitas ſimul; quia quando prohibetur concurſus duorum maioratuum, & ex eo datur incompatibilitas, non procedit inter maioratum, & dignitatem Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & Vicecomitatus, prout in terminis dixit Aluaradus *de coniecturat. mente defuncti, lib.2.cap.2.§.1.num.39.* Dom.Valenzuela Velazquez *tom.1.conſ.69.num.31.* & nos latè *ſupra parte 4. cap.4.*

25 Quod ad feudum attinet; idem quod de dignitate Ducatus, Marchionatus, & Comitatus dicendum eſt: nam ſi non conceditur iure maioratus, ſed iure hæreditario, vel ex pacto, & prouidentia, vel id quod dicitur, familiare notum, antiquum, ſeu Paternum, differt à maioratu, & ſic non eſt maioratus; maximè quia feudum diuiduum ſit inter hæredes, *cap.1. de ſucceſſione feudi:* & quando diuiti prohibitum eſt, ſaltem quoad æſtimationem diuiditur: Bald. *in d. l.omnimodo, §.imputari, C.de inoffícioſ. teſtam.* Gloſſ. magiſtralis *in leg. familiæ, Cod. famil. herciſcundæ*; at maioratus indiuiduus eſt, & ſic feudum non eſt maioratus; quia in hoc, & aliis differunt: Dom.Molina *lib.1.cap.7.num.4.* Dom.Couar.*lib.1. variar.cap.15.num.14.* Burgos de Paz *in procem. legum Tauri, à num.72.* Azeuedo *in Rub.ad titul.7.de los maiorazgos, num.12. lib.5. Recop.* Parlad. *tom.3. differentia 19. inter feudum, & maioratum:* Dom. Perez de Lara *de Anniuerſ. & Capel. lib. 1. cap. 4. num.19. & 20.* copioſè Intrigliolus, *de feud. centur.1. quæſt.57.* Seſſe, *in deciſ. Aragon.308.* D. Ioan.à Caſtillo *lib.5.cap.141.n.12.*

26 Iam ergo ſub hoc verbo, *Maiorazgos, in d. l. 7.* contento, non veniunt feuda, quæ conceſſa non ſunt iure, & titulo maioratus, quia feudum per ſe non eſt maioratus.

27 Ad ſextam, & vltimam quæſtionem deueniendo: Vtrum in verbo, *Maiaratus*, relato *in dicta l.7.* ibi: *Dos caſas de maiorazgos*, veniant etiam vincula, ſeu maioratus facti abſque licentia, ſeu facultate Regia, ſeu authoritate legum huius Regni, nempe de Tertio, & Quinto, extantibus liberis, vel aliis deſcendentibus legitimis; illis autem deficientibus, de omnibus bonis.

28 Ratio autem dubitandi, & excitandi hanc quæſtionem ad hanc noſtram legem ſeptimam mouetur ex authoritate Anton.Gomez. qui *in leg. 45. Tauri, num. 116.* neruosè defendit partem negatiuam, vt *dicta lex 45. Tauri*, ſolum habeat locum & procedat in rebus maioratus, qui ſit conſtitutus cum licentia, ſeu Regia facultate; ergo etiam dicendum, ex eiſdem rationibus, & iuribus, *in dicta noſtra l.7.* dum dicit, *de maiorazgos*, vt ſolum habeat locum in maioratibus Regia facultate inſtitutis: ſuámque ſententiam firmauit ſequentibus fundamentis.

29 *Primò, quia talia bona cum licentia Principis maioratui ſubiecta, propriè dicuntur eſſe Maioratus in noſtro Regno, vt in l.41. Tauri, cum tribus ſequentibus: alia verò bona, licèt ſint vinculata, non tamen dicuntur Maioratus, cum in eis non interuenerit Principis licentia.*

30 *Secundò, quia quando lex fundat ſe in aliqua qualitate, ante omnia debet conſtare de illa qualitate, & nunquam habet locum in alio caſu, in quo non verificatur illa qualitas: l. Prætor ait: §. hæc autem actio: verſ.docere, ff.de vi bonor.raptor.l.1. §. habet itaque, ff.ſi quis teſtam.liber.eſſe iuſſ.l.3.§.hoc autem interdicto, verſ.itaque, ff.de itinere, actuque priu.l.1. §.ait Prætor, ff.ne quid in flum.public.ſed lex Regia expreſsè loquitur, & diſponit in rebus maioratus; ergo in rebus illius qualitatis tantum intelligi debet, & non in aliis.*

Tertiò, quia ſecundum communem vſum loquendi 31
in noſtro Regno, illa bona tantum dicuntur eſſe Maioratus, quando in eis concurrit voluntas, & licentia Principis, & non alia bona cuiuſcumque generis, vel qualitatis ſint: ergo noſtra lex tantum de eis debet intelligi: arg.textus l.librorum, 52.§.quod tamen Caſſius, ff.de legatis, 3. l. Labeo, verſ. nec mirum, ff.de ſupellectil.legat.

Idem quod Anton. Gomez, tenet Gomez Arias 32
in l.25. Tauri, num. 62. & ad hanc ſententiam videtur inclinare Palacios Rubios, *in l. 24. Tauri, num.82.*

Sed contrarium tenendum eſt, & dicendum, quod 33
ſub verbo, *de maiorazgos*, comprehendantur omnia vincula, ſeu maioratus etiam inſtituti abſque Regia facultate, & Anniuerſaria perpetua, & patronatus iure maioratus inſtituti, ſiue cum clauſulis inducentibus maioratum: ita probant, atque defendunt aduerſus Antonium Gomez, Meneſius de Padilla *in Rubric.Cod.de fideicommiſſ.num.9.* Dom.Præſes Couar.*variar.lib.3. cap.5. num.6.* Dom. Molina *lib. 1. cap.1.num.26. & in lib.2.cap.20.num.36.* Matienzo, *in l.11. gloſſ.21. num.4. tit.6.lib.5. & in l.5.gloſſ.5. num.7.tit.7.lib.5.* Azeuedo, *in Rubrica, ad tit.7. de los maiorazgos, num.6. & 7. lib.5. Recopilat.* Mieres *par.1.in initio operis, à num.4.in tertia parte, quæſt.1. per totam.* Dom. Perez de Lara *de Anniuerſ. lib. 1. cap.5.* Ioan. Gutierrez *practicar. lib.2. quæſt.85. & quæſt.86. & in l.nemo poteſt, num.61.ff. de legatis, 1.* Dom.D.Ioan.à Caſtillo *lib.3. cap. 19. num.275. & lib.5.cap.65.num.87. & in cap.145.num.30.* Additionatores ad Dom.Molin.*in dict.lib.1. cap. 1. ſuper num.26.vſque ad 30.*

Et de iure noſtro Regio eſt textus *in l. 10. tit.7.* 34
lib. 5. Recop. ibi: *que en los pleitos y negocios ſobre vienes de maiorazgo, y vienes de vinculados:* & expreſsè magis in terminis & indiuidualiter *in Pragmatica ſanctione promulgata anno Domini 1615.* hodie *l. 14.tit.7. lib.5. Recopilat.* ibi: *declaramos y mandamos, que en la ſuçeſſion de los maiorazgos, vinculos, patronazgos, y Anniberſarios*; & antea *in l.13.tit.7.lib.5.Recopilat.* ibi: *que las embras de mejor linea, y grado, no ſe entienda eſtar excluſas de ſuceſſion de los maiorazgos, vinculos, patronazgos, y Anniberſarios*, &c. Ex quibus iam ad calcem peruenimus. Vtinam ad portum gratiæ, etiam perueniamus in laudem, & honorem Dei, ac immaculatæ Dominæ noſtræ Virginis Mariæ.

CAPVT IV.

Ad eandem leg.7.tit.7.lib.5.Recopilat. *in illis verbis:* que ſea la vna de ellas de valor de dos quentos de renta, &c.

SVMMARIVM.

1 *Lex* 7.tit.7.lib.5. Recopil. *exponitur in illis verbis:* que ſea la vna de ellas de valor de dos quentos de renta, e dende arriba, &c. que los dos quentos hazen 58823. Reales, y 18. marauedis.

2 *Lex*

Digitized by Google

2 *Lex* 7.tit.7.lib.5. Recopilat. *an habeat locum, ſi vnus ex maioratibus in Redditu, ſeu fructibus non aſcendat* a dos quentos de renta? *Reſoluitur contra Dominum D. Ioannem à Caſtillo, & Robles à Salcedo, quod non habeat locum in diſpoſitione legis, ſecus in diſpoſitione hominis, ex præſumpta eius voluntate: & fundatur hac ſententia, vſque ad num.7.*

8 *Computum* de dos quentos de renta, *quomodo ſit faciendum, & probandum, declaratur remiſſiuè ad aliud caput, vbi ex profeſſo diſputatur ſuper maioratu de quota incompatibili cum alio, & num.9.*

10 *Computum* de dos quentos de renta, *quando inter maioratus bona exiſtunt iuriſdictio, & officia honorifica, veluti Decurionatus,* (officio de Ventiquatro, Regidor, Iurado, y otros ſemejantes) *quorum Redditus, ſeu emolumenta ſunt in parua, ſeu minima quantitate, pretium autem eorum eſt in maxima ſumma an ſit faciendum reſpectu valoris, ſeu æſtimationis ad rationem quinque pro centenario? vel an tantum ratione emolumentorum? diſcutitur, & reſoluitur, vſque ad n.19.*

20 *Computum ad ſciendum quantitatem* de dos quentos de renta, *an fieri debeat deductis oneribus; & quæ onera ſint deducenda, vel non? Reſoluitur cum diſtinctione, & vſque ad num.24.*

25 *Computum* de dos quentos de renta, *an ſit faciendum deducto onere alimentorum? Reſoluitur quod non.*

26 *Probandi onus, ad ſciendum quando maioratus ſit incompatibilis, ex eo quod habeat* dos quentos de renta, *incumbit actori, ſeu ei, qui dixerit habere* dos quentos de renta; *at verò ſi reus dixerit, quod habeat onera perpetua, ſiue tributa; ei incumbit probare, vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

Proſequimur expoſitionem *Legis 7. tit. 7. lib.7. Recopil.* ibi: *que ſea la vna de ellas de valor de dos quentos de Renta, e dende arriba,* circa quam clauſulam ſe offerunt quæſtiones ſequentes.

Prima, An procedat etiamſi maioratus, vel vnus eorum, minorem habeant in redditu quantitatem, quam quæ à lege noſtra declaratur.

Secunda, Eſto quod neceſſe ſit vt in redditu habeat vnus ex duobus maioratibus ducenta millia ſeſtertiorum, quod verum eſt, reprobata opinione Dom. D. Ioannis à Caſtillo; deueniendum eſt ad computationem, & liquidationem, & quomodo facienda ſit, maximè ſi inter bona maioratus ſint iuriſdictio, aut aliqua officia honorifica, ſicuti officium Decurionatus, officium *de Ventiquatro, o Iurado*, aut alia ſimilia, quomodo eius emolumenta ſint computanda, an ratione æſtimationis, vel ratione ſolummodo eius quod in redditu, vel pecunia percipitur.

Tertia & vltima, quæ onera, atque expenſæ deducendæ ſint? & vtrum deduci debeant alimenta, quæ poſſeſſor maioratus tenetur dare fratribus ſuis, vel ſororibus, vel aliis deſcendentibus inſtitutorum; & in omnibus his cui incumbat onus probandi?

CONTINVATVR noſtra lex ſeptima, in illis verbis: *que ſea vna de ellas de valor de dos quentos de renta e dende arriba*; quæ Latinis correſpondent, id eſt, *quilibet ex duobus maioratibus excedat in redditu valorem duplicatum decies centum mille dipondiorum.* Qui numerus eſt in ſumma *dos quentos de renta, que hazen* 58823. *Reales, y* 18. *Marauedis, que redue dos a Ducados ſin ſu marauedi montan,* 50347. *Ducados y medio, y vn Real, y vn marauedi.* 1

Vnde quid ſi vterque maioratus, vel vnus eorum minus habeat in redditu quam duplicatum numerum decies centum mille dipondiorum, hoc eſt *de dos quentos de renta*, non vltra, ſed infra. 2

Ad dubium huius quæſtionis reſoluendum, non verba *dictæ legis*, quæ ſatis clara atque expreſſa ſunt, difficultatem faciunt; ſed maxima auctoritas Dom. D. Ioan. del Caſtillo, & Licentiati Blaſij Robles de Salcedo. Nam Dom. D. Ioannes à Caſtillo *lib.3.cap.28.num.26.verſ.quod ſi dixeris, & in lib.5. cap.177.num.2.verſ. adnotaui quoque,* & Robles de Salcedo *de repræſentat.lib.2.cap.6. num.7.* dixerunt, quod dicta lex ſeptima procedere debet etiam ſi ad quantitatem in ea prætaxatam redditus vnius ex duobus maioratibus non aſcendant, & in quacumque ſint quantitate. 3

Sed ego adhærendo verbis expreſſis huius noſtræ legis, quibus ſtandum eſt; contrarium teneo indiſtinctè, & abſolutè, & ſic quod in caſu & diſpoſitione dictæ legis, (non verò in diſpoſitione hominis) niſi redditus vnius ex duobus maioratibus aſcendant ad quantitatem à dicta leg.7. requiſitam, minimè habebit locum, nec procedet iſta lex. 4

Et quamuis Dom. D. Ioannes à Caſtillo, & Robles de Salcedo, pro ſua ſententia dicant, quod d. lex 7. præſumit ita voluiſſe inſtitutores, ne nomen & Arma, & memoria eorum confundantur ex coniunctione, & maioratuum concurſu in vnum ſucceſſorem: & quando ex præſumpta mente, vel expreſſa voluntate inſtitutorum coniungi non debent maioratus, tunc eadem ratio militat tam in caſu quo redditus vnius ex duobus maioratibus ad quantitatem à *lege* prætaxatam non aſcendant, quàm in caſu quo illam ſuperent; quia totum facit voluntas inſtitutoris, quæ idē operatur ſiue ex declaratione expreſſa, de illa conſtet, ſiue præſumpta à lege eliciatur. 5

Nam reſpondetur quod dicta lex noſtra ſeptima ſolùm fingit, ac præſumit ita voluiſſe inſtitutores, ſi vnus ex maioratibus aſcendat ad eam ſummam, ſeu quantitatem à lege prætaxatam; At verò ſi vſque ad illam quantitatem redditus non perueniant, tunc lex non fingit, nec præſumit ita ſenſiſſe inſtitutores, ſed tunc eorum diſpoſitiones remanent abſque fictione, ſeu præſumptione legali. 6

Attamen ſi ex clauſulis, aut legitimis clariſque coniecturis deduci poſſet, quod inſtitutor noluit ſuum 7

Digitized by Google

ſuum cum alio iungi maioratum, ne ex coniunctione eius memoria, nomen, arma, ſeu familia confundatur, tunc licèt redditus vtriuſque maioratus ſint in maiori, vel minori ſumma, coniungi non debent, ſed diuidi, & in hoc caſu diuiſio, ſeu prohibitio coiunctionis non prouenit ex diſpoſitione noſtra legali; ſed ex diſpoſitione hominis, deducta ex coniecturata, ſeu tacita mente, vel expreſſa inſtitutorum voluntate; & non ex ea quam fingit, vel præſumit lex, in caſu quo vnus ex duobus maioratibus excedat dictam quantitatem; quia in eo caſu lex conſiderauit, quod ſatis prouiſus eſſet filius maior cum redditu maioratus aſcendente ad illam ſummam, & quod idem conſiderarent, & vellent inſtitutores; non autem in caſu de minori ſumma, niſi id expreſsè vel tacitè voluerint.

8 Hac ſuppoſita reſolutione, quam cum dicta declaratione, & diſtinctione, contra Dom. Ioannem à Caſtillo, & Robles de Salcedo veram putamus, deueniamus ad computum, & liquidationem dictæ quantitatis *de dos quentos de renta* à lege prætaxatæ; & quomodo probari debeat, & quæ onera, atque expenſæ deducendæ ſint, & vtrum illæ, quæ quolibet anno ſhunt in adminiſtratione, & exactione redditum, & cui incumbat onus probandi hæc omnia.

9 Ad hanc quæſtionem, ſcilicet ad computum, & liquidationem quantitatis *de dos quentos de renta*, quomodo redditus probari debeant? Reſpondemus remiſſiuè ex his, quæ ex profeſſo à nobis diſcuſſa ſunt *in hoc noſtro tractatu ſuprà, part. 1. cap. 5. An incompatibilitas detur in ſcientia Arithmetica ſuper incompatibilitate maioratus ratione quota.*

10 Attamen in confirmationem eorum quæ à nobis
aſſerta ſunt quoad bona quæ conſiſtunt in iuriſdi-
ctionibus & officiis honorificis, quale eſt Decurio-
natus officium, vulgò, *de Regidores, Ventiquatros, y*
Iurados, y otros ſeme,antes, quorum redditus, ſeu
emolumenta ſunt parua, aut minimæ quantitatis;
pretia autem eorum aſcendunt ad maximam ſum-
mam: ad hoc, vt redditus computentur reſpectu va-
loris, ſeu æſtimationis ſortis principalis, ad rationem
quinque pro quolibet centenario, ex Fontanella *de*
pact. nuptialib. clauſ. 4. gloſſ. 18. part. 1. num. 50. Ma-
thia Collerio *de proceſſu execut. part. 3. cap. 9.*
11 *num. 174.* Additur, & comprobatur hoc argumen-
to; nam ex eadem ratione & cauſa, qua pretium
cuiuſque rei immobilis regulatur, ex redditu, *l. ſi*
quos. 17. Cod. de reſcind. vendit. l. ſi fundum per fi-
deicommiſſum, in princip. ff. de leg. 1. & cum aliis
Matienzo *in l. 1. gloſſ. 2. num. 14. tit. 11. lib. 5. Reco-*
12 *pilat.* & hoc in noſtra Hiſpania regulatur ad ratio-
nem quinque pro quolibet centenario de redditibus
ad pecuniam reductis; ita etiam redditus regulari
debent ex pretio principali cuiuſcumque rei immo-
bilis: quia in hoc caſu redditus, & pretium ſunt cor-
relatiua, & conuertuntur: & cùm correlatiuorum
ſit eadem ratio, diſpoſitum in vno, procedit etiam in
alio; & è contra: *l. fin. ff. de ind. viduit. tollend.*

13 Secundò, nam talia officia Decurionatus, & ſimilia, atque iuriſdictiones ſunt res pretioſæ, licet infructiferæ ſui natura, & abſque emolumentis, penſione, ſeu redditu conſiderabili; nihilominus honor, & alia commoda atque emolumenta debent regulari atque imputari in redditu reſpectu pretij, ac valoris principalis; text. eſt *in Authentic. perpetua, verſic. quod ſi res pretioſa, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* dum ita dixit: *Quod ſi res pretioſa quidem, parum tamen, aut nihil præſtat penſionem, res ſubtiliter æſtimanda eſt, vt ex hac, penſio iuſta conſtituatur.*

Penſio autem iuſta, quæ correſpondet pretio, 14
ſeu æſtimationi rei pretioſæ, quæ parum tamen, aut nihil præſtet penſionum, ea eſt in noſtro Hiſpaniarum regno edictalis, quam Princeps in ſua lege, vel legibus prætaxauit, atque definiuit: Aluarus Valaſcus, *conſult. 43. num. 12.* ideo ad rationem quinque pro centenario pretij principalis computanda eſt in noſtro regno penſio ſeu redditus: prout innuit Merlin. *de pignor. lib. 1. tit. 23. num. 46. verſ. Quarta eſt difficultas, an illa quinque pro centenario debeantur ex bonis, quæ ſunt ex ſua natura infructifera, &c.*

Tertiò, quia dicta Officia, & maximè iuriſdi- 15
ctio maiorem habent vtilitatem, commodum, & intereſſe, quàm alia bona reddituralia & fructifera: hæc enim Officia, & iuriſdictio, vltra vtilitatem, & aliquos redditus, & emolumenta dant honorem, & dignitatem: honorificum autem maiorem æſtimationem habet, & intereſſe: *Eccleſiaſt. cap. 41.* Ariſtoteles Ethicor. *lib. 4.* vbi dicit, *bonorum externorum maximum, eſt honor.* Dom. Valenzuela Velazquez *conſ. 102. num. 134.*

Quartò, probatur argumento à minori ad maius:
nam ſi illud quod eſt delectabile, æſtimatur & com-
putatur tanquam fructus rei in pecunia; vti pro-
bat latè Stephanus Gratianus *tom. 2. cap. 258. num. 8.*
Cencius *de Cenſibus, part. 1. cap. 3. quæſt. 2. artic. 1.*
Leonardus Duardus *de Cenſibus. §. 1. quæſt. 42. num. 4.*
Ergo maiori, & fortiori ratione illud quod eſt ho- 16
norificum debet computari pro fructu, & æſtima-
ri in pecunia, quia honor rebus eſt præferendus:
ideo in pecunia computari, atque æſtimari debet:
quia communiter homines magis honorem, atque
æſtimationem quàm alia bona deſiderant: probat
latè Dom. Valenzuela Velazquez, *dict. conſil. 102.*
num. 54.

Quintò, corroboratur: quia dicta officia Decu- 17
rionatus, & ſimilia, atque iuriſdictiones in cenſum dari poſſunt, tam reſeruatiuum, quàm conſignatiuum, & tanquam bona immobilia, & reddituralia hypothecari, conſiderando valorem principalem officij, ſeu iuriſdictionis, non autem redditum, ſeu emolumentum eorum, ſed tantum habito reſpectu ad valorem officij, vel iuriſdictionis: Felicianus *de Cenſib. tom. 1. lib. 2. cap. 3. à num. 22.* maximè *num. 36.* Anendañus *de Cenſibus, cap. 52. num. 6. & 7. & cap. 53. à num. 4. & cap. 55. per totum: An cenſus poſſit creari ex Officiis, vel ſuper Officiis, vel Dignitatibus Reipublicæ? à num. 5. & 6. iuncto cap. 58. num. 18.* Duardus *de Cenſibus, cap. 52. num. 6. & 7.* Honoratus Leotardus *de vſuris, quæſt. 46. à num. 21. cum ſequent.* maximè *num. 28.* Ergo eadem ratione, & iuribus, redditus Officij, ſeu iuriſdictionis, reſpectu pretij, ſeu valoris in principali computari debet.

Sextò & vltimò, videtur quod apud nos hoc 18
ſit deciſum: quia in exactione & ſolutione mediæ Annatæ in prouiſione Officiorum Decurionatus, & iuriſdictionum, ſancitum eſt, quod licèt officium Decurionatus, verbi gratia, *de Regidor, o Veintequatro*, huius Granatenſis ciuitatis, cuius emolumentum; & ſalarium vſque ad ſex millia Marapetinorum tantùm quolibet anno aſcendit; non dimidium redditus ſeu ſalarij, quod tria millia marapetinorum conficeret; ſed dimidium redditum corre-

ſpondentium valori, & pretio principali, quod vſque ad octo millia Ducatorum ſolet aſcendere, & ad rationem quinque pro centenario, eius redditus erunt quadringentorum Ducatorum, & ſic media Annata, quæ ſolui debet à nouo poſſeſſore, ducentorum Ducatorum ſummam conficiet.

19 Ex quibus omnibus conſtanter teneo cum Gaillo, *in his obſeruationibus*, & Fabro *in ſuo Codice*, quod redditus horum Officiorum, & iuriſdictionum, computari debent reſpectu communis valoris eorum, ad rationem quinque pro centenario.

20 Supereſt tertia & vltima quæſtio, videlicet, quæ onera, atque expenſæ deducendæ ſint in computando valore redditum? & vtrùm deduci debeant expenſæ, quæ quolibet anno fiunt in adminiſtratione, & exactione redditum; & tandem cui incumbat onus probandi hæc omnia in his quæſtionibus propoſita?

21 Quoad primum dicendum eſt, quod deduci debent omnia debita, onera, & tributa, anniuerſaria, & grauamina, quæ inhærent oſſibus bonorum immobilium, dum tamen illis affecta, & grauata fuerint in ipſo inſtitutionis tempore, & ex obligatione reali inſtitutorum: *l. fundi partem. 79.* & *ibi* Gloſſ. *verb. vendiſti, ff. de contrahend. empt. l. ſi ſterilis. 21. §. ſi tibi, ff. de act. empt. & vendit. l. non amplius. 26. ff. de leg. 1.* vbi Gloſſ. *verb. non amplius*: Palacios Rubios, *in Repetit. Rubrica, de donationibus, inter virum & vxorem, §. 25. num. 6.* Stephanus Gratianus *tom. 4, cap. 723. num. 17.* Nam bona dicuntur deducto ære alieno: *vulg. l. ſubſignatum. 39. §. bona, ff. de verb. ſignificat. l. mulier bona, ff. de iur. dot. l. fin. §. ſin autem æs alienum, C. de bonis quæ liber.* Barboſa *axiomate 37.*

22 Et in terminis incompatibilitatis, probatur argumento beneficij incompatibilis cum alio ſi habeat congruam portionem, vnde poſſit dari incompatibilitas: nam ſi beneficium habeat in fructibus, ſeu redditibus 300. attamen prædicti fructus, ſeu redditus ſint grauati penſionibus ducentorum, tunc beneficium non dicitur habere trecentos in redditu, ſed centum; quia fructus, & redditus debent conſiderari detracto onere penſionis: Bald. *in l. 1. verſ. pone impetraui à Papa: Cod. de fructibus, & litium expenſ.* vbi dixit; quod ſi quis impetrauit à Summo Pontifice gratiam expectatiuam pro beneficio valoris centum Florenorum in redditu annuo, poteſt habere beneficium valoris trecentorum Florenorum, ſi tot onera ſint, quæ aſcendant ad ſummam ducentorum, quia in effectu non habet in redditibus niſi centum: *argument. dictæ legis primæ, Cod. de fructibus, & litium expenſ. l. illud, Codic. de collat.* idem Baldus *in l. ſed ſi hoc, §. quidam, in fin. ff. de condit. & demonſtrat.* Paulus de Caſtro, & Alexand. *in dict. l. non amplius, de leg.* & his, & aliis iuribus, & authoritatibus, probat ex profeſſo Philippus Decius *conſ. 156. per totum*, Palacios Rubios *in repet. Rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 25. num. 6. 7. & 8.*

23 Sed clariùs, & cum Magiſtrali diſtinctione dicas, quod ſi onera bonorum ſint perpetua & intrinſeca, prout cenſus, penſiones, libella, laudemia, collectæ, Anniuerſaria, & alia huius generis, ita bonis ipſis affecta, vt ea ſequantur quocumque ierint, omnia hæc deduci debent, quia minuunt redditus, & fructus bonorum maioratus: prout videre eſt apud Dom. Ioann. à Caſtillo *de vſufructu, cap. 57. ex num. 14. vſque ad finem*, Vincentium Fularium *quæſt. 523.* & alios relatos à Dom. Salgado *in labyrintho creditor. part. 3. cap. 11. à num. 1.*

24 Sin autem ſint onera extrinſeca, prout expenſæ pro bonorum conſeruatione, & defenſione, veluti ſalaria adminiſtrationis, Aduocatorum, & Procuratorum, necnon iudicum, & aliorum adminiſtrantium iuſtitiam, expenſæ litium, & aliæ id genus; hæ deduci non debent.

25 Vnde quæritur, an etiam deduci debeant alimenta, quæ poſſeſſor maioratus tenetur dare fratribus, vel ſororibus? Et videbatur quod ſic, ex eo quod ſit onus reale, quod inhæret rebus, & bonis maioratus. Sed contrarium dicendum eſt, cum non ſit onus perpetuum, ſed temporale, & perſonale, & poteſt adeſſe, & non adeſſe; ſic ad incertum, & futurum contingens non debemus attendere, nec iudicia certa poſſunt eſſe ſuper futuris contingentibus, *l. ſed etſi. 28. §. fin. l. non quemadmodum 33. ff. de iudiciis*: Gloſſ. *verb. futurum*, & Doctores *in l. ſi ſtipulatus. 76. §. cum ſtipulamur, ff. de verbor. obligat.* & de futuris contingentibus non eſt determinata veritas: *l. ſi Putator. 31. ff. ad legem Aquiliam: l. ventre. 84. ff. de adquir. vel omittenda hæredit. l. 1. §. is autem, ff. ne quid in loco publico: l. 3. ff. ſi pars hæredit. petat.* Surdus *de alimentis, tit. 8. priuilegio 1. num. 7. & 8. ex verſic. & prudens non eſt iudicium ſuper re præſenti ſtatuere, ex eo quod in futurum poteſt contingere. cum tamen incertum ſit: argum. cap. graue: 11. quæſt. 1.* idem Petrus Surdus *tom. 5. conſil. 454. num. 14.* Barboſa *axiomat. 104. num. 1.*

26 Cui autem incumbat onus probandi in omnibus ſupradictis, eſt etiam inquirendum? Sed breuiter dic, quod onus probandi quantitatem à noſtra lege ſeptima requiſitam, ſemper incumbit actori, ſeu ei qui dixerit quod vnus ex duobus maioratibus, qui coniunguntur habet vltra *dos quentos de renta*, in quolibet anno, ex *l. ei qui dixit, ff. de probat. l. ſi vero, §. qui pro rei qualitate*: vbi etiam Gloſſ. *verbo, dubitetur, verſic. aut vult admitti aliquis tanquam diues: & probatur, ff. qui ſatiſdare cogantur: l. creditores, in fin. ff. de priuileg. creditor.* Maſcardus *de probat. vol. 1. concluſ. 525. per tot.*

27 Sed ad probanda onera, tributa, & grauamina, quæ diminuere ſolent valorem fructuum, & redditum; non actori, ſed reo, & ei qui dixerit bona eſſe obnoxia & grauata dictis tributis, & oneribus, incumbit onus probandi: prout ex Bar. Socino, Ripa, & aliis *in l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebellianum*, tenet Matienzo *in l. 1. gloſſ. 2. num. 24. tit. 11. lib. 5. Recopilat.* quia res præſumitur libera: *l. altius, Cod. de ſeruitut. & aquâ*, & ſufficit articulos actoris præſumptiuè concludere, *l. omnes, §. Lucius, ff. de his quæ in fraudem creditor.* vbi Gloſſ. & Bart. & alij. Ex quibus finitur hoc caput ad laudem Dei noſtri, cuius Regni non erit finis.

CAPVT

CAPVT V.

Ad illa verba d. leg. 7. El hijo mayor que en la dichas dos caſas aſi juntas por caſamiento, podia ſuceder.

SVMMARIVM.

1 *Lex noſtra Imperialis in illis verbis:* El hijo mayor, que en las dichas dos caſas aſi juntas por caſamiento, podia ſuceder: *non loquitur de omni filio maiori, ſed de illo tantum, qui poteſt ſuccedere, & n.* 2.

3 *Filius maior non debet intelligi per ætatem, ſed per qualitatem, & prærogatiuam ſuccedendi: vnde ſi filius maior ſit excluſus, fortè ex eo quòd ſuccedat in alio antiquo maioratu cum aliis incompatibili, tunc non intelligi debet lex noſtra de illo, ſed de filio ſecundogenito, tanquam ſi eſſet filius maior, & n.* 4.

Et redditur ratio, à n. 5. *vſque ad* 8.

Filius maior natu, ſeu primogenitus differt à filio maiori; ideo verba inſtitutionis, & vocationis attendi debent.

Et quid ſeruetur in maioratibus Hiſpaniæ? ibid.

Locus inſignis Vincentij Fuſarij, ibid. *vſque ad num.* 17.

18 *Et quid ſi maioratus habeat adminiſtrationem, vel gubernium, ad quod requiratur ætas ſufficiens, & prudentia, diſputatur latè, & reſoluitur pro parte negatiua in maioratibus Hiſpaniæ, vſque ad n.* 21.

22 *Superſtes, ſiue ſuperuiuens vocatus non excludit repræſentationem, ideo nepos excludit patruum.*

Limitatur ſi ſuperſtes vocatus ſit nomine proprio, ibid. *vſque ad n.* 25.

26 *Vocatis ad ſucceſſionem maioratus duobus, tribuſuè fratribus inſtitutoris, perſonaliter tanquam vſufructuariis, & ad inuicem ſubſtitutis, & poſt eos nepote maiore ætate; ſi vltimus poſſeſſor & ſubſtitutus fuit frater minor, qui deceſſerit relicto filio, cuius ætas ſit maior, quã nepotis ex fratre maiori, an in ſucceſſione maioratus debeat præferri nepos ex fratre maiori, vel nepos ex fratre minori maior ætate? Maxima eſt difficultas, & ex profeſſo diſputatur, & reſoluitur in fauorem nepotis ex fratre maiore, minoris ætate, ſed cum quadam diſtinctione, vſque ad n.* 61.

Dominus Ioſephus de Moratalla Ortiz, Aduocatus in Regali Cancellaria Granatenſi ac Authoris compatronus laudatur, n. 46.

62 *Deſcendentes ſi plures ſint quorum quilibet prætendat deſcendere ex fratre maiori ætate, & nullus eorum probet; tunc ſuccedere debet maior ætate: & quando æquales ſunt in ætate, recurrendum eſt ad gradum, & vltimò ad ſexum; & ſi fortè æquales ſint in ætate, gradu, & ſexu, ſorte dirimi debet difficultas, vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

Super illis verbis, *el hijo mayor que en las dichas dos caſas aſi juntas por caſamiento, podia ſuceder:* deſumptis ex *leg. noſtra* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *recopilat.* agitur, quis propriè erit filius maior, de quo ſenſerit lex noſtra? an filius natu maior, ſiue primogenitus, vel filius annis maior, circa præcedentiam ſucceſſionis.

Quid autem ſi vocatus ſit in inſtitutione *maior de domo, vel de familia?*

Quid quando vocatus fuiſſet *maior natu*, vel *maior ætate*, abſque expreſſione nominis proprij inſtitutione maioratus, in quo fuiſſet annexa aliqua adminiſtratio, diſtributio, regimen, vel gubernium?

Quid ſi vocatus eſſet maior ſuperſtes, ſcilicet; *el hijo mayor que quedare viuo a el tiempo de la muerte de el vltimo poſſehedor?*

Et an idem quando relatio facta fuiſſet de ſuperſtite, vel ſuperſtitibus nomine proprio nominatis?

Quid ſi *ſi nepos maior* vocatus ſit, & concurrat ex vna parte nepos maior natu, filius primogeniti, ſeu patris maioris ætate; ex altera nepos, ſeu patruelis maior ætate, ſed filius alterius fratris minoris natu, quis eorum præferendus ſit?

Et quid, ſi verificari non poſſit quis eorum ſit filius maior, non in caſu quod duo, vel tres ex vno partu & tempore naſcanror, de quo alibi dictum eſt; ſed in eo caſu quo deſcendentes duo, vel plures contendant ſe deſcendere ex filio maiori natu, ſed nemo eorum probet?

IMPERIALIS lex noſtra ita proſequitur: *el hijo mayor, que en las dichas dos caſas aſi juntas por caſamiento podia ſuceder.* 1

Ex quibus verbis notandum eſt, quod nõ de omni, & quocumque filio maiori loquitur lex noſtra; ſed de illo tantum, qui habeat prærogatiuam ſucceſſionis: hanc quippe qualitatem requirit per illa verba, *que en las dichas dos caſas aſi juntas por caſamiento podia ſuceder.* 2

Ideóque filius maior recognoſci aut regulari non debet per ætatem, imò per qualitatem, ſeu prærogatiuam, quæ ei adhæreat in ſuccedendo. 3

Vnde ſi filius maior ſit excluſus, fortè ex eo quòd ſuccedat in alio antiquo maioratu cum aliis incompatibili, & filius ſecundo, vel tertiogenitus ſucceſſibilis ſit in maioratibus, alio paterno, & alio materno, tunc filius hic ſecundo, vel tertiogenitus, minor ætate regulari debet tanquam ſi eſſet filius maior, de quo loquitur lex noſtra; quia is eſt, qui poteſt ſuccedere in his duobus maioratibus, qui apud eum 4

concurrant ex cauſa matrimonij per parentes contracti.

5 Et hoc in caſu filius ſecundogenitus ſubrogatur in locum filij primogeniti, & aſſumit qualitatem maioris: argum.*leg.filia*, §.*Titia, ff.de condit.& demonſtrat.* prout poſt Menochium allegat Dom. D. Ioan.à Caſtillo *lib.5.cap.93.§.1.n.40.& 41.*

6 Ratio eſt, quia quando lex requirit aliquam qualitatem in filio maiori, non ſufficit eſſe filium ad ſuccedendum, niſi concurrat etiam illa qualitas, quæ requiritur: *l.Fulcinius,7. §.cùm hoc edictum, ff.quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur*: vbi ſummat Bart. quod quando lex requirit actum, & limitationem, non ſufficit actus ſine limitatione, nec limitatio ſine actu: Bald.*conſ.5.num.5.lib.1. & conſ.198. lib.2.* Alexander *conſ.137.n.26.lib.2.& conſ.171. à num.5.lib.6.*Cephalus *conſ.627. lib.5. & conſ.327. num.6.& ſeq.lib.3.* & cum aliis Dom. D. Ioannes à Caſtillo, *lib.7.de Tertiis,cap.13. n.3.verſ.& vbi lex actum qualificatum requirit*, &c.

7 Ergo ſecundum legem noſtram non ſufficit eſſe filium maiorem, niſi habeat ſimul qualitatem illam, *de poder ſucceder en dos caſas y maiorazgos juntas por caſamiento.* Ideo neceſſariò duo concurrerè debent; primò, eſſe filium maiorem; ſecundò, eſſe ſucceſſibilem potentia, vel actu, in duobus maioratibus innctis per matrimonium.

8 Et cum de filio maiori loquatur Lex noſtra, ibi: *el hyo maior*; an idem ſi dixiſſet, *ſi filius primogenitus?* Et videbatur dicendum quod non. Nam inter vocationem filij *primogeniti*, & vocationem filij *maioris natu*, verſatur differentia hæc; quod primogenitus habet participium præteriti temporis, quod in ipſo naſcendi tempore verificatur.

9 At verò è contrario, maior ad præteritum naſcendi tempus nullam habet relationem, ideo ſufficit talem eſſe præſenti tempore, quo de ſucceſſione agitur. Alexander *conſ.4.num.13.lib.4.* Tiraquel. *de iur.primogenit.quæſt.40.à num.60.*Emanuel de Acoſta, *de maioratu Regio Corona,num.11.* & cum aliis Robles de Salcedo, *de Repræſentat. lib. 3. cap. 14. num.26.* & quamplurimos referunt pro hac differentia Dom.D.Ioannes à Caſtillo, *lib.5. cap. 93. §. 1. num.1.* Dom. D. Ioſeph. Vela, *tom.2. diſſertat.49. num.35.*

10 Vnde inferunt, quod vocato primogenito ad ſucceſſionem, ſi decedat relicto filio, viuente teſtatore, vel vltimo poſſeſſore, & tempore delatæ ſucceſſionis concurrant ſecundogenitus, ſiue patruus, & nepos, ſeu filius ex primogenito, tunc præferendus eſt nepos ex præmortuo primogenito in excluſionem patrui: quo in caſu omnes conueniunt quod nepos primogeniti ſuccedat, & patruum excludat.

11 At verò ſi non primogenitus, ſed filius maior vocatus fuiſſet, tunc præferendum eſſe exiſtimant patruum, filium ſcilicet ſecundogenitum maiorem ſuperſtitem tempore delatæ ſucceſſionis; Nam dum teſtator dixit *ſuccedat filius maior*, cenſetur ſolum prærogatiuam ætatis conſideraſſe, ſecùs ſi dixerit *ſuccedat primogenitus*, cùm tunc qualitatem, ac lineam primogenituræ attendiſſe videatur.

Quod idem ex aliis plurimis iuribus, & rationibus probat Alexander *dict. vol.4. conſ.4. per totum*, cuius epitome ita eſt: *Si hereditas eſt relicta maiori maſculo ex deſcendentibus teſtatoris ſucceſſiuè, intelligitur de maiori ætate, nec tranſmittitur ad filium, ſed ſpectat ad eum, qui ſenior inuenitur ex omnibus deſcendentibus tempore mortis ſenioris vltimi poſſeſſoris.*

Quamplures refert rationes, & iura, Alexander videndus *in dicto conſ.4.* quem ſequuntur Ancharanus *conſ.82.in fine*, Carolus Ruynus *conſ.13.per totum, & conſ.19.lib.1.& conſ.42.lib.2.& conſ.142. num.7.lib.3.*Marcus-Anton.Natta *conſ.503. num.2.* Beroius *conſ.71.lib.1.*Anton.Gabriel.*lib.4. receptar. ſentent.de ſucceſſion. ab inteſt.lib.1. concl.2.num.14. & 18.* & cum quamplurimis aliis Honded. *conſ. 70. à num.11.& à num.42.volum.2.*Menoch.*conſ.442. num.19.lib.5.& de præſumptionib.lib.4 præſumptione 95.num.22.*Milanenſis *deciſ.Siciliæ,8. à num.48.* Peregrin.*de fideicommiſſ. art.12. num.86. & conſ.1. num.25. lib.3.* Simon de Prætis *de interpretat. vltimar.volunt.fol.334.num.18.*Surdus *conſ.451. lib.4.* Marta *de ſucceſſione legali,part.1.quæſt.11.artic.1.à num.5.& part.3. quæſt.9.* Farinacius *deciſ. Rotæ Romana, 621.num.1.& 10.part.2.in nouiſſimis:*Robles *de Repræſentat.lib.3. cap.14. à num.24.* Theſaur. *in quæſt.forenſ.lib.1.quæſt.55.*maximè *num.57.& lib.2. quæſt.20. à num. 3.* & alios quamplurimos cumulat Vincentius Fuſarius *de fideic. ſubſtitut. quæſt. 387. num.38. verſ.limitatur quarto, quando vocatus eſſet maior natu, quia tunc patruus admitteretur, nepote excluſo*, &c. Et *in fine* dicit, *quod pro hac opinione adducitur l. ſi libertus præterito, §. ſi libertus, ff. de oper.libertorum.*

Contrariam autem ſententiam defendunt ad hoc vt nullâ differentiâ conſtitutâ inter vocationem filij maioris, & filij primogeniti, ita patruo debeat præferri nepos, quando vocatus fuit filius *maior*, ſicuti quando filius *primogenitus*, Baldus *in l.cum antiquioribus,num.11.Cod.de iur. deliberand. & in l.libertis, Cod.de oper.libertor.* Paulus de Caſtro *in l.maximum vitium,num.2.Cod.de libert.præter.*Socinus *in l.ſi cognat. num. 51. ff. de rebus dubiis:* idem Socinus *conſ.47. à n.5. & conſ.252.lib.3.* Barbacia *conſ.10. à num. 1. lib.2.* Abbas *conſ.100. lib.1. & conſ. 85. num.3.& 5.lib.2.* Tiraquellus *de primogen. quæſt. 1. num.12.* Palacios Rubios *in repetit. Rubricæ de donat.inter virum, & vxor.§.69.num.21.* Paulus Pariſ. *conſ. 72. num.90. lib.4.* Ioan. Lecirier *de primogen. lib.1. quæſt.2. n.2.& 3.* Hieronymus Gratus *conſ.6.* Beroïus *conſ.120.lib.2.*Dom.Couar. *practicar.c.38. num.6.* Alexander Raudenſ. *conſ. 4. lib.2.* Bardellus *conſ.60.* quos,& alios refert Vincent.Fuſar.*de fideicommiſſ.ſubſtit.quæſt.387.à num.46.verſ.contrariam igitur ſententiam, quod & nepos excludat patruum, licet maior natu ſit vocatus*, &c. 12

Si igitur recognoſcere velis, quæ harum ſit verior opinio, conſulas Vincentium Fuſarium *in dict. quæſt.87. à num.38. vſque ad finem*, vbi cum maxima eruditione & authoritate multorum, eam pro vtraque parte examinat, atque reſoluit, cum declarationibus, ampliationibus,& limitationibus ibidem videndis. 13

Sed ſpecialiter in materia maioratuum vltimam opinionem abſque vlla diſtinctione ſequimur, ac ſequuntur noſtri Regnicolæ. Nam in maioratibus noſtræ Hiſpaniæ, vinculis, patronatibus, & perpetuis Anniuerſariis, cum clauſulis inducentibus maioratum, vocationes *primogeniti*, & filij *maioris*, non differunt; imò tanquam ſynonyma iudicari debent, & eiuſdem ſignificationis, & effectus, filius primogenitus, & filius maior: Ideo ſicuti per repræſentationem dicitur effectualiter primogenitus ille, qui eſt filius primogeniti, per repræſentationem filius maioris natu dicitur etiam filius maior, ad hoc vt patruo, & aliis præferri debeat; prout ex doctrina Baldi, & aliorum, reſoluit Dom. Molina *lib. 3. cap.8,* 14

*cap.8.num.*19.vbi etiam Additionatores, *verſ. Quorum ſententiam extra omnem dubitationis aleam in Hiſpaniarum primogenitis, veriorem dicimus.* Et reddunt rationem, ibi: *Nam ſecundum primauam intentionem, hæc vox Maior, denotat primum natum; & Primogenitus, & Maior natu, idem ſunt; & in ſpecie inter hæc verba nullum diſcrimen reperitur.* Et inferiùs: *Et primò natus eſt, qui reperitur primus in linea Primogeniti, quæ ſemper cenſetur vocata in ſucceſſione maioratus de primogenito in primogenitum vſque in infinitum,* &c. Burgos de Paz *in quæſt.ciuilibus, quæſt.*1. *num.*1. *& quæſt.*2. *num.*34. Dom.Præſ.Couar. *practicar. cap.*38. *num.*6.*& var. lib.*3.*cap.*5.*num.*1.*&* 2. Dom.D.Ioannes à Caſtillo, *lib.*5.*cap.*93.§.1. vbi *in num.* 1. mouet quæſtionem, *verſ. An primogenitus, & maior natu, idem ſint, ſiue an differant quod teſtator primogenitum, aut maiorem natu ad ſucceſſionem vocauerit?* Et eam reſoluit *à num* 2.*& in cap.* 143. *num.*40. Alexander Raudenſis *de Analogis, lib.* 1. *cap.*15. *à num.* 267. Menochius 1006.*à num.*37.*lib.*11.Stephan.Gratian. *tom.*5.*cap.*834.*num.*13. *&* 27.Dom.D.Ioſeph.Vela *tom.*2.*diſſertat.*49.*n.*35.Vincent.Fuſar.*d.quæſt.*387. *num.*46.*&* 47.

15 Ratio inter alias ſpecialiter in materia maioratus ea eſt, quòd vtrumque verbum ſcilicet *Maior natu, & Primogenitus*, reſpectum habet ad tempus natiuitatis, & genituræ, quo ſolo tempore ea qualitas propriè verificatur, *cap. Ioſeph, de verbor. ſignificat.*

An autem id limitari aut extendi debeat, ſi in maioratus inſtitutione vocatus ſit *maior de domo*, ſeu *maior de familia*, veluti ſi dicat, *ſuceeda el major, o mas ançiano de tal Caſa ſolar o familia?* Et Vincentius Fuſarius *quæſt.*386. cum pluribus ab eo relatis, & Auguſtinus à Barboſa *appellatione* 137. *verb. Maior: verſ.vnde ſi Maior de domo vocetur,* &c. & *in collectan. ſuper cap. quoties*35. *num.*4. *de Teſtibus:* cum Anton.Monacho *deciſ.Florentin.*71.*n.*29. Alexand.Raudenſ.*de Analog. lib.*1. *cap.*5. *à n.*267. Hondedeo *conſ.*79.*num.*12.*lib.*2.Peregrino *conſ.*47. *num.*16.*lib.*2.Mantica *de coniect.vltim.volunt.lib.*8. *tit.*10.*ſub num.*1. Simone de Prætis *fol.*329.*num.*74. *& fol.*334. *num.* 18. cum aliis, in ea ſunt ſententia, quod limitetur, quia cenſetur vocaſſe ſeniorem, &
16 maiorem ætate: ideo iuxta eorum doctrinam, maior ætate tempore delatæ ſucceſſionis, excludet nepotes, filium, ſiue filios præmortui filij maioris: per *l.ſi pater, in fin.ff.de adopt.* & *in l.eum qui, in princ. ff.de interdict.& releg.l.ſemper, in princ.ff.de iur.immunit.c.maior,*14.*quæſt.*

17 At verò Barbacia *conſ.*10. *lib.* 2. contrariam ſententiam tuetur defendens, quod tunc etiam iura patris tranſlata dicuntur in filium. Quam ſane ſententiam amplectimur in maioratibus noſtræ Hiſpaniæ, cum magis ſit conſona Regni noſtri legibus: ſcilicet *legi* 2.*tit.*15.*part.*2.*legi* 40.*&* 45.*Tauri,& legi noſtra* 7.*tit.*7.*lib.*5.*Recopilat.*& regulis Lineæ Rectæ. Ideo in caſu quo vocatus ſit filius *maior de domo*, ſeu *de familia*, extendimus id quod deciſum eſt in caſu, quo ſimpliciter vocatur filius *maior:* quia idem eſt ac ſi vocaretur *primogenitus:* Dom. D.Ioannes à Caſtillo, *lib.*5.*cap.*93.§.1.*à n.*4.maximè *n.*9.

18 Præterea quid erit, ſi vocatus fuiſſet *maior natu*, vel *maior ætate*, abſque expreſſione nominis proprij, in inſtitutione maioratus, in quo fuiſſet annexa aliqua adminiſtratio, diſtributio, regimen, vel gubernium. Quo in caſu, cùm ex eo colligatur, quod inſtitutor deſiderauerit, quod in perſona ſucceſſoris, & non in patrimonio adeſſet illa qualitas maioriæ in ætate, & annis, ad hoc vt cum ſapientia, & experientia ſucceſſor magis vtiliter, maturè, & prudenter ſe habeat in adminiſtratione, vel gubernio; ideo Stephanus Gratianus *tom.*4.*cap.*696. cum aliis, in ea reſidet ſententia, quod ſuccedat ſenior maior natu, & ætate, excluſo filio vltimi poſſeſſoris: nam tunc iſta qualitas maioris ætatis, tanquam perſonalis, non eſt tranſmiſſibilis in filium, cuius ætas non eſt ætas patris: Bald. *in l. cum antiquioribus, column. penult. verſ.*2.*ſic ius quod non eſt, Cod. de iure deliberandi:* Stephanus Gratian. *dict. quæſt.*695. *num.*7. Fabius Capyc. Galeota *lib.* 1. *controuerſ.* 48.*n.* 20.*&* 21.

Quæ quidem opinio, inquit, etiam ſine dubio 19
procederet, ſi in maioratu non eſſet annexa adminiſtratio, regimen, vel gubernium, ſed ſolum vocatus eſſet *maior natu*, vel *maior ætate*. Nam hæc verba, *natu maior*, vel *ætate maior*, oſtendunt diſponentem intellexiſſe de *ſeniore*, & ætate maiore: per textum *in dict. cap. lex eſt*, 2. *diſtinct. l. qui cum maior natu, ff.de operis libertor.* Socinus ſenior *conſ.* 252. *num.*4. *lib.*2. Paulus Pariſius, *conſ.*19. *à num.* 224. Hondedeus *d.conſ.*70.*num.*13. *lib.*2. Auguſtinus de Barboſa, *dict. appellat.* 127. *verb. Maior. verſ. quæ quidem opinio ſine dubio procederet quando vocatus eſſet maior natu.*

Sed in maioratibus, vinculis, ac perpetuis Hiſpa- 20
niarum patronatibus, hæc ſententia prævalere non poteſt; nam etiam ſi in eorum inſtitutione vocatus ſit filius *maior*, non ſimpliciter, ſed addendo, *ætate*, vel *tempore ſenior*; veluti, *suceda el major en edad, o el mas viejo, o mas ançiano*, non excluditur repræſentatio; & tunc qui reperietur maior in linea, ſeu filius, vel nepos vltimi poſſeſſoris, ſuccedere debet excluſo patruo ſeniore: Dom. D.Ioannes à Caſtillo, *lib.*5.*d.c.*93.§.1.*n.*14.*&* 15.

Et præter rationem Lineæ, & authoritates ex le- 21
gibus Regni à nobis adductas, ea eſt etiam ratio, quod inſtitutor vocando natu, vel ætate maiorem, non dicitur vocaſſe ex hac ſola ratione prudentiæ,& ſapientiæ, quoniam ceſſante hac ratione in natu maiore, præferri deberet natu minor, & ſic patruus infans etiam non diceretur vocatus? Menochius, *conſ.*981.*num.*19.*&* 20.& eo relato, cum Tiraquel. Vincent.Fuſar.*d.quæſt.*385. *num.*45. *verſ. reſpondit Menochius.*

Difficilior verò ac ſatis ardua eſt quæſtio illa: 22
quod ſi vocatus eſſet, *maior ſuperſtes*, id eſt, *el major, que quedare vibo, o el major que quedare, o que dejare*, vel ſi dixerit, *el hyo major que fineare vibo a el tiempo de la muerte de el vltimo poſſehedor.*

Et quod maioratibus, ſiue Hiſpanorum primogeniis ſuccedere debeat patruus maior ſuperſtes tempore delatæ ſucceſſionis, excluſo nepote, & excluſa in hoc caſu repræſentatione, defendunt conſtanter Doctores relati per Additionatores ad Dom.Molin.*lib.*3. *cap.*8. *ſuper num.*20. dum dicunt: *Prima opinio eſt, quod eſt vocatione ſuperſtitis, hoc eſt,* el hijo major, que quedare vibo a el tiempo de la muerte de vltimo poſſehedor, *prohibita cenſetur repræſentatio.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 95. *num.*22. Petrus Surdus, *conſ.*403.*num.*67.*lib.*3. *& conſ.* 200 *num.* 92. *& tom.*442. *num.* 3. *ex volum.* 3. Galeatu Maluaſſia *conſ.*22.*lib.*2. Mieres 2.*p.quæſt.*6.*num.*47 Regens Valenzuela Velazquez *d.conſ.*23.*num.*101. vbi plures adducit, & multis pro vtraque parte citatis Authoribus, idem recenſet Vincentius Fuſarius *de ſubſtitutionibus, quæſt.* 485. *à num.* 60. & iuxta

leg.Regiam mentalem Aluarus Valaſcus *de iure emphyteut.quæſt.50.num.27.* Coſta *de Patruo, & Nepote, 1.part.num.12.* & præter hos Doctores, & cateruam aliorum, quos Vincentius Fuſarius *d.q.485. num.60.verſ.Decima eſt coniectura, quando teſtator ſubſtituiſſet ſuperſtites, vel ſuperuiuentes,&c.* & in *num. 61.* reddit rationem, ibi: *quia his verbis facta eſt relatio perſonalis ad perſonam ſuperſtitis, & ideo Patruus nominatim cenſetur vocatus:* & in *num. 62.* ibi: *quia ſubſtitutio de ſuperuiuente æquipollet à proximioribus ſubſtitutioni ſalua gradus prærogatiua, &c.* Velazquez de Auendaño *in l.40.Tauri, gloſſ.8. num.37.* Ceuallos *tom.4.quæſt.762.à num.114.* Caldas Pereira, *conſ.115. & in quæſtionibus forenſibus, quæſt.19. à num.21.* Coſta *de ſucceſſione Regni Portugaliæ,part.3.num.32.* Ludouic.Peguera *deciſ.114.* Gaſpar. Theſaur. *lib. 1.quæſt ion.foren. quæſt.35. à num.17.* Dom.Don Ioan.Baptiſta Valenzuela de Velazquez, *conſ.83.num.159. & conſil.97.num.26.* & his vltimis relatis, cum fundamentis,& reſponſionibus ad contraria, quæ torquere ſolent Doctores ad dignoſcendum ac fatendum veriorem eſſe hanc opinionem, & ſecundum eam iudicandum, Fabius Capicius Galeota *controuerſiar. lib.1. controuerſ. 48. in allegatione pro Excellentiſſ. Duce de Feria, in cauſa ſtatus de Pliego.*

23 Sed minime refragantibus tot Magnorum Virorum authoritatibus, & eorum ferè inconuincibilibus fundamentis, ſubtilibúſque rationibus contrarium tenendum eſt, etiam in hoc caſu, quo vocatus ſit *el hijo mayor, que ſincare vibo a el tiempo de la muerte de el tiempo poſſeedor.* Quia nihilominus admittitur repræſentatio, & nepos excludet patruum ſuperſtitem maiorem ætate, ex *leg. 2.* quæ loquitur expreſsè de filio maiori ſuperſtite: & ſic proſequitur, *E aun mandaron, que ſi el hijo mayor murieſſe antes que heredaſſe, ſi dejaſſe fijo, o fijas que obieſſe de ſu muger legitima, que aquel, o aquella lo hubieſſe, & no otro ninguno. tit.15. part.2. & l.40. Tauri;* & Pragmatica Sanctio recopilata *in l.14.tit. 7. lib. 5. Recopilat.* ideo ſanè pro hac parte, ſecundum iura noſtri Regni, reſoluit hanc quæſtionem in terminis propoſitam Dom. D.Ioan. à Caſtillo, *lib.3. cap.19.à num.336.* cum Matienzo, Guttierez, Flores Diaz, & aliis relatis *in num. 341.* Pater Molina *tract.2. diſputat.629.num.5.* Ioan.Gutierrez *practicar. lib.3. quæſt. 67. à num. 39.* Alex. Raudenſis *de Analogis, in dict.cauſa de Comitatu de Pliego,lib.1. cap.15. num.263.* Dom. Hieronymus Franciſcus de Leon *deciſ. Valentina 52.* Robles *de Repræſentat. lib.3.cap.9. à num.1.* Additionatores ad Dom. Molinam *dict.lib.3.cap.8.ſuper num.20.verſ.Secunda verò opinio eſt, ſuperiori ex diametro contraria, &c.* vbi dicunt: *Sane ego in hanc ſententiam inclino in hoc Caſtellæ Regno.* ex textu *in l.2. tit.15.part.2. & l.40.Tauri.*

24 Sed hoc limitandum eſt, quando relatio facta fuit ad ſuperuiuentes nominibus propriis, & proprio nomine nominati fuerunt patrui, qui ſuperuixerint: Magonius *deciſ.Florentina 16. num.43.& 44.* Vincentius Fuſarius *dict.quæſt.485.num.63. & 70.* Additionatores ad Dom. Molin. *lib.3.dict. cap.8. ſuper num.20.in fin. verſ.Verùm hoc limitari poteſt quando relatio facta fuit ad ſuperuiuentes nominibus propriis.*

25 De qua limitatione dubito: quia obſeruare debemus ad literam, & prout dicitur ad vnguem, Pragmaticam noſtram ſanctionem, (quæ eſt *lex 14. tit. 7. lib.5. Recopilat.* ita ſtrictè decidentem in hac materia quodcumque etiam maximum dubium, illic: *Y ſucedan por repreſentacion de los deſcendientes a los Aſcendientes en todos los caſos, tiempos, lineas, y perſonas,en que los Aſcendientes ayan muerto antes ſuceder en los tales maiorazgos, aunque la muerte aya ſido antes de la inſtitucion de ellos, ſino es que el fundador hubiere diſpueſto lo contrario, y mandado que no ſe ſucceda por repreſentacion expreſſandolo clara y literalmente, ſinque para ello vaſten preſumpciones, argumentos, o congeturas por preciſas, claras, y euidentes que ſean, loqual ſe guarde ſin diſtincion, ni diferencia alguna, no ſolamente en la ſuceſion de los majorazgos a los Aſcendientes, ſino tambien en la ſuceſſion de los majorazgos a los Tranſberſales, y no ſolo en los Tranſberſales a el vltimo poſſeedor, ſino tanbien en lo que lo fueron del inſtituidor.*

Ab his deſcendere liceat ad aliam arduam quæ- 26
ſtionem: Quid erit, ſi non filius maior, ſed nepos maior vocatus ſit, & concurrat ex vna parte nepos minor ætate, attamen filius primogeniti, ſeu fratris maioris natu; ex altera nepos maior ætate, ſed filius alterius fratris minoris natu, ſeu ſecundò, vel tertiò geniti. Per exemplum, de quadam lite pendente, demonſtrabitur clarior noſtra quæſtio.

Quidam nobilis Vir cum quatuor haberet fratres, 27
inſtituit maioratum, ad cuius ſucceſſionem vocauit in primis omnes inſimul quatuor eius fratres, qui tanquam vſufructuarij ſuccederent, & eos adinuicem ſubſtituit, itavt pars cuiuſcumque morientis, aliis accreſceret ſuperuiuentibus vſque ad vltimum; & omnibus dictis fratribus extinctis, ſuccederet nepos, qui eſſet maior ex parte inſtitutoris; & euenit quod vltimò moriens fuit frater minor relicto filio, ſeu nepote, qui erat maior ætate quàm alter filius primogeniti, ſeu fratris maioris. Et contendunt nepos minor filius ex patre primogenito, ſiue maiore natu; & nepos maior filius ex fratre minore vltimo moriente.

Pro parte nepotis maioris natu ſuadent ſequentia. 28
Primò, quia ſub hoc nomine, *maior*, intelligitur
maior ætate, & non in alia qualitate; provt ex Fe-
lino *in Rubrica de maiorit. & obed.* & Cæſare Lam-
bertino *de iurepatronat.part.3.lib.2.art.10. quæſt.5.*
princip.num.1.fol.229. dixit Mieres *part.2. quæſt.6.*
num.247.& cum multorum copia Vincentius Fuſar.
de ſubſtitut.quæſt.383. à num.1.& quæſt.387.n.38.
Sed nepos filius ex fratre minore natu, eſt maior in 29
ætate quam alter ſuus patruelis, nepos ex fratre in
ætate maiore. Ergo nepos maior in ætate præferri 30
debet in ſucceſſione minori nepoti in ætate, quam-
uis in nepote minore adſit alia qualitas paternæ ma-
ioritatis, ſeu primogenituræ.

Secundò, quia quando verba poſſunt intelligi 31
ciuiliter, & naturaliter, in dubio intelligenda ſunt
naturaliter, *vulgat. l.qui habebat, ff.de tutelis: l.fi-*
deicommiſſum, ff.de condit.& demonſtrat. l.fin. C.de
his qui veniam ætat. impetr. Gloſſ.Magiſtral. *in cap.*
ſuſceptum, de Reſcriptis, in 6. Sed verba, *maior*, ſiue 32
nepos maior, intelligi poſſunt naturaliter de maiore
natu ætate, ſeu maioritate: *l.1.§.1.ff.de minorib.25.*
annor. l.qui cum maior,ff.de oper.libertor.& §.mino-
rem, vbi Gloſſa *Inſtitut.de actionib. cap.lex eſt,di-*
ction.2. Hondedeus *conſ.70.num.13.lib.2.* Et poteſt 33
intelligi ciuiliter de maioritate, ſeu primogenitura
ad eum nepoté ex patre prouenienete,& ex eo iure,&
ratione, qua pater præferri debebat fratri, debet
etiam præferri in ſucceſſione eius filius; Baldus *in*
l.cum antiquioribus,num.11.Cod.de iure deliberandi:

Dom.

Digitized by Google

34 Dom.Molina, *lib.1.c.3.num.10.* Ergo hoc verbum,
maior, intelligi debet naturaliter de eò, qui naturaliter,
& non ciuiliter, maior ſit in ætate, prout eſt
nepos maior, licèt filius ex fratre minore. Quam ita
eandem deducit conſequentiam, Vincentius Fuſarius
d.quæſt.387.num.39.

35 Tertiò, quia cum inſtitutor, ita clarè loquutus
fuerit de maiori, imò etiam in dubio, non debet intelligi
de maiori ficto; ſed de illo verè maiori in ætate:
Doctores in *l.ſi quis maior, Cod. de tranſaction.*
36 Decius *conſ.443.n. penultimo.* Sed ſi ſuccederet nepos
minor, ex eo quod eſſet filius fratris maioris,
ſeu primogeniti, tanquam maior fictè, ſeu fictione
quadam ſuccederet; ergo ſucceſſio ad verè & realiter
maiorem annis, ſeu ætate, pertinere neceſſario
fatendum eſt.

37 Quartò tandem: nam ſucceſſio maioratus non
incepit à Patribus ſeu fratribus, ſed ab eorum filiis,
quia patres fuerunt tamquam vſufructuarij; at verò
filij, ſeu nepotes, ſunt verè ſucceſſores, & domini:
Ergo qualitas maioritatis, quæ reperitur in nepotibus,
non autem maioritas patrum conſideranda
eſt; tunc enim ex perſona ſua, non patris ſuccedit
nepos.

38 Et ex hoc vltimo fundamento, & quia repræſentatio
patris in hoc caſu dari non debet; in ea fuit
ſententia Anton. de Gama *deciſ.386.* quod in ſucceſſione
maioratus ita ſimiliter inſtituti, nepos maior
natu ex filia iuniore præferatur nepoti minori ex
filia ſeniore; & ſecundùm eam iudicatum fuiſſe aſſerit
per Collegas in Senatu Luſitano, & eum ſequitur
cum Afflictis, & Peregrino, *conſil.42. lib.4.*
Vincent,Fuſar. *de ſubſtit.quæſt.392.*

39 E contrario verò pro parte nepotis minoris natu
ex fratre maiore, ſeu primogenito, non minùs imò
fortiùs ſequentia vrgent.

40 Et in primis quòd per verbum, *el maior*, ſiue per
hanc qualitatem maioriæ in nepote vocato cum ea,
non excluditur repræſentatio maximè in noſtris maioratibus
Hiſpaniæ: quod ſatis abundè probatum
eſt *ſuprà*, in reſolutionibus quæſtionum omnium,
quæ in *hoc capite* excitantur; etiam ſi additum fuiſſet
quod ſuccederet maior nepos ſuperſtes, vel ex
ſuperſtitibus.

41 Secundo, quia non ſolum de iure noſtro Regio,
ſed etiam de iure Cæſareo nepotes in ſucceſſione
Patrui repræſentant perſonam paternam, & gradum
patris ſubintrant: *Authent. poſt fratres, la 1. C. de
legitim. hæredibus*, vbi etiam Doctores: *l.6. tit.13.
part.6.* Bart.*in l.2.§.1.ff.de ſuis,& legit.hæred.* Bald.
*conſ.101.à num.1.lib.4.*Peregrin.*de fideicom.art.20.
num.4.* Philip.Paſchal. *part.4.cap.9.num.18.*Robles
de Repræſentat:lib.2.cap.25.à num.9.

Et licèt de iure communi hæc repræſentatio non
extendatur in Tranſuerſalibus vltra tertium gradum
facta computatione ciuili, ſcilicet vltra filios fratrum,
*Auth.ceſſante, & Auth.poſt fratres, la 2. C.de ſuis,
& legitimis hæred.dict. lib.6.* Robles *de Repræſentat.*
42 *lib.2. cap.24. num.1.* Tamen in maioratibus extenditur
ad quemlibet gradum vltra filios fratrum, &
in linea tranſuerſali in infinitum habet locum repræſentatio,
ex *l.2.tit.15.part.2.& l.40.Tauri,*hodiè
l.5,tit.7.lib.5.Recopil. Robles *dict.lib.2.cap.24.
n.fin. in fine,* & copioſè *lib.3.cap.4.*

43 Tertio, nam in primogeniis idem iudicandum eſt
de vocatione filij *maioris*, ac de vocatione *primogeniti*,
quod *ſuprà*, ex authoritate multorum ex noſtris
probatum eſt, maximè Dom.Couarr. *practicar,
cap.38.num.6.* Dom. Molina *lib.3. cap.8. num.19.
verſic.Si enim id bene conſideremus, nulla differentia
inter verbum hoc*, filius maior, & filius primogenitus,
*poteſt aſſignari; imò verè vtrumque verbum,
vtrumque ſignificat.* Dom.D.Ioann. à Caſtillo *lib.5.
cap.93.§.1.à num.3.* Dom. D. Ioſeph Vela *tom.2.
diſſertat.49.num.35.* quos, & alios refert Vincent.
Fuſarius *de ſubſtitut.quæſt.385.n.47.*

Sed ſic eſt, quod vocato *primogenito*, non exclu- 44
ditur, imo admittitur repræſentatio, ideóque filius
nepos, vel pronepos primogeniti quantumuis minor
ætate excludit patruum, & patrueles,& alios maiores
ætate: Dom.Molina *dict.lib.3.cap.6.à num.3.* Dom.
Couarr. *practicar.dict.cap.38.num.6.& 11.& lib.3.
variar. cap.5. num.28.* Ioannes Guttierrez *practic.
lib.2.quæſt.40. à num.1.* Vincent.Fuſar. *de ſubſtitut.
dict. quæſt.387. à num.1.* vbi cumulauit quampluri-
mos cum quatuordecim fundamentis relatis à *num.2.
vſque ad num.22.* idem Dom. Molina *dicto lib.5.
cap.8.num19.* vbi alios referunt Additionator. Dom.
D. Ioann. à Caſtillo *dicto lib.3.cap.93.§.1. à num.4.*
Igitur idem dicendum eſt, vocato filio, vel nepote 45
maiore: prout inferunt ex ſimili Dom. Molina *dict.
cap.8.num.19.* Dom.D.Ioannes à Caſtillo *d.cap.93.
§.2.à num.4.* & alij relati à Vincent. Fuſar.*d.q.387.
num.46.& 47.*

Quartum & vltimum ſubtile atque non minus 46
validum fundamentum ab inconuenienti, & confuſione,
ſeu perplexitate euitanda, accepi ab amico
meo; & compatrono in Granatenſi hac Regali Cancellaria,
Aduocato D. Ioſepho de Moratalla Ortiz,
Viro quidem Papiniani ingenio virtute, prudentia,
atque ſuauitate magnopere prædito, qui pro nepote
minore ætate filio primogeniti dicebat, quod ſi quilibet
nepos maior, filius fratris minoris ætate præferri
deberet, contingere poſſet, quod duo, pluréſve
nepotes nati eademmet die, & hora, concurrerent
ad ſucceſſionem maioratus; & cùm tamen in maioratu
non niſi vnus ſuccedere poſſit, & omnes ætate
æquales ſuccederent in tali caſu, Vincentius Fuſarius
de ſubſtitut.quæſt.383.num.7. vbi quod ſi maior
natu ſit vocatus, ſi plures ſint in paritate ætatis omnes
admitti dicit. Et ſic materia maioratus, in qua 47
vnus ſolus ſuccedere valet, verſaretur in magna
confuſione, & perplexitate, quæ vitanda eſt, aliter
nulla eſſet nominatio, ſiue vocatio: *l.ſi Titio 16.
ff.de condict.inſtit. l.in tempus.62. §.quotiens, ff. de
hæred. Inſtitut.* vbi Modeſtinus, in caſu quo ſolum
vnum ſuccedere teſtator voluit & pares plures in vocatione
concurrant, ita dixit: *Quotiens non apparet
quis hæres inſtitutus ſit, inſtitutio non valet: quippe
euenire poteſt, ſi teſtator complures amicos eodem nomine
habeat, & ad deſignationem nominis ſingulari
nomine vtatur, niſi ex aliis apertiſſimis probationibus
fuerit reuelatum, pro qua perſona teſtator ſenſerit.*
idem etiam deciditur *in cap.quoniam.* vbi Abbas Panormit.*ſuper
verb.ſubſtitutum,de offic.delegat.*

Ideo ad hoc vt tale inconueniens propter perple- 48
xitatem,& confuſionem,euitetur; & vt ſuſtineri poſſit
voluntas inſtitutoris,recurrendũ ſanè erit ad regulam
lineæ ac repræſentationis, per quam ſuccedit
de iure noſtro Regio in primogeniis, vinculis, ſeu
maioratibus huius noſtræ Hiſpaniarum regionis.

Iam ergo recognoſcitur, veriorem eſſe hanc vlti- 49
mam ſententiam: ideóque pro parte nepotis minoris
ætate, attamen maioris per repræſentationem,cùm ſit
filius fratris primogeniti iudicandum cenſeo.

Et non obſtant fundamenta de contrario. Ad pri- 50
mum reſpondetur ex Alexandro *d. conſ.4. vol.4.n.1.*
quod tunc *Maior* in dubio debet intelligi de maiore

 natu,

natu, ſeu ætate, ſi ratio ſubiectæ materiæ aliam interpretationem non ſuadeat, *l.ſi pater.15.§.fin.* cum *leg.ſeq.ff. de adopt.l.cum qui, in princip. ff.de interdict. & relegat.* 51 At ſecundum ſubiectam materiam maioratus, hanc interpretationem nobis ſuadent iura Regni, cum quibus voluiſſe ſe conformare 52 inſtitutor præſumitur: Ergo intelligere debemus de nepote maiore, non ratione ætatis, ſed primogenituræ per repræſentationem.

Ad ſecundum: Reſpondetur quod ita naturaliter 53 & ciuiliter intelligimus verbum, *Maior,* ſicut verbum, *Primogenitus*; quia idem eſt dicere *maiorem natu,* quod *primogenitum*: Dom.Molina *lib.3.c.8. num.20.* Dom.D.Ioannes à Caſtillo, *lib.5. cap.93. §.1.num.4.* Vincentius Fuſar.*d. quæſt.387. num.41. & 46.*vbi idem reſpondit.

54 Ad tertium reſpondetur, quod repræſentatio non eſt fictio, ſed priuilegium: vti probat Robles de Salcedo *de Repræſentat.lib.1.c.6.à num.8. & lib.2. c.25.n.fin.in fine.*

55 Quartum denique de facili diluitur, quòd contraria ſententia *in deciſ. Luſitana 386.* relata ab Ant.Gama, ex eo ſe habeat, quia inter Tranſuerſales vltra filios fratrum repræſentationem admittendam non eſſe cenſuerunt. Quod non admittimus in maioratibus noſtris, in quibus datur repræſentatio inter Tranſuerſales, *ex leg. noſtra 40. Tauri,* & ſic non procedere debet apud nos dicta deciſio Luſitana: ideo eam reprobat Additionator Flores Diaz de Mena *dict.deciſ.387.aliàs 388.verſ.Author ſemper tenuit hanc ſententiam, ſed in deſcendentibus à primis vocatis abſque dubio datur repræſentatio, vt ſæpè diximus: & ſic non vera eſt, neque in his Regnis practicatur, ex l. 40. Tauri.* Idem Flores Diaz de Mena *in addit.ad Gamam,deciſ. 69. verſ. Quarta eſt,&c.*& *in deciſ. 348.* ibi: *Et ſemper diximus non procedere has deciſiones, quæ non admittunt repræſentationem inter Tranſuerſales, ſecundum leg. 40.Tauri.* Dom.D. Ioan. à Caſtillo,*lib.3.c.19.n.83. & à num.92.*Robles,*de Repræſentat. lib.2.cap.29. à num.19.* & alij quamplurimi relati ab Additionatoribus ad Dom. Molinam *lib. 3. cap. 7. num. 10. & 11.*cum Vincent.Fuſar.*quæſt.485.à n.16.*

56 Sed adhuc tamen reclamat difficultas, nam pater primogenitus, quem dicimus à nepote minore natu repræſentari, non fuit vocatus ad ſucceſſionem maioratus, nec ſpes aliqua in eo inuenitur, quam tranſmittere potuerit in filium.

Sed ad hoc vt ex miniſterio *legis 40. Tauri,* dari poſſit repræſentatio, neceſſe eſt quod perſona habeat tempore aliquo ius ſuccedendi in maioratu, licet non ſucceſſerit, cùm ſufficiat potentia ſuccedendi, quæ per repræſentationem deriuatur in filium, vel nepotem, qui in locum patris ſubintrat: Dom. Molina *lib.3.cap.7.num.3. in fin.*ibi: *Non enim concedimus admittendam eſſe repræſentationem primogenituræ parentis in filio, cuius pater aliquo tempore ius primogenituræ non habuit, ex quo excluſerit ſecundogenitum, & incluſerit omnes illos, qui ex eius linea proceſſerint.* Ibi etiam Additionatores *num. 4.* dixerunt: *Verum cum Authore cenſemus, quòd ſi nunquam habuit aliquam probabilem ſpem ſuccedendi, eo quod ſemper, & in omni tempore incapax fuiſſet; in eius filio, vel nepote, ius repræſentationis non datur, quia tunc radix atque origo ſucceſſionis adimitur, ex authoritate ſuprà cap. 5. num. 41. Secus verò ſi inhabilitas ſit contracta per aliquod accidens, quia tunc vitiat ſuam perſonam dumtaxat, non verò ſuam lineam: vt infrà lib.4.cap.11. num.10.* Robles *de Repræſent.lib.2.c.1.n.18.* Anton.Faber *lib.6.Cod. tit.de cond.inſert.tit.24.def.3.*

Ergo ſi patri non fuit aliquod ius ſuccedendi, nec filio erit: quam deduxit, & probat conſequentiam Robles de Salcedo *in additionibus ad tractatum de Repræſentat.lib.2.cap.29. num. 41.* ibi: *Ergo linea primogenituræ à Tranſuerſali patre, apud quem nunquam fuit, ad filium, qui eum repræſentare vult, deriuari, & continuari non poteſt: l. nemo plus iuris 54.ff.de reg.iuris: l.in vniuerſis 11. Cod. qui dari tutor.poſſunt: Paulus conſ. 164. num.4. & 5.lib. 2. Præpoſitus in cap.1.num.14.de feudo Marchiæ: Decius conſ.397.num.8. volum.2. Afflictis in cap.vnic. §.omnes filij,ex num.11.vſque ad 32.ſi de feudo fuerit controuerſia: Roland. à Valle conſ.39. num. 49. & 50. lib.4. & in reſponſo pro Triultiis, à num.73. 74.& 76.Ribera in d. reſponſ. à num.132. præcipuè num.138.vbi num.176. plures citat: Menoch. conſ. 269. num.64. 65. & 67.lib.3. Peregrinus conſ.33. num.27. lib.2. & colligitur ex Molina lib.3.de Hiſpanorum primogenijs,cap.6.ex n.30. & expreſſius in reſponſo pro eodem noſtro Rege,n.140.*

Ac per conſequens inter Tranſuerſales inſtitutoris maioratus non eſt locus repræſentationi; vt poſt alios dicunt Ribera *d.num.176.*Vincentius de Franchis *deciſ.266.*Andreas Georg. *allegat.30. ex n.70.* Franc.Ponte *conſ.39.à num.16. vſque ad 27.*Ceuallos *pract. quæſt. lib.3.quæſt.762.ex num.168.& lib. 4. quæſt.905. à num. 97.* Regens Ioan.Baptiſta Valenzuela,*conſ.23.à n.38.lib.1.* & Phæbus *deciſ. Luſitana 44.à n.8.*

Et idem de iure noſtro Regio dicendum aſſerit 57
Robles de Salcedo *à num. 42.* quod comprobat ad intelligentiam legis noſtræ *2.tit.15.par.2. & l.40. Tauri,* & Pragmaticæ ſanctionis editæ Anno 1615. hodie eſt lex *14.tit.7.lib.5.Recopil. à num.45.vſque ad num.74.* vbi *in fine* dicit ad intentum: *Secus autem erit dicendum, quando ſucceſſionis ingreſſio initium accipit in Tranſuerſalibus, vel omnino extraneis hæredibus inſtitutoris; tunc enim excluſa repræſentatione, proximior ſuccedit.*

Ergo in hoc caſu, quo ſucceſſionis ingreſſio ini- 58
tium accepit in tranſuerſalibus conſobrinis, ſeu nepotibus; & non in fratribus inſtitutoris, qui fratres vocati non fuerunt, nec ſucceſſores, ſed tantum vſufructuarij, ſeu provt dicitur *in deciſ.Luſitana 386.* Adminiſtratores, *in princ.* ibi: *inſtituit maioratum quondam fæmina Maria Alfonſi,& Meciam Ludouicam conſobrinam ſuam, & eius maritum Ferdinandum Reſteiro Adminiſtratores elegit, adiectis his conditionibus, vt vltimo eorum decedenti filius vtriuſque natu ſenior ſuccederet, & ad maioratum perueniret.* Excluſa repræſentatione ſenior nepos, licet ex patre iuniore ſuccedere debet: quia pater alterius quamuis primogenitus ius primogenituræ ſucceſſibile non habuit repræſentabile à filio ſuo, qui per repræſentationem ſubintrat locum inanem, & iure ſucceſſionis deſtitutum, vacuum, atque inutilem.

Sed nihilominus cum non minus ſubtili diſtin- 59
ctione atque declaratione reſpondetur, quod ſi vocatio nepotis maioris facta fuit habito reſpectu ad patrem, vel ad Auum; verbi gratia, *ſuceda el nieto maior de mi padre, o el ſobrino maior hijo de mi Hermano:* tunc quia contemplatione patris, vel fratris fit vocatio de nepote maiore natu, idem cenſetur ac ſi vocatus antea fuiſſet pater, vel frater: *l. ſed ſi plures,§.in arrogato, ff.de vulgar.* Matienzo *in l.3. tit.9.lib.5.Recop.gloſſ.4. ſuper verbo, Donatio de ſeñor,*

Digitized by Google

ñor, o de pariente, o amigo. Vbi Azeuedo *num.6.* & *in l.34.tit.6.lib.3.num.3.* & cum aliis Pater Thom. Sanchez *de matrimonio, lib.6.diſput.26.num.2.*

59 Contemplata autem perſona patris, vel fratris, cenſebitur, ſi pater, ſeu frater inſtitutoris viuat, & ex eo quod deſignet ſucceſſorem, licèt nomine appellatiuo; attamen cum nota & indicio, quòd ſit nepos ex eius patre, vel filius maior ex eius fratre, & maximè, ſi velit, quod pater, vel frater, dum vixerint, ſint vſufructuarij.

60 Præterea in hoc caſu ſi tempore quo frater, ſeu Tranſuerſalis aliquis inſtituit maioratum, eius fratres, ſeu conſanguinei viuerent, quamuis vocati non ſint ipſi, ſed eorum filij, nepotes ſcilicet, vel alij eorum deſcendentes, dubium non eſt, quin deficientibus nepotibus ſine deſcendentibus, & ſuperſtitibus parentibus fratribus inſtitutoris, ſucceſſuri ſint in maioratu ratione perpetuitatis. Quia legaliter, & ex natura perpetua maioratus cenſentur vocati, tanquam de familia, & ſanguine inſtitutoris, & cum aliquo tempore ſuccedere poſſint, & ius & potentiam habeant ſuccedendi, ideo repræſentari valent, & filius, ſeu nepos minor repræſentationem habet, & ſubintrare poterit per eam in locum patris primogeniti: *ex dict. l.40. Tauri, & pragmatica ſanctione, & authoritatibus ipſiſmet de contrario adductis.*

61 At verò ſi non fuit habitus reſpectus ad patrem, vel fratrem inſtitutoris, maximè quia tempore inſtitutionis iam erant mortui, & inſtitutor maioratus velit expreſsè quod ſucceſſio incipiat ab vno ex conſobrinis, qui maior ſit ætate, ita dicens: *Suceda en eſte maiorazgo el maior de mis ſobrinos*, tunc ad ſuccedendum repræſentatio ceſſat: quia pater, quem repræſentare vellet nepos, nullum ius habuit, quod repræſentare valeat filius, ideo ſuccedere debet nepos maior ætate, licèt ſit filius ex iuniore, excluſo alio nepote minore ætate, quamuis ſit ex primogenito, & parente ætate maiore: tunc enim inſtitutor independenter deſiderauit tantummodo quod ſucceſſor illam habeat qualitatem maioritatis in ætate; quia maior ætate propriè debet dici maior natu, & ſic intellexit de ſeniore ætate maiore: *c.lex eſt, 2.diſt. l.qui cum qui maior natu, ff.de operis libertor. §. minorem, Inſtit. de adopt.* Vincent. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.383.à n.2.& quæſt.387.à n.38.* & ſic ſoluitur hæc ardua quæſtio.

62 Ad aliam tandem quæſtionem non de raro contingentem operæpretium erit deſcendere: Quid ſi deſcendentes contendant de ſucceſſione maioratus, quòd quilibet eorum aſſerat deſcendere ex fratre primogenito, vel aliquo aſcendente, ætate maiore; & nullus probet quod intendit, cui eorum deferenda erit ſucceſſio maioratus, videndum eſt, cùm duobus deferri inſimul naturâ indiuiſibilis maioratus non compatiatur.

63 Sed de facili reſoluitur hæc quæſtio, ex ſuppoſitione, quod nemo probet ſe à filio, vel fratre maiore deſcendere: Quia cùm propter incertitudinem nemo eorum qui contendunt, poſſit ſuccedere per prærogatiuam lineæ, ex textu *in l.duo ſunt Titij, 30. ff.de teſtament.tutel. l.ſi fuerit, ff.de rebus dubiis, & l.in tempus §.1 .ff.de heredib.inſtit.* cum aliis relatis à Gloſſ. fin. *in d. l.duo ſunt Titij*, recurrere debemus ad gradum proximiorem vltimo poſſeſſori: & ſi fortè contendentes ſint in pari gradu, tunc recurremus ad ſexum ad hoc quod is, qui ſit maſculus, præferatur: Attamen ſi ambo maſculi ſint, recurremus ad ætatem, & ſic maior natu præferendus erit, quia in ſucceſſione maioratus quatuor neceſſariò conſideranda ſunt: in primis Linea, ſecundò Gradus, tertiò Sexus, quartò denique Ætas: Dom. Molina *lib.3.cap.4.n.13.& 14.*

64 Et ideo propter incertitudinem de eo, qui ſit in potiori linea, & probari non poſſit quis ſit maior natu ex parentibus litigantium, deueniendum eſt ad gradum, deinde ad ſexum, vltimo tandem ad ætatem: Addit. ad Dom. Molinam *d.lib. 3. cap.4. ſuper num. 15. & 14.* Marta *de ſucceſſione legal. 3. parte, quæſt.1 .art.2. num.41.* ibi: *& ceſſante ratione linearum, ſucceſſio reducenda eſt ad terminos iuris, vt qui proximior eſt defuncto, is omninò præferendus ſit*, &c. Ideo ſi duo æquè proximi ſint in gradu cum defuncto, & vltimo poſſeſſore, ſecundùm regulas iuris noſtri ad ſexum deueniendum erit: & ſi pares fuerint etiam in ſexu, tandem ad ætatem recurritur; quòd ſi fortè in his quatuor, nempe linea, gradu, ſexu, & ætate pares ſe habeant, tunc ſucceſſio moioratus ſorte dirimatur. Ex quibus finitur iſtud Caput ad laudem, & gloriam Dei optimi, & maximi.

CAPVT VI.

Ad illa verba leg. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. El hijo mayor que en las dichas dos caſas, *&c.*

SVMMARIVM.

1 *Lex* 7.tit.7.lib.5.Recopil. *in illis verbis:* El hijo mayor, que en las dichas dos caſas, a ſi juntas, por caſamiento podia ſuceder, ſuceda tan ſolamento en vno de los tales majorazgos, en el mejor, y mas principal que el quiſiere eſcojer. *Continet materiam latam & grauem Electionis; & an poſſit eligere ante tempus delata ſucceſſionis? Reſoluitur quod non, ſed tantum tempore quo delata ſit ſucceſſio, & poſtquam defertur, & n.2. & 3.*

4 *Eligere filius maior intra quod tempus debeat? non declarat lex ſeptima, ſed in hoc caſu reſoluitur quod debet eligere poſt monitionem, & requiſitus, dato tempore ad id iuſſu Iudicis, vt intra illud deliberet & eligat: Vſque ad num.11.*

12 *Et quid ſi eligere nolit intra tempus ei per iudicem aſſignatum? Reſoluitur cum diſtinctionibus traditis* in l. mancipiorum in 6. ff. de Optione legata: *& num.13.*

14 *Electio, de qua* in dicta leg.7. *non eſt libera, & abſoluta, ſed coarctata ad arbitrium boni viri: ideo primogenitus non poteſt eligere maioratum minorem in redditu, ſed maiorem, & magis principalem; cum aliter redundet in præiudicium aliorum ſucceſſorum, vſque ad num.17. incluſiuè.*

18 *Variatio in eligendo non admittitur in præiudicium ſecundogeniti, & eius iuris quæſiti: & num.19.*

20 *Eligentem non poſſe variare, traditur cum limitationibus remiſſiuè.*

21 *Minor, etiam adultus, furioſus, mente captus, vel demens, eligere non valet maioratum vnum ex incompatibilibus, niſi habeant tutorem, vel curatorem.*

Digitized by Google

curatorem, & cum authoritatibus Iudicis, vſque ad 25.

26 *Minor aduerſus electionem vnius ex maioratibus incompatibilibus non valet reſtitui, niſi probet fuiſſe læſum.*

27 *Minor an reſtitui debeat aduerſus præceptum non impletum? Vide remiſſiuè ad Dom. D. Ioann. del Caſtillo* lib. 5. cap. 7. num. 29.

28 *Mulier nupta eligere non valet vnum ex maioratibus incompatibilibus, niſi cum licentia & authoritate viri.*

29 *Primogenitus, qui ſolum habeat ſororem, quæ in maioratu agnationis non poſſit ſuccedere, & concurrat cum alio maioratu regulari, in quo fœmina poſſit ſuccedere, an debeat eligere maioratum Agnationis, & dimittere maioratum regularem, in quo valeat ſuccedere fœmina? & an idem, ſi primogenitus habeat fratrem vterinum, qui non valeat ſuccedere in maioratu fratris primogeniti ex parte patris? Reſoluitur hæc quæſtio ardua cum quadam diſtinctione, vſque ad n. 33.*

34 *Primogenitus, ad quem ſpectat ſucceſſio duorum maioratuum, ſi priùs vnum obtineat, an eum eligere cenſeatur, & alteri vacaturo renunciare?*

ARGVMENTVM.

Proſequimur interpretationem noſtræ Legis 7. *tit. 7. lib. 5. Recopilationis*, illic: *ſuceda ſolamente el hijo mayor en vno de los tales maiorazgos en el mejor, y mas principal que el quiſiere eſcojer.* Ex quibus deueniendo ad materiam ſatis latam de Electione, nonnullas magis vtiles, & contingibiles diſcutiendas eligam quæſtiones.

Prima, Quo tempore filius maior poſſit eligere? & an debeat requiri, & interpellari, & ei tempus per Iudicem aſſignari?

Secunda, intra quod, tempus debeat, eligere.

Tertia, quid ſi eligere nolit intra tempus ei aſſignatum; an tunc Iudex ex officio; vel ſecundogenitus, debeat eligere?

Quarta, an filius maior poterit eligere maioratum minorem in redditu, ſeu valore, aut qualitate? ad intelligentiam illius verbi: *en el mejor, y mas principal que el quiſiere eſcojer:* & an poſſit variare?

Quinta, Quid ſi primogenitus ſit minor; & an in integrum reſtitui debeat? Et quid ſi ſit mulier coniugata, an ipſa mulier, vel maritus eius eligere poſſit?

Sexta, Quid ſi primogenitus non habeat niſi vnicam ſororem, & vnus ex maioratibus, pone, ex parte patris, ſit maioratus Agnationis, ſeu ſimplicis maſculinitatis; alter verò ſit Regularis, an primogenitus poterit maioratum regularẽ eligere, & dimittere alium maioratum agnationis, ſeu ſimplicis maſculinitatis, in quo ſuccedere non poteſt ſoror eius, eo quod ſit fœmina? Et an idem erit, ſi filius maior habeat fratrem vterinum tantum ſecundogenitum, & in dicto fratre maiore natu concurrant maioratus ex parte patris, & maioratus ex parte matris, an poterit in præiudicium ſui fratris vterini eligere maioratum maternum dimittendo paternum, in quo vterinus ſuccedere non valeat, cùm ſit reſpectu eius extraneus? motus filius maior ex eo forſan, quod maioratus maternus ſit in redditu maior, vel in fraudem vterini ſecundogeniti, ad hoc vt nepos filius primogeniti ſuccedat in alio maioratu paterno: & quando electio præſumatur facta in fraudem?

Tandem remiſſiuè ſoluitur alia quæſtio; Quid ſi primogenitus, ad quem duorum maioratuum ſpectabat ſucceſſio, priùs vnum petat, & obtineat, an ex eo hunc eligere videatur, & alteri renunciare, quandocumque vacaturo?

NOSTRÆ legis 7. interpretationem proſequendo in illis verbis: *El hijo mayor, que en las dichas caſas aſſi juntas por caſamiento podia ſuceder, ſuceda tan ſolamente en vno de los tales maiorazgos, en el mejor, y mas principal, que el quiſiere eſcojer:* incidimus in materiam Electionis, ſeu optionis valdè latam, vtilem, & practicabilem: ſed nos nonnullas, quæ magis ſpeciem legis noſtræ concernunt deducere agitandas deſtinauimus quæſtiones. 1

Et inprimis quæritur, circa tempus electionis faciendæ, quonam tempore primogenitus poſſit eligere? Et reſoluitur poſſe tantum, quando delata eſt ſucceſſio vtriuſque maioratus incompatibilis: nam ſi poſſideat vnum tantum, & nondum delata fuerit ſucceſſio alterius, cùm non euenerit caſus prohibitionis, ſeu incompatibilitatis, nec caſus ſubſtitutionis in ſecundogenito, nihil agit primogenitus ſi tunc ante tempus eligat: *l. optione legata, 16. ff. de opt. & elect. leg. l. cum pater, 77. §. à filia, ff. de leg. 2.* in cuius veram intelligentiam mirificè ſe habet Dom. Molin. *lib. 4. c. 4. à n. 24.* Dom. Paz *de Tenuta, tom. 1. c. 34. à n. 52. cum ſequentibus.* 2

Et in terminis noſtræ legis 7. idem Dom. Paz *de Tenuta, tom. 2. cap. 57. num. 212.* Dom. Ioan. de Sorlozano *de Indiar. gubernat. tom. 2. lib. 2. cap. 18. num. 19. & 20.* 3

Secunda quæſtio eſt, intra quod tempus poſt delatam ſucceſſionem talium duorum, plurimue maioratuum frater primogenitus debeat eligere? Et non eſt definitum *in noſtra leg. 7.* 4

Quamuis enim in Indorum Commendis, ex eo quod incompatibiles ſunt, dies trigintaquinque aſſignantur; hoc ſpeciale eſt in dictis Indorum Commendis per Regiam ſchodulam, *ſub Dat. in oppido de el Eſcurial, anno Domini* 1564. de qua ad intentum mentionem facit, & eam refert Dom. D. Ioan. à Sorlozano *de Indiar. gubernat. d. tom. 2. c. 17. n. 100. & c. 22. n. 58.* 5

Ideo

6 Ideo iuuat recurrere ad ius commune, vbi eſt textus *in Authent. hoc amplius, Cod. de fideicom.* ibi enim hæres, vel legatarius cui onus in hæreditate, vel legato iniunctum eſt, intra annum, à die in qua ſit monitus à Iudice computandum, tenetur eligere, & implere iudicium defuncti, vel lucro hæreditario priuari. Argumento ergo huius textus videbatur, quod idem dicendum ſit in electione primogeniorum, quæ ſint incompatibilia: itaque ad hoc vt primogenitus, priuari debeat vno ex incompatibilibus, monitio debet præcedere, & tranſcurſus temporis anni à die quo fuit monitus à Iudice computandi.

7 Sed argumentum hoc non procedere in ſpecie noſtræ legis 7. & in materia incompatibilium, ratio ſuadet differentiæ, ex eo quod filius maior, ſeu primogenitus, in quo duo talia primogenia concurrunt, non tenetur adimplere onus aliquod ſibi iniunctum, nec ambo primogenia retinere, & ſimul poſſidere valet ratione incompatibilitatis, ſed ſolum tenetur eligere: & dum eligere poteſt, non eſt ei impoſita pœna priuationis, lex enim facultatem eligendi ei liberè conceſſit.

8 Sed *in Auth. hoc amplius*, fuit onus iniunctum ipſi hæreditati, quod implere debet hæres, qui vtrumque poſſidere poteſt quamdiu non erit requiſitus, ſeu monitus: & poſtquam monitus fuit de implendo, conceditur ipſi annus ad dimittendam per viam priuationis hæreditatem, vel onus adimplendum; & dum non fuerit monitus à Iudice, & lapſus terminus, lucro hæreditario non priuatur, nam priuatio eſt in pœnam non implementi; & donec præceſſerit monitio à Iudice, & terminus elapſus fuerit, ad pœnam deueniri non poteſt: arg. *l. renuntiaſſe. ff. ad leg. Iuliam de adulter.*

9 Quapropter noſtri Regnicolæ ea differentia ducti, deciſionem *d. Auth. hoc amplius,* non procedere in materia noſtra incompatibilitatis duorum, pluriumvè maioratuum, tenent Dom. Molina *lib. 2. cap. 14. num. 14. & 23.* Dom. Paz *de Tenuta, tom. 1. cap. 34. num. 44.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib. 5. c. 115. à num. 17.*

10 Quid igitur in hoc caſu tenendum eſt? Reſponde quod frater maior natu, ſiue primogenitus à ſecundogenito, vel alio, qui ſuccedere debet in altero maioratu, requiratur, ſeu interpelletur, & monitus iuſſu Iudicis ei aſſignetur terminus ad hoc vt infra vnum, vel duos menſes, ſeu aliud tempus ad arbitrium iudicantis, deliberet & eligat; prout in terminis electionis duorum, pluriumvè maioratuum incompatibilium, reſoluit Dom. Paz *de Tenuta, dict. tom. 1. cap. 34. num. 44. verſ. tunc namque moneri debet, & hoc caſu terminum arbitrio iudicantis reſtringi poſſe, nec annum neceſſariò expectandum,* &c.

11 Et quòd monitio, ſeu interpellatio in hoc caſu, & aliis ſimilibus requiratur, & quod iuſſus Iudicis neceſſarius ſit, & tempus, ſeu terminus pro iudicantis arbitrio ei ſtatuendus ſit ad eligendum, vltra Dom. Molinam, & alios allegatos per Dom. Paz *de Tenuta, dict. cap. 34. num. 44.* comprobant ex aliorum DD. authoritate Dom. D. à Caſtillo *lib. 5. c. 115. à num. 19. vſque ad num. 26.* Vincentius Fuſar. *de ſubſtitutionib. quæſt. 582. num. 10.* vbi dicit ex Menochio *conſ. 533. à num. 1.* quod taliter eſt neceſſaria interpellatio, quod nun ſufficiat ſola ſcientia poſſeſſoris primogeniti.

12 Tertia quæſtio eſt, ſi eligere nolit intra tempus ei à Iudice aſſignatum, an priuetur facultate eligendi? Ad hanc quæſtionem dirimendam recurramus ad Iuriſconſultum Pomponium, qui *in l. mancipiorum electio. 6. ff. de opt. vel elect. legata*: dixit, quod quando terminus ſtatuitur legatario ad eligendum, & intra terminum ei per Prætorem aſſignatum non elegerit, ſi res non fuerit integra. eo elapſo, eligere non poteſt legatarius, ſed hæres: igitur ex deciſione huius textus, ſi primogenitus intra tempus ſibi per Iudicem aſſignatum, & re adhuc integra, non elegerit, tunc ſecundogenitus eliget: & rem integram in hoc caſu dicimus, ſi antequam ſecundogenitus acceptet, ſeu petat poſſeſſionem vnius ex duobus maioratibus, primogenitus optet, ſeu eligat, licèt poſt tempus ſibi præfinitum: Nam poſt petitionem vel acceptationem, vel litis conteſtationem, vel poſt rem traditam lapſu termino, iam res non erit integra: Additionatores ad Dom. Molinam *lib. 2. cap. 4. ſuper num. 35.*

Attamen aduertendum eſt, quod ſi ſecundogeni- 13
tus eligat maioratum opulentiorem, ſeu maiorem in redditu, tunc Iudex reformare debet optionem ad mediocrem, ſeu minorem in redditu, attenta qualitate cum qua lex noſtra 7. conceſſit facultatem filio maiori ad optandum, ſeu eligendum, dum dixit: *En el mejor y mas principal que el quiſiere eſcojer.*

Quarta quæſtio opportunè cadit, quid ſi filius 14
maior eligat maioratum minorem redditu, an tunc etiam ſuſtineri poterit electio? Et videbatur quod ſic; quia electio debet eſſe libera ad voluntatem eligentis: ideo eligere poteſt minorem, mediocrem, vel maiorem maioratum, quem voluerit: *l. 2. in princ.* ibi: *Legatarius optabit quem velit, ff. de optione, & elect. legat. l. cum quidam 24. l. vnum ex familia, 67. §. ſi de falcidia, verſ. itaque,* ibi: *Eodem, vel diſpari gradu, ſatis erit vni reliquiſſe: ff. de legat. 2.* Dom. Molina *lib. 2. cap. 5. à num. 1. vſque ad num. 9.* copioſè Mieres *part. 1. quæſt. 72.* & cum aliis Carpiu *de Execut. & Commiſſar. lib. 2. c. 3. n. 8.*

Sed contrarium eſt verius in caſu noſtræ leg. 7. 15
quia in hac leg. electio, ſeu facultas conceſſa primogenito, non eſt libera, & abſoluta, ſed regulata, & ad arbitrium boni viri reſtricta, dum dicit: *En el mejor, y mas principal que el quiſiere eſcojer.*

Et quando electio ita regulata eſt, eligens nor- 16
mam, ſeu regulam à lege, vel ab inſtitutore datam ſequi debet: Dom. Molina *lib. 2. d. cap. 5. à num. 45.* Carpio *de Execut. & Commiſſ. lib. 2. c. 8. n. 9. lib. 10. & 11.* per text. *in d. l. cum. quidam, 24. poſt principium, verſ. an ſi ita, ff. de leg. 2.*

Ideo primogenitus ſi eligat ex maioratibus mino- 17
rem in reddittu, ſeu valore, vel qualitate, vel minùs principalem, nihil agit: nam ad arbitrium boni viri debet eligere meliorem, vel mediocrem, ſi æquales, ſiue æquè principales concurrant, vel eiuſdem qualitatis, vel dignitatis, vel valoris: ita in indiuiduo ad interpretationem, & verum ſenſum *huius noſtræ leg. 7.* in illis verbis: *En el mejor, y mas principal,* &c. tenet Dom. Paz *de Tenuta, tom. 2. cap. 57. num. 213. in fin. & 214.* dum dixit: *Electio enim, quæ à leg. 7. ei conceditur, non eſt libera, & abſoluta, ſed cum illa qualitate, vt fratri ſecundogenito alter maioratus deferatur,* ibi: *En el mejor y mas principal, que el quiſiere eſcojer. Negat itaque lex facultatem minoris valoris maioratum eligendi, cùm abſque fraude fieri nequeat: certum enim, & veriſimilius eſt, illum, qui ius habet eligendi illud, quod ſit melius, & non quod ſit peius, eligere debere. Electio itaque à l. 7. data & conceſſa, iuri, & rationi debet eſſe conſentanea, videlicet, quando primogenia ſunt*

æqualia,

Digitized by Google

æqualia, vel vnum eorum eſt maioris valoris, minoris verò qualitatis, ita vt inter prudentes dubitari queat quis ex iſtis melior maioratus ſit. Sed ſi primogenitus electione abutens, minorem maioratum eligat, electio non valebit tanquam facta in fraudem, &c.

18 Quid autem quando primogenitus ſemel elegit, an poſtea poſſit variare?

19 Pro Regula conſtituendum eſt, quod ſemel eligens primogenitus, variare non poteſt: *l. ſerui, electione, 5. ff. de leg. 1 l. apud Aufidium, ff. de opt. vel elect. leg. l. vobis, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignificat. c. ſi electio, de elect. lib. 6. l. 25. tit. 9. part. 6.* & ad idem faciunt *l. Paulus, ff. de bonis libert. l. eum qui: & l. contra maiores, Cod. de inofficioſ. teſtam.* cum ſimilibus: Dom. Paz *de Tenuta, tom. 1. cap. 35. num. 54.* & copioſè Additionatores ad D. Molin. *lib. 3. cap. 2. num. 30.* vbi rationem reddunt, quod eligens vnum ex contrariis alteri renuntiare cenſetur, *ex l. fin. Cod. de Codicill. lib. 4. Codic. depoſiti: l. quamuis, Cod. de vſuris: l. commiſſoria, Cod. de pactis.* Et quia ſtatim cùm ius ſecundogenito quæſitum ſit, variatio in eius præiudicium non admittitur: ſicut videmus, quod ex conſuetudine optandi, optio fieri non poteſt de beneficiis reſeruatis, *cap. vltim. de conſuetudin. lib. 6.*

20 Sed hæc Regula plures limitationes patitur, quas tranſcribere ſuperfluum erit, cùm poſſint facilè legi, & percipi cum eruditione, apud Dom. Molinam, *lib. 2. c. 4. à n. 23. vſque ad num. 50.* Vbi etiam Additionatores: Aluar. de Valaſco *conſultat. 102.* Mieres *parte 1. quæſt. 18.* Pereira *de nominat. emphyteut. part. 3. cap. 3.* Dom. Ioan. à Caſtillo *lib. 2. cap. 26. à n. 63. & lib. 5. c. 80. à n. 18.*

21 Quinta erit quæſtio: quid ſi primogenitus ſit minor? Reſpondeas, quod ſi ſit infans, vel impubes, eligere non valet: maximè ſi ſit intra ſeptennium: *cap. ex eo, 32.* ibi: *Cum tam iuris quàm rationis exiſtat, vt talis cùm diſcretione careat ad præſtandum in electione ſuffragium nullatenus admittatur.* Vbi etiam Gloſſ. *verb. ſuffragium, de electione, in 6.* Paulus de Citadinis *de iur. patronat. part. 6. art. 3. quæſt. 45.* poſt Abbat. Panorm. *in cap. fin. de conceſſ. Præbenda:* Roch. de Curte *de iur. patronatus, verb. competens alicui, num. 12. quæſt. 3.* Lambert. *de iur. patronat. lib. 1. art. 14. quæſt. 7. princ. parte 1. num. 1. & 2. fol. mihi 58.* Caldas Pereira *de nom. emphyteot. quæſt. 4. num. 7.* Viuianus *in prax. iur. patron. lib. 8. cap. 2. n. 25.* Narbona *de ætat. in Anno 7. quæſt. 22. à num. 9.*

22 Et idem, ſi ſit mente captus, furioſus, vel demens; quia omnia, quæ diſponuntur in minoribus, extenduntur ad mente captos, furioſos, vel dementes: Gloſſ. *in l. 2. Cod. de curator. furioſ.* Eucrardus *in loco 73. de minoribus, ad furioſos:* Stephanus Grat. *tom. 5. cap. 861. n. 17.*

23 Sed eorum, ſcilicet minoris, impuberis, mente capti, furioſi, ſeu dementis Tutor, ſeu Curator, tunc electionem habet nomine minoris, furioſi, vel dementis: *l. pupillus,* vbi etiam Bart. *ff. de adquirend. hæredit.* & Gloſſ. *verb. ſuffragium, in d. cap. ex eo, de electione, in 6.* maximè in noſtro caſu; nam cùm agatur de re familiari, minor non dabit vocem nec electionem niſi per Tutorem: Bald. & Iaſon *in l. maiorem, Cod. de pactis:* Azeuedo *in Curia Piſana, lib. 1. cap. 12. n. 6.*

24 Attamen hoc Tutor, vel Curator, debet facere cum authoritate Iudicis: Nam eligendo vnum ex duobus maioratibus incompatibilibus, videtur alterum repudiare, & repudiatio eſt ſpecies alienationis, quam non poteſt facere niſi accedente Prætoris authoritate: *l. magis puto. §. fundum, ff. de rebus eor. qui ſub tutela ſunt:* ita enim dicitur in textu: *Fundum, aut legatum repudiare pupillus ſine Prætoris authoritate non poteſt, eſſe enim & hanc alienationem, cùm res ſit pupilli, nemo dubitat.* Quem textum magiſtraliter explicat Alexand. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 2. reſol. 9. de minoribus, n. 6.*

25 Exinde teneo, quod etiam pubes, ſeu adultus, per ſe ſolum eligere non poteſt ſine aſſiſtentia Curatoris, & Iudicis authoritate: argum. textus *in l. qui neque, §. 1. l. ſi prædia, in princ. ff. de rebus eorum.*

26 Quo ſuppoſito, infertur etiam, quod in electione vnius duorum incompatibilium maioratuum, ſi minor fuerit læſus, erit in integrum reſtituendus, & non aliter: quia ad hoc vt poſſit reſtitui debet eſſe minor, & læſus: *l. verum, 11. §. ſciendum, l. quod ſi minor. 24. §. non ſemper, l. non omnia 44. ff. de minorib. l. 5. tit. 19. part. 6.* & *ibi* Gloſſ. 7. Gregoriana.

27 Et an minor debeat reſtitui aduerſus præceptum non impletum? Vide Dom. D. Ioan. del Caſtillo *lib. 5. cap. 7. n. 29.*

28 Hactenus de minore primogenito. Quid de primogenita, quæ ſit nupta, an ipſa vel maritus eius eligere poſſit? Dic quod ipſa mulier, non autem maritus eius poteſt eligere; concedere autem licentiam debebit, & ſi denegauerit, ſola mulier eliget, Palacius Rubius *in Rubric. de donationibus inter vir. & vxor. §. 43. num. 10.* Burgos de Paz *in proœmio legum de Foro, num. 5.* Dom. Molina *lib. 1. cap. 24. num. 32.* Guttier. *de Tutelis, part. 3. cap. 29. num. 4.* Nicolaus Garcia *de beneficiis, part. 5. cap. 9. n. 185.* Barboſ. *in l. diuortio, §. ſi vero, num. 57. ff. ſolut. matrimon.* Iulianus Viuianus *de iure patronatus, cap. 7. num. 8.* & cum aliis Additionat. ad Dom. Molinam *d. cap. 24. num. 32.*

29 Sextò accedamus ad contingibilem quæſtionem; quid ſcilicet ſi primogenitus non habeat niſi vnicam ſororem, & vnus ex duobus maioratibus ex parte Patris, ſit Agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, alter verò ſit Regularis, poteritnè primogenitus Regularem eligere, & dimittere maioratum Agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, in quo ſoror ſuccedere non valet, eo quòd ſit excluſa propter ſexum, & exinde neceſſariò in eo; & in alio electo ſuccedat, contra diſpoſitionem noſtræ legis ſeptimæ, primogenitus, vel eius filius ſi filium habeat?

30 Et hæc quæſtioni ſimilis erit, ſi primogenitus habeat fratrem vterinum tantum, ſecundogenitum; & in primogenito concurrant duo tales maioratus, vnus ex parte patris, & alter ex parte matris communis, poteritne eligere maioratum maternum, & dimittere paternum, in quo vterinus frater eius ſuccedere non valet, cùm ſit reſpectu eius, extraneus? motus filius maior ex eo forſan, quod maioratus maternus ſit in redditu ſeu valore maior, vel in fraudem vterini ſecundogeniti, ad hoc vt nepos filius primogeniti, vel alius ex linea paterna ſuccedat in maioratu?

31 Dom. D. Chriſtophorus de Paz *in ſuo tract. de Tenuta, tom. 2. cap. 57. num. 213.* ita hunc vltimum caſum figurat: *Supponamus inter Franciſcum, & Catharinam matrimonium fuiſſe contractum, & tempore nuptiarum maioratum vtrumque poſſidere; Franciſcum, octo millia Ducatorum; Catharinam, quatuor millia annua præſtationis: deinde mortuum fuiſſe Franciſcum, vnico tantum filio ſuſcepto; Catharinámque ad ſecundas nuptias tranſiiſſe, & obiiſſe*

alio

Digitized by Google

alio filio, vel filia relicta ex ſecundo matrimonio: frater vero vterinus prioris matrimonij vult eligere hunc maioratum maternum; & vtriuſque ſucceſſione fratrem, vel ſororem priuare; in primogenio enim Franciſci, ipſi tanquam extranei ſuccedere nequeunt; quæſtionis eſt an poſſit?

32 Quam difficultatem reſoluendam cenſemus cum Dom. Paz *in dict. cap. 57. à num. 213. vſque ad n. 222,* cum hac diſtinctione: ſi maioratus maternus, vel maioratus regularis ſit maior in redditu; valore, & qualitate, & cum eligat primogenitus, bene poterit: quia vtitur iure ſuo, & iuxta dictæ legis ſeptimæ diſpoſitionem, quæ illam facultatem ita qualificatam ei conceſſit, *en el mejor y mas principal que el quiſiere eſcoger.*

33 Sin autem maioratus maternus, vel regularis, à primogenito electus, fuiſſet coæqualis, ſiue ferè æqualis, vel minor in valore; tunc ſoror, vel vterinus ſecundogenitus in illo maioratu, in quo valeat ſuccedere, habebit ius ſuccedendi, tanquam ſi primogenitus alium elegiſſet, quia tunc ſicuti fraudulenta iudicari debet electio aliter facta, & in præiudicium ſecundogeniti non erit valida: probatur ex textu *in l. 1. §. penultimo, & l. Iulianus, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt. l. ſi id quod; ff. de liber. legat. l. ſi patrem, §. vltim. ff. quemadmodum ſeruit. amittat. cap. fin. de renunt. lib. 6.* quos textus allegat Dom. Paz *de Tenuta, dict. cap. 57. num. 215. & 216.* vbi refert ad intentum optimam doctrinam magiſtralem Bartoli, *in l. ſi mihi, & tibi, num. 3. ff. de legatis, 1.* dum dixit: *Aut repudiat ad incommodum aliorum, & ad commodum ſuum; & tunc aut ille aut alius, in cuius incommodum repudiat, illud habiturus erat ex diſpoſitione defuncti, ex cuius perſona repudiat, & non poteſt repudiare: vt notatur in dict. §. & ſi Titius: Aut alio modo cedit in ſuum incommodum, ad commodum tamen repudiantis; & poteſt repudiare.*

34 Reſtat denique: quid ſi primogenitus, ad quem ſpectabat ſucceſſio horum duorum maioratuum, priùs vnum obtineat, an eum eligere cenſeatur, & alteri vacaturo renuntiare, ſiue ſit maioratus ex parte patris, ſiue ſit alius ex parte matris? Hanc quæſtionem reſoluunt Additionatores ad Dom. Molinam *lib. 3. cap. 2. num. 30. verſ. Vlterius circa materiam, & deciſionem dict. leg. Regiæ ſeptima, tit. 7. lib. 5. Recopilat. alia occurrit quæſtio apud Pragmaticos in hiſce maioratibus controuerſis non ſemel agitata: ſcilicet, vtrum primogenitus, ad quem duorum maioratuum ſpectabat ſucceſſio, ſi priùs vnum obtinuit, ſiue ex parte patris, ſiue ex parte matris, ab altero vacaturo illicò excluſus cenſeatur?* Et nos quoque latè, & ex profeſſo ſuprà, *part. 7. cap. 5. ſuper Clementina, Gratia, de Reſcriptis,* tractauimus. Et ſic omnes propoſitæ quæſtiones abſoluuntur: vtinam nos abſoluti à culpis mereamur poſt mortem peruenire ad Creatorem viſibilium, & inuiſibilium, Dominum Deum noſtrum.

* * *

CAPVT VII.

De eadem leg. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. *in illis verbis:* y el hijo, o hija ſegundo ſuceda en el otro maiorazgo.

SVMMARIVM.

1 *Lex* 7. tit. 7. lib. 5. Recop. *in illis verbis:* y el hijo, o hija, ſegundo ſuceda en el otro maiorazgo: *Explicatur ad recognoſcendum, quis ſit iſte filius, vel filia ſecunda, qui, vel quæ ſuccedere debeat.*

2 *Secundogenitus dicitur Primogenitus reſpectu Tertiogeniti, & n. 3.*

4 *Secundogenitus dicitur ille, qui tempore delatæ ſucceſſionis eſt ſecundogenitus, & n. 5.*

6 *Secundogenitus an debeat intelligi de vero, vel de ficto?*

7 *Filia ſecundogenita an poſſit ſuccedere in maioratu irregulari, veluti in maioratu Agnationis à quo ſit excluſa fœmina? Reſoluitur quod ſic cum diſtinctione inter diſpoſitionem hominis, & diſpoſitionem legis, & n. 8. 9. & 10.*

11 *Lex* 7. tit. 7. lib. 5. Recop. *an habeat locum in maioratibus incompatibilibus ex diſpoſitione hominis, & n. 12. & 13.*

14 *Sequens in gradu quis dicatur? Reſoluitur vſque ad n. 16.*

17 *Linea primogeniti, & linea ſecundogeniti, ſunt omnino diuerſæ, & ſic vocato ſecundogenito, ſuccedunt eius filij, & deſcendentes, & non Tertiogenitus, qui conſtituit aliam lineam diuerſam, ac differentem, & n. 18. & 19.*

20 *Nepos an præferri debeat patruo in ſucceſſione maioratus? antiqua erat quæſtio ita ardua, & difficilis, vt ad arma ſæpiùs deueniretur: ſed tandem pro nepote deciſum fuit in* l. 40. Tauri, *quæ tamen hodie limitatur in caſu diſpoſitionis* leg. noſtræ 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. *vbi non nepos ſed patruus præfertur, & n. 21. & 22.*

22 *Linea differt à gradu, & continet gradum, non autem gradus lineam: inde deſcenditur ad reſoluendas aliquas quæſtiones, vſque ad fin.*

ARGVMENTVM.

Proſequimur interpretationem noſtræ legis 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilationis,* ſuper illis verbis: *Y el hijo, o hijo ſegundo, ſuceda en el otro maiorazgo:* vbi in primis agendum eſt quis ſit ſecundogenitus, & de aliis quæſtionibus ſecundogenitum maſculum, & ſecundogenitam concernentibus: deinde an quod diſpoſitum eſt in *hac lege* inter duos maioratus diſpoſitione legis incompatibiles, debeat obſeruari inter duos maioratus per diſpoſitionem hominis incompatibiles, quando ab inſtitutore cautum non eſt

Digitized by Google

ad quem deuenire alter ex duobus dictis maioratibus debeat?

Secundo, ſi in maioratu ex diſpoſitione hominis dictum ſit, quod in altero maioratu ſuccedat ſequens in gradu; an ſequens in gradu debeat intelligi de filio primogeniti, vel de ſecundogenito, vel eius filio ſeu deſcendente, ad hoc quòd ſi tempore vacantis alterius ex duobus incompatibilibus maioratibus, primogenitus vnũ, vel duos habeat filios, inter quos maioratus diuidi poſſint, & ſimul habeat fratrem ſecundogenitum, iudicari poſſit, quis in altero maioratu incompatibili ſuccedere debeat, filiusne primogeniti, vel eius patruus ſecundogenitus?

1 DVM proſequitur lex noſtra 7. illis verbis: *el hijo, o hija ſegundo ſuceda en el otro maiorazgo*; neceſſe eſt hic examinare quis ſit filius, vel filia ſecunda, cui talem ſucceſſionem deferri vult. Et filius ſecundus eſt in hoc caſu, qui ſequitur, immediatè poſt filium primum, ſeu primogenitum, qui in altero maioratu principali ab eo electo ſucceſſit, quia ſecundus dicitur reſpectu primi: *l. creditor. §. ſi primus, ff. qui potiores in pignore habeantur: l. qui ſoluendo, ff. de heredibus inſtitnend.*

2 Ideo Secundogenitus reſpectu Tertiogeniti, dicitur Primogenitus, quia ſecundus reſpectu ſequentium dicitur primus, cùm nemo eum præcedat: Paul. de Caſtro *conſ.* 164. *n.* 9. *lib.* 2. Beroius *conſ.* 120. *n.* 82. *in fin. lib.* 2. Fontanel. *de pact. matrimonial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *part.* 1. *n.* 40. Dom. Valenz. Velazq. *conſ.* 23. *n.* 18. *& conſ.* 69. *num.* 8. Marta *de ſucceſſ. legal. par.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 2. *per totum*, Dom. Ioan. del Caſtil. *tom.* 5. *cap.* 93. §. 1. *n.* 3. Anton. de Amato *reſol.* 1. *n.* 30. Addit. ad Dom. Molin. *lib.* 1. *c.* 5. *n.* 20. *&* 21.

3 Idem Mieres *part.* 2. *quæſt.* 4. *illat.* 3. *n.* 2. vbi tenet, quod ſtante Statuto, quod filius primogenitus ex primo matrimonio ſuccedat excluſis filiis ſecundi matrimonij; ſi non adſint filij primi matrimonij, ſuccedent filij ſecundi, & reddit rationem, ibi: *quia ſecundum matrimonium habito reſpectu ad tertium, dicitur primum, & tertium dicitur ſecundum: & quod ad id facit textus in l. ſed ſi ex modica, §. ſi filius, ff. de bonis libertinor.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.* 5. *cap.* 93. §. 1. *num.* 32. vltra Menoch. *conſ.* 97. *à n.* 15. & Card. Manticam *de coniect. vltimar. volunt. lib.* 8. *tit.* 10. *n.* 8.

4 Animaduertendum tamen eſt cum Mieres *dict. part.* 2. *quæſt.* 4. *illat.* 3. *num.* 12. quod hic ſecundogenitus dicitur ille, qui reperitur tempore conditionis euenientis, & ſic tempore delatæ ſucceſſionis: ex Menoch. *conſ.* 269. *num.* 24. *lib.* 3. Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.* 5. *dict. cap.* 93. §. 1. *à num.* 33.

5 Vnde Franciſcus Viuius *deciſ.* 502. maximè, *num.* 2. *lib.* 4. tenet, quod legatum relictum ſecundogenito non debetur ipſi ſecundo in ordine nato, quando tempore quo cedit dies legati, primogenitus erat mortuus: quia ſecundus in ordine natus dicetur tunc Primogenitus, & ſic Tertius in ordine natus, erit Secundogenitus, cui debetur tale legatum: quem refert, & ſequitur Dom. D. Ioan. à Caſtillo *lib.* 3. *dict. cap.* 93. §. 1. *num.* 33. *in fin.* Additionat. ad Dom. Molinam *de Primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 20. *&* 21. *verſ. ex quibus infertur, quod ſi legatum filio ſecundo, vel tertiogenito eſſet relictum, &c.*

Sed an vocato filio ſecundo, ſeu ſecundogenito, 6
ſi primogenitus ſine filiis decedat, debeat intelligi de vero, vel ficto primogenito, ſeu ſecundogenito; prout erit quando primogenitus, vel ſecundogenitus ingreſſus fuit Monaſterium, quod habetur loco filii; licèt verè filius non ſit, ſed fictus? Hanc quæſtionem de filio primogenito, & ſecundogenito vocato ad ſucceſſionem maioratus diſputat ex profeſſo Molinus *de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæſt.* 26. vbi eam reſoluit magiſtraliter cum diſtinctionibus, & ſubdiſtinctionibus: Perengarius Fernandez *in cap.* 1. *de filiis naturalibus ex matrimonio ad morganicam contracto, in præludio, c.* 10. & alij, ad quos remitto lectorem.

Sed antequam hinc abeamus, notandum eſt 7
contra Mieres *part.* 2. *quæſt.* 4. *illat.* 3. *num.* 11. vbi ita dixit: *quod ſi à fundatore maioratus cautum ſit, quod filius primogenitus non ſuccedat in maioratu, ſed filius ſecundogenitus, quia teſtator abhorruit confuſionem agnationis nominis ſui, & familiæ, ac armorum, talis diſpoſitio eſt intelligenda, & moderanda, ſi filius ſecundus ſit maſculus: & quod ſi fœmina fuerit, nequaquam eſt admittenda ad ſucceſſionem talis maioratus: quia ſi admitteretur, eſſet vera, & propria confuſio nominis, & armorum, ac bonorum vinculatorum; & ex diametro contradiceret menti teſtatoris, & rationi, qua motus fuit ad faciendam, & ordinandam talem diſpoſitionem. Et illa vocatio de filio ſecundogenito, eſt temperanda, ſi ſit habilis & idoneus, & in ipſo concurrant qualitates à fundatore requiſitæ, & in quo memoria teſtatoris conſeruetur, & perpetuetur: argum. l. Lucius Titius, §. Lucius Titius, ff. de leg.* 2. *l. vt gradatim, §. & ſi lege, ff. ad municipalem: cum iuribus concordantibus, quæ ſcripſi in principio iſtius quartæ quæſt. Et pro hac concluſione, quam ſemper ego veriſſimam putaui, varij varia ſcripſerunt ſuper Marchionatu de Moya: in qua ſecundum iſtam ſententiam pronuntiatum fuit pro maſculo in ſupremo Regali Concilio: & ideo ego in hoc latius non inſiſto, nec profundas & importunas allegationes, quæ ſuper hoc factæ fuerunt, hic inſerere placuit: ſufficit, vt prædixi, quod ita diffinitum fuit in Regali Conſilio poſt magnam Iudicum, & Aduocatorum contentionem*: arg. *leg.* 3. *Cod. de legibus, &c.*

Hactenus Mieres: cuius opinioni, ſeu ſenten- 8
tiæ aduerſatur deciſio *legis noſtræ ſeptimæ, tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat.* in verbis de quibus eſt noſter ſermo, ibi: *y el h*[illegible]*o hija ſegundo ſuceda en el otro maiorazgo.* Ecce quod expreſsè deciſum eſt, quod filia ſecundogenita ſuccedere debet in alio maioratu incompatibili, ſoror primogeniti, ſi non adſit maſculus ſecundogenitus: ergo in maioratu incompatibili filia ſecundogenita erit ſucceſſura, & habilis ad ſuccedendum: ideo Mieres reprobari debet in eo quod dixit, quòd ſi fœmina fuerit, nequaquam eſt admittenda.

Sed ego hanc controuerſiam componerem cum 9
diſtinctione, inter diſpoſitionem hominis, & diſpoſitionem legis; vt in diſpoſitione hominis, & caſu

caſu, de quo loquitur Mieres, eius ſententiam admitterem, ſi voluntas diſponentis eſſet clara, atque interpretatio eius ad excluſionem fœminæ neceſſaria, vt non contraueniatur menti teſtatoris. At verò in diſpoſitione legis, nequaquam; quia lex noſtra 7. apertè loquitur in contrarium, dum dicit: *Y el hijo, o*
10 *hya ſegunda ſuceda en el otro maiorazgo.* Quæ differentiæ ratio colligitur ex textu *in Auth. de teſtament. & fideicom. §. nos igitur*, dum dixit: non qui à lege, ſed qui à teſtatore anteponitur, præferendum eſſe: *l. ad probationem, Cod. de probationibus.*

11 Exinde cùm hac diſtinctione ac diſcrimine inter maioratus incompatibiles ex diſpoſitione legis, & incompatibiles ex diſpoſitione hominis, reſoluitur alia quæſtio: Vtrum quod diſpoſitum eſt per legem noſtram 7. *tit. 7. lib. 5. Recopilat.* maximè ſuper verbis in hoc cap. relatis, habeat locum in maioratibus per diſpoſitionem hominis incompatibilibus? Nam ſi cautum, ſeu prouiſum eſt ab inſtitutore de ſucceſſore in alio maioratu incompatibili, id impleri debet: quia contra diſpoſitionem, ac mentem inſtitutoris diſpoſitio legis non tenet: prout maximè in materia maioratuum incompatibilium, ad intelligentiam *d. noſtræ legis 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* aduertunt, licèt ad alium intentum, Dom. Valenzuela Velazquez,
12 *conſil. 83. num. 140.* quod diſpoſitio *noſtra dicta l. 7.* non habet locum in diſpoſitione hominis, & Dom. D. Ioannes à Caſtillo, *lib. 6. cap. cap. 179. ferè per totum*, maximè *à num. 15. vſque ad finem: ex verſ. ponderauit quoque quod diſpoſitio legis generalis non trahitur ad caſum hominis ſpecialem; & caſus continens ſpecialem prouiſionem, non comprehenditur in generali: l. doli clauſula, ff. de verbor. oblig. l. ſed & ſi per Prætorem, ff. ex quibus cauſ. maior. l. alimenta. §. Baſilica. ff. de alim. & cibar. legat.* &c.

13 At verò ſi non eſt prouiſum à teſtatore ſeu maioratus inſtitutore, tunc recurrendum eſt ad id quod prouiſum eſt per diſpoſitionem legis: ideo quando inſtitutor non declarauit in ſua diſpoſitione ad quem deuenire dedeat ſucceſſio alterius ex duobus incompatibilibus maioratibus, volens ſolummodo quod iungi non poſſint, imò diuiſi tranſeant in ſucceſſores, tunc in altero ex duobus ſuccedet filius maior, & in alio eius frater ſecundogenitus: quia tunc in tali caſu omiſſo, præſumitur, inſtitutorem cum diſpoſitione legis maximè municipalis, ſeu ſtatuti ſuæ patriæ ſe voluiſſe conformare: *l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellianum:* Dom. Molina *lib. 1. cap. 14. num. fin.* Mieres *in initio ſecundæ partis, num. 174.* copioſè Vincent. Fuſar. *de fideicom. ſubſtit. quæſt. 325. num. 9. & quæſt. 402. num. 62. & quæſt. 481. num. 2.*

14 An autem idem erit, ſi lex, vel homo dicat, *ſuccedat in alio maioratu incompatibili ſequens in gradu ſeu proximior poſt primogenitum*, ac ſi dicatur à lege, vel ab homine, *ſuccedat in alio maioratu incompatibili filius ſecundus, vel ſecundogenitus, ſeu ſecundogenita.*

15 In hac quæſtione tanquam perdifficili multùm inſudant Dom. D. Ioannes à Caſtillo, *lib. 5. part. 2. cap. 17. per totum*, eámque in confuſo reliquit.

16 Sed ego de facili reſoluendam iudico, nullam in ea ſentiens difficultatem; & quando aliquam haberet, eam enodauit ex aperto lex noſtra ſeptima, dum dicit: *y el hijo, o hija ſegunda ſuceda en el otro maiorazgo:* vbi continet vocationem de filio ſecundo, vel filia ſecundogenita: & *l. 45. Tauri*, ibi: *ſe transpaſſe la poſſeſſion cibil y natural en el ſiguiente en grado:* vbi continet vocationem de ſequente in gradu.

In noſtra enim lege ſeptima ſub vocatione filij 17
ſecundi, ſiue ſecundogeniti, non comprehenduntur filij, ſeu deſcendentes ex linea primogeniti: illa enim linea cenſeri debet excluſa, cùm ſolummodo vocata ſit linea ſecundogeniti, ſiue filij ſecundi: nam quilibet ex filiis, ſeu fratribus conſtituit ſibi, & ſuis lineam, quæ initium ſumit à perſona filij ſecundi; & ſic filius ſecundus facit propriam lineam reſpectu ſuorum deſcendentium, diuerſam à linea primogeniti, & ſuorum: Mieres *part. 2. quæſt. 6. num. 70.* poſt Philippum Decium *conſ. 379. num. 1. volum. 2.* vbi dixit, *quòd ſemper tot nouæ lineæ pullulant, quot ſunt filij:* Robles de Salcedo *de Repræſentat. lib. 2. cap. 30. num. 18. & lib. 3. cap. 4. num. 15.* & antea *num. 16.* vbi dixit ex Dom. Couarr. Peralta, Dom. Molina, & aliis: *quod primogenitus in Deſcendentium linea primum, ſecundogenitus ſecundum caput conſtituunt, vt eo ordine ad inſtar edicti Prætorij de bonorum poſſeſſionibus ad maioratus ſucceſſionem admittantur filij, quorum quilibet propriam efficit lineam, vt alter de alterius linea non dicatur.*

Vnde rectè ex optima Iuriſprudentia, validiſque 18
rationibus aſſerunt Robl. de Salced. *de Repræſ. lib. 2. cap. 6.* Dom. D. Ioan. à Caſtillo, *lib. 5. part. 2. c. 178. vſque ad num. 18.* atque Dom. D. Ioannes Baptiſta de Larrea *tom. 2. deciſ. 51.* quod in terminis *dictæ leg. 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* talis vocatio de filio ſecundo eſt linealis & realis, ad excluſionem non ſolum primogeniti, ſed etiam filiorum, & omnium deſcendentium ex eius linea, dum aliqui ſuperſunt ex linea Secundogeniti, vel Tertiogeniti, & cæterorum fratrum: nam excluſio primogeniti ob incompatibilitatem maioratuum, non fuit perſonalis, ſed realis, ſeu linealis: & ita iudicatum fuiſſe in Prætorio Granatenſi, refert Dom. D. Ioannes Baptiſta de la Rea *dict. deciſ. 51. num. 16. & in num. 19.* allegat ad comprobationem ſuæ ſententiæ Alciatum, Dom. Molin. Flores Diaz de Mena, Robles de Salcedo, Dom. Caſtillo, & alios.

Exinde teneas, quod ſi ſecundogenitus voca- 19
tus ſit ad ſucceſſionem alterius maioratus incompatibilis, licèt præmoriatur, ſuccedet eius filius, vel filia maior, & alij ex eius linea deſcendentes, eodem iure, quo pater ſecundogenitus ſucceſſurus erat, ſi viueret, ex *l. 40. Tauri.* Et ita tenent, loquentes de filio ſecundogeniti præmortui, ad hoc vt præferatur patruo, ſiue primogenito, ſiue Tertiogenito, Paul. Pariſius *conſil. 72. lib. 4.* Bartholom. Socinus *conſ. 252. volum. 2.* Tiraquel. *de primogen. quæſt. 41.* Marta *de ſucceſſ. legali, p. 1. quæſt. 11. art. 3. num. 6.* relati ab Anton. Amato *variar. reſolut. cap. 1. num. 82.*

Hic aduertas maximum notabile ad textum *in d.* 20
l. noſtra ſeptima, ex ſuppoſitione, quod illa tam ardua olim quæſtio inter patruum, & nepotem, vt non ad iuriſperitos remitteretur decidenda, ſed ad arma, & vim partes deuenirent: nam cum ex iurium, & rationum maxima ambiguitate decidi clarè non poſſet, militibus armatis potiuſquàm Iuriſperitis eius deciſio commiſſa fuit: vt referunt Tiraquellus *de primogenitis, quæſt. 40. num. 8.* Dom. Molina *lib. 3. cap. 6. num. 1.* Velazquez de Auendaño, *in eadem leg. 40. Tauri, num. 2. in fin.* Azeuedo *in l. 5. num. 1. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* hæc inquam, ardua quæſtio, iam per *leg. 40. Tauri*, deciſa fuit in fauorem nepotis contra Patruum: & nihilominus limitatur *in d. l. noſtra 7.* vbi in ſucceſſione alterius maioratus in-

Digitized by Google

compatibilis præfertur patruus ſecundogenitus nepoti filio ſcilicet, ſeu filiis primogenitis: & ſic in hoc, *lex noſtra* 7. non conuenit, imò aduerſatur *legi* 40.*Tauri*.

21 Niſi eas concordes dicendo, quod *lex* 40.*Tauri*, loquitur in generali maioratuum ſucceſſione, dum tamen ab inſtitutore aliter diſpoſitum non ſit: ibi: *Saluo ſi otra coſa eſtubieres diſpueſto por el que primeramente conſtituyo, y ordeno es maiorazgo, que en tal caſo mandamos, que ſe guarde la voluntad del que lo inſtituyo.*

22 At verò lex noſtra ſeptima ſpecialiter ex diſpoſitione ipſiuſmet legis, vocando in alio incompatibili maioratu filium ſecundum, ſeu ſecundogenitum aliter voluit: ideo id obſeruari debet ſecundùm ipſammet exceptionem, & limitationem traditam à dicta *leg.* 40. *Tauri*, quod idem erit in diſpoſitione hominis, quando vocatus fuit in alio maioratu incompatibili filius ſecundus, ſeu ſecundogenitus, qui aliam diuerſam lineam conſtituit, à linea primogeniti.

23 Hactenus de vocatione filij ſecundi, ſeu ſecundogeniti, contenta *in dict. l.*7. ſed in vocatione ſequentis in gradu, de qua *in d. l.* 45. *Tauri*, non eſt vocatus alius de alia linea, ſed alius ſequens in gradu, & differentia inter gradum, & lineam, euidens eſt: Nam linea continet gradum, ſed gradus non continet lineam;aliter peruerteretur ordo, quem obſeruare & attendere debemus in maioratuum ſucceſſionibus: in primis ſcilicet, lineam, 2.gradum, 3. ſexum, 4.ætatem: Dom. Molina *lib.*3. *cap.*4. *n.*13. & 14.

24 Ideo ſub vacatione ſequentis in gradu, non excluduntur qui ſunt de illa linea, quæ ſemper debet præferri, & continuari: *cap.*1.*de natura ſucceſſion.feudi: l.*2.*tit.*15.*part.*2. Dom. D.Ioannes Baptiſta de la Rea *queſt.*54.*n.*1. quapropter filius, reſpectu patris excluſi ob incompatibilitatem alterius maioratus, erit ſequens in gradu, & verè ſucceſſor in maioratu incompatibili ex voluntate inſtitutoris, qui vocauit ſequentem in gradu: tum quia is ſemper admittendus eſt, qui poſt aliquem excluſum, ei proximior gradu coniungitur, *l.cum ita,§.in fideicommiſſo, ff.de legat.*2. Dom.D.Ioan.à Caſtillo, *lib.*3.*c.*15. *num.* 26. tum quia certiſſimum in iure eſt, quod filius ſequitur in gradu patrem, *l.* 1. §. *primo gradu ſunt ſupra Pater, Mater: infrà, filius, filia,& l.Iuriſconſultus nunc ſingulos gradus: ff.de gradibus.*

25 Nec obſtat incapacitas patris, quia nihilominus ſuccedit filius, ac ſi mortuus eſſet pater: *l.* 1. §. *qui habebat*, ibi: *quod filius incapax non obſtat ſequentibus in gradu,ac ſi mortuus eſſet: ff.de bonor.poſſeſſ. contra tabulas: l.actione, §.publicatione, ff.pro ſocio: l.*1. §.*ſed etſi patruus, ff. de coniungend. cum mancipat. l.*2. §.*ſi ita demum, & §.fin.ff.ad Tertullianum, l. etſi ex modica*, §. *ſi filius, ff. de bon. libert.* & ex aliis iuribus & rationibus traditis à Dom. D. Ioanne Solorzano *de Indiar.Gubernat.lib.*2.*cap.*19. *à n.*28. *vſque ad num.*50. & Dom. D.Ioan.Baptiſta Valenzuela Velazquez *tom.*1.*conſ.*83.*à num.*5. qui intelligi debent in caſu, quo vocatus eſt ſequens in gradu per diſpoſitionem legis, vel per diſpoſitionem hominis: non verò quando vocatus eſt filius ſecundus, ſeu ſecundogenitus, ſeu pater ſecundus; quia tunc repugnaret verbis, & menti legis, vel hominis: cùm idem non ſit linea ſecundogeniti, & gradus ſequens primogeniti, ſed quid multum diſtans, ſeu diuerſum. Cætera alia ad punctum inuenies *ſuprà,part.*4. *c.*1.& *part.*7.*c.*7.

Ex quibus iam clauditur hoc Caput, aperto ſemper animo in laudem, & gloriam Dei, ac genitricis Virginis Mariæ abſque labe peccati originalis conceptæ, & eius glorioſiſſimi Sponſi Diui Ioſephi, in cuius feſtiuitatis die vltimam manum his quæſtionibus impoſui.

CAPVT VIII.

Ad illa verba eiuſdem leg. 7. *ibi*: ſi no hubiere mas de vn hijo, o hija, *&c.*

SVMMARIVM.

1 *Lex* 7. tit.7. lib. 5. Recopilat. *dum diſponit*, ſi vnus tantum ſuperſit filius, vel filia, tunc ſuccedat in duobus maioratibus incompatibilibus pro tempore vitæ ſuæ: *an habeat locum ſi non ſit niſi vnus nepos, vel neptis? Et reſoluitur, quod idem debet intelligi de nepote, vel nepte, vel de alio vnico deſcendente, quod de filio, filiáue: & quod in noſtra Hiſpania appellatione* filij, *vel* filiæ, *in maioratibus perpetuis, veniunt nepotes, vel neptes, & deſcendentes omnes abſque vlla dubitatione, vſque ad n.*13.

14 *Lex* 7.tit. 7. lib. 5. Recopilat. *an habeat locum quando concurrant filius vnicus legitimus & naturalis, & filius naturalis tantum vterinus, vel conſanguineus, qui poſſit ſuccedere in vno duorum maioratuum, de quibus in* d. l.7. *reſoluitur quod ſic.*

15 *Lex* 7.tit.7. lib.5. Recop. *in illis verbis*: y ſi no hubiere mas de vn hijo, o vna hija, *&c. an habeat locum in diſpoſitione hominis, quando ab eo non cautum fuit,vt ſi ſucceſſor non haberet niſi vnicum filium, vel filiam, quod pro tempore vitæ ſuæ poſſet retinere duos maioratus incompatibiles ex diſpoſitione hominis? Et reſoluitur quod poſſit retinere eos, vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

Proſequimur *in l.*7. *tit.*7. *lib.*5 *nouæ recollectionis*, illa verba: *Si no hubiere mas de vn hijo, o hija que aquel lo pueda tener por ſu vida; y ſi aquel hijo, o hija obiere dos hijos, o hijo e hija, ſe diuidan, y partan los dos maiorazgos ſegun abemos dicho.*

Primò, Vnde an idem dicendum ſit de nepote, & pronepote vnico, quod decisum eſt de filio vnico, ad hoc vt ad vitã nepos, vel pronepos vnicus ex filio vnico retinere poſſit duos maioratus incompatibiles ex diſpoſitione *huius legis*, quæ omiſit caſum de vnico nepote, vel pronepote in vita ſua: nam tantum loquitur de filio vnico, nato ex communi parentum matrimonio, per quod iuncti fuerunt duo, pluresvè maioratus,

tus, quorum vnus aſcendat ad duo millia ſeſtertiorum in redditu.

Secundò, an idem, quod deciſum eſt in *hac lege*, ſi filius vnicus habeat fratrem naturalem, qui ſuccedere poſſit in alio maioratu incompatibili ex diſpoſitione legis noſtræ, quæ tantum loqui videtur de filio vnico legitimo & naturali, qui non habeat alium fratrem legitimum & naturalem?

Tertiò, denique an idem, quod diſpoſitum eſt in *hac lege Regia*, habeat etiam locum in maioratibus incompatibilibus per diſpoſitionem hominis, vbi non eſt prouiſum ab inſtitutore, quod ſi peruenerint ad vnicum filium, vel filiam: is maioratus illos duos, vel plures incompatibiles retinere poſſit ad vitam ſuam; vel an ſtatim diuidi debeant.

1 LEx noſtra dum dicit: *Si no hubiere mas de vn hijo, o hija, que aquello queda tener por ſu vida, y ſi aquel hijo, o hija, obiere dos hijos, o hijo e hija, ſe diuidan y partan los dos maiorazgos, ſegun habemos dicho,* limitat antecedentia, dum voluit proximis illis verbis: *El hijo mayor que en las dichas dos caſas aſi juntas por caſamiento podia ſuceder, ſuceda ſolamente en vno de los tales majorazgos*, &c. *y el hijo, o hija ſegundo ſuceda en el otro majorazgo.*

2 Quod procedere vult, niſi coniuges filium vnicum, vel vnicam filiam habeant; tunc enim filium vnicum, vel vnicam filiam diſpenſat à diuiſione per ſpatium temporis vitæ ſuæ, & per hoc tempus ſuſpenditur incompatibilitas duorum ex diſpoſitione legis maioràtuum: ſin autem vnicus, vel vnica filia duos habeat genitos, tunc inter eos diuidendi ſunt.

3 Vnde quid erit, ſi vnicus filius, vel vnica filia duos filios non habeat, attamen nepotem vnicum; an is qui nepos vnicus erit, vel pronepos, retinere poſſit duos prædictos incompatibiles maioratus tempore vitæ ſuæ, prout retinuit auus eius, vel proauus vnicus?

4 Et quod retinere non poſſit nepos, vel pronepos vnicus, ſicut retinebat filius vnicus, vel eius auus, aut proauus, ſuadere videntur verba noſtræ legis, ibi: *ſino hubiere mas de vn hijo, o hija, que aquello pueda tener por ſu vida, y ſi aquel hyo, o hija otiere dos hyos, o hijo, e hija, ſe diuidan y partan los dos maiorazgos*, quia conditionalia ſunt; cùm certum ſit in iure, quòd dictio, *Si*, importat conditionem: *l.1.& l.quibus diebus.§.quidam Titio, ff.de condit. & demonſtrat.* taliter quod inducit formam: prout ex Baldo *in auth.matri, & auia, Cod. quando mulier:* & aduertit Barboſa, *dictione 364. num. 1. & 4.*

5 Ergo à contrario ſenſu, ſi vnicus non habeat duos filios, vel filium, & filiam, inter quos diuidi poſſint, ſed tantum filium vnicum, vel filiam, nepotẽ, vel neptem ex filio vnico, ſequitur quod tãquam incõpatibiles diuidi debent inter nepotem vnicum, & alium ex familia ex alia linea: nam diſpenſatio limitata, ſeu coarctata fuit ad filium primum vnicum, & non ad nepotem, vel neptem, vnicam pronepotẽ, vel proneptem: limitata quippe cauſa limitatum producere debet effectum: *vulgata l.in agris.ff.de adquir. rer.dominio: l.ex facto, §.item quaero, ff.de vulgar. l. cum pater, §.dulciſſimis, ff.de legat.2.*

Denique, nam hæc noſtra Lex loquitur de filio, 6
& non de nepote, vel pronepote; & attenta vera, & propria verbi ſignificatione, appellatione filiorum, non veniunt nepotes: *l.quod ſi nepotes, 6.ff.de teſtam. tutel. §.fin. Inſtit. qui teſtam. tutor. dar.poſſ.* Gloſſ. vltim. *in §.nos igitur, in auth.de reſtitut. fideicom.collat.9.*

Ideo in fideicommiſſis facultas eligendi inter fi- 7
lios, ad nepotes non extenditur: *l. cum pater 79. §.Hæreditatem, ff.de leg.2.* Dom.Molina *lib.1.cap.6. num.27.* Anton.de Gama *deciſ.160. num.7.* Aluarus Valaſcus *conſult.140.à n.4.& à n.3.* Vincent.Fuſar. *de fideicom.ſubſt.quaeſt.319.n.12.*

Sed nihilominus idem quod diſpoſitum eſt in pri- 8
mo filio, vel filia vnica, cenſeri debet diſpoſitum in nepote, vel pronepote vnico, cum eadem ſit ratio diſpoſitionis legalis: ergo idem debet eſſe ius: *l. illud, ff.ad legem Aquiliam: l.ſi poſtulauerit, §. 2. ff. ad leg.Iuliam, de adulter.* Cardin.Mantica *de coniect. vlt.vol.lib.8.tit.8. n.17.* Vincent. Fuſar. *de fideicom. ſubſt.quaeſt.320.num.36.* Addit. ad Dom. Molinam, *lib.1.cap.6.ſuper num.28.& 29. verſ.Sextò, quando in nepotibus militat eadem ratio: tunc enim ex identitate rationis nepos comprehenditur,* &c.

Secundò, quia appellatione filij comprehenditur 9
nepos, & alij deſcendentes, *l. filij appellatione, 84.*
& l.iuſta, 201.ff.de verbor.ſign.l.vxorem, §. concubi-
nae, ff. de leg.3. cap.1. §. & ſi clientulus, de alienat.
feudi. Maximè in fauorabilibus, Bart.*in l.liberorum,* 10
num.5.ff.de verbor.ſignif. Caldas Pereira *de renouat.*
emphyt. cap.14. num.32. Peregrin. *de fideicommiſſ.*
art.22. num.1. Addit.ad Dom. Molin. *lib.1. cap.6.*
ſuper num.28.& 29.verſ.Tertiò, vbi diſpoſitio fauo-
rabilis eſt, &c.

Quod ſine dubio procedit in Hiſpanorum pri- 11
mogeniis: in his enim Hiſpanorum maioratibus, inquit Dom.Molin.*lib.1.cap.6.à num.* 28. verbum *filiorum*, non ſolum nepotes, verùm etiam omnes alios deſcendentes in infinitum comprehendit, etiam ſi ea primogenia fideicommiſſis ſimilia ſint, reſpectúque aliorum filiorũ grauamen ac onus contineat; nam maioratus natura perpetua eſt in omnes deſcendentes, atque cæteros Tranſuerſales: quod multorum authoritate comprobant Addit. ad D.Molin.*d.lib.1. cap.6. num.28.* vbi dixerunt, quod in Hiſpanorum primogeniis hæc ſententia veriſſima eſt: Dom. D. Ioan.à Caſtillo *lib.5.cap.29. n.36.* Auguſt. Barboſ. *de appellat.verbor.vtriuſque iuris ſignificat. appellat. 99.num.91.*

Et non obſtant de contrario adducta, maximè 12
dum diximus quòd noſtra lex loquitur conditionaliter. Quia conditio illa, *ſi aquel hyo, o hija*, &c. non eſt appoſita diſpoſitioni, ſed executioni; & tunc quando conditio non apponitur diſpoſitioni, ſed executioni, non dicitur diſpoſitio conditionalis: Bart.*in l.ita demum, §. ſed ſiquidem, ff. de arbitris.* Docet etiam Baldus *in l.3.num.1. Cod. de arbitris.* Et cum Decio, & Marco-Ant. Natta D. Ioan. del Caſtillo *lib.4.c.56.n.8.& 9.*

Maximè quòd etiamſi ſit conditionalis, illa con- 13
ditio apponitur verbo, *hyo*, ibi: *Y ſi no hubiere mas de vn hyo.* Et cùm appellatione filij, nepos, & pronepos, & deinceps cæteri deſcendentes, etiam con-

Digitized by Google

tineantur, ſequitur quod intelligi debet lex, etiamſi cum nepote, vel pronepote vnico ſuperſtite poſſeſſor deceſſerit.

14 Aliam præterea ſuſcitamus quæſtionem: Quid erit, ſi filius vnicus legitimus & naturalis, natus ex matrimonio duorum coniugum, habeat fratrem naturalem tantum conſanguineum, vel vterinum, qui capax ſit ſuccedendi in vno ex duobus maioratibus incompatibilibus per diſpoſitionem dict. leg. an tunc filius vnus legitimus & naturalis duos hos maioratus retinere poſſit in vita ſua? an verò diuidi debeant inter ipſum filium vnicum legitimum & naturalem, & filium naturalem tantum? De hac quæſtione diximus alibi: & reuera, ſi naturalis ſucceſſibilis eſt in vno ex duobus incompatibilibus maioratibus, diuidi debent inter illos duos fratres, licet filius legitimus & naturalis, ſit vnicus in quantum habeat illam qualitatem legitimitatis; nam cùm alter filius ſucceſſibilis ſit in altero ex incompatibilibus maioratibus, ex aperto militat ratio noſtræ legis, ad hoc vt concurrere non poſſint, nec iungi apud filium vnicum legitimum & naturalem in vita ſua: quia lex noſtra intelligi debet de illo vnico tantum filio, qui fratrem non habeat, qui poſſit in alio ſuccedere maioratu.

15 Denique dubitari poteſt, ſuper verbis noſtræ legis, an quod diſpoſitum eſt in ea, habeat etiam locum in maioratibus incompatibilibus per diſpoſitionem hominis, vbi non eſt cautum ab inſtitutore, quod ſi peruenerint ad vnicum filium, vel filiam, is maioratus duos, vel plures incompatibiles retinere poſſit vſque ad finem vitæ ſuæ; vel an ſtatim diuidi debeant.

16 Et videtur argum. noſtræ legis, quod tunc filius vnicus ambos poſſit retinere maioratus incompatibiles, & ſic idem, quod diſpoſitum eſt in hac noſtra lege Regia, voluiſſe cenſeatur inſtitutor maioratus, & cum ea ſe conformare.

17 Sed contrarium indicandum eſt: Nam quando inſtitutor prohibuit ne maioratus ab eo inſtitutus iungi poſſit, nec concurrere cum alio; veluti ſi abſolutè dicat: *que el poſſehedor de ſu maiorazgo, no puede tener otro, y que ſi lo tubiere, paſe a el ſiguiente en grado, o a otro ſuceſſor*, tunc manifeſta eſt eius voluntas, quod nullo tempore voluit, quod ambo maioratus apud vnum ſucceſſorem concurrere valeant, neque vllo ſpatio temporis confundatur, vel obumbretur eius memoria, nomen, & Arma; imò quod eius maioratus ſemper ſolus, & ſeparatus ab alio reluceat, cùm abſoluta ſit eius prohibitio, & incompatibilitatis ratio: tunc enim quando ita voluntas expreſſa eſt inſtitutoris, non procedit argumentum de diſpoſitione hominis ad diſpoſitionem legis: Dom. D. Ioan. Baptiſta de la Rea, *tom. 2. deciſ. 52. num. fin.* quod deſumpſit ex Dom. D. Ioan. del Caſtillo *lib. 5. c. 179.*

18 Bene verum eſt, quod de hac reſolutione dubitarem, quando inſtitutor in tali prohibitione non dixerit, quod tunc ſuccedat ſequens in gradu, vel alius ſucceſſor; imò dixerit, quod tunc *ſuceda el hyo ſegundo, o el hermano ſegundo*, & filius ſit vnicus, qui non habeat fratrem, nec nepotem filium ex fratre, quia in iſto caſu cùm ad prouiſionem alterius filij reſpexerit inſtitutor, ſi filius ſucceſſor non habeat fratrem, tunc videtur quod vnicus filius retinere valeat duos incompatibiles maioratus pro tempore vitæ ſuæ: & ſi decedat cum duobus, pluribuſuè filiis, vel filiabus, inter eos, vel eas, diuiſio fiat. Cùm quibus finem imponimus, ô vtinam ſemper ad gloriam, & honorem Dei.

CAPVT IX.

Vtrùm diſpoſitio dict. leg. 7. *procedat in fideicommiſſis, Patronatibus, Commendis, & Feudis.*

SVMMARIVM.

1 *Lex* 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. *dum dicit:* De manera que dos maiorazgos ſiendo como diximos el vno de ellos de dos quentos de renta, o dende arriba no concurran en vna perſona, ni los puda vno tener, ni poſſeher ſino como dicho es: *an habeat locum in Vinculis, Patronatibus, & Anniuerſariis perpetuis? reſoluitur quod ſic, quia comprehenduntur ſub verbo*, Maioratus.

Et idem de Feudis, n. 2. 3. & 4.

De Commendis Indiarum, n. 5.

6 *Lex* 7. tit. 7. lib. 5. Recop. *in illis verbis:* no los pueda vno tener o poſſeher, &c. *an habeat locum in marito, tutore, vel curatore, adminiſtratore, vel conſanguineo abſentis, qui habeat maioratum incompatibilem cum alio? Reſoluitur remiſſiuè*, ibid. *vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

Ad eandem leg. 7. *tit. 7. lib. 5. Recopil.* dum proſequitur ita ſic: *de manera que dos maiorazgos ſiendo como diximos el vno de ellos de dos quentos de renta, o dende arriba no concurrã en vna perſona, ni los pueda vno tener, ni poſſeher, ſino como dicho es:* ſuper verbo, *maiorazgos*, inquirendum eſt, an idem in vinculis, ſeu perpetuis fideicommiſſis, Patronatibus, Anniuerſariis, Commendis, & Feudis? Et ſuper verbis: *ni los pueda vno tener, ni poſſeher*; Quid ſi iſte vnus fuerit Maritus, Paterfamilias, Tutor, vel Curator, vel Adminiſtrator bonorum abſentis eius conſanguineus?

SVMMA cum breuitate ab hoc capite me expediam. Nam quæſtiones, quæ excitari poſſent ſuper verbis noſtræ legis 7. *tit. 5. lib. 5. Recop.* dum recopilat, & reaſſumit omne quod antea dixerat, ibi: *de manera, que dos maiorazgos, ſiendo como diximos el vno de ellos de dos quentos de rentas, o dende arriba, no concurran en vna perſona, ni los pueda vno tener, ni poſſeher ſino como dicho es:* de facili poſſunt reſolui, & aliquæ remiſſiuè proponuntur ad finem capitis. 1

Super verbo, *maioratus*, neceſſe eſt inquirere, an quod in maioratibus diſpoſitum eſt, cenſeatur procedere per noſtram legem in vinculis, ſeu perpetuis fideicommiſſis, Patronatibus, Anniuerſariis, Commendis, & Feudis? 2

Et quòd idem debeat intelligi quod in maioratibus, colligitur ex aliis noſtris legibus Regni, maximè 3

mè ex *l.13.& 14.tit.7.lib.5.Recopil.* In *l.13.*ibi: *que las hembras de mejor linea, y grado, no ſe entienda eſtar excluſas de la ſuceſſion de los maiorazgos, vinculos, patronazgos, y Aniberſarios.* In *l. 74.* ibi: *Y mandamos.que en la ſuceſſion de los maiorazgos, vinculos, patronazgos, y Amberſarios.* Vbi Maioratus, Vincula, Patronatus, & Anniuerſaria perpetua ad idem iudicantur.

Et de fideicommiſſis perpetuis, Patronatibus, Anniuerſariis, idem probat Ant. de Padilla, & Meneſes *in Rubric.de fideicom. num.9.* quem Regnicolæ ſequuntur, maximè Dom.Molina *lib.1.cap.1.num.26. & cap.7. & num.12.* Burgos de Paz *quaſt.6.n.46.* Ioan. Garcia *de expenſis, cap.13.num.46. & de coniugali quaſtu, num. 89.* Mieres 1 *parte, quaſt. 19. num. 21.* & indiuidualiter in ſpecie legis noſtræ, Dom.Perez de Lara *de Anniuerſ.& Capellan. lib.1. cap.5.num.13. verſ. ſic diſpoſitum in l.7.tit.7.lib.5. Recop.circa diuiſionem maioratus, qui per matrimonium iuncti fuère, habet locum in Anniuerſariis, &c.* Robles *de Repræſentat.lib.3.cap.5.per totum.* Dom. D.Ioan.del Caſtillo *lib.3.cap.19.num.275. & lib.5. cap.145. num. 30.* Addit. ad Dom. Molinam *lib.1. cap. 1. ſuper num. 25. & 26. verſ. ſecundo infertur quod leges omnes, quæ de Maioratibus loquuntur, procedunt in meliorationibus Tertij & Quinti, in Vinculis particularibus, Patronatibus, Anniuerſariis, Capellaniis, & aliis quibuſcumque diſpoſitionibus iure maioratus relictis. Ita in praxi receptum eſt.*

4 Et quod idem dicendum ſit de feudis, quibus aſſimilantur maioratus, ita vt de Feudis ad maioratus, & è contrà, argumentari liceat, maximè quando conditiones maioratus cum Feudorum natura concordant, & conditiones Feudorum cum maioratibus: Anton.Gomez *in l.40. Tauri num. 77.* & colligitur ex iis, quæ tradit Dom.Molina *lib.1. cap.7. num.2. uſque ad numerum 7.* & cum Stephano Gratiano, Surdo, & aliis, Dom.D.Ioannes del Caſtillo *lib. 5. cap.141. num.12.* quod minimè in dubium reuocari poteſt de feudis in Regno noſtro Caſtellæ, prout ſunt Ducatus, Comitatus, Marchionatus, & Baroniæ, & ſimilia à Rege conceſſa cum onere alicuius ſeruitij perſonalis, ſeu hominij: Dom. Molina *lib.1. c.13.n.47.& 48.*

De Commendis denique Indorum idem iudicari 5
debet: probat Matienzo *in l.5.gloſſ.1.ad finem, tit.6. & in l.9.gloſſ.3.num.25.tit.2.lib.5.Recop.* & *in l.5. tit.7.gloſſ.5.num.9.lib.5.* & copioſè Dom. D. Ioan. de Solorzano *de Indiar.gubernat.lib.2. cap.2.n.31. & c.16.num.51.* & in terminis noſtræ legis 7. *lib.2. cap.18.*aliàs 19.*ferè per totum.*

Præterea ſuper illis verbis: *ni los pueda uno tener* 6
ni poſſeber, dubitari poteſt: quid ſi iſte vnus fuerit Maritus, Paterfamilias, Tutor, vel Curator, vel Adminiſtrator bonorum abſentis cui conſanguineus eſt, qui habeat maioratum incompatibilem cum alio ex parte vxoris, vel filij, vel minoris, vel abſentis, an tunc vtrumque tenere, aut poſſidere valeat?

Hanc quæſtionem reſoluimus pro parte Affirma- 7
tiua, *ſuprà in hoc noſtro libro, part.4.cap.3.& part. 6.cap.3.* vbi videre poteris ad ſaturitatem. Quibus finitur ita breuiter hoc Caput: vtinam ad ſalutem æternam conſequendam cum gratia Chriſti Saluatoris noſtri, eiúſque matris Mariæ ſine labe originali conceptæ pia interceſſione.

PARS NONA, ET VLTIMA.

CAPVT VNICVM.

Obiectiones quædam contra interpretationem cap. cœpit Hermenegildus. 24. quæſt. 1. *oppoſitæ enodantur.*

SVMMARIVM.

1 *Argumenta de contrario contra* cap. cœpit Hermenegildus Rex : 24.*queſt.*1. *diluuntur.*

2 *Hæreticus Sacerdos non poteſt exercere Sacramentum Euchariſtiæ, nec Catholicus Euchariſtiam de manu eius accipere; ideo Hermenegildus non accepit ab Epiſcopo Arriano; imo eum reprobauit, & expulit; quod intelligi debet in hæretico, ſi fuit ordinatus, poſtquam eſſet hæreticus, ſecùs ſi antè eſſet ordinatus : & redditur ratio, cum variis diſtinctionibus : & num.* 3.4.5.*&* 6.

7 *Textus in* cap. nunc autem diuina inſpiratione, diſtinct. 21. *interpretatur, & datur intelligi ad reſponſionem ſecundi argumenti.*

8 *Mori quis debet potius quàm peccare, prout fecit diuus Hermenegildus.*

9 *Regnum cæleſte, & terrenum, incompatibilia fuerunt apud D. Hermenegildum, & quare.*

10 *Leonigildus Rex, & Pater Diui Hermenegildi, non potuit apponere grauamen filio de fide Catholica deſerenda ad conſequendum regnum temporale, & n.*11.*&* 12.

13 *Obedientia, quam filius debet præſtare patri, & ſubmiſſio, accipienda eſt in licitis, & honeſtis; ſecus in illicitis, & contra fidem Catholicam, vſque ad finem.*

ARGVMENTVM.

Ad Argumentà de contrario adducta contra concluſionem noſtri text. *in cap. cœpit Hermenegildus Rex* : 24. *quæſt.* 1. Reſpondetur in hoc capite vnico.

1 AD ſolutionem eorum quæ in gratiam argumentationis de contrario ſunt adducta contra concluſionem textus noſtri *in cap. cœpit Hermenegildus Rex:* 24.*quæſt.*1. pertinet hæc vltima pars.

2 Ideo ad primum Argumentum, dum dicitur, quod apud hæreticum non eſt incompatibile exercitium Sacramenti Baptiſmi, cùm poſſit hæreticus, & quilibet alius conferre, & ab eo liceat accipere tale Sacramentum : *cap. dictum eſt à Deo:* 1.*quæſt.*1. Concilium Florentinum, cum aliis iuribus *ibid.* relatis.

Reſpondetur, quod non exinde ſequitur, quod Hæreticus ſi non fuiſſet Sacerdos ritè, & rectè ordinatus tempore quo eſſet Catholicus, poſſit conferre, & ab eo liceat accipere altiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, quia non niſi Catholicus Sacerdos poteſt conſecrare, & Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrare : *cap. firmiter, de Summ. Trinitat. & fide Cathol.* Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 22. *cap.*1. *de Sacrificio Miſſæ*, vnde de fide definitum eſt, quod ſolus Sacerdos poſſit Euchariſtiam conſecrare, Pater Valer. Reginald. *in prax. for. Pœnitentia, à num.* 4. quod etiam defendit aduerſus Hæreticos Bellarmin. *lib.* 4. *de Euchariſtia, cap.*16. Pater Suarez *tom.*3. *diſputat.* 61. *ſect.* 3. *punct.* 1. & alios allegat Barboſa *ad Concilium Tridentinum dict. ſeſſ.*22.*cap.*1. Pater Suarez *tom.* 3. *diſputat.*72. *ſect.*1. Ledeſma *in Summa, tit. de Euchariſtia, cap.*29. Pater Villalobos *in Summa, tom.*1.*tract.*7. *de la Euchariſtia, difficultate* 45. *à num.*1. *& difficultate* 46. *à num.*1. Non verò dicitur Sacerdos, qui hæreticus, & illegitimè Ordinatus eſſet, & impreſſione characteris Sacerdotalis careret : vt probat Hugolinus *tabula* 1. *de confeſſ. cap.*13. §.16. *num.*1. Sed ſic eſt, quod Epiſcopus 3
Arrianus miſſus ad Regem Hermenegildum, non erat Sacerdos Catholicus ritè, & canonicè Ordinatus, & Sacerdotij charactere inſignitus : Ergo ab illo Pſeudo-epiſcopo & hæretico communionem accipere non debuit imò potiùs mori, tanquam verè Catholicus : aliter in hæreſim incidiſſet, hæretico aſſentiendo. 4

Secus autem eſſet, ſi ille Epiſcopus antea fuiſſet Sacerdos Catholicus, & poſtea in hæreſim, vel in aliud graue delictum incidiſſet; cùm tunc miniſter malus, etiam hæreticus Sacerdos, ſi habeat debitam intentionem conſecrare valeat, & facere verum Euchariſtiæ Sacramentum, ab eóque hoc Sacramentum accipere poſſit Catholicus tempore neceſſitatis, non tanquam ab hæretico, neque in hæreſim conſentiendo, ſed in communionem ſacramentalem, ideò miniſter quantumcunque malus, & delinquens, ſi adhibeat neceſſaria, dubium non eſt, quin faciat verum Sacramentum : Concilium Tridentin. *ſeſſ.*7. *de Sacramentis, in canone* 12. *ſi quis dixerit, miniſtrum in peccato mortali exiſtentem, modo omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, ſeruauerit, non conficere, aut conferre Sacramentum, anathema ſit.* Pat. Villalobos *tom.*2.*tit.*7.*de la Euchariſtia, difficult.*45. 5

Ratio eſt, quia tunc miniſter operatur tanquam 6
inſtrumentum Dei, quod inſtrumentum non operatur ſecundum propriam virtutem, ſed ſecundum virtutem Dei, à quo mouetur, & ſic gratia, quæ datur ex hoc Sacramento, eſt ex opere operato, & non ex opere operantis, & confertur gratia per merita Chriſti,

Digitized by Google

ſti, non per merita miniſtri: *cap. ſi inter bonos, & cap. Baptiſma, de conſecratione, diſt.4.* Diuus Thomas, *3. part. quæſt.64. art.5.* Alexander de Ales, *4. part. q.16. membro 2. art.6.*

7 Nec obſta: ſecundum argumentum ſumptum à textu *in cap. nunc autem diuina inſpiratione, diſt. 21.* vbi ſummus Pontifex Marcellinus adeò compulſus eſt à Paganis, vt in templum eorum ingreſſus, grana thuris ſuper prunas imponeret, & ſic Diabolo immolaret, & nihilominus, ex eo quod fuit compulſus, & metu coactus, non fuit iudicatus tanquam hæreticus. Vnde videtur dicendum ſimiliter de Diuo Hermenegildo, quòd cùm in carcerem eſſet coniectus, & graui metu oppreſſus, non potuiſſet tanquam hæreticus damnari, ſi ab Arriano Epiſcopo Communionem accepiſſet ad mortis periculum declinandum, modò in mente Fidem Catholicam retineret, vel aliàs pœnitentiam ageret: *cap. Presbyteros, 32. diſt.50.*

Ad quod reſpondetur, quod illa coactio Marcellini fuit conditionalis, & non abſoluta: Gloſſ. *verbo, compulſus, in d. cap. nunc autem, diſt.21.* ideo licèt coactus, & compulſus fuerit, infidelis fuit, & peccatum mortale admiſit, *cap. poteſt fieri, vt aliquis victus ſuppliciis ſermone neget, & corde adoret. De pœnitentia, diſt.1.* vbi Gloſſ. *verb. neget*, ita dicit: *Et ita peccat mortaliter, quia nulla conditione debet ad hoc adduci, 22. quæſt.2. cap. primum. & 11. quæſt.3. cap. nolite, 32. quæſt.5. cap. ita nè. Vnde in epiſtola ad Romanos: peccatum fuit Petro ore denegare, cùm corde adoraret, 50. diſtinct. cap. fidelior.* Philippus Decius *conſ.151. n.8.*

8 Vnde potius mori debuit Marcellus, quàm vno momento, infidelis, & in peccato mortali eſſe: quia potius quàm peccare præſtat mori, & martyrium pati; prout Diuus Hermenegildus fecit. Ideo ab hoc argumento libera remanet noſtra concluſio.

9 Ad tertium de facili reſpondetur: quod incompatibilitas Regni cœleſtis, & terreni, de qua in noſtro textu, non prouenit reſpectu Diui Hermenegildi, ſeu ex incapacitate eius: capax enim fuit tanquam Catholicus obtinendi, & poſſidendi vtrumque regnum, & omne aliud regnum temporale, ac terrenum, & poſtea æternum, ſed prouenit reſpectu conditionis ei appoſitæ per eius Patrem Regem Leouigildum, à cuius poteſtate, & voluntate pendebat ei concedere terrenum regnum: Ea enim conditio fuit, vt niſi filius deſiſteret à Fide Catholica, & ſectā Arrianam profiteretur, terreno regno ſpoliaretur: ſi igitur Hermenegildus Hiſpaniarum regnum acceptaſſet cum hac turpi conditione, aliud æternum ac cœleſte regnum perdidiſſet: Ideo incompatibile erat conſequi æternum, niſi deſpiciendo, & repudiando terrenum Regnum: atque in hoc ſenſu incompatibile fuit apud Diuum Hermenegildum vtrumque Regnum.

10 Ad quartum argumentum, ſic ſatisfacimus; Benè verum eſt, quod incompatibilitas vtriuſque Regni apud Diuum Hermenegildum conſtituitur ex conditione, ſeu grauamine appoſito per eius patrem Regem Leouigildum, quod tamen ei apponere non poterat: ſed hoc quod dicitur, patrem apponere non potuiſſe, intelligi debet de iure: nam de poteſtate, ſiue potiùs tempeſtate abſoluta & tyrannica, quàm Rex ille impius ſuperiorem temporalem non habens, exercebat in filium, potuit de facto imponere tale grauamen, & conditionem contra omne ius: & ex eo quod illam non acceptauit, iuſſit eum capite truncari.

11 Idem reſpondetur ad quintum argumentum: Quia de iure Rex Leouigildus non potuit apponere talem conditionem, ſeu grauamen, maximè cùm eſſet poſſeſſor Regni Hiſpaniarum, quod ei conceſſum fuit per electionem: attamen poteſtas eius abſoluta, quæ à nullo dependebat, & cui reſiſti non poterat, habuit locum & effectum in hoc caſu, quia legibus & iuribus ſubiectus non erat, cùm Princeps legibus ſolutus ſit: *l. Princeps 31. ff. de legibus.*

12 Ad ſextum ſatisfacere poſſumus argumentum, ex eo quod non negamus, attento omni iure, Hermenegildum maxime Catholicum, verum fuiſſe ſucceſſorem in Regno: ſed quia Pater eius Leouigildus Regnum ipſū terrenum poſſidebat, & Regem Hermenegildum filium ei ſubiectum, captum, & vinculis oppreſſum detinebat, libertatem ipſi concedere, & regnum reſtituere nolebat, niſi pareret conditioni deſiſtendi, ſcilicet à Religione Catholica, & redeundi ad Arrianam hæreſim: cui parere recuſauit, ex eo quod talis conditio eſſet incompatibilis cum poſſeſſione Regni cœleſtis, quod tanquam Catholicus & fidelis magnopere deſiderabat.

13 Ad vltimum dicimus, quod licet verum ſit quod filius tenetur obedire Patri, maxime Regi, & ſuo Principi, ac Superiori, & quod aliter delictum committit, & mortaliter peccat, *cap. ſciendum, 8. quæſt.1. cap.2. de maioritate, & obedientia*, & copioſè Proſper Farinac. *in praxi criminali, part. 3. quæſt. 97. à num.1.*

14 Attamen hæc obedientia filij debita Patri, quantumuis Regi, ſeu Principi, ſolummodo debet eſſe in licitis, & honeſtis; non autem in his, quæ inhoneſta ſunt, vel contra Dei præcepta, articulos fidei, ſeu Chriſtianam Religionem, quia in eis obedire minimè tenetur: *cap. non ſemper, 92. cauſ. 11. q. 3.* vbi Diuus Auguſtinus ita ſic: *Non ſemper malum eſt non obedire præcepto. cùm enim Dominus iubet ea quæ ſunt contraria Deo; tunc ei obediendum non eſt.* Similiter *in cap. ſeq. §. 1.* vbi Diuus Hieronymus ita ſe habet: *Si bonum eſt quod præcipit Imperator, & Præſes, iubentis obſequere voluntati; ſi verò malum, reſponde ei illud de Actibus Apoſtolorum*, Obedire oportet Deo magis quàm hominibus: *hoc ipſum, & de ſeruis intelligamus apud Dominos; & de vxoribus apud viros; & de filiis apud parentes: quod in illis tantum debeant Dominis, viris, parentibus eſſe ſubiecti, quæ contra Dei mandata non veniunt.* Idem deciditur *in cap. Iulianus*, 94. Vbi Diuus Ambroſius idem docet: & *cap. 95. & 97.* incipit: *Qui reſiſtit poteſtati. 11. quæſt. 3.* Diuus Thomas *2. 2. quæſt.73. art.7.* Albericus *in Dictionario, verb. Obedientia: verſ. Obedientia victimis iure præponitur, &c.* Proſper Farinac. *in praxi criminali, p.3. quæſt.97. num.5. verſ. amplia propoſitam regulam potiſſimum procedere in prohibitis à iure diuino, & à Sacris Scripturis; in quibus, quod nemo obedire debeat ſuo Superiori, ſiue ſit Princeps, ſiue Præſes, ſiue Dominus: ſiue Pater, ſiue Maritus; & non obediendo, ſicut nullam meretur pœnam; ita è contrà, obediendo malè faciat, & non excuſetur, &c.* Alderete *de Religioſa diſciplina tuenda, lib.2. cap. 4.* & alios allegat Auguſtinus à Barboſa *in collectaneis ad cap.2. de maioritate, & obedientia, num.1.* maximè *in verſ. vel euidenter conſtet eſſe contra diuinum præceptum, &c.*

15 Nec obſtat text. *in l. velle non creditur, qui obſequitur imperio Patris, ff. de Reg. iur.* cum aliis de contrario adductis. Quia intelliguntur in leuioribus,

non

non in grauibus, & atrocibus: *l. aid ea quæ non habent atrocitatem facinoris, vel ſceleris ignoſcitur ſeruis, ſi vel dominis, vel his, qui vice dominorum ſunt obtemperauerint.199.ff.de Reg.iur.*Gloſ.*in verb. curſu, in d.l.liber homo, la 2. ff.ad legem Aquiliam, l.5.tit.15.part.7.* cum Gloſſ.2.4. *&* 5. *& vltima,& l.5. tit.5. part.7.* & aliis traditis ab Anton. Gomez. *tom.3.cap.3.num.*42. Et grauiora, & atrociora dicimus, quæ fiunt contra præceptum diuinum; text. *in l.is damnum 169.de Reg. iur.* Philippus Decius *in l.5.ff.de priuilegiis creditor.n.7.* Ant.Gomez *lib.3.variar.cap.3.num.*42. & cum aliis Farinac.*in prax.criminali,d.3.part.quæſt.97.n.5.*

Ideo parere non potuit Hermenegildus patri ſuo, etiam Regi, contra fidem Catholicam, ſecundum ſacras literas, quibus profitemur myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis, atque præcepta diuina; ſed ſoli Deo Domino noſtro: cuius mandata nos quoque cum obedientia debita ſeruare volumus, vt æternum Regnum per merita Domini noſtri Ieſu Chriſti etiam conſequamur, intercedente Beato Rege Hermenegildo, cuius feſtiuitatis die 13. Aprilis, anni Domini 1656. finem impoſui huic operi: ad gloriam ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ad honorem Reginæ noſtræ Deiparæ Virginis Mariæ abſque peccato originali conceptæ, & ad laudem Sancti Regis Catholici noſtri Hermenegildi, per ſæcula ſæculorum. Amen.

Sub correctione Sanctæ Matris noſtræ Catholicæ Eccleſiæ cui omnia ſubiicio.

INDEX

INDEX

Iurium, quæ in hoc Opere explicantur, interpretantur, aut ad concordiam reducuntur.

Primus numerus Partem, ſecundus Caput, tertius ſedem materiæ, quartus paginam indicant.

Ex Iure Diuino.

CAP. 1. 2. & 3. GENES. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. pag. 123
Geneſ. *p.* 3. *c.* 1. *à n.* 5. *vſque ad num. fin.* p. 159

Numerorum.

Cap. 26. & 27. Numer. *p.* 3. *c.* 4. *n.* 1. *&* 10. p. 181
Et *p.* 3. *c.* 5. *à n.* 1. *vſque ad* 18. p. 188
Et *p.* 8. *c.* 1. *à n.* 54. *vſque ad* 60. p. 332
Cap. fin. Numer. *p.* 3. *c.* 5. *n.* 4. p. 188

Deuteronomij.

Cap. 7. Deuteron. *p.* 3. *c.* 3. *à n.* 2. p. 175

Ex Diui Ioannis Epiſt. Can.

Cap. 3. Diui Ioannis. 1. Canon, *p.* 1. *c.* 2. *à n.* 12. *vſque ad n.* 15. p. 20. & ſeqq.

Ex Iure Canonico Decretalium.

Cap. tanta eſt vis matrimonij. Qui filij ſint legitimi. *p.* 1. *c.* 4. p. 37
Cap. eam te. 4. §. Sed etiam. De ætate, & qualit. *p.* 7. *c.* 1. *n.* 1. p. 284
Cap. dudum. 54. in fin. De electione, *p.* 7. *c.* 1. p. 284
Et in §. licet cum Gloſſ. verb. intitulatam. & verb. retinere. *d. p.* 7. *c.* 3. p. 294
Cap. de multa, 28. de præbendis, & dignitatibus. *p.* 7. *c.* 1. p. 284
Cap. 3. & c. conquerente. 6. de Clericis non reſidentibus, *p.* 7. *c.* 2. p. 291
Et *cap.* 3. p. 294
Cap. 1. cum Gloſſ. verb. Clericum, de tempor. ordination. *p.* 1. *c.* 11. *n.* 15. p. 111
Cap. ſi beneficia. 20. de præbend. & dignitatib. *p.* 5. *c.* 6. *à n.* 80. *vſque ad* 83. p. 255
Cap. ex tenore, 35. de teſtib. *p.* 2. *c.* 1. *maximè à n.* 14. p. 124
Cap. Sacris. 12. de ſepulturis, *p.* 4. *c.* 6. *à num.* 31. *vſque ad num.* 33. p. 219

Ex ſexto Decretalium.

Cap. 3. §. porro de verb. ſignificat. in 6. *part.* 7. *c.* 5. p. 304.
Cap. 2. de ſepulturis, in 6. *part.* 2. *c.* 1. *num.* 65. 66. *&* 67. p. 128
Et *d. p.* 2. *c.* 5. *à n.* 29. p. 150

Clementinarum.

Clement. Gratiæ, de reſcript. *p.* 7. *c.* 4. *per tot.* p. 297
Clementina, Exiui de paradiſo, §. quia igitur in ſucceſſionibus: maximè in verſ. ac huiuſmodi redditus obtinere, paupertati & mendicitati repugnet. de verb. ſignif. *p.* 7. *c.* 5. *per tot.* p. 304

Decreti.

Cap. Sanctorum. §. omnino. 70. diſt. *p.* 7. *c.* 1. p. 284
Cap. primo, 89. diſt. *p.* 6. *c.* 4. *à n.* 10. p. 275
Cap. nunc autem diuina inſpiratione, 21. diſt. *part.* 9. *c. vnico. n.* 7. p. 369
Cap. 1. 21. quæſt. 1. *p.* 7. *c.* 1. p. 284
Cap. cœpit Hermenegildus. 24. quæſt. 1, *in principio, huius operis.* pag. 3. Et *p.* 9. *cap. vnico.* p. 368
Gloſſ. cap. cœpit Hermenegildus. 24. q. 1. verb. Rex. *p.* 7. *c.* 6. *à n.* 1. *vſque ad fin.* p. 318

Ex Concilio Tridentino.

Seſſ. 24. cap. 17. *p.* 7. *c.* 2. p. 291
Seſſ. 7. cap. 4. De reformat. *p.* 7. *c.* 3. p. 294

Ex Iure Ciuili Digeſti Veteris.

L. Arethuſa, 15. ff. de ſtatu homin. *d. p.* 2. *c.* 5. *à n.* 1, p. 148.
L. Senatoris 5. ff. de Senatorib. *p.* 1. *c.* 6. *n.* 44. p. 61
L. ait Prætor. 7. §. Sed quod Papinianus, ff. de minorib. *p.* 5. *c.* 1. *à n.* 4. p. 221
L. cum Prætor. 12. ff. de iudiciis, *part.* 5. *cap.* 1. p. 221 & ſeqq.
L. cum teſtamento. 37. ff. de hæredib. Inſtit. *p.* 5. *c.* 1 p. 221.
L. final. in fin. ff. commun. prædior. *p.* 5. *c.* 2. *n.* 2. *&* 4. p. 225.
L. Vtifrui, ff. ſi vſusfruct. petatur, *p.* 5. *c.* 4. *à num.* 4. p. 237.
L. de vi. 37. ff. de iudiciis. *p.* 5. *c.* 5. p. 240
L. Vindicantem. 17. ff. de euictionib. *part.* 5. *cap.* 6. p. 248.
L. Claudius. 16. ff. qui potiores in pignore habeantur, *p.* 1. *c.* 10. *n.* 23. p. 108
L. Æquiſſimum. 5. ff. ad Senatuſconſultum Tertullianum, *p.* 1. *c.* 10. *n.* 24. p. 108
L. Vxores. 9. ff. de his qui notantur infamia, *p.* 1. *c.* 11. *n.* 14. p. 111

L. Final.

L.final.ff.de minorib.*p.2.c.2.à n.26.* p.132
L.liberorum.11.ff.de his qui notantur infamia, *p.2.c.4.à n.5.* p.143
L.ſi fundus.18.§.ſi duo pariter. ff. de pignorib. *p.2.c.5.à n.28.* p.150
L.emancipatum.7.§.fin.ff.de Senatorib. *p.4.c.6.à n.41.* p.219

Digeſti infortiati.

L.qui quadringenta.88. ff. ad leg. Falcid. *p.1.c.10. n.25.* p.108
Et *p.4.c.5.à n.7.vſque ad n.9.* p.213
L.ſi vſusfructus mihi in biennium. 6.ff. de vſufruct. legat.*p.2.c.2.maximè à num.9.vſque ad n.11.& à n.24.vſque ad n.30.* p.131
L.ſi Titio.10.ff.de vſufruct. legat. *p.5.c.4. num.4.* p.237
L.exitus.35.ff.de adquir.poſſeſſ.*p.5.c.5.* p.240
L.in ſubſtitutione,in 2.reſponſo,ff. de vulg.& pupil. ſubſtitut.*p.1.c.4.n.34.* p.40
L.1.§.ſi apud hoſtes,ff.de legit.tutorib. *p.1.c.4.n.56.* p.43
L.ſi necem.4.§.ſi deportatus.ff.de bonis libertor.*p.1.c.4.n.57.* p.43
L.ſi Titius.16.ff.de condit.& demonſtrat. *p.1.c.5.à n.50.* p.16
L.cum ita.§.in fideicommiſſo,ff.de legatis.2.*p.1.c.8.à n.29.* p.100
L.etſi ex modica. 6.in principio. ff. de bon. libertor. *p.1.c.11.n.13.* p.111
L.duo ſunt Titij.ff.de teſtamentar. tutela. *p.1.c.11.n.25.& 26.* p.112
L.Plautius.8.ff.de auro, & argento legato. *p.1.c.13.n.6.* p.119
L.Titio centum.70.§.Titio centum.el ſegundo. ff.de conditionib.& demonſtrat.*p.2.c.1.n.61.* p.127.& ſeq.
L.ex duobus.34. ff.de vulgari, *p.2.c.5.num.22.* p.150
L.qui duos.10.ff.de rebus dubiis,*p.2.c.5.à num.22.vſque ad n.25.* p.150
L.qui filiabus.17.§.ſi quis ita.ff.de legat.1.*par.2.c.5.à n.29.vſque ad 32.* p.150
L.Tribunus 20.§.fin.ff.de milit.teſtam. *par.5.cap.1.* p.221
L.municipiorum,ff.de opt.leg. *par.8.c.6.num.12.* p.359
L.ſi fuerit 11.ff.de rebus dubiis,*p.2.c.5.à num.53.* p.151
L.ſi filius.42.in principio, ff. de bonis libertor. *p.4.c.6.à n.40.* p.219
L.qui habebat,ff.de vulgari.*p.5.c.3.n.32.* p.234
L.facere poſſe.29. ff. ſoluto matrimonio, *p.5.c.3.num.55.* p.234

Digeſti Noui.

L.vbi ita donatur,ff.de de donat.cauſ.mortis,*p.1.c.3.maximè à n.28.* p.35
L.cum precario,12.ff.de precario, *p.1.c.3.maximè n.55.& 34.* p.55
L.ius noſtrum.7.ff.de reg.iuris,*p.1.c.4.* p.57
L.hæc verba.124. ff. de verbor. ſignificat.*p.2.c.1.maximè à n.5.* p.123
L.1.§.huius.ff.vti poſſidetis,*p.5.c.5.* p.240
L.vbi repugnantia.ff.de reg.iuris, *p.1.c.1.à num.52.* p.16
L.ſi Titius.9.ff.de verbor.obligat. *p.1.c.1.num.50.* p.17
L.in diem.vbi gloſſ.ff.de nouationib. *p.1.c.11.n.16.* p.111
L.ſi ſeruus.14.§.ſeruus. ff. de ſtatuliberis, *par.2.c.2.num.24.* p.132
L.ſi ſtipulatus 14. cum l. ſequent. ff. de verb. oblig. *p.2.c.25.& 30.* p.152
L.Paulus.38.§.Gaius,ff.de liberal. cauſ. *par.2.c.2.à n.36.* p.133
L.vſusfructus.26.ff.de ſtipulatione ſeruorum,*p.5.c.2.num.2.* p.225

Codicis.

L.optimam.14.§.fin. Cod. de contrahenda,& com. ſtipulat.*p.2.c.1.maximè à n.14.* p.124
L.fin.Cod.de Codicillis,*par.6.c.1.& cap.2.* p.261.& 265
L.1.Cod.de furtis,& ſeru.corrupt.*p.6.c.3.* p.269
L.his quidem. 5. Cod.qui militare poſſunt vel non, lib.12.*p.6.c.4.* p.274
L.1.Cod.de conſulib.lib.12.*p.1.c.4.n.35.* p.41
L. Quoties. Cod. de rei vindicat.*p.1.c.4.num.61.* p.43
L.1.Cod.de errore calculi,*p.1.c.5.à n.9.* p.46
L.ſi Senator.Cod.de Dignitatibus, *lib.12.p.1.c.6.num.50.* p.61
L.fin.Cod.de annali præſcriptione, *p.2.c.2.à n.26.* p.132
L.cum inter.14.Cod.de fideicommiſſar. libertatibus, *p.2.c.5.à n.26.* p.150
L.ſi quis in teſtamento.16. Cod. de fideicom.libert. *ibid.n.17.* p.150
L.3.Cod.de petit.hæreditatis,*p.6.c.1.n.17.* p.263
L.cum qui.14.Cod.de inofficioſo teſtam. *p.6.cap.1.num.18.* p.263
L.contra maiores,eod.tit.*ibid.* p.263
Authent.niſi tricennale,Cod.de bonis maternis, *p.2.c.2.à n.26.* p.132
Authent.hoc amplius.§.ſi quis.Cod.de fideicom.*p.3.c.1.à n.34.vſque ad n.36.* p.161

Authenticorum.

Authent. de Hæredib. & Falcidia, §. inordinatum. cum Gloſſ.verb.prior.*p.1.c.8.à n.40.* p.102

Conſuetudinum feudorum.

Cap.1.de Natura ſucceſſionis feudi. *p.1.c.6.n.191.& 202.* p.73.& 74

Inſtitutionum.

§.item verborum, in fin.Inſt. de inutilibus ſtipulat. *p.2.c.1.maximè à n.14.* p.124

Ex Iure Regni.

L.12.tit.2.part.2.*p.4.c.4.à n.29.* p.212
L.7.tit.10.part.3.*p.6.c.5.à num.3.vſque ad num.6.* p.269
L.117.tit.18.part.3.*p.2.c.1.à n.14.* p.124
L.6.tit.16.part.4.*p.4.c.4.à n.29.* p.212
L.32.tit.11.part.5.*p.2.c.1.à n.14.* p.124
L.12.tit.33.part.7.*p.2.c.5.à num.17.vſque ad n.46.* p.150

Ex leg.Tauri.

L.17.Taur.*p.1.c.3.maximè à n.22.* p.54
L.27.Taur.*p.1.c.6.à num.230.vſque ad num.239.* p.71
Et *d.p.1.c.13.à n.14.* p.120.
Et *p.7.c.1.* p.284
L.40.Tauri,*p.1.c.1.n.157.& ſeq.* p.70
L.42.Tauri,hodie,l.5.tit.7.lib.5.Recopilat.*p.2.c.2.n.40.* p.134
L.44.Tauri,*p.1.c.3.à n.22.* p.34
L.45.Tauri, *p.5.c.2.à num.54.vſque ad num.57.* p.229

Digitized by Google

Et *d.p.5.c.3.n.14.* & 15. p.233
Et *d.p.5.c.5.* p.240

Recopilationis.

L.3.tit.7.lib.5.Recopilat. *p.2.c.2.* p.130
L.7.tit.7.lib.5.Recopilat. *p.3.c.5.* à num.16. vſque ad n.29. p.189
Et *part.4.c.1.n.46.* p.197
Et *part.8. per totam.* p.326
L.12.tit.7.lib.5. Recopilat.*part.8. cap.fin. à num.5* p.365.
L.5.& 14.tit.7.lib.5.Recopilat.*p.1.c.7.n.157.* p.70
L.13.& 14.tit.7.lib.5.Recopil. *p.1.c.7.n.35. & 36.* p.94.
L.13.tit.7.lib.5. Recopilat. *p.3.c.4.n.15.* p.182
L.4.tit.3.lib.7.Recopilat. *pag.6.c.4.* p.274

INDEX

Omnium notabilium, quæ in hoc Opere continentur.

Primus numerus indicat part. *ſecundus* cap. *tertius* num. *quartus* pag.

A

Abſens, & Abſentia.

ABSENS causâ Reipublicæ per fictionem habetur pro præſente, p.2.c.1.n.70. pag.128

Abſentium bona maioratus, ſeu feudalia, quare dentur in adminiſtratione ſub fideiuſſoribus, ſeu cautione de reſtituendis fructibus ex bonis maioratus. Redditur ratio: Nam præſumitur abſens iam deceſſiſſe, ſi per litteras, aut per nuntios non curat de adminiſtratione eorum, part.6.cap.3.n.18. pag.270.

Limita niſi parum temporis ſit abſens, veluti intra quinquennium, ibid.n.19. p.271

Abſens ad quod vſque tempus præſumitur viuere, noſtris temporibus? contra *leg.fin. Cod. de ſacroſanct.Eccleſ.* p.6.c.3.n.20.& 21. p.273

Abſentium bona dantur in adminiſtrationem proximioribus conſanguineis, ſeu immediatis ſucceſſoribus, ſi tempus decennij ſit elapſum. ibid.

Contra Muños de Eſcobar, à n.22. vſque ad n.25. p.271.

Abſentis immediatus ſucceſſor in maioratu, ſi poſſideat alium maioratum incompatibilem cum maioratu abſentis, an eligere teneatur ad obtinendam adminiſtrationem (ſub dicta cautione) bonorum maioratus eius, qui eſſet abſens, & alterum repudiare in fauorem ſequentis in gradu? An verò non teneatur eligere donec plenè probetur mors abſentis? ibid. à n.26. vſque ad n.48. p.271. & 272.

Abſentium bona in adminiſtrationem conceduntur proximioribus, ſeu immediatè ſucceſſuris, vt ea conſeruentur, ibid.n.28. p.272

Abſentis bonorum adminiſtrationem, vt poſſit aliquis conſequi; ſaltem requiritur quòd habeat ius in ſpe, quamuis non in re, ibidem, num. 45. p.273. Vide verb. ***Adminiſtratio.*** & verb. ***Bona.*** & verb. ***Subſtitutus.***

Actio.

Actionem qui habet ad maioratum, an poſſit ſuccedere in alio cum eo incompatibili, p.5. c.3. n.5. p.232

Actionem, qui habet ad rem, ipſam rem habere videtur, quæ in bonis eius iam adnumeratur, p. 5. c.3.n.9.& 10. p.232. & p.7.c.6.n.9. p.320

Actio contraria, ab actione diuerſa differt, p.6.c.2. à n.20. p.268

Actor.

Actor non poteſt duas actiones ſibi contrarias ſimul intentare, atque eas perſequi, ob incompatibilitatem quæ prouenit ex naturali ratione, p.6.c.3. à n.1. vſque ad n.3. p.269

Actor qui agendo velit vti duabus actionibus incompatibilibus, non eſt audiendus, ſed vnam earum debet eligere, p.6.c.3.n.7. p.269

Actoris vitium tranſit, & obſtat ſubſtituto, p.6.c.4. n.83. p.281

Actus.

Actus teſtandi non debet ſeparari ab vnitate atque continuatione eiuſdem actus, nam ſi ad aliud teſtator diuertat, non valebit teſtamentum, p.1.c.7. n.18. vbi deeſt negatiua, *non.* p.92

Actus interpretari debet vt potius valeat, quam pereat, dum tamen non ſit contra voluntatem tacitam vel expreſſam defuncti, p.1.c.11. num.28. & 29. p.112.

Actus humani an poſſint eſſe in pendenti de iure ciuili? p.5.c.2.n.1. p.225

Actus viuentis non poteſt eſſe in ſuſpenſo ſecundùm *l.vſusfructus,26. ff.de ſtipulat.ſeruor.* Et *per leg. fin. Cod.communia.prædior.* deciſum videtur quod actus viuentium poſſunt in ſuſpenſo eſſe: qui textus repugnantiam habere videntur, p.5.c.2.n.3. Et referuntur opiniones Nicolai à Genua, & Bart. in conciliando eos, ibid.n.5.& 6. p.225

Actus morientium quòd non poſſint eſſe in ſuſpenſo declaratur exemplo, à n.9. vſque ad 11. ibid.

Actus morientium, quòd non poſſint eſſe in pendenti, intelligi debet ex facto Tertij, non verò ex natura relicti, n.39.& 40. p.228

Actus morientium quòd non poſſint eſſe in pendenti, intelligi debet, interim, donec vocatus cum qualitate requiſita adierit, & non vltra; vel ſequenti ſucceſſori reuocabiliter defertur ſucceſſio, vel (bonis donec conditio purificetur) curator dandus eſt, n.42. ibid.

Actus morientium quòd non poſſint eſſe in pendenti, intelligi debet quoad eſſentiam maioratus, quia non poteſt non exiſtere poſt inſtitutionem, n.45. ibid.

Actus morientium poſſunt eſſe in ſuſpenſo in diſpoſitione conditionali, cùm ipſa non dependeat ab actu, ſed ab alio intrinſeco, ſcilicèt à conditione, n.48. ibid.

Index Rerum;

Actus morientium poſſunt eſſe in ſuſpenſo ex voluntate diſponentium,n.49. ibid.

Actus morientium non debent eſſe in pendenti, ſeu in ſuſpenſo. Circa quod axioma interpretatur *Lex 45. Tauri*, ibid.à n.54.vſque ad n.57. p.229

Actus morientium poſſunt eſſe in ſuſpenſo, quando maioratus vacat per contrauentionem,n.60. ibid.

Et tunc tempore, quo vacat, ſuccedit natus, reuocabiliter., n.61. ibid.

Probatur iuribus,& authoritatibus,n.62. p.229

Actus morientium poſſunt eſſe in ſuſpenſo, quando maioratus vacat per contrauentionem, etiam ſi verbis reſtrictis inſtitutor vocaſſet aliquos: veluti ſi dicat; Quòd factá alienatione, ſuccedant qui reperientur tempore alienationis,n.63. p.230

Actus morientium poſſunt eſſe in pendenti,quamuis proximiores conſenſerint tempore alienationis, p.5.c.2.n.64.

Et de aliis ampliationibus remiſſiuè,n.65. p.230

Actus morientiū non poſſunt eſſe in ſuſpenſo in ſucceſſione maioratus per contrauentionem, quando filius contrauenientis, vel de linea ſuperiori natus ſit poſt ſententiam,ſeu rem iudicatam,n.66. ibid.

Sed Author hanc opinionem reprobat,n.67.ibid.

Actus morientium, in maioratu, qui vacat per mortem vltimi poſſeſſoris,ſi appareat de voluntate inſtitutoris, poteſt eſſe in ſuſpenſo fauore eius, qui poſtea eſſet naſciturus, n.73.& 74. ibid.

Quæ voluntas colligi poteſt, quando requiritur quòd tempore quo vacat, ſucceſſor habere debeat certam qualitatem, quæ non reperiatur in nato,ſed in poſtea naſcituro,n.75. p.231

Vel quando ſubſtitutus vocatus ſit ſub verbis negatiuis, n.76. ibid.

Et reſpondetur ad contraria,n.77. ibid.

Actus morientium non poſſunt eſſe in ſuſpenſo in ſucceſſione maioratus, quando non apparet de contraria voluntate inſtitutoris, vel diſpoſitione iuris,n.78. ibid.

Actus ac Potentia ſunt incompatibilia, cùm ſimul eſſe non poſſint, p.5.c.3.n.1. p.232

Quod intelligitur in ſenſu compoſito, non autem in ſenſu diuiſo,n.2. Et declaratur, n.3. ibid.

Actus ac potentia ſimul eſſe poſſunt ſecundùm diuerſas rationes,ſecùs ſecundum eaſdem,n.4. ibid.

Actus humanus dependet à voluntate, & poteſtate, n.28.& 29. p.234

Actus, qui debet expediri cum conſilio alicuius, erit nullus; eodem conſilio non petito,p.7.cap.5. n.30. p.306

Actum, & Limitationem quando lex requirit, non ſufficit actus ſine limitatione, nec limitatio ſine actu, p.8.ç.5.n.6. p.352

Accumulatio.

Vide in verbo, *Cumulatio.*

Adam.

Adam, ideo non fuit formatus in Paradiſo, ſed in campo Damaſceno, ne allegaret ius aliquod in Paradiſo habere iure maioratus ei conceſſo cum grauamine, & conditione priuationis ob contrauentionem, p.3.c.1.n.16.& 18. p.159.& ſeq.

Adam ne ignorantiam allegaret de conditione, & grauamine, fuit admonitus, & interpellatus à Deo appoſita die,ibid.n.32. p.161

Adam ſcienter, & ex propoſito, auidus ad ſciendum bonum, & malum incidit in pœnam contrauentionis,n.37. ibid.

Adam, ſi non contraueniſſet præcepto, & conditioni, non fuiſſet priuatus ſucceſſione, & poſſeſſione maioratus Paradiſi, etiam ſi eius vxor Eua ſola contraueniſſet, ibid.n.39. p.162

Adam excuſans ſe à culpa contrauentionis fuit in dolo, & calliditate, redarguendo Dominum Deum ſuum, & beneficium à Deo acceptum, qui ei dederat vxorem, & ſociam ad eius ſolatium, retorquendo in culpam,n.41. ibid.

Adam, ſi errore probabili, & ſine dolo, vel calliditate contraueniſſet, & ſe excuſaſſet, non fuiſſet priuatus maioratu Paradiſi,ibid.n.43. p.162

Adam, ob contrauentionem condemnatus fuit, & priuatus fructu bonorum temporalium, & ſpiritualium, ibid.n.52. p.163

Vide verb. *Succeſſor.*

Ademptio.

Ademptio quando fiat in vim conditionis,vel modi, aut in vim pœnæ? Vide p.3.c,1.num.27. & 28. p.161.

Ademptio maioratus tunc habet locum, quando eſt in potentia,& voluntate grauati adimplere conditionem habendi, necne alium incompatibilem maioratum,p.5.c.3.n.35. & 36. p.234

Ademptio maioratus propter alium incompatibilem ratione quotæ, cenſeri debet temporalis, p.5.c.6. n.77. p.254

Adiunctus.

Adiunctus gaudet priuilegio coniuncti in inſeparabilibus, ſiue indiuiduis, p.4.c.6.n.45. p.219

Adminiſtratio, & Adminiſtrator.

Adminiſtrator bonorum abſentis non habet dominium, nec vllum ius in re, niſi quoad commodum & fructus interim percipiendos, p.6.c.3.num.31. & 32. p.272

Adminiſtrator bonorum abſentis non poſſidet, ſed ſolum in poſſeſſione eſt, n.33.& 34. ibid.

Adminiſtratio bonorum abſentis,ſolùm hæredi, vel legitimo ſucceſſori datur, ſeu conceditur,num.44. p.273. Vide verb.*Abſens*, & verb.*Bona.*

Adoptio.

Adoptiuus filius,vel Arrogatus,in quibus bonis adoptantis ſuccedere poſſit. Vide verb.*Filius.*

Adquiſitio.

Adquiſitionis cauſa, & conditio exiſtens, quamuis poſtea ceſſet,non ceſſat eius effectus iam conſummatus,p.5.c.6.n.98.& 99. p.257

Aduocatus.

Aduocatus prudens recognoſcere poteſt quando orationes, clauſulæ, & conditiones ſunt contrariæ, quando contradictoriæ & perplexæ, ex traditis exemplis, legibus, & autoritatibus comprobatis, p.1.c.10.n.26. p.108

Aduocatus prudens ad probationem Negatiuæ coarctatæ loco & tempore, curet ſi poſſibile eſt articulari aliquod notabile factum,ſiue ſignum,quod illa die, vel hora acciderit, ad hoc vt teſtis,recordetur, vt ei poſſit adhiberi fides; maximè quando interuenit temporis interuallū, p.2.c.1.n.55.p.127

Aduocatus prudens quomodo ſe debeat habere in libello ad petendum vnum ex duobus primogeniis incompatibilibus, p.6.c.3.n.14. p.270

Aduocatus Fiſci, ſeu Regius Fiſcalis promotus ad officium Senatoris Regalis, non poteſt eſſe Index ſuper lite in qua fuit Fiſcalis,p.6.c.4.n.32. p.277

Idem de Regio Prætore, vulgò, *Alcalde de Corte.* Vide verb. *Officium.*

Affirmatio.

Affimatio, & Negatio, ſunt directè contraria, & taliter incompatibilia quod ſimul de eis eligere, vel excipere quis nó valeat,p.6.c.3.n.12.& 13.p.270

Agens

Agens.

Agens ex diuerſis cauſis, ſeu actionibus, res iudicata in vna earum nō nocet in alia, p.6.c.1.n.9. p.262

Agilitas.

Agilitas corporis, & virilitas in Hermaphrodito attendi debet, vt præferatur ſecundogenito in maioratu, p.2.c.3.n.64. & 65. p.141

Agnatus.

Agnati vſque ad quartum gradum, & Cognati vſque ad tertium, poſſunt variare in incompatibilibus remediis ſuccedendi, p.6.c.1.n.12. p.262

Agnati, & Fœminæ veniunt ſub ſignificatione *de Domo*, vel *Caſata*, in Italia; ſecùs autem in noſtra Hiſpania, p.8.c.3.n.2.& 3. p.345

Aggregatio, Aggregatum.

Aggregare, qui tenetur, ſeu vnire res alij maioratui, non valet apponere nouas leges, ſeu conditiones contrarias ſeu repugnantes, p.1.c.7.n.27. p.95

Aggregans ſua bona, vel alia in maioratum à ſe inſtitutum, ſi aliàs non tenebatur aggregare ea, ſeu incorporare, poterit apponere quaſcumque voluerit leges, ſeu conditiones etiam incompatibiles cum alio maioratu, p.1.c.7.n.29. p.93

Quod accipe cum diſtinctione per Additionatores ad D. Molinam tradita, quæ laudatur, & probatur, n.30.& 31. ibid.

Aggregatum Regnum alij principali, ſi habet conditiones contrarias, & incompatibiles, & non admittatur cum eis, permanet ſeparatum cum legibus ſuis & ſtatutis ad gubernium, propter inconuenientia quæ aliàs ſequerētur, p.1.c.7.n.32.p.94

Aggregata bona in diuerſis maioratuum inſtitutionibus, cum contrariis conditionibus, ſiue perplexis, ſiue incompatibilibus, an diuidi, & ſeparari debeant? Reſoluitur cum diſtinctione caſuum, p.4. c.5.à n.30.vſque ad 33. p.215

Aggregationes, ſiue vniones maioratuum tripliciter fieri contingit; per incorporationem, vel acceſſoriè, vel æquè principaliter, p.4.c.5.n.34. p.216

Aggregatio per incorporationem cenſeri debet tanquam vnica et diſpoſitio facta in vna charta, p.4. c.5.n.35.& 36. p.216

Redditur ratio decidendi. ibid.

Aggregatio quando fit acceſſoriè, ſequitur naturam ſui principalis, p.4.c.5.n.38. ibid.

Aggregatio quando fit æquè principaliter, tunc quælibet diſpoſitio remanet in ſuo ſtatu, p.4. c.5. n.39. p.216

Vide etiam verb. *Maioratus.*

Alienatio.

Alienatio rei maioratus facta per eius poſſeſſorem, eſt ipſo iure nulla, p.5.c.6.n.7. p.248

Alienatio quando eſt ipſo iure nulla, poteſt quis contrauenire ſuo proprio facto, & illud impugnare, n.8. ibid.

Vide etiam verb. *Nullitas.*

Ambiguitas.

Ambiguitas tripliciter conſiderari poteſt, aut in iure, aut in facto, aut in perſona, p.1.c.11.n.21. p.111

Amor.

Amor turpis mulierum incompatibilis eſt cum amore Dei, p.1.c.2.n.15. p.23

Amphibologia.

Amphibologiam facit diuiſio dictionis: exemplum ponitur ibidem, p.1.c.11.n.17. p.111

Amphibologia eſt quid ambiguum, quoties eadem ſcriptura manente, ſignificatio, vel eius intellectus in diuerſas partes apertè flecti poteſt, n.18. ibid.

Amphibologia componitur ex *amphi & logia*, id eſt, dubia oratio, quæ ſententiā dubiā indicat, n.19. ib.

Amphibologia eſt ſermonis ambiguitas, n.20. ibid.

Amphibologia ſi conſideratur in inſtitutione maioratus circa perſonam duorum ſucceſſorum, & referri poſſit ad ſingulos ſimul eodémque tempore, quis eorum ſuccedere debet? n.22.& 23. ibid.

Amphibologia circa perſonam duorum qui ſint vocati ad maioratum, ſi ex coniecturis apparere non valeat de quo ſenſit teſtator, neuter ſuccedere debet, ſed ille qui ſucceſſurus erat aliàs ab inteſtato, n.24. ibid.

Amphibologia, vel ambiguitas ſi ſit in ſententiis, reſcriptis, confeſſionibus, teſtibus, vel in pactis, quid iuris, vide remiſſiuè, ibid. n.29. p.112

Antipathia.

Antipathia Græcè idem eſt quòd *Auerſio* Latinè, p.1.c.1.n.14. p.13

Appellatio.

Appellabilis cauſa, & non appellabilis; ſi concurrant, attenditur ad eam, quæ eſt appellabilis, p.4. c.6.n.35. p.219

Appellatione filiorum non veniunt nepotes, p.8.c.8. n.6. p.365

Appellatione filij comprehenditur nepos, & alij deſcendentes, ibid. num.9. maximè in fauorabilibus, n.11. Quod ſine dubio procedit in Hiſpanorum primogeniis. ibid.

Approbatio.

Approbationis obligatio, & facultas reprobationis, non poſſunt concurrere apud eundem ſimul, p.5. c.6.n.4. p.248

Arbitrium.

Arbitrium ad hoc vt in materia maioratus regulari debeat ſecundum perſonas, & eorum dignitates ac qualitates, demonſtratur exemplis cum expreſſione qualitatum, quas habere debent poſſeſſores maioratuum, ad hoc vt dici poſſit quod ſit ſufficiens maioratus ad congruam ſuſtentationem, p.3.c.3. à n.16. vſque ad 18.

Argumentum.

Argumentum de Feudo ad maioratum in forma ſuccedendi validum eſt, p1.c.6.n.183. p.73

Argumentum de feudo ad maioratum non procedit niſi militet eadem ratio, p.1.c.6.n.201. p.74

Argumentum de facultate conceſſa à Rege, ad facultatem conceſſam à lege non procedit, n.245. p.78

Argumentum de ſucceſſione ab inteſtato in bonis allodialibus valet quoad ſucceſſionem bonorum maioratuum, n.246. ibid.

Argumentum de fideicommiſſo ad maioratum eſt validum, n.258. p.79

Argumenta poſita in principio huius Operis contra *cap. cœpit Hermenegildus*, 24.q.1. diluuntur, p.9. cap. vnico, à n.1. p.368

Arithmetica.

Arithmeticæ ſcientia inter Mathematicas habet primam claſſem, p.1.c.5.n.1. p.45

Arithmeticæ ſcientia recognoſcitur per regulas incompatibilitatis, n.3. ibid.

Arrius.

Arrius perfide negauit Diuinam Eſſentiam, & æqualitatem, & coæternam Patris ſubſtantiam eſſe in Filio, & ſic myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, princ. huius Operis, n.4. p.3.

Arrius Alexandrinus fundabat ſuam hæreticam opinionem in Euangelio Diui Ioannis, *cap.14. verſic. 28. quia Pater maior me eſt*, ibidem, n.19. pag.5.

Index Rerum,

Arrius Alexandrinus conuincitur de ſuo errore, quia Christus Dominus noſter in Euangelio Diui Ioan. *cap.* 14. *verſ.* 28. locutus eſt, tanquam homo cuius humanitatis reſpectu, Pater maior eſt. Et in Euangelio Diui Ioann. *cap.* 10. vbi dixit: *Ego, & Pater, vnum ſumus*, locutus eſt reſpectu ſuæ diuinitatis, ibid. n. 20. p. 5

Articulus.

Articuli ad probandam Negatiuam coarctatam loco, & tempore, ad interrogandos teſtes, referuntur ad praxim, p. 2. c. 1. à n. 53. vſque ad 58. p. 127

Aſcendens.

Aſcendentes in ſtipite non ſuccedunt à filiis, ſeu nepotibus, ſecundùm feudales conſtitutiones, p. 1. c. 6. n. 203. p. 74

Aſtrologia & Aſtrologus.

Aſtrologia Iudiciaria reprobatur in Iure, p. 1. cap. 8. n. 1. p. 98

Aſtrologiæ naturalis ſcientia conſiſtit in cognitione elementorum, ac cœlorum, cum ſignis, & planetis, n. 2. ibid.

Aſtrologiæ ſcientia per materiam Incompatibilitatis recognoſcitur, maximè in Elementis, quorum aliud calidum, aliud frigidum, aliud ſiccum, aliud humidum, quæ ſunt incompatibilia, n. 3. & 4. ibid.

Aſtrologus per regulas Incompatibilitatis recognoſcit qualitates, quas aſtra influunt, p. 1. c. 8. n. 5. ib.

Aſtrologus ſub quo ſigno, & planeta, quis natus eſt, recognoſcit in cuiuſque aſcendente ſuo ordine abſque præpoſteratione, & retrogradatione, n. 6. ibid.

Demonſtratur exemplis tam circa planetas, quàm circa ſigna, n. 7. & 8. ibid.

Aſtrologus Ezechias, quando Iſaias, à quo petit ſignum, dedit ipſi facultatem eligendi in ſignum ſuæ ſanitatis, aut quòd ſol aſcenderet decem lineis, aut quòd totidem lineis, ſeu gradibus reuerteret; elegit, vt reuerteret retrorſum, & datur ratio, n. 10. ibid.

Aſtronomus.

Aſtronomis non eſt abſcondita ſcientia Aſtrologiæ in ordine ſignorum, & planetarum, per rationem euitandæ incompatibilitatis in præpoſteratione, & retroceſſione, quæ impoſſibilis eſt, & contra naturam, p. 1. c. 8. n. 9. p. 99

Auerſio.

Auerſio eſt quædam naturalis incompatibilitas inter aliquas plantas, & aliqua animalia, quæ inter ſe odio naturali diſſident, p. 1. c. 1. n. 14. p. 13

Author.

Author textus *in cap. cœpit Hermenegildus.* 24. q. 1. fuit D. Greg. Magnus. in princ. huius Operis n. 7. vbi etiam quò tempore, & ſub quo Pontificatu, & Imperio. p. 3

Authores, & Chroniſtæ referuntur, ex quibus proponitur ſpecies caſus ad text. *in cap. cœpit Hermenegildus Rex.* 24. q. 1. ibid. n. 8. p. 3.

B

Beneficium.

BEneficia duo, pluráve Eccleſiaſtica, maximè curam animarum habentia, ſunt incompatibilia: & vnus duas pluréſve, non poteſt habere Eccleſias, p. 7. c. 1. n. 3. & 17. p. 284

Et rationes decidendi huius concluſionis textualis dantur, n. 4. 5. & 6. p. 285

Beneficia duo poteſt quis habere per diſpenſationem Summi Pontificis, ibid. n. 18. p. 286

Beneficia duo ſunt incompatibilia, etiam inſufficientia ad congruam ſuſtentationem, quando vtrumque requirit reſidentiam perſonalem, p. 7. c. 2. n. 1. p. 291.

Beneficia duo, quæ non ſufficiant ad congruam ſuſtentationem, quamuis non videantur incompatibilia, attamen ſi reſidentiam requirant in diuerſis Eccleſiis, erunt incompatibilia, ibid. n. 5. & 6. p. 291.

Beneficia duo, etiam ſimplicia, incompatibilia ſunt, ſi quodlibet eorum ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, nec poſſunt retineri abſque mortali culpa, p. 7. c. 3. n. 1. p. 294

Beneficia duo ſimplicia incompatibilia non erunt, ſi expreſsè prohibita non ſit à iure, vel ab homine eorum poſſeſſio; vel ſi reſidentiam non requirant. ibid. n. 3. p. 294

Beneficia duo retinens, ſi ambo congruam ſuſtentationem habeant, non excuſatur à peccato mortali, n. 4. ibid.

Beneficium an ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, remanet ſub arbitrio Iudicis, & quæ conſiderare debet Iudex circa perſonam, & eius authoritatem, & qualitatem, & dignitatem, atque familiam, quam ſuſtentare teneatur, p. 7. cap. 3. à n. 5. vſque ad 10. p. 294. & 295

Beneficium incompatibile recipiens tempore, quo litigabat ſuper beneficio alio incompatibili, videtur renunciare liti, p. 7. c. 4. n. 28. p. 299

Beneficio adepto incompatibili, & eius pacifica poſſeſſione, etiam ſi poſtea id renuntiet, aut reſignet, non poteſt recurrere ad aliud primo loco adeptum & tacitè dimiſſum, n. 29. p. 299

Beneficia duo incompatibilia quando vnum eſt in habitu & potentia, & aliud eſt in actu, tunc ex eo quod non ſunt ambo in actu, poſſunt concurrere apud vnam perſonam, quæ poteſt vnum ex illis retinere donec alterum reducatur ad actum, p. 7. c. 6. n. 25. p. 321

Beneficiatus.

Beneficiatus, qui promotus acceptat Epiſcopatum, videtur renuntiaſſe priori beneficio per hunc actum incompatibilem, p. 7. c. 4. n. 26. p. 299

Bona.

Bonorum ſpecies proponuntur, & eorum pretia variabilia, & incerta, & pretia fructuum, ex quibus componitur maioratus, qui ratione quotæ incompatibilis ſit cum alio, p. 1. c. 5. n. 16. p. 46

Bona maioratus licèt confiſcari non debeant ex eo quod poſſeſſor incidat in crimen hæreſis, an confiſcari, & publicari poſſint fructus, & redditus decurſi in vita poſſeſſoris? diuiditur quæſtio in duas opiniones, aliam negatiuam, aliam affirmatiuam, quæ eſt verior, à n. 9. vſque ad 11. p. 170

Et redditur ratio, n. 12. p. 171

Et quod procedat in maioratu tam inſtituto ex Regia facultate, quam ſine ea, n. 13. p. 171

Bona allodialia, & bona maioratus ſunt incompatibilia, & an petens bona iure maioratus poſſit poſtea ea vindicare tanquam bona libera, part. 6. c. 1. n. 15. & 16. p. 263

Bona tanquam vinculata, ſeu maioratus, & tanquam libera, ſeu allodialia ex eadem ſcriptura non poſſunt peti, p. 6. c. 1. n. 19. p. 263. Quod limita, & reſtringe ſicut, n. 20. & 21. ibid. & reſpondetur ad textum de contrario ponderatum, à n. 22. vſque ad 24. p. 264

Bona maioratus abſentium dari debent in adminiſtrationem conſanguineo proximiori, p. 6. cap. 3. n. 15. p. 270

Et

Et idem debet obſeruari, & practicari in bonis maioratus,quod in bonis liberis abſentis, n.16. & 17. ibid.

Vide verb. *Subſtitutus*.

Bonorum abſentium adminiſtratio: Vide ampliùs verb. *Abſens*. & verb.*Adminiſtratio*.

Bonorum dotalium quæſtiones, vide verb.*Dos*.

Bonum.

Bonum ad demonſtrandum quid eſſet, Pythagoras in correlationibus ſuis ponebat *Vnum* ex parte boni, & *Duo*, vel plura, ex parte mali, p.1.c.7. n.10. p.91

Bonum ex integra cauſa,malum ex peculiari defectu, p.4.c.6.n.7. p.217

Quod intelligi debet in moralibus, non autem in Phyſicis: vt declaratur exemplis, num.48. p.220.

C

Caſus.

CAſus continens ſpecialem prouiſionem, non comprehenditur in generali, p.8.c.7. n.12. p.328.

Cauſa.

Cauſa prohibitiua,& permiſſiua, concurrunt in hermaphrodito primogenito, p.2.c.3.n.47. p.140

Cauſa nocens prohibitiua, & non permiſſiua debet attendi, quando ſunt inſeparabiles, ſecus ſi ſint compatibiles, p.2.c.3.n.49. ibid.

Cauſæ finales, quibus moueri ſolet homo, vel lex,ad prohibendum ne vllus maioratus cum alio iungatur,ſed quod per ſeparatas,ſeu diſcretas lineas,ſeu familias, quilibet diſcurrat, tres conſiderari poſſunt, quæ etiam à Iure diuino colliguntur, p. 3. c.5.n.7.& 8. p.189

Cauſa vna ex finalibus prohibēdi ne vnus cum alio maioratu iungatur, ſed quod quilibet ſeparatim inter filios,ſeu diuerſas lineas, ſeu familias diſcurrat, ea eſt vt prouideatur neceſſitatibus, ſeu vtilitatibus, & bonori cuiuſque familiæ, p.3,c.5.n.9. & comprobatur ex Iure diuino, ibid.n.10.& 11. ibid.

Cauſæ duæ quando concurrunt, vna, quæ nocet, & altera quæ prodeſt, attenditur ea quæ nocet, magis,quàm ea quæ prodeſt, p.4. c.6. n.14. & 15. p.218.

Cauſa finali ceſſante, datur repetitio, ſeu regreſſus ad rem datam ob illam cauſam, p.5. c.6.num.76. p.254.

Cauſa adquiſitionis, & conditio exiſtens, quamuis poſtea ceſſet cauſa, non ceſſat eius effectus iam conſummatus,p.5.c.6.n.98.& 99. p.257

Cauſa, per quam motus fuit Clemens V.ad decidendum dubium quod proponitur *in Clement.Gratia, de reſcript.*refertur,p.7.c.4.à num.2. vſque ad 4. p.297.

Cauſa linealis, Realis, vel Perſonalis, prohibendi concurſum maioratuum quomodo recognoſcatur, p.7.c.6.n.49. p.324

Cenſus.

Cenſus perpetuus irredimibilis,cum decima,& commiſſo, quomodo ſit computandus quoad pretium principale, & eius redditus in maioratu incompatibili cum alia ratione Quotæ, p.1.c.5.num.26. p.48.

Certum.

Certa pro incertis dimittenda non ſunt, p. 2. cap.3. n.25. p.138

Certum attendi debet magis quam id quod eſt incertum,& dubitationem habet,p.2.c.3.n.42. p.139

Catholicus.

Catholicus I.Rex Gothorum in noſtra Hiſpania fuit Hermenegildus, & eius Fr.Flauius Recaredus, in princ.huius Operis, n.15. p.5

Catholicorum nomen,& titulum, quo inſigniti ſunt Reges noſtri Hiſpaniarum, acceperunt à Rege Hermenegildo, & Flauio Recaredo eius fratre, n.16.& 17. ibid.

Catholicus non poteſt ſeruire Deo,& Diabolo, cùm hoc ſit incompatibile, ibid.n.73. p.10

Chriſtus.

Chriſtus Dominus noſter non fuit comprehenſus in ſententia lata ob contrauentionem Adami, ex eo quod non deſcendit ab Adamo ex ſemine virili ſecundùm concupiſcentiam carnis, p.3.c.1.n.60. p.164.

Ciuilis.

Ciuilis & naturalis ratio facit, vt alius poſſideat, & alius à poſſidente petat, part. 5. cap.5. num. 26. p.242.

Clauſula.

Clauſulæ inducentes maioratum in Vinculis, ſeu patronatibus, & Anniuerſariis, debent eſſe cum coniecturis multum vrgentibus, concludentibus, ac probabilibus, legibus, vel authoritatibus munitis,p.1.c.7.n.37. p.94

Clauſulæ contrariæ poſitæ in aggregatione, deſtruunt eam, p.1.c.7.n.26.30.& 31. p.93

Clericus.

Clericus ſi excluſus ſit à maioratu, & cauſa finalis excluſionis ſit incapacitas contrahendi matrimonium, & legitimam ſuſcipiendi prolem; multò magis excludendus eſt, qui laborat impotentia naturali, ſiue perpetua, cùm non ſolum ad contrahendum, ſed etiam ad generandum ſit inualidus, p.1.c.9.n.13. p.105

Clericus in ſacris ordinibus conſtitutus ſi excluſus ſit à ſucceſſione in maioratu; maximè etiam Monachus, p.1.c.9. n.14. ibid.

Clericus an cenſeatur excluſus ex cauſa finali, vel impulſiua? p.1.c.9.n.15. p.105

Clericus in ſacris conſtitutus ordinibus,vel Religioſus, non poſſunt fungi officio aliquo publico ſeculari, vt Iudicis, Aduocati, Procuratoris, Tabellionis, Rectoriæ, &c. niſi in certis caſibus, qui afferuntur remiſſiuè, p.6. c.4.num.36. & 38. p.277.

Clericus in ſacris conſtitutus ordinibus, ad hoc vt ſit cauſarum Patronus, neceſſe eſt vt habeat licentiam, ſeu impetret facultatem Regiam, aliter non admittitur,n.37. ibid.

Clericus in minoribus Ordinibus conſtitutus, qui de priuilegio fori in iudicio exceperit, an poſſit eſſe Decurio? vel ad officium publicum ſeculare admitti? remiſſiuè, n.39. p.278

Clericus in minoribus conſtitutus, ſi contrahat matrimonium, perdit beneficium, quia hæc ſunt incompatibilia,p.7.c.4.n.24. p.299

Clericus an ſuccedere poſſit in maioratu inſtituto de Rectorio,&c.

Vide *Monaſterium*.

Index Rerum,

Coacernatio.

Coacernatio de fructibus, vel redditibus, ſecundùm opinionem aliquorum, & deciſionem aliquarum legum noſtri Regni, debet fieri de tribus annis proximè antecedentibus, & ex eis in compnto deducere tertiam partem, p.1.c.5.n.18. p.47

Alij dicunt de quinque annis antecedentibus, n.19.ibid.

Alij de decem annis, & decimam ex eis deducunt partem, n.20.ibid.

Sed in praxi obſeruatur quod per quinquennium fiat computatio, n.21.ibid.

Vide amplius, verb. *Computatio*, & verb. *Res.*

Coarctata Negatiua.

Coarctata quomodo probari debeat per articulos ad interrogandos teſtes, refertur ad praxim, p.2.c.1. n.53.& 54.57.& 58. p.127

Vide *Probatio.*

Colonus.

Colonus eiectus ante tempus ſibi conſtitutum ad fruendum, non habet actionem ad recuperandam rem locatam, vt alio tanto tempore fruatur, p.2. c.2.n.15.& 16. p.131

Comes.

Comitis nomen vnde dicitur, & quid ſit eius officium, ſeu dignitas? p.4.c.4. à n.11.vſque ad 13. p.210

Comitatuum quæſtiones, vide verb. *Dignitas.*

Comicus.

Comicus ſiue Hiſtrio an noſtris temporibus ſit infamis infamia iuris, vel facti? p.1. c. 12. num.18. p.115

Vide ampliùs verb. *Hiſtrio.*

Commenda.

Commenda deriuatur à verbo *Commendare*, quod ſignificat idem ac *deponere*, p. 7. c.1. num. 39. p.288

Commendæ, quæ dantur militibus Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & Diui Ioannis, & Indorum, non ſunt incompatibiles cum maioratibus, ſed tantum inter ſe, p.7.c.1. num.40.& 47. p.288

Limita, niſi maioratus reſidentiam requirat in certo loco, ibid.n.48. p.289

Commendæ quare inter ſe incompatibiles ſunt? Redduntur rationes à n.41.vſque ad 46. ibid.

Commendis Indorum, ex eo quod incompatibiles ſunt, ad eligendam vnam ex duabus, dies trigintaquinque aſſignantur, p.8.c.6.n.5. p.358

Commiſſarius.

Commiſſarius ad vnguem debet obſeruare conditiones, & qualitates facultatis eligendi, p. 1. c. 6. n.357. p.87

Commiſſarius ad eligendum ſi non coarctatam habeat commiſſionem, poteſt eligere remotiorem ex familia, p.1.c.6.n.358. ibid.

Limita, niſi commiſſarius vltimus poſſeſſor habeat filios, tunc vnum ex eis eligere debet, non autem ex agnatis, vel cognatis conſanguineis, p.1.c.6.n.359. p.89

Commiſſarius vltimus poſſeſſor in maioratu poteſt eligere filium ſuum, & etiam deſcendentem ex illo, p.1.c.6.n.360.& 361. ibid.

Commiſſarius, qui habet facultatem eligendi, ſi habeat filios, vel deſcendentes, in primis debet eligere de filiis vel deſcendentibus, & niſi eis deficientibus alios eligere non debet, p.1. c.6.n.362. & 363. p.89

Commiſſarius, qui habet Regiam facultatem eligendi ad feudum, poteſt eligere ſpurium omiſſo filio naturali, p.1.c.6.n.366. ibid.

Commiſſarius, qui habet facultatem eligendi in caſu *legis 27. Tauri*, debet eligere ex eis, qui per ordinem præſcriptum *in d.l.27. Tauri* ſunt nominati, p.1.c.6.n.368. ibid.

Commiſſarius, qui habet facultatem eligendi an poſſit eligere extraneum à familia? remiſſiuè, ibid. n.369. p.89

Commiſſarius, qui habet facultatem eligendi, vnum debet eligere in maioratu, & ſi non eligat, ſolum maior, ſiuè proximior ſuccedit, p.1. c.7.n.44.45. & 46. p.95

Quod extende in emphyteuſi, & aliis indiuiduis, ibid.n.47. p.95

Commiſſarius ad eligendum, vel ſucceſſor in maioratu, non valet apponere conditiones, ſeu noua grauamina, p.3.c.1.n.20.& 21. p.160

Vide amplius verb. *Facultas.*

Communio.

Communionem ab hæretico accipere non debet Catholicus, imo potius mori, in princ.n.40. p.7

Comparatiuum.

Comparatiuum non datur vbi non datur poſitiuum, p.1.c.13.n.9. p.119

Comparatiuum licet addat ad poſitiuum, non excludit qualitatem poſitiui, p. 1. c. 13. num. 10. p.119

Computatio, & Computum.

Computum, ad liquidandum, quos fructus, vel redditus habeat quolibet anno prædium ruſticum, vel vrbanum, metallifodina, vectigal, ſeu gabella, Decima, & alia iura, faciendum eſt coacernatis omnibus, qui proximioribus annis antecedentibus collecti fuerunt, p.1.c.5.n.17. p.47

Computatio ad quotam in maioratibus incompatibilibus cum aliis ratione quotæ, debet fieri deductis oneribus, p.1.c.5.n.30. p.49

Et quæ onera dedocenda ſunt, n.31. ibid.

Computum *de dos quentos de renta*, quomodo ſit faciendum, dicitur remiſſiuè, p.8.c.4.num.8.& 9. p.349

Computum *de dos quentos de renta*, quando inter bona maioratus exiſtunt iuriſdictio, & officia honorifica, veluti Decurionatus, *officio de Ventiquatro, Regidor, Iurado*, & alia ſimilia, quorum redditus, ſeu emolumenta ſunt in parua, aut minima quantitate, pretium autem eorum aſcendit ad maximam ſummam, an ſit faciendum reſpectu valoris ſiue ſortis principalis, ad rationem quinque pro centenario? Vel an tantum ratione emolumentorum? diſcutitur, & reſoluitur, p.8.c.4.à n.10.vſque ad 19. p.349

Computum, ad ſciendum quantitatem *de dos quentos de renta*, an fieri debeat deductis oneribus, & quæ onera ſint deducenda, vel non? reſoluitur cum diſtinctione, ibidem, à n. 20. vſque ad 24. p.350

Computum *de dos quentos de renta*, an ſit faciendum deducto onere alimentorum? reſpondetur reſolutiuè quod non; quia eſt onus extrinſecum atque temporale, & quod poteſt adeſſe, & non adeſſe, ibidem, n.25. p.350

Vide circa modum faciendi computum fructuum, verb. *Coacernatio*, ſupra, & verb. *Res.*

Concilium.

Concilium Toletanum (in quo damnata fuit Arriana hæreſis:) & omne illud quod Rex Flauius Recaredus atque Regina eius vxor, & gens Gothica

Digitized by Google

thica, tanquam Catholici profeſſi fuerunt ad inſtar Symboli Sancti Athanaſij contra Arrium, refertur ad literam, in princ.huius operis,num.13. p.4

Concurſus.

Concurſus omnis, & cumulatio permiſſa eſt,niſi expreſsè reprobetur à natura, vel à lege Diuina,aut humana, vel à diſpoſitione hominis, p. 1. c. 1. n.21.& 22. p.13

Concurſus prohibitus duorum maioratuum ab inſtitutore, ita vt vnum cum alio maioratu coniungi vetet, ita dicens: *Suceda otro en el otro maiorazgo, porque mi voluntad es que no anden juntos, o no ſe junte con otro.* Et eueniat quod primogenitus vnum eorum obtineat tempore, quo alter defertur, & habeat duos filios, vel fratrem, & filium vnicum, quis eorum ſuccedere debeat in maioratu, quem pater non retinere optet, an filius primogenitus, vel ſecundogenitus? Vel ſi forte habeat vnigenitum ſolùm, & fratrem an vnicus primogenitus, vel frater? p. 7. c.6. à n.4. vſque ad fin. p.319

Condemnatio.

Condemnatio ob contrauentionem debet eſſe cum fructibus, quando per vim conditionis fuit grauamen appoſitum, ſecùs ſi per vim modi, p. 3. c.1. n.53.& 54. p.163

Conditio.

Conditio contra ius, maximè diuinum, pro non ſcripta debet haberi, in princ.operis,n.51. p.8

Conditio maximè quæ incompatibilitatem inducit, apponi debet ab eo, qui eam apponendi habeat poteſtatem, ibidem, num.52.comprobatur,n.54. p.8

Conditio deſerendi fidem Catholicam, & ad hæreſim Arrianam redeundi, facit incompatibilem, & repugnantem ſucceſſionem Regni cœleſtis, & terreni,ex diſpoſitione hominis appoſita,ibidem,à n.68.vſque ad 70. p.9

Conditio ferendi nomen, ſeu inſignia armorum familiæ, vel cognominis, aut alterius grauaminis,ſi in maioratu non eſt appoſita priuatiuè ſiue negatiuè, aut per contrarium medio carens, ſed ſyncerè, ſeu poſitiuè, tanquam diuerſum, vel contrarium per obliquum, non eſt incompatibilis cum alio maioratu eandem conditionem habente, p.1.c.1.n.39. p.15

Mieres concludenter conuincitur dum contrarium tenet in maioratibus, quorum quilibet habeat, non priuatiuè, ſeu negatiuè, ſed ſimpliciter præceptum deferendi nomen, & arma, d.p.1. c.1.n.40. p.15

Conditio deferendi nomen, & arma,appoſita priuatiuè, aut negatiuè, aut per contrarium medio carens, licèt in vno ex duobus, pluribuſuè maioratibus, eſt incompatibilis cum aliis, d. p.1. c. 1. n.42. p.15

Et ſucceſſor debet vnum eligere,n.43. ibid.

Er Paulus Duran. Epiſcopus Vrgellenſis in hac materia de maioratuum incompatibilitate per conditionem deferendi nomen, & arma, comprobat mirificè, atque illuſtrat opinionem noſtram,d.p.1.c.1.n.44. ibid.

Conditio portandi arma, principaliter ad dexteram, vel nomen, ſeu cognomen tanquam principale, eſt incompatibilis cum alio maioratu, qui habet idemmet præceptum, ſeu conditionem, p.1. c. 1. n.45. p.16

Conditio portandi talia inſignia armorum, vel nomen in primo, ſeu principali loco, idem importat, quod conditio portandi ſolum talia inſignia, vel ſolum tale nomen,p.1.c.1.n.47. p.16

Mieres opinionem admittit Dom. D. Ioan. à Caſtillo cum diſtinctionibus, de quibus nos ſupra,n.48. ibid.

Et Antonius Theſaurus, ad quem ſe remittit Vincentius Fuſarius, non reſoluit quæſtionem de duobus maioratibus,quorũ quilibet cum præcepto portandi nomen, & arma, inſtitutus eſt, propter perplexitatem quam recognouit: attamen ſe remittit *ad legem, ſi Titius, ff.de condit.& demonſtrationibus, & ad leg. vbi repugnantia,de reg.iuris*,ibid.n.49. p.16

Conditiones portandi nomen, & arma, ſunt honeſtæ, & non impoſſibiles iure, vel naturâ, ideo ſunt reiiciendæ, p.1.c.1.n.53. p.17

Conditio ferendi nomen, & arma, poteſt apponi in maioratu condito per patres ex Tertio, & Quinto bonorum, p.1.c.1.n.54. p.17

Et limitatur, n.55: quando propter incompatibilitatem cum alio maioratu, ad alios tranſire debuiſſet maioratus ex Tertio & Quinto: quia tunc reiicienda eſt talis conditio, & pro non appoſita habenda,n.55.& 57. ibid.

Er ſi appoſita ſit in Tertio bonorum, quia Tertium eſt legitima filiorum, ideo in eorum præiudicium poſita reiicienda eſt, etiam ſi ſit poteſtatiua,ibid.n.56.57.& 58. p.17

Conditio perplexa, ſeu contradictoria quæ ſit? multis exemplis tam in iure quam in facto curioſitate plenis demonſtratur, p.1.c.10. à n.10. vſque ad n.25. p.106.& ſeqq.

Conditiones contrariæ, vel contradictoriæ, vel perplexitatem habentes in inſtitutione maioratus,vel maioratuum, an vni earum, vel nulli ſtandum ſit, vel an diuidi debeat maioratus? p.1.c.10. n.28.

Quod diſtinctionibus, ſeu declarationibus ſicut oportet diffinitur,d.n.28. p.108

Conditiones perplexæ, contrariæ, vel contradictoriæ diſſolui debent ſi poſſibile fuerit ex præſumpta, & coniecturata mente teſtatoris, ſeu inſtitutoris, p.1.c.10.n.29.& 30. p.108

Conditiones diuerſæ differunt à conditionibus perplexis, ſeu contrariis. cùm in diuerſis vltimæ ſtandum ſit, ſecùs in perplexis, p.1.c.10.num.37. p.109

De quo etiam vide verb. *Perplexitas.*

Conditio appoſita in inſtitutione maioratus reſidendi in certo loco, an faciat maioratus incompatibiles? vide verb. *Maioratus.*

Conditio quæ apponi ſolet in maioratibus quod ſucceſſores non contrahant nuptias cum perſonis diſparis cultus, vel quæ deſcendant ex Iudæis, Mauris, vel Hæreticis, vel aliis, impuri ſanguinis, aut ignobilibus, licita eſt omni iure, p.3. c.3. à n.6.vſque ad n.11. p.175

Conditio impeditiua contrahendi cum perſona maculatæ originis, non eſt impeditiua nuptiarum, p.3.c.3.n.10. p.175

Declaratur per ampliationes, & limitationes, à n.12. p.175

Conditio quod ſucceſſor non contrahat cum perſona maculata comprehendit coniugatum cum tali perſona maculata antequam delata ſit ſucceſſio maioratus, p.3.c 3.n.13. ibid.

Redditur ratio, n. 14. p.176

Quod procedit, etſi ſucceſſor alleget ignorantiam talis conditionis, n.15. ibid.

Et comprobatur, atque opinionibus contrariis reſpondetur cum diſtinctione, à n.16.vſque ad n.21. p.176

In conditionibus maximè attendi debet tacita, vel expreſſa voluntas inſtitutoris, quæ conditiones regit, p.3.c.5.n.17. ibid.

Conditio qoòd ſucceſſor non contrahat cum perſona ex genere maculato, comprehendit ſucceſſorem; etſi alleget quod tempore, qoo contraxit, ignorabat quod perſona cum qua contraxit deſcenderet à Iudæis, ſeu ab alio maculato genere, p.3.c.3.n.22. ibid.

Conditio impeditiua contrahendi nuptias cum perſona maculata, comprehendit virginem, ſiue puellam, etiam exiſtentem ſub parentum poteſtate, vel conſanguineorum, p.3.c.3.n.23. ibid.

Redditur ratio, n.24. p.176

Quod limita, n.42. p.178

Conditio ne matrimonium contrahat ſocceſſor cum perſona maculata, vel ex genere prohibito, comprehendit minorem, qui in hoc caſu reſtitutionem non habet, p.3.c.3.n.26. p.277

Quod limita, n.27.& 43. ibid. & p.78

Conditio ne ſucceſſor contrahat noptias cum perſona maculata ex genere odioſo teſtatori, afficit, etiamſi ſucceſſor matrimonium conſummauerit, p.3.c.3.n.28. p.177

Conditio ſucceſſori appoſita ne contrahat cum perſona ex tali genere odioſa inſtitutori, comprehendit ſocceſſorem, etiamſi non in primis, ſed in ſecundis nuptiis contraueniat, p. 3. c.3. num. 29. ibid.

Conditio, ne ſucceſſor ineat nuptias cum perſona ex ſanguine impuro, comprehendit ſocceſſorem, qui primas nuptias contraxit cum perſona maculata, & poſtea cum perſona ex puro ſanguine, p.3. c.3.n.30. ibid.

Conditio, ne ſucceſſor contrahat nuptias cum perſona maculata, ſi ante delatam ſocceſſionem contrahat cum maculata, & ex ea habeat filios, & ea mortua contrahat ſecundùm voluntatem inſtitutoris, non ſuccedet is, neqoe eius filius, p.3. c. 3. n.31. ibid.

Conditio non nobendi cum ignobili, habet locum etiam ſi poſſeſſor contrahat matrimonium cum nobili ex priuilegio, p.3.c.3.n.32. p.177

Conditio, ne ſucceſſor contrahat nuptias cum perſona maculata, ſeu ignobili, an habeat locum in caſu *legis* 27.*Tauri*? diſputatur, & reſoluitur, p.3. c.3.à n.33.vſque ad 37. p.177

Conditoni non nubendi cum perſona maculata, vel ignobili, non contrauenire dicitur poſſeſſor qoando non contraxit per verba de præſenti, ſed per ſponſalia de futuro, p.3.c.3.n.38.

Redditur ratio, n.39. p.178

Conditio, ne ſucceſſor contrahat cum perſona maculata, ſeu ignobili, non impedit, ſi ante delatam ſocceſſionem contraxit cum perſona prohibita, & tempore delatæ ſucceſſionis iam ſit mortua, p. 3. c.3.n.40. p.178

Conditio prohibitiua contrahendi cum perſona de impuro ſanguine, non præiudicat ſucceſſori, ſi fuit nullum matrimonium, & habilis remaneat ad aliud contrahendum, p.3.c.3.n.41. ibid.

Conditioni ne poſſeſſor contrahat cum perſona maculata, ſi contraueniat puella virgo; & mortuo marito, inueniatur libera, & habilis ad parendum conditioni, non impedit quin ſuccedat, p.3.c.3. n.42. p.178

Conditioni ne ſucceſſor nuptias faciat cum perſona maculata, ſi contraueniens fuiſſet minor, & moriatur coniux ante delatam ſucceſſionem, ſuccedet poſtea, cum non ſit impeditus tempore delatæ ſucceſſionis, p.3.c.3.n.43.& 44. ibid.

Conditio, ne ſucceſſor contrahat cum perſona maculata, non obligat ſucceſſorem, quando per verba exhortationis, vel conſilij, & non per verba neceſſaria præcepti, modi, vel conditionis fuit appoſita, p.3.c.3.n.45. p.178

Conditio, ne ſucceſſor nubat cum perſona maculata, vel ignobili, non excludit ſucceſſorem contrauenientem, quando non ſopereſt alius ex familia, p.3.c.3.n.46. ibid.

Conditio, ne ſocceſſor ineat matrimoninm cum maculata perſona, vel ignobili, non excludit filios natos ante matrimonium contractum cum perſona ignobili, ſeu maculata, p.3.c.3.n.47. p.178

Conditio, ne ſucceſſor coutrahat cum perſona ex genere ignobili, vel impuri ſanguinis, an noceat filiis natis ex ſecundis nuptiis contractis cum perſona ex genere nobili, vel puri ſanguinis, p. 3. c.3.n.48.

Diſcutitur ex profeſſo pro vtraque parte, & reſoluitur pro filiis, à n.48.vſque ad n.56.ibid. & p.179

Conditio, ſeu grauamen appoſitum inſtituto, non extenditur ad ſubſtitutum, niſi expreſſe repetatur in ſubſtituto, p.4.c.2.n.5. p.202

Conditio reſpiciens certas perſonas, ad eas tantum, & non ad alias referri debet, p. 4. c. 2. num.6. p.202

Conditio adiuncta perſonæ, ſeu gradui ſeparato in perfecta oratione diuerſa, non cenſeturre petita qooad aliam perſonam, gradum, vel lineam ſubſtitutorum, p.4.c.2.n.10. ibid.

Conditio prohibitiua non extenditur de perſona ad aliam perſonam in oratione ſeparata, p. 4. c. 2. n.11. ibid.

Conditio, ſeu qualitas agnationis, non extenditur etiam ex ratione conſeruandæ agnationis ad alias perſonas, gradus, vel lineas; in quibus expreſsè requiritur; imò ad perſonas nominatas reſtringitur, p.4.c.2.n.12. p.203

Conditio, quæ prohibet concurſom vnius com alio maioratu, tendit ad prouiſionem alimentorum in fauorem aliorum, cùm præſumere debeamus quod inſtitutor motus fuerit charitate, & affectu ſubueniendi aliis, ex fructibus, ac redditibus bonorum alterius maioratus. Ideo fauore alimentorum extendi debet, p.4.c.2.n.18.& 19. p.103

Conditio prohibitionis vnius cum alio maioratu, quamuis ſit ob cauſam & rationem ne inſtitutoris nomen, vel eios memoria ſubiaceat, vel arma obumbrentur, extendi debet ad alias perſonas, lineas, vel gradus ob identitatem rationis, & cauſæ finalis, p.4.c.2.n.20. ibid.

Conditionis repetitio, & extenſio de perſona ad perſonam, de gradu ad gradum, & de linea ad lineam datur, ſi militet eadem ratio, & cauſa, p.4. c.2.n.21. p.203

Conditionis repetitio, ſeu grauaminis procedit non ſolum per expreſſam, ſed etiam per tacitam & coniecturatam voluntatem inſtitutoris, p. 4. c.2. n.22.& 23. p.204

Conditio negatiua, *ſi vocatus filios non habuerit*, cum ſit limitata, & ad certum tempus reſtricta, ſolum ad illud tempus attendi debet, ad hoc vt ex defectu illius ſubſtituto locus fiat, p. 5. c. 2. num.27.

num.27.& 28. p.227

Conditio illa negatiua, *ſi liberos inſtitutus, vel vocatus non habuerit*, non verificatur quouſque impoſſibile ſit filios habere poſſe, & ſic vſque ad mortem, nam vſque ad eam durat ſpes, p.5.c.2. n.51. p.229

Conditio nuptiarum requiritur quod adimpleatur per actum, & rem ipſam, & non ſufficit per habitum, ſeu potentiam, p. 5.c.3. num.19. & 20. p.233

Conditionem ſufficit ſemel impleri, licèt non poſtea duret implementum, p.5.c.6.n.100. p.257

Vide amplius verb. *Grauamen*, & verb. *Prohibitio.*

Conductio.

Conductio, & Precarium, incompatibilia ſunt, p.1. c.3.n.7. p.33

Coniectura.

Coniecturis euidentibus, & valde vrgentibus deducitur quodammodo expreſſum; coniecturæque manifeſtam, atque euidentem voluntatem inducunt, & per coniecturas apparet de mente, & intentione diſponentis, p. 7. c. 5. num. 73. & 74. p.311

Coniuges.

Coniuges, qui à principio non poſſidebant ſuos maioratus, ſed poſtea durante matrimonio ſucceſſerunt in illis, debent poſt talem ſucceſſionem ipſos diuidere, tanquam ſi ab initio matrimonij poſſediſſent, & talis diuiſio non ſolùm procedit inter filios, nepotes, ſed etiam inter alios deſcendentes: ita reſoluitur ex Dom.Perez de Lara, p.8. c.2.n.11. p.336

Coniuges, ſi neque in eorum vita ſucceſſerunt in maioratibus ita incompatibilibus, nec eis viuentibus, fuit delata ſucceſſio, ſed poſt eorum mortem, quia tamen in vita habebant probabile, & inuariabile ius ſuccedendi, & quia talis ſucceſſio poſt eorum mortem reſultat ex præambulo matrimonio, ſeparari debent maioratus tanquam ſi ab initio coniuges habuiſſent, & poſſediſſent eos, p.8.c.2.n.12. & 13. Vbi ex Dom. Perez de Lara reſoluitur contra Dom. Paz, & Additionatores ad Dom.Molinam, p.337

Coniuges, ſi neque in eorum vita ſucceſſerunt in dictis maioratibus incompatibilibus, nec ſpem habebant certam, & inuariabilem, & poſt mortem eorum ſucceſſerunt in illis maioratibus, filij, vel nepotes, ſeu alij deſcendentes; an diuidi debeant ac ſi à principio, vel conſtante matrimonio ſucceſſiſſent, vel habuiſſent probabilem, & certam ſpem poſſidendi? Reſoluitur quod ſi maioratus inſtituti erant poſt contractum matrimonium, tunc diuidi non debent; at verò ſi inſtituti erant maioratus ante matrimonium, tunc ſeparari debent tanquam incompatibiles ex cauſa præambuli matrimonij, p.8. c.2.à num.14. vſque ad 18. p.337

Coniugium.

Coniugium inter eos, qui ſunt diſparis cultus, eſt incompatibile, ac de iure Diuino prohibitum, p.3.c.3.n.1. p.174

Vide alia verb. *Matrimonium.*

Coniunctio.

In materia coniunctionis prohibitæ duorum, pluriumue maioratuum, Flores Diaz de Mena, & maximè Pater Thomas Sanchez (qui refertur ad literam) reprobant deciſionem Antonij de Gamma validiſſimis fundamentis. Si tamen cauſa prohibitionis ſit, ne memoria inſtitutoris, nomen & arma ſupprimantur, Mieres ipſe recedit ab hac opinione, p.3.c.5.n.37.& 38. p.192

Vide verb. *Conditio*, & *Prohibitio.*

Coniunctio poſita inter incompatibilia, reſoluitur in Diſiunctiuam, p.5.c.4.n.7. p.237

Conſanguineus, & Conſanguinitas.

Conſanguinitas & proximitas vltimi poſſeſſoris ex ea parte prouenire debet ex qua ſucceſſio prætenditur, p.1.c.6.n.240. p.77

Conſanguineus trãſuerſalis ex parte patris meliorantis, etiamſi ſit in remotiori gradu præfertur conſanguineo ex parte matris meliorantis, etiamſi ſit in proximiori gradu, & ſit proximior vltimo poſſeſſori, p.1.c.6.n.247. p.78

Conſanguineus tranſuerſalis ex parte matris filij meliorati, præfertur extraneo, quem pater melíorans ad ſucceſſionem maioratus vocauit, p.1. c.6. num.248

Quorum exemplis regulantur alij caſus, n.249. & 250. p.78

Conſenſus.

Conſenſus tacitus filij vnici ſufficiet ad validitatem meliorationis ſi parens in compenſationem grauaminis vltra Tertium aliquid aliud filio relinquat, prout Quintum; ſecùs ſi ei nihil vltra Tertium relinqueret; nam tunc expreſſus requireretur conſenſus, p. 1. c. 13. num. 27. & 28. p.121

Conſonantia.

Conſonantia, & diſſonantia dant intellectum ad plurimas leges, & rationem decidendi tribuunt: de quibus vide p.1. c.7. à num.18. vſque ad 22. p.92

Contradictoria.

Contradictoria ſunt, quæ ſimul de eodem ſtare non poſſunt: ideo idem quod incompatibilia, p.1.c.1. n.10. p.12

Contradictoria componuntur ex vna propoſitione vniuerſali, & altera particulari, p.1. c.10. num.5. p.106

Contradictoria duo accidentia non poſſunt ſimul informare ſubiectum, p. 4. c.6. num. 24. & 25. p.218

Contradictoria quomodo recognoſcantur, declaratur exemplis, p. 1. c. 10. à num. 6. vſque ad 25. p.106

Contrahens.

Contrahens in aliquo oppido, quod erat ſub iuriſdictione alicuius ciuitatis ſi poſtea oppidum ſit ab ea exemptum, an debeat conueniri in ciuitate, vel in oppido exempto? diſputatur, & refertur res iudicata, p.7. c.2.à n. 17. vſque ad num. 21. p.293

Contraria.

Contraria priuatiuè non admittunt mixtum: Contraria poſitiuè mixtum admittunt, p.1.c.1.n. 24. & 25. p.14

Contraria aduerſa priuantia, & relata negantia, quæ ſint, & in quo differant; ad maiorem declarationem materiæ incompatibilitatis demonſtratur, p.1. c.1.à n.26. vſque ad 36. p.14

Contraria per obliquum, quæ ſint, oſtenditur, p.1. c.1.n.38. p.15

Contraria ſub eodem genere maximè diſtant, & ab eodem ſubiecto mutuò ſe expellunt, p.1. c.3.n.3. p.32

Contraria habent repugnantiam formalem, & directò mutuam, p.1.c.3.n.4. ibid.

Index Rerum,

Contrariâ, quodammodo ſunt omnia incompatibilia, ſecundùm Ariſtot.& Bald. Principes Philoſophiæ, p.1.c.1.n.9. p.12
Et c.3.n.5. p.32

Contraria, veluti legitimatum eſſe, & illegitimatum eſſe, poſſunt dari reſpectu diuerſi temporis, p. 1. c.4.n 43.& 44. p.41

Contraria in caſu ſpeciali legitimati, vide num. 45. ibid.

Contrariæ clauſulæ ſeu conditiones poſitæ in aggregatione, deſtruunt eam, p.1.c.7. num.26. 30. & 31. p.93

Contraria contrariis curantur, vnde frigus non moritur niſi in calore, amaritudo in dulcedine, loquacitas in taciturnitate, p.1. c. 9. num. 4. & 5. p.104

Contraria per regulas Dialecticæ componuntur ex duabus propoſitionibus vniuerſalibus, vna affirmante, altera negante, p. 1. c. 10. num. 3. & 4. p.106

Contraria, & Contradictoria, quæ ſint, explicant Iuriſconſulti, & alij Doctores ex ſcientia Dialecticæ, p.1.c.10.à n.6.vſque ad 25. p.106

Contraria duo, vel perplexa, poſſunt eſſe ſub diuerſis reſpectibus, & tunc diſſoluere facile eſt, p.1. c.10.n.31. p.108

Contraria plura, ſeu incompatibilia, perplexauè ſi concurrant, præualet vltima, ſi in diuerſis capitulis, ſeu conditionibus ex interuallo ſint appoſitæ, ſeu in diuerſis, & ſeparatis teſtamentis, p. 1. c.10.n.38.& 39. p.109
Secùs in eadem ſcriptura continuatiuè, ſiue in continenti, ibid.n.40. ibid.
Limitatur, p.4.c.5.n.24. p.215

Contrariæ, perplexæ, ſeu incompatibiles conditiones, vocationes, & aliæ diſpoſitiones, ſi in diuerſis maioratuum inſtitutionibus ſint appoſitæ, per eadem iura, & rationes, quibus deciduntur quando ſunt in eadem diſpoſitione, decidi debent, p.4. c.5.à n.27.vſque ad 29. p.215

Contrariæ conditiones, ſeu perplexæ, aut incompatibiles, ſi ſuper bonis aggregatis in diuerſis maioratuum inſtitutionibus appoſitæ ſint, an diuidi, & ſeparari debeant aggregata? reſoluitur cum diſtinctione caſuum, p.4.c.5. à n.30.vſque ad 33. p.215

Contraria, ſiue incompatibilia ſimul eſſe poſſunt ex voluntate inſtitutoris, accipiendo eam metaphyſicè ſiue intellectualiter, & in abſtracto, & non in concreto: quod declaratur, p.4. c.6.num.47. p.219

Contraria, & incompatibilia, ad hoc vt vno electo conſumatur alterum, accipienda ſunt non ſolùm quoad remedia, & actiones contrarias, ſeu incompatibiles, ſed etiam quoad modum, & viam agendi, ſi ſibi inuicem aduerſentur, & non compatiantur, p.6.c.2.n.15. p.267

Contrarietas.

Contrarietas, repugnantia, ſeu incompatibilitas in legibus nulla dari debet, nec datur, p.4.c.5.n.1. p.213

Contrarietas, repugnantia, ſeu perplexitas in diſpoſitione hominum, ad hoc vt ſuper ea diſputetur, vtrùm primis, vel ſecundis conditionibus, vel qualitatibus ſtari debeat, & quid tenendum? Debet eſſe præciſa, & indiſſolubilis contrarietas, vt impoſſibile ſit eam concordare, p.4.c.5.num.3.4. & 5. p.213
Et à n.24.vſque ad 26. p.215

Contrarietas, ſiue perplexitas poteſt diſſolui, quando vnum ex contrariis poteſt referri ad id, quod eſt generale diſpoſitum, & aliud ad id quod eſt ſpeciale, p.4.c.5.n.12. p.214

Contrarietas, ſiue perplexitas diſſolui poteſt, ſi reſultet ex vi alicuius Alternatiuè, cùm reſolui debeat in Copulatiuam, vt contrarietas euitetur, p.4.c.5.n.22. p.215
Vide etiam verb. *Perplexitas.*

Contrauentio.

Contrauentionis clauſulam per incompatibilitatem ſeu priuationem ipſo facto incurrendam, poſuit Dominus Deus in inſtitutione maioratus, vt recognoſceret homo, quòd non ex ſuis bonis, ſed ex bonis Domini ſui in Paradiſo creatis inſtitutus erat, p.3.c.1.n.2. p.159

Contrauentionis clauſula, ſeu præceptum, ſub pœna amiſſionis ipſo facto incurrenda, à Deo poſita refertur ad literam, p.3.c.1.n.4. ibid.
Et quòd ſub dicto grauamine, & conditione fuit Adam miſſus in poſſeſſionem Paradiſi, n. 5. ibid.

Contrauentio per alium, quam per eum cui fuit appoſitum præceptum, ſeu grauamen, non nocet ſucceſſori, p.3.c.1.n.40. p.162

Contrauentio per errorem probabilem cauſatum ab ignorantia facti, vel ab imbecillitate perſonæ, ſine dolo, ſcientia, ſeu voluntate, excuſat, p.3.c.1. n.44. ibid.

Contrauentio debet conſtare per plenam probationem, cùm non præſumatur niſi plenè probetur, p.3.c.1.n.45.& 46. p.162

Contrauentio patris non nocet filio anteà concepto, & nato, neque in ſententia priuationis ob contrauentionem comprehenditur filius, p. 3. c. 1. n.62. p.165
Limita niſi aliter fuiſſet voluntas inſtitutoris, n.63. ibid.

Contrauentio an ſit realis, vel perſonalis ob voluntatem inſtitutoris, p.3.c.1.n.70. p.166

Contrauentio cenſeri debet realis ex voluntate inſtitutoris, quando per generationem, & propagationem filius, vel deſcendens fuit comprehenſus in contrauentione; cùm tunc inſtitutor vellet quòd caro, & ſanguis ex tali parente contraueniente proueniens non ſuccedat, p.3. c.1. n.71. p.166

Contrauentio realis cenſeri debet, ſi inſtitutor ſub pœna priuationis præcepit ne ſucceſſor contrahat cum perſona maculata quæ deſcendat ex Iudæis, Mauris, Hæreticis, Ignobilibus, vel aliis ſimilibus, p.3.c.1.n.72. ibid.
Extenditur etiam ſi diligentiam adhibeat ad contrahendum cum perſona ſine illa macula, n.74. p.167
Quo caſu pater non debet priuari, ſed filij, p.3. c.1.n.75.& 76. p.167

Contrauentio iudicatur realis quando inſtitutor excludit filios illegitimos, p.3.c.1.n.73. p.167

Contrauentio cenſeri debet realis, ſi fuit in contemptum inſtitutoris, cùm tunc ſit ei odioſus, & odium cum patre nocet filiis, p. 3. c.1. num. 77. ibid.

Contrauentio ex eo quod non adimpleat conditionem portandi nomen, vel arma, ſeu inſignia familiæ, cenſetur realis, p.3.c.1.n.78.& 79. p.167

Contrauentio cenſetur realis, quando vocatus fuit filius contemplatione patris, & pater contraueniat, p.3.c.1.n.81. ibid.

Contra

Contrauentio iudicari debet realis, quando in caſu contrauentionis non vocati ſunt filij contrauenientis, ſed alius extraneus, p.3.c.1.n.82. ibid.
Contrauentio cenſetur realis quando filij ſunt vocati, vel inſtituti, ſi pater non contraueniat, p.3.c.1. n.83. p.167
Declaratur, & limitatur, n.84. ibid.
Contrauentionem committit, qui non in totum, ſed ſolùm pro parte adimplet conditionem, ſeu grauamen, p.3.c.1.n.85. ibid.
Contrauentio patris non nocet filio concepto, vel nato ante contrauentionem; p. 3. c.1. num.87. p.168
Contrauentio patris non nocet filio, qui tacitè, vel expreſsè fuit vocatus, p.3.c.1.n.88. ibid.
Contrauentio, quando fuit ob venditionem rei maioratus prohibitæ alienari ſub pœna priuationis, non nocet filio, p.3.c.1.n.89. p.168
Contrauentio patris, qui prohibitus eſt ſub pœna priuationis, moleſtiam, iniuriamuè inferre alicui, vel litem mouere, nocet filiis, p.3.c.1. à n.90. vſque ad 92. p.168
Contrauentio patris in dubio non nocet filiis, maximè in maioratibus Hiſpaniæ, p.3. c.1. num. 93. ibid.
Contrauenire quis non debet facto proprio, vel facto alterius cui ſucceſſit, ſeu quem repræſentat, p.5.c.6.n.5. p.248
Vide amplius verb. *Factum*.
Contrauentione patris, vel Aui, filius non excluditur à maioratus ſucceſſione, p. 7. c. 6. num. 19. p.320
Vide verb. *Adam*, & verb. *Maria*, & *Succeſſor*.

Conuentus.

Conuentus Fratrum Minorum incapax eſt ſucceſſionis de annuis redditibus, non verò de annuis eleemoſynis, p.7. c.5. à num.37. vſque ad num. 41. p.307

Copulatiua.

Copulatiua, *E T*, inter Incompatibilia, reſoluitur in Diſiunctiuam, p.5.c.4.n.1. p.237
Copulatiua poſita inter Incompatibilia, non ſolum cadens inter res, ſed etiam inter perſonas, reſoluitur in Diſiunctiuam, n.8. ibid.
Copulatiua, ex ſua materia coniungit, vt ſimul omnes copulati ſuccedant, p.5.c.4.n.10. p.238
Quod procedit etiam cadens inter perſonas, n.11. ibid.
Copulatiua appoſita inter incompatibilia, & repugnantia, maximè in maioratuum ſucceſſionibus, reſoluitur in Diſiunctiuam, ad hoc vt quilibet diſiunctim, & quo tempore ſuccedere debeat, p.5. c.4.n.17.& 18. p.238

Corrigens.

Corrigere ſe incontinenti nemo velle præſumitur: quod limitatur in perplexis, ſeu incompatibilibus, cùm tunc vltimum præualere debeat, p. 4. c. 5. n.24. p.215

Cumulatio.

Cumulationes de poſſeſſorio ad petitorium maximè pertinent ad materiam Incompatibilitatis, & vtiles ad praxim ſuper maioratibus vacantibus per mortem vltimi poſſeſſoris, quæſtiones continent: maximè cùm non recurritur ad ſuperiores Regios Senatores ſuper remedio Tenutæ, p.5.c.5.num.1. p.240
Cumulationis materia de poſſeſſorio cum petitorio, integrum tractatum deſiderat; & referuntur quamplurimi Doctores, qui de ea ſelectè agunt, p.5.c.5.n.12. p.241
Vide verb. *Poſſeſſorium*.

D

Datum.

DAtum purè, ſi adimatur ſub conditione, ſub contraria conditione videtur datum, p.5.c.6. à n.71. vſque ad 73. p.254
Datum contemplatione certæ cauſæ, non repetitur, licèt illa reſoluatur, p.5.c.6.n.101. p.257

Decurio.

Decuriones, vulgò, *Regidores, o Ventiquatros*, non poſſunt eſſe conductores gabellarum, & Regiorum redditum, vel propriorum cuiuſque oppidi; nec eſſe fideiuſſores conductorum, p.6.c.4. n.47. p.278
Idem de Tribunis plebis, vulgò, *Iurados, & Mayordomos de el Conſejo*, n.47.& 48. ibid.
Limitatur, p.3.c.3.n.15. p.176
Decurionem vnum cum alio Decurione aut Officiali eiuſdem conſiſtorij habitare non permittitur, ibid.n.81. p.281
Vide amplius verb. *Rectores*.

Delictum.

Delictum commiſſum in medio, ſeu in finibus vtriuſque territorij, ita indifferēter quòd non magis in iſto, quam in illo territorio ſit perpetratum, quis Iudicum vtriuſque territorij cognoſcere debeat? & de competentia inter eôs, & quomodo debeant recurrere ad Superiorem: & de praxi, quæ circa hoc obſeruatur, p.2.c.5. à n.41. vſque ad 45. p.151.152
Delictum patris nocet filiis in feudalibus, p. 1. c.2. n.54. p.28

Dæmon.

Dæmon in figura Apollinis quando interrogatus fuit de futuris contingentibus, cautè, & ne de mendacio argui poſſet, per verba ambigua, & amphibologica reſpondebat, p.1. c.11. à n.8. vſque ad 10. p.110

Depoſitum.

Depoſitum, & Mutuum, ſunt incompatibilia, tanquàm ex ſua natura contraria, p. 1. c. 3. num. 8. p.33

Deſcendens.

Deſcendens ex naturali tantùm, licèt ſit naturalis, & legitimus, non eſt de linea recta ad ſuccedendum in maioratu; cum proueniat ex radice infecta, p.1.c.6.n.110. p.66
Idem de filio, vel nepote legitimato per reſcriptum Principis, qui licèt ſit legitimus & naturalis, non eſt in linea recta ad excluſionem aliorum, qui habent ius quæſitum, d. p. 1. c.6. n.77. p.64
Deſcendens, etiamſi ſit naturalis, præfertur aſcendentibus, ex *leg.* 27. *Tauri*, p.1. c.6. num.187. p.73
Deſcendens ex fratre maiori præ defuncto ante maioratus inſtitutionem, præferri debet eius patruo nato poſt eiuſdem maioratus inſtitutionem, p.1.c.6.n.287.288.& 289. p.81
Deſcendens per lineam maſculinam eſt ille, qui eſt in parte lineæ, ſed filia ex maſculo primogenito, eſt in parte lineæ maſculinæ, ergo, p.1.c.6.n.333. & 334. p.86
Deſcendentes ſi prætendant omnes deſcendere ex fratre maiori ætate, & nullus eorum probet, tunc

ſuccedere debet maior ætate; & quando æquales ſunt in ætate, recurrendum eſt ad gradum, & vltimò ad ſexum;& quando æquales ſunt in ætate, gradu, & ſexu, ſorte dirimi debet difficultas, p.8.c.5.à n.62.vſque ad finem, p.357

Deus.

Deus eſt ens maximè vnum; ideo maximum bonum, & perfectiſſimum entium, p.1. c.7. num.9. p.91

Deus noſter appoſuit Adamo conditionem, & grauamen ſub pœna priuationis maioratus Paradiſi, in recognitionem Dei dominij, & eius memoriam in perpetuum, & ob virtutem obedientiæ, p.3.c.1.n.22. p.160

Et eius exemplo faciunt idem maioratus inſtitutores,n.23. ibid.

Deus Dominus noſter ob contrauentionem Adami priuat eum à ſucceſſione, & poſſeſſione primi maioratus Paradiſi, p.3.c.1.n.29. p.161

Ad cuius exemplum priuantur etiam maioratus ſucceſſores non ſeruantes conditiones, & præcepta inſtitutorum,n.30. ibid.

Et ſequens in gradu ſuccedit,n.31. ibid.

Deus Dominus noſter ob contrauentionem, & tranſgreſſionem præcepti formauit iudicium, & ſuper eo tulit ſententiam, p.3.c.1.n.50. p.163

Deus Dominus noſter conceſſit atque inſtituit maioratum Paradiſi, & ſuam diuinam gratiam poſuit in capite morali Adami, non ſolùm ſibi, ſed eius deſcendentibus ſub illa conditione non contraueniendi ſuo præcepto,p.3.c.1.n.58.

Ideo per eius contrauentionem fuimus excluſi deſcendentes, p.3.c.1.n.59. p.164

Dialectica.

Dialectica nos vera à falſis diiudicare docet, p. 1. c.10.n.1. p.106

Dialectica, quid ſit, & eius diffinitio, p.1.c.10.n.2. ibid.

Dictio.

Dictio, *S I*, importat conditionem, p.8. c.8.n.4.

De Dictione, *E T*, vide ſupra verb.*Copulatiua.*

Dies.

Dies, an incipiat à Solis ortu vſque ad occaſum, & nox à receſſu Solis vſque ad ortum?tres opiniones referuntur, p. 2. c. 1. à num.7. vſque ad num.9. p.123

Differentia.

Differentia verſatur inter actiones, ſeu remedia contraria; & actiones, ſeu remedia diuerſa, p. 6. c.2. n.20.& 21. Et redditur ratio,n.22. p.268

Dignitas.

Dignitas, vel nobilitas à filio aſcendit ad patrem, p.1.c.6.n.199. p.74

Dignitas Ducatus, vel Marchionatus, vel Comitatus, vtrùm concurrere poſſit cum maioratu,quando prohibitus eſt per diſpoſitionem hominis concurſus vnius cum alio maioratu, p.4.c.4.n.1.

Referuntur DD.qui hanc quæſtionem mouent,à n.2.vſque ad 6. p.209

Dignitas, ſeu munus, aut officium Ducatus, ſeu Comitatus non eſt primogenium, cùm aliter definiatur quàm talis dignitas: ideo prohibitus concurſus de vno cum alio maioratu, non cenſetur prohibitus concurſus cum dignitate, p. 4. c. 4. n.14.& 15. p.210

Et p.8.c.3.à n.20.vſque ad 24. 346

Dignitas Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, ſi ſimpliciter à Principe concedatur, non cenſetur conceſſa in perpetuum, nec iure primogenituræ, p.4.c.4.n.19. p.211

Dignitas Cardinalatus cum Epiſcopatu non eſt incompatibilis,ſicut duo beneficia,quæ de iure Canonico ſunt incompatibilia, p.4.c.4.n.21.p.211

Dignitas Cardinalatus cum Epiſcopatu, vel aliis beneficiis curam animarum habentibus, quòd ſit incompatibilis, eſt verior opinio,n.26. p.211

Dignitas Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus,eſt tranſitoria ad hæredes iure perpetuo maioratus, maximè quando conceditur cum aliquo oppido, vel caſtro,p.4.c.4.n.22. p.211

Dignitas Baroniæ, licet inferior æquiparatur dignitati Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus; & idem ius, & diſtinctio tradita *in hac 4.part.cap.*4. *à num.*27. *vſque ad num.*31. in eis obſeruari debet,ibid.n.32.& 33. p.212

Dignitates Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, non comprehenduntur appellatione Maioratus,& tanquam bona libera poſſunt diuidi quoad æſtimationem, ſicuti Militia, & Iuriſdictio, ſeu Feudum vendibile,p.8.c.3.n.21. p.346

Limita niſi oppidum, ſeu territorium cum tali dignitate conceſſum fuerit in perpetuum; & redditur ratio, ibid.n.22. p.346

Dignum.

Dignum magis ſeparatum, quando non apparet de maiori potentia, non attrahit ad ſe aliud minus dignum,p.2.c.3.n.58. p.141

Diminutio.

Diminutio bonorum producit diminutionem exiſtimationis, & honoris familiæ, p.3. c.5. num. 13. p.189

Diſpenſatio.

Diſpenſatio ad obtinenda duo beneficia incompatibilia, non habet locum in beneficiis iam antea obtentis, niſi de eis in diſpenſatione facta fuerit mentio, p.2.c.2.n.45. p.134

Diſpenſatio ad obtinenda duo beneficia incompatibilia,ſemper intelligitur de duobus primis;& aſſequendo tertium, vacant duo priora beneficia,p.7. c.4.n.38. p.300

Vide amplius, verb.*Princeps.*

Diſpoſitio.

Diſpoſitio loquens de vno non debet extendi ad plures,p.1.c.7.n.50. p.95

Diſpoſitio facta in caſu ſimplici non debet extendi ad caſum mixtum,p.2.c.3.n.24. p.138

Diſpoſitio hominis prouenit ex iure gentium, quæ pro lege, dum non ſit contra legem, obſeruari debet, p.4.c.1.n.2. p.195

Diſpoſitio hominis prohibentis concurſum duorum, pluriumuè maioratuum, tanquam incompatibilium, vtrùm ſit odioſa, vel fauorabilis? quæſtio eſt diſputanda ex iure Gentium, p.4. c. 2.num.1. p.202

Diſpoſitio hominis, quæ prohibet Petrum,vel alium nomine proprio vocatum, habere alium maioratum, vtrùm cenſeatur perſonalis, vel extendi debeat ad Petri ſubſtitutos?p.4.c.2.n.2. p.202

Et quid ſi talis prohibitio ſit appoſita in vno gradu, vel in vna linea, an extendi debeat ad alios, n.3. ibid.

Arduæ ſunt quæſtiones, & cum ab vtraque parte plures vrgeant rationes, ex profeſſo examinantur,n.4.& ſeqq. p.202

Diſpoſitio hominis prohibentis concurſum de vno cum alio, aliiſuè maioratibus, quòd cenſeri debeat perſonalis, & tanquam exorbitans à iuris regulis, reſtringenda,& ad alios non extendenda, defendunt

fendunt multi Doctores, & maximè Conſulentes ſuper ſucceſſione in Baronia de Eſpes, & Comitatu de Saſtago, p.4.c.2.n.16. p.203

Diſpoſitiones hominum non tollunt prouiſionem legis iam factam, ſeu natam; ſed tantum faciendam, & naſciturám, p.5.c.6.n.112. p.259

Diſpoſitiónes hominum multoties continent contrarietates, & perplexitates, ſeu conditiones incompatibiles, quæ concordari non poſſunt, & ſic aliter ſe habent quam diſpoſitiones legum, p.4.c.5. num.2. p.213

Diſpoſitiones hominum per teſtamenta, & vltima elogia ſunt de iure gentium, quia eo ipſo quod gentes eiſe cœperunt, de bonis ſuis ad libitum diſpoſuerunt, p.8.c.10.n.3.

Diſponentes non aliud in eſſentia dicuntur voluiſſe, quàm quod literarum ſonat figura, p.8.c.2.n.22. p.338.

Diſpoſitio legis, vel hominis, prouidens alicui de quota bonorum integrè habenda; dicendum eſt voluiſſe inſtitutorem, vt ſi bona illa deficiant, ex aliis bonis ſuppleatur, p. 5. cap. 6. num. 125. p.260

Licet perierint caſu fortuito, n.126. ibid.

Diſpoſitio nouæ legis ſemper intelligi debet, vt minus lædat ius commune, vel municipale, p.7.c.6. num.24. p.321

Diſpoſitio legis ſi fundetur in aliqua qualitate, ante omnia debet conſtare de illa, & nunqoam habet locum in alio caſu, in quo non verificatur illa qualitas, p.8.c.3.n.30. p.347

Diſpoſitio legis generaliter non trahitur ad caſum hominis ſpecialem, p.8.c.7.n.12. p.63

Diſpoſitum in primo filio, vel filia vnica, cenſeri debet diſpoſitum in nepote: cùm eadem ſit ratio diſpoſitionis legalis, p.8.c.8.n.8. p.65

Diſpoſitio *capitis 1. de natura ſucceſſionis feudi*, quòd procedat in ſucceſſione maioratus, tenent quamplurimi Doctores, p.1.c.6.n.191. p.73

Et quòd eius diſpoſitio ſit contra ius commune, num.202. p.74

Diſpoſitio *Clementina, Gratia, de Reſcriptis*, an habeat locum in materia maioratus, p.7.c.4.à n.39. vſque ad finem. p.300

Diſpoſitio *legis 12. tit. fin. partita 7.* eſt ſpecialis, ideo non venit in conſideratione, part.5.c.4.n.19. p.238.

Diſpoſitio *legis 7.tit.7. lib.5. Recopilationis*, de iure noſtro Regio continet verè, & propriè materiam incompatibilitatis duorum maioratuum, quorum vnus ſit *de dos quentos de renta*, quando iunguntur causà matrimonij, p.8.c.1.n.1. p.327

Diſpoſitio *leg.7.tit.7.lib.5.Recopil.* an habeat locum, non præcedentibus capitulationibus matrimonialibus, in quibus de ſuccedendo quilibet coniugum in ſuo maioratu ſpem haberet, & contrahant abſque poſſeſſione maioratuum, & poſtea contracto matrimonio deferatur eis ſucceſſio? Reſoluitur quòd habeat locum, maximè, ſi habeat ſpem indubitabilem & inuariabilem ſuccedendi quilibet eorum in ſuo maioratu; quia tunc iam per viam matrimonij duo hi maioratus iunguntur, licèt à principio non poſſiderent, p.8.c.2.à n.3. vſque ad 10. p.336

Diſpoſitio *legis 7. tit.7. lib. 5. Recopilat.* habet locum, etiamſi matrimonium ſit quidem contractum per verba de præſenti, ſed ſine relatione, & aliis benedictionibus Eccleſiæ, p.8.c.2.à n.68. vſque ad 71. p.342

Diſpoſitio *leg.7.tit.7.lib.5. Recopilationis*, habet locum, etiamſi matrimonium ſit nullum, ſeu putatiuum, ſi coniuges, ſeu alter eorum contraxerit à principio cum bona fide, quia tunc ſuccedunt filij in maioratibus, tanquam ſi eſſent ex matrimonio valido, p.8.c.2. à num.72. vſque ad 75. p.343

Diſpoſitio *leg.7.tit.7.lib.5. Recopilationis*, etiam habet locum, ſi filij ſint naturales, & capaces ſuccedendi in dictis maioratibus incompatibilibus, & non procedant ex matrimonio, ſed ex parentum concubinatu, part.8. cap.2. à num. 76. vſque ad fin. ibid.

Diſpoſitio *leg.7. tit.7. lib. 5. Recopilationis*, in illis verbis, *Dos caſas de maiorazgos*, intelligi debet de duobus maioratibus diuerſæ familiæ: & demonſtratur exemplis tam de familiis Hiſpaniarum, quàm Italiarum, & aliarum Nationum, p.8. c.3..n.1. p.344

Diſpoſitio *leg.7.tit.7. lib.5. Recopilationis*, in dictis verbis, *Dos caſas de maiorazgos*, intelligi debet tam de maioratibus agnationis, quàm de maioratibus regularibus, vbi comprehenduntur agnati & cognati, & cæteri ex familia inſtitutoris, d.p.8. c.3.n.4. p.345

Diſpoſitio *leg.7.tit.7.lib.5.Recopilationis*, an habeat locum, ſi maioratus aggregatus ſit alteri principali, qui habeat *dos quentos de renta*, & an ambo cenſeantur vnus, duove maioratus? reſoluitur cum diſtinctionibus traditis ab additionat.ad D.Molin. & aliis Doctoribus, ibid.n.9.vſque ad 12. p.345

Diſpoſitio *leg.7 tit.7.lib.5.Recopil.* an habeat locum quando ex parte viri, vel vxoris, concurrant duo, vel tres, vel plures maioratus, quorum quilibet non habeat *dos quentos de renta*, attamen duo, tres, vel plures eam ſummam excedant? Et reſoluitur, pro parte affirmatiua, & dantur rationes decidendi, & comprobantur concludenter, p. 8, c.3.à n.13.vſque ad 17. p.346

Diſpoſitio *leg.7. tit. 7. Recopilat.* an habeat locum, quando ex præambulo matrimonio concurrunt tres, vel quatuor maioratus, quorum quilibet habeat *dos quentos de renta*, & coniuges habeant filios, non ſolum primogenitum, ſed etiam ſecundo, & tertiogenitum, vel plures nepotes: vel an electo vno eorum ex tribus, vel quatuor maioratibus à primogenito, poſſit eadem ratione, & iure, ſecundogenitus eligere alterum ex duobus, vel tribus, & in alio, vel aliis ſuccedant eodem ordine cæteri filij, ſeu vocati per *dictam leg. 7.* p.8.c.3.n.18.& 19. p.346

Diſpoſitio *leg.7.tit.7.lib.5. Recopilat.* habet locum, quando concurrunt ex vna parte maioratus, & ex altera dignitas Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, ſi conceſſi fuerint in perpetuum titulo Maioratus, n.20.vſque ad 25. ibid.

Diſpoſitio *leg.7.tit.7.lib.5. Recop.* non habet locum ſi concurrant ex vna parte maioratus, & ex altera feudum; quia feudum non eſt maioratus: Secùs autem ſi ſit conceſſum iure maioratus, ibid.n.26. p.347

Diſpoſitio *leg.7.tit.7.lib.5.Recop.* in illis verbis, *Dos caſas de maiorazgos*, non ſolum intelligi debet de maioratibus inſtitutis ex Regia facultate, ſed de maioratibus, Vinculis, Patronatibus, & Anniuerſariis perpetuis, cum clauſulis inducentibus maioratum, & de aliis abſque facultate Regia inſtitutis, à n.27.vſque ad finem. ibid.

Diſpoſitio *leg.7.tit.7.lib.5. Recopilat.* in illis verbis:

Que ſe a la vna de ellas de dos quentos de renta, e dende arriba que los dos quentos hazen Reales 580823. y 18. marauedis, y reducidos a Ducados ſin ſu marauedi, montan 50347. Ducados y medio: y vn Real, y vn marauedi, traditur, p.8. c.4.n.2. p.348

Diſpoſitio *leg.7. tit.7.lib.5.Recopilat.* an habeat locum, ſi vnus ex maioratibus in reddito, ſeu fructibus non aſcendat *a dos quentos de renta?* Reſoluitur contra DD. Ioannem à Caſtillo, & Robles à Salcedo, quòd non habeat locum in diſpoſitione legis ſecus in diſpoſitione hominis ex præſumpta eius voluntate, quòd fundatur, p.8.cap.4. à n.2.vſque ad 7. ibid.

Diſpoſitio legis noſtræ Imperialis, in illis verbis, *Que en las dichas dos caſas a ſi juntas por caſamiento, podia ſuceder*: non loquitur de omni filio maiori, ſed de illo tantum, qui poſſit ſuccedere, p.8.c.5.n.1. & 2. p.551

Diſpoſitio *leg.7.tit.7. lib.5. Recopilat.* in illis verbis: *I el hyo, o hya, ſegundo ſuceda en el otro maiorazgo*: explicatur ad recognoſcendum quis debeat eſſe iſte filius, vel filia ſecunda, & ad alias quæſtiones, p.8.c.7.à n.1. p.362

Diſpoſitio *leg.7. tit.7. lib.5. Recopilat.* an habeat locum in maioratibus incompatibilibus ex diſpoſitione hominis, ibid.à n.11.vſque ad 13. ibid.

Diſpoſitio *leg.7.tit.7.lib.5. Recopilat.* ibi: *Si non ſit niſi vnicus filius, vel filia,tunc ſuccedat in duobus maioratibus incompatibilibus pro tempore vitæ ſuæ*: an habeat locum ſi non ſit niſi vnus nepos, vel neptis. Et reſoluitur quòd ſic, p.8. c.8. à n.1. vſque ad 13. p.366

Diſpoſitio *leg.7.tit.7.lib.5.Recopil.* an habeat locum quando concurrat filius vnicus legitimus, & naturalis, & filius naturalis tantum, vterinus, vel conſanguineus, qui poſſit ſuccedere in vno duorum maioratuum, de quibus ipſa *lex 7.* Reſoluitur: quòd ſic, n.14. ibid.

Diſpoſitio *leg.7.tit.7.lib.5. Recopilat.* in illis verbis: *Si nos huuiere mas de vn hijo, o vna hija*, an habeat locum in diſpoſitione hominis, quando ab eo non cautum fuit, ſed omiſſus eſt caſus de non habendo niſi vnicum filium,vel filiam?Et an pro tempore vitæ ſuæ poſſit retinere duos maioratus incompatibiles per diſpoſitionem hominis? Et reſoluitur quòd poſſit retinere eos.ibid. à num.15. vſque ad finem. ibid.

Diſpoſitio *leg.7.tit.7.lib.5.Recopilat.* dum dicit: *De manera que dos maiorazgos, ſiendo como diximos el vno de ellos de dos quentos de renta, o dende arriba no concurran en vna perſona, ni los pueda vno tener, ni poſſeer., ſino como dicho es*, an habeat locum in vinculis, patronatibus, & anniuerſariis perpetuis? Reſoluitur quòd ſic; quia comprehenduntur ſub verbo maioratus, p.8.c.9. à num.1, p.366

Idem de feudis, & Commendis Indorum, ibid. vſque ad n.5, ibid.

Diſpoſitio *leg.7.tit.7. lib.5. Recopilat.* in illis verbis *No los pueda vna tener, o poſſeer*, an habeat locum in marito, tutore, vel curatore, adminiſtratore, vel conſanguineo abſentis, qui habeat maioratum incompatibilem cum alio? Reſoluitur remiſſiuè, à num.6. vſque ad finem.

Diſſonantia.

Diſſonantia quæ ſit? Et vnde quòd incompatibilis eſt cum Muſicæ ſcientia, part.1. cap.7. num. 2. p.92.

Diuerſa.

Diuerſa, & non incompatibilia, an concurrere poſſint? Magna eſt difficultas: ideo Doctores in duas opiniones ſunt diuiſi: alteram affirmatiuam, & alteram negatiuam, quæ referuntur, p.6.cap.2. n.16.& 17.

Et reſoluitur, n.18. p.267

Et Differentia inter earum actiones traditur, n.20. vſque ad 22, p.268

Diuus.

Diuus Ambroſius, & alij Sancti, in eodem inſtanti temporis in duobus locis magno interuallo diſtantibus apparuerunt miraculosè, p.2.c.1. à n.34. vſque ad 36. p.125

Diuus Hermenegildus. Vide verb. *Rex*.

Doctor.

Doctor promittens legere duobus annis proximis futuris, ſi ex aliqua cauſa non legerit, & tempus præterierit, non tenetur legere aliis duobus, p.2. c.2.n.20. p.132

Domicilium.

Domiciliarius in vna ciuitate, ſi ab ea eximatur vicus vbi habitabat; an remaneat in alio mutato foro & domicilio, p.7.c.2.n.4. p.291

Dominium.

Dominium patris continuatur in filium abſque noua inueſtitura, & poſſeſſione, non ſolum in bonis liberis, ſed etiam in grauatis atque feudalibus, p.4.c.3.n.27. p.208

Dominium non debet eſſe deambulatorium, & ad tempus, p.5.c.2.n.30. p.227

Dominium quòd poſſit eſſe ambulatorium, & ad tempus, eſt magis verum, p.5.c.2.n.53. p.229

Dominus.

Dom.Franciſcus de la Queba Aduocatus laudatur, p.3.c.12.n.27. p.115

Dom.D.Ioannes Perez de Lara Senator Regius Illiberitanus laudatur. ibid.

Dom.Ioannes à Herrera Pareja Aduocatus laudatur, p.4.c.1.n.95. p.200

Dom.D.Marcellinus Faria,& Guzman Conſul Granatenſis, laudatur, p.7.c.2.n.19.& 20. p.293

Dos.

Dotalia bona, ſiue æſtimata, ſiue non æſtimata, non releuant ab oneribus municipalibus, nec proſunt maritis ad honores aſſequendos in Republ. p.4. c.3.n.17. p.207

Ducatus & Dux.

Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, & quædam Dignitas ratione numeris, & Officij præeminentis: & quid ſit Dux, & vnde dicatur, p.4. c.4. n.7. & 8. p.210

Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus ſunt propriè dignitates Regales: primogenium autem non eſt talis dignitas, nec ex ſua natura habet aliquid dignitatis, ibid. à n.16.vſque ad 18. p.211

Vide amplius verb. *Dignitas*. & de Seuerino Magno, Duce Carthaginenſi, *litera S.*

E

Eccleſia.

Eccleſias duas poteſt quis obtinere, quorum vna dependeat ab alia, p.7.c.1.n.7. p.285

Eccleſias

Eccleſias duas poteſt quis obtinere ſi ita fuerint tenues in ſobſtancia, qood duos Sacerdotes alere non poſſint, p.7.c.1.n.8. ibid.

Et idem propter penuriam, & inopiam clericorum, n.9. ibid.

Eccleſias duas poteſt quis obtinere, quarum altera ſit intitulata, altera in Commendam data. num.10. p.285.

Quod intellige de Commenda temporali, non autem perpetua, num.11. ibid.

Et quid de beneficiis, ibid. vſque ad num. 17. p.285.

Eccleſias duas poteſt quis habere per diſpenſationem Summi Pontificis, n.18. p.286

Eccleſiæ Romanæ adquiritur dominium mobiliom, quæ vſu non conſumuntur, quorum vſus neceſſarius eſt Fratribus Minoris Ordinis Diui Franciſci, reſeruato ſolo vſu ipſis Fratribus, p.7.c.5.n.6.

Et refertur caſos notabilis, n.7. p.305

Electio.

Electionem quis debet facere de vno ex duobus Regnis, ſeu maioratibus incompatibilibus, & ſic eligere melius, ſicut D. Hermenegildus elegit, in princ.n.75. p.10

Electio erit inofficioſa, ſi pater qui habet facultatatem eligendi ſucceſſorem non eligat ex filiis, p.1.c.6.num.364. p.89

Limita quoad filios naturales, n.365. ibid.

Electa vna via inutilis non tollit aliam vtilem, p.5. c.6.n.88. p.256

Electio vnius viæ, aut actionis contrariæ, inducit renunciationem alterius, p.6.c.1.n.7. p.262

Electione vnius ex remediis contrariis, & incompatibilibus cætera tolluntur, part. 6. cap. 1. num. 8. ibid.

Electa vna ex actionibus ſibi contrariis, ſeu incompatibilibus, conſumitur alia, part.6. cap.2. num.7. p.266.

Electione vnius ex contrariis, alterius ſibi aditum eligens præcludit, n.8. ibid.

Electione vnius ex duobus incompatibilibus maioratibus conſumitur electio alterius, ideóque non datur regreſſus ad alium, n.15. ibid.

Et p.7.c.4. à n.40. p.301

Quod extende, vt in d.p.6.c.2.n.14. p.267

Eligens vnum ex incompatibilibus, non valet pœnitere ad hoc vt poſſit ad aliud redire, etiam ante litis conteſtationem, p.6.c.2.n.19. ibid.

Eligens vnum remedium ex contrariis ſeu incompatibilibus, ſi ſatisfactionem conſequi non poſſit, poteſt redire ad aliud, n.23. p.268

Electionis grauem & latam materiam continet *lex 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* in illis verbis: *El hi e mayer que en las dichas dos caſas aſſi juntas por caſamiente podia ſuceder, ſuceda tan ſolamente en vne de los tales maiorazgos en el mejor, y mas principal, que el quiſiere eſcojer*, part. 8. cap. 6. num.1. p.358

Eligere an poſſit filius maior ante tempus delatæ ſucceſſionis? Reſoluitur quòd non, ſed tempore, quo delata eſt ſucceſſio, ibidem, num. 2. & 3. p.358.

Eligere filius maior intra quod tempus debeat? non declarat *dict. lex 7.* Sed in hoc caſu reſoluitur quod debet eligere poſt monitionem, & requiſitus, dato tempore ad id, iuſſu Iudicis, vt intra illud deliberet, & eligat, p.8.cap.6. à n.4. vſque ad 11. ibid.

Et quid ſi eligere nolit intra tempus ei per Iudicem aſſignatum? Reſoluitur cum diſtinctionibus traditis in *l.mancipiorum 6. ff.de optione legata*, n.12. & 13. p.359

Electio in *l.7.tit.7.lib.5. Recepil.* non eſt libera, & & abſoluta, ſed coarctata ad arbitrium boni viri. Ideo primogenitus non poteſt eligere maioratum minorem in redita, ſed maiorem, & magis principalem, cùm aliter redundet in præiudicium aliorum ſucceſſorum, ibid. à num. 14. vſque ad 17. p.359.

Eligentem non poſſe variare, traditur cum limitationibus, remiſſiuè, n.20. p.360

Eligere non valet maioratum vnum ex incompatibilibus, minor, etiam adultus, furioſus, mente captus, atque demens, niſi habeant tutorem, vel curatorem, & cum authoritate Iudicis, ibid. à n.21. vſque ad 25. p.360

Epiſcopus.

Epiſcopus Arrianus miſſus ad Hermenegildum erat in magna diſſonantia apud Deum, & noſtram S.Matrem Eccleſiam; ideo Hermenegildus eum repulit, p.1.c.7.n.15. p.92

Æqualitas.

Æquale quod eſt de iure ſi addatur, vel minuatur, in æquale erit, p.1.c.6.n.5. p.57

Idem de falſo tutore, teſtamento, ſtipulatione, ſententia, electione, ceſſione venditione, vel alienatione, n.6. ibid.

Eques.

de Equitibus Ordinum militarium; vide verb. *Ordo.*

Error.

Error in Grammatica vitiat reſcriptum, & non vitiat teſtamentum, ſeu aliud inſtrumentum, part.1. c.13.n.7. p.119

Qui error poteſt opponi in via executiua contra reſcriptum, n.8. p.119

Eſaü.

Eſaü, & Iacob, non vno impetu, ſed vnus poſt alium, editi fuerunt ex vtero Rebeccæ, p.2.cap.5. n.3. p.148

Similiter Phares, & Zara, n.4. p.149

Eſſentia.

Eſſentia vna, eadémque ſubſtantia, ac æqualitas talis eſt in Filio, qualis in Deo Patre, & qui contrarium aſſeruit, ſicut Arrius, hæreticus fuit, in princ.n.18. p.5

Ætas.

Ætas, & primogenitura, eſt perſonaliſſima, quæ cum morte primogeniti expirat, p.1.c.6.n.156. p.70

Etymologia.

Etymologia propriè, rei, de qua agitur, proprietatem oſtendit, p.1.c.1.n.16. p.13

Euictio.

Euictionis materiam. Vide verb. *Regula.*

Excluſio.

Excluſio à ſucceſſione per contrauentionem, eſt diſtincta ab excluſione per odium, vel offenſam, p.1.c.2.n.59. p.29

Excluſio patris ex eo quod ſuccedat in maioratu incompatibilium cum alio; an cenſeatur realis, vel perſonalis? Vide remiſſiuè, part.3. cap.1. n.34. p.168.

Excluſio à ſucceſſione niſi expreſſa ſit de certa perſona, gradu, vel linea, non præcedit, cùm cenſeatur odioſa, p.4.c.2.n.8. p.102

Excluſo aliquo ex eo quod ex ſanguine maculato ducat originem, vel quòd cum muliere impuri ſanguinis matrimonium contraxit, cenſentur quoque eius deſcendentes in perpetuum excluſi, etiamſi ex alia parte in eis concurrat alia linea ex vocatis ſucceſſibilis, ſecus in dubio, vel ſi excluſio ſit ex cauſa odij, p.4.c.6.n.51.& 52. p.220
Excluſo patre à ſucceſſione maioratus, excluſi cenſeri debent etiam eius filij; maximè quando verſatur alterius vocatio, p.7.c.6.n.11. p.320

Exemplum.

Exemplis res magnas lucidè oſtendi dixit Plato, p.4.c.6.n.2. p.217

Exemptio.

Exemptiones populorum, vel vicorum à ciuitatibus, vel oppidis, his noſtris temporibus dantur quamplurimæ, vnde præbent anſam dubitandi an qui erat domiciliarius in vna ciuitate ſi ab ea exemptus ſit populus, vel vicus, in quo habitabat, remaneat in alio mutato foro, & domicilio, p.7.c.2. num.4. p.291

Extremum.

Extremum à quo, & extremum ad quod, poſſunt coniungi, quando medium non eſt corruptum, nec totaliter deſtructum, ſed tantummodo impeditum, aut ſuſpenſum, p.1.c.4.n.67. p.44

F

Factum.

Factum proprium impugnari non valet, p.5.c.6. num.6. p.248
Facto proprio contrauenire quis poteſt, quando prohibito alienationis lex inducit expreſsè in eius fauorem, vel alterius, vel in fauorem publicum, quia tunc non ſuo, ſed alieno nomine agit, p.5.cap.6. num.10. p.249
Facto proprio contrauenire poteſt pater legitimus adminiſtrator bonorum filij, Prælatus, Maritus, Tutor, vel Curator, vel quilibet alius, qui non proprio, ſed alieno nomine agat, p.5. cap.6. num.11. ibid.
Facto proprio contrauenire quis poteſt quando lex prohibet alienationem, n.16. p.249
Facta proprio contrauenire quis poteſt, quando prohibitio alienationis facta eſt in fauorem publicum per legem, cui hæres non valet renunciare, p.5. c.6.n.17. ibid.
Facto proprio contraueniri poteſt, quando prohibitio facta fuit per contractum, n.18. ibid.
Faciens per alium dicitur propriè facere per ſeipſum, vbi agitur de adquirendo, p.6.c.4.n.79. p.281

Facultas.

Facultatem qui habet liberam eligendi, ſeu nominandi ſucceſſorem in maioratu, non poteſt eligere odioſum inſtitutori, vel inimicum, vel eius granem offenſorem, p.1.c.2.n.45. p.27
Facultas eligendi, an cenſeri debeat realis, vel perſonalis? Vide remiſſiuè, p.1.c.6.n.370. p.89
Facultas eligendi vnum ex filiis in hereditate fideicommiſſaria ad nepotes non extenditur, p.8.c.8. num.7. p.365
Et alia circa haben tes facultatem eligendi ſucceſſores ad maioratus, vide verb.*Commiſſarius.*

Facultas Regia.

Facultas Regia ad inſtituendum maioratum, non confirmat maioratum iam inſtitutum ex *l.42. iam Tauri*, p.2.c.2.n.40. p.134
Limita, niſi id expreſsè concedat, vel niſi conceſſio de futuro, reſpiciat etiam maioratum conſtitutum, n.41. ibid.
Idem de lege, vel ſtatuto. ibid.
Facultas Regia conceſſa ad alienandam rem maioratus, vt ex eius pretio alia res ſpecialiter deſignata in facultate emeretur; ſi res empta euincatur, poterit ſucceſſor maioratus ad rem venditam redire & eam vindicare, p.5.c.6.à n.84. vſque ad num.86. p.255
Facultas Regia facilè concedenda eſt ad obtinenda duo primogenia, quæ reſidentiam indiuerſis locis requirant quando non longè diſtant ab inuicem, & ſunt ſufficientia ſingula ad congruam ſuſtentationem, p.7.c.2.n.10. p.290
Vel ſi grauata eſſet mulier, quæ cum viro contraxiſſet extra territorium; quæ etiamſi non reſideat in loco ſibi aſſignato, non debet priuari maioratu ex eo quòd in illo certo loco non habitet, quia tenetur ſequi virum, ibid. num.12. p.290.
Vel quando ex cauſa ſuperueniente in eo loco habitare non poteſt, n.13. ibid.
Facultatem Regiam an Princeps concedere debeat ad hoc vt duos maioratus incompatibiles vnus poſſidere poſſit? Vide verb.*Princeps.*

Familia.

Familiæ decus, honor, ſeu honeſtas, per bonorum abundantiam conſeruatur, p.3.c.5.n.12. p.189
Et per indigentiam diminuitur, n.13. ibid.
De Familia ſucceſſoris in maioratu, qui ſint? Vide p.8.c.1.n.14. p.328

Famulus.

Famulus tranſacto tempore, quo conductus fuit, vt ſeruitium præſtaret, ſi non præſtiterit ex eo quod infirmitate, vel alio impedimento detinebatur, paratus ſit ſeruire alio tanto tempore, vt mercedem integram habeat, non auditur, p.2.c.2. num.17. p.131.
Vide verb. *Seruientes.*

Fœmina.

Fœmina, filia vltimi poſſeſſoris contra fœminam ex linea anteriori debet obtinere in iudicio poſſeſſorio, p.1.c.6.n.151. p.70
Limitatur, & declaratur, n.152. ibid.
Fœmina, quæ immediatè prouenit à maſculis, an contineatur ſub vocatione, *Succedant per lineam maſculinam*, p.1.c.6.n.328. p.85
Et declaratur exemplo, n.329. ibid.
Fœmina licet ſit ex linea maſculina, ſub ipſa tamen linea non continetur, p.1.c.6.n.338. p.86
Fœmina filia primogeniti, vbi adſunt vocati per lineam maſculinam, non præfertur, ſi maioratus ſit agnationis; Aliter, ſi ſit regularis, p.1. cap.6. num.340. p.87
Redditur ratio, n.341. ibid.
Et referuntur plurimi Doctores approbantes hanc diſtinctionem, n.342. & 344. ibid.
Fœmina ex maſculo primogenito, quòd ſit de linea maſculina, conſtituitur pro regula, part.1. cap.6. n.343. p.87
Et limitatur in maioratu agnationis, n.344. ibid.
Fœmina filia accipientis, quando vocati ſunt aſcendentes per lineam maſculinam, non eſt deſcendens per maſculinam lineam, p.1.c.6.n.345. p.87
Fœmina exiſtente in eodem gradu cum maſculo redigitur ad inſtar ſecundi gradus, p.1.c.8.num.53. p.103.
Limita, ſi maioratus ſit agnationis, ſeu irregularis, n.54. ibid.

Fœmina, quamuis ſit primogenita reſpectu maſculi eiuſdem lineæ,& gradus,& ad inſtar ſecundi gradus ad ſuccedendum in maioratu, p.3.c.4.num.6. p.181.

Fœmina etiam in maioratibus agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, ſuccedit ad inſtar virorum, & per ſuum ordinem, ſi omnes tam agnati, vel cognati de familia deficiant,p.3.c.4.n.7. p.181

Ne memoria inſtitutoris pereat, ſed conſeruetur in fœminis ſaltem quæ ſuperſunt ex eius familia, n.8. ibid.

Comprobatur,n.9. p.182

Fœmina in maioratibus agnationis,vel ſimplicis maſculinitatis, ſuccedebat de iure Diuino, per text. *Num. cap. 26. & 27.* Si deficiebant omnes maſculi ex illa Tribu, vel familia, part.3.c.4. n.10. & 11. ibid.

Fœminæ licet non ſint vocatæ, non cenſentur excluſæ: vt probatur *Numer. cap.* 27. & quod ad inſtar huius de Iure Diuino deciſionis idem in maioratibus Hiſpaniæ deciſum eſt, & obſeruatum,n.12.13.& 14. ibid.

Fœmina potioris lineæ, & gradûs, præferri debet maſculo ex fœmina inferioris lineæ in maioratu agnationis, quando defecerunt omnes agnati, & ſuccedunt in eo tanquam in maioratu regulari. Quod deciſum eſt tam ex Iure Diuino *ex cap.26. & 27.Numer.* quam de iure noſtro Regio,n.19. p.183.

Fœmina ex familia agnati vltimi poſſeſſoris, quòd debeat ſuccedere in maiotatu agnationis quando omnes defecerunt agnati, & non fœmina ex linea anteriori, tenent ac defendunt plurimi Doctores, n.22. ibid.

Et iura, & rationes opinionis eorum referuntur, à n.23.vſque ad 34. ibid.

Fœmina ſemel excluſa à maſculo, ſemper remanet excluſa,n.25. ibid.

Fœmina de Iure Diuino, deficientibus maſculis ſuccedebat ſub conditione nubendi cum Viro conſanguineo ex ſua Tribu, ſeu familia paterna: & traditur ratio,p.3.c.5.n.1.& 6. p.188

Vbi refertur ad literam authoritas Patris Marquez *in tract. de el Gobernador Chriſtiano.*

Fœminæ licèt ſint incapaces ad vſum, & exercitium officiorum Decurionatus, Tabellionatus, Rectoriæ, & alterius publici muneris, non tamen ſunt incapaces ſucceſſionis eorum,p.6.c.4.n.68.& 69. p.280.

De Fœmina vocata in excluſionem maſculorum.

Vide verbo *Vocatio.* & alias quæſtiones, verbo *Filius.*

Feudum.

Feudum, quòd non reuertatur ad refutantem, ſed quod tranſeat ad tertium agnatum, probat textus *in §.vnico, de eo, qui finem fecit agnato de feudo paterno*, p.1.c.8.n.21. p.100

Feudum, quod filius retinere non poteſt ob culpam patris, poteſt retineri ex perſona Aui, p.4. c.6.n.42. p.219

Feudum deuolutum ad ſecundogenitum, eo quòd primogenitus illo tempore non erat capax, quia erat rebellis, vel habebat aliud impedimentum, ſi poſtea primogenitus reſtitutus ſit, non recuperat feudum ſemel amiſſum, part. 5. cap.6. num.102. p.257.

Et declaratur, n.110. p.258

Feuda, an incompatibilia ſint apud Regulares Clericos, Religioſos, Monachos, & Moniales, vide remiſſiuè,p.7.c.5.num.103. p.318

Feudum non comprehenditur appellatione *Maioratus*, ſi iure maioratus non concedatur, quia in multis differunt,p.8.c.3.n.25.& 26.p. 347

Fictio.

Fictio fundari non poteſt ſuper impoſſibili, ſeu incompatibili: quod ibidem declaratur, part.5.c.2. num.12. p.226

Fideicommiſſum.

Fideicommiſſum vniuerſale relinqui non valet fratribus Ordinis Minorum eo quod ſuccedit loco hæreditatis, p.7.c.5.num.24. p.306

Fides.

Fides Catholica ſimpliciter eſt medium neceſſarium ad gratiam, ſeu ſucceſſionem Regni Cœleſtis, part.1.cap.2.num.28. p.25

Filius, & Filia.

Filius tenetur obedire patri ſuo ſub pœna peccati, in principio? n.58. p.8

Filius eſt hæres neceſſarius patris, ideo non priuatur ipſo iure propter ingratitudinem,p.1.c.2.num.90. p.31.

Filius non recipit liberalitatem à teſtatore, cùm ipſi debeatur legitima,n.91. ibid.

Filius maior natiuitate, attamen poſterior in legitimitate, & filius prior in legitimitate attamen poſterior natiuitate, ſi concurrant ad ſucceſſionem maioratus, quis eorum præferri debeat,p.1.cap.4. num.5. p.38

Filius priùs legitimus, licèt poſterior natu, præoccupat lineam primogenituræ, & ius ſibi quærit inuariabile,n.9. ibid.

Filius prior in legitimatione, licèt poſterior in natiuitate, quod præferri debeat alteri priori in natiuitate,& poſteriori in legitimatione, tenent,& defendunt quamplurimi Doctores,n.17. p.39

Filius legitimus, & legitimatus, non niſi poſt mortem patris præoccupant lineam primogenituræ. p.1.c.4.n.49. p.42

Filius legitimus, & legitimatus,dum pater viuit,ſtant in potentia ſuccedendi,n.48. ibid.

Filius prior in natiuitate,quamuis poſterior in legitimatione, quod præferri debeat filio priori in legitimatione, licet poſteriori in nullitate, circa ſucceſſionem maioratus defenditur, ex authoritate quamplurium Doctorum,n.51. p.42

Filius naturalis, qui poſtea fuit legitimatus, præoccupauit ſpem, & potentiam ſuccedendi antequam legitimus & naturalis deinde naſceretur ex alia matre, n.55. ibid.

Filiorum ſpecies, ac deſcendentium, proponuntur, p.1.c.6.n.33.& ſeqq. p.60

Filius natus antequàm pater aſſecutus fuiſſet Principatum, Dignitatem, vel Maioratum; an præferri debeat filio ſecundogenito poſt adeptum maioratum, Dignitatem, vel Principatum, Doctores qui ſtant pro ſecundogenito, & leges quibus nituntur,& referuntur, p.1.cap.6.n.36.37.38.39.168. & 169. p.60.& 71

Filius primò natus ante adeptum Regnum, vel maioratum præfertur ſecundum aliquos, ſi conſuetudo, vel ſtatutum ſimpliciter loquatur de primogenito; ſecùs ſi loquatur de primogenito Regis, Ducis, vel Comitis, aut ſucceſſoris maioratus,p.1. c.6.n.41. p.60

Filius primò natus ante adeptum Regnum, vel maioratum, præfertur ſecundum alios, ſi adeptus fuit per ſucceſſionem, & vocationem deſcendentium; ſecus ſi per electionem fuit adeptus, part.1.cap.6. n.41. ibid.

Filius prior natus ante adeptum Regnum, vel maioratum, quod indiſtinctè præferatur filio ſecundo poſt adeptum Regnum, vel maioratum genito, eſt verior opinio ſecundum multorum Doctorum copiam, p.1.c.6.n.42.43. & 44. p.61

Et num.170.& 171. p.71.72

Filij antea, vel poſtea editi, non ratione dignitatis, ſed naturæ ad ſucceſſionem parentum vocantur, p.1.c.6.n.46. p.61

Filius antea, vel poſtea genitus, ad hoc vt ſuccedat, non intereſt quod Imperium, Dignitas, vel maioratus quæſita ſint ratione virtutis, ſeu proprij meriti, vel ratione proximitatis; vtroque enim modo par ius eſt, n.47. ibid.

Filius prior genitus ante adeptum maioratum ſemper fuit in potentia, ſeu habitu ſuccedendi in maioratu, vel Regno poſtea patri quæſito, n.48. ibid.

Et ad intentum Chaldas Pereira alia rationes reddit, n.49. ibid.

Filius, vel nepos, primogeniti mortui ante inſtitutionem maioratus, an ſit, vel non de linea recta? n.51. ibid.

Filius, vel nepos primogeniti mortui ante maioratus inſtitutionem, quod non ſit in linea recta, tenent aliqui Regnicolæ, n.52. ibid.

Filius, vel nepos primogeniti mortui ante maioratus inſtitutionem, quod ſit in linea recta, eſt verior opinio? n.53. ibid.

Filius natus poſt delatam maioratus ſucceſſionem, qui ſi antea natus fuiſſet tempore delatæ ſucceſſionis ſuccedere debuiſſet, an ſit in linea recta ad hoc vt habeat regreſſum ad ſucceſſionem maioratus, n.54. ibid.

Filius de linea recta, attamen natus poſt delatam ſucceſſionem maioratus, habet regreſſum ad ſucceſſionem, p.1.c.6.n.59. p.62

Et rationem reddit Dom. D. Antonius Cabreros, n.60.& 63. ibid.

Filius legitimus & naturalis profeſſus in Religione, vtrum ſit in linea recta ad ſucceſſionem, remiſſiuè, n.65. p.62

Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium, eſt in linea recta ad ſucceſſionem, n.66. ibid.

Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium, remanet abſque vlla macula, vel impedimento, ac ſi ab initio conceptionis fuiſſet legitimi matrimonij, n.67. p.63

Et limitationes & ampliationes remiſſiuè? n. 68. ibid.

Filius naturalis legitimatus per reſcriptum Principis, non eſt in linea recta ad ſuccedendum niſi deficientibus legitimis, & naturalibus, num.69. & 70. ibid.

Filius naturalis tantum, regulariter non eſt de linea recta ad ſuccedendum in maioratu, part.1. c.6, à n.106. vſque ad n.108. p.65

Filius naturalis tantùm, cur non ſit in linea recta ad ſuccedendum in maioratu. Remiſſiuè, num.109. p.66.

Filius naturalis & legitimus, ſi deſcendat ex naturali tantùm, non eſt de linea recta ad ſuccedendum, cùm proueniat ex radice infecta, n.110. ibid.

Filius naturalis tantùm, non ſuccedit in maioratu cum vocatione propinquorum, dum ſuperſint legitimi & naturales, n.111. p.66

Filius naturalis tantum, vbi ſunt vocati alij per verba ciuilia, non ſuccedit in maioratu niſi in defectum legitimorum, n.112. ibid.

Filius naturalis tantùm, licet in inſtitutione ſit vocata linea, ſiue illi, qui ſunt de tali linea, non eſt de linea paterna, n.113. p.66

Limitatur, n.114. ibid

Filius naturalis tantùm in certo caſu non eſt de linea paterna, n.115. ibid.

Filius naturalis ex parte matris, quæ in aliquo maioratu ſucceſſit, in eo maioratu, cuius inſtitutor fuiſſet pater, vel alius aſcendens, non ſuccedit, n.116. Et redditur ratio, n.117. ibid.

Filius naturalis reſpectu matris, quæ fuiſſet inſtitutrix maioratus, ſuccedit in eo tanquam legitimus, p.1.c.6.n.119. p.67

Filius naturalis tantùm, ſuccedit in maioratu, cuius fuit inſtitutor naturalis tantùm, n.120. ibid.

Quod extende, etiamſi inſtitutor ſit in dignitate conſtitutus, cùm magis attendatur qualitas naturalis, quàm accidentalis, n.121. ibid.

Filius naturalis tantùm, ſuccedit in maioratu, vbi eſt vocatus is, qui non alios, niſi naturales habeat filios, n.122. ibid.

Filius natura tantùm, ſuccedit in maioratu, vbi primus, qui fuit vocatus, erat naturalis tantùm, n.123. ibid.

Filius naturalis tantùm, ſuccedit in maioratu, vbi inſtitutor naturales honorauit, & de eis mentionem fecit, n.124. p.67

Filius naturalis tantùm, ſuccedit in maioratu inſtituto ex Tertio, & Quinto bonorum, iuxta *leg.* 27. *Tauri*, n.125. ibid.

Filius naturalis tantum, ſuccedit in maioratu inſtituto à patre, vel aſcendente, etiam cum facultate Regia, non ſuperſtitibus legitimis & naturalibus deſcendentibus, n.126. ibid.

Limitatur, n.127. ibid.

Vbi in maioratu cum facultate Regia inſtitutor excluſerit naturales, quia tunc ſuccedent propinqui collaterales legitimi, ibid. p.67

Filius naturalis tantum, ſuccedit in maioratu, ſeu patronatu, quando deficiunt legitimi & naturales: & extende etiamſi ſit ſpurius, & non ſuperſint alij ex familia, qui ſint legitimi, & naturales, n.128. ibid.

Filius naturalis tantùm, poteſt eligi ad maioratus ſucceſſionem ab eo qui habeat facultatem eligendi, etiam extantibus legitimis, n.129. p.68

Redditur ratio, n.130. ibid.

Quod extende etiam ad ſpurios, n.131. ibid.

Declaratur, n.132. & 133. ibid.

Filius adoptatus, vel arrogatus, non eſt de linea recta ad ſuccedendum, licèt poſſit ſuccedere in bonis patris adoptantis, non extantibus filiis naturalibus & legitimis, & contra eius teſtamentum venire ſaltem quoad quartam partem bonorum, in qua inſtituere debuerat adoptatum, vel arrogatum, n.134. ibid.

Redditur ratio, n.135. ibid.

Filius adoptiuus non ſuccedit in feudum, num.136. ibid.

Filius adoptiuus non ſuccedit in emphyteuſim ſuſceptam pro ſe, & filiis, n.137. p.68

Filius adoptiuus non ſuccedit in fideicommiſſum, n.138. ibid.

Limitatur, n.139. ibid.

Filius

Filius ſpiritualis ſuſceptus ex ſacro fonte non eſt de linea ad ſuccedendum in maioratu, part. 1. c. 6. n. 140. p. 69

Filius ſpiritualis ſuſceptus ex ſacro fonte ſuccedit in maioratu, quando deficiunt omnes de familia, & vltimus poſſeſſor fuit pater ſpiritualis, num. 141. ibid.

Filius ſpiritualis ex ſacro fonte ſuſceptus, deficientibus agnatis, & cognatis, habet ius accuſandi reum homicidam eius patris ſpiritualis, p. 1. c. 6. n. 142. p. 69

Filius ſpiritualis ex ſacro fonte ſuſceptus, & vxor vltimi poſſeſſoris, qui moritur ab inteſtato ſine agnatis, vel cognatis, ſi concurrant ad ſucceſſionem, præfertur vxor, p. 1. c. 6. n. 143. ibid.

Filius naturalis cum ſit de deſcendentibus, in caſu *legis 27. Tauri*, dicitur ex linea deſcendentium, quæ obtinet primum locum: deinde lex vocat lineam Aſcendentium, & vltimò lineam Tranſuerſalium, p. 1. c. 6. n. 212. p. 75

Filius quòd præferatur patri in ſucceſſione maioratus delata per mortem fratris abſque deſcendentibus, tenent graues Doctores: ſed eorum opinio limitationes multas patitur, p. 1. c. 6. num. 218. ibid.

Filius naturalis in caſu *legis 27. Tauri*, an dici poſſit de linea paterna, vel de linea deſcendentium, p. 1. c. 6. n. 227. p. 76

Declaratur exemplis, n. 228. & 229. ibid.

Filij quot ſunt, tot pullulant lineæ, p. 1. c. 6. n. 329. p. 85

Filia immediatè à maſculo primogenito, eſt de linea maſculina, p. 1. c. 6. n. 331. p. 86

Filia ex primogenito, quòd ſit de linea vel in linea maſculina, tenent quamplurimi Doctores, p. 1. c. 6. n. 336. ibid.

Alij contra, n. 337. ibid.

Filia primi vocati, ſoror Aui materni, præfertur nepti ſui Aui materni in maioratu, in quo vocati ſunt deſcendentes per lineam maſculinam, p. 1. c. 6. n. 348 p. 88

Filius ſecundo, vel tertio genitus, vocatus ſub nomine proprio, ſi decedat abſque liberis, reuertitur ſucceſſio maioratus ad primogenitum; ſecùs ſi nomine appellatiuo vocetur, p. 3. c. 8. num. 48. p. 102

Filius ſi in incerto ſit propter turbationem ſanguinis, ex eo quòd mater intra breue tempus cognita ſit per duos viros, vel maritos, & exinde remaneat prægnans, in quo eorum maioratu, vel hæreditate, primi, vel ſecundi viri, ſeu mariti poſſit ſuccedere? p. 2. c. 4. n. 10. p. 143

Referuntur decem opiniones, & reprobantur, ibid. à n. 11. vſque ad n. 23. p. 143. & ſeq.

Filius, qui propter turbationem ſanguinis incertum habeat patrem, an in maioratu, vel hæreditate primi viri, vel ſecundi ſuccedere poſſit, eſt difficillima quæſtio, quam magiſtraliter, & cum diſtinctionibus reſoluit Bartolus; cuius opinio verior eſt, & ſequenda, p. 2. c. 4. num. 34. & 35. p. 145

Filius ex primo, & non ex ſecundo viro iudicandus eſt genitus, quando probatum fuerit quòd ante mortem primi viri apparuerint, ſiue demonſtrata fuerint aliqua ſigna prægnantiæ, quæ ſpecificè referuntur, quorum tria vel quatuor concurrere, & probari debent, p. 2. c. 4. num. 36. & 37. p. 145

Filius ex ſecundo viro, & non ex primo iudicandus eſt genitus, quando primus erat ſenex, ſaltem ſexaginta annorum, & vir ſecundus iuuenis, vel in ætate virili, & magis aptus ad generandum, p. 2. c. 4. n. 38. & 39. ibid.

Et è contrario, ſi vir primus ſit iuuenis, n. 40. ibid.

Filius ex ſecundo viro, & non ex primo iudicari debet genitus, ſi primus vir per quadraginta dies ante eius mortem taliter infirmus eſſet, quòd ſecundùm iudicium Medicorum carnaliter mulierem cognoſcere non potuiſſet, dum tempus legitimum ſeptimi, noni, vel decimi menſis non ſuperſit, p. 2. c. 4. n. 41. & 42. p. 145

Filius, qui poſt mortem primi viri natus eſt in ſeptimo menſe, reſpectu autem ſecundi in ſexto iudicandus eſt de primo viro genitus, p. 2. c. 4. n. 43. p. 146

Aliter ſi de contrario, n. 46. ibid.

Filius, qui poſt mortem primi viri natus eſt vndecimeſtris, & reſpectu ſecundi viri octimeſtris, præſumendus eſt genitus ex ſecundo viro, aliter ſi de contrario, p. 2. c. 4. n. 47. & 48. p. 146

Filius qui à die mortis primi viri natus eſt in nono menſe, id eſt, infra 270. dies, & reſpectu ſecundi viri in decimo menſe, id eſt, intra 270. vſque ad 280. dies, iudicandus eſt genitus ex ſecundo viro, p. 2. c. 4. n. 49. p. 146

Filius, qui à die mortis primi viri editus eſt intra 270. dies, vſque ad 282. vel 283. plus, minuſuè, & reſpectu ſecundi viri natus ante 270. vel poſt 283. dies, iudicandus eſt ex primo viro, p. 2. c. 4. n. 50. ibid.

Filius, qui tam reſpectu primi viri, quam ſecundi, fuit editus à die 270. vſque ad 280. dies, plus, minuſuè, & mater aſſerat cum iuramento, & aliqua ratione probabili, cuius ſit filius, & ſimul concurrat ſimilitudo nati, cum patre aſſerto, illius erit quem mater dixerit, p. 2. c. 4. à n. 51. vſque ad n. 53. p. 146. & 147

Filius quando per coniecturas, & præſumptiones, non poteſt apparere à quo ex duobus viris procedat, in tali dubio iudicandum eſt, genitum eſſe à ſecundo viro, p. 1. c. 4. n. 54. p. 147

Redditur ratio per Dom. Perez de Lara, & Carranza, n. 55. & 56. ibid.

Filius an præſumatur genitus ex primo, vel ſecundo viro copulam habente cum matre intra breuem terminum, non ſolùm procedit in caſu, quo vidua intra breue tempus contrahat cum alio, ſed etiam quando diſſoluitur matrimonium, vi, vel metu, vel in gradu prohibito contractum; vel ſi vir contrahat cum alia, priore vxore viuente, vel vxor cum alio, marito abſente, & pro mortuo reputato, vel quando mulier ab amaſio relicta, vel è contra, cum alio contrahat, accedente copula intra paucos dies, p. 2. c. 4. n. 57. p. 147

Et caſus notabilis refertur, ibid. n. 58. ibid.

Filius hæretici inſtitutoris conceptus, & natus poſtquam pater commiſit crimen, non ſuccedit in maioratu, ſed ſequẽs in gradu, p. 3. c. 2. n. 27. p. 172

Limita in illis qui fuerint vltra primam, & ſecundam generationem inſtitutoris; veluti vltra filios, & nepotes, n. 28. ibid.

Niſi bona maioratus procedant ex Regia donatione, tunc enim ad Regiam Coronam reuerti debent, n. 29. ibid.

Filius quod non debeat portare iniquitatem patris, nec puniri pro peccatis, & delictis parentum, eſt de iure Diuino, & de iure Canonico, & ciuili, p. 3. c. 2. n. 30. ibid.

Sed quomodo hoc intelligi, ac conciliari debeat, n.31.& 32. p.172.& 173

Filius hæretici, & quilibet alius deſcendens ab hæretico vltimo poſſeſſore, debet ſuccedere in maioratu non ab hæretico inſtituto, ſed ab eius Auo, vel alio ſuperiore aſcendente, & quare, num.33. p.173

Vide verb. *Hæreticus.*

Filius eſt proximior patri, p.4. c.1. num.31. & 32. p.196

Filius primogeniti, ſi ſuccederet per repræſentationem in maioratu incompatibili, intraret per gradum ruptum, & caducum: ſi per propriam perſonam, remaneret pater in poſſeſſione duorum incompatibilium maioratuum; ideo ad euitanda hæc inconuenientia, debet ſuccedere patruus, p.4. c.1.n.62.vſque ad n.66. p.198

Filius maior ſi ſuccederet in primogenio incompatibili cum primogenio patris, darentur duo inconuenientia, quæ referuntur, p.4.c.1. à n.67. vſque ad n.70. ibid.

Filius quod moriatur ante patrem, eſt de rarò contingente, & turbato ordine naturæ, p.4.c.1.n.71. p.198

Filius, qui eſt excluſus, & admitti non poteſt ex capite, *Vnde liberi*; admitti poteſt ex alio capite, *Vnde agnati*, p.4.c.6.n.43. p.219

Filius naſciturus inſtitutionis atque legati capax eſt, & ad ſucceſſionem feudi, & maioratus, vocari poteſt, p.5.c.2.n.33.& 34. p.227

Filiis naſcituris ius adquiri poteſt in perpetuum iure primogenituræ, p.5.c.2.n.35.& 36. p.228

Filius primogenitus, qui in feudum ſucceſſerat, ſi poſtea fiat Clericus, excluditur per ſecundogenitum, p.5.c.6.n.116. p.259

Filius vel Gener Auditoris, agere non valet in Aula, vbi eius pater, vel ſocer eſt Auditor, part. 6. c.4. n.25.& è contra. p.276

Filius Regis, Comitis, Marchionis, vel Ducis, in vita patris dicitur etiam Rex, Comes, Marchio, vel Dux; licèt in actu non ſit Rex, &c. p.7. c.6. à n.1.vſque ad n.4. p.318

Quod intellige non realiter, & verè, ſed ex interpretatione extenſiua ad tempus, & caſum, quo pater decedat, n.39.& 51. p.323.& 325

Filius filij maioris debet ſuccedere in alio maioratu incompatibili cum eo, quem pater eius, aut Auus retinet ſecundùm mentem, & intentum, & voluntatem inſtitutoris, quæ in hac materia primum locum obtinet, p.7.c.6.n.17. p.320

Filius filij maioris ſuccedere debet in alio maioratu incompatibili cum eo, quem pater eius poſſidet: Quia vitium incompatibilitatis non eſt reale ſeu lineale, ſed tantùm perſonale, & ſic non afficit filios ex ea linea deſcendentes, nec in eos inſluit, ibid.n.21.& 37 p.321.& ſeq.

Etiam quia filius maior repræſentat patrem in hoc caſu in quantum pro illo inſtanti potuit ſuccedere, ſeu pro aliquo temporis momento fuit ſucceſſibilis in illo maioratu, quem non elegit, ibid.n.22. p.321

Etiam quia ſi patruus ſit ſubſtitutus ſui fratris, non eſt locus eius ſubſtitutioni, dum frater habet filios, quia in ſubſtitutione alicui ſimpliciter facta, ſemper ſubintelligitur clauſula illa, *Si filios non habueris*, aut, *Si ſine filiis deceſſeris*, ibid.n.23. p.321

Limita ſi filius primogeniti ſit in actu poſſeſſionis alterius maioratus incompatibilis, ibid. n.25. & 26.& 27. p.321.& 322

Si verò filius tempore delatæ ſucceſſionis ſit habilis, & abſque impedimento, ſuccedere debet, ibid.n.28.& 29. p.322

Filius ſecundogenitus ſuccedere debet in maioratu incompatibili cum eo, quem pater poſſidet, non ſolùm in excluſionem primogeniti, ſed etiam Patrui: & redditur ratio, p.7. c.6. num.30. & 31. p.322

Et deciſio refertur Supremi Conſilij in eius fauorem, quam tradit Dom. D. Ioan.à Solorzano, ibid.n.32. p.322

Filij nati in figura matrimonij putatiui, ſuccedunt tanquam legitimi & naturales, nati ex legitimo matrimonio, p.8.c.2.n.75. p.343

Filius maior non debet intelligi per ætatem, ſed per qualitatem, & prærogatiuam ſuccedendi. Vnde ſi filius maior ſit excluſus, fortè ex eo quod ſuccedat in alio antiquo maioratu cum aliis incompatibili, tunc non intelligi debet *lex 7. tit.7. lib. 5. Recop.* de illo; ſed de filio ſecundogenito, tanquam ſi eſſet filius maior, p. 8. c.5. num.3. & 4. p.351

Et redditur ratio, à n.5.vſque ad n.8. p.362

Filius maior natu, ſeu primogenitus, differt à filio maiore: ideo limitatur quando vacatio eſt de filio primogenito, ſeu maiore natu. Sed contraria opinio verior eſt in maioratibus Hiſpaniæ: vt probant Regnicolæ, & eſt locus inſignis Vincentij Fuſarij, part.8. c.5. à num.9.vſque ad 17. p.352

Et quid ſi maioratus habeat adminiſtrationem, vel gubernium, ad quod requiratur ætas ſufficiens, & prudentia? diſputatur latè, & reſoluitur pro parte negatiua in maioratibus Hiſpaniæ, ibidem, à num.18. vſque ad n.21. p.353

Filia ſecundogenita, an poſſit ſuccedere in maioratu irregulari, veluti in maioratu Agnationis, in quo ſit excluſa fœmina? Reſoluitur quòd ſic, cum diſtinctione inter diſpoſitionem hominis, & diſpoſitionem legis, p.8.c.7.à n.7.vſque ad n.10.

Filius ſecundus facit propriam lineam reſpectu ſuorum deſcendentium, diuerſam à linea primogeniti, & ſuorum, p.7.c.7.n.17.

Vide verb. *Linea*, & verb. *Legitimatio.*

Forum.

Forum ratione domicilij differt à foro ratione contractus, p.7.c.2.n.21. p.293

Frater.

Frater minor vtrinque coniunctus ex linea tranſuerſali, vtrùm præferatur fratri maiori conſanguineo tantùm in ſucceſſione maioratus inſtituti per eorum fratrem, p.1.c.6.n.254.vbi declaratur exemplo, p.78

Frater conſanguineus tantùm, æqualiter ſuccedere debet in feudo ac frater vtrinque coniunctus, p.1.c.6.n.255.& 256. ibid.

Frater ex vno latere, ſiue ſit conſanguineus, ſiue vterinus tantùm, æqualiter ſuccedit in fideicommiſſo, ac frater ab vtroque latere coniunctus, p.1. c.6.n.257. p.79

Frater conſanguineus, vel vterinus tantùm, ſi eſt maior natu, præfertur fratri vtrique coniuncto, in maioratu, ſecundùm opinionem Doctorum, qui referuntur, p.1.c.6.n.260.

Sed contraria opinio verior eſt, ibid. num. 262. p.79

Frater in maioratu ſuccedere debet, ſi aliàs ſucceſſurus

rus

rus erat ab inteſtato fundatore, vel Vltimo poſſeſſore ex parte inſtitutoris, p.1.c.6.n.263. p.79

Frater vtrinque coniunctus, & non conſanguineus tantùm, ſuccedit ab inteſtato, p.1.c.6. num.264. ibid.

Ideo præferri debet conſanguineo, vel vterino, in ſucceſſione maioratus, ibid.n.265. p.79

Frater vtrinque coniunctus regulariter præferri debet in maioratibus, vinculis, ſeu patronatibus, p.1.c.6.n.269. ibid.

Idem de ſorore vtrinque coniuncta, num.270. p.79

Frater vtrinque coniunctus, quia duplici iure vocatur, præferri debet exiſtens in pari gradu, ei, qui ſolum vno iure admittitur, p. 1. c. 6. num. 271. p.80

Frater vtrinque coniunctus non præfertur, quando duplicitas ſanguinis non eſt ex parte fundatoris, p.1.c.6.n.273. ibid.

Et ita intelligi debent aliqui Doctores, n. 274. p.80

Frater vtrinque coniunctus non præfertur in maioratu Agnationis, nec in ſucceſſione feudi, p.1.c.6. num.274. ibid.

Frater vtrinque coniunctus non præfertur, quando ad ſucceſſionem maioratus vocatus fuit frater conſanguineus, & vtrinque coniunctus, & conſanguineus ſit maior natu, part.1.c.6. num.276. ibid.

Frater vtrinque coniunctus, & conſanguineus tantum, reſpectu patris, cui ſucceditur, æquè ſanguine ſunt coniuncti, p.1.c.6,n.277. p.80

Aliter dicendum eſt in maioratu, & fideicommiſſo à fratre relicto, ibid.n.278. p.80

Fratres cùm ſint in pari gradu, ille ſuccedere debet poſt mortem vltimi poſſeſſoris, qui ſit maior ætate, prout eſt ſecundogenitus, reſpectu tertiogeniti, p.1.c.8.n.22.& 23. p.100

Si Fratres duo gemelli ſimul naſcantur, quis eorum debeat regnare? eſt maximum dubium, p. 2. c.5. n.53. p.153

Opinio Ildephonſi à Carranza eſt, *quòd populus eligat.* Opinio Dom. Perez de Lara, *quod Pontifex conſulatur.* Vera opinio eſt, *quòd ſorte iudicetur*, ibidem, num. 54. 55. & 56. ibid.

Fratres Minores Ordinis Diui Franciſci, ſunt incapaces proprietaris omnium rerum mobilium, & immobilium, & actionum, part. 7. c. 5. num.4. p.305

Fratres Minores in his, quæ conſumuntur per eſum, & potum, habent vſum iuris, nedum facti, qui etiam pro ſui natura conſiderari nequit, ibid. n.5. ibid.

Fratres Minores quia incapaces ſunt ſuccedendi, non faciunt deficere conditionem ad impediendum ſubſtitutum ſub conditione *ſi ſine liberis*, expreſſa, vel tacita, ibid.n.10.p.305

Fratri Minori relictum poſt mortem alicuius, ſtatim debetur, non expectata eius morte naturali, n.11. ibid.

Fratres Minores ſunt incapaces hæreditatum, etiam ex teſtamento; & hæreditas tunc vadit ad ſubſtitutum, ſi extat: aliàs ad venientes ab inteſtato, quia ea inſtitutio pro non ſcripta habetur, n.13. ibid.

Fratres Minores ſunt incapaces ſtandi in iudicio pro rebus ſibi donatis, vel relictis per vltimam voluntatem, ibid.n.16. p.305

Fratres Minores ſunt capaces dignitatum, ideo promouentur ad Epiſcopatum, & Cardinalatum. Non tamen ſunt capaces bonorum, num. 17. ibid.

Fratres Minores Sancti Antonij à Padua, ſunt capaces bonorum ex regula priuilegiata, num. 18. ibid.

Fratres Mendicantes, veluti Prædicantes, Eremitarij, & Carmelitæ, licèt non ſint capaces bonorum, nec in particulari, nec in communi, vt illa retineant, quia ſic repugnaret Regulæ Mendicantium, ſunt tamen capaces pretij, & æſtimationis, vt conuertatur in vſus ſuos; atque ideo relicta eis non ſunt inualida, nec pro non ſcriptis habentur, n.19. ibid.

Fratres, qui debent participare priuilegia Mendicantium, & litigare cum papyro pauperum ſecundùm Regiam ſanctionem, vulgò, *Prematica del papel ſellado*, referuntur, ibidem, num.21.& 22. p.306

Fratribus Minoribus non poteſt relinqui locus in quo noſtra Eccleſia conſtruatur, vt ibi Fratres commorentur, nec relinqui pecunia ad conſtructionem; quia tale relictum omnino eſt inutile, n.25. ibid.

Fratres Minores, nec parentibus ſuccedunt, ibidem, n.26. p.306

Fratres Minores beneficia habere non poſſunt, n.27. ibid.

Fratribus Minoribus relictum nec naturaliter eis debetur, & hæredes in foro conſcientiæ licitè poſſunt id retinere, n.28. ibid.

Fratres Minores non poſſunt eſſe executores teſtamentorum, ibid.n.29. p.306

Fratres Minores an poſſint eſſe Commiſſarij ad eligendum, ſeu nominandum ſucceſſorem in maioratu, vinculo, ſeu patronatu, vel ad eligendos pauperes, & inter eos eleemoſynas diſtribuere, ibid.n.30. p.306

Fratres Minores ſunt capaces Anniuerſarij perpetui per modum eleemoſynæ relicti, num. 41. & 42. p.307

Sed repetere ea in iudicio tanquam redditus ſibi debitos non licet ſine diſpenſatione, à num.43. vſque ad n.45. ibid.

Limitatur in caſu, quo Anniuerſarium eſſet tam magnæ quantitatis, vt cum illius redditibus Conuentus non egeret mendicari, n.46. ibid.

Fratres Minores non ſolùm ſunt incapaces proprietatis, & dominij rerum, ſed etiam æſtimationis, adeo vt bona non poſſint vendere, & capere æſtimationem ipſorum, ibid.n.47. p.308

Adhibe diſtinctionem, quæ traditur, n.48.& melius, n.49. ibid.

Frater Minor non deſinit eſſe incapax bonorum, quamuis ad Epiſcopalem dignitatem promoueatur, ibid.n.50. p.308

Fratribus Minoribus relictum in cauſam alimentorum valet, & officio Iudicis coguntur hæredes ea præſtare, licet Fratribus non detur actio vt petant, n.51. ibid.

Limita ſi relictus ſit annuus redditus, quia habet aliquid proprietatis, n.52. ibid.

Quod intellige cum ampliationibus, & limitationibus traditis à Patre Villalobos, quæ referuntur à n.37. vſque ad n.47. p.307

Fratres Minores recipere, & retinere poſſunt hæreditates nomine Romanæ Eccleſiæ, ibid. num.57. p.308

Fratres

Fratres Minores recipere poſſunt aliquid ab ingredientibus in eorum Religionem, cùm bonorum quantitas ſit modica, & non talis quæ præſumi poſſit data in fraudem, n.58. p.309
Et cum limitatione, quæ traditur, n.59. ibid.
Fratres Minores incapaces non ſunt eleemoſynarum, & obuentionum, & eorum quæ offeruntur pro ſepulturis & funeralibus, reſeruata tamen quarta parte Eccleſiæ parochiali: & circa hanc concluſionem res indicata refertur, num. 60. p.309

Fructus.

Fructus, vel Redditus ſi diuidantur ad hoc vt ſucceſſor maioratus fruatur illis vno, duobuſuè annis; & Redemptio Captiuorum, vel alia cauſa pia alio triennio fruatur; tranſacto tempore, ſi non fruatur ex cauſa litigij, vel alia, etiam abſque culpa ſua, frui non debet alio tanto tempore, licet actionem habeat ad intereſſe, p.2. c.2. n.21. & 22. p.132
Vide verb. *Redditus*, & verb. *Res*.

Furioſus.

Furioſus an ſit capax ſuccedendi in Regno, vel Maioratu, vide verb. *Succeſſio*.

G

Gemellus.

Gemellos duos edi vno impetu, eſt contra naturam; at verò ſi includantur in ſecundina, & vno impetu naſcantur, eſt quid monſtruoſum, p.2. c.5.n.9. p.149
Et intelligitur locus Iulij Pauli, n.10. ibid

Genitus.

Geniti duo ex vtero mulieris vno impetu eiici non poſſunt, p.2.c.5.n.5. p.149
Limitatur ſi in vna ſecundina inuoluti editi fuerint. *Secundina* vulgò dicitur, *Tela en que nacen embuenllios, ò encerrados dos miños, a modo de zurron:* vbi elucidatur authoritas Hippocratis, & corrigitur Carranza, n. 6. vſque ad n.8. ibid.
Vide amplius, verb. *Natus*.

Genus.

Et Genus, & virtus niſi cum re vilior Alga eſt, p.3. c.5.n.14. p.189
Et quid *Alga* ſignificet videas, ibid. p.189

Geometria.

Geometriæ nomen dicitur ex nomine *Geos*, quod eſt terra, & *Metron*, quod eſt menſura, p.1.c.6.n.1. p.57
Geometriæ ſcientia inuenta fuit ab Ægyptiis, & eorum Rege vocato *Meris* in vrbe Alexandria, ad terram menſurandam, vt per eam redderet cuique terras, quas Nilus inundabat, p.1.c.6.num.2. ibid.
Geometriæ ſcientia recognoſcitur per regulas incompatibilitatis inter æqualia, & inæqualia, ibid. n.3. p.57

Gradus.

Gradus idem eſt quod perſona, & ſequens perſona reſpectu patris eſt filius, p.4.c.1.à n. 12. vſque ad n.14. p.195
Gradum primum faciunt filius & pater, licèt ſint diuerſæ perſonæ, ibid.n.141.& 142. p.197
Gradus proximitas metienda eſt à conſtitutis in linea: quaſi non ſit in gradu, qui non ſit in linea, ibid.n.72. p.198

Grammatica.

Grammaticæ ſcientia, ianua atque fundamentum omnium Artium definitur, part. 1. c.13. num. 1. p.118

Gratia.

Gratia Dei non compatitur cum gratia paterna conceſſa ſub conditione quod aliquis peruertatur ad hæreſim, repudiata fide Catholica, princip. n.39. p.7
Gratia eſt incompatibilis cum peccato, non ſolùm meritoriè, ſed etiam phyſicè & ex natura rei: vt tenent plurimi Doctores, maximè Pater Gabriel Vazquez, cuius fundamenta referuntur ad literam, cùm ſint omnia propriè de materia Incompatibilitatis, p.1.c.2.à n.11. p.20
Gratiam Dei qui recipit non peccat, nec peccare poteſt dum perſeuerat in ea, p.1.c.2.n.13. p.23
Gratia Dei reddit peccatorem ex inimico amicum Deo, & iuſtificatum: ex Sancto Concilio Tridentino, p.1.c.2.n.19. p.24
Et defenditur eius deciſio ab opinione aliquorum, n.20. ibid.
Gratia expellit peccatum, & peccatum gratiam, non tantùm meritoriè, ſed etiam phyſicè, part. 1. c.2. n.21. ibid.
Et reſpondetur ad argumenta contraria, à n. 22. vſque ad n.26. p.24
Gratia de primo beneficio vacaturo conceſſa, ſi poſtea impetretur alia de alio incompatibili, impetrato ſecundo beneficio vacat primum, & gratia ad illud, p.7.c.4.n.30. p.299
Limitatur, ſi ille, qui aſſecutus fuit ſecundum beneficium incompatibile, non eſſet illemet qui impetrauit gratiam, ſed alius pro alio inſcio, ibid.n.33. p.300
Limitatur etiam, ſi renuntiatio tacitè, vel expreſsè accepta non ſit à Superiore, in cuius manibus cenſeatur facta, n 34. ibid.
Limitatur etiam, quando gratia impetrata de primo beneficio vacaturo, fuiſſet conditionalis, & pendente conditione aliud obtentum ſit, & poſtmodum conditio eueniat, quia incidimus in caſum, ac ſi primo adquiſitum fuiſſet beneficium, & poſtea pure impetraſſet gratiam, ibid.n.35. p.300
Limitatur etiam, ſi non in pacifica poſſeſſione ſit ille, qui adeptus fuiſſet ſecundum beneficium incompatibile, n.36. p.300
Limitatur etiam in eo, qui licet adeptus fuiſſet poſſeſſionem pacificam, nondum tamen conſequutus eſt fructus bonorum, vel maioris partis beneficij, num.37. ibid.
Limitatur etiam, quando habuerit diſpenſationem ad obtinenda duo beneficia incompatibilia, ibid.n.38. p.300
Limitatur denique, ſi coactus ingreſſus fuiſſet in ſecundum beneficium, quia tunc non videtur renuntiaſſe gratiæ, & priuilegio de alio conſequendo, n.39. ibid.

Grauamen.

Grauamen, ſeu conditio debet eſſe honeſta, atque iuſta, & non à iure reprobata, p.3.c.1. num.25. p.160
Grauamen appoſitum ei qui ſit de primo gradu, de reſtituenda hæreditate; ipſo repudiante, non obligat ſequentem in gradu qui ſuccedit iure proprio, p.4.c.2.n.7. p.202
Grauamen, conditio, ſeu prohibitio toties eſt realis, quoties appoſita eſt in rem, abſque mentione

perſonarum, p.4.c.2.n.13. p.203
Demonſtratur exemplo, n.14. ibid.
Grauamen, ſeu conditio extendi debet ad alias perſonas, gradus, vel lineas, præter nominatas, quando tendit ad alimentandum alios, & ad prouiſionem eorum, p.4.c.2.n.17. p.203
Vide amplius verb. *Conditio*, & verb. *Prohibitio*.

H

Habere.

Habere qui poteſt, ipſo actu habere dicimus, p.5.c.3.n.11. p.232
Habere ſufficit ciuiliter, & naturaliter, licet non actualiter quis habeat, p.5.c.3.n.18. p.233
Habens obligationem publicam in Macellis, (*Como es el obligado de las Carnicerias, taberna, tienda, o meſonero,*) an poſſit ſimul eligi ad officium Iudicis ordinarij, vel Rectoriæ. Vide remiſſiuè, p.6.c.4.n.48. p.278
Habere, Verbum, comprehendit tam vſum, & poſſeſſionem, quam dominium, & proprietatem, ibid.n.73. p.280
Habere quis non dicitur, qui non habet in actu, p.7.c.6.n.37. p.323

Habitatio.

Habitare continuò dicitur in vno loco, & ſi per aliquot dies poſſeſſor maioratus diuertat, quia moraliter hoc eſt intelligendum, part.2.c.1.num.64. p.128

Hæreditas.

Hæreditas, vel legatum pertinet ad eum, in quo impleta inuenitur conditio tempore delatæ ſucceſſionis, p.1.c.4.n.26. p.40

Hæres.

Hæres qui fuit ſemel, nunquam deſinit eſſe hæres directo titulo, & nomine, part.5.c.1.num.10. p.222

Hæreſiarcha.

Hæreſiarcha ille improbus inſtructus à Dæmone maximè in amphibologiis, tanquam eius diſcipulus deſtruere tentauit generis humani redemptionem, aſſerendo per amphibologiam, quod non reſurrexiſſet Dominus, part.1.c.11.n.11. Et conuincitur, ibid.n.12.& 13. p.111

Hæreticus.

Hæretici Regis filius, qui ſit Catholicus, eſt legitimus ſucceſſor in Regno temporali, princ.n.56. p.8
Hæreticus eſt ſegregatus ab vnitate corporis Chriſti, princip.n.63. ibid.
Hæreticorum ſacrificia odioſa ſunt Deo, princ.n.65. p.9
Hæreticus eſt, qui aliter ſentit, & docet de Sacramentis Eccleſiæ, quàm Sacroſancta Eccleſia Romana prædicat, & obſeruat; & ipſo iure, & facto, incurrit maiorem excommunicationem, princ.n.67. ibid.
Hæretici filius genitus antequam pater incideret in crimen hæreſis, etiam in caſu quo pater ſit inſtitutor maioratus, ſuccedere debet, & non fiſcus, p.3.c.2.à n.22.vſque ad n.24 p.171
Reprobata opinione Eſcobar à Corro, *de puritate ſanguinis*, ibid.n.25.& 26. p.172
Vide amplius verb. *Filius*.
Hæreticus Sacerdos non poteſt miniſtrare, neque exercere Sacramentum Euchariſtiæ, nec Catholicus Euchariſtiam de manu eius accipere; ideo Hermenegildus non accepit ab Epiſcopo Arriano, imò eum reprobauit, & expulit. Quod intelligi debet in Hæretico malè ordinato poſtquam eſſet hæreticus; ſecus ſi antea fuiſſet bene ordinatus: & redditur ratio cum aliis diſtinctionibus, p.9.c.vnico, à n.2.vſque ad n.6.

Hermaphroditus.

Hermaphroditorum ſpecies prouenit ex naturæ peccato in ſexu, p.2.c.3.n.1. p.136
Hermaphroditum poſſe habere duos ſexus perfectè ad generandum, & concipiendum diſpoſitos, eſt incompatibile de iure naturali, p.2.c.3.num.4. Et comprobatur, n.5.& 6. p.136
Hermaphroditos eſſe conceptos in ſeptimo ſinu, ſeu receptaculo, quod eſt in medio matricis, demonſtrat Ioannes Perez à Moya, & reprobatur contraria ſententia, part.2.c.3. à num.7. vſque ad 9. p.136
Hermaphroditus primogenitus, an præferatur ſecundogenito ſimpliciter maſculo in maioratu regulari, vel Agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, ibid.n.10. ibid.
Et reſoluitur, à n.30. p.138
Hermaphroditus habet qualitatem maſculinitatis, ibid.n.11. p.137
Hermaphroditus poteſt concurrere ita ad agendum, ſicut ad concipiendum, ibid.n.12. p.137
Hermaphrodito ſexus habente vtrumque ſexum æqualem, attendi debet dignior, & potentior, n.15. ibid.
Hermaphroditus poteſt eſſe teſtis in teſtamento ſicut alij maſculi, ibid.n.16. p.137
Hermaphroditus poteſt eſſe Doctor, Aduocatus, Iudex, Arbiter, Tutor, & Curator, tributorum Exactor, Delator in fiſcum, adoptare, & poſthumum hæredem inſtituere, p.2.c.3.num.17. ibid.
Hermaphroditus poteſt fungi omni officio virili, & mulieribus prohibito, ibid.n.18. p.137
Hermaphroditus poteſt contrahere matrimonium cum fœmina, etiam quando in vtroque ſexu ſit æqualis, p.2.c.3.n.19.& 20. ibid.
Hermaphroditus propriè non eſt vir, ſed ſimilis viro, ibid.n.23. p.138
Hermaphroditi qualitates, licet in eodem ſubiecto, ſunt incompatibiles, n.26. ibid.
Hermaphroditus non eſt propriè vir, neque mulier, ſed homo mixtus, ibid.n.27. p.138
Hermaphroditus in eo neuter ſexus præualeat, non debet ordinari, & ſi de facto ordinetur, non imprimitur caracter ad inſtar fœminæ, ibid.num.28. p.138
Hermaphroditus non eſt admittendus in Monaſterio virorum, nec Monialium, n.29. ibid.
Hermaphroditorum genus diuiditur in quatuor ſpecies, ibid.n.31. p.138
Hermaphroditus primogenitus ſi habet virilem ſexum perfectum, atque potentem, tunc præferendus eſt ſecundogenito, perfectè, & purè maſculo, p.2.c.3.n.31.& 32. ibid.
Hermaphroditus primogenitus ſi magis incaleſcit in ſexum muliebrem, non præfertur ſecundogenito: & quomodo cognoſcatur hoc? demonſtratur, ibid.n.33. p.139
Hermaphroditus primogenitus ſi habeat vnum ſexum inefficacem ad generationem, & alium efficacem attendi debet, qui efficax fuerit ad hoc vt præferatur, vel non, ſecundogenito, ibid.num.34. ibid.
Hermaphroditus primogenitus, qui habet æqualiter

potentem

Digitized by Google

potentem vtrumque ſexum maris, & fœminæ, non debet præferri ſecundogenito purè maſculo, ibid.à n.35.vſque ad n.37. p.139
Hermaphroditus,in paritate ſexus,indicatur fœmina, n.41. ibid.
Hermaphroditus primogenitus, qui petit tanquam maſculus, etiam cum æqualibus probationibus, ſuccumbere debet, in fauorem maſculi ſecundogeniti,n.44. p.140
Hermaphroditus ſi vtrumque ſexum maris & fœminæ habeat in æquilibrio, tutius erit iudicari cum tanquam fœminam, quàm tanquam maſculum, ibid.n.59. p.141
Hermaphrodito, & eius declarationi, maximè cum iuramento ſtandum erit, in dubio ad cognoſcendum in quo ſexu magis prævaleat, ſi exinde non reſultet aliquod aliud inconueniens, periculum, vel præiudicium Tertij,p.2.c.3.n.21. p.137
Et à n.60. vſque ad n.63. p.141
Hermaphroditus ad hoc vt præferatur ſecundogenito, attendi debet in eo virilitas, & agilitas corporis,ibid.n.64.& 65. p.141

Hermenegildus.

Hermenegildus, niſi eſſet fidelis, non haberet iuſtificationem, & gratiam ad ſucceſſionem Regni cœleſtis,p.1.c.2.n.29. p.27
Hermenegildus Princeps fuit in vera, perfecta, ac ſuaui conſonantia cum Chriſto Ieſu Domino noſtro, p.1.c.7.n.8. p.91
Hermenegildus fuit verè, & propriè Rex Hiſpalenſis electus à populo, atque coronatus ſolemniter, p.7.c.6.n.1.2.& 3. p.318
Vide ampliùs de eo, verb.*Rex.*

Hiſtrio.

Hiſtriones, ſiue Comici, notantur infamia noſtris temporibus, ſecundùm opinionem Dom. Greg. Lopez, p.1.c.12.n.25. p.115
Contraria opinio verior eſt, quæ ex rationibus,& iuribus comprobatur, ibid.à num.29.vſque ad n.32. p.115.& 116.
Hiſtrio, ſeu Comicus author compulſus fuit exhibere executoriam ſuæ nobilitatis,ſine tranſſumptum, & informationem ſuæ legitimitatis ad recondendam illam in archiuio publico, ex eo quod cauſa quæſtus, eſſet publicus Comicus,ibidem,num.26. p.115
Sed verior redditur ratio huius deciſionis, ibid. n.44. p.117
Et ita cum eſſet incarceratus pro debitis ciuilibus, tanquam Nobilis à carcere fuit relaxatus, n.45. ibid.
Hiſtrionum repræſentationes in publicis theatris, cùm ſint honeſtæ, & publica authoritate admiſſæ,ac permiſſæ in noſtra Hiſpania ob bonum publicum, &reparationem humanę vitę non important infamiam, p.1.c.12.n.36.& 37. p.116
Hiſtriones hodie non infamia iuris notantur, ex eo quod cauſa quæſtus repræſentent; nec etiam antiquitùs, ſed ex eo notabantur olim, quia actiones viles, atque inhoneſtas exercebant, turpi, atque abominabili modo,ibidem,num.38.39.40.& 41. p.137
Hiſtriones, de quibus loquitur Dom. Gregorius Lopez, inhoneſtè, turpiter, ac ignominioſè,publicè, cauſa quæſtus exercebant repræſentationes, n.42. ibid.
Quod à iure reprobatur, vt ſupra, n.14.in fin. p.114
Hiſtriones filios hodie exhæredare non poſſunt parentes ob cauſam repræſentandi publicè, cùm non inhoneſtè repræſentent, ibidem, num. 43. p.117
Vide verb.*Poetica.*

Homicidium.

Homicidium de vltimo maioratus poſſeſſore commiſſum per illum, qui immediatè ſucceſſurus erat, priuat homicidam ſucceſſione maioratus,p.1.c.2. n.41. p.27
Homicidium commiſſum ab immediato ſucceſſore contra vltimum poſſeſſorem, ſi acciderit caſualiter ex improuiſo, ſiue ob cauſam non ordinatam ad id, non priuat homicidam à ſucceſſione, ibid. n.66. p.29
Vide verb.*Delictum*,& verb. *Offenſa.*

Homo.

Homo vnus, cum ſit indiuiduus, naturaliter non valet ſimul atque eodem tempore circumſcriptiuè reſidere in duobus diſtinctis locis, p.2.c.1. n.15. & 60. p.124.& 127
Homo vnus de poteſtate Dei abſoluta miraculoſè, an poſſit in duobus reſidere locis ſimul, vno eodémque tempore? Partem negatiuam defendit Diuus Thomas, & alij, quorum argumenta,atque fundamenta, referuntur, à n. 16. vſque ad n.22. p.124
Contrariam opinionem tanquam veriorem defendunt Scotus, & alij, & comprobatur validiſſimis fundamentis, à n. 28. vſque ad num. 33. p.125
Et reſpondetur ad argumenta de contrario, à n.37.vſque ad n.46. p.126
Vide verb.*Sanctus*,& verb. *Diuus.*

I

Immixtio.

Immixtio, confuſionem affert: & fit confuſio vbi duæ materiæ, vel eiuſdem generis, vel diuerſi, coniunguntur, p.3.c.5.n.29. p.191

Immunitas.

Immunitas conceſſa ob paupertatem, auctis facultatibus, ceſſare debet, p.5.c.6.n.77. p.254

Impoſſibilitas.

Impoſſibilitas ad idem tendit quod incompatibilitas, p.1.c.1.n.12. p.13
Impoſſibile eſt quòd quis poſſit vno eodémque tempore in diuerſis Eccleſiis reſidere ad ſeruiendum perſonaliter, p.7.c.2.n.7. p.292
An vnus homo naturaliter, vel miraculosè, reſidere valeat ſimul eodem tempore in diuerſis locis? vide verb.*Homo.*

Impotentia.

Impotentia ſeu frigiditas ad coitum an ſit perpetua, vel accidentalis, ſeu temporalis, examinari debet à Medicis,vel Chirurgis in cauſis iudicialibus,vbi agitur de ſtupro: vel de diſſoluendo, ſeu annullando matrimonio, p.1.c.9.n.7. p.104
Quod per regulas Incompatibilitatis recognoſcitur,n.8. ibid.
Impotentes an ſint etiam excluſi à ſucceſſione maioratus, quando ex eius inſtitutione excluſus eſt Clericus in maioribus Ordinibus conſtitutus? Vel etiam quando inſtitutus eſt cum grauamine contrahendi matrimonium cum conſanguinea? p.1. c.9.n.12.& 13. p.105

Impugnare.

Impugnare non debet, qui defendere,aut probare tenetur, p.5.c.6.n.3. p.248

Inceptatur.

Incapacitas.

Incapacitas medij temporis non vitiat, nec nocet, p.1.c.3.n.68. p.44

Incapax an ſuccedere debeat in Regno, vel maioratu. Vide verb. *Succeſſio.*

Incapacitas patris, ex eo quòd ſit perſonalis, non nocet eius filio, à quo non incipit, p.7.c.6.n.18. p.320.

Incapacitas patris per incompatibilitatem cauſata, & ademptio illi facta de maioratu incompatibili, non nocet eius filio. ibid.

Incapax non obſtat ſequentibus in gradu, p.8. c.7. n.25. p.362

Incertitudo.

Incertitudo impedit tranſlationem poſſeſſionis, p.2. c.3.n.43. p.139

Incluſio.

Incluſio vnius, eſt excluſio alterius, p.5.cap.1.n.2. & 3. p.221

Incluſio vnius eſt excluſio alterius quando in vtroque inſunt contraria, ibid.n.16. p.222

Incluſio vnius lineæ, eſt excluſio aliarum,n.19.ibid.

Incluſio, ſeu vocatio maſculorum, eſt excluſio fœminarum,ibid. n.21. p.223

Quod explicatur ex plurimorum authoritatibus, & declaratur à n.21.vſque ad 26. ibid.

Incluſio, ſeu vocatio agnatorum,an contineat excluſionem cognatorum, ſeu maſculorum ex fœminis, n.27. p.223

Incluſio, ſeu vocatio fœminarum, eſt excluſio maſculorum,n.28. ibid.

Inconuenientia.

Inconuenientia, quæ ſequi poſſunt, ſi duo, pluréſve maioratus iungantur, declarat *lex 7. tit.7. lib.5. Recopil.in præfatione*, & Author in p.8. cap.1. à n.21. vſque ad 24. & à n.61. vſque ad num.67. p.319. & ſeqq.

Incompatibilitas.

Incompatibile eſt apud Catholicum cæleſte Regnum cum Regno terreno, ſeu quouis alio maioratu, dato ſub grauamine deficiendi à fide Catholica, vel admittendi aliquem hæreticum errorem. in princip. n.38. p.6

Incompatibilitatem, quæ deducitur ex textu *in cap. cœpit Hermenegildus.* 24. *quæſt.* 1. conſtituit illa conditio, ſeu grauamen deficiendi à fide Catholica, quod appoſuit Rex Leouigildus filio ſuo Hermenegildo,in princip.n.50. p.8

Incompatibile eſt quod vnus quidem poſſit duobus dominis inſimul ſeruire, maximè ſi ſint diuerſæ,& & contrariæ conditionis.in princip.n.71. p.9

Incompatibilitatem, quam nos deduci probamus ex textu *in c.cœpit*.24. *quæſt*.1. probat etiam Carolus Scribanus Pater Ieſuita.in princ.n.71 .ibid.

Incompatibilitatis vox, per alios terminos, ſeu ſigna ad placitum ſignificatur,p.1.c.1.n.1. p.12

Incompatibilitas,& Repugnantia qua voce vſus fuit Iuriſconſultus, idem ſunt, n.2. ibid.

Incompatibilitas, & Perplexitas,qua etiam voce vſi fuerunt Iuriſconſulti, ad idem tendunt,n.1. ibid.

Incompatibilitas, & aliqua inter ſe contraria eſſe, ſeu contrarietas, idem ſignificant, quia omnia incompatibilia inter ſe ſunt contraria, p.1.c.1.n.9. ibid.& c.3.n.5. p.32

Incompatibilitatis vox à Iuris Pontificij profeſſoribus fuit inuenta, & vtrum Latinis, ſeu Iuriſconſultis fuerit cognita, neceſſe non eſt perquirere, p.1.c.2.n.15. p.13

Incompatibilitatis vox ſeu etymologia componitur ex dictione *in*, id eſt *non*, & à nomine adiectiuo *Compactus, a, um*, vel *compactilis*, & *compactile*, id eſt, *coſa adiuntable con otra*, p.1. c.1.n.16.ibid.

Incompatibilitas quid ſit, & eius definitio vera demonſtratur ex genere,& differentia, & aliis legibus diffinitionis,p.1.c.1.à n.17.vſque ad n.21.ib.

Incompatibilia cum idem ſint quod contraria, intelligi debent priuatiuè,& non poſitiuè,n.23. p.14

Incompatibilia de quibus agimus, non pertinent ad contraria, quæ admittunt concurſum aliquem, medium, vel mixtũ,ſed quæ ſunt contraria medio carentia repugnantia inter ſe, p.1.c.1.n.37.p.15.

Incompatibilitas datur in omni ſcientia, part.1.c.2. num.1. p.19

Incompatibilitas datur in ſcientia ſacræ Theologiæ, p.1.c.2.n.2. ibid.

Incompatibilitas inter gratiam, & peccatum, atque infidelitatem, tamquam inter amicum, & inimicum, ad ſucceſſionem æternam in Regno cæleſti, datur etiam per eamdem rationem, ad ſucceſſionem temporalem in Regno Terreno, part.1. c.2. n.30. p.25

Incompatibilitatis natura eſt, vt poſito vno contrariorum, inducatur renuntiatio, aut reuocatio alterius,quia ſimul ſtare non poſſunt,p.1.c.3.n.6.p.32

Incompatibilitas, ſeu contrarietas inter primam, & ſecundam obligationem, inducit nouationem per neceſſe,p.1.c.3.n.11.p.33.Limitatur, niſi eſſent facti ambo contractus incontinenti,n.12.& 13.ib.

Incompatibilitatis materia inuenitur maximè in Iuriſprudentiæ ſcientia:quod quamplurimæ probant leges,& referuntur aliquæ,p.1.c.4.n.3.& 4.p.37.

Incompatibile eſt in Arithmetica, quòd quatuor, & & quatuor, ſint nouem, vel ſeptem; cùm repugnent prædicamento quantitatis numerorum,p.1. c.5.n.4.p.45.Incompatibilitas in Muſicæ ſcientia quomodo recognoſcatur.p.1.c.7.n.6. p.91

Incompatibile eſt,& contra naturam,nõ ſolum quod Sol vel Luna redeant retrorſum,ſed etiam quòd ſi ſtant in loco prout in exemplo Ioſuë videre eſt in ſacris litteris,p.1.c.8.n.11. p.99

Incompatibile eſt in ſcientia Grãmaticæ docere ſine verbis,& verba proferre ſine voce,p.1.c.13.n.2. p.118. Incompatibilis eſt in ſcientia Grammaticæ prima perſona cum imperatiuo modo,n.3. p.119

Incompatibile eſt in ſcientia Grammaticæ, quòd verbum ſit in ſingulari, & nomen, ſeu nominatiuum in plurali,& è contra,n.4. ibid.

Incompatibile eſt in Grammatica, nomen ſubſtantiuum cum adiectiuo, quando alterum differt à genere numero,vel caſu alterius,n.5. ibid.

Incompatibilitas, ſeu antipathia rerum earum,quæ à iure Naturali emanant, conſideratur, multiſque authoritatibus, & exemplis oſtenditur,p.2.cap.1. n.1.2.& 3. p.123

Incompatibilitas quòd detur de iure Naturali, Iuriſconſultus oſtendit *in l.hac verba.24. ff.de verbor. ſignificat.*p.2.c.1.n.4. ibid.

Incompatibilitas reſultat, ex Iure naturali ratione temporis,p.2.c.2.n.1. p.130

Incompatibile ita erit trahere tempus præteritum ad futurum, ac trahere futurum præteritum,p.2.c.2. n.39. p.134

Incompatibile eſt de Iure naturali quòd vnus filius poſſit eſſe genitus per duos patres, p.2.c.4. n.1. p.142.

Incompatibile eſt de iure Naturali vt poſſit mater vno impetu duos,vel tres edere infantes, p.2.c.5. n.1.& 5.p.148. Limitatur, n.6.7.& 8. p.149

Incompatibile eſt de Iure naturali, quòd aliquis ſit Rex, & inhabilis per naturam ad regendum, p.2. c.6.num.1. p.154

Incompatibile eſt duos dominium in ſolidum poſſe habere titulo particulari, vel vniuerſali, p.4.c.1. n.82.& 83. p.199

Incompatibile eſt duos in ſolidum eamdem rem poſſe poſſidere, n.84. ibid.

Incompatibilia ſi apud vnum ſubiectum concurrant, vnum deſtruit aliud, p.4.c.5.n.5. p.215

Incompatibile eſt in Phyſica duo, pluráve entia, ſiue ſubiecta, ſimul eodémque tempore vnam ſedem, ſiue vnum tantum *Vbi* occupare, part.5. c.1.n.1. p.221

Incompatibile eſt quòd minor hæres inſtitutus, & alius ei ſubſtitutus, poſſint directo eſſe ſimul eodémque tempore hæredes in ſolidum, p.5. c.1. à n.7. vſque ad 9. p.222

Incompatibile eſt valere teſtamentum Iure Militari, & Iure Communi, n.13, & 14. ibid.

Incompatibilis eſt gradus inſtituti, & ſubſtituti, & ſecundus gradus ſubſtitutionis, cum tertio, par.5. c.1.n.15. ibid.

Incompatibile eſt quod poſt aditam hæreditatem defuncti, ſtatim ex vna parte valeat, & ex altera ſit in pendenti, p.5.c.2.n.13.& 14. p.226

Incompatibile non eſt quòd quis habeat vnum maioratum in actu, & alium in potentia, part.5.c.3. n.30. p.234

Incompatibile non eſt quod apud vnum ſubiectum concurrant duo maioratus incompatibiles, ſi vnum habeat in potentia, & alterum in actu, & è contra.ibid.n.31. & p.7.c.6.n.26. & 27. p.321

Incompatibilem fore ſuum maioratum cum alio tunc præſumitur inſtitutor voluiſſe, quando concurrunt in actu, non verò in potentia, ibid..n.37. & 38. p.234.

Incompatibilis eſt vſusfructus formalis, qui eſt ſeruitus perſonalis, cum dominio, ſeu proprietate alicuius fundi, p.5.c.4.n.2. p.237

Incompatibilium virtus maior eſt ad disiungendum, quam Copulatiuæ ad coniungendum, num.15. p.238.

Incompatibile habens officium cum alio, ſi acceptat poſterius, caret priore, vel poſteriore, & omni iure tale officium concernente, p.6.c.4. num.75. & 76. p.280

Incompatibilis quando ſit ſucceſſio apud Monachos, tam ex diſpoſitione expreſſa hominis, quàm tacita, vel coniecturata, vel ex diſpoſitione legis, p.7. c.5. à n.68. vſque ad n.70. p.310

Incompatibilitas regulariter conſideratur non habere locum quando ſucceſſor non eſt in actu, ſed tantùm in potentia, ſeu habitu, p.7.c.6.num.26. & 27. p.321

Incompatibilitatis materiam duorum maioratuum, quorum vnus ſit *de dos quentos de renta*, quando iunguntur causâ matrimonij continet *lex 7. tit.7. lib.5. Recopil.* p.8.c.1.n.1. p.327

Vide etiam verb. *Perplexitas.*

Incompoſſibilitas.

Incompoſſibilitatis voce vtitur Bartolus, quæ idem eſt quod Incompatibilitas, p.1.c.1.n.13. p.13

Indignus.

Indignus dicitur, qui deſcendit ex proſapia maculata, p.3.c.3.n.35. p.177

Infamis.

Infamis infamia iuris, vel facti, non repellitur à ſucceſſione maioratus, ſecundum opinionem Dom. Molinæ, p.1.c.12.n.19, p.115. Sed Dom. D.Gregor.Lop. & alij diſtinguunt, ſi maioratus habent annexam dignitatem, necnè, n.20.ibid. Attamen Barboſa reſoluit validis fundamentis, quod ſuccedere non debet etiam in maioratu ſimplici, qui dignitatem annexam non habeat, n.21. ibid.

Infamis infamia iuris, vel facti, indiſtinctè eſt capax ſucceſſionis in maioratu, quando eius inſtitutor laborabat eadem infamia, n.22. ibid.

Idem quando inſtitutor id permiſit. ibid.

Infamis infamia iuris, vel facti, an ſit noſtris temporibus hiſtrio, ſeu Comicus, vulgo, *Repreſentanşe?* Vide verb. *Comicus*, & verb. *Hiſtrio.*

Infidelitas.

Infidelitas ita incompatibilis eſt cum gratia, ſicut peccatum cum gratia, p.1.c. 2.n.27. p.25

Infidelitas ſeu delictum patris, nocet filiis in feudalibus, p.1.c.2.n.54. p.28

Ingratus.

Ingratus, vel inobediens patri, vel poſſeſſori maioratus, ſi per ſpecialem diſpoſitionem cautum eſt in diſpoſitione, priuatur eius ſucceſſione, part.1.c.2. num.42. p.27

Vide verb. *Odium*, & *Odioſus*, & *Offenſa.*

Inimicitia.

Inimicitia cum inſtitutore maioratus, ſi ſuperueniat poſt vocationem ſucceſſoris à ſucceſſione maioratus ipſe excluditur, etiamſi poſt inimicitias inſtitutor fecerit codicillos, & in eis non reuocauerit vocationem, p.1.c.2.n.43. & 44. p.27

Inimicitia, vel offenſa grauis ſi fuerit orta ante inſtitutionem maioratus, ſi non ſuperuenerit ſpecialis ſed tantum generalis vocatio, priuatur ſucceſſione is, qui generaliter erat vocatus, n.45. ibid.

Inimicitia grauis, vel odium cum inſtitutore priuat ſucceſſorem ſucceſſione maioratus, etiamſi proueniat inimicitia ex facto, vel culpa ipſius inſtitutoris, n.48. ibid.

Inimicitia grauis inter inſtitutorem eius conſcium, & fideicommiſſarium, priuat eum ſucceſſione, etiam ſi habuerit tempus reuocandi, feceritque codicillum, neque in eo fideicommiſſum, ſeu vocationem reuocauerit, ibid.n.49. p.28

Inimicitia grauis cum inſtitutore priuat ſucceſſorem, etiamſi inſtitutor confeſſus, & contritus deceſſerit remittendo quamlibet iniuriam, & offenſam, quia intelligitur quoad Deum, n.50. ibid.

Inimicus patri præſumitur inimicus filio, etiam patre mortuo, . & vſque ad quem gradum extendatur, p.1.c.2.n.52. ibid.

Et redditur ratio, n.53. ibid.

Et reſpondetur ad oppoſitiones contrarias, n.55. ibid.

Vide verb. *Odium*, & verb. *Offenſa.*

Iniuria.

Iniuria grauis facta filio inſtitutoris, vel eius deſcendentibus, priuat ſucceſſorem, ſicuti, ſi fuiſſet facta patri, quia non eſt perſonalis, ſed realis, & linealis, n.51. ibid.

Vide etiam verb. *Odium*, & verb. *Offenſa.*

Inſignia.

Inſignia, & Arma ferendi grauamen, quod in maioratuum creatione apponi ſolet, perquàm vtile eſt Reipublicæ, vt liberi ad præclara facinora Maiorum imitanda, eorum contemplatióne prouocentur, p.8.c.1.n.11.& 22. p.328

Digitized by Google

Inſtitutio.

Inſtitutione maioratus facta cum clauſula, *Suceda otro en el otro maiorazgo, por que ſu voluntad es que no anden juntos, o no ſe, unte con otro maiorazgo*: ſi eueniat, primogenitum tempore, quo alter maioratus defertur, habere duos filios, vel fratrem, vel filium vnicum, quis eorum ſuccedere debeat in maioratu, quem pater noluerit retinere? An filius primogenitus, vel ſecundogenitus, vel frater ſeu eius filius patruelis, filij, vel deſcendentes primogeniti? Diſputatur, & pro quolibet eorum afferuntur ferè indiſſolubilia fundamenta, p.7.c.6.à n.4.vſque ad n.32.vbi ſunt videnda, p.319.& ſeqq.

Inſtitutiones maioratuum ſunt vtiles Reipublicæ, & ad bonum publicum introductæ ſunt, p.3.c.1.n.9. p.327.

Inſtitutor.

Inſtitutor maioratus poteſt inſtituere ad libitum reuocabiliter, aut irreuocabiliter, cum pacto de non reuocando, & quomodo voluerit, p.1.c.3. n.28. p.35.

Inſtitutor maioratus præſumitur voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione *capitis, Tanta eſt vis*, p.1. c.4.n.23. & 24. p.40.

Inſtitutor maioratus præſumitur velle eum admitti ad ſucceſſionem, qui fuerit habilis tempore delatæ ſucceſſionis, p.1.c.4.n.47. p.42

Inſtitutor maioratus pater, vel alius aſcendens, non præſumitur quod cogitauerit filiam ſuam fore inhoneſtam, & filium naturalem habituram. Ideo filius naturalis ex ea ſuccedere non debet in maioratu, p.1.c.6.n.117.& 118. p.66

Inſtitutores maioratus ex Tertio bonorum non ſolum pater meliorans, verum etiam filius melioratus cenſentur, p.1.c.6.n.241. p.77

Inſtitutor ſi nolit diuiſionem, vel vnionem bonorum, maioratum præſumitur velle inſtituere, p.1.cap.7. n.53. p.96

Inſtitutor ad vocationem ſecundogeniti, omiſſo primogenito, qui alium maioratum habeat in actu, vel in ſpe, potuit moueri, aut ex eo quod noluerit nomen ſuum, & arma ſupprimi, vel confundi cum alio; aut ad efficiendos diuites plures in ſua familia, aut aliis de cauſis conſideratis, p.1.c.8.n.35. 36. & 37. p.301

Inſtitutores ad excludendum Clericum à ſucceſſione maioratus, poſſunt moueri ex pluribus, & diuerſis cauſis, quæ referuntur. Et omnes poſſunt ceſſare in eo, qui laborat impotentia. Ideo impotentes ex eo non cenſentur excluſi, part.1.c.9.à n.16.vſque ad num.19. p.105

Inſtitutor maioratus ſi de rebus ſuis propriis diſponat, & non de alienis, poteſt apponere conditiones, & quæcumque grauamina, quæ voluerit, part.3.c.1. num.19. p.160

Inſtitutor maioratus quando iubet quòd primogenia diuidantur inter primogenitum, & ſecundogenitum, moueri cenſetur ad conſulendum ſecundogenito, & eius lineæ, ſi primogenitus eſt prouiſus ſufficienter cum alio maioratu, p.3.c.5.19. p.190

Quod etiam ex iure diuino comprobatur, n.20 ib.

Et de Iure Communi, & Ciuili, n.21. ibid.

Inſtitutor ad diuidendos maioratus inter filios, vel diuerſos de familia, moueri cenſetur ex eo quod familiæ amplientur: quod etiam deſcendit à Iure Diuino, p.3.c.5.n.22. p.190

Cui conuenit ius noſtrum Regium in alia ratione decidendi *in leg.7. tit.7. lib.5.Recopilat.* n.23. & 24. ibid.

Inſtitutor maioratus ad diuidenda primogenia ex eo moueri ſolet, ne ſuum primogenium, & memoria, nomen, vel arma eius cum alio confundantur, vel ſupprimantur, n.25. ibid.

Quod etiam deſcendit ex iure Diuino, n.26. ibid.

Cui conſonat ratio decidendi *in leg.7.tit.7.Recopil.* n.27. & 28. p.191

Inſtitutores quando ſuum diuidunt ab alio maioratum, vna ex tribus cauſis relatis *in c.5.p.3.* moueri cenſentur: & tunc realiter vnus maioratus eſt incompatibilis cum alio, n.32. ibid.

Inſtitutor ad ſeparandum ſuum maioratum, & ad eius ſucceſſionem vocando ſecundogenitum, excluſo primogenito, moueri ſolet etiam cauſa odij contra primogenitum, vel ob ſingularem amorem erga ſecundogenitum: & hæc cauſa probari debet; aliàs præſumitur moueri ex aliis tribus cauſis ſupra relatis, n.33.& 34. ibid.

Inſtitutor maioratus de iore Gentium valet diſponere, quòd ſi ſucceſſor in ſuo maioratu in alium ſuccedat, ſuum primogenium tranſeat ad ſequentem in grado, vel ad proximiorem conſanguineum, p. 4.c.1.n.5. p.195

Inſtitutor non poteſt apponere conditionem per quam impediantur effectus *leg.45.Tauri*, p.5.c.2. n.31. p.227

Inſtitutor maioratus poteſt prohibere ne ſuccedat in ſuo maioratu Monaſterium, nec Clericus. Et redduntur rationes decidendi, p.7.c.5.n.71. p.310

Inſtitutor maioratus ſi expreſsè velit quod memoria & bona ſua in familia ſua conſeruentur, tunc cenſentur excluſi Monachi, & Moniales, ex præſumpta eius voluntate, n.76. p.311

Contrariam opinionem ſequuntur Additionatores ad D.Molinam & reddunt rationem, n.77. ibid.

Et reſoluitur quæſtio cum diſtinctione, à num.78. vſque ad 98. ibid.

Vbi ſeptem caſus trahuntur in quibus ex præſumpta voluntate inſtitutoris, Monachi, & Moniales non ſuccedunt in maioratibus, ib. p.311.& ſeq.

Inſtitutoris voluntas tacita, & præſumpta, ad inducendam incompatibilitatem ſucceſſionis maioratus apud Monachos, & Moniales cum tendat ad conſeruanda bona in familia, habetur pro expreſſa, & idem quod expreſſa operatur, n.98.p.314. Et licèt ſit in excluſionem monaſterij, non debet cenſeri odioſa, ſed fauorabilis, & bono publico ac Reipublicæ, vtiliſſima, cum non debeat conſiderari odium diſponentis, ſed pietas erga propinquos in ſæculo remanentes, fortunæ bonis magis indigentes, n.99. ibid.

Inſtitutor, vel Legiſlator, ſi pròhibuit maioratuum concurſum causà prouidendi & conſulendi alteri lineæ, ſeu diuerſæ familiæ, & erigendi aliam domum in capite alterius; in hoc caſu maioratus, quem in optione dimiſit primogenitus tranſitum fuit ad aliam lineam patrui, vel ſecundogeniti, vel eorum deſcendentium, & non ad lineam primogeniti, p.7.c.6.à n.49.vſque ad n.51. p.324

Inſtitutor præſumitur in caſibus omiſſis in ſua diſpoſitione, voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione legis, maximè municipalis, & Statuti ſuæ patriæ, p.8.c.7.n.13. p.363

Inſtitutus.

Inſtituti, & ſubſtituti coniunctim per copulatiuã, *Et*, omnes ſimul pro virili portione ſuccedẽt, p.5.c.4. n.12. p.238. Quod an procedat in ſucceſſione maioratus, n.13.& 14.ibid. Et reſoluitur pro parte negatiua, à num.15. ibid.

Digitized by Google

Interdictum.

Interdictorum vox componitur ex dilectione *Interim*, & verbo, *Dico,is*, p.5.c.5.n.14. p.241

Interdicta diniduntur in Interdicta Adipiſcendæ, Recuperandæ, & Retinendæ poſſeſſionis. ibid.

Interdictum Adipiſcendæ ſubdiniditur in tres ſpecies, ſcilicet, *Quorum bonorum*, *Quorum legatorum*, & *Saluianum*: & quibus competant declaratur, & explicatur, n.15.16.& 17. p.242

Interdictum *Retinendæ*, in duas ſpecies ſubdiſtinguitur, ſcilicet, *Vti poſſidetis*, & *Vtrobi*, ibidem, n.18. p.242

Interdictum *Retinendæ*, reſpectu diuerſæ poſſeſſionis, ciuilis nempe, & naturalis; cùm vnus ciuiliter poſſideat retinendo animo, & alius naturaliter detinendo eam corpore, poteſt cumulari cum petitorio, ibid.n.31.& 32. p.243

Interdictum *Retinendæ*, competit in remedio poſſeſſorio ex *lege* 45.*Tauri*, ibid.n.48. Ideo non compatitur cum petitorio, n.49. p.245

Vide etiam verb. *Petitorium.*

Interpellatio.

Interpellari debet ſucceſſor maioratus, ad hoc vt eo priuari poſſit ob contrauentionem conditioni, ſeu grauamini, p.3.c.1.à n.32. vſque ad n.36. p.161

Vide amplius verb. *Succeſſor.*

Iudex.

Iudex ad arbitrandum quæ ſit grauis offenſa, ſeu inimicitia, debet ſuum arbitrium regulare per quæſtionem ſtatus, capitis, honoris, aut omnium, vel maioris partis bonorum, p.1.c.2.n.35. p.26

Et ponitur pro regula, n.36. ibid.

Iudex ex præſumpta, & coniecturata mente defuncti diſſoluere poteſt amphibologiam, & ex quibus cauſis, veluti ſi vnus ſit conſanguineus, vel magis coniunctus, & ſic de aliis, part.1.c.11.num.23. p.111.

Iudex Ordinarius, Decurio, vel alius Officialis, electus ad certum determinatúmque tempus, licèt non ſuâ culpâ ſit impeditus, non valet fungi officio tranſacto tempore, p.2.c..2.n.19. p.131

Iudex in iudicio contentioſo, de re ſua, vel quæ ad eum pertineat, cognoſcere non poteſt, p.6.cap.4. n.20. p.276

Iudex pater in cauſa filij, vel filius in cauſa patris eſſe non poteſt, ibid.

Limitatur, niſi ſolum de negotio voluntario, inter ipſos, & non de alterius intereſſe tractetur, ibid. à n.22.vſque ad 24. ibid.

Iudex eſſe non poteſt, qui antea in ipſamet cauſa fuit Aduocatus, vel Conſiliarius, ibid.n.31. p.277

Iudex Ordinarius non poteſt cognoſcere ipſemet in ſecunda inſtantia tanquam Iudex appellationis: itaque Prætor Regalis vulgo, *Alcalde de Corte*, ſi ad dignitatem Auditoris aſcendat, non valet iudicare in cauſa, de qua cognouit tanquam Iudex Prouincialis Curiæ, n.32. ibid.

Alioquin ſententia erit nulla, n.39. ibid.

Iudicis, & Tabellionis officium exercere quis vnomet tempore poteſt, cum non ſint incompatibilia, n.40. p.278

Limita in caſibus vbi agitur in forma iudicij; vel in cauſis grauioribus, in quibus de maximo præiudicio agitur, n.41. ibid,

Iudicis officium ſuperioris, & inferioris, eſt incompatibile, n.46. ibid.

Iudex Ordinarius, vel alij Miniſtri iuſtitiæ non poſſunt eſſe conductores gabellarum, nec Regaliorum, nec fideiuſſores eorum, n.46.47.& 48. ibid.

Iudex quæ conſiderare debeat ad hoc vt iudicet beneficium eſſe ſufficiens, vel non, ad congruam ſuſtentationem beneficiati, p.7.c.3. à n.5. vſque ad num.10. p.294

Iudicium.

Iudicium in re dubia non debet eſſe abſolutum, ne veritas offendatur, p.2.c.3.n.43. p.140

Iuriſdictio.

Iuriſdictio, aut officia magni valoris, attamen modici redditus, veluti Decurionatus, & ſimilia, quæ ſunt authoritatis, & honoris, quoad maioratus incompatibiles ratione quotæ fructus computantur reſpectu valoris iuriſdictionis, aut officij, ad rationem quinque pro centenario in quolibet anno, p.1.c.5.n.24. p.48

Et idem de Dignitatibus, & Territoriis ad perpetuum conceſſis, n.25. ibid.

Iuriſprudentia.

Iuriſprudentia eſt ſcientia, & vera Philoſophia, & inter alias ſcientias connumeratur, p.1.c.4.num.2. p.37.

Ius.

Ius quæſitum tempore habili non debet tolli per ius alteri ſuperueniens, n.8. p.38

Ius naturæ Gentium, & Diuinum non admittunt differentiam inter antea vel poſtea natos, ad hoc vt filius debeat ſuccedere patri, part.1.cap.6.n.45. p.61.

Ius Gentium eſt quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit vſu exigente, humaniſque neceſſitatibus poſtulantibus, p.4.c.1.n.1. p.195

Ius certum alicui competens de præſenti, non eſt ei auferendum propter id, quòd poteſt contingere de futuro, p.4.c.1.n.35. p.196

Ius ad rem ſi competat ſub conditione, tunc certum non eſt, ſed reſolubile, & non impleta conditione non videtur adeptum, ſed tanquam non datum, p.4.c.1.à n.76. vſque ad 78. p.199

Ius idem habet vnitum, quam quod habet id quod ei vnitur, p.4.c.3..n.9. p.207

Ius ſingulare facilius tollitur, quàm ius commune, p.4.c.5.n.16. p.214

Ius ad rem facilius tollitur quam ius in re; maximè inter incompatibiila, p.7.c.4.n.12. p.298

Ius poſtliminij.

Iure poſtliminij, omnia iura ciuitatis competentia hæredi inſtituto, qui erat captiuus apud hoſtes, in ſuſpenſo retinentur, & non abrumpuntur, p.3. c.4.num.61. p.186

L

Lædens.

LÆdens, & læſum, incompatibilia ſunt, p.1.c.3. num.9. p.33

Legatum, & Legatarius.

Legatum, & fideicommiſſum, amittuntur ipſo iure per ingratitudinem, p.1.c.2.n.88. p.31

Legatum quòd tali anno detur domus, vel liber, vel calix, vel quid ſimile, etiam tranſacto anno debet dari, p.2.c.2.n.32. p.133

Legatum relictum mulieris in tempus liberorum, ſeu quando ſuſceperit liberos non intelligitur de liberis præteritis, ſeu quos antea ſuſceperat, p.2.c.2. num.43. p.134

Legatum pro maritandis puellis, non debetur iam maritatis, p.2.c.2.n.44. ibid.

Legatum de illis, quæ parata ſunt cauſa vxoris, non comprehendit, quæ parata ſunt ad vſum promiſcuum vxoris ſimul & viri. p.2.cap.3.n.38.& 39. p.139

Cuius

Cuius argumento, infertur idem ad quæſtionem inter Hermaphroditum primogenitum, & maſculum ſecundogenitum, quando maſculi ſunt vocati ad ſucceſſionem maioratus, n.40. ibid

Idem deducitur ex authoritate antiquorum, n.41. ibid.

Legatarius ſi in optione duarum rerum, eligat illam, quæ ſit aliena, poterit reuertere ad aliam, & eam vindicare, p.5.c.6.n.88.& 89. p.256

Legatarius, vel donatarius, an poſſit reuertere contra donantem, vel hæredem, ſi res donata, vel legata pereat caſu fortuito. p.5.c.6.n.122. & 123.p.119.

Legata particularia facta Fratribus Minoribus Diui Franciſci, quæ mendicitatem tollant; de pecuniis, & rebus mobilibus, vel etiam de bonis immobilibus, eo adiecto vt vendantur, & eorum pretium diſtribuatur in vſus neceſſarios ipſorum, non valent. p.7.c.5.n.15. p.305

Limita in legato ſingulari vni ex dictis Fratribus relicto ſi de licentia Superioris, & facta proteſtatione, & humiliter, atque eleemoſynaliter recipiat, & nullum ius, aut ciuilem actionem ex eo prætendat, n.54. p.308

Limita etiam, quando ex priuilegio Apoſtolico efficitur capax bonorum, n.56. ibid.

Legitima.

Legitima debetur filio, qui non priuatur illâ, propter ingratitudinem, vel offenſam ipſo iure, ſed tantum ſi fuerit exheredatus à patre, vel alio aſcendente in teſtamento, p.1.c.2.n.89. p.31

Legitimatio, & Legitimatus.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium, niſi de contraria voluntate inſtitutoris expreſsè conſtet, eſt capax ad ſuccedendum in maioratu tanquam cæteri filij legitimi & naturales, p.1.c.4.n.18.p.39

Legitimatus per ſubſequens matrimonium eſt verè, & realiter legitimus, & non per fictionem, p.1.c.4. n.21. p.40

Legitimatus per ſubſequens matrimonium, non ſolum eſt verè legitimus, ſed etiam æquè capax ad ſuccedendum tanquam cæteri filij ab initio legitimi, n.22. ibid.

Legitimatus remanet filius per ſubſequens matrimonium, etiamſi pater, intermedio tempore, cum alia contraxerit nuptias, n.33. ibid.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium, eſt legitimus quoad omnes effectus, & maximè quoad ſuccedendum in bonis patris? n.36. p.41

Legitimatus quod partim ſit filius quoad ſuccedendum in bonis paternis, partim non legitimatus quoad ſuccedendum in maioratibus, & quòd diuerſo iure cenſeatur vna eadémque res, non eſt compatibile, n.37. ibid.

Legitimatum eſſe in duplici ſtatu vno eodémque tempore non eſt incompatibile de iure noſtro, ibid. à n.39. vſque ad 42. p.41

Legitimatum eſſe, & legitimatum non eſſe, reſpectu diuerſi temporis, non poteſt dari in legitimato contra voluntatem iuris, & hominis, qui volunt quod non ſolum ex nunc, ſed ex tunc temporis ſit legitimus, n.45. ibid.

Legitimatus, qui præoccupauit illam naturalem qualitatem in maioria, à principio, & ſemper, fuit in potentia ſuccedendi, n.51. p.42

Legitimatio per ſubſequens matrimonium omni tempore fuit libera ad operandum ſuum effectum, qui non fuit ſibi contrarius, ſeu repugnans, n.60. p.43

Legitimatio per ſubſequens matrimonium præſumptione iuris, & de iure, pro veritate habetur, & non per fictionem, n.66. p.44

Legitimatus maior natu, licèt poſterior in legitimatione, præferri debet legitimo, qui prior ſit legitimus, & poſterior natu, licet ad ſucceſſionem maioratus vocatus ſit filius legitimus de legitimo matrimonio natus, n.69.70.& 71. p.44

Legitimatus prior in natiuitate, poſterior in legitimatione, non præfertur legitimo & naturali, ſi expreſsè excludat teſtator legitimatos per ſubſequens matrimonium, n.72. ibid.

Legitimatio pe reſcriptum Principis non tollit ius, etiam in ſpe, aliis quæſitum in maioratu, p.1.c.6. n.71. p.63

Secus quoad ſucceſſionem in bonis allodialibus, n.72. ibid

Legitimatio etiamſi expreſsè conceſſa ſit per Principem in fauorem filij naturalis ad ſuccedendum in maioratu, in excluſionem ſubſtituti vocati ad ſucceſſionem, non tollit ius ei quæſitum, niſi ex iuſta, & publica cauſa, & eo citato, & præſtito bono cambio, n.73. ibid.

Legitimatus per reſcriptum principis, etiam cum clauſula quòd naturalis ſit ita legitimus, & habeatur perinde ac ſi eſſet de legitimo matrimonio, non tollit ius etiam in ſpe alteri quæſitũ, n.74. ib.

Legitimatus per reſcriptum Principis, etiamſi in fundatione non ſint vocati filij legitimi, ſed ſimpliciter naturales, non præiudicat iuri aliis quæſito, n.75. ibid. Licet contrarium teneat Caldas Pereira, n.76. p.64

Legitimati filius, vel nepos, per reſcriptum Principis, etiamſi ſit legitimus & naturalis, non eſt in linea recta ad excluſionem aliorum, qui habent ius quæſitum, n.77. ibid.

Legitimatus per reſcriptum Principis ad ſuccedendum in maioratu, quando fuit per publicam, & iuſtam cauſam, & citatis illis, quorum intereſt, & præſtita eis ſatisfactione, ſeu bono cambio ſuccedit in excluſionem aliorum, n.78. ibid.

Legitimatus per reſcriptum Principis ſuccedit in maioratu, ſi non ſuperſint legitimi agnati, vel cognati, vel alij vocati; licèt inſtitutio ſit cum clauſula quòd non ſuccedat naturalis, nec legitimatus, n.79. ibid.

Legitimatus per reſcriptum Principis quandò legitimi & naturales non ſuperſunt, nec alij vocati, conſeruat agnationem ac ſi eſſet de linea, & familia teſtatoris, n.80.& 81. ibid.

Legitimatus per reſcriptum Principis ſuccedit in maioratu agnationis, quando non ſuperſunt agnati, ſed ſolum fœminæ licèt legitimæ, & naturales, n.82. ibid.

Limitatur in filio, & ſpurio legitimato, n.83. p.64

Legitimatus per reſcriptum Principis ſuccedit in maioratu ac ſi eſſet in linea recta, quando inſtitutor maioratus ipſemet impetrauit legitimationem à Principe, n.84. p.64

Legitimatus per reſcriptum Principis, ſuccedit in maioratu, quando inſtitutor erat eiuſdem conditionis, ibid. n.85. p.64

Legitimatus per reſcriptum Principis ſuccedit in maioratu, quando inſtitutor honorauit legitimatos per reſcriptum Principis, etiamſi poſtea in codicillis feciſſet mentionem de legitimis & naturalibus, n.86. ibid.

Legitimatus per reſcriptum Principis ſuccedit in maioratu de Tertio, & Quinto, poſt legitimos & naturales ſecundum ordinem præſcriptum *in leg. 27. Tauri*, n.87. p.64

Legitimati per oblationem Curiæ minus iuris habent, quàm legitimati per reſcriptum Principis, & non ſunt de linea recta ad ſuccedendum in maioratu in præiudícium aliorum, ibid. à n.88. vſque ad 90. p.64

Legitimatio per oblationem Curiæ iam non eſt in vſu, & in eius locum ſucceſſit legitimatio per reſcriptum Principis, n.91. ibid.

Legitimatus per oblationem Curiæ cæleſti, eſt ad inſtar legitimati per oblationem Curiæ, vel ſeruitio Principis, n.92. p.65

Legitimatus per oblationem Curiæ cæleſti, non eſt de linea recta ad ſuccedendum in maioratu, n.93. ibid.

Legitimatus per oblationem Curiæ cæleſti, ſi ſit naturalis, an admitti debeat ſicuti legitimatus per reſcriptionem Principis, n.94. ibid.

Legitimati per oblationem Curiæ cæleſti, ſunt tantummodo capaces ad ſacros Ordines ſuſcipiendos, & ad cætera omnia quæ eis tanquam Religioſis incumbunt ad ſeruitium Religionis, & Religioſorum exercitium, n.95. & 100. ibid.

Legitimatio per oblationem Curiæ cæleſti, quoad ſuccedendum non eſt in vſu, n.96. ibid.

Intellige, niſi legitimatus naturalis ſit, & monaſterium ſit capax ſuccedendi, n.97. & 98. ibid.

Legitimatus per oblationem Curiæ Principis cæleſtis multo magis quam legitimatus per oblationem Curiæ Principis ſæcularis redditur capax ad ſuccedendum, n.101. ibid.

Et quod in eius locum ſucceſſit legitimatio per reſcriptum Principis, n.103. ibid.

Vide amplius, verb. *Filius*, & verb. *Linea*.

Lex.

Lex ſolum reſpicit futura, & non præterita, niſi in ea de præteritis caueatur, p.8.c.2.n.2. p.336

Leges, & iura, quæ in hoc Opere explicantur, interpretantur, vel ad concordiam reducuntur, inuenies in particulari *Indice Iurium*, qui iſtum præcedit.

Vide etiam verb. *Diſpoſitio*.

Libellus.

Libelli forma tyronibus concepta in noſtro Hiſpano ſermone ad petendum maioratum incompatibilem cum alio ratione Quotæ quando ſucceſſor non habet electionem, part.1.cap. 5.num.34. p.49.

Et quando habet electionem proponitur alter Libellus, n.35. p.50

Et de alio libello quando maioratus eſt incompatibilis cum alia ratione Quotæ ex diſpoſitione legis, n.36. ibid.

Libellus quomodo formari debeat ad petendum vnum ex duobus primogeniis incompatibilibus, p.6.c.3.n.14. p.270.

Licitum.

Licitum, & illicitum, ſi concurrant, attenditur ad id quod eſt licitum, & reprobatur illicitum, part.4. c.6.n.39. p.219

Lignum.

Lignum vitæ in Paradiſo, quare in medio appoſitum ſit, redditur ratio, p.5.c.1.n.3 p.159

Linea.

Linearum ſpecies referuntur, part.1. cap. 6. num. 8. p.58.

Lineæ, quæ dantur in iure ad inſtar Geometriæ linearum, ad menſurandas maioratuum ſucceſſiones referuntur, n.9. ibid.

Linearum omnes ſpecies, quæ dantur in iure ad menſurandas maioratuum ſucceſſiones, ſunt incompatibiles, cum non poſſit de vna ad aliam fieri tranſitus, niſi extinctis perſonis, de quibus qualibet earum componitur, n.10. ibid.

Linea prior niſi extincta ſit, non eſt locus ſecundæ: nec tertiæ, niſi expleta, ſeu finita linea ſecunda, n.11. ibid.

Lineæ vnius incluſio eſt excluſio alterius, num.12. ibid.

Linea in genere diuiditur in regularem, & irregularem, n.16. ibid.

Lineæ, vox, Hiſpanè dicitur *Raia*, & diffinitur quid ſit linea, n.17. ibid.

Linea ſecundùm Geometriæ ſcientiam, eſt longitudo abſque latitudine, & profunditate, cuius extremitates ſunt duo puncta, n.18. p.59

Linea ſecundum Iuriſperitos circa ſucceſſiones, eſt ad ſimilitudinem linearum Geometriæ, num.19. ibid.

Lineæ definitio ad menſurandos maioratus refertur ſecundum Iuriſperitos, n.20. ibid.

Linea ad ſuccedendum, ſecundum diſpoſitionem iuris, vel hominis, eſt collectio perſonarum, quæ ſuccedere debent iuxta voluntatem hominis, vel diſpoſitionem iuris, ſeu conſuetudinis, num. 23. ibid.

Linea ad ſuccedendum in maioratibus conſideratur ad ſimilitudinem lineæ Margaritarum, num. 24. ibid.

Linea Recta, ſeu *ſubſtantiæ*, quæ ſit, num. 25. ibid.

Linea *ſubſtantiæ*, & ad differentiam lineæ, *Qualitatis*, qua menſurantur ſucceſſiones in maioratibus irregularibus, n.26. ibid.

Linea Recta Deſcendentium, eſt ordo deſcenſus in poſteros, non in plurimos; ſed ſigillatim de vno in alterum, eodem tramite retento ſub deriuatione primogenituræ, n.27. ibid.

Linea Recta, ſiue ſubſtantiæ, eſt incompatibilis cum alia ex *leg.2. tit.15. part.2.* num.28. & 29. ibid.

Linea Directa, ſeu ſubſtantiæ importat continuationem primogenituræ, n.30. p.60

Linea Recta, ſiue ſubſtantiæ efficacior eſt aliis lineis, & ad id inſtar lineæ perpendicularis, quæ datur in linea Geometriæ; & demonſtratur exemplo, n.31. & 32.

Linea Recta concatenat ſuo ordine per natiuitatem filios legitimos & naturales, ad ſuccedendum in maioratibus, n.34. ibid.

Quæſtiones, quæ ſe offerunt diſputant de ſuper ſucceſſionibus eorum, qui ſunt in linea Recta.

Vide ibid. d.part.1.c.6. à num.35. vſque ad n.54. p.60.

Et in verb. *Filius.* & verb. *Legitimatus.* & in verb. *Succeſſor.*

Linea finita vtrùm intelligi debeat de inani, & prorſus finita, an de illa, quæ habet poſſibilitatem, vel ſpem aliquam alterius ſucceſſoris futuri quandocumque, vel de illa linea intermiſſa, num.55. p.61.

Linea finita debet intelligi de illa cui non ſuperſit ſpes, nec potentia in perpetuum alterius ſucceſſoris; & non de linea, quæ intermedio tempore delatæ ſucceſſionis careat ſucceſſore, attamen poſtea ei ſuperueniat, n.57. p.62

Linea *Actualis*, & linea *Habitualis* dantur in ſucceſſione maioratus, ibid. n.144. p.69

Linea Actualis qualis ſit demonſtratur, num. 145. ibid.

Linea ad hoc vt dici poſſit Actualis,requiritur quòd naturaliter & legitimè ſit occupata à maioratus ſucceſſore,n.146. ibid.
Linea Actualis, & Habitualis, in quo differant ? remiſſiuè,n.147. ibid.
Linea Actualis maximam, ac inter omnes principalem prærogatiuam obtinet, ibidem, num.148. p.69
Linea Actualis poſſeſſoris taliter efficacior eſt, aliàs vt eius filius etiam in maioratu irregulari debeat obtinere in tenuta, & iudicio poſſeſſorio, ibidem, n.150. p.69
Linea Habitualis primogeniti cæteris præferri debet,ibid.n.153 p.70
Linea Habitualis,ſiue primogenituræ,quæ ſit,n.154. ibid.
Lineam propriam conſtituit ſibi, & ſuis deſcendentibus quilibet frater, vt nec alter de alterius linea dici poſſit,ibid.n.167. p.71
Linea primogenituræ præferri debet, etiamſi primogenitus deceſſerit ante inſtitutionem, ibid.n. 172. p.72
Limitatur niſi conſtet de contraria voluntate inſtitutoris,n.173.& 174. ibid.
Linea Aſcendentium componitur ex omnibus, qui aſcendunt, ibid.n.175. p.72
Linea Aſcendentium vtrùm ſucceſſibilis ſit, & præferri debeat, ſi exiſtant alij ex altera linea Collateralium,n.178. ibid.
Demonſtratur exemplo, num.179.& 180.& 181. p.72
Linea Aſcendentium, ſiue ij, qui ſunt de iſta linea Aſcendentium, in feudis non præferuntur illis, qui ſunt de linea collaterali,n.182. ibid.
Linea Aſcendentium de iure præfertur lineæ Collateralium,poſt lineam Deſcendentium, ib.n.192. p.73
Ad Lineam Aſcendentium introitur per mortem filij abſque deſcendentibus, & tunc ſucceſſio maioratus non reuertit, ſeu regurgitat, ſed influit in alium nouum canalem, ſeu lineam, ibid. n.206. p.75
Linea Paterna eſt illa cuius caput eſt pater, ibidem, n.223. p.76
Linea Paterna an debeat incipere effectiuè, vel comprehenſiuè, ſub qua pater continetur, n.224. ibid.
Linea Paterna rumpitur per fœminam, num. 225. ibid.
Ideo non veniunt Deſcendentes ex fœminis in vocatione facta per lineam paternam, n. 225. p.76
Linea Paterna, & linea ex parte Patris, idem ſunt, n.226. ibid.
Linea Materna eſt illa cuius caput eſt Mater, & regulatur ſecundum regulas quæ referuntur in omnibus quæſtionibus relatis de linea paterna, ibid. n.251. p.78
Linea Tranſuerſalium eſt illa, quæ componitur ex iis qui ex latere, ſiue ex tranſuerſo coniuncti ſunt, n.252. ibid.
Linea magis dilecta præferri ſemper debet in ſucceſſione maioratus,ibid.n.266. p.79
Quia hæc prædilectio ab ordine ſanguinis procedit, ſiue à maiori conſanguinitate, n. 267. p.79
Linea Tranſuerſalis æqualis, eſt illa, quando duo, pluresnè conſanguinei in ea contenti æqualiter ab ſtipite diſtant,ibid.282. p.80
Linea Tranſuerſalis inæqualis eſt illa, quando inæqualiter, ſiue diſpari gradu conſanguinei diſtant ab ſtipite communi,ibid.283. p.81
Linea inæqualis non datur à parte antè, ſed à parte poſt, per defectum vnius, pluriumuè graduum poſteriorum,n.284. ibid.
Vnde deſcendimus ad veram rationem decidendi in text. *l.40.Tauri*, & aliarum noſtri Regni, ibid.n.285. p.81
Lineæ tot ab ſtipite deriuantur, quot ſunt filij ab ea procedentes, n.286. ibid.
Linea Contentiua quæ ſit,ibid.n.290. p.81
Linea Contentiua in quo differt à linea effectiua, n.291. ibid.
Linea Contentiua fundatoris reducitur ad lineam contentiuam vltimi poſſeſſoris ex parte fundatoris, ibid.n.292. p.81
Linea contentiua licèt ſit finita, & prorſus euacuata, non datur recurſus ad aliam lineam, num. 293. ibid.
Linea ſubſtantiæ, quæ ſit,ibid.n.299. p.82
Linea ſubſtantiæ ſolummodo datur in maioratu regulari,n.300. ibid.
Linea qualitatis, quæ ſit, & quòd ſolum datur in maioratu regulari, ibidem, num. 301. & 304. p.82
Linea ſubſtantiæ, & qualitatis quamplurimas habent difficiles quæſtiones,n.302. ibid.
Linea ſubſtantiæ præſumitur potius in dubio, quàm linea qualitatis,ibid.n.303. p.82
Linea qualitatis diuiditur in lineam veræ agnationis, & lineam agnationis artificioſæ, ibid. num.305. p.83
Linea veræ, & abſolutæ agnationis, quæ ſit ? exemplis declaratur,n.306. ibid.
Linea agnationis limitatæ, quæ ſit ? exemplis oſtenditur,n.307. p.83
Linea limitatæ agnationis conſideratur reſpectu aliquarum perſonarum, & caſuum, & non habet repugnantiam cum alia, n.308. ibid.
Linea artificioſæ agnationis non datur niſi vocando maſculum ex fœminis,ibid.n.309 p.83
Linea artificioſæ agnationis redigitur ad ſimilitudinem veræ agnationis,n.310. ibid.
Linea artificioſæ agnationis non præſumitur,n.311. ibid.
Linea artificioſæ agnationis non datur, niſi concipiatur ex verbis, quæ referuntur, ibidem, n. 312. p.83
Linea artificioſæ agnationis non datur, ſi inſtitutor dicat: *Acabados los Varones de Varones, ſucedan los Varones de hembras*, n.313. ibid.
Licet contrarium teneant Menoch. Cephal. & Peregrin.ibid.314. p.84
Sed reprobantur, n.315. ibid.
Et iterum, n.325. p.85
Linea ſimplicis maſculinitatis, quæ ſit, ibid. n. 318. p.84
Et rationes, quæ ad id traduntur à Doctoribus, n.319. p.84
Linea Maſculina, quibus verbis cenſeatur vocata in ſucceſſione maioratus, ibid.326. p.85
Linea Maſculina, quæ ſit,p.6.n.327. ibid.
Linea Inferior reſpicit omnes deſcendentes, ibidem, n.325. p.85
Linea Maſculina continere debet maſculum, & quod de linea maſculina ſit deſcendens, ibidem, n.339. p.86
Linea Fœminina incipit à fœmina, nempe matre,

quæ conſtituat lineam, ſicuti alij de ſuis fratribus, ibid.n.349. p.88

Linea Fœminina diuiditur in lineam, quæ incipit à fœminina; & lineam, quæ componitur ſolum ex fœminis, excluſis maſculis, ibid. n. 350. & 351. ibid.

Linea electiuuis, quæ ſit, ibid.n.356. p.88

Linea Poſtergata, quòd non debeat reintegrari, & ad filiam prioris maſculi reuertere ſucceſſio, eſt alia opinio, quam probant plurimi Doctores, p.3. c.4.n.36.& 37. p.184

Et referuntur octo fundamenta, & rationes huius opinionis, ibid. à num.38. vſque ad num. 45. p.185

Linea Poſtergata quòd in caſu propoſitæ quæſtionis non debeat reintegrari, imò quòd ſucceſſio maioratus diſcurrere debeat per eos, qui ſint in linea vltimi poſſeſſoris, & eſt verior opinio canonizata deciſione Pontificia, n.48.& 49. ibid.

Et referuntur rationes potentiores ad corroborandam hanc opinionem, & res iudicatæ in aliquibus Senatibus, ibidem, num. [illegible]. & 52. p.185

Linea Poſtergata non debet reintegrari, non ſolum quando ſupereſt filia agnati vltimi poſſeſſoris, ſed etiam quando ſupereſt ſoror vltimi poſſeſſoris, n.53.& 54. ibid.

Linea Poſtergata reintegrari debet in caſu, quo omnes illi deficiant, qui fuerint ex linea effectiua, vel contentiua vltimi poſſeſſoris, n.55. ibid.

Et redditur ratio, n.56.& 57. p.186

Comprobatur à Doctoribus, & iuribus, num.58. ibid.

Linea Poſtergata minimè reintegrari debet ſi poſt agnatos, vel maſculos cognatos, ſpecialiter aliqua fœmina fuit vocata, vel maſculus ex fœmina, & eorum deſcendentes, part. 3. c.4. num.64. p.186

Linea Maſculina vocata, præfertur agnatus inferioris lineæ, & non agnata filia vltimi poſſeſſoris, ne ſucceſſio ſit nimis deambulatoria per ſaltum, p.4. c.1.n.60.& 61. p.198

Linea ſucceſſibilis ſuperior, & linea inſucceſſibilis, ſiue pepetuò excluſa, ſi concurrant in alquu, & in alio linea purè ſucceſſibilis, attamen inferior, quis eorum præferri debeat in ſucceſſione maioratus? difficilis eſt quæſtio, part. 4. c.6. num. 1. p.217

Declaratur exemplo in facto, n.3.& 4. ibid.

Linea ſucceſſibilis, & linea inſucceſſibilis ſunt incompatibiles, atque priuatiuè contrariæ, ibid.n.4. & 6. p.217

Linea, quæ eſt vtilis ad ſuccedendum, vitiatur per lineam inutilem ad eandemmet ſucceſſionem, ibid. n.11. p.218

Linea vtilis ad ſuccedendum, non viciatur per lineam inutilem, ibidem, à num.30. vſque ad 33. p.219

Linea ſucceſſibilis, & linea inſucceſſibilis ex voluntate inſtitutoris, metaphyſicè, ſiue intellectualiter poteſt eſſe ſeparabilis, & inde compatibilis, n.46. ibid.

Linealis, ſeu realis cauſa prohibendi concurſum duorum maioratuum, vel perſonalis, quomodò recognoſcatur? declaratur, & exemplis demonſtratur, ad hoc vt ſcias quæ ſit realis ſeu linealis, aut perſonalis, part.7. c.6.à num.49. vſque ad fin. p.324

Linea Primogeniti, & linea Secundogeniti, ſunt omnino diuerſæ: & ſic vocato ſecundogenito, ſuccedunt eius filij, & deſcendentes, & non tertiogenitus, qui conſtituit aliam diuerſam lineam, p.8.c.7.à n.17.vſque ad 19.

Linea differt à gradu, & continet gradum, non autem gradus lineam: Ex quo deſcenditur ad reſoluendas aliquas quæſtiones, p.8.c.7. à n.23. vſque ad fin.

Vide etiam verb. *Filius*, & verb. *Legitimatus*, & verb. *Succeſſor*.

Lux.

Lux, & tenebræ; calidum, atque frigidum, cum ſint incompatibilia, upponuntur, p. 1.c. 2. n.18. p.24

M

Maioratus.

MAioratus de Tertio, & de Quinto bonorum, eſt indiuiduus; ideo idem indicandum eſt de Tertio, ac de Quinto, & viciſſim, p.1.c.1. n. finali, p.17

Maioratus poteſt inſtitui, aut in teſtamento, aut in contractu reuocabili, vel irreuocabili; & quid inde, p.1.c.2.n.78. p.30

Maioratus in teſtamento inſtitutus ſi habeat plures vocatos, primus poteſt eſſe hæres directus, & alij legatarij, ſeu fideicommiſſarij, ibid. num.79. p.31

Maioratus inſtitutus in teſtamento, in quo primò inſtituatur Petrus tanquam hæres ad vitam, & poſt eius mortem, Hoſpitale ſeu alij, ei ſuccedunt non vt hæredes, ſed vt fideicommiſſarij, num.80. ibid.

Maioratus inſtitutus in perſona filiorum, vel in perſonis, quibus non debetur legitima, differunt, ibid. n.81. p.31

Maioratus eſt indiuiduus, & eius naturæ repugnat diuiſio, n.93. ibid.

Maioratus inſtitutio de Tertio, & Quinto, reuocabilis eſt per diſpoſitionem *legis* 17. *&* 44. *Tauri*, niſi in tribus caſibus ibidem exceptis, part. 1.c.3. n.22. p.34

Maioratus inſtitutus de Tertio, & Quinto cum pacto de non reuocando extra caſus exceptos *in leg.*7. *&* 44. *Tauri*: Vtrùm nihilominus ſit reuocabilis, vel non? n.23. ibid.

Maioratus incompatibilis cum alio, ratione quotæ, ſi non aſcendat ad quotam, & iunctus cum alio, vel cum aliis maioratibus, excedat ipſam quotam à lege permiſſam, eſt incompatibilis cum alio, licèt quilibet eorum ad ſummam quotæ non aſcendat, p.1.c.5.n.37. p.51

Maioratus incompatibilis cum alio ratione quotæ, ſi alter poſtea vindicetur, vtrùm ſucceſſor ad alium reuertere poſſit? remiſſiuè, ibid.n.38. q.51

Maioratus regularis eſt quando diſpoſitio inſtitutoris in nihilo ſe opponit regulis datis ad ſuccedendum, p.1.c.6.n.21. p.59

Maioratus irregularis eſt ille, in cuius fundatione inſtitutor ſe deuiat à regulis iure conſuetudinario introductis ad ſucceſſionem maioratus, num. 22. ibid.

In Maioratu ex Tertio bonorum, ideo quod ſit ex legitima filiorum, tenentur parentes obſeruare ordinem præſcriptum *à lege* 27. *Tauri*,, ibid. n.242. 243.& 244. p.77

Maioratus ſi proueniat ex parte matris, eius filij omnes erunt vterini, & quoad ſucceſſionem maior præferri debet, ibid.n.280. p.80

Maioratum

Maioratum, & Regnum, qui aggregare & vnire intendit cum alio, ſi conditiones contrarias, ſeu incompatibiles apponat, nihil agit, cùm diſcedat ab vnitate, quam deſiderat, part.1.c.7. num.26. p.93

Maioratus vnitus alteri, aſſumit naturam, conſuetudinem, & priuilegia maioratus cui vnitur, ibidem, n.28. p.93

Maioratus inſtitutio ſi habeat conditionem quòd præferatur is, qui in publicis ſcholis verſetur in diſcendo aliquam ex ſcientiis vſque ad gradum, an ſufficiat quòd profeſſus ſit ſcientiam Poëticæ tantum, p.1.c.12.n.5. p.113

Maioratus eſt dignitas quædam, aut ſaltem quædam præeminentia, & honor, ibid.n.24. p.115

Maioratus duo, quorum vterque habeat conditionem reſidendi in alio, locis diſtinctis, & ſeparatis, an ſint incompatibiles? p.2.c.1.n.59. p.127

Maioratus duo, quorum vterque habeat conditionem reſidendi in alia ciuitate, vel loco ſeparato, ſunt incompatibiles de iure Naturali, ibid.n.62. p.128

Vide etiam verb. *Primogenium*.

Maioratus duo, quorum vterque habeat conditionem, & præceptum reſidendi in diuerſis locis, ſunt incompatibiles, licèt inſtitutor iubeat quòd ſucceſſor reſideat dimidium anni in vno loco, & dimidium in altero, ibid.n.63. p.128

Maioratus duo, quorum vterque conditionem reſidendi habeat in diuerſis locis ſunt incompatibiles naturaliter ratione loci, licèt ſucceſſor eſſet fœmina iam nupta cum viro habente domicilium extra vtrumque locum, ibid.n.68. p.128

Maioratus duo, quorum vterque habeat conditionem reſidendi in diuerſis locis, ſunt incompatibiles ex iure naturali, licet ſucceſſor ſit abſens cauſa Reipublicæ, p.2.c.1.n.69. ibid.

Maioratus duo, quorum vterque requirat reſidentiam in locis diſtinctis, non erunt incompatibiles, ſi in vno non poſſit habitari ex iuſtis cauſis ſuperuenientibus, quæ referuntur, ibid.n.71.& 72. p.128

Maioratus duo, quorum vterque requirat reſidentiam in loco diſtincto, ac ſeparato, non erunt incompatibiles, quando conditio in vno eorum appoſita ſit contra ordinem præſcriptum *in l.* 27. *Tauri*, ibid.n.73. p.129.

Maioratus duo, quorum vnus conditionem habeat reſidendi in certo loco diſtincto, & ſeparato, non erunt incompatibiles, ſi Princeps per ſuam Regiam facultatem diſpenſet ex iuſta, & publica cauſa, n.74. ibid.

Maioratus de Tertio, & Quinto, per viam meliorationis inſtitutus in capitulis matrimonialibus, etiamſi in eis dictum ſit, quòd impetranda eſſet facultas Regia; ſi poſtea conceditur ad inſtituendum maioratum, non comprehendit iam inſtitutum ex Tertio, & Quinto bonorum, ſecundum diſpoſitionem *legis Tauri*, quæ patribus conceſſit facultatem meliorandi, ſeruato ordine ab ea præſcripto, p.2.c.2.n.46. p.134

Maioratus, etſi poſſeſſor incidat in crimen hæreſis, ſeu læſæ maieſtatis, non confiſcatur, ſeu publicatur, niſi ſit inſtitutor, p.3.c.2.n.8. p.170

Maioratuum diſpoſitiones proueniunt ex iure Gentium, p.4.c.1.n.3. p.195

Maioratus natura eſt indiuiſibilis, & non compatitur cum diuiſione, & inſimul duorum, pluriumuè ſucceſſione, p.5.c.4.n.16. p.238

Maioratus poſſeſſor non valet euincere, ſeu reuocare rem maioratus à ſe ipſo alienatam, p.5.c.6.num.6. p.248

Maioratus, patronatus, vel Capellania, ſi ſint inſtituta ex certo reddita pro quolibet anno, ſuper fundo, vel aliquibus aliis rebus immobilibus deſignatis, & bona, vel fructus diminuantur, vtrùm hæres inſtitutoris teneatur ad complementum, p.5.c.6.n.53. p.253

Reſoluitur cum diſtinctionibus, & ſubdiſtinctionibus, quod aut deficit ipſa res aſſignata, aut deficit redditus: & ſubdiſtinguitur quando deficit in reddita, ibid. à n. 54. vſque ad 57. p.253.

Et hoc de maioratu inſtituto in teſtamento, n.58. ibid.

Quid de maioratu in contractu? & diſtinguitur, à n.58. vſque ad n.68. ibid.

Maioratus, vel fideicommiſſum non reintegratur de bonis alienatis pro dote, etiamſi filia decedat ſine liberis, ibid.n.103. p.257

Declaratur, n.111. p.258

Maioratus duo, ſi quilibet habeat ſuum officium incompatibile cum alio, ex eorum fundatione, an ita ſint incompatibiles, vt vnus ambos maioratus poſſidere non valeat, ſed vnum ſolum, & alter ad ſequentem tranſeat ſucceſſorem, p.6.c.4.num.64. p.279.

Et diſcutitur pro vtraque parte, & pro affirmatiua reſoluitur, à n.65. vſque ad 88. p.280

Et ex hoc numero 88. reſpondetur ad contraria, vſque ad n.95. p.282

Maioratus poſſeſſor pro tempore vitæ ſuæ eſt verè dominus, p.6.c.4.n.71. p.280

Maioratus incompatibilis cum alio, an ſi ab eo dependeat alter maioratus, poſſint concurrere ambo apud vnum ſucceſſorem, p.7.c.1.n.22. p.286

Diſtinguitur, aut dependet per viam aggregationis ad augmentum maioratus principalis cum omnibus eius conditionibus & vocationibus, & tunc poſſunt ambo ab vno ſucceſſore poſſideri: Secus ſi per concomitantiam, ibidem, à n.23. vſque ad 26. p.286

Maioratus duo incompatibiles, ſi ſint tam tenues redditus, vt vix inde alimentari, & honeſtè ſuſtentari valeat poſſeſſor, non obſtante incompatibilitate, rectè poſſunt ſimul poſſideri, part.7.c.1. n.27. p.287

Maioratus duo incompatibiles poſſunt ab vno ſucceſſore poſſideri, quando nullus alius ſupereſt ex familia, ibid.n.28.& 29. p.287

Maioratibus duobus incompatibilibus inſtitutis ex Tertio bonorum, iuxta diſpoſitionem *leg.* 27. *Tauri*, ſi ſit tantum ſuperſtes vnus ex filiis ſeu deſcendentibus, vel vnus ex Aſcendentibus, vel Collateralibus, ſuccedere debet in ipſiſmet duobus incompatibilibus, ibid. à n.34. vſque ad 36. p.288

Maioratus duos incompatibiles poteſt quis poſſidere, ſi vnus eorum ſit datus in Commendam, ibid. n.37. p.288

Maioratum in Commendam dare idem eſt, ac dare in cuſtodiam, vel depoſitum, ſeu adminiſtrationem, n.38. ibid.

Maioratus ſi ex inſtitutione requirat reſidentiam in certo loco, erit incompatibilis cum Commenda, ibid.n.48. p.289

Maioratus duos incompatibiles vtrùm aliquis poſſit habere ex Principis reſcripto, ſeu Regia facul-

tate,

tate, ibid.n.49. p.290

Maioratus, Vinculum, ſeu Patronatus duo, quorum quilibet reſidentiam requirat in diuerſo, diſtinctóque loco, neceſſe eſt quòd iudicentur incompatibiles, cùm impoſſibile ſit quòd vno eodémque tempore, quis poſſit in diuerſis locis reſidere, licet quilibet eorum non ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, p.7.c.2.n.8.& 9. p.292

Maioratus an ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, cui incumbat probare? ibidem, num. 19. p.293

Maioratus ſucceſſio, quandiu exiſtit perſona ex linea primogeniti; non debet fieri digreſſio ad aliam lineam eius fratris ſecundogeniti, vel ad lineam eius patrui, p.7.c.6.n.14. p.320

Maioratus duo ſi iungantur cauſa matrimonij, quorum alter habeat in annuo reddita ducenta millia ſeſtertiorum, diuidi debent poſt mortem coniugum, ita vt primogenitus habeat optionem vnius, alter verò ad eius fratrem, vel ſororem pertineat; ne Illuſtrium Virorum nomen, Arma, & memoria confundantur, p.8.c.1.à n.1. p.327

Et rationes decidendi traduntur, vſque ad n. 20 ibid.

Et inconuenientia, quæ defluunt ex coniunctione ſeu vnione talium maioratuum, oſtenduntur, à n.21.vſque ad 24. p.329

Et an hæ rationes decidendi, & inconuenientia non ſolum comprehendant concurſum maioratuum incompatibilium, quorum vnus habeat *dos quentos de renta*, ex cauſa matrimonij, ſed etiam ex cauſa ſucceſſionis? grauiſſima eſt quæſtio; & traduntur Doctores, & fundamenta pro vna, & altera parte, à n.25. vſque ad 50. p.329

Maioratus incompatibiles, de quibus *lex noſtra* 7 diuidi debent, ex quacumque cauſa, vel caſu iungantur ex præambulo matrimonio, ita vt matrimonium ſit via, ſeu vehiculum vt ſuccedant in eis filij, vel deſcendentes; demonſtratur ex plurimis fundamentis, iuribus, atque authoritatibus, in explicatione, & declaratione clauſulæ *d. legis* 7. *Que en los matrimonios, que aſta ora no eſtan contrahidos cada, y quando que por via de caſamiento ſe vinieren adjuntar.* Et per eam expreſsè probatur, part. 8. c.2.à num. 20. vſque ad 67. p.337

Maioratus inſtitutus à viro & vxore ſimul in vna charta, ſi ex parte viri, & vxoris, bona habeant *dos quentos de renta*, an diuidi inter filios tanquam ſi eſſent duo maioratus incompatibiles? Reſoluitur quòd diuidi debet cum ampliationibus, p.1.c.3.à n.5.vſque ad 8. p.345

Maioratus aggregatus cum omnibus vocationibus, qualitatibus, & conditionibus maioratus principalis cui vnitur, ſequi debet naturam ſui principalis; & tunc non duo, ſed vnus maioratus iudicari debent principalis, & aggregatus, p.8.c.3.n.10. p.345

Extende etiam ſecundùm Additionatores ad Dom. Molinam, ſi in maioratu aggregato ſint nouæ conditiones, ac vocationes appoſitæ dum aliquo modo poſſint conformari, & ad concordiam reduci, n.11. ibid.

Sed ſi concordari non poſſint, tanquam alius, ſeu diuerſus maioratus iudicari debet, num. 12. p.346

Maioratus appellatione comprehenduntur omnia Vincula, ſeu Maioratus, etiam inſtituti abſque Regia facultate, Anniuerſaria perpetua, & Patronatus iure maioratus inſtitutus, vel cum clauſulis inducentibus maioratum, p.8.c.3. num. 33. & 34. p.347

Vide etiam verb. *Primogenium.*

Maior, & Maioritus.

Maioritatis qualitas debet attendi tempore delatæ ſucceſſionis, p.1.c.4.n.28.& 29. p.40

Maior vocatus, intelligitur de maiori ætate, & non in alia qualitate, p.8.c.5.à num.28.vſque ad 36. p.354

Limitatur in caſu quo ratio ſubiectæ materiæ aliud ſuadeat, ibid.n.50 p.355

Vide etiam verb. *Primogenitus.*

Malum.

Malum Sacramentum non ex eo eſt, quòd per malum miniſtrum detur, princ.n.42. p.7.

Quod Malus, vel bonus ſit miniſter, non eſt de ſubſtantia Sacramenti Baptiſmi, n.43. ibid.

Mandatum.

Mandatum de mutuando alicui non retrotrahitur ad pecuniam iam eidem mutuatam, p.2.c.2. num.42. p.134

Marchio.

Marchionis nomen vnde deriuetur, & quid ſit Marchionatus dignitas, ſeu officium, p.4. c.4. num.9. & 10. p.210

De Marchionatu quæſtiones, vide verb. *Dignitas.*

Maria.

Maria Sanctiſſima Domina noſtra ex ſpeciali Dei voluntate & priuilegio, qui fuit inſtitutor maioratus Paradiſi, non fuit comprehenſa in ſententia contra Adamum & Euam ob contrauentionem lata, p.3.c.1.n.64. p.165

Maritus.

Maritus & vxor pro vna perſona, & tanquam vna caro per indiuiduum matrimonij vinculum reputantur, p.4.c.3.n.2. p.206

Ideo proprium, & vxoris maioratum, cum ſuo incompatibilem poſſidere non poteſt, num. 3. ibid.

Maritus, dum viuit vxor, poſſidet bona vxoris tam allodialia, quam bona maioratus, p.4.c.3.num.7. ibid.

Et in eum tranſit etiam dominium, ibid.n.7.& 8. p.206

Maritus ſi habeat commendam Indiarum, aliam eius vxoris non poteſt ſimul poſſidere, p.4. c.3. n.10. p.207

Maritus & vxor pro vna eadémque perſona reputantur quoad communicationem diuini atque humani iuris, & mutuam cohabitationem, & participationem fructuum, non verò quoad ſucceſſiones: & reuerà non ſunt vnica perſona, ſed realiter duæ, part. 4. c.3. à num.2. vſque ad 14. p.207

Mariti patrimonium non prodeſt, nec nocet vxori; neque vxoris dos, atque bona extra dotalia, non proſunt, nec nocent marito, n.16. ibid.

Mariti magnum patrimonium non prodeſt, nec nocet vxori pauperi, quin conſequi debeat alimenta, ſeu litis expenſas, n.18. ibid.

Maritus non eſt verè dominus, neque ad omnes effectus bonorum dotalium, nec extra dotalium, ibid.n.21. p.208

Maritus habens Commendam Indorum, quod ſimul non poſſit habere aliam vxoris iure mariti, ſpecialiter prouiſum fuit à Rege, vel lege. Sed in Maioratibus regula eſt contraria, n.22. ibid.

Maritus

Digitized by Google

Maritus, qui adminiſtratione priuatur ex eo quòd ad inopiam vergat, non recuperat adminiſtrationem, etiam ſi ad meliorem fortunam perueniat, p.5.c.6. n.105. p.258

Alij contrarium tenent, ibid. num. 113. & 114. p.259

Maſculus.

Maſculus ex fœmina proximior vltimo poſſeſſori, & melioris lineæ, vtrùm præferatur maſculo ex maſculo remotioris lineæ? Reſoluitur cum diſtinctione, p.1.c.6.n.320. p.85

Maſculus ex maſculo inferioris lineæ præfertur maſculo ex fœmina, ſi contemplata fuit agnatio, n.321. ibid.

Maſculus ex fœmina præfertur fœminæ ex maſculo, ibid.n.322 p.85

Maſculus ex fœmina proximiore, & melioris lineæ, præfertur maſculo ex maſculo, vbi expreſsè non fuit contemplata agnatio, n.323. ibid.

Maſculus deſcendens ex fœmina præfertur fœminæ deſcendenti ex maſculo in maioratu ſimplicis maſculinitatis, ibid.n.324. p.85

Maſculus, qui in maioratu ſimplicis maſculinitatis iungitur inſtitutori per vnam fœminam, quòd præferri debeat maſculo, qui iungitur per duas fœminas, tenent Menoch. & alij, & reprobantur, n.325.

Maſculus ex fœmina, ſiue cognatus inferioris lineæ, & gradus, ſi contendat cum fœmina poſterioris lineæ, & gradus, ſuper ſucceſſione maioratus puræ agnationis, quando deficiunt omnes agnati, an præferri debeat fœminæ, part.4. c.4. num.16. p.182

Et referuntur Doctores, & textus, qui ſunt pro maſculo, & fœmina, ibidem, num.17. & 18. p.182

Maſculi omnes in maioratu agnationis veræ, vel fictæ, vel ſimplicis maſculinitatis, faciunt quandam lineam vniuerſalem, de maſculo in maſculum, & ea finita, incipit alia linea vniuerſalis de fœmina in fœminam per eundem curſum ſucceſſionis, & ordinem, quo decurſa fuit linea maſculorum, p.3. c.4.n.62.& 63. p.186

Mater.

Mater filij, qui prior fuit in legitimatione, licèt poſterior in natiuitate, remaneret decepta, & eius proles defraudata, ſi in ſucceſſione maioratus præferretur alter poſterior in legitimatione, licèt prior in natiuitate, p.1.c.4.n.12. p.38

Mater legitimi, qui poſterior fuit natu quàm legitimatus, non remanet decepta, cùm ſcire debuerit quod maritus poſſet, ea mortua, cum concubina matrimonium contrahere, & filium naturalem legitimum fieri poſſe per ſubſequens matrimonium, ibid.n.64. p.43

Mater non poteſt vno impetu edere duos, vel tres infantes, p.2.c.5.n.1.& 2. p.148

Limitatur à n.5. vſque ad 8. p.149

Mater, tempore Iulij Pauli non ſuccedebat in hæreditate filiorum, niſi haberet ius trium liberorum, id eſt, niſi tres peperiſſet naturaliter, & non monſtruosè, filios: nam ſi monſtruosè, pro vno partu reputabatur, ibid.n.11.& 12. p.149

Mater non admittebatur ad vſum lecticarum, & margaritarum, qui lege ſpeciali prohibitus erat matronis, niſi ter peperiſſet, ibidem, num. 18. p.149

Mater, ſi ageret de damno, vel pœnis euitandis, etiam ſi ſemel ſub ſecundina vno partu monſtruoſo tres peperiſſet infantes, excludebat Fiſcum, ibid.n.14.& 15. p.149.& 150

Vide verb. *Eſaü.*

Matrimonium.

Matrimonij in fauorem præſumitur, quando recens vidua carnaliter cum amaſio ſe immiſceat, & intra tempora vtrique congreſſui accommoda partum edat, p.2.c.4.n.59. p.147

Vide verb. *Filius.*

Matrimonium inter Chriſtianos, & Iodæos, Hæreticos, & Infideles, incompatibile eſt; quia prohibitum eſt à iure Diuino, & de noſtro Regio, ſub pœna mortis: vel ſi carnaliter ſe immiſceant ſub figura matrimonij, part. 3. c.3. num. 3. & 4. p.175

Et quid ſi non ſob figura matrimonij carnaliter ſe immiſceant, n.5. ibid.

Matrimonium contractum inter virum, & vxorem, facit non ſolum quòd duo maioratus incompatibiles vniantur ratione vnionis perſonarum, & familiæ, ſed etiam ratione bonorum, p.4. c.3.n.5. p.206

Matrimonium putatiuum eoſdem producit effectus ac verum, & validum, p. 8. c.2. à n.73. vſque ad 75. p.345

Matrimonium putatiuum quod dicatur, ibid.

Medicina, & Medicus.

Medicinæ ſcientiam Medicus non percipiet niſi comprehendat id, quod eſt contrarium, ſeu incompatibile, p.1.c.9.n.1. p.104

Medicina quid ſit? n.2. ibid.

Medicinæ ſcientia conſiſtit in recognitione contrariorum, ſeu incompatibilium, ibid.n.3. p.104

Medicus, Chirurgus, & obſtetrices ad oſtendendam impotentiam hominis, cognitionem debent habere contrariorum, n.6. ibid.

Medicus, vel Chirurgos, ad hoc vt ſuum iudicium oſtendant Iudici in cauſis ſuper impotentia, vel potentia ad coïtum, experimentum faciant cum aqua calida, & poſtea cum frigida, vnde recognoſcent potentiam, vel impotentiam viri, n.10. & 11. p.104

Medium.

Mediom non datur inter diem, & noctem; lucem, & tenebras, p.2.c.1.n.11. p.124

Melioratio.

Melioratio Tertij vtrùm ex diſpoſitione *legis* 27. *Tauri*, fieri poſſit à parentibus in filio vnico, part.1. c.13.n.11. p.119

Melioratio Tertij poſſe fieri à parentibus in filio vnico defendunt Parladorus, Sarmient. & Spino, n.12. ibid.

Sed contraria eſt verior, & communior opinio, n.13.& 15. ibid.

Melioratio Tertij non poteſt fieri per parentes in filio vnico, ex facultate *legis* 27. *Tauri*, & ſi tempore, quo facta fuerit melioratio, ſint duo, vel plures filij, ac tempore mortis ſuperſit filius vnicus, ibidem, num.16. Et redditur ratio, num. 17. p.120

Melioratio in filio vnico fieri non valet à parentibus, quamuis in donatione irreuocabili inter viuos, & alij ſint filij præter melioratum; at tempore mortis parentis non niſi melioratus ſuperſit, ibid.n.18. p.120

Melioratio Tertij in filio vnico non valet fieri à parentibus, & ſi fiat per pactum dotale in capitulis matrimonialibus, & non niſi vnicus naſcatur filius, n.19. ibid.

Digitized by Google

Melioratio Tertij in filio vnico non valet fieri per parentes, licet virtute Regiæ facultatis, ſi in impetratione non fuerit facta mentio quòd non niſi vnicum haberent filium, n. 20. ibid.
Limitatur ſi dicta mentio fuit facta in reſcripto, n. 21. p. 120

Melioratio facta in filio vnico valebit ſi poſtea in vita parentis meliorantis, ei alij filij, vel nepotes naſcantur, ibid. n. 22. p. 120

Melioratio facta in filio vnico valebit, ſi ex filio vnico filius naſcatur, nepos meliorantis, num. 23. ibid.
Quidquid in contrarium defendat Anton. Gomez. n. 24. ibid.

Melioratio facta in filio vnico tenet, ſi filius vnicus conſentiat, non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè, ibid. n. 25. & 26. p. 121
Limita ſi non ei aliquid vltra Tertium relinquatur, n. 27. & 28. ibid.

Mendicantes.

De Mendicantibus, quæſtiones varias vide verb. *Frater.*

Menſura.

Menſura omnis fit per lineas inter ſe incompatibiles, cùm in punctis conſiſtant, & niſi vna finita, non incipit alia, p. 1. c. 6. n. 7. p. 58
Vide *Linea.*

Mentecaptus.

Mentecaptus, ſurdus, mutus, vel cœcus à natiuitate, non eſt ſucceſſibilis in Regno, ſed vocatur ſequens in gradu, p. 2. c. 6. n. 3. p. 154
Vide etiam, verb. *Mutus*, & verb. *Succeſſio.*

Miles, & Militia.

Militias, ſeu Dignitates duas diuerſas, ſiue diuerſi ordinis, tanquam incompatibiles ſimul eodémque tempore vnus poſſidere non poteſt, p. 6. c. 4. n. 1. p. 274

Militias duas, ſeu dignitates diuerſi ordinis, ſi ſimul eodémque tempore vnus habere poſſe, ſequeretur quòd vicem duorum ſuſtineret, quod eſt incompatibile, n. 4. ibid.

Miles non poteſt eſſe procurator niſi in certis caſibus, ibid. n. 35. p. 277
De Militibus Ieroſolymitanis, & S. Iacobi, & aliorum Ordinum, vide verb. *Ordo.*

Minor.

Minor, Mulier, & Eccleſia, reſtitutionem non habent, ſi contraueniat conditioni, ſeu præcepto inſtitutoris, p. 3. c. 1. n. 48. & 163. & p. 8. c. 6. n. 27. p. 360

Minor non reſtituitur aduerſus ſuum proprium dolum, ibid. n. 49. p. 163

Minores poſſunt reſtitui in electione remediorum incompatibilium, ad hoc vt electo vno, poſſint redire ad aliud, p. 6. c. 1. n. 13. p. 263
Limitatur in maioribus 25. annorum, qui petunt reſtitutionem ex clauſula generali, ibid. n. 14. p. 263

Minor aduerſus electionem vnius ex maioratibus incompatibilibus, non valet reſtitui niſi probet ſe etiam fuiſſe læſum, p. 8. n. 26. p. 360

Minor an reſtitui debeat aduerſus præceptum non impletum, n. 27. ibid.

Minores Ordinis Diui Franciſci non valent obtinere ſibi relicta etiam quoad æſtimationem, p. 7. c. 5. n. 14 p. 307
Vide amplius verb. *Frater.*

Mixtum.

Mixtum, cùm eſt ſimplex æquè principaliter, & cum qualitate illa quòd quodlibet eorum occupet primum, ſeu principalem locum, eſt incompatile cum alio, p. 1. c. 1. n. 46. p. 16

Mixtum ſub ſimplici comprehenditur, & diſpoſitio loquens de ſimplici, habet etiam locum in mixto, p. 2. c. 3. n. 13. p. 137

Mixtum, in Hermaphrodito habet ſeparatum vtrumque ſexum ſimplicem; & quando vnumquodque iudicatur per ſe, ſub ſimplici continetur mixtum, p. 2. c. 3. n. 14. p. 137

Mixtum non continetur ſub ſimplici ſi in mixtum concurrunt qualitates incompatibiles, ſeu contrariæ, ibid. n. 26. p. 138

Mixtum non comprehenditur ſub ſimplici, quando ſucceſſio defertur per ſtatutum, vel per conſuetudinem, ibid. n. 45. & 46. p. 140

Mixtum quod non habet medium eſſe per ſe, denominatur ab extremo fortiori, & pars potentior trabit ſecum aliam ratione coniunctionis inſeparatæ, ibid. n. 52. & 53. p. 140

Mixtum quod in diſpoſitione ſub ſimplici contineatur, eſt verior opinio, & ampliationes, & limitationes patitur, n. 55. & 56. ibid.

Mixtum non comprehenditur in vocatione ſucceſſorum ex præſumpta voluntate inſtitutoris, part. 4. c. 6. n. 16. & 17. p. 218

Mixtum non comprehenditur ſub ſimplici in materia indiuidua, n. 21. ibid.

Mixtum continetur ſub ſimplicibus in fauorabilibus, ibid. à n. 34. vſque ad 37. p. 219

Mixtum quando ſub ſimplici comprehendatur? Vide remiſſiuè cum diſtinctionibus, ibidem, num. 50. p. 220

Modius.

Modius, ſi aliquid ei addatur, vel minuatur ex eo, inæqualis erit: ideo non compatitur quod ſit modius, p. 1. c. 6. n. 4. p. 57

Monachus.

Monachi perſona mediante, omnes Religiones, præter Fratres Minores, ſunt capaces ad ſuccedendum in maioratibus, vinculis, ſeu patronatibus, & in aliis, de quibus p. 7. c. 5. n. 65. p. 309

Monachus non ſuccedit in maioratu, in quo excluſus ſit Clericus in ſacris Ordinibus conſtitutus, p. 1. c. 9. n. 14. p. 105

Monaſterium.

Monaſterium an priuari debeat fructibus, & redditibus maioratus, quando Monachus ex cuius perſona ſucceſſit in maioratu, incidit in crimen hæreſis, p. 3. c. 2. n. 14. p. 171
Controuertitur, n. 15. & 16. ibid.
Et diſtinguntur tres caſus, à n. 27. vſque ad 31. p. 172

Monaſterium quando eſt incapax ad vſum, & exercitium officij publici, non ſufficit eligere ſubſtitutum capacem, p. 6. c. 4. n. 84. p. 281

Monaſterium, vel Clericus an ſuccedere poſſint in maioratu inſtituto de Rectoria, ſiue officio publico? Et quid de maioratu habente annexam iuriſdictionem, vel dignitatem Regalem? part. 6. c. 4. n. 97. p. 282
Reſoluitur pro parte negatiua, & cum diſtinctione officiorum publicorum, & iuriſdictionum, & dignitatum, ibid. n. 98. & 99. p. 282
Limitatur in maioratu de Tertio, & Quinto, ibidem, n. 100. p. 283. & part. 7. c. 5. num. 100. & 101. p. 315

Monaſteria incapacia ſucceſſionis referuntur remiſſiuè, p. 7. c. 5. n. 20. p. 306

Monaſterium

Monaſterium ſuccedit ex perſona Monachi in Religione capaci etiamſi Nouitius renuntiauerit intra duos menſes in fauorem aliarum perſonarum, eáque renuntiatio facta ſit per verba ampliſſima, & generalia, dummodo non ſit renuntiatum ſucceſſioni maioratus in fauorem alicuius qui expreſsè vocatus fuerit ab inſtitutore, ibid.num.56.& 67. p.310.

Monaſterium an ex tacita voluntate inſtitutoris, & diſpoſitione hominis, cenſeatur excluſum à ſucceſſione maioratus, qui ſit inſtitutus ad hoc vt bona conſeruentur in familia, & memoria teſtatoris, & vbi ſunt vocati agnati? Reſoluitur cum plurimis diſtinctionibus, quæ ad longum videri poſſunt, p.7.c.5.à n.75. vſque ad 91. p.311

Monaſterium ex conjecturata mente defuncti non ſuccedit in maioratu, quando excluſa eſt fœmina ob conſeruationem familiæ, ibid.n.92. p.313

Monaſterium non excludit ſubſtitutum, quando in maioratu vocatus eſt ſucceſſor ſub conditione deferendi nomen, & arma, n.93. ibid.

Monaſterium an excludat ſubſtitutum in ſucceſſione maioratus habentis annexam iuriſdictionem? Diſputatur, & reſoluitur pro parte affirmatiua cum diſtinctione, & declaratione, p.7.c.5. à num.94. vſque ad 96. p.314

Monaſterium an excludat ſubſtitutum in ſucceſſione maioratus habentis dignitatem Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus? Reſoluitur pro parte affirmatiua, & cum limitatione, ibid. à n.97. vſque ad n.102. p.314

Monaſterium capax ſucceſſionis in communi, quando ſuccedit in officio publico, tamquam in bonis liberis, & non grauatis, ſeu reſtitutioni ſubiectis, tunc ſolum quoad æſtimationem, & pretium ſuccedere debet: ſi verò officium publicum vinculo maioratus ſit grauatum, ſeu poſt vitam Monachi reſtitutioni ſubiectum, tunc ſtatim tranſit ad ſubſtitutum ſecundò vocatum, vel ad ſequentem in gradu, abſque eo quod Monaſterium vel Clericus tali officio publico vti valeat neque ad nominandum, neque ad exercendum per ſe neque per ſubſtitutum, par.17. cap.5. à num.106. vſque ad 117. p.316.

Monialis.

Monialis per ingreſſum, & profeſſionem in Religione, habet idem ius, ac priuilegia, quæ vir illegitimus profeſſus in Religione, p.1.c.2.num.104. p.65.

Moniales Sanctæ Claræ ſunt capaces in communi ſuccedendi, etiam in maioratu, p.7.c.5.n.63. Et redditur ratio, n.64. p.309

Mors.

Mori quis debet potius quàm peccare, prout fecit D.Hermenegildus, p.9.c.vnic. n.8. p.369

Mulier.

Mulier nupta eligere non valet vnum ex maioratibus incompatibilibus, niſi cum licentia, & authoritate viri, p.8.c.6.n.28. p.360

Limita, niſi licentiam maritus denegauerit; quia tunc ſola mulier eligere poterit, ibid. num.28. p.360.

Mulier non habet reſtitutionem ſi contraueniat conditioni, ſeu præcepto inſtitutoris, part. 5. cap.1. num.48. p.163

Vide amplius, verb. *Minor.*

Muſica.

Muſicæ ſcientia ex Phyſica, & Mathematica procedit; ideo mixta, & in vocum conſonantia, & vnitatibus conſiſtit, p.1.c.7.n.1. p.91

Mutus.

Mutus, Surdus, vel cæcus à natiuitate, & qui ita ſit obtuſi ingenij vt nihil intelligat, non ſuccedit in Regno, vel Principatu, aut Dignitate iuriſdictionem habente. Secus ſi aliquid intelligat taliter quòd poſſit conſentire ad contrahendum matrimonium, p.2.c.6.n.8. & 9. p.155

Limita etiam in furioſo, qui habeat dilucida interualla, ibid.n.10. p.155

Mutuum.

Mutuum, & Depoſitum, ſunt incompatibilia, tamquam ex ſua natura contraria, part.1.c.3. num.8. p.33.

N

Naſciturus.

NAſciturus in ſucceſſione maioratus, eſt ius quæſitum in ſpe à iure approbata, p.5.c.2.n.50. p.228.

Vide plura verb. *Filius*, de Filiis naſcituris.

Natura.

Natura humana ab vltimo impleta in ratione perſonæ per ſubſiſtentiam creatam, eſt ab intrinſecò incompatibilis cum perſona diuina perſonaliter ſubſiſtente, quamuis mediet per potentiam abſolutam vnio hypoſtatica, p.1.c.2.n.3. p.19

Natura humana cum diuina fuit in Chriſto Domino noſtro exiſtens, & non ſubſiſtens, part.1.c.2.n.4. ibid.

Naturalis.

De Naturali tantum filio. Vide verb. *Filius.*

Natus.

Natus poſt delatam ſucceſſionem an habeat recurſum contra poſſidentem, Remiſſiuè, part.1. c.6. n.64. p.62

De Nato priùs, vel poſteriùs, Vide verb. *Filius.*

Naſci non poſſunt ſimul vno impetu duo, vel tres infantes, p.2.c.5.n.1.& ſeqq. p.148

Nati duo, vel tres, ſimul ſub ſecundina, (*vulgò, tela, o zurron, onque nacen embueltos, o encerrados dos niños*: vel exciſo matris vtero, vel ita, vt ignoretur de primò edito, quis eorum ſuccedere debeat in Regno, vel Maioratu? Eſt quæſtio difficillima, & diſtinguitur inter ſucceſſionem Regni, vel Maioratus, p.2.c.5.n.17.& 18. p.150

Et in varias ſententias diuiſi ſunt Doctores, n.19. ibid.

Sed nos habemus textum expreſſum de iure noſtro Regio, *in leg.12.tit.33.part.7.* vbi deciditur, n.20.& 21. p.150

Natus qui eſt tempore delatæ ſucceſſionis, quod ſuccedat in maioratu irreuocabiliter, tenent quamplurimi Doctores, contra nondum natum ex linea vocata, qui poſtea naſcatur, p. 5. cap. 2. num.21. p.226.

Et referuntur eorum fundamenta à num.23. vſque ad n.26. p.227

Natus, qui eſt tempore delatæ ſucceſſionis, quòd ſuccedat in maioratu reuocabiliter; non autem irreuocabiliter, tenent & defendunt quamplurimi Doctores, pro nondum nato ex meliore linea vocata, qui poſtea natus fuit, n.32. p.227

Digitized by Google

Negatiua.

Negatiua coarctata loco & tempore, quomodo probari debeat per articulos ad interrogandos teſtes, refertur ad praxim.p.2.c.1.n.53.& 54.57.& 58. p:127

Nepos, vel Neptis.

Neptis, filia ex primogenito in vocatione per lineam maſculinam, vtrùm præferatur Patrueli, qui ſit filius ex filia alterius fratris maſculi,p.1.c.6.n.330. p.86

Neptis ex maſculo in maioratu in quo ſint vocati deſcendentes per lineam maſculinam, præfertur nepoti ex fœmina,ibid.n.346. p.87

Nepotes, qui nec nati, nec concepti ſunt tempore mortis Aui, nihilominus in locum patris ingredi adhuc poſſunt,p.5.c.2.n.44. p.228

Nepos retinet feudum ex perſona Aui ſui, quando pater eius per culpam ſuam non admittitur, p.4.c.6.n.42. p.219

Nepotes in ſucceſſione Patrui repræſentant perſonam paternam, & gradum patris ſubintrant, non ſolum de iure noſtro Regio, ſed etiam Cæſareo, p.8.c.5.n.41. p.355

Nepos an præferri deberet Patruo in ſucceſſione maioratus? antiqua erat quæſtio, ita ardua, & difficilis, vt ſæpiùs ad arma deueniretur: Sed pro Nepote deciſum fuit in *leg.*40.*Tauri.* Quod hodie limitatur in caſu *leg. noſtra* 7.*tit.*7.*lib.*5. *Recopilat.*vbi non Nepos,ſed Patruus præfertur,p.8.c.7.à n.20.vſque ad 22. p.363

Nepos primogeniti mortui ante maioratus inſtitutionem, an ſit, necnè, de linea recta? Vide verb. *Filius.*

Nobilis.

Nobilis pauper, infirmus dicitur: & ſi priuetur alimentis, & aliis, quibus ſtatus nobilitatis conſeruabatur, pro mortuo habendus eſt, part. 8. c.1. à n.16. p.328

Nobilis ſi actum exerceat contrarium ſuæ nobilitati, pro debitis ciuilibus relaxari à carcere non debet, p.1.c.12.n.fin. p.117

Nomen.

Nomen perpetuum apud poſteros habere, nemo eſt, qui non deſideret, nec defuerunt quidam,qui tam ardenter ſui memoriam ſitirent, vt ſub prætextu ciuium, vitæ mortem vltrò præferrent,part.8.c.1.n.8. p.327

Nominatus.

Nominatis extinctis, regreditur legatum ad ſuperiores ſecundùm ordinem,qui eſt in gradu, p.1.c. 8. à n.29. p.108
  Si vocatio fiat ſub nomine proprio ſingulari, atque indiuiduo: Secùs ſi nomine appellatiuo, quia tunc proſequitur ſucceſſio in ſequentem, & non retrocedit,vſque ad n.45.p.100.& ſeq.

Nouatio.

Nouatio non præſumitur niſi expreſsè de ea agatur, p.1.c.3.n.10. p.33

Nouatio inducitur per incompatibilitatem, ſeu contrarietatem inter primam, & ſecundam obligationem,p.1.c.3.n.11. p.33
  Limitatur, niſi eſſent ambo contractus facti incontinenti,n.12.& 13. ibid.

Nouatio præſumitur quando vna, atque altera obligatio, ſeu conuentio, ſunt contrariæ, etiamſi appoſita fuiſſet reſeruatio cum clauſula *citra præiudicium*,ibid.n.14. p.33

Nouatio præſumitur per dationem in ſolutum, vel tranſactionem, quamuis priſtina iura ſibi eſſent reſeruata,ibid.n.15. p.33

Nouatio non præſumitur per dilationem adiectam in ſecunda obligatione,ibid.n.16.17.& 18. p.34
  Quod intellige quoad debitorem principalem, non autem ſi fuit facta in præiudicium fideiuſſoris,ibid.n.19. p.34
  Et diſtinguitur,n.20.& 21. ibid.

Nullitas.

Nullitas, quæ reſultat ex venditione rerum maioratus facta à poſſeſſore, non eſt inducta in fauorem ipſius poſſeſſoris alienantis, ſed in fauorem ſucceſſoris,p.5.c.6.n.9. p.248
  Vide etiam verb.*Alienatio.*

Numerus.

Numerus eſt plurium vnitatum collectio, ſeu aggregatio,p.1.c.5.n.2. p.45

Numeri compoſiti propria natura eſt, quòd multiplicatus per alterum parem, producat parem; & per imparem, producat imparem, ibidem, num.5. p.45

Numerorum loci, qui explicantur in hoc opere,vide *in Indice iurium.*

O

Obedientia.

Obedire eſt melius quam ſacrificare, in princ. n.59. p.8

Obedire tenentur omnes Regi ſuo ſub pœna lethali, n.60. ibid.

Obedientiam negans Principi, peccat mortaliter, & Iudex Eccleſiaſticus, ad petitionem ſæcularis, excommunicare illum poteſt,n.61. ibid.

Obedientiam, quam filius debet præſtare patri, & ſummiſſio, accipienda eſt in licitis, & honeſtis: Secùs in illicitis, & multo magis ſi contra fidem Catholicam,p.9.cap.vnico,à n.13. p.369

Obſtetrix.

Obſtetrices prius quàm iudicium ſuum profetant apud Iudices in cauſis de ſtupro, quid facere debeant,p.1.c.9.n.9. p.104

Odium, & Odioſus.

Odium, inimicitia, vel infidelitas, ad hoc vt ſit incompatibilis cum voluntate inſtitutoris, neceſſe eſt quòd ſit grauis, nec ſufficit leuis, part.1. c.2. n.33. p.25

Odium, inimicitia, vel offenſa, quæ ſit grauis, quæ verò leuis? relinquitur arbitrio Iudicis, num. 34. ibid.

Odium, inimicitia, ſeu grauis offenſa excludit ſucceſſorem à Regni ſucceſſione, ibid. n.37. p.26

Odium, inimicitia, ſeu grauis offenſa excludit ſucceſſorem à ſucceſſione maioratus,n.38. ibid.

Odioſus ex graui iniuria inſtitutori, veluti ſi vxor eo inſcio adulterium committat, vel vidua luxurioſè viuat, amittit facultatem, & poteſtatem eligendi ei commiſſam,ibid.n.46. p.27

Odioſus Principi, qui conceſſit facultatem inſtituendi maioratum in aliquo, priuatur ſucceſſione maioratus cum tali facultate inſtituti, num.47. ibid.

Odioſus patri cenſetur odioſus filio, p.3.c.1.num.80. p.167
  Vide alia, verb.*Offenſa.*

Digitized by Google

Offenſa.

Offenſa, ingratitudo, vel inimicitia grauis, ad hoc vt excludat ſucceſſorem, requiritur quod facta ſit ipſi teſtatori, ſeu inſtitutori Regni, vel maioratus; non autem ſufficit quòd ſit facta ſucceſſori poſſeſſori, ſeu granato, niſi à principio Regnum, vel Maioratus, ea lege ſint inſtituta, part.1.c.2.n.39. p.26.

Offenſa, ſine iniuria grauis tunc excludit ſucceſſorem, quando facta fuit inſtitutori Regni, ſeu maioratus, qui deferatur iure ſanguinis: Non autem ſi deſcendit ex lege, vel conſuetudine, vel deferri debet iure hæreditario, nam tunc cum offenſa non ſit facta primo inſtitutori, ſed aduerſus quemlibet vltimum poſſeſſorem, erit incompatibilis, n.40. ibid.

Offenſa per patrem facta, licèt ante natiuitatem filiorum, ſeu deſcendentium offenſoris, priuat eos ſucceſſione, ibid.n.60. p.29

Offenſa facta antequam ſint concepti filij offenſoris, differt ab illa quæ fit per hæreticos, quorum filij ſint antea concepti: & ratio differentiæ, num.61. ibid.

Offenſa facta inſtitutori, vel eius filiis, priuat offenſorem ſucceſſione, etiam ſi in inſtitutione cautum ſit quòd offenſæ, inimicitiæ, vel ingratitudo non priuent ſucceſſorem: Ne detur occaſio delinquendi impunè, n.62. ibid.

Offenſa leuis, & non capitalis, & grauis non priuat offenſorem ſucceſſione maioratus, n.63. ibid.

Offenſa commiſſa contra vltimum poſſeſſorem, cui delata ſit ſucceſſio iure ſanguinis, non autem iure hæreditario, non priuat offenſorem ſucceſſione, n.64. ibid.

Offenſa facta inſtitutori, ſi ab eo ſit remiſſa tacitè, vel expreſsè, non priuat ſucceſſione, n.65. ibid.

Offenſa facta ante maioratus inſtitutionem, ſi poſt eam ſpecialiter ſit vocatus offenſor, non priuat eum ſucceſſione. ibid.n.67. p.30

Offenſa non priuat ſucceſſione, quando omnes ſint pariter vocati odioſi, & non odioſi, & vocatio non poſſit verificari præcisè niſi in odioſo, vel offenſore, n.68. ibid.

Offenſa, ſeu ingratitudo non priuat offenſorem ſucceſſione, quando prouenit ex cauſa, quæ non lædat perſonam, famam, vel bona inſtitutoris, ſed ingrati, & ſe recipiat ad meliorem frugem, n.69. ibid.

Offenſa facta inſtitutori, non priuat offenſorem ſucceſſione maioratus, quando ipſe fuit inſtitutus in donatione remuneratoria, & propter merita, n.70. ibid.

Offenſa non priuat ſucceſſione, quando offenſor fuit inſtitutus ex causâ dotis, vel contemplatione matrimonij, in capitulationibus matrimonialibus, n.71. ibid.

Et dantur rationes huius limitationis, n.72. ibid.

Offenſa illius, qui fuit inſtitutus contemplatione aliorum, non priuat ſucceſſione, niſi deceſſerint perſonæ, quorum contemplatione fuit facta inſtitutio, n.73. p.30

Offenſa facta inſtitutori non priuat offenſorem ſucceſſione, quando ipſe fuit inſtitutus per viam donationis irreuocabilis ſecundùm diſpoſitionem *legis* 17. *&* 44. *Tauri*; & inimicitia ſuperueniens reſultat ex culpa inſtitutoris, ibid.num.74. & 87. p.30. & 31.

Offenſa, ingratitudo, ſine iniuria vel inimicitia priuat offenſorem ſucceſſione maioratus, aut ipſo iure, aut per ſententiam declaratoriam, ibidem.num.75. p.30.

Offenſa, vel inimicitia priuat offenſorem ſucceſſione ipſo iure, quando propter eam offenſor fuit incapax, & non adquiſiuit dominium, n.76. ibid,

Offenſa, vel inimicitia, priuat ſucceſſione per ſententiam declaratoriam, quando offenſor fuit capax, & adquiſiuit à principio dominium, & tunc dum viuit, pertinent fructus maioratus ad fiſcum, ibid.n.77. p.30

Offenſa per homicidium factum inſtitutori, & factum poſſeſſori maioratus, ad hoc vt priuetur ſucceſſione, differunt, ibid.n.82. p.32

Offenſa facta per ingratitudinem contrà inſtitutorem, vel per occiſionem commiſſa, priuat ipſo iure, n.83. ibid.

Offenſa facta maioratus ſucceſſori per occiſionem, vel ingratitudinem, non priuat ipſo iure, ſed requiritur ſententia declaratoria, & tunc applicatur fiſco per tempus vitæ ſucceſſoris, n.83. ibid.

Offenſa priuat offenſorem ſucceſſione, ipſo iure, quando maioratus non eſt inſtitutus in ſucceſſore primò vocato per modum hæredis, ſed legatarij, ſeu fideicommiſſarij, n.85. ibid.

Quod intellige, quando offenſa, ſeu ingratitudo fuit commiſſa, viuo teſtatore, n.86. ibid.

Offenſa non priuat ipſo iure, ſed per ſententiam declaratoriam, quando maioratus eſt inſtitutus per viam donationis irreuocabilis, n.87. ibid.

Offenſa, vel ingratitudo non priuat ipſo iure eum, qui fuit inſtitutus ex legitima, niſi propter ingratitudinem, vel offenſam fuerit à patre, vel aſcendente excluſus, ſeu exhæredatus. ibidem.num.89. p.31.

Offenſa non priuat ipſo iure filium, quamuis maioratus ſimul de Legitima, & aliis bonis extra legimam fuit inſtitutus.n.92. ibid.

Offenſa non priuat ipſo iure hæredem neceſſarium, neque voluntarium, n,94. ibid.

Offenſa priuat ipſo iure, quando filius eſt inſtitutus extra Legitimam per viam legati, vel fideicommiſſi, vel donationis irreuocabilis, ibid. num.95. & 96. p.31

Vide amplius in verbis, *Infidelitas. Ingrati. Inimicitia.* & *Iniuria.*

Officium.

Officiis duobus ſi vnus ſimul eodémque tempore deſeruire curat, neutri perfectè, & prout debet, ſeruire poterit, p.6.c.4.n.5. p.274

Officiorum diſtributio quomodo fieri debeat? ſingulariter declaratur *in cap.*1.89.*diſt.* ibid.num.10. p.275.

Officia debent diuidi ex ratione iuſtitiæ diſtributiuæ, & commutatiuæ, n.6. & 8. ibid.

Officiis duobus ſeruiens confundit eorum ſeruitium, ibid.n.7. p.265

Officium Auriculæ, ſeu Auditus, & officium Oculorum, & officium Narium, ſeu olfactus, & officium Manuum, & alia aliarum corporis partium, ſunt incompatibilia, n.11. & 12. p.275

Officio duplici quis regulariter fungi non poteſt, n.13. ibid.

Officium publicum definitur, n.15. ibid.

Officium in communi definitur, n.16. ibid.

Offica duo erunt incompatibilia apud vnum, quoties aut ratione loci, aut temporis, aut cauſæ, vel perſonæ, vnum præiudicat alteri; & ex inde reſultat aliquod inconueniens: aliter non erunt incompatibilia, p.6.c.4.n.17. & 18. p.276

Officia, quæ ſint incompatibilia, vel non? demonſtratur pluribus exemplis, ibid. n. 14. & à num. 19. vſque ad 63. p. 275. & ſeqq.

Officia omnia, tam artificioſa, quàm illa, quæ vocantur, ſeu reputantur vilia, ſordida, & mechanica, erunt incompatibilia, ſi ex concurſu officiorum aliquod inconueniens ſequatur in præiudicium vtilitatis publicæ: veluti, officium Coriarij, vulgo; *Officio de Curtidor*, & Sutoris Coriorum, vulgo; *Officio de Zapatero*, n. 42. Et redditur ratio, ibid. n. 43. p. 278

Officia duo, Senatoris, Prætoris, & aliorum Superiorum in Regali Conſilio, & Regiis Cancellariis, vnus non poteſt obtinere ſimul, ibidem, num. 54. p. 279.

Officium Aſſeſſoris, & officium Auditoris, ſeu Senatoris in cauſis Eccleſiaſticis, vel officium Arbitri, ſeu Arbitratoris, Auditoris, & Regij Prætoris, ſunt incompatibilia, n. 55. ibid.

Officium Regij Fiſcalis eſt incompatibile cum officio Aduocati, & cum Officio, qui vocatur, *Chanciller*: nec poſſunt habere Cathedras ad legendum, maximè in vrbe Pinciana, n. 56. ibid.

Officium Decurionis, vulgò, *Regidor, o Ventiquatro*, & officium Tribuni plebis, vulgò, *Officio de Iurado*, concurrere non poſſunt in vnam perſonam; nec duo illa officia vnus obtinere poteſt, ibidem, à n. 58. vſque ad 62. Vbi redditur ratio.

Limitatur ſi Princeps diſpenſauerit, ibid. num. 63. p. 279. & ſeq.

Officia duo, pluráve ſunt incompatibilia non ſolum quoad vſum & exercitium, ſed etiam quoad ſucceſſionem cum effectu, ibidem, num. 73. & 74. p. 280.

Officium deſeruiens per ſubſtitutum ipſemet deſeruire intelligitur, ibidem, à num. 78. vſque ad 81. p. 281.

Officia publica poſſunt diuidi quoad æſtimationem ſi ſunt libera, ſeu allodialia; ſecùs ſi vinculata, ibid. n. 88. & 89. p. 282

Officia publica non poſſunt locari, nec ſub confidentia dari, part. 7. c. 5. à num. 108. vſque ad 111. p. 316.

Limitatur, ſi vidua, aut minor in eis ſuccedat, quia tunc poſſunt per tempus duorum annorum poſſideri. ibid.

Officia vendibilia, perpetua, vel renunciabilia, & militiæ ſunt incompatibilia apud Religioſos, & Monaſteria, cùm prohibitum ſit eis exercere prophana, etiam per interpoſitam perſonam, ſeu ſubſtitutum, niſi quoad pretium. Traduntur hac de re quamplurima fundamenta, & rationes, p. 6. c. 4. n. 84. p. 281. & p. 7. c. 5. à num. 104. vſque ad 117. p. 316

Et an ſi de officio publico fuerit factus maioratus, ſuccedere poſſit in eo Monachus, vel Monaſterium, Clericúſue in maioribus Ordinibus conſtitutus? p. 6. c. 4. à n. 97. vſque ad n. 100 p. 283. & p. 7. c. 5. n. 100. & 101. p. 314

Et ſi ſuccedant in officio publico, vel tanquam libero, vel vinculo maioratus grauato, quid de officio faciendum, p. 7. c. 5. à n. 106. vſque ad n. 117. p. 316

Oppoſita, & Oppoſitores.

Oppoſita ſunt, quæ in vno & eodem ſubiecto adeſſe non poſſunt, & ſic idem quòd Incompatibilia, p. 1. c. 1. n. 11. p. 13

Oppoſitorum concurſu, ex remedio *legis 45. Tauri*, & per accumulationem actorum, formatur inter eos iudicium poſſeſſorium, & quando aliquis eorum intentat petitorium, alter verò repugnat ex eo, quod ſint incompatibilia, quid iuris? p. 5. c. 5. n. 11. p. 241

Ordo.

Ordo ad ſuccedendum datus in lineis facit conditionem, p. 1. c. 6. n. 63. p. 62

Ordo reſpectu agnationis, & reſpectu ſucceſſionis, differunt, & in quo? demonſtratur, p. 1. c. 8. n. 20. p. 100

Ordo in naſcendo eſt, vt vnus poſt alium egrediatur, & non duo ſimul; conſtitutus eſt per naturam, p. 2. c. 5. n. 2. p. 148

Ordinis ſancti Ioannis Equites, ſeu Milites Hieroſolymitani, ſunt verè Religioſi. Ideo quod dictum eſt de Monachis, & Monialibus, circa ſucceſſionem maioratus, intelligendum de iſtis Militibus, n. 7. c. 5. n. 102. p. 315

Ad quod videre potes, verb. *Monachus*, & verb. *Monaſterium*.

Aliter dicendum de Militibus Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, quia matrimonium contrahere poſſunt, & filios naturales & legitimos procreare, & ſic non cenſentur excluſi tanquam Monachi, & alij Regulares, niſi in maioratu diſpoſitum ſit quod ſucceſſor aliqua facere teneatur, quæ ipſi propter obedientiam, quam magno Magiſtro præſtare debent, efficere nequeant, tunc enim cenſentur excluſi ex præſumpta mente, & voluntate inſtitutoris, ibid. d. n. 102, p. 315

Originarius.

Originarius ob naturalitatem habet aliquod ius ad locum in quo naſcitur, part. 3. c. 1. num. 17. p. 160

Originalis culpa non tetigit Mariam ſanctiſſimam, p. 3. c. 1. n. 64. p. 165

P

Pactum.

Pactum de non reuocando appoſitum contractui, ſeu actui, de ſui natura, ſeu per diſpoſitionem legis reuocabili, vtrùm debeat ſequi naturam contractus, cui adhæret, vel aſſumere naturam irreuocabilem, cum vtrumque concurrere non poſſit propter incompatibilitatem, p. 1. c. 3. n. 24. & 25. p. 34

Pactum de non reuocando appoſitum contractui, de ſui natura reuocabili, remanet irreuocabile, per regulas incompatibilitatis, n. 26. ibid.

Et probatur, n. 30. & 32. p. 35

Quod extende, etiamſi ſit appoſitum per viam additamenti, n. 27. p. 34

Pactum de non reuocando electum, appoſitum ab eo, qui habet facultatem eligendi ſucceſſorem in maioratu, vtrùm valeat, remiſſiuè, part. 1. c. 3. n. 31. p. 35

Paradiſus.

Paradiſi maioratus fuit inſtitutus à Domino Deo noſtro incompatibilis ipſo facto in caſu contrauentionis in Adamo primo noſtro primogenitore, & eius deſcendentibus, p. 3. c. 1. n. 1. p. 158

Partus.

Partus intra octauum menſem, naturaliter eſt imperfectus, p. 2. c. 4. n. 44. & 45. p. 146

Vide amplius verb. *Filius*.

Digitized by Google

Pater.

Pater ſpiritualis ſuccedit in bonis filij ſpiritualis ex ſacro fonte ſuſcepti, ſi decedat ab inteſtato abſque conſanguineis intra decimum gradum, part.1.c.6. n.141. p.69

Pater non eſt ex linea filij ſui, p.1.c.6.n.184. p.73

Pater, qui ſuſceperit duos filios ex vxore conſanguinea, qui maioratum poſſidebat, in quo poſt mortem matris ſucceſſit filius maior, ſi etiam ipſe decedat abſque liberis, non debet præferri filio ſecundogenito, p.1.c.6.n.190. p.73

Pater eſt proximior agnatus filio. ibid.n.197. p.74

Pater præfertur ad retractum rei venditæ à filio, ſeu alio deſcendente, omnibus agnatis, n.198. ibid.

Pater debet præferri filio in ſucceſſione maioratus delata poſt mortem alterius filij, n.200. ibid.

Pater continetur in eadem linea filij ſecundum veriorem opinionem, n.205. ibid.

Pater, qui ceſſit, ſeu refutauit Regnum in filium maiorem, qui deceſſit ſine deſcendentibus, ſuperſtite patre, & altero filio reuertitur ad ſucceſſionem Regni, licèt alterum filium ſuperſtitem habeat, ibid.n.210. p.75

Pater licèt non repræſentet filium, ſicuti nec frater fratrem: hoc nihil refert, n.211. ibid.

Pater ſi ſit inſtitutor maioratus, præfertur filio in ſucceſſione poſt mortem alterius filij, qui primus fuit vocatus, & ſucceſſor, ibid.n.219. p.76

Pater præfertur filio in ſucceſſione maioratus delata per mortem alterius filij, quando in filio contemplatione patris fuit inſtitutus, n.220. ibid.

Pater præfertur filio in maioratu vacante per mortem ſine deſcendentibus alterius filij, quando talis maioratus inſtitutus fuit legibus, & iure alterius maioratus antiqui, in quo vocatus ſit pater, n.221. ibid.

Pater præfertur filio in ſucceſſione maioratus delata per mortem alterius filij, quando per conſuetudinem, legem, vel ſtatutum cautur, quod per mortem filij ſine deſcendentibus ſuccedat pater, n.222. ibid.

Et de aliis limitationibus remiſſiuè. ibid

Pater fœminæ, dicitur principium lineæ maſculinæ, & filia eius finis, ibid.n.332. p.86

Pater qui habet facultatem eligendi, ſi non eligat ex filiis, erit electio inofficioſa, ibid.n.364. p.89

Limita quoad filios naturales, n.365. p.89

Pater primogenitus non poteſt conſtituere filiis ſuis lineam habitualem ad ſuccedendum in maioratu incompatibili cum alio, in quo ſucceſſerit pater, cum eius vocatio ſit ſub conditione *ſi alium non poſſideat*, p.4.c.1.à n.73. vſque ad 75. p.198

Pater primogenitus non poteſt conſtituere filiis ſuis lineam actualem ad ſuccedendum in maioratu incompatibili, p.4.c.1.n.79. p.199

Paterfamilias vtrum poſſidere valeat duos incompatibiles maioratus, vnum iure proprio, alium iure patrisfamilias? p.4.c.3.n.23. p.208

Reſoluitur quòd poteſt tanquam adminiſtrator, ſeu protector ſui filij, n.30. ibid.

Pater, & filius, pro vna eadémque perſona reputantur ſecundum effectum naturalem vnionis, ibid. n.24.& 25. p.208

Patris & filij patrimonium, & dominium bonorum, vnicum videtur, n.26. & 28. ibid.

Pater non dicitur habere duas Indorum commendas incompatibiles, quando vnam poſſidet iure proprio aliam nomine filij in qua filius ſucceſſit, ibid. n.31. p.208

Pater & filius vna eadémque perſona reputantur fictione iuris, n.32.& 33. ibid.

Pater adquirit fructus in maioratu filij ratione patriæ poteſtatis, & non ſucceſſionis, ibid.n.34. p.209

Pater quoad bona aduentitia filij non habet dominium, ſed ſolam adminiſtrationem, n.35. ibid.

Pater in aduentitiis poſſidet nomine filij, num. 36. ibid.

Patronus.

Patronus, qui præſentare tenetur Sacerdotem ad Capellaniam, ſufficit quòd præſentet illum, qui promoueri poſſit de proximo ad Sacerdotium, part.5. c.3.n.13. p.233

Patronus, qui Clericum præſentare tenetur, poterit præſentare de proximo clericandum, ibid.n. 50. p.236

Patronus, vel Executor teſtamentarius, vel Commiſſarius, qui executionem præſtare debet cum conſilio fratris Religioſi Minoris, ſeu Guardiani, an teneatur eum requirere, & eius conſilium ſequi, vel non? Reſoluitur quòd tenetur illum requirere, attamen non tenetur ſequi conſilium illius: quia in hoc caſu conſilium Fratris Minoris, ſeu Guardiani, erit conſultiuum, non autem deciſiuum, p.7.c.5.n.30.& 31. p.306

Patronatus.

Patronatus, an comprehendatur appellatione Maioratus? p.8.c.3.n.33.& 34. p.347

Paupertas.

Paupertate, & indigentia alimentorum, vileſcit familia, p.8.c.1.n.15.16.& 17. p.328

Peccatum, & Peccator.

Peccatum, & Gratia, formaliter in eodem ſubiecto ſunt incompatibilia, p.1.c.2.n.5. p.20

Peccati effectus formalis eſt, reddere ſubiectum formaliter inimicum Deo; Gratiæ autem eſt, reddere ſubiectum Deo gratum, & amicum: ideo ſunt incompatibilia, n.6. ibid.

Peccatum, & gratia, an non ſolum opponantur meritoriè, ſed etiam phyſicè, ibid.n.7. p.20

Peccatum, & gratia, quòd non habeant oppoſitionem, ſeu incompatibilitatem phyſicam de ſua natura, opinio eſt Patris Villalobos: & referuntur ad literam eius fundamenta, n.8. ibid.

Peccatum vnum mortale poterit Deus de potentia abſoluta dimittere ei, qui habeat alia lethalia peccata, non autem de potentia ordinaria; quia dimittendo peccatum, infunditur gratia: ideo hoc eſt incompatibile, ibid.n.9.& 10. p.20

Peccatum, & Gratia, ſicuti non ſolum ſunt incompatibilia meritoriè, ſed etiam phyſicè, ad ſucceſſionem Regni, ſeu maioratus Diuini; ita de iure noſtro Ciuili, & Regio, incompatibilia ſunt odiũ, inimicitia, infidelitas, vel ingratitudo, cum gratia, ſeu voluntate inſtitutoris, ad ſuccedendum in maioratu ab eo inſtituto: cùm non ſolum opponantur meritoriè, ſed etiam phyſicè, p.1.c.2. num.31. p.25

Peccatum & Gratia, ad hoc quòd ſint incompatibilia meritoriè, & phyſicè, requiritur quòd peccatum ſit lethale, nec ſufficit quòd ſit veniale, quod non eſt incompatibile cum gratia, ibid.n.32. p.25

Peccator offendens in vno, factus eſt omnium reus, p.4.c.6.n.8. p.217

Pœna.

Pœna debet tenere ſuos anthores: & ideo eſt perſonalis. Limitatur tamen in offenſione patris, vel filij,

cùm tunc cenſeri debeat realis, & linealis, part. 1. c. 2. n. 57. & 58. p. 28

Pendens.

Pendere poteſt aliquid ratione futuri euentus, part. 5. c. 2. n. 41. p. 228

Pendere non dicitur illud, quod non pendet eſſentialiter, licet pendeat quoad ſpem reſolutionis potentialiter, nec impeditur per talem pendentiam aliquis effectus ipſius actus, p. 7. c. 6. n. 39. p. 323

Penſio.

Vide in verb. *Redditus.*

Perditum.

Perditum ex vno capite ſpeciali, poteſt recuperari ex alio capite generali, p. 4. c. 6. n. 44. p. 219

Pereira de Caſtro.

Pereira de Caſtro, *deciſione* 5. explicatur, p. 1. cap. 6. n. 213. & 214. p. 75

Et in *deciſ.* 48. *à n.* 1. explicatur, ibid. n. 215. 216. & 217. p. 75

Periculum.

Periculum rei, quæ caſu fortuito periit, ad eum ſpectat cuius gratia res data, conceſſa, vel promiſſa fuit, & cuius non minus principaliter intererat ne res periret, ſi aliter perempta fuiſſet, p. 5. c. 6. n. 27. p. 260

Vide amplius, verb. *Res.*

Perplexitas.

Perplexitas eſt quando adimplendo vnum, ſequitur impoſſibilitas, vel contrarietas, vel inconueniens in altero, p. 1. c. 1. n. 4. p. 12

Perplexitas alia eſt reſolubilis, & tunc non vitiat diſpoſitionem; & alia non reſolubilis, & tunc vitiat, n. 5. & 6. ibid.

Perplexitas circa duo beneficia, vel maioratus, eligendo vnum; eſt reducibilis, ſeu reſolubilis, n. 7. p. 12.

Perplexitas quid ſit? docet etiam Baldus, & per exempla demonſtratur, n. 9. ibid.

Perplexitas, & incompoſſibilitas, ad idem tendunt, ibid. n. 13. p. 13

Perplexitas eſt quidam terminus reddens actum nullum ex neceſſitate, cum ex ea inſurgant duæ diſpoſitiones, quarum vna alteram deſtruit, & mutuo ſe impediunt, p. 1. c. 10. n. 27. p. 108

Et quomodo perplexitas recognoſcatur? demonſtratur exemplis à n. 26. vſque ad 32. ibid.

Perplexitas conditionis, aut conditionum, vt euitetur, impropriauda ſunt verba diſpoſitionis, ſeu conditionis, n. 32. p. 108

Perplexitas eſt inimica iuribus, part. 1. cap. 10. n. 33. p. 109.

Perplexæ, contrariæ, vel contradictoriæ conditiones, ſi concordari, aut ſaluari non poſſint, tunc neutra valere, nec conſiſtere debet, n. 35. ibid.

Perplexæ conditiones, aut contrariæ, ſi reduci, ſiue concordari non poſſunt, tunc inſtitutio ad diſpoſitionem maioratus regularis reduci debet, ibidem, n. 36. p. 109

Perplexitas ſiue contrarietas in conditionibus, vocationibus, & aliis incompatibilibus diſpoſitionibus, an debeat vitiari vel diſſolui, part. 4. cap. 5. num. 6. p. 213

Perplexitas, ſiue contrarietas in conditionibus, vocationibus, & aliis incompatibilibus diſpoſitionibus, ex coniecturata, atque præſumpta mente defuncti poteſt diſſolui; quod demonſtratur exemplis, ad explicationem textus *in lege*, *Qui quadraginta, ff. ad l. Falcidiam,* p. 4. c. 5. à n. 7. vſque ad 9. p. 213

Perplexitas poteſt diſſolui per probationem teſtium, qui deponant de voluntate inſtitutoris, ibid. n. 10. p. 214

Perplexitas, ſiue contrarietas in conditionibus, vocationibus, & aliis incompatibilibus diſpoſitionibus, poteſt diſſolui diuidendo, vel diſtinguendo, vel ſubdiſtinguendo caſus, vel perſonas, num. 11. ibid.

Perplexitas, ſiue contrarietas diſſolui poteſt, aut concordari, etiam impropriando verba ex aliqua cauſa rationi, & præſumptæ menti inſtitutoris congrua, ibid. n. 13. p. 214

Perplexitas, ſeu contrarietas diſſolui poteſt, quando vnum ex contrariis, ſeu incompatibilibus, continet abſurdum, n. 14. ibid.

Perplexitas, ſeu contrarietas diſſolui poteſt, quando vnum ex incompatibilibus non eſſet iuri, legibus, aut ſtatutis conforme, ibid. n. 15. p. 214

Perplexitas, ſeu contrarietas diſſolui poteſt, quando cadit inter conditiones, ſeu diſpoſitiones, quæ non ſunt pari fauore dignæ, ſed vna ſit digna maiori fauore, n. 17 ibid.

Perplexitas, ſeu incompatibilitas poteſt diſſolui, quando id quod diſpoſitum eſt, poteſt exiſtere ſub diuerſis reſpectibus, n. 18. ibid.

Declaratur, n. 19. & 20. ibid.

Perplexitas, ſiue contrarietas poteſt diſſolui reſpectu diuerſi temporis, vel loci, ibid. n. 21. p. 215

Perplexitas, ſiue incompatibilitas poteſt diſſolui, ſi ſit cum dictione taxatiua, quæ non operatur inter caſus concordes, & conducibiles, num. 23. ibid.

Perplexæ, ſeu incompatibiles conditiones, & diſpoſitiones, quæ diſſolui, aut concordari, non poſſunt, vitiant actum, & neutri attenditur, cum inuicém ſe impediant, ibid. n. 25. & 26. p. 215

Vide etiam verb. *Contrarietas, & Contraria, & Incompatibilitas.*

Perſona.

Perſona patris vltimi poſſeſſoris auget ius ſuæ filiæ, p. 3. c. 4. n. 24. p. 185

Perſonarum illuſtrium multitudo, dum pluribus diſtribuuntur officia publica, facit Rempublicam ornatiorem, & magis illuſtrem, p. 6. c. 4. n. 9. p. 275

Petens, Petitio, & Petitorium.

Petens bona, iure maioratus, an poſſit poſtea ea vindicare tanquam bona libera, p. 6. c. 1. n. 15. & 16. p. 263

Petitio non valet ad duos, pluresuè maioratus incompatibiles, ſed ad vnum tantum, ſi ſucceſſio eſt iam delata, & ad eos actiones ſunt natæ, p. 6. c. 2. n. 10. p. 266

Et probatur, & demonſtratur exemplis, num. 11. & 12. ibid.

Petitorium, & poſſeſſorium *Retinendæ*, ſi concurrere poſſent, Iudex diſcernere non valeret quis ex litigantibus eſſet actor, & quis eſſet reus, & cui eorum onus probandi incumberet, p. 5. c. 5. n. 27. & 28. p. 245

Petitorium poteſt quis deducere per viam declarationis ſimul cum poſſeſſorio, p. 5. c. 5. n. 44. p. 244

Quod limitatur in caſu, de quo n. 45. ibid.

Petitorium poteſt deduci ſimul cum poſſeſſorio non ſimpliciter, ſed conditionaliter, in defectum poſſeſſorij, petendo quòd declaretur ad ſe maioratum, eiuſque bona cum fructibus pertinere, & aduerſarius ad omnium reſtitutionem condemnaretur, ſi ſuper poſſeſſorio obtinere non debeat, part. 5. c. 5. n. 46. p. 245

Quod

Digitized by Google

Quod procedere non valet in interdicto *Retinendæ*. ſed in interdicto *Recuperandæ*, aut *Adipiſcendæ*, ibid. n. 47. p. 245

Vide alia verb. *Interdictum*, & verb. *Libellus*.

Philoſophia, & Philoſophus.

Philoſophia eſt omnium artium procreatrix, ac parens, p. 1. c. 3. n. 1. p. 32

Philoſophus affirmat pro regula, quod impoſſibile ſit, contraria eidem ineſſe, n. 2. ibid.

Poetica, & Poeta.

Poëticæ ſcientia cognatione quadam eſt coniuncta Rhetoricæ ſiue ſcientiæ Oratoriæ, p. 1. c. 12. n. 1. p. 113

Poëticæ ſcientia quid ſit, & eius deſcriptio, num. 2. ibid.

Poëticæ ſcientia cognoſcitur per incompatibilia: quod demonſtratur exemplis, ibidem, num. 3. p. 113

Poëticæ ſcientia non excuſat à Tutela, vel Cura, nec ab aliis muneribus ciuilibus, & publicis, num. 4. ibid.

Poëtica non eſt inter legitimum numerum ſcientiarum, ibid. n. 6. p. 113

Poëtæ non docent, ſed ad imitationem intendunt; nam Poëtica nihil aliud eſt quam imitatio actionum hominis boni, vel mali, n. 7. & 8. ibid.

Poëtica in Gymnaſiis, ſeu publicis Scholis, non principaliter docetur, ſed acceſſoriè, ſiue ſecundum quid, vt maximè pueri elegantius ſciant, & rectiùs loqui, ibid. n. 9. p. 114

Poëticæ ſcientia non continet vtilitatem publicam, n. 10. ibid.

Poëticæ ſcientia in ſcholis publicè legitur, non vt eam teneamus, ſed vt eam non ignoremus, ibid. n. 11. p. 114

Poëticos libros non omnes admittunt in ſcholis Patres ex Societate Ieſu, & quare, n. 12. ibid.

Poëtica diuiditur in Lyricam, Epicam, & Scenicam, n. 13. ibid.

Poëtica ab omni æuo accepta, & laudata, atque propitia, ibid. n. 14. p. 114

Poëtarum authoritates, & epigrammata allegari poſſunt, & probant in iure, n. 15. ibid.

Poëtæ Hiſtriones, ſiue Comici, qui cauſa quæſtus, in publicis theatris poëticam recitant, an poſſint ſuccedere in maioratu, maximè habente annexam dignitatem, ibid. n. 16. p. 114

Vide etiam verb. *Hiſtrio*.

Pontifex.

Pontifex Marcellinus non iudicatus fuit hæreticus, ex eo quod vi oppreſſus, & vt à morte ſe liberaret, ingreſſus fuit templum Infidelium, & Idolis thurificauit; Vnde infertur argumentum contra concluſionem textus *in cap. cæpit Hermenegildus, 24. quæſt. 1. princip.* n. 44. & 45. p. 7

Poſſeſſio, & Poſſeſſor.

Poſſeſſor maioratus eſt verè dominus dum viuit, part. 1. c. 6. num. 149. p. 69. & p. 6. c. 4. num. 71. p. 280

Poſſeſſio ad vſucapionem debet eſſe continuata, & non interrupta, p. 1. c. 7. n. 20. p. 92

Poſſidere aliud eſt quàm in poſſeſſione eſſe, p. 4. c. 1. n. 80. p. 199. & p. 6. c. 3. n. 33. p. 272

Poſſeſſor verè eſt in maioratu incompatibili, qui antè poſſidebat, p. 4. c. 1. n. 81. p. 199

Poſſeſſio iudicialis, exhibito titulo inſtitutionis, & præcedente ſummaria informatione, dari debet ſine præiudicio Tertij, p. 5. c. 5. n. 2. p. 241

In poſſeſſione iudicialiter data, ſemper debet intelligi clauſula, *ſine præiudicio Tertij*, n. 3. ibid.

Et Iudex debet dicere, in miſſione, *ſine præiudicio*, vel *ſaluo iure Tertij*, n. 4. ibid.

Quæ eſt clauſula præſeruatiua iuris tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, n. 5. & 6. ibid.

Et rem integram ſine præiudicio alterius præſeruat, ac ſi data non fuiſſet, n. 7. ibid.

Et per contradictionem, ſeu oppoſitionem in vim ſimplicis citationis reſoluitur, n. 8.

Et redditur ratio, n. 9. & 10. p. 241

Poſſeſſor maioratus non poteſt euincere, ſeu reuocare rem maioratus, ſeu reſtitutioni ſubiectam, à ſe ipſo alienatam, p. 5. c. 6. n. 6. p. 248

Poſſeſſor maioratus incompatibilis cum alio ratione Quotæ, ſi bona, vel redditus huius maioratus deficiant, vtrùm ad alium maioratum poſſit redire, ſeu eius bona vindicare? part. 5. c. 6. num. 69. p. 254.

Diſcutitur quæſtio pro vtraque parte, & reſoluitur, ibid.

Poſſeſſor maioratus pro tempore vitæ ſuæ poteſt renuntiare in fauorem alterius, vſum, & commoditatem bonorum maioratus, & facultatem vtendi, & percipiendi fructus, p. 6. c. 4. n. 72. p. 280

Poſſeſſor maioratus ſuperſtes de familia, an poſſit ſuccedere in alio maioratu incompatibili ſi moriatur vltimus poſſeſſor abſque liberis, & extincta ſit eius linea, & non hæredes extranei vltimi poſſeſſoris præmortui, part. 7. c. 1. à n. 30. vſque ad 33. p. 288

Poſſeſſor maioratus, an in caſu, quo teneatur reſidere in vno ex duobus locis, poſſit adimplere præceptum, reſidendo] in principali] prouincia, vel in principali ciuitate, ſeu oppido, ſi alter locus, in quo reſidere etiam teneatur, ſit exemptus à iuriſdictione prouinciæ, vel ciuitatis, vel oppidi, p. 7. c. 2. n. 3. p. 291

Poſſeſſionem pacificam non dicitur quis adeptus fuiſſe, ſi in limine poſſeſſionis, vel intra duos menſes fuerit lis mota, ſeu in ſua poſſeſſione turbatus, p. 7. c. 4. n. 36. p. 300

Poſſeſſor maioratus non ſolum ex conſcientia, ſed etiam officio Iudicis largiri tenetur dotes ſororibus, p. 8. c. 1. n. 18. p. 328

Poſſeſſio ciuilis, & naturalis, ad hoc vt tranſeat per mortem vltimi poſſeſſoris in ſequentem ſucceſſorem, procedit ex miniſterio *legis* 45. *Tauri*, etiam abſque actuali poſſeſſione, ſeu apprehenſione; & abſque acceptatione, & ſufficit habere actionem, & eſſe in potentia, part. 5. c. 3. num. 14. & 15. p. 233

Poſſeſſor maioratus non habet ius, ſeu actionem ad conſequendum alium maioratum cognati abſentis, incompatibilem cum eo quem poſſidet, niſi acceptet vnum, & alium repudiet, p. 6. c. 3. n. 39.

Vide ampliùs verb. *Abſens*.

Poſſeſſorium.

Poſſeſſorium, & petitorium, vtrùm cumulari poſſint, vel non? & an ſint incompatibilia? p. 5. c. 5. n. 13. p. 241

Poſſeſſorium *Retinendæ*, & petitorium, an ſint incompatibilia, & an cumulari poſſint vel non? Referuntur opiniones Doctorum, p. 5. c. 5. num. 19. & 20. p. 242

Poſſeſſorium Retinendæ eſt incompatibile cum petitorio, ex communi omnium ſchola, part. 5. c. 5. n. 21. & 22. ibid.

Et traduntur quatuor decidendi rationes, à n. 25. cum aliis vſque ad n. 30. ibid. & p. 243.

Poſſeſſorium maximè habens admixtam cauſam proprietatis ſi cumulari poſſet cum petitorio, daretur quod per ſententiam abſolutoriam latam in vna parte, obſtaret exceptio rei iudicatæ in alia, ibid. n.29.& 30. p.243

Poſſeſſorium,& petitorium in remedio *legis* 45. *Tauri*,cumulari non debent,ibid.n.33. p.244

Poſſeſſorium remedium ex *lege* 45. *Tauri*, differt ab aliis remediis,quę habent admixtam proprietatem, n.34.& 35. ibid.

Poſſeſſorium,& petitorium, in materia primogeniorum, quod non poſſint cumulari, reſoluit Dom. D. Chriſtophorus de Paz, potiſſimè ex duabus iuris rationibus, n.36.& 37. ibid.

Quod etiam de iure noſtro Regio veriſſimum eſt, & cum diſtinctione in tribus caſibus,qui referuntur, ibid. num.38.& 39. cum ſequentibus, p.244

Poſſeſſorio pendente, ſi vnus ex poſſeſſoribus ſuper maioratu deducit proprietatem adhuc inſiſtendo in poſſeſſorio, & aduerſarius opponat quod non tenetur reſpondere; Iudex interloquendo dicat, quod ſi deſiſtat à poſſeſſorio, reſpondebit aduerſarius: ſin autem non deſiſtat, non tenebitur reſpondere: & exemplo ad praxim demonſtratur, ibid.n.40.& 41. p.245

Poſſeſſorio pendente iudicio ex remedio *legis* 45. *Tauri*, ſi vnus ex oppoſitoribus deducit proprietatem ſimpliciter, & abſque aliqua proteſtatione, etiamſi non deſiſtat à poſſeſſorio,videtur ei renuntiare, ibidem,num.50

Ideo in hoc caſu cautè ſe habeat aduerſarij Aduocatus,n.51. p.245

Poſſeſſorium petens de bonis tanquam liberis, & de bonis tanquam vinculatis, ſeu de maioratu; quis eorum præferri debeat,p.6.c.1.n.25.Et reſoluitur, n.26.& 27. p.264

Vide verb.*Cumulatio.*

Poſthumus.

Vide in verbo, *Filius naſciturus.*

Potentia.

Potentia ſuccedendi viuus, eſt impeditiua potentiæ alterius, quando vterque habet potentiam, quæ quocumque tempore ſit adquiſita, p.1.c.4.n.50. p.42

Potentia, ſeu ſpes ſuccedendi dum pater viuit, & dum pater contrahat, vel non, ſecundas nuptias, eſt conditionalis quoad filios,legitimatum,& legitimum; Et declaratur exemplo, ibidem, num.62. p.43

Potentia actum impedit, & actus potentiam reſoluit in eſſe,p.5 c.3.n.2. p.232

Potentia habetur pro actu in vocationibus ſub conditionibus factis ad ſucceſſionem, num. 6. ibid.

Potentia exigendi de iure, vel de facto, ſufficit ad hoc, vt imputari marito debeat, ac ſi in bonis ipſe haberet,ibid.n.7.& 8. p.232

Potentia ſufficit, licèt non deueniatur ad actum, ibid.n.12. p.233

Potentia, quæ non reducitur ad actum,vana eſt,n.21. ibid.

De Potentia ad actum, non valet conſequentia: de actu ad potentiam, valet, ibidem,num.22.& 23. p.233

Potentia proxima actui, pro actu habetur, p.5. c.3. n.49. p.236

Hoc axioma quomodo intelligi debeat, à n. 52. vſque ad 54. ibid.

Vide amplius, verb.*Patronus.*

Precarium.

Precarium, & Conductio, incompatibilia ſunt, p. 1. c.3.n.7. p.33

Præceptum.

Præceptum Domini, & conditio appoſita Adamo, ſeu pœna priuationis ob contrauentionem, fuit in ſignum obedientiæ, & ad memoriam Domini Dei noſtri, inſtitutoris maioratus Paradiſi terreſtris, & in recognitionem ſupremi dominij quod Deus ſibi reſeruarat,p.3.c.1.n.8. p.159

Vide verb. *Conditio, ſeu Grauamen.*

Pretioſa.

Vide circa Res pretioſas, verb.*Res.*

Præſcriptio.

Præſcriptio non currit, niſi poſſeſſio ſit continuata, & vnita,p.1.c.7.n.20. p.92

Præſcriptio, & priuilegium, ſunt incompatibilia, p.7.c.4.n.23. p.299

Primogenium, Primogenitus, & Primogenitura.

Primogeniti, vox, eſt nomen iuris denotans excluſionem naturalium,p.1.c.4.n.6.& 7. p.38

Primogenituræ qualitas ad ſuccedendum in maioratu eodem, requiritur quòd proximitas gradus in ſucceſſionibus hæreditariis, ibidem, n.30. & 31. p.40

Primogeniti, nomen, non eſt excluſiuum naturalium, ſi legitimus habeat fratrem maiorem natu habilem ad conſequendam legitimitatem per ſubſequens matrimonium,ibid.n.52. p.42

Primogeniti, vox, eſt nomen naturæ quod adquiritur naſcendo, n.54. ibid.

Primogenitura in vita patris non adquiritur purè, & perfectè per filium legitimum & naturalem, ſed potentialiter,ibid.n.58. p.43

Primogenitus intelligi debet de eo, qui tempore mortis patris,& delatæ ſucceſſionis, fuerit primogenitus,ibid.n.59. p.43

Primogenitus ſi ante maioratus inſtitutionem decedat, an tranſmittat ius primogenituræ? p. 1. c. 6. n.155. p.70

Primogenitura, & ætas, eſt perſonaliſſima,quæ cum morte primogeniti expirat,n.156. ibid.

Primogenitura quid ſit, & eius definitio,ibid.n.158. & 159. p.70

Primogenitura ex eo quod eſt ius honorificum, & vtile, à primogenito per natiuitatem occupatum abſque vlla actuali adeptione, tranſmiſſibile eſt ad omnes eius poſteros, n.160. ibid.

Primogenitura, cùm ſit ius competens beneficio legis, licèt nondum delatum, rectè tranſmittitur, n.161. ibid.

Primogeniti filius habet portionem corporis paterni, ideo in eo tranſmittitur ius primogenituræ, licèt inſtitutio facta ſit ante natiuitatem patris: ex celebri conſideratione Pauli de Caſtro, ibid. n.162. p.70

Primogenitus eſt caput lineæ, licèt moriatur ante inſtitutionem maioratus, d. part.1.c.6.num.164. p.71

Comprobatur *ex lege 5.& 13.tit.7.lib.5. Recop.* ibid.n.165. p.70

Primogenitura in filio Regis, eſt prima dignitas poſt Regem proueniens à iure inſeparabili ſui ſanguinis,n.166. ibid.

Primogenitus ſi renuntiauit maioratum in fauorem ſecundogeniti, qui moriatur ſine liberis, reaſſumit maioratum abſque eo quod tranſeat ad Tertiogenitum,p.1.c.8.n.28. p.100

Si

Si Primogenitus non habeat pro ſe fauorem præſumptæ voluntatis, nil refert quod habeat prioritatem in naſcendo, ibid. n. 46. p. 102

Primogenitus ſi non à natura, ſed ex accidenti ſit incapax ob cauſam alicuius infirmitatis, ſeu maleficij, dum ea infirmitate laborat, priuari debet gubernio, vel adminiſtratione Regni, ſeu Dignitatis iuriſdictionem habentis, & ei adiutor nominari debet, p. 2. c. 6. n. 6. p. 155

Si à natura ſit incapax, vide verb. *Succeſſio.*

Primogenitus licèt tempore ſuæ natiuitatis ſit capax ſucceſſionis in Regno, ſeu Dignitate iuriſdictionem habente, ſi tempore delatæ ſucceſſionis laborat furore, vel dementia, ſuccedit filius, ſeu eius deſcendens, vel ſecundogenitus, ſeu ſequens in gradu, n. 7. ibid.

Vide etiam ad hoc, verb. *Succeſſio.*

Primogenia ſunt de iure diuino, p. 3. c. 2. num. 1. & 2. p. 169

Primogenitus de iure Diuino duplicatam partem omnium bonorum obtinebat, ſedebat ad dexteram patris, & aliis fruebatur priuilegiis, quæ referuntur, p. 3. c. 2. n. 3. p. 169

Primogenia, quæ erant de iure Diuino, proueniebant ex lege Diuina. Primogenia autem in noſtra Hiſpania, proueniunt ex hominum diſpoſitione, aut Regis conſenſu, aut legis permiſſu, ibid. n. 4. p. 170

Primogenia in noſtra Hiſpania ſunt ad exemplum primogeniorum de iure Diuino, attenta eorum origine, n. 5. ibid.

Primogeniorum, ſeu maioratuum ſucceſſio incompatibilis eſt in Hæreticis, n. 6. ibid.

Idem in ſucceſſione fideicommiſſorum perpetuorum, Patronatuum, & Anniuerſariorum, ibid. n. 7. p. 170

Primogenia diuidendi cauſa, & vocandi ad aliud ſecundogenitum, ea cenſetur, ob euitandam confuſionem familiæ, nominis, armorum, vel memoriæ inſtitutoris, & ne vnum primogenium cum alio obumbretur, ſupprimatur, vel confundatur, p. 3. c. 5. n. 30. p. 191

Et quod hoc conuenit fauori publico, num. 31. ibid.

Primogenium ſuum quod ſit incompatibile cum alio poteſt inſtitutor diſponere ex iure Gentium, p. 4. c. 1. n. 4. p. 195

Primogenituræ ius tranſit ordine ſucceſſiuo de vno in alium; non quòd vnus ab alio cauſam habeat, ſed à primo inſtitutore, p. 5. c. 2. n. 37. p. 228

Primogenituræ ius non tranſit à die natiuitatis, ſed à die celebrati actus, p. 5. c. 2. n. 38. ibid.

Primogenitus habet pro ſe præſumptam inſtitutoris voluntatem, ad hoc quod ſi ab eo euincatur maioratus incompatibilis cum alio ratione Quotæ, poſſit reuertere ad alium maioratum contra ſecundogenitum, p. 5. c. 6. n. 107. p. 258

Primogenitus ſi ſit prouiſus vno ex duobus maioratibus incompatibilibus, ſi ceſſet prouiſio reuertere debet ad alium maioratum qui erat incompatibilis, ibid. n. 168. & 109. p. 258

Primogenitus poteſt reuertere ad alium maioratum incompatibilem, ſi bona eius maioratus, quem poſſidet, deficiant ex aliquo caſu fortuito, vt incendio, vel ruina, p. 5. c. 6. n. 121. p. 259

Primogenitus habet regreſſum ad alium maioratum incompatibilem ratione Quotæ; ex voluntate inſtitutoris, quando bona maioratus in totum, vel in partem perierunt, ibid. n. 124. p. 260

Primogenitus non valet recurrere ad maioratum alium incompatibilem ratione Quotæ, ſi bona ſui maioratus ſua culpa perdiderit, n. 129. ibid.

Primogenitus ſua culpa poteſt perdere maioratum, & eo priuari, ob contrauentionem, & aliis de cauſis, n. 130. ibid.

Et an hæc priuatio, ſeu ademptio ſit perſonalis, an realis? remiſſiuè, ibid.

Primogenia inſtituta de Tertio, & Quinto, ſecundum diſpoſitionem *legis* 27. *Tauri*; etiamſi habeant duo incompatibilia officia publica, non poſſunt diuidi, niſi aliquis ex deſcendentibus ſuperſit: & ſic de Aſcendentibus, & Tranſuerſalibus, p. 6. c. 4. n. 96. p. 282

Primogenia duo, quorum quodlibet requirat reſidentiam in diſtincto loco, etiamſi fructus cuiuſque non ſint ſufficientes ad congruam ſuſtentationem, ſunt incompatibilia, part. 7. c. 2. num. 2. p. 291

Primogenium conditum ſub conditione, quod ſi poſſeſſor ſuccedat in alio maioratu, qui ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, alius maioratus tranſeat ad ſequentem ſucceſſorem, & non expreſsè declaret qualem quantitatem debeat habere; tunc in hoc caſu Iudex arbitrari debet, & regulare ſuum arbitrium prout traditur, p. 7. c. 3. à num. 5. vſque ad 11. De iure Canonico vſque ad n. 15. p. 294. & ſeq.

Primogenitus in vita patris habet idem dominium in Regno, Comitatu, vel Maioratu, quod pater; ſoláque ipſi denegatur adminiſtratio, p. 7. c. 6. n. 5. p. 319

Primogenitus in vita patris habere dicitur eandem inueſtituram, ac poſſeſſionem, quam pater; taliter quod poſt mortem patris non dicitur ſuccedere in maioratu, vel feudo, ſed illud retinere, & continuare eius poſſeſſionem, n. 6. ibid.

Primogenitus in vita patris certam adquirit ſpem ſuccedendi in maioratu, ex tempore quo naſcitur, ita firmam & inuariabilem, atque immutabilem, vt neque per Principem euelli poſſit, num. 7. ibid.

Primogenia duo ſi concurrant incompatibilia in primogenito, primogenitus vnum eligere debet, & alterum tranſit ad eius fratrem, p. 7. c. 6. num. 12. & 13. p. 320. & à n. 49. vſque ad 51. p. 324

Primogenita duo ſi concurrant incompatibilia in primogenito, & electo vno à primogenito, filius maior primogeniti, ſeu eius deſcendentes ſuccedere debent in altero maioratu, ibid. num. 14. p. 320

Primogenitus habet vocationem ad ſucceſſionem maioratus incompatibilis cum alio electo, & à patre retento, n. 15. & 16.

Limita, niſi ratio incompatibilitatis fuerit realis, ſeu linealis, ibid. n. 36. p. 323

Primogenitus in vita patris impropriè habetur pro poſſeſſore; quia verè, & realiter, & propriè pater eſt, qui poſſidet; & dum pater viuit, nullum ius habet filius in illius bonis, nec ei debetur poſſeſſio, ibid. n. 40. p. 323

Primogenitus vſque ad mortem patris, non poteſt habere certam ſpem ſuccedendi in maioratu patris, quia quantumcumque proxima ſit, fallaciſſima eſt, n. 41. ibid.

Quia multa accidere poſſunt, quæ perturbent, & varient illam ſpem ſuccedendi, n. 42. ibid.

Primogenitus qui ſolum habeat ſororem, quæ in maioratu agnationis non poſſit ſuccedere, & concurrat

Digitized by Google

concurrat cum alio maioratu regulari, in quo fœmina poſſit ſuccedere ; an poſſit eligere maioratum agnationis , & dimittere maioratum regularem , in quo valeat ſuccedere fœmina ? Et an idem , ſi primogenitus habeat fratrem vterinum, qui non valeat ſuccedere in maioratu primogeniti fratris ex parte ſui patris ? Reſoluitur hæc quæſtio ardua cum quadam diſtinctione, part.8. c.6.à n.29 vſque ad 33. p.361

Primogenitus ad quem ſpectat ſucceſſio duorum maioratuum , ſi prius vnum obtineat , an & eum eligere cenſeatur, & alteri vocaturo renuntiare, à n.34.vſque ad fin. ibid.

Primus.

Primus in gradu, ſi nolit , vel non petat bonorum poſſeſſionem , admittuntur filij tanquam ſequentes in gradu , p.4.c.1.à num.8.vſque ad num.11. p.195

Princeps.

Princeps poteſt diſpenſare , & Regiam ſuam facultatem concedere pro vna vice , ad hoc vt aliquis poſſit habere duos maioratus incompatibiles ſi ſint incompatibiles ex diſpoſitione legis,p.7.c.1.à n.50.vſque ad 53. p.290

Princeps in maioratibus incompatibilibus ex diſpoſitione hominis , non debet diſpenſare , nec ſuam Regiam facultatem concedere ad hoc vt ſucceſſor vnus eos habeat, niſi ob bonum publicum, & ex cauſa vtilitatis Reipublicæ ; & tunc dato bono cambio,ibid.n.54.& 55. p.290

Princeps poteſt prohibere ne Monaſteria , Clerici, vel Religioſi poſſint ſuccedere in officiis publicis tanquam in bonis liberis , ſeu vinculatis ; & redditur ratio, p.7. c.5. à num.118. vſque ad fin. p.318

Principium.

Principium huius libri ſumitur à Principe omnium Deo noſtro,princ.n.1. p.3

Principium vnum vniuerſorum eſt Sancta Trinitas, præter quod , aliud inueniri non poteſt , num.2. ibid.

Et quare hoc Opus incipiat ab inuocatione myſterij ſanctiſſimæ Trinitatis n.3. ibid.

Priuatio.

Priuationis pœna quomodo intelligi debeat?p.3.c.1. n.26. p.160

Priuationis pœna differt à conditione, & hæc differentia procedit ex voluntate teſtatoris, ibid. n.27. p.161

Limitatur , & declaratur diſtinctio , num. 28. ibid.

Priuatio ob contrauentionem an noceat filiis,& deſcendentibus ? & diſtinctiones ſuper hac quæſtione : vide ibid.à n.66.vſque ad 69. p.166

Priuari non debet filius ob contrauentionem in caſu *legis* 27. *Tauri* , quando maioratus de Tertio, & Quinto , ad illegitimos , vel Aſcendentes , vel Tranſuerſales , vel extraneos venturus eſſet , ibid. n.86. p.167

Vide etiam verb. *Adam* , & verb. *Contrauentio.*

Priuilegium.

Priuilegium , & præſcriptio , ſunt incompatibilia, p.7.c.5.n.23. p.306

Priuilegium Principis,vide in verb.*Princeps.*

Priuilegium fori amittit,qui in minoribus Ordinibus conſtitutus factus eſt miles ſæcularis , part.7. c.5. n.27. p.306

Probatio.

Probandi onus , ad hoc vt appareat an maioratus ſit incompatibilis cum alio ratione Quotæ , cui incumbat ? p.1.c.5.n.33. p.49

Probatio negatiua quando coarctatur loco , & tempore, eſt vſitata pro defenſione reorum, quæ prouenit ex incompatibilitate de iure naturali : vbi non compatitur quod vnus homo poſſit adeſſe vno eodémque tempore in diuerſis locis,p.2.c.1. n.47. p.126

Probatio negatiua coarctata loco, & tempore, debet concludere naturaliter,n.48. ibid.

Probatio negatiua coarctata loco, & tempore, debet probari per teſtes idoneos præditos naturali veritate, & ſinceritate, n.49. ibid.

Probatio negatiua requirit , quòd non largè , ſed ſtrictè ſit coarctata loco , & reſtricta ad tempus non breue,ibid.n.50. p.127

Probatio negatiua coarctata loco , & tempore , fieri debet per teſtes , qui remoueant actum à ſenſu, non autem ſenſum ab actu, ibid.n.51. p.127

Probatio negatiua coarctata loco , & tempore , requirit quòd teſtes reddant naturalem rationem, commemorando aliquid notabile, ex quo reddant ſuam depoſitionem veroſimilem, & abſque ſuſpicione, n.52. ibid.

Probari quomodo debeat Negatiua coarctata loco, & tempore, per articulos ad interrogandos teſtes? refertur ad praxim, ibid. à num.53.vſque ad 58. p.127

Probare cui incumbat, maioratum eſſe ſufficientem, necnè ad congruam ſuſtentationem,p.7.c.3.n.19. p.296

Probandi onus , ad ſciendum quando maioratus ſit incompatibilis ex eo quod habeat *dos quentos de renta*, an incumbat actori, ſiue ei qui dixerit habere illam quantitatem redditnum in quolibet anno ? p.8.c.4.à n.26. p.350

Probandi onus incumbit reo , ſi ille allegauerit maioratum habere onera perpetua, ſiue tributa, p.8. c.4.à d.n.26. vſque ad fin. ibid.

Procurator.

Procurator generalis Ciuitatis , vel Villæ , qui aliàs dicitur Syndicus , an poſſit ſimul habere obligationem publicam macelli , nempe, *de la Carniceria, o otro abaſtecimiento.*Vide remiſſiuè, p.6.c.4. n.49. p.278

Profeſſus in Religione.

Profeſſi bona in Ordine Minorum, non condito per eum teſtamento , veluti hæreditas iacens , pertinent ad venientes ab inteſtato, part.7.c.5.num.9. p.305

Profeſſus in Ordine Minorum non ſuccedit ab inteſtato ſibi coniunctis , nec Monaſterium ex illius perſona , vnde hæreditas vadit ad eos , ad quos petineret, ſi ille vere obüſſet,n.12. ibid.

Vide alia, verb.*Filius*,& verb.*Frater.*

Prohibitio.

Prohibitiuum , quod eſt attenditur, quando in mixto concurrunt cauſa prohibitiua , & permiſſiua, p.2.c.3.n.48. p.140

Prohibitio ne maioratus cum alio iungatur , excluſo primogenito qui alium maioratum habeat , & vocato ſecundogenito , cenſetur realis , & non perſonalis, & ambo maioratus ſimul ab vno poſſideri non poſſunt, licèt primò ſuccedatur in maioratu prohibito iungi cum alio : reprobata opinione deciſionis Antonij de Gamma , Dom. Caſtillo, & Mieres,p.3.c.5.n.35.& 36. p.191

Prohibitio ſuccedendi in altero maioratu facta illi qui alium poſſideat; eſt excluſio ſucceſſionis in illo altero maioratu,p.4.c.2.n.9. p.202

Prohibitio ſpecialis tradita per *legem 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* tanquam exceptio firmat regulam in contrarium,ibid.n.15. p.203

Prohibitio concurſus ſui maioratus cum alio, vel aliis, vtrùm cenſeatur realis, vel perſonalis? non dependet ſolùm à verborum conceptione, & proprietate, ſed à mente, & inſtitutorum voluntate, ibid.n.24. p.204

Prohibitio concurſus ſui maioratus cum alio maioratu, non ſolùm perſonas, ſed etiam bona reſpicit, & ideo cenſetur realis,n.25. ibid.

Prohibitio concurſus duorum, plurimmè maioratuum, etiam appoſita in vno capite, gradu, ſeu perſona, non eſt incompatibilis cum alia perſona, aliouè gradu; Ergo poteſt dari repetitio, ibidem, n.27. p.204

Prohibitio concurſus de vno cum alio maioratu, eſt fauorabilis,& non odioſa,n.28. ibid.

Prohibitio concurſus de vno cum alio maioratu, ius commune non corrigit, ideo admittenda eſt repetitio, & extenſio,p.4.c.2.n.30.& 31. p.204

Prohibitio concurſus de vno cum alio maioratu, quod realis cenſeatur, & fauorabilis, & quod debeat extendi de perſona ad perſonam, & de gradu ad gradum, vel de linea ad aliam, tenent ac defendunt duo grauiſſimi Doctores, & eſt verior opinio,n.32. ibid.

Prohibitio concurſus de vno cum alio maioratu, quod ſit perſonalis, & non extendenda, non habet locum contra voluntatem expreſſam, ſeu coniecturatam inſtitutoris,n.33. ibid.

Et quod ab eius mente, ſeu voluntate dependeat eſſe vel non eſſe realem, vel perſonalem, ibid. n.34. p.304

Prohibitio concurſus de vno cum aliis maioratibus, quòd non ſit odioſa, nec exorbitans à iure communi, probatur, & defenditur pro veriori ſententia,n.35. ibid.

Prohibitio concurſus de vno cum alio maioratu, realis cenſeri debet, etiamſi ſit appoſita nominatim vni ex vocatis ſucceſſoribus: veluti, *ſi Petrus ſuccedat in alio primogenio*, &c. ibidem, num.36. p. 205

Prohibitio concurſus de vno cum alio maioratu, realis cenſeri debet, quamuis ſit appoſita ſecundo, vel tertio vocato, vel in clauſula ſecunda, vel immediata,n.37. ibid.

Prohibitio concurſus de vno cum alio maioratu, tunc cenſebitur perſonalis, & non realis, quando expreſsè atque verbis taxatiuis inſtitutor voluit, quod ad vnam tantum perſonam, gradum, vel lineam, & non ad aliam referatur, ibid. num.39. p.205

Prohibitio concurſus de ſuo cum alio maioratu, vtrùm comprehendat caſum, in quo maritus vtrumque maioratum incompatibilem ex diſpoſitione hominis poſſideat; vnum iure proprio, & alterum iure mariti,p.4.c.3.n.1. p.206

Prohibitio concurſus duorum maioratuum debet intelligi de concurſu per ſucceſſionem, non autem de concurſu titulo adminiſtrationis, vel fruendi ex capite alterius, n.2. ibid.

Prohibitio concurſus duorum maioratuum ex diſpoſitione *legis 7.tit.7.lib.5.Recopil.* habet locum in concurſu maioratus cum dignitate Ducatus, Marchionatus, vel Ducatus, p.4.c.4.n.25. p.211

Prohibitio concurſus duorum maioratuum habet locum quando maioratus concurrit cum dignitate Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus,conceſſa iure primogenituræ, vel quòd in ea ſuccedatur iure maioratus: aliter ſecùs. Cum qua diſtinctione componuntur quæſtiones & opiniones Doctorum,ibid.n.27.& 28. p.211

Prohibitio concurſus duorum maioratuum, an habeat locum ſi concurrat maioratus cum dignitate, reſoluitur cum diſtinctione, & concordatur *lex 6.tit.16.partit.4.cum lege 12.tit.2.part.2.* Et hæc concordia probat diſtinctionem ſuprà relatam,ibid.à n.29.vſque ad 33. p.212

Prohibitio ne ſuus maioratus cum alio iungatur, formatur per verba negatiua,p.5.c.3.n.40. p.235

Prohibitum in partem alienari, ſeu diſmembrari ſine conſenſu dominidirecti, poteſt reintegrari ab ipſo alienante,p.5.c.6.n.21. p.250

Prohibitio ne ſuus maioratus cum alio iungatur, in dubio præſumitur appoſita, ne memoria, nomen, vel arma ſua confundantur, vel ſaltem obumbrentur,p.8.c.1.à n.5.vſque ad n.9. p.327

Vide etiam verb. *Conditio*, verb. *Grauamen*, & verb.*Concurſus*.

Pronomen.

Pronomen, ſeu reciprocum *ſus deſcendientes,in l.27. Tauri,* debet referri ad filios melioratos, p.1.c.6. n.235. p.77

Proprietas.

Proprietatem ſi deducat vnus ex oppoſitoribus ad maioratum, habebit vicem actoris, & aduerſarius vicem rei,p.5.c.5.n.42. p.244

Vide amplius verb.*Poſſeſſorium.*

Proprium.

Proprium alicuius dicitur, quod debetur, vel deberi ſperatur,p.7.c.6.n.8. p.320

Proteſtatio.

Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis, p.7.c.4.n.13. p.298

Proteſtatio non releuat proteſtantem inter incompatibilia ex diametro contraria, num. 14. & 15. ibid.

Prouiſio.

Prouiſio hominis non tollit prouiſionem legis iam factam, ſeu natam, ſed tantum faciendam, ſeu naſcituram,p.5.c.6.n.112. p.259

Proximior, & Proximitas.

Proximitas, vel alia qualitas ad ſuccedendum in maioratu, attenditur tempore mortis vltimi poſſeſſoris,p.1.c.4.n.27. p.40

Proximitas vltimi poſſeſſoris eſt attendenda; & eius reſpectu metienda in ſucceſſione maioratus, p.1. c.6.n.196. p.74

Proximior vltimo poſſeſſori ſuccedere debet, & ſic primogenitus, qui proximior eſt,part.1.c.8.n.25. p.100

Proximior vltimi poſſeſſoris ſemper debet præferri, p.3.c.4.n.28. p.183

Proximior vltimi poſſeſſoris maioratus, qui fuit in poſſeſſione iniuſta, vel iniqua, non eſt attendendus; ſed is, qui proximior ſit ei, ad quem legitimè ſucceſſio maioratus pertinebat, p.4.c.1.n.85. 86. p.199

Pupillus.

Pupillus factus maior, teſtimonium ferre poteſt de his, quæ in pupillari vidit ætate,p.1.c.6.num.49. p.61

Digitized by Google

Q

Qualitas.

QValitates ſi ſimul concurrant, quarum quæli-bet de per ſe poteſt operari ſuum officium, vna qualitas non derogat alteri, p.1.c.1. num.41. p.15

Qualitates incompatibiles, & contrariæ, ſi in mixto concurrunt, tunc mixtum non continetur ſub ſimplici, p.2.c.3.n.26. p.138

Qualitates duæ paris potentiæ quoties concurrunt, tantùm iuris habet vna ad reſiſtendum, quantùm altera ad obtinendum, ibidem, num. 48. & 49. p.140

Qualitates ſexus muliebris, & virilis, in Hermaphrodito, ſunt incompatibiles, num.51.& 52. ibid.

Qualitas ſexus præfertur, quæ alium ſexum obumbrat, & ſuperat, ibid.n.66. p.141

Qualitas ſuperueniens licèt regulariter non mutet effectum antea introductum, attamen in iis, quæ ſunt incompatibilia, qualitas ſuperueniens mutat effectum antea introductum, p.5.c.6. num.119. & 259

Qualitatem requiſitam à lege in filio maiore, neceſſe eſt concurrere ad ſuccedendum, & non ſufficit eſſe filium in ætate maiorem, part. 8. c.5. num.6. p.352

Quantitas.

Vide verb. *Computatio*, & *Computum*.

Quarta.

Quarta coniugalis, quæ ad vxorem, vel maritum pauperem pertinet, non reuocatur etiamſi poſtea ſit diues, p.5.c.6.n.104. Declaratur, n.112.p.258. & 120.p.259

Quæſtio.

Quæſtio inter lineam ſuperiorem atque anteriorem omiſſam, & lineam aliam etiam ſubſequentē omiſſam, quando ſucceſſio incepit ab alia intermedia, quæ fuit vocata, diuerſa eſt ab illa quæſtione de reintegratione lineæ in maioratu Agnationis, ſeu ſimplicis maſculinitatis, p.1. c.8.num.14. & 15. p.99

Quæſtio inter primogenitum, & eius fratrem, patruum, & eius filium, ſuper maioratu incompatibili inſtituto ſub clauſula, *ſucceda otro en el otro maiorazgo, porque mi voluntad es, que no anden juntos, ono ſe junte con otro maiorazgo* eſt difficillima: adeo quod in Tribunalibus ſuperioribus, vbi frequenter ſe offert, remittitur ſæpius ob diſcordiam de vna ad aliam Aulam decidenda, contrariæque ſententiæ proferuntur. Nihilominus reſoluitur hîc cum diſtinctione quadam magiſtrali, ſcilicet, an ratio incompatibilitatis comprehendat lineam, vel tantum perſonam, ſiue ſit realis & linealis, vel perſonalis, p.7. c.6. à n.33. vſque ad 48. p.322

Quæſtionem inter fratres ex vno partu, ita vt ignoretur de primo edito ad ſucceſſionem Regni, vel maioratus, decidit *lex noſtra* 12.*tit.*34.*partit.*7.p.2.c.5.à n.17.vſque ad n.21. p.150

Limitatur vbi intercedit fauor teſtatoris, vel fauor publicus, vel libertatis, ibidem, num. 35. p.151

Declaratur exemplis, à num. 36. vſque ad 38. ibid.

Limitatur etiam, quando eſt incompatibile, quod duo, vel plures, id conſequi valeant, & declaratur exemplo, n.40. ibid.

Limitatur etiam quando præmium aut ſucceſſio non poſſit dari duobus, niſi cum maximo inconuenienti, ſeu damno publico, ibid.num.46. p.152

Quota.

Quota in maioratibus incompatibilibus ratione Quotæ, non eſt conſideranda reſpectu bonorum, ſed reſpectu fructuum, vel redditùum eorum, p.1. c.5.n.22. p.47

Vide amplius verb. *Computatio*, & *Computum*, & verb. *Res*.

R

Ratio.

RAtio decidendi *in l.5.& 14.tit.7.lib.5.Recopil.* p.1.c.6.n.157. p.70

Ratio decidendi *in leg.27. Tauri*, in quantum prohibet quòd parentes non vocent extraneos, niſi priùs vocatis deſcendentibus, Aſcendentibus, & Tranſuerſalibus, p.1.c.6.n.233. p.77

Comprobatur *ex leg. humanitatis, Cod.de impub.* n.234. ibid.

Ratio prohibitionis concurſus vnius cum alio maioratu, militat etiam in concurſu, cum dignitate Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, part. 4. c.4. n.23.& 24. p.211

Ratio decidendi datur ad textum *in l.fin. C.de Codicill.* p.6.c.1. n.2. Et eius caſus figuratur ex Baldo, n.3. p.261

Rationes decidendi in Clementina *Gratia, de reſcriptis*, referuntur; & reſpondetur ad rationes in contrarium, p.7.c.4.à n.5.vſque ad 9. p.297

Rationes decidendi *in leg.7.tit.7.lib.5. Recopilationis*, p.3.c.5.à n.16.vſque ad 18.p.189.& p.8.c.1. à n.2.vſque ad 20. p.327

Ratio decidendi apposita in præfatione *leg. 7. tit.7. lib. 5. Recopilat.* conuenit legi Diuinæ *Numerorum, cap.*26.& 27. & *aliis ſacra pagina*, quæ referuntur. Quod comprobatur & illuſtratur ex authoritate, & loco inſigni Ioannis Bodini, & aliorum, p.3.c.5.à n.1.vſque ad 5.& n.16.& 17. p.189. & p.8.c.1.à n.54.vſque ad 60. p.332

Ratio decidendi *in leg.40.Tauri*, p.1.c.6.num.157. p.70

Ratio decidendi *in cap.1.de natura ſucceſſionis feudi*, p.1.c.6.n.202. p.74

Rationes decidendi, *in leg.his quidem, Cod.qui militare poſſunt, vel non*, p.6.c.4.à n.3. p.274

Rationes decidendi, *in leg.12.tit.7. lib.5. Recopilat.* p.8.c.10.à n.9. p.369

Rectores.

Rectores ciuitatum, vel oppidorum, an poſſint eſſe fideiuſſores Theſaurarij redditùum Regalium, qui hoc officium emit à Regia Maieſtate? remiſſiuè, p.6.c.4.à n.50. p.279

Rectores ciuitatum, vel oppidorū, ſub pœna amiſſionis & priuatione officij, & quartæ partis bonorū, non poſſunt eſſe conductores Regalium, nec aliarum rerum ad ciuitates pertinentium, nec conductorum fideiuſſores; ſed ſi tempore, quo in officio Decurionatus, vel aliorum officiorum ſucceſſerunt iam erant Conductores, ſeu fideiuſſores, non ex eo priuari debent, p.3.c.3.n.15. p.176

Vide alia, verb. *Decurio*.

Redditus.

Redditus annuos adquirere Fratres Minores non poſſunt, cùm inter immobilia cenſeantur, p.7.c.1. n.32. p.306

Vel ſi ad modicum tempus relinquantur, etſi deputentur ad victum, vel veſtitum, num. 34. & 35. ibid.
Vel per modum eleemoſynæ, à n. 36. vſque ad 46. p. 307
Et refertur caſus, in quo Guardianus in Regali Monaſterio oppidi *de la Zubia*, ſub vocatione *Sancti Ludouici*, agnoſcere noluit legatum annuum in titulum alimentorum in perpetuum relictum, impoſitum ſuper fundo, quem hodie poſſidet iure maioratus primogenitus Authoris, ibid. n. 53. p. 308
Vide verb. *Computatio*, & verb. *Fructus*, & alia circa Fratres Minores, verb. *Frater*.

Regula.

Regula, *Quod in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus*, quomodo intelligi debeat, p. 3. c. 4. n. 20. p. 183
Regula textus in lege, *Dolo facit, qui petit, quod reſtituturus eſt*, non procedit in interdicto *Retinendæ*, in poſſeſſorio, cùm ſit incompatibile cum petitorio: & redditur alia, atque alia ratio, par. 5. c. 5. n. 52. p. 245
Et confirmatur de iure Regio, n. 53. ibid.
Impugnanturque opiniones aliquorum Doctorum, n. 53. ibid.
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur, ſi vēditio fuit nulla propter defectū conſenſus, p. 5. c. 6. n. 19. p. 250
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur, ſi aliquis alienam rem maioratus ſine conſenſu Domini directi vendidit, & poſtea hæres venditoris in maioratu ſuccedat, p. 5. c. 6. n. 20. ibid.
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur, quando venditio fuit facta nomine eius cuius res erat, attamen ſine eius mandato; licèt Dominus rei hæres extet venditori, n. 23. ibid.
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur, quando alienatio procedit ex præſcriptione rerum feudalium, vel maioratuum, ibid. n. 24. p. 250
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur, quando teſtator non reliquit hæredi id, quod relinquere tenebatur, n. 27. ibid.
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur, quando poſſeſſor maioratus non alienauit, ſed ſolùm conſenſit alienationi; Quia hæres ex perſona propria poterit contrauenire, n. 28. ibid.
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur, quando poſſeſſor maioratus non ſolùm conſenſit alienationi, ſed etiam promiſit non contrauenire per ſe, nec per alios, ibid. n. 29. p. 251
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur per textum *in l. fin. C. de euictionib.* ſi ſucceſſor in maioratu ſit hæres illius, qui tantum fuit fideiuſſor alienantis rem maioratus: quia poteſt ex ſua perſona rem vindicare, n. 30. ibid. Et redditur ratio, n. 31. p. 251
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur, quando emptor ſciebat rem eſſe maioratus, & prohibitam alienari, n. 32. ibid.
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur, quando res vendita eſſet antiqua ſuorum maiorum, n. 33. ibid.
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur, quando quis non habet lucrum iure hæreditario, ſed iure particulari, ibid. n. 34. p. 251
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur quando alienatio eſt prohibita ſub pœna amiſſionis rei ipſius, n. 35. ibid.
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur, quando nullus alius de familia ſupereſt, n. 36. ibid. Et quomodo hoc debeat intelligi, ibid. Et ſequens in gradu, veluti filius, viuente patre poterit vindicare, ibid. n. 37. & 38. p. 251
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur, quando eſt hæres cum beneficio Inuentarij, n. 39. ibid.
Licet alij in contrarium teneant, n. 40. p. 252
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*. Limitatur in caſu ſpeciali, quando grauatus rem reſtituere, ſi ſine filiis deceſſerit; eamdem rem vendidit matri illius, cui res erat reſtituenda: tunc enim filius, tanquam hæres matris, qui in re ſucceſſit, poterit conſequi pretium, n. 41. ibid.
Regula, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*, habet alias limitationes adnotatas, *in leg. cum à matre, Cod. de rei vindicat.* n. 42. ibid.
Regula, *Qui non poteſt per ſe, nec per alium poteſt:* Explicatur, p. 6. c. 4. n. 80. p. 281
Regula, *Quod duæ Eccleſiæ, vel plura beneficia, maximè curam animarum habentia, incompatibilia apud vnum ſunt:* Limitatur, & ampliatur, p. 7. c. 1. à n. 1. vſque ad n. 18. p. 284
Regulæ prædictæ ampliationes, & limitationes, quæ deducuntur ex textu, *in cap. eam te, 4. §. ſed etiam: de ætate, & qualitate:* vtrùm procedant in vinculis, maioratibus, & patronatibus, ibid. num. 19. p. 286. Et conſtituitur differentia inter diſpoſitionem hominis, & diſpoſitionem legis, ibid. n. 20. & 21. p. 286

Reintegratio.

Reintegrationis lineæ quæſtio quando in maioratu puræ agnationis omnes agnati deficiunt, proponitur diſputanda, p. 3. c. 3. n. 21. p. 183
Reintegratio lineæ quòd habeat locum in fauorem fœminæ potioris lineæ, probatur ex pluribus teſtibus, & authoritatibus, quæ referuntur, num. 29. & 30. ibid.

Rei vindicatio.

Rei vindicationem intentans fatetur eo ipſo poſſeſſionem eſſe penès aduerſariū, p. 5. c. 5. n. 25. p. 242
Rei vindicationis materia magiſtralem & vulgarem regulam habet, *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio*, quæ pertinet ad incompatibilitatis tractatum, p. 5. c. 6. n. 2. p. 248
Vide limitationes huius regulæ, in verb. *Regula*.

Relator.

Relator exercere non poteſt officium Aduocati, ne deficiat in officio Relatoris, p. 6. c. 4. n. 44. p. 278
Author tamen diſpenſare vidit in caſu, quo quidam Aduocatus in lite magni momenti, & ponderis, poſtea electus ad Relatoris officium, vſus fuit officio Aduocati, cum licentia conceſſa à Dominis Senatoribus ſuæ Aulæ ad hoc vt defenderet ſuum clientulum in illa lite, in qua antea fuerat Aduocatus, n. 45. ibid.

Digitized by Google

Relatoribus quotidie licentia conceditur à Dominis Senatoribus ad defendendas proprias lites, ibidem, dicto n.45. p.278

Relegatus.

Relegatus ad certum tempus, finito tempore poteſt redire abſque licentia ſuperioris, p.2. cap.2.n.14. p.131.

Relictum.

Relictum in pœnam, ſeu pœnæ nomine, eſt quidquid coërcendi hæredem, vel ſucceſſorem in maioratu causâ relinquitur alteri: ad hoc vt aliquid faciat, aut non faciat, p.3.c.1.n.24. p.160

Religio, & Religioſus.

Religionis ingreſſus, & profeſſio, tollit omnem maculam, & incapacitatem ex natalibus illegitimis prouenientem, legitimatione per oblationem Curiæ cœleſti inducta, p.1.c.6.n.99. p.65

Religioſus non ſuccedit in maioratu, à quo excluſus ſit Clericus, p.1.c.9.n.14 p.105

Religioſus non poteſt fungi officio aliquo publico ſæculari, niſi in certis caſibus, p.6.c.4. à n.36. vſque ad 38. p.277

Religionis ingreſſu, & profeſſione videtur quis renunciaſſe beneficium tacitè, ob incompatibilitatem, p.7.c.4.n.25. p.299

Religionem ingreſſus fratrum Minorum, habetur pro mortuo, & ante ingreſſum poteſt pro eleemoſyna aliquid concedere Religioni Diui Franciſci, & de aliis bonis diſponere, obſeruando, quod diſpoſitum eſt in Concil. Trid. p.7.c.5.n.8.p. 305 Et cum limitatione tradita, n.58.& 59. p.309

Religioſi Societatis Ieſu non ſuccedunt ex perſona Religioſi profeſſi: neque fratres Minores de obſeruantia, & Capucini: & ſic Religioſus profeſſus in Religione Minorum, Capucinorum, & Societatis Ieſu, non poteſt ampliùs de ſuis bonis diſponere, non aliter ac ſi naturaliter mortuus eſſet, n.60. ibid.

De Religionis Heroſolymitanis, vulgò *del Orden, de Señor San-Iuan*, & de aliis Equitibus S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, vide verb. *Ordo.*

Remedium.

Remedia inter ſe contraria, ſeu incompatibilia, non poſſunt proponi ad agendum; & neceſſe eſt quod vnum eorum eligatur, p.6.c.2.n.2. p.265 Comprobatur, n.3.4.& 5.ibid.& p.266 Vide amplius, verb. *Actor.* & verb. *Poſſeſſorium.*

Renunciatio.

Renunciatio debet eſſe expreſſa, & non comprehendit id quod tacitè ineſt: Tamen hoc fallit inter Incompatibilia, ex *Clementina, Gratia: de Reſcriptis*, p.7.c.4.à n.16. vſque ad 22. p.298

Renuntiare videtur beneficio, & priuilegio fori, qui in minoribus conſtitutus factus eſt miles ſæcularis, ibidem, n.27. p.299

Renuntiare videtur beneficium, qui contrahit matrimonium: vel qui profeſſus eſt Religionem; vel qui acceptat Epiſcopatum, ibidem, à n.14. vſque ad 27. p.299

Renunciare non intelligitur quis iuri quod ignorat, aut ſibi dubitat competere, ibidem, n.33. p.300

Repetitio.

Repetitio de vno ad aliud toties non datur, quoties id, quod continetur in vno gradu, ſeu capitulo; eſt diuerſum, contrarium, ac incompatibile cum illo, quod continetur in primo, p.4.c.2.n.26. p.204.

Repetitio, & extenſio de vno ad aliud, datur in fauorabilibus, p.4.c.2.n.29. ibid.

Repræſentatio.

Repræſentatio ad ſuccedendum in maioratu non datur de patre ad filium, ſed de filio ac patrem, p.1. c.6.n.188.& 189. p.73

Repræſentatio non cenſetur excluſa, vocato conſanguineo meo magis propinquo, p.4.c.1.n.104. p.200.

Repræſentatio locum habet, quando aliquo temporis momento pater eſt in potentia, ſeu capax, aut habilis ad ſuccedendum in maioratu, p.7.c.6.n. 321.& p.8.c.5.n.56. p.356

Repræſentatio in maioratibus habet locum vltra filios fratrum in infinitum, p.8.c.5.n.41. p.355

Repræſentatio non eſt fictio, ſed priuilegium, ibid. n.54. p.356

Reprobatio.

Reprobationis facultas, & obligatio approbationis, non poſſunt concurrere apud eundem ſimul, p.5. c.6.n.4. p.248

Repugnantia.

Repugnantia, idem eſt quod Incompatibilitas, p.1. c.1.n.2. p.12

Res.

Res pretioſæ, quæ antea reddebant fructus, ſed ob cladem, aut nimiam vetuſtatem, vel ob flatum ventorum, quia euulſæ ſunt arbores, vel vites dirutæ; quomodo ſunt computandæ ad liquidandam Quotam in maioratu incompatibili ratione Quotæ, p.1.c.5.n.27. p.48

Res pretioſæ immobiles, veluti domus, vel turris magni valoris, attamen tenues in redditibus, quomodo ſunt computandæ circa maioratus incompatibiles ratione Quotæ, n.28. ibid.

Res pretioſæ nobiles infructiferæ, veluti arma aurata, vel argentea, gemmæ, margaritæ, catenæ aureæ, vel annulus, cum ſint ad ornatum corporis, vel domus, vel alterius ex rebus maioratibus, non computantur ad inducendam, maioratus incompatibilitatem cum aliis ratione Quotæ, n.29. p.49

Res quælibet ad primordialem ſuam naturam facilè reuertitur, p.3.c.4.n.59. p.186

Res ſpecialis ipſo iure reuertitur ad ius ſuum vniuerſale, n.60. ibid.

Res manet in ſuſpenſo interim donec ſubeſt ſpes quòd aliquis naſcatur, & interim penes adquirentem remanet dominium bonorum alienatorum, reuocabiliter tamen, p.5.c.2.n.52. p.229

Res ſua nemini ſeruit, p.6.c.4.n.3. p.237

Res, actus, vel diſpoſitio ſi deueniat ad caſum, à quo incipere non poterat, ex eo quòd poſtea deficiat eius cauſa finalis, ita irrita ſit, ac reſoluitur, & ad ſuum priſtinum ſtatum reuertitur, ac ſi numquam fuiſſet incepta, p.5.c.6.n.90.& 92.p.256 Et demonſtratur in exemplo de priuilegio certa quota decimarum ſuper terris, vel aliis rebus, quæ poſtea deficiant pro parte, vel in totum pereant, ibidem, à n.98. vſque ad 99. p.257

Res quæ ſemel vtiliter conſtitutæ ſunt, durant licet ille caſus extiterit, à quo initium capere non poterant, p.5.c.6.n.106. p.258 Declaratur à n.115. vſque ad.118. p.259

Res donata, vel legata, ſi pereat caſu fortuito, vtrum legatarius, vel donatarius poſſit reuertere contra donantem, vel hæredem, n.122.& 123. ibid.

Rei periculum: Vide in verbo, *Periculum.*

Res Eccleſiæ alienata, vide in verbo, *Prelatus.*

Res vna, Vide verb. *Vnus.*

Res iudicata.

Res iudicata pro veritate habetur, & facit de albo nigrum

Digitized by Google

nigrum, & è contra; niſi in computatione per ſcientiam Arithmeticæ, & regulas incompatibilitatis, p.1.c.5.n.6. & 7. p.46
Vide amplius, verb. *Sententia.*

Reſidentia.

Reſidentia in vno vel diuerſis locis, ſi requiratur per fundationes maioratuum, an pariat incompatibilitatem, & quid iuris in hoc caſu? Vide verb. *Maioratus*, & verb. *Primogenium.*

Reſtitutio in integrum.

Vide in verbo, *Minor.*

Rhetorica, & Rhetor.

Rhetorica eſt dilatata Dialectica, & ſe habet vt locutio dilucidior reddatur, & iucundior in auditu, ad magis, clarioríque modo ſuadendum, part.1. c.11.n.1. p.110
Rhetor fugere debet concurſum vocalium, & Syllabarum, qui concurſus in Rhetoricæ ſcientia (tanquam incompatibilia) reprobantur, n.2. ibid.
Rhetor vitare debet voces æquiuocas, quæ plura contraria, ſeu incompatibilia ſignificare poſſunt, ibid.n.4. p.110
Rhetor vitare debet amphibologiam, ſeu ambiguam orationem, n.5. ibid.
Demonſtratur exemplis, n.6. ibid.

Retrotractio.

Retrotractio non procedit in præiudicium Tertij, cui intermedio tempore ius fuiſſet quæſitum, part.1. c.4.n.11. p.38
Retrotractionis fictio tranſlatiua non debet præualere veritati, p.1.c.4.n.13. ibid.
Retrotractio non habet locum, licèt extrema ſint habilia, ſi medium ſit corruptum, cum non poſſint coniungi, p.1.c.4.n.15. ibid.
Redditur ratio, & demonſtratur exemplo, n.16. p.39.
Retrotractio datur in præiudicium Tertij, cui medio tempore ius ſibi non perfectè fuit quæſitum, ibid. n.63. p.43

Reus.

Reus non poteſt ſe defendere, cum exceptionibus duabus, pluribuſvè incompatibilibus, niſi conditionabiliter, & in ſubſidium de eis excipiat, p.6. c.3.n.9.& 10. p.269

Rex, Regina, & Regnum.

Reges Gothorum in Hiſpania ob culpam Imperatoris Valentis inciderunt in Arrianam hæreſim, tempore Atanarici primi, qui fuit Rex Gothorum vſque ad Martyrium Diui Regis Hermenegildi, & Regni ingreſſum Regis Flauij Recaredi, in Initio, n.10.& 11. p.3.& 4
Rex Leouigildus Viſigothorum, atque Hiſpaniarum, Pater Regis Hermenegildi, Arrianus fuit, num.9. ibid.
Rex Flauius Recaredus ob cauſam Martyrij ſui Fratris fecit congregationem, & promulgari vniuerſale Concilium Tertium Tolet.n.12. p.4
Rex Athanaricus, & omnes alij Reges Gothi vſque ad Regem Hermenegildum, & eius Fratrem Flauium Recaredum, Hæretici fuerunt, ibid.n.14. Et probatur, n.17. p.5
Rex Leouigildus I. contraxit nuptias cum Theodoſia filia Seueriani Magni Ducis Carthaginenſis, qui filius fuit Theodorici Regis Oſtrogothorum Italiæ, de quo matrimonio habuit Hermenegildum, atque Flauium Recaredum, n.21. ibid.
Rex Leouigildus Gothorum ſecundas contradixit nuptias cum Goſſiunda vidua Regis Athanagildi, n.23. ibid.
Rex Leouigildus operam dedit accuratiſſimo affectu, ad hoc vt Hiſpaniarum Regnum non per electionem, ſed per ſucceſſionem in ſuum filium Hermenegildum, & hæredes deueniret, n.24. ibid.
Rex Leouigildus in Curiis Conuentitiis obtinuit à Regno, quòd eius filius maior Hermenegildus eſſet Rex Hiſpalenſis, vbi ſedem ſuam Regiam Leouigildus habebat, qui retinuit ſibi Regnum Toletanum, & ſic ad Toletum tranſtulit ſuam ſedem Regiam, & in alias Regnorum Prouincias introduxit filium ſuum Flauium Recaredum, n.25. p.6.
Reges Hiſpaniarum habent Regnum per ſucceſſionem, non ex tempore Regis Pelagij, prout aliqui aſſerunt; ſed ex tempore Hermenegildi, & Flauij Recaredi, & ex tempore Regis Scintylæ, cui ſucceſſit Cyndas Vincto, & alij, vſque ad Rodericum, & exinde Pelagius, n.26. ibid.
Reges poſſunt in vita ſua Regni adminiſtrationem in totum, vel ſimul cum ipſis ad filios transferre, maximè primogenitos, n.27. ibid.
Rex Leouigildus, ad hoc vt eius filius maior Hermenegildus in vniuerſo Hiſpaniarum Regno ſuccederet, curauit vt cum filia Regis Francorum matrimonium contraheret, n.28. ibid.
Rex Hermenegildus ex negotiatione ſui patris contraxit nuptias cum Ingunda filia Regis Sigiberti, quæ prædita erat magnopere fide Catholica, n.29 ibid.
Regina Ingunda vxor Hermenegildi erat neptis Reginæ Goſſiundæ vxoris Regis Leouilgidi, n.30. p.6.
Regina Goſſiunda vxor Leouigildi, aſſociauit neptem ſuam Ingundam, ne reduceret ad fidem Catholicam Hermenegildum; & nihilominus ipſum ad Catholicam fidem reduxit Ingunda, & D.Leander, n.31. ibid.
Rex Leouigildus ſciens quòd filius ſuus Hermenegildus conuerſus eſſet ad fidem Catholicam, literas ad eum miſit, ſuadendo, obſecrando, exhortando, & increpando ad hoc vt à fide Catholica deſiſteret, & quod ſi ad Arrianam reuerteret non ſolum in parte Regni ſibi tradita eum conſeruaret, ſed & omnes alias tanquam in primogenitum transferret; aliter armis ipſum debellaret, ibid. n.32. p.6
Rex Hermenegildus debellatus fuit, & captus à patre ſuo Leouigildo; quem in vinculis oppreſſum in diuerſis carceribus detinuit, n.33. ibid.
Rex Leouigildus ſæpe ſæpius filio ſuo Hermenegildo offert Hiſpaniæ Regnū, & quod in ſuam gratiam reciperet ſi à fide Catholica deficeret, & ad Arrianam rediret, & in ſignum conuerſionis ſuæ communionem acciperet à Paſchaſio Arriano Epiſcopo; aliter ipſum Regno, & vita priuaret, n.34. p.6
Rex Hermenegildus recognoſcens, quòd incompatibile eſſet Regnum terrenum cum Regno Cœleſti, ſi ad Arrianam hæreſim reuerteret, elegit perſiſtere in fide Catholica, ad hoc vt poſſet conſequi Cœleſte Regnum, ibid.n.35.& 36. p.6
Et p.9.cap.vnico, n.9. p.369
Regis Hermenegildi Martyrium refertur, num.37. ibid.
Regnum diuinum, & humanum, incompatibilia ſunt apud hæreticos, & infideles, ibid. num.46. & 47. p.7.
Regnum propter hæreſim Regis non confiſcatur, ſed datur filio Catholico, ibid.n.57. p.8

Regnum Granatenſe, cum Mauritanis debellatum fuit duobus temporibus, tempore Regis Philippi I I. & tempore Philippi I I I. par.1. c.7.num.32. p.94.

Regnum diuiſum inter duos Gemellos habet maximum inconueniens & parit diſcordias, atque tragicos ſucceſſus: quod demonſtratur multis exemplis, p.2.c.5.à n 46.vſque ad 52. p.152

Regnum à *regendo*, & Rex à *Regno* denominatur, p.2.c.6.n.2. p.154

Regni Aragoniæ ſucceſſio per mortem Domini Martini, ad lineam vltimi poſſeſſoris continuatur, & linea anterior reintegrata non fuit deſtituta per agnatum,p.3.c.4.n.32. p.184

Regni cuſtodia communis,& ciuitatis,eſt,non ſinere vnum creſcere præter iuſtam menſurationem, p.8. c.1.à n.63. p.333

Regni, vel Reipublicæ, nihil periculoſius, quam nimia priuati alicuius magnitudo,n.66. p.334

Regis,& Regni, ſeu Reipublicæ vtilitati quàm conueniens eſſet, quòd lex noſtra, 7.*tit.*7.*lib.*5.*Recopilat.* intelligeretur non ſolum de coniunctione maioratus per viam matrimonij, ſed etiam per viam ſucceſſionis: & quod debeat intelligi etiam de coniunctione per viam ſucceſſionis, probatur ex profeſſo, n.68. vſque ad finem. ibid.

Rex Leouigildus, pater D.Hermenegildi,non potuit apponere grauamen deficiendi à fide Catholica, ad ſuccedendum in Regno,p.9.cap.vnico,à n.10. vſque ad 12. p.360

S

Sacramentum.

SAcramentum Baptiſmi ab hæretico miniſtro validè accipitur,Initio,n.42. p.7

Sacramentum Euchariſtiæ minimè ab hæretico accipiendum, ibid.n.62. p.8

Sacramentum Gratiæ, prout eſt Sacramentum Baptiſmi, dat Deus etiam per prauos, & malos miniſtros,n.64. p.9

Sanctus.

Sanctus Antonius de Padua in duobus diſtinctis locis vno eodémque tempore miraculosè apparuit verè, & corporaliter,p.2.c.1.n.35.& 36. p.125 Vide verb.*Homo.*

Secundogenitus.

Secundogenitus ſi ſit vocatus, omiſſo primogenito, tertio, & quarto,& cæteris fratribus ad ſucceſſionem maioratus, & decedat abſque liberis; vtrùm ſucceſſio ad primogenitum,& eius lineam ſuperiorem retrocedere debeat; vel vltra procedere ad tertiogenitum, vel quartogenitum, & inferiorem lineam? p.1.c.8.n.11. p.99

Et qu d ſi in linea ſequenti non inueniatur niſi fœmina? n.13. ibid.

Secundogenitus ſi vocatus ſit non ſub proprio, ſed appellatiuo, veluti: *Succedat ſecundogenitus:* tunc ſi moriatur abſque liberis, non primogenitus, ſed tertiogenitus ſuccedere debet, par.1.c.8. n.38. p.102

Secundogenitus, qui non ſit Hermaphroditus,habet puram naturam maſculinitatis, ab inſtitutore deſideraram, p.2.c.3.n.22. p.137

Secundogeniti principaliter intereſt, ne pereant etiam caſu fortuito bona maioratus incompatibilis ratione Quotæ, cum alio, quem primogenitus poſſidet,p.5.c.6.n.128. p.260

Secundogenitus dicitur primogenitus reſpectu tertiogeniti, p.8.c.7.n.2.& 3. p.362

Secundogenitus dicitur ille, qui tempore delatæ ſucceſſionis eſt ſecundogenitus,n.4.& 5. ibid.

Secundogenitus an debeat intelligi de vero, vel de ficto? Reſoluitur,ex n.6. ibid.

Sententia.

Sententia cum errore calculi nunquam tranſit in rem iudicatam, p.1.c.5.n.8. p.46

Sententia cum errore calculi, qui non ſit expreſſus in ea per computum Iudicis, poteſt tranſire in rem iudicatam. Et interpretatur *l.*1. *Cod.de errore Calculi*,n.9.& 10. ibid.

Sententia cum errore calculi expreſſo in computo, exequibilis eſt vſque ad quantitatem, in qua non eſt error,n.11. ibid.

Sententia cum errore calculi, data ſuper maioratibus incompatibilibus ratione Quotæ, non tranſit in rem iudicatam. Quod demonſtratur exemplis, n.12.& 13. ibid.

Sententiæ tres conformes, quæ in vnitate eiuſdem vocis,& iudicij conueniant, poſſunt mandari executioni de iure Canonico; & non aliter ſi diſcordent, p.1.c.7.n.23. p.93

Et quæ dicantur conformes,n.24. ibid.

Sententiam certam ferre in re dubia indecens, ac graue eſt, p.2.c.3.n.43. p.139

Sententia contra Adamum ob contrauentionem,non ſolum fuit perſonalis, ſed etiam realis contra eius deſcendentes,& qua de cauſa,p.3.c.1. à num.55. vſque ad 57. p.163

Sententia ſuper ſucceſſione Regni Aragoniæ, in qua vnus ex iudicibus fuit S. Vincentius Ferrerius, & eam approbauit Summus Pontifex Benedictus, refertur,p.3.c.4. à n.33.vſque ad 35. p.184

Sententia,quæ declarat quod poſſeſſor maioratus fuit contraueniens,nihil de nouo dat,p.5.c.2.num.67. & 68. p.230

Sententia declaratoria in caſu contrauentionis quid continere, & quibus verbis formari debeat,n.69. & 71. ibid.

Sententia declaratoria in caſu contrauentionis, licèt Iudex omiſerit cautionem, non ideo præiudicat naſcituro, ibid.n.72. p.230

Sententia quando lata in vno iudicio primo intentato, parit exceptionem rei iudicatæ in ſecundo; & condemnatoria lata in ſecundo, parit reo præiudicium in primo; tunc ob incompatibilitatem cumulatio, ſeu concurſus non admittitur, p.5.c.5. n.31. p.243

Sententia lata per Auditorem Regium, qui antea de lite cognouit tanquam Iudex Prouincialis, vulgò, *Alcalde de Corte*, eſt nulla, p.6.c.4.n.32.& 33. p.277.

Sequens.

Sequens in gradu, quando vocatur in alio maioratu incompatibili, an intelligi debeat de filio primogeniti, vel de fratre eius, ſiue ſecundogenito? remiſſiuè, p.4.c.1.n.88. p.199

Sequens in gradu quis erit, vel quis proximior conſanguineus, an filius ſeu deſcendens ex primogenito,an tranſuerſalis? eſt dubia quæſtio, p.4.c.1. n.6. p.195

Sequens in gradu, aut proximior conſanguineus quòd ſit filius, ſeu deſcendens ex primogenito, & non alius tranſuerſalis, habet quamplurima fundamenta,& argumenta,quæ referuntur, n.7. ibid.

Sequens in gradu ad ſuccedendum in maioratibus quòdſit filius, probatur ex legibus Noſtri Regni, ibid. n.15. p.195

Sequens

Digitized by Google

Sequens in gradu intelligi debet ille, qui eſt immediatè vocatus, ſeu ſubſtitutus, prout eſt filius, n.16.& 17. ibid.

Sequens in gradu eſt filius quando ſucceſſor excluditur per deportationem, à n.18. vſque ad 20. ibid. Idem ſi pater ſit excluſus per ingreſſum religionis, n.21. p.196. Idem ſi ſit excluſus propter delictum Hæreſis, n.22. ibid. Idem ſi ſit excluſus ex eo quod ſit cæcus, n.23. ibid. Idem ſi ceſſit maioratum, n.24. ibid. Idem ſi ſit excluſus ex eo quod occidit vltimum poſſeſſorem, n.25.& 26. ibid.
Idem ſi ſit excluſus ex eo quod alienauit res maioratus, n.27. ibid.

Sequens in gradu intelligitur ille, qui eſt immediatè vocatus, ſeu ſubſtitutus poſt primum, ibid. n.28. & 29. p.196

Sequens in gradu quod debeat intelligi de filio, probatur ex *leg.25. Tauri*, n.33. ibid.
Et multorum authoritatibus, n.34. p.196

Sequens in gradu quod ſit tranſuerſalis, & non filius excluſi, habet multa fundamenta, & argumenta quæ referuntur, n.36. vſque ad 70. ibid.
Et reſpondetur ad contraria, n.71. p.198

Sequens in gradu debet intelligi de gradu differentis, ſeu ſequentis lineæ, ibid. n.37.38.& 39. p.196

Sequens, idem eſt ac Alter de differenti, ſeu diuerſo gradu, ibid. n.40. p.197

Sequens in gradu in materia maioratuum incompatibilium, intelligi debet de fratre primogeniti, & ſic de altero alterius lineæ primogenitæ: probatur indiuidualiter ex *leg. 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* n.46.47. & 48. ibid.

Sequenti in gradu vocato ad ſucceſſionem maioratus incompatibilis, ſi grauatus non habeat fratrem, neque deſcendentes ex fratre, ſeu ſecundogenito, attamen ſolum habeat filios, & patruelem, & alium ex alia linea tranſuerſali, & contentio ſit inter primogenitum, & ſecundogenitum, viuente patre eorum; & ex altera parte eiuſdem grauati fratrem patruelem, tunc ſuccedere debet filius primogenitus tanquam ſequens in gradu: vt demonſtratur exemplo, & re iudicata in lite ſuper maioratu *de Villanueba de el Freſno*, p.4. cap.1. à n.89. vſque ad 96. p.199

Sequens in gradu non admittitur donec eſt ſpes quod proximior ſuccedat, p.5. c.2. n.43. p.228

Sequens in gradu quis dicatur? Reſoluitur, p.8. c.7. à n.14. vſque ad 16. p.363

Sequente in gradu vocato, non excluduntur qui ſunt de illa linea, quæ ſemper debet præferri, & continuari; quapropter filius reſpectu patris excluſi, erit ſequens in gradu, & verus ſucceſſor, n.23. & 24. ibid.
Et non obſtat incapacitas patris; Quia nihilominus ſuccedet filius, ac ſi mortuus eſſet pater. n.25. ibid.

Serpens.

Serpens, niſi ſerpentem deuorauerit non fiet Draco, p.8. c.1. n.64. p.333

Seruiens.

Seruientes, ſi aufugiunt, coguntur, ſi dominus velit, alio æquali tempore ſeruire quanto fuerunt in fuga. Quod nota circa famulos, qui ponuntur ad diſcendas artes mechanicas, p.2. c.2. n.24. p.132
Vide amplius verb. *Famulus*.

Seruus.

Seruum eſſe partim, & partim liberum incompatibilia ſunt, p.1. c.4. n.40. p.41

Seruus, qui ad conſequendam libertatem ſeruire tenetur per deſignatum temporis ſpatium, ſi aufugiat, per aliud tantum tempus ſeruire debet, quantum inſumpſerit in fuga, p. 2. c.2. n. 24. & 28. p.132.

Seuerinus.

Seuerinus Magnus Dux Carthaginenſis Auus Hermenegildi, & Recaredi, contraxit nuptias cum Theodora ex Regia ſtirpe: de quo matrimonio habuit filios Leandrum, Iſidorum, Fulgentium, & Florentinam, Sanctos: in Initio, n.22. p.5

Sexus.

Sexus maris, & fœminæ, ſunt incompatibiles: attamen concurrunt turbata regula naturæ in eodem ſubiecto, p.2. c.3. n.2. p.136

Sexus maris, & fœminæ, non fuiſſe diuiſos ante peccatum primi parentis; ad interpretationem *Geneſ. cap.1.* ibi, *Maſculum, & fœminam creauit eos:* eſt falſa opinio, & reprobatur, n.3. ibid.

Sexus maris, & fœminæ, licèt ſint ſeparati in Hermaphrodito, attamen vnus per ſe poteſt iudicari tanquam maſculinus, & alter per ſe tanquam fœmininus, ibid. n.57. p.141

Simplex.

Simplex non continet mixtum, par.2. cap.3. num.24. p.138.
Vide amplius verbo *Mixtum*.

Singularis.

Singularis ſermo ex vi vocabuli non extenditur ad pluralem, n.1. c.7. n.50. p.95

Societas.

Societas contracta ad certum tempus, licet non ſit perfecta negotiatio, eo tempore finito, ad aliud de futuro non debet prorogari, part.2. c.2. num.18. p.131.

Sonus.

Sonus eſt conſonantiæ principium, ex ſoni ad ſonum proportione proueniens, & in vnitate vocum conſiſtens, p.1. c.7. n.3. p.91

Soror.

Soror vtrinque coniuncta præferri debet fratri conſanguineo tantum, p.1. c.6. n.272. p.80

Soror agnata præfertur maſculo filio ex altera ſorore in maioratu, vbi vocati ſunt deſcendentes per lineam maſculinam, p.1. c.6. n.347. p.88

Sors.

Sortis iudicij vtpote in fortuna poſiti Dux eſt Deus, & vocatur vis Diuina, part. 2. cap. 4. num. 26 p.144.

Spes.

Spem qui habet de ſuccedendo in duobus maioratibus incompatibilibus, puta in vno ex parte patris, & altero ex parte matris, ſi priùs petat, & obtineat quietam & pacificam poſſeſſionem vnius, an videatur renuntiaſſe alteri incompatibili cum illo? Diſcutitur pro vna, & altera parte; & reſoluitur pro parte negatiua, contra Dom. Caſtillo, & eius ſequaces cum ampliationibus, & limitationibus, p.7. c.4. à n.39. vſque ad fin. p.309

Spiritualis.

Spiritualis filius quod ius habeat ad ſuccedendum. Vide verb. Filius.

Spoliatus.

Spoliatus tacendo, & patiendo, quod de dominio ſpoliatoris diſcutiatur, in effectu videtur conſentire quòd de dominio & poſſeſſorio ſimul agatur, p.5. c.5. n.43. p.244

Spuria.

Spuria per Sacramentum matrimonij cum viro legitimo

legitimo & naturali, purgat omnem maculam illegitimitatis, & efficitur legitima, ac ſucceſſionis capax, ſicut Monialis ſpuria per ingreſſum, & profeſſionem in Religiones, p.1.c.6.n.105. p.65

Status.

In ſtatu duplici contrario quis ſtare non poteſt, & tunc magis attendendum eſt ad ſtatum liberum, & fauorabilem, p.4.c.6.n.22.& 23. p.218

In ſtatu, quo te inuenio, ſic te iudicio, p.6.c.1.n.28. & 29. p.264

Statutum.

Statutum, quod habemus de bonis confiſcatis in hoc Granatenſi Regno, quorum cognitio pertinet ad Dominos Præſidentem, & duos Regios ſenatores ex antiquioribus, iubet aggregari diſmembrata: quod inter cohæredes non procedit, p.5.c.6.n.22. p.250.

Stipulatio.

Stipulatio vt valeat, vnus circa rem debet eſſe conſenſus inter ſtipulatorem, & promiſſorem: cùm aliter, ſi diſſentiant, non teneat obligatio, p.1. c.7.n.19. p.92

Stipulationis ſubſtantiam non poſſe eſſe in ſuſpenſo, dixit Bortolus, *in reſponſione ad leg. ſi Seruus, §. Seruus capto domino. ff. de ſtipulat. ſeruorum.* Quem reprobat Raphael Fulgoſ.p.5.c.2.n.7.& 8. p.225

Subrogatio.

Subrogatione facta ex cauſa permutationis, ſi res permutata, atque in locum antiquæ ſubrogata, vendicata fuit, maioratus poſſeſſor poterit antiquam recuperare, p.5.c.6.n.83. p.255

Subſtituens, Subſtitutio, & Subſtitutus.

Subſtitutus à teſtatore præfertur ei, qui venit ex repræſentatione, p.5.c.4.n.25. p.239

Secus in maioratibus Hiſpaniæ, n.27.& 28. ibid.

Subſtitutus, ſeu immediatè vocatus ad ſucceſſionem maioratus abſentis, ſeu habeat, ſeu poſſideat alium maioratum incompatibilem cum maioratu illius, qui abſens eſt, an ipſe immediatus ſucceſſor eligere teneatur ad obtinendam adminiſtrationem, data cautione, bonorum maioratus abſentis: Au verò non teneatur eligere donec plenè probetur mors abſentis, p.6.c.3.n.26.p.271

Diſcutitur ex vtraque parte, & reſoluitur quæſtio, à n.27. vſque ad 48. ibid.

Vide amplius verb. Abſens.

Subſtituentis incapacitas tranſit in ſubſtitutum, p.6. c.4.n.82. p.281

Et vitium authoris obſtat ſubſtituto, ibidem, n. 83. p.281.

In Subſtitutione alicui ſimpliciter facta, ſubintelligitur clauſula illa, *Si filios non habuerit*, vel *ſi ſine filiis deceſſeris*, p.7.c.6.n.23. & 25. p.321

Succeſſio, & Succeſſor.

Succeſſio non debet eſſe nimis ambulatoria, ſed tantum de linea in lineam, p.1.c.6.n.13. p.58

Succeſſio maioratus non fit per ſaltum, ſed ordinatè, & ſucceſſiuè de linea in lineam, n.14. ibid.

Succeſſio maioratus debet eſſe de linea in lineam integram, licet incipiat nondum conſtituto maioratu, ibid.n.163. p.71

Succeſſio maioratus ſemper deſiderat, ob perpetuitatem, ſuum habere curſum ad inſtar fluminis, quod naturaliter retrogradationem non admittit: & alia materiam incrementia, ibidem, num. 185. p.73.

Succeſſio maioratus regitur per regulas traditas *in leg. 2. tit. 15. partit. 2.* ibid.n.186. p.73

Succeſſio maioratus primò deriuari debet per lineam, ſeu canalem Deſcendentium, ſecundò per lineam Aſcendentium, tertiò per lineam Tranſuerſalium, n.192. ibid.

Succeſſio maioratus regulatur per ſucceſſionem ab inteſtato, ibid.n.194. p.74

Succeſſio maioratus de ſua natura non requirit obſequium, nec aliquod ſeruitium perſonale, prout in feudo, n.204. ibid.

Succeſſio debet ingredi de proximo in proximiorem canalem, n.207. p.75

Succeſſio Regni eſt de maioratu antiquiſſimo, ideo non excogitari poteſt caſus, quo incipiat à filio, n.208. ibid. Limitatur in caſu ſingulari, de quo remiſſiue, n.209. ibid.

Succeſſiones maioratuum diſtribuuntur in lineas comprehendentes omnes ex eis tam natos, quàm naſcituros, ibidem, p.1.c.6.n.61. p.62

Succeſſio in lineam Tranſuerſalium ingreditur tertio ordine poſt lineam Aſcendentium, & Deſcendentium, ibidem.n.253. p.78

Succeſſio in maioratibus non datur iure hæreditario, ſed iure ſanguinis, ibidem, n.260. p.79

Succeſſio maioratus iuxta fluxum maiorem ſanguinis, ibidem.n.279. p.80

Succeſſio in feudis, mortuo vltimo poſſeſſore abſque liberis, fit aſcendendo & quærendo continuationem lineæ vſque ad primum adquirentem, ibidem.n.294. p.82

Secus in maioratibus; quia aſcenditur quærendo omnes ex linea contentiua, n.295. ibid.

Declaratur exemplo in facti contingentia, & re indicatur, ibidem.n.296.297.& 298. p.82

Succeſſio quod debeat ad lineam ſubſequentem progredi, & non reuertere ad lineam anteriorem, quando ambæ fuerunt omiſſæ, & ſucceſſio incepit à linea intermedia, nos docet exemplum celeſtis ordinis, p.1.c.8.n.16. p.99

Succeſſio maioratus defertur de maiori in minorem, & eius lineam, n.17. ibid.

Succeſſio maioratus ſequi debet ordinem ſeruatum per capita de linea in lineam, ad inſtar ſucceſſoris edicti, ibid.n.18. p.100

Succeſſio adempto de medio ſecundogenito abſque liberis, debet incipere à primo tamquam à ſuo principio, & non à ſecundo, vel tertio, quia non eſt principium, ſed medium, n.26.& 27. ibid.

Succeſſio maioratus, ſi incepit à ſecundogenito, quia inſtitutor odio habuit primogenitum, tunc nec primogenitus, nec eius deſcendentes ſuccedunt poſt mortem ſecundogeniti ſine liberis, ſed tertiogenitus, & ſequentes, ibidem.n.32. p.101

Succeſſio maioratus ſi incipiat à ſecundogenito, ex eo quod inſtitutor, notitiam habuit quod primogenitus eſſet ſucceſſurus in alio maioratu, tunc non primogenitus nec eius deſcendentes, ſed tertiogenitus ſuccedere debet poſt mortem ſecundogeniti, p.1.c.8.n.33. ibid.

Et quod tūc cenſeatur realis, & nō perſonalis excluſio, probatur ex tribus fundamentis, n.34. ibid.

Succeſſionis maioratus an ſit capax infamis infamia iuris, vel facti, p.1.c.12.n.17. p.114

Succeſſio in Regno, Imperio, vel Principatu, eſt incompatibilis in primogenito, ſi ſit à natura demens, ſeu perpetuo laboret furore, p. 2.c. 6. n.4. & 11. p.154

Succeſſio, in Comitatu, Marchionatu, Ducatu, vel dignitate iuriſdictionem habente, eſt incompatibilis in primogenito incapaci à natura, n.5. ibid. Et redditur ratio, ibid. n.11. p.155

Succeſſio

Succeſſio maioratus, cui non eſt annexa iuriſdictio, non eſt incompatibilis in furioſo, vel alio incapaci à natiuitate, n.12. ibid.
Succeſſio maioratus, etiamſi illi non ſit annexa iuriſdictio, incompatibilis erit in furioſo, ſurdo, vel muto, vel alio incapaci à natiuitate, ſi ita ſit prohibitum ab inſtitutore, ibid. n.13. p.156
Succeſſio maioratus, etiam habentis iuriſdictionem, ſi eſt de Tertio, & Quinto, ſecundum *leg.27. Tauri*, non eſt incompatibilis in filio furioſo, mente capto, vel quomodocumque incapaci à natiuitate, n.14. ibid.
Succeſſio, vel nominatio in emphyteuſim, non eſt incompatibilis in muto, ſurdo, furioſo, vel quomodolibet incapaci à natura, ibid. n.15. p.156
Succeſſio in Commenda Indorum, eſt incompatibilis in furioſo, mente capto, ſurdo, vel muto, ſeu incapaci à natura, n.16. ibid.
Succeſſio apud filiam fœminam erat incompatibilis de iure Diuino ſi ſupereſſet alius maſculus, p.3. c.4. n.4. p.181
Succeſſio in maioratibus noſtræ Hiſpaniæ, inter filium, & filiam, regulatur ad inſtar ſucceſſionis, de iure Diuino, n.5. ibid.
Succeſſio maioratus non reſpicit retro ad gradum deſtitutum, & caducum, n.23. p.183
Succeſſio, ſi deueniat ad vnam lineam, non debet facere tranſitum ad aliam, donec ſuperſit aliquis de illa, n.26. ibid.
Succeſſio maioratus, ſi retrocedat ad fœminam de linea anteriori, excitat lites perpetuas inter omnes de familia, n.27. ibid.
Succeſſio maioratus debet eſſe ad inſtar fluminis, ita vt in proximiorem canalem, non autem in ſuperiorem decurrat, ibid. n.30. & 31. p.184
Succeſſio in maioratibus incompatibilibus, debet intelligi de alio ex linea ſequenti, veluti fratre, & ſic ſecundum ſubiectam materiam incompatibilium maioratuum, intelligi debet ſequens in gradu de fratre, vel alio alterius lineæ, par.4. c.1. n. 55. vſque ad 57. p.197
Succeſſio temporalis daretur in ſucceſſione maioratus incompatibilis, ſi vocato ſequenti in gradu, per gradus eiuſdem lineæ deriuaret, & eſſet deambulatoria per ſaltum, quod eſt maximum inconueniens, & contra regulas maioratus, ibidem, n.58. & 59. p.198
Succeſſio maioratus, an poſſit eſſe in ſuſpenſo, donec impoſſibilis ſit quod ex linea ſuperiori aliquis naſcatur? Quæſtio eſt à plurimis agitata, par.5. c.2. n.15. p.226
Declaratur exemplo, num.16. Et ex caſu in facti contingentia, qui refertur à n.17. vſque ad 20. p.226
Succeſſionis effectus bene poteſt eſſe in pendenti ſecundum accidentia, & quomodo hoc intelligi debeat, ibid. n.46. & 47. p.228
Succeſſio maioratus eſt incompatibilis in Fratribus Minoribus Ordinis Diui Franciſci, & in Capuccinis: ſed omnes aliæ Religiones capaces ſunt in communi, & ſucceſſio maioratus non eſt incompatibilis apud eos, & in his comprehenduntur Moniales Sanctæ Claræ, quæ ſunt etiam capaces in communi, p.7. c.5. à n.61. vſque ad 64. p.309
Succeſſio maioratus apud Monachos, & Clericos, erit incompatibilis ex præſumpta & coniecturata mente inſtitutoris, in diſpoſitione hominis; & redduntur rationes decidendi, ibid. à n.72. vſque ad 74. p.310
Succeſſor per electionem non poteſt imponere grauamen, ſeu conditionem in initio, n.53. Et probatur, n.55. p.8
Succeſſor de prima linea, dum poſſibile fuerit quod exiſtere poſſit, non venit tempus de alio de linea ſecunda, p.1. c.6. n.62. p.62
Succeſſor maioratus, ad hoc vt eo priuari poſſit ob contrauentionem conditionis, ſeu grauaminis, interpellari debet, p.3. c.1. n.33. p.161
Et ad id explicatur textus *in Authent. Hoc amplius, §. ſi quis, Cod. de fideicommiſſ.* ibid. à n. 34. vſque ad 36. p.161
Succeſſor maioratus non debet eo priuari ob contrauentionem conditionis, ſeu præcepto inſtitutoris, niſi ſcienter, & doloſè, ſeu ex propoſito contrauenerit, non autem ſi ignoranter, n.38. ibid.
Succeſſor maioratus ad hoc vt priuari poſſit per contrauentionem, formari debet iudicium, & in eo ſententia declaratoria requiritur, ibid. num.51. p.163
Succeſſor maioratus debet eſſe in linea inſtitutoris, & grauati, quam dicimus contentiuam, & niſi eâ finitâ ad aliam non patet aditus, p.4. c.1. n. 105. & 106. p.200
Succeſſor, & poſſeſſor maioratus, eſt dominus, & vſufructuarius, p.4. c.3. n.7. p.206
Succeſſoris voluntas, & animi declaratio ex verbis aut facto requiritur, ad hoc vt poſſeſſio ciuilis & naturalis tranſeat ad ſucceſſorem ex miniſterio *legis 45. Tauri*, p.5. c.3. à n.41. vſque ad 46. Et reprobantur contrarium tenentes, ibid. n.47. p.235
Succeſſor maioratus ſi ſit prohibitus alium maioratum habere, & poſſidens vnum petat iudicialiter alium, an ſtatim priuari debeat primo maioratu incompatibili cum altero, ibid. n.48. p.236
Succeſſor maioratus prohibitus alium habere, ſi poſſidens vnum petat iudicialiter alium, non cadit à primo donec iudicialiter, & irreuocabiliter alium habeat, ac poſſideat, n.51. ibid.
Succeſſor maioratus, ſi ſit hæres vltimi poſſeſſoris, qui rem maioratus alienauit, an contrauenire poſſit alienationi, p.5. c.6. n.12. p.249
Aliqui defendunt partem affirmatiuam: alij verò negatiuam, quorum opinio verior eſt, n.13. & 14. ibid.
Succeſſor ſi velit agere remedio poſſeſſorio, vel petitorio ad duo primogenia incompatibilia, ex voluntate præſumpta, vel expreſſa inſtitutoris, non eſt audiendus, p.6. c.3. n.8. p.269
Extende etiamſi ſit reus, & velit retinere ea primogenia incompatibilia, n.11. p.270
Succeſſor maioratus grauatus reſidere in prouincia, ciuitate, vel oppido, ſufficit quòd reſideat in vico eiuſdem ciuitatis, vel ſuburbio, p.7. c.2. n.14. p.292
Maximè ſi in ciuitate, vel oppido laborabat infirma valetudine, vel inopia, n.15. ibid.
Limitatur ſi vicus, vel ſuburbium ſit exemptum à iuriſdictione ciuitatis, vel oppidi, ibid. num.16. p.293
Succeſſores maioratuum imitari debent virtutes Inſtitutorum, p.8. c.1. n.10. & 11. p.328

Superſtes, ſeu Superuiuens.

Superſtes, ſeu ſuperuiuens vocatus, non excludit repræſentationem: Ideo nepos excludit patruum. Limitatur ſi ſuperſtes vocatus ſit nomine proprio, p.8. c.5. à n.22. vſque ad 25. p.354

Surdus.

Surdus an ſit incapax ſucceſſionis in Regno, vel maioratu. Vide verb. *Succeſſio.*

T

Tabellio.

Tabellio, ſeu Secretarius, vulgò, *Eſcribano de Camara*, neque filius eius, neque pater, neque frater, nec patruelis, nec conſobrinus, neque ſocer eius coram eo debent litigare, ſi alter adſit Tabellio apud quem lis tractari poſſit, part.6.c.4. n.25.& 26. p.276

Tabellionis pater, nec filius, frater, generuè, neque leuir poteſt eſſe Aduocatus, nec procurator in cauſa, quæ ante eum pendet, n.26. ibid.

Et an in hoc caſu Tabellio priuari debeat actis, & Aduocatus, vel Procurator admitti, à n.27. vſque ad 30. ibid.

Tabelliones non poſſunt eſſe conductores Gabellarum, nec fideiuſſores conductorū, ibid.n.48.p.278

Tabelliones Conciliorum oppidi, vel ciuitatis, vulgò, *Scribanos de el Conſejo, o publicos*, non poſſunt eſſe legatarij, nec habere aliam obligationem publicam in macellis, & ſimilibus, quos dicimus, *Obligados de la carne, o abaſtecedores*, ibid.n.48. p.278

Tabelliones non poſſunt eſſe depoſitarij iudiciales in cauſa, vel lite, quæ controuertatur apud eum, ibid.n.51. p.279

Tabelliones non poſſunt eſſe Aduocati, ſeu Procuratores in cauſis, quæ agitentur apud eos, n.52. ibid.

Tabelliones non poſſunt ſimul eſſe Decuriones, id eſt, *Scribanos de el Conſejo, o Cauildo, y Regidores de el miſmo Conſejo*: cum hæc duo officia ſint incompatibilia, p.6.c.4.n.53. p.279

Tabellio an poſſit eſſe ſimul Index, vide verb. *Index.*

Tempus.

Tempora media non nocent, p.1.c.4.n.68. p.44

Tempus facilè labitur de memoria hominis; non enim imprimitur ſenſibus, prout locus, & alia inter partes geſta, p.2.c.1.n.56. p.127

Tempus eſt numerus motus, qui diuidi, & numerari poteſt, & diuiditur in præteritum, præſens, & futurum, p.2.c.2.n.2.& 3. p.130

Tempus præteritum finitum, & tempus præſens, & futurum, incompatibilia ſunt, n.4. ibid.

Temporis præſentis, vel præteriti verba, non continent futurum, ibid.n.5. p.130

Tempus deſignatum ad aliquid non habet functionem alterius futuri temporis, p.2.c.2.n.23. p.132

Tempus modicum an dicatur decennium? p.7. c.5. n.35. p.306

Tempus delatæ ſucceſſionis, (id eſt, tempus quo ſucceſſio maioratus defertur) ſemper attendi debet, p.7.c.6.n.28. p.322

Tertiogenitus.

Tertiogenitus dicitur ſecundogenitus reſpectu immediatè præcedentis, p.1.c.8.n.19. p.100

Tertium.

Tertium bonorum eſt legitima filiorum: ideo in eorum præiudicium appoſita conditio ferendi nomen, & arma reiicitur, etiamſi ſit poteſtatiua, p.1. c.1.à n.56.vſque ad n.58. p.17

Teſtamentum.

Teſtamentum factum ante Notarium Eccleſiaſticum tempore peſtis an valeat? vide remiſſiuè, par.6.c.4. n.38. p.277

Vide alia, verb. *Actus teſtandi.*

Teſtator.

Teſtatoris mens ſine verbis ſufficit in fideicommiſſis, p.1.c.11.n.27. p.112

Teſtator ſi dicat, *lego argentum meum*, intelligitur argentum de præſenti, non de futuro, p.2. c.2. n.6. p.130

Teſtator ſi dicat, *lego ea, quæ viuus donaueram*, non comprehendit ea quæ poſt teſtamentum donata ſunt, n.7. ibid.

Teſtator ſi dicat, *Remitto id, quod mihi Titius debet*, non comprehendit quod poſtea debebit, n.8. ibid.

Teſtator ſi iubeat per verbum negatiuum quod Capellaniam non habeat aliquis niſi Sacerdos, tunc neceſſe eſt quod præſentatus ſit in actu Sacerdos: Secus ſi per verba affirmatiua, quia ſufficit quòd ſit in potentia intra annum aſcendendi ad Sacerdotium, p.5.c.3.n.39. p.234

Teſtator præſumitur ſe voluiſſe cum legibus conformare, p.6.c.4.n.85. p.281

Teſtis.

Teſtes, quorum alter dixit aliquid factum fuiſſe de nocte, ex eo quod factum fuit diluculo; & alter deponit factum fuiſſe, de die an ſint contrarij, p.2. c.1.n.6. p.123

Teſtes erunt contrarij, ſi vnus dixerit de nocte quid factum fuiſſe diluculo ante Solis ortum, vel ſerò poſt Solis occaſum; alter verò ſimpliciter fuiſſe factum de die, n.10. ibid.

Teſtis conuictus fuit de falſo, ex eo quod dixiſſet vidiſſe & cognouiſſe ad Lunæ lucem, cum reuerà tunc Luna non lucebat, nec lucere poterat; quia erat ſub terra, p.2.c.1.n.12. p.124

Et alium caſum in facti contingentia refert Raphaël Fulgoſius, n.13. ibid.

Tranſlatio.

Tranſlatio poſſeſſionis ciuilis, & naturalis, *ex leg.45. Tauri*; an conſeatur ſemper irreuocabilis, part.1. c.6.n.56. p.62

Tranſlatio poſſeſſionis ciuilis, & naturalis, non eſt irreuocabilis ſub conditione illa, *donec non fuerit poſtea alius natus in linea recta*, n.58. ibid.

Trinitas.

Trinitas Sanctiſſima, eſt vnum vniuerſorum principium, præter quod aliud non poteſt inueniri, initio, n.2. p.3

Turbatio.

Turbatio ſanguinis vnde dicatur? & quod ſit diuerſorum ſeminum commixtio, vel concurſus, par.2. c.4.n.7.& 8. p.143

V

Valor.

Valor bonorum ad hoc vt cognoſcatur, quando vnus maioratus ſit incompatibilis cum alio ratione Quotæ, quomodo computandus in omni genere bonorum proponitur: vbi etiam aliæ quæſtiones referuntur id concernentes, & vtiles ad praxim, p.1.c.5.n.14.&15. p.46

Valor prædiorum, & aliorum bonorum deducitur reſpectu fructuum, vel redditū, computando eos, qui collecti fuerunt à viginti annis, antecedentibus, deductis oneribus, & expenſis neceſſariis; & quod reliquum eſt, erit valor rei, ibidem, num.23. p.47

Valor fructuum, vel redditū, quomodò probari poſſit ad probandam quotam maioratus incompatibilis cum alio? p.1.c.5.n.32. p.49

Vide

Digitized by Google

Vide amplius, verb. *Quota, Computatio, & Computum*, & verb. *Res.*

Variatio.

Variatio in eligendo non admittitur in præiudicium ſecundogeniti, contra ius ipſi quæſitum.
Vide verb. *Electio.*

Vectigalia.

Vectigalia, ſeu Regalia conducere non poſſunt Officiales, ſeu Miniſtri Iuſtitiæ, nec bona publica cuiuſcumque ciuitatis, p.6.c.4.n.46. p.278
Nec eſſe fideiuſſores conductorum, n.48. ibid.

Venditor.

Venditor qui tenetur de euictione, licèt ex noua cauſa effectus ſit dominus rei, quam vendidit, non valet illam vindicare, p.5.c.6.n.1. p.248

Verbum.

Verbum, *Mejoraren*, appoſitum *in leg.* 27. *Tauri*, habet vim, ac naturam comparatiui: & ſic requirit poſitiuum, & concurſum duorum filiorum ſeu deſcendentium, p.1.c.13.n.14. p.120
Verbum, *ſequens in gradu*, eſt æquiuocum, & indifferens, p.4.c.1.n.53.& 54. p.297
De verbis *legis 7.tit.7.lib.5. Recopilationis*, vide in verb. *Diſpoſitio.*
Verbum, *Si habeat*, refertur ad ciuilem poſſeſſionem, p.5.c.3.n.17. p.233
Verbum, *Si poſſideat*, refertur ad naturalem poſſeſſionem, ibid.
verbum, *habeat*, ſicut verbum, *poteſt*, ſi reſpiciat commodum, vel intereſſe Tertij, tunc requiritur potentia cum actu, nec ſufficit ſola potentia, ibid. n.24.& 25. p.233
Verbum, *habeat*, importat perfectionem, ibid.n.26. & 27. p.234
Verbum, *videtur*, denotat fictionem, & imperfectionem, n.34. ibid.
Verba ſunt inuenta, vt dicentis voluntatem exprimant, nullúmque eſt certius voluntatis teſtimonium quàm verba de ore hominis emiſſa atque prolata, p.8.c.2.n.21. p.337
Verbis certificatur mens, & voluntas dicentis, ſicut facies repræſentatur in ſpeculo, p.8.c.2.num.23. p.338
Verba legis tantopere attendenda ſunt, vt ab eius ſenſu literali non recedatur, dum manifeſtè non appareat de voluntate, ſeu contraria mente legiſlatoris, n.24. ibid.
Verba quando poſſunt intelligi ciuiliter, & naturaliter, intelligenda ſunt naturaliter, p.8.c.5.à n.31. p.354
Verba *legis* 27. *Tauri*, ibi, *Entre ſus deſcendientes, aſcendientes, vel parientes*, an intelligi debeant ex parte patris meliorantis, vel ex parte filij meliorati, p.1.c.6.à n.230. vſque ad 239. p.76
Verba *legis* 13. *&* 14. dum loquitur de Vinculis, Patronatibus, & Anniuerſariis, intelligenda ſunt de perpetuis, & cum clauſulis, & coniecturis inducentibus maioratum, p.1.c.7.n.35.& 36. p.99

Veritas.

Veritas præualet fictioni, p.1.c.4.n.14. p.38

Vidua.

Vidua probibetur ſub pœnis intra annum luctus ad ſecundas nuptias tranſire, ne ſi conceptus ſit filius, incertum ſit ex quo ſanguine, ſeu ſemine primi, vel ſecundi mariti procedat, p.2.c.4.n.2.3.& 6. p.142
Vidua ſi edat partum illicò, & paulò poſt mortem mariti: poterit ante tranſactum annum cum alio nuptias contrahere, ibid.n.4. p.143
Vidua hodie de iure Canonico poteſt ſtatim poſt mortem primi mariti tranſire ad ſecundas nuptias abſque aliqua pœna, n.9. ibid.
Vide alia de turbatione ſanguinis, verb. *Matrimonium*, & verb. *Filius.*

Vinculum.

Vinculum duplex fortiùs ligat: eſt axioma ad plures quæſtiones reſoluendas, p.1.c.6.n.268. p.79
Vinculi appellatione, Maioratus comprehenduntur, p.8.c.3.n.33.& 34. p.347

Virilitas.

Virilitas, ſeu agilitas corporis in Hermaphrodito attendi debet, vt præferatur in ſucceſſione maioratus, p.2.c.3.n.64.& 65. p.141

Virtus.

Virtuoſi inter ſe vniti ſunt, quia in virtuoſo omnia conſonant, & adhæret vnitati Dei, & vnus ſpiritus eſt cum eo: ſecùs de vitioſis dicendum, p.1.c.7.n.11. p.91
Virtus omnis ab vno vitio detrimentum patitur, p.4.c.6.n.8. p.217

Vitium.

Vitium reale, ſeu lineale eſt, quando ratio excluſionis afficit lineam, ſicuti ratione originis, vel infectæ radicis; & tunc vitium influit in filios, & in omnes, qui ex ea linea proueniunt; quia in eis & in quolibet eorum militat eadem ratio excluſionis, p.7.c.6.n.20. p.322
Vitium perſonale eſt contractum per aliquod accidens, ſeu impedimentum temporale, & hoc vitium dumtaxat vitiat perſonam, ad quam reſtringitur ratio, & cauſa excluſionis, non verò lineam, d.n.20. ibid.

Vna.

Vna eadémque res non debet diuerſo iure cenſeri, p.1.c.4.n.32.& 42. p.40
Vna eadémque res contrarios effectus non poteſt habere, ſeu producere, n.41. ibid.
Vna eadémque res non debet diuerſo iure cenſeri ex diſpoſitione legis, vel hominis, niſi expreſsè contrarium diſponat, ibid.n.46. p.42

Vnio, & Vnitum.

Vnio Regni, Prouinciæ, vel Principatus admitti non debet cum legibus, ac conſuetudinibus incompatibilibus cum illo cui vnitur, p.1.c.7.n.33. p.94
Vnitas, ſi præſcindatur, quomodocumque ſit, iam non erit vnitas, p.1.c.7.n.4. p.91
Vnitas vbi eſt, ibi perfectio, n.5. ibid.
Vnitas ad conſeruationem, dualitas ad deſtructionem ſubiecti, ibid.n.52. p.96
Vnitas, & conſonantia, incompatibilis eſt inter bonos, & malos, ibid.n.12. p.91
Vnitatem ſummam perfectionem, & conſonantiam negant Arriani, p.1.c.7.n.13. ibid.
Vnitas & conſonantia, verſatur in ſancta noſtra matre Eccleſia, ibid.n.14. p.92
Vnitatem vniuerſalis Eccleſię qui non tenent, hæretici ſunt: quod Cyprianus optimo, & notatu digno exemplo oſtendit, n.16. ibid.
Vnitatem qui non habent cum Deo, non poſſunt habere gratiam Dei, quæ pium donum eſt Catholicæ vnitatis, ibid.n.17. p.92
Vnitatis, & conſonantiæ materiam in ſacræ Theologiæ ſcientia, vide apud Theologos, qui referuntur, ibid.n.25. p.93
Vnitas bonorum, à Teſtatore deſiderata inducit maioratum, ibid.n.53. p.96

Digitized by Google

Vnus.

Vnus vicem duorum perſonarum ſuſtinere non poteſt, nec duabus militiis perſonaliter inſeruire, quia hoc incompatibile eſt in initio, n.74.p.10.& p.2.c.1.à n.14.vſque ad finem, p.124

Vnus ſi vocatus ſit ad ſucceſſionem patronatus, vel Anniuerſarij perpetui, iuncto com hoc nomine appellatiuo, *vnus*, alio collectiuo, an tunc ſuccedere debeat per viam maioratus? par.1.c.7.n.34. p.94

Vnus ex filiis, vel vnus ex ſuo genere ſi vocatus ſit, eſt ſufficiens coniectura ad inducendum maioratum, n.38. ibid.

Vnius nomen, ex propria ſua natura ac ſignificatu, non admittit diuiſionem in duos, vel plures, ibid. n.39. p.85

Vnus ſi tantum ſuccedere debet, maior cenſetur vocatus, ſiue primogenitus, n.40. ibid.

Quod maximè procedit in materia perpetuæ ſucceſſionis, ibid.n.41. p.95

Vnus ſi vocatus ſit in materia, quæ non ſit perpetua, non inducit fideicommiſſum, ſiue maioratum; Aliter ſi eſſet perpetua: & ſic ſufficiens eſt coniectura in anniuerſario perpetuo, n.42. ibid.

Vnus verbum ſimpliciter prolatum in materia perpetua, non finitur in prima vice, ſed tranſit ſucceſſiuè in infinitum, ibid.n.43. p.95

Vnum ſi debeat eligere Commiſſarius, quia de eligendo vnum, & non plures, teſtator ſenſit; ſi non eligat, non omnes, ſed vnus eorum ſuccedere debet, & ſic maior, n.44.45.& 46. ibid.

Quod extende in emphyteuſi, & aliis indiuiduis, n.47. ibid.

Vnus, ergo *ſolus*. Quod maximè procedit quando cum genitiuo adiungitur, ibidem, num.48.& 49. p.95

Vnus denotat per ſe vnitatem, itaque non habet compoſitionem, nec plus quàm vnitatem, ibidem, n.51. p.96

Vnus filius, vel proximior, ſi vocatus ſit, intelligi debet de primogenito, & primogenituram conſtituere, n.54.55.& 56. ibid.

Vnum, non eſt numerus, ſed principium numeri, p.8. c.3.n.6. p.345

Vnus homo an poſſit eſſe, ſeu reſidere ſimul, atque eodem tẽpore, in diuerſis locis. Vide verb. *Homo.*

Vocatio, & Vocatus.

Vocati in ſolidum ſub duabus qualitatibus, vel conditionibus, licèt aliquis priùs vnam obtineat, ei præfertur alius, qui poſtea ambas obtineat, p. 1. c.4.n.10. p.38

Vocatio de primogenito, ſeu de filio maiore, conuenit legitimato per ſubſequens matrimonium, tempore quo ſucceſſio defertur, ibidem, num. 19. p.39

Vocatio de primogenito ſi in ea dicatur, *ſuccedat legitimus & naturalis, & de legitimo matrimonio natus:* conuenit ex voluntate inſtitutoris legitimato per ſubſequens matrimonium; maximè in præiudicium ſubſtitutorum, n.20. ibid.

Vocatio fœminarum, non comprehendit maſculos, p.1.c.6.n.352.& 353. p.88

Vocationes fœminarum, in excluſionem omnium maſculorum vidit Author, & refert rationes, quibus moti fuerunt inſtitutores, n.354. ibid.

Vocatio fœminarum, in excluſionem maſculorum, regulari debet per regulas maioratus vbi ſunt vocati deſcendentes per lineam maſculinam, n.355. p.88

Vocatio Vnius, vide ſuprà, verb. *Vnus.*

Vocatio ad ſucceſſionem quando fit per nomen appellatiuum, vel per nomen proprium, creditur quod inſtitutor reſpexit realiter ad ordinem ſucceſſiuum continuatum ex illo ſecundo, tertio, vel quarto gradu, & non ad perſonam ſecundo, vel tertiogeniti, p.1.c.8.n.39. p.102

Vocationum ſub nomine proprio, & ſub nomine appellatiuo, differentiam tradunt textus, & authoritates, quæ referuntur, n.47. ibid.

Vocato ſecundogenito, ſi primogenitus, tertiogenitus, & cæteri fratres decedant ſine liberis, ſuperſtite ſecundogenito, qui decedat relicto vnico filio, & ex eo primogenito, ſecundo, & tertiogenito eius nepotibus, & decedat nepos primogenitus, & exinde ſit contentio inter ſecundogenitum, & tertiogenitum; Quid iuris? Vide remiſſiuè, ibid.num.49. p.103

Vocato filio ſecundo in maioratu regulari, ſi non extat maſculus ſecundò, tertiò, vel quartò genitus, ſed tantummodò fœmina, an maioratus deuenire debeat ad fœminam ſecundogenitam, vel redire ad primogenitum? n.50. ibid.

Et reſoluitur pro fœmina ſecundogenita, num.51. & 52. p.103

Vocatio ſequentis in gradu, idem eſt ac vocatio proximioris conſanguinei, part.4. c.1. num.30. p.196

Vocatio ſequentis in gradu in eo intelligi debet, quod velit inſtitutor ſubſequenti lineæ ſubuenire, & prouidere, ibidem, à num. 43. vſque ad 45. p.197

Vocatio ſucceſſoris quando fit per verba æquiuoca, debet intelligi ſecundum ſubiectam materiam, n.51. ibid.

Etiam impropriando verba, n.52. p.197

Vocatio de filio ſecundo, vel fratre primogeniti, non cenſeri debet perſonalis, ſed realis, ſeu linealis, non ſolum de illo filio ſecundo, imò etiam de eius filio, & deſcendentibus, ibidem, num.87. p.199

Vocatio proximioris conſanguinei ad maioratum incompatibilem cum alio, idem operatur, ac ſi vocatus eſſet ſequens in gradu, ibid. n.97.& 98. p.200

Vocatio ſi ita fiat ab inſtitutore, *Suceda el pariente mio, y ſuyo mas cercano:* Si concurrat proximior inſtitutori ex vna parte, & ex altera conſanguineus inſtitutoris & vltimi poſſeſſoris, & proximior vltimo poſſeſſori, præfertur conſanguineus inſtitutoris, & vltimi poſſeſſoris. Declaratur exemplo in caſu contingenti, & re iudicata, ibid.à n.99.vſque ad 103. p.200

Vocatus ad ſucceſſionem vnius maioratus ex pluribus incompatibilibus, neceſſariò cenſetur excluſus à ſucceſſione aliorum, p. 5. c.1. n. 17. & 18. p.222

Vocationes, & conditiones, regulariter ſunt reſtrictæ ad tempus mortis vltimi poſſeſſoris, ex diſpoſitione *legis* 45. *Tauri,* part. 5. c.2. num. 29. p.227

Vocati coniunctim per copulatiuam plures, veluti, *ſuccedat in maioratu Philippus, Dionyſius, & Gregorius*, & poſt eos etiam alios vocauit, an ſimul eodémque tempore concurrere poſſint ad ſucceſſionem, vel vnus poſt alium? p.5. c.4. n.9. p.237

Vocati

Digitized by Google

Vocati iunctim ad maioratus ſucceſſionem (poſito quòd ex natura maioratuum ſucceſſionis, non omnes ſimul, ſed ſinguli diſiunctim & ſuo tempore debeant) quis primus eorum ſuccedet? part. 5. c. 4. n. 20. p. 238

Et quòd primus nominatus debeat eſſe ſucceſſor probatur, n. 21. ibid.

Vocati plures nomine proprio ad ſucceſſionem maioratus, an tunc vocatio cenſeatur realis, vel perſonalis? ibid. n. 22. p. 239

Vocatio plurium nomine proprio ad ſucceſſionem maioratus videbatur perſonalis, & non realis, n. 23. ibid. Sed contra, n. 26. p. 239

Vocati quando ſunt ad fideicommiſſum duo, pluresuè nomine proprio, filius vnius eorum non ſubintrat locum patris, nec eum repræſentat ad obtinendum fideicommiſſum, ſed alter nominatus, vel nominati, qui ſuperſtites fuerint, excluſo filio præmortui, ibid. n. 24. p. 239

Vocatio ad ſucceſſionem maioratus in noſtra Hiſpania, non cenſetur perſonalis, ſed realis, n. 28. ibid.

Et refertur res iudicata, n. 29. & 30. p. 239

Vocatus ad ſucceſſionem duorum, pluriumuè maioratuum incompatibilium, non poteſt hos duos pluresuè maioratus ſimul petere, p. 6. c. 2. n. 6. p. 266

Idem eſt, licèt prædicti duo, pluresuè maioratus ſint electionis, n. 7. ibid.

Vocatis ad ſucceſſionem maioratus duobus, tribusuè fratribus inſtitutoris perſonaliter tanquam vſufructuariis, & ad inuicem ſubſtitutis, & poſtea nepote maiore ætate, ſi vltimus poſſeſſor & ſubſtitutus fuit frater minor, qui deceſſerit relicto filio, cuius ætas ſit maior quàm nepotis ex fratre maiori; an in ſucceſſione maioratus debeat præferri nepos ex fratre maiori, vel nepos ex fratre minori maior ætate? Maxima eſt difficultas, & ex profeſſo diſputatur, & reſoluitur in fauorem nepotis ex fratre minore, minoris ætate; ſed cum diſtinctione, p. 8. c. 5. à n. 26. vſque ad 61. p. 354

Vocatio filij maioris in primogeniis, idem eſt ac vocatio primogeniti, p. 8. c. 5. n. 43. & 53. p. 355

Vocato primogenito, admittitur repræſentatio, n. 44. ibid.

Extende, etiam ſi vocatus ſit nepos maior, n. 45. p. 355

Vocatio de filio ſecundo, eſt linealis & realis, ad excluſionem non ſolùm primogeniti, ſed eius deſcendentium, dum ſuperſunt ex linea ſecundogeniti, vel tertiogeniti, & cæterorum fratrum, p. 8. c. 7. n. 18. & 19. p. 363

Vid. alia, verb. *Diſpoſitio.*

Voluntas.

Voluntas diuinæ potentiæ ſicuti facit ordinem in aſtris, & eum de poteſtate abſoluta præuertere poteſt; ita voluntas teſtatoris valet facere ordinem in ſuccedendo, & eum præuertere ad ſuum libitum, p. 1. c. 8. n. 31. p. 101

Voluntas diſponentis apparet per coniecturas, p. 7. c. 5. n. 73. p. 311

Voluntas inſtitutoris conditiones inſtitutionum regit, p. 3. c. 3. n. 17. p. 176

Votum.

Votum Domini Dom. Marcellini de Faria, & Guzman ſuper illa quæſtione: An qui contrahit in aliquo oppido, quod erat ſub iuriſdictione alicuius ciuitatis, & poſtea oppidum fuit exemptum, debeat conueniri in ciuitate, vel oppido exempto? Et refertur res iudicata, p. 7. c. 2. à num. 17. vſque ad 19. p. 293

Vox.

Vox, ſeu chorda ſecunda, cùm diſcedat ab vnitate, eſt incompatibilis cum prima. Probatur ex textu, *Geneſ. cap.* 1. relato *in cap. Nuptia,* 32. *quaſt.* 1. p. 1. c. 7. n. 7. p. 91

Vſusfructus.

Vſusfructus præteriti temporis, ſeu tranſacti, non eſt idem ac temporis futuri, p. 2. c. 2. n. 9. p. 131

Vſusfructus temporis præteriti, non continet alterius temporis futuri vſumfructum, n. 12. ibid.

Vſusfructus legatum, quamuis non ſit legatum temporis, eſt legatum reſpectu temporis, n. 13. ibid.

Et ſic textus in *leg. ſi vſusfructus mihi in biennium.* 6. *ff. de vſufructu legato*, procedit ex natura limitati temporis, ibidem, n. 14. p. 131

In vſufructu legato quando tempus fuit appoſitum in genere ſimpliciter, & incircumſcriptè, non abiecto de quo anno, poteſt de alio futuro anno ſuppleri, ibidem, n. 29. p. 133

Vtile.

Vtile per inutile vitiatur propter incertitudinem, p. 2. c. 3. n. 54. p. 140. & p. 4. c. 6. n. 12. & 13. p. 218

Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis, & inſeparabilibus, p. 4. c. 6. n. 9. & 10. p. 217

Vtile ab inutili fit ſeparabile, etiam in indiuiduis ex voluntate teſtatoris, ibid. n. 26. p. 218. Quod intellige intellectualiter, non verò quoad diuiſionem corporalem, à n. 27. vſque ad 29. ibid.

Vtile per inutile non vitiatur in iis, quæ ſunt ſeparabilia, ibidem, n. 28. p. 219

Vtile per inutile non vitiatur ratione incertitudinis, vel difficilis ſeparationis, n. 30. ibidem.

Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis ſeu inſeparabilibus: intellige in moralibus, non verò in phyſicis, ibidem, n. 48. 49. p. 220

Vtile per inutile quando vitietur, vel non, ratione incertitudinis, & quando concurrunt cauſa quæ nocet, & cauſa quæ prodeſt, & quando ſub ſimplici comprehendatur mixtum? vide remiſſiue cum diſtinctionibus, ibidem, n. 50. p. 220

Vtile publicum præferẽdum eſt priuatæ vtilitati, p. 8. c. 1. n. 37. & ſeqq. p. 330

Vxor.

Vxor per matrimonium tranſit in familiam mariti, p. 3. c. 3. n. 3. p. 206

Vxoris primogenium, & eius ſucceſſio, non communicatur viro, ſed ſolum communicantur fructus ac commoditates, p. 4. c. 3. n. 14. p. 207

Vid. verb. *Maritus.*

LAVS DEO.

Digitized by Google